8.49.7.3



DIVI THOMÆ AQVINATIS

Doctoris Angelici,

TOMVS QVARTVS,

Complectens

Expoſitionem { In Duodecim Libros Metaphyſices Ariſtotelis. Et In Librum de Cauſis.

NEC NON TRACTATVM DE ENTE, & Eſſentia eiuſdem Diui Thomæ.

Cum Commentarijs

Reuerendiſſ. D. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Sixti.

VENETIIS, M D X CIII.
Apud Dominicum Nicolinum, & Socios.

HIC LIBER EST CONTUS IESU-MARIAE FF. EREM. EXCAL. S. AUG.

Liber hic eſt Con; [tus] Ieſu Mariæ de Vrbe Fratrũ Eremitarũ Diſcalceatorũ S. Auguſtini Congregationis Italiæ Quẽ dedit Sereniſs; [mus] Princeps Leopoldus de Medicis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN XII. LIBROS METAPHYSICORVM Ariſtotelis Expoſitio.

PROLOGVS S. THO.

1 lib. 1. Lect. 3. SICVT docet Philoſophus in politicis ſuis, quando aliqua plura ordinantur ad unum, oportet unum eorum eſſe regulans, ſiue regens, & alia regulata, ſiue recta. Quod quidem patet in unione animæ, & corporis. Nam anima naturaliter imperat, & corpus obedit. Similiter etiam inter animæ uires. Iraſcibilis enim & concupiſcibilis naturali ordine per rationem reguntur. Omnes autem ſcientię & artes ordinantur in unum, ſcilicet ad hominis perfectionem, quæ eſt eius beatitudo. Vnde neceſſe eſt, quòd una earum ſit aliarum omnium rectrix, quæ nomen ſapientiæ recte vendicat. Nam ſapientis eſt, alios ordinare. Quæ autem ſit hęc ſcientia, & circa qualia, conſiderari poteſt, ſi diligenter reſpiciatur, quomodo eſt aliquis idoneus ad regendum. Lect. 2. & 3. Sicut enim (ut in libro prędicto Philoſophus dicit) homines intellectu vigentes naturaliter aliorum rectores, & domini ſunt: homines uero, qui ſunt robuſti corpore, intellectu uero deficientes, ſunt naturaliter ſerui: ita ſcientia debet eſſe naturaliter aliarum regulatrix, quę maxime intellectualis eſt. Hęc autem eſt quæ circa maximè intelligibilia uerſatur. Maxime autem intelligibilia tripliciter accipere poſſumus. Primo quidem ex ordine intelligendi. nam ex quibus intellectus certitudinem accipit, videntur eſſe intelligibilia magis. Vnde, cum certitudo ſcientię per intellectum acquiratur ex cauſis, cauſarum cognitio maxime intellectualis eſſe uidetur. Vnde & illa ſcientia, quæ primas cauſas conſiderat, uidetur eſſe maxime aliarum regulatrix. Secundo ex comparatione intellectus ad ſenſum. Nam cum ſenſus ſit cognitio particularium, intellectus per hoc ab ipſo differre videtur, quòd uniuerſalia comprehendit. Vnde & illa ſcientia maxime eſt intellectualis, quę circa principia maxime uniuerſalia uerſatur. Quæ quidem ſunt ens, & ea quæ conſequuntur ens: vt unum & multa, & potentia & actus. Huiuſmodi autem non debent omnino indeterminata remanere, cum ſine his, completa cognitio de his, quæ ſunt propria alicui generi vel ſpeciei, haberi non poſſit. Nec iterum in una aliqua particulari ſcientia tractari debent: quia cum his unumquodque genus entium ad ſui cognitionem indigeat, pari ratione in qualibet particulari ſcientia tractarentur. Vnde reſtat, quòd in una communi ſcientia huiuſmodi tractarentur, quæ cum maxime intellectualis ſit, eſt aliarum regulatrix. Tertio, ex ipſa cognitione intellectus. Nam cum unaquæque res ex hoc ipſo vim intellectiuam habeat, quòd eſt a materia immu-

A nis, oportet illa eſſe maxime intelligibilia, quæ ſunt maxime a materia ſeparata. Intelligibile enim & intellectum oportet proportionata eſſe, & vnius generis, cum intellectus & intelligibile in actu ſint unum. Ea uero ſunt maxime a materia ſeparata, quæ non tantum a ſignata materia abſtrahunt, ſicut formæ naturales in uniuerſali acceptæ, de quibus tractat ſcientia naturalis, ſed omnino a materia ſenſibili. Et non ſolum ſecundum rationem, ſicut mathematica, ſed etiam ſecundum eſſe, ſicut Deus & intelligentiæ. Vnde ſcientia, quę de iſtis rebus conſiderat, maxime uidetur eſſe intellectualis, & aliarum princeps ſiue domina. Hęc autem triplex conſideratio, non diuerſis, ſed uni ſcientię attribui debet. Propmij c. 2. Nam prædictæ ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt vniuerſales, & primæ cauſæ eſſendi. Euiuſdem autem ſcientiæ eſt conſiderare cauſas proprias alicuius generis, & genus ipſum: ſicut Naturalis conſiderat † e c. addit rerum. principia corporis naturalis. Vnde oportet D quòd ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare ſubſtantias ſeparatas, & ens commune, quod eſt genus: cuius ſunt prędictæ ſubſtantię communes & uniuerſales cauſæ. Ex quo apparet, quòd quamuis iſta ſcientia prædicta tria conſideret, non tamen conſiderat quodlibet eorum ut ſubiectum, ſed ipſum ſolum ens commune. Hoc enim eſt ſubiectum in ſcientia, cuius cauſas & paſſiones quęrimus. non autem ipſę cauſę alicuius generis quęſiti. Nam cognitio cauſarum alicuius generis, eſt finis, ad quem conſideratio ſcientię pertingit. Quamuis autem ſubiectum huius ſcientię ſit ens commune, dicitur tamen tota de his quæ ſunt ſeparata a materia ſecundum eſſe & rationem. Quia ſecundum eſſe & rationem ſeparari dicuntur, non ſolum illa, quę nunquam in materia eſſe poſſunt, ſicut Deus & intel- E lectuales ſubſtantiæ, ſed etiam illa, quę poſſunt ſine materia eſſe, ſicut ens commune. Hoc tamen non contingeret, ſi a materia ſecundum eſſe dependerent. Secundum igitur tria prędicta, ex quibus perfectio huius ſcientiæ attenditur, ſortitur tria nomina. Dicitur enim ſcientia diuina ſiue theologia, inquantum prædictas ſubſtantias conſiderat. Metaphyſica, inquantum conſiderat ens & ea quæ conſequuntur ipſum. Hęc enim tranſphyſica inueniuntur in uia reſolutionis, ſicut magis communia poſt minus communia. Dicitur autem prima philoſophia inquantū primas rerum cauſas conſiderat. Sic igitur patet quid ſit ſubiectum huius ſcientię, & qualiter ſe habeat ad alias ſcientias, & quo nomine nominetur.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

METAPHYSICORVM LIBER PRIMVS

B

Antiqua tranſlatio.

OMnes homines natura ſcire deſiderant. Signum autem eſt ſenſuum dilectio. Præter enim vtilitatem, propter ſeipſos diliguntur, & maxime aliorum, qui eſt per oculos. Non enim ſolum vt agamus, ſed & nihil agere debentes, ipſum uidere præ omnibus, vt dicam, aliis eligimus. Cauſa autem eſt, quòd hic maxime ſenſuum nos cognoſcere facit, & multas differentias demonſtrat.

Beſſarionis Cardinalis Niceni Interpretatio.

C *OMnes homines natura ſcire deſiderant. Signum autem eſt ſenſuum dilectio. nam & abſque vſu propter ſeipſos amantibus. præ cæteris autem, qui per oculos ſit. non enim vt agamus ſolum, verum etiam nil acturi, ipſum videre præ omnibus alijs, vt ita dicam, eligimus. cauſa autem eſt, quòd ſenſuum hic vel maxime nos cognoſcere quicquam facit, multaſque * differentias manifeſtat.*

LECTIO PRIMA.

Lec.3.par.1 Lec.2.par.1 Lec.1 parte vlti. Lec.1.par.1 part.1.

HVic autem ſcientiæ Ariſt. procœmium præmittit, in quo duo tradit. Primo quidem oſtendit circa quid hæc ſcientia verſetur. Secundo, qualis ſit iſta ſcientia, ibi: [Quia uero non actiua.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quod huius ſcientię, quę ſapientia dicitur, eſt conſiderare cauſas. Secundo quales, uel quas cauſas conſiderat, ibi: [Quoniam autem ſcientiã hanc.] Circa primũ præmittit quędam, ex quibus ad propoſitum arguitur. Secundo ex prędictis rationem ſumit, ibi: [Cuius autem gratia nunc.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit in communi, ſcientię dignitatem. Secundo oſtendit cognitionis ordinem, ibi: [Animalia quidem igitur &c.] Scientię autem dignitatem oſtendit per hoc, quòd naturaliter deſideratur ab omnibus tanquam finis. Vnde circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat, ibi: [Signum autem.] Proponit igitur primo quòd omnibus hominibus naturaliter deſiderium ineſt ad ſciendum. Cuius ratio poteſt eſſe triplex. Primo quidem, quia unaquæque res naturaliter appetit perfectionem ſui. Vnde & materia dicitur appetere formam, ſicut imperfectum appetit ſuam perfectionem. Cum igitur intellectus, à quo homo eſt id quod eſt, in ſe conſideratus, ſit in potentia omnia, nec in actum eorum reducatur niſi per ſcientiam: quia nihil eſt eorum quę ſunt ante intelligere, ut dicitur in tertio de

T.cõm.14. Anima, ſic naturaliter vnuſquiſque deſiderat ſcientiam ſicut materia formam. Secundo, quia quælibet res naturalem inclinationem habet ad ſuam propriam operationem: ſicut calidum ad calefaciendum, & graue ut deorſum moueatur. Pro-

Lib. de hiſt. animalium. pria autem operatio hominis inquantum homo, eſt intelligere. Per hoc enim ab omnibus aliis differt. Vnde naturaliter deſiderium hominis inclinatur ad intelligendum, & per conſequens ad ſciendum. Tertio, quia vnicuique rei deſiderabile eſt ut ſuo principio coniungatur. in hoc enim vniuſcuiuſque perfectio conſiſtit. Vnde & motus circularis eſt perfectiſſimus, ut

T.cõ.77. probatur Octauo Phyſicorum, quia finem coniungit principio. Subſtantiis autem ſeparatis, quæ ſunt principia intellectus humani, & ad quæ intellectus humanus ſe habet, ut imperfectum ad perfectum, non coniungitur homo niſi per intellectum. Vnde & in hoc ultima hominis fœlicitas conſiſtit. Et ideo naturaliter homo deſiderat ſcientiam. Nec obſtat, ſi aliqui homines ſcientiæ hoc ſtudium non impendant, cum frequenter qui finem aliquem deſiderant, a proſecutione finis ex aliqua cauſa retrahantur, vel propter difficultatem perueniendi, vel propter alias occupationes. Sic etiam, licet omnes homines ſcientiam deſiderent, non tamen omnes ſcien-

I tiæ ſtudium impendunt: quia ab aliis detinentur, uel a uoluptatibus, uel a neceſſitatibus vitæ præſentis, uel etiam propter pigritiam vitant laborem addiſcendi. Hoc autem proponit Ariſto. ut oſtendat quòd quærere ſcientiam non propter aliud utile, qualis eſt hæc ſcientia, non eſt uanum, cum naturale deſiderium uanum eſſe non poſſit. Deinde oſtendit quod propoſuerat, per ſignum: quia cum ſenſus ad duo nobis deſeruiant, ſcilicet ad cognitionem rerum, & ad utilitatem vitæ, diliguntur a nobis propter ſe ipſos, inquantum cognoſcitiui ſunt: & etiam propter quod utilitatem ad uitam conferunt. Et hoc patet ex hoc, quòd ille ſenſus maxime ab omnibus diligitur, qui magis cognoſcitiuus eſt, qui eſt uiſus, quem diligimus non ſolum ad agendum aliquid, ſed etiam ſi nihil agere deberemus. Cuius cauſa eſt, quia iſte ſenſus, ſcilicet ui-

K ſus, inter omnes magis facit nos cognoſcere, & plures differentias rerum nobis demonſtrat. In quo manifeſtum eſt, quòd duas præeminentias uiſus in cognoſcendo ad alios ſenſus ponit. Vnam quidem, quia perfectius cognoſcit. Quod quidem viſui accidit, eo quod ſpiritualior eſt inter omnes ſenſus. Quanto enim aliqua uis cognoſcitiua eſt immaterialior, tanto eſt perfectior in cognoſcendo. Quod autem uiſus ſit immaterialior, patet, ſi conſideratur eius immutatio, qua ab obiecto immutatur. Nam, cum omnia alia ſenſibilia immutent organum, & medium ſenſus ſecundum aliquam materialem immutationem, ſicut tactus obiectum, calefaciendo & infrigidãdo: obiectum uero guſtus, afficiendo ſapore aliquo organum guſtus mediante ſaliua: obiectum autem auditus per motum corporalem, obiectum autem odoratus per fumalem euaporationem: ſolum obiectum uiſus non immutat nec organum, nec medium, niſi ſpirituali immutatione. Non enim pupilla, nec aer colloratur, ſed ſolum ſpeciem coloris recipiunt ſecun-

b Animalia quidem igitur natura ſenſum habentia fiunt.

c Ex ſenſibus autem quibuſdã quidem ipſorum memoria non fit, quibuſdam uero fit. Et propter hoc alia quidem prudentia ſunt, alia uero diſciplinabi-

F dum eſſe ſpirituale. Quia igitur ſenſus in actu conſiſtit in actuali immutatione ſenſus ab obiecto, manifeſtum eſt illum ſenſum ſpiritualiorem eſſe in ſua operatione, qui immaterialius & ſpiritualius immutatur. Et ideo uiſus certius & perfectius iudicat de ſenſibilibus inter alios ſenſus. Aliam autem præeminentiam ponit, quia nobis plura demonſtrat. quod quidem accidit ex ratione ſui obiecti. Tactus enim & guſtus, & ſimiliter odoratus & auditus ſunt cognoſcitiui illorum accidentium, in quibus diſtinguuntur inferiora corpo-

Lib. de ſen. & ſen. Lect.2.

Natura itaque animalia ſenſum habentia fiunt.

A ſenſu vero quibuſdam eorum non innaſcitur memoria, quibuſdam uero innaſcitur, & ob hoc, alia prudentia, alia diſciplinarum capaciora

G ra a ſuperioribus. Viſus autem eſt cognoſcitiuus illorum accidentium, in quibus communicant inferiora corpora cum ſuperioribus. Nam viſibile actu eſt aliquid per lucem, in qua communicant inferiora corpora cum ſuperioribus: ut dicitur ſecundo de anima. Et ideo corpora cæleſtia ſolo viſu ſunt ſenſibilia. Eſt autem alia ratio, quod viſus plures differentias rerum demonſtrat, quia ſenſibilia corpora, præcipue per viſum & tactum, cognoſcere videmur: & adhuc magis per viſum. Cuius ratio ex hoc ſumi poteſt, quod alij tres ſenſus ſunt cognoſcitiui eorum, quæ a corpore ſenſibili quodam modo effluunt & non in ipſo conſiſtunt: ſicut ſonus eſt a corpore ſenſibili, ut ab eo fluens & non in eo manens: & ſimiliter fumalis euaporatio, cum qua & ex qua odor diffunditur. Viſus autem & tactus percipiunt illa accidentia, quæ rebus ipſis immanent, ſicut color & calidum & frigidum. Vnde iudicium tactus & viſus extenditur ad res ipſas. Iudicium autem auditus & odoratus ad ea, quæ a rebus ipſis procedunt, non

T.co.68.

H ad res ipſas. Et inde eſt quod figura & magnitudo & huiuſmodi, quibus ipſa res ſenſibilis diſponitur, magis percipitur viſu & tactu, quam aliis ſenſibus. Et adhuc amplius magis viſu quam tactu, tamen propter hoc quod viſus habet maiorem efficaciam ad cognoſcendum (ut dictum eſt) tum propter hoc quòd quantitas & ea quæ ad ipſam ſequuntur, quæ videntur eſſe ſenſibilia communia, proximius ſe habent ad obiectum viſus, quam ad obiectum tactus. Quod ex hoc patet, quod obiectum uiſus, omne corpus habens aliquam quantitatem aliquo modo conſequitur, non autem obiectum tactus. Deinde cum dicit.

Li. de ſen. & ſen. Lect.2.

b ¶ Proſequitur de ordine cognitionis, & primo quantum ad bruta animalia. Secundo quantum ad homines, ibi [Alia quidem igitur & cetera] Circa vero bruta animalia tangit primo quidem id, in quo omnia animalia communicant. Secundo id, in quo animalia differunt & ſe inuicem excedunt, ibi: [Ex

I ſenſibus.] Communicant autem omnia animalia in hoc quod naturaliter ſenſus habent. Nam ex hoc animal eſt animal, quod habet animam ſenſitiuam, quæ natura eſt animalis: ſicut forma vnicuique propria eſt natura eius. Quamuis autem omnia animalia ſenſum habeant naturaliter, non tamen omnia habent omnes ſenſus, ſed ſolum perfecta. Omnia uero habent ſenſum tactus. Ipſe enim eſt quodam modo fundamentum omnium aliorum ſenſuum. Non autem habent omnia ſenſum uiſus, quia ſenſus uiſus eſt omnibus alijs perfectior in cognoſcendo: ſed tactus magis neceſſarius. Eſt enim cognoſcitiuus eorum, ex quibus animal conſtat, ſcilicet calidi, frigidi, humidi & ſicci. Vnde ſicut uiſus inter omnes eſt perfectior in cognoſcendo, ita tactus eſt magis neceſſarius, utpote primus exiſtens in uia generationis. Ea enim, quæ ſunt perfectiora ſecundum hanc uiam, ſunt poſteriora reſpectu illius indiuidui, quod de imperfecto ad perfectionem mouetur. Deinde cum dicit.

Lib. de ſen. & ſen. Lect.2.

K c ¶ Ponit diuerſitatem cognitionis, quæ eſt in brutis, & tangit etiam tres gradus cognitionis in huiuſmodi animalibus. Quædam enim ſunt, quæ licet ſenſum habeant, non tamen habent memoriam, quæ ex ſenſu fit. Memoriam enim ſequitur phantaſia, quę eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum, ut habetur in ſecundo de anima. In quibuſdam uero animalibus ex ſenſu non fit phantaſia, & ſic in eis non poteſt eſſe memoria: & huiuſmodi ſunt animalia imperfecta, quæ ſunt immobilia ſecundum locum, ut conchilia. Cum enim animalibus cognitio ſenſitiua ſit prouiſiua ad uitæ neceſſitatem & propriam operationem, animalia illa memoriam habere debent, quę mouentur ad diſtans motu progreſſiuo. Niſi enim apud ea remaneret per memoriam intentio præconcepta, ex qua ad motum inducuntur, motum continuare non poſſent, quouſque finem intentum conſequerentur. Animalibus uero immobilibus ſufficit ad proprias operationes præſentis ſenſibilis acceptio, cum ad diſtans non moueantur.

Secundo de anima. T.c.160. Lect.6.

Et

Et ideo ſola imaginatione confuſa habent aliquem motum in- A
T.m 56. determinatum, ut dicitur tertio de Anima. Ex hoc autem, quod quædam animalia memoriam habent, & quædam non habent, ſequitur quod quædam ſunt prudentia, & quædam non. Cum enim prudentia ex præteritorum memoria de futuris prouideat. [vnde ſecundum Tullium in Secundo Rethoricæ, partes eius ponuntur memoria, intelligentia, & prouidentia) in illis animalibus prudentia eſſe non poteſt, quæ memoria carent. Illa uero animalia, quę memoriam habent, aliquid prudentiæ habere poſſunt. Dicitur autem prudentia aliter in brutis animalibus, & aliter hominibus ineſſe. In hominibus quidem eſt prudentia ſecundum quòd ex ratione deliberant quid eos oporteat a-
Cap. 6. Lect. 4. gere. Vnde dicitur Sexto Ethicorum, quod prudentia eſt recta ratio agibiliũ. Iudicium autem de rebus agendis, non ex rationis deliberatione, ſed ex quodam naturæ inſtinctu, prudentia in alijs animalibus dicitur. Vnde prudentia in alijs animalibus, eſt naturalis æſtimatio de conuenientibus proſequendis, & fugiendis nociuis: ſicut agnus ſequitur matrem & fugit lupum. Inter ea uero, quæ memoriam habent, quędam habẽt auditum & quædam non. Quæcunque autem auditum non habent, ut apes, vel ſi quod aliud huiuſmodi animal eſt, licet prudentiam habere poſſint, non tamen ſunt diſciplinabilia, ut ſcilicet per alterius inſtructionem poſſint aſſueſcere ad aliquid faciendum vel uitandum. Huiuſmodi enim inſtructio præcipue ſuſcipitur per auditum, vnde dicitur in libro de ſenſu & ſenſato, &
Lect. 7. auditus eſt ſenſus diſciplinæ. Quod autem dicitur, [Apes auditũ non habere.] Non repugnat ei, quod uidentur ex quibuſdam ſonis exterreri. Nam ſicut ſonus vehemens occidit animal, & ſcindit lignum, vt in tonitruo patet, non propter ſonum, ſed propter commotionem aeris vehementem in quo eſt ſonus: ita animalia, quæ auditu carẽt, iudicium de ſonis non habendo poſſunt per ſonos aereos exterreri. Illa uero animalia, quæ memoriam & auditum habent, & diſciplinabilia & prudentia eſſe poſſunt. Patet igitur, tres eſſe gradus cognitionis in animalibus. Primus eſt
D. 1077. eorum, quæ nec auditum nec memoriam habent. Vnde nec diſciplinabilia ſunt, nec prudentia. Secundus eſt eorum, quæ † habent memoriam, ſed non auditum, unde ſunt prudentia, & non diſciplinabilia. Tertius eſt eorum, quę utrunq; habent, & ſunt prudentia & diſciplinabilia. Quartus autem modus eſſe non poteſt, ut ſcilicet ſit aliquod animal, quod habeat auditum, & non habeat memoriam. Senſus enim qui per exterius medium ſuum ſenſibile apprehendunt, inter quos eſt auditus, non ſunt niſi in animalibus, quæ mouentur motu progreſſiuo, quibus memoria deeſſe non poteſt, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit gradum cognitionis humanæ & circa hoc duo facit. Primo namque oſtendit in quo cognitio humana excedit prædictorum cognitionẽ. Secundo oſtendit quomodo humana cognitio per diuerſos grad⁹ diſtribuitur, ibi: [Fit aũt ex memoria.] Dicit ergo in prima parte, q; vita animalium, regitur imaginatione & memoria. Imaginatione quidẽ quantum ad animalia imperfecta, memoria vero quantum ad animal a perfecta. Licet.n. & hæc imaginationẽ habeant, tamen unumquodque regi dicitur ab eo, quod eſt principalius in ipſo. Viuere autem hic, non accipitur ſecundum q; eſt eſſe uiuentis, ſicut accipitur in Secundo A de anima, cum dicitur, Viuere uiuentibus eſt eſſe. Nam huiuſmodi viuere animalis non eſt ex memoria, & imaginatio- Text. c. 57.
ne, ſed præcedit vtrumque. Accipitur autem uiuere pro actione vitæ, ſicut & conuerſationem hominum vitam dicere ſolemus. In hoc uero, quòd cognitionem animalium determinat per comparationem ad regimen vitæ, datur intelligi, quòd cognitio ineſt ipſis animalibus, non propter ipſum cognoſcere: ſed propter neceſſitatem actionis. Supra memoriam autem in hominibus, vt infra dicetur, proximum D. 591.
eſt † experimentum, quòd quædam animalia non participant niſi parum. Experimentum enim eſt ex collatione plurium ſingularium in memoria receptorum. Huiuſmodi autem collatio eſt homini propria, & pertinet ad uim cogitatiuam, quæ ratio particularis dicitur: quę eſt collatiua intentionum indiuidualium, ſicut ratio uniuerſalis intentionum vniuerſalium. Et quia ex multis ſenſibus, & memoria animalia ad aliquid conſueſcunt proſequendũ, vel uitandum, indè eſt, quòd aliquid experimenti, licet parum, participare uidentur. Homines autem ſupra experimentum, quod pertinet ad rationem particularem, habent
D rationem uniuerſalem, per quam uiuunt, ſicut per id, quod eſt principale in eis. Sicut autem ſe habet experimentum ad rationem particularem, & conſuetudo ad memoriam in animalibus, ita ſe habet ars ad rationem uniuerſalem. Ideo ſicut perfectum uitæ regimen eſt animalibus per memoriam, adiuncta aſſuefactione ex diſciplina, uel quomodolibet aliter, ita perfectum hominis regimen eſt per rationem arte perfectam. Quidam tamen ratione ſine arte reguntur: ſed hoc eſt regimen imperfectum. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit diuerſos gradus humanæ cognitionis: & circa hoc duo facit. Primo comparat experimentum ad artem quidem. Secundo comparat artem ſpeculatiuam ad actiuam ibi. [Primum igitur conuenienſ &c.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit generationem artis & experimenti. Secundo, præeminentiam vnius ad alterum, ibi: [Ad agere quidem igitur &c.] Circa primum duo
E facit. Primo, ponit vtriuſque prædictorum generationem. Secundo, manifeſtat per exemplum, ibi: [Acceptionem quidem enim &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit generationem experimenti. Secundo, artis generationem, ibi: [Hominibus autem &c.] Dicit ergo primo, quòd ex memoria in hominibus experimentum cauſatur. Modus autem cauſandi eſt iſte: quia ex multis memorijs vnius rei, accipit homo experimentum de aliquo, quo experimento potens eſt ad facile & recte operandum. Et ideo, quia potentiam recte & faciliter operandi, præbet experimentum, videtur fere eſſe ſimile arti & ſcientiæ. Eſt enim ſimilitudo, eo quod vtrobique ex multis vna acceptio alicuius rei ſumitur. Diſſimilitudo autem, quia per artem accipiuntur vniuerſalia, per experimentum ſingularia, vt poſtea dicetur. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit generationem artis, & dicit, quòd ex experientia in hominibus fit ſcientia & ars: & probat per authoritatem Poli, qui dicit, quòd experientia facit artem, ſed inexperientia caſum. Quando enim aliquis inexpertus recte operat, a caſu eſt;

liora non poſſibilibus memorari. Prudentia quidem ſunt ſine addiſcere, quæcunque ſonos audire non potentia ſunt: vt apes, & utique ſi aliquod aliud huiuſmodi eſt animalium genus. Addiſcunt autem quæcunque cum memoria, & hũc habẽt ſenſum. B

ſunt, quàm illa, quæ memorare non poſſunt. Prudentia quidem abſque eo quod diſcant, quæcunque ſcilicet audire ſonos non poſſunt, ut apes, & ſi quod aliud animalium genus ſimile eſt. Diſcunt autem quæcunque unà cum memoria hunc quoque ſenſum habẽt,

c Alia quidem igitur imaginationibus, & memorijs viuunt, experimenti autem parum participant. hominum autem genus arte & rationibus.

Cætera igitur imaginationibus, ac memorijs uiuunt: experientia uero parum participant. humanum autem genus arte etiam, ac ratiocinationibus.

d Fit autem ex memoria hominibus experimentum. eiuſdem C namque rei multæ memoriæ, vnius experientiæ potentiam faciunt. Et fere videtur ſcientię ſimile experimentum eſſe, & arti.

Fit autem ex memoria experientia hominibus. multa etenim eiuſdem rei memoriæ unius experientiæ uim efficiunt. Quare experientia penè ſimile quid ſcientiæ, ac arti eſſe uidetur.

e Hominibus autem ſcientia & ars per experientiam euenit. Experientia quidem.n. artem fecit, ſicut ait Polus recte dicens, ſed inexperientia caſum. Fit autem

Per experientiam autem ars, & ſcientia hominibus efficitur. experientia enim, ut recte ait Polus, artem effecit, inexperientia uero for-

Modus autem, quo ars fit ex experimento, eſt idem cum modo prædicto, quo experimentum fit ex memoria. Nam ſicut ex multis memorijs fit una experimentalis ſcientia, ita ex multis experimentis apprehenſis, fit vniuerſalis acceptio de omnibus ſimilibus. Vnde plus habet hoc ars quam experimentum: quia experimentum tantum circa ſingularia uerſatur, ars autem circa uniuerſalia. Quod conſequenter per exempla exponit cum dicit: [Acceptionem quidem &c.] quia cũ homo accipit in ſua cognitione quòd hęc medicina contulit Socrati & Platoni tali infirmitate laborantibus, & multis alijs ſingularibus, quicquid ſit illud, hoc ad experientiam pertinet. Sed cum aliquis accipit quòd hoc omnibus conferat in tali ſpecie ægritudinis determinata, & ſecundum talem complexionem, ſicut ꝙ contulit febricitantibus & phlegmaticis, & cholericis, id iam ad artem pertinet. Deinde cum dicit.

g ¶ Comparat artem ad experimentum per modum præeminentiæ, & ſecundum hoc duo facit. Primo comparat quantum ad actionem. Secundo quantum ad cognitionem, ibi: [Sed tamen ſcire, &cæt.] Dicit ergo, quod quantum ad actum pertinet, experientia nihil uidetur differre ab arte. Cum enim ad actionem venitur, tollitur differentia, quæ inter experimentum, & artem erat per uniuerſale, & ſingulare. quia ſicut experimentum circa ſingularia operatur, ita & ars. Vnde prædicta differentia erat in cognoſcendo tantum. Sed quamuis in modo operandi ars, & experimentum non differant, quia utraque circa ſingularia operatur, differunt tamen in efficacia operandi. Nam experti magis proficiunt in operando illis, qui habent rationem uniuerſalē artis ſine experimento. Cuius cauſa eſt, quia actiones ſunt circa ſingularia, & ſingularium ſunt omnes generationes. Vniuerſalia.n. non generantur nec mouentur niſi per accidens, inquantum hoc ſingularibus competit. Homo enim generatur, hoc homine generato. Vnde medicus non ſanat hominem niſi per accidens, ſed per ſe ſanat Platonem, aut Socratem, aut aliquem hominem ſingulariter dictum, cui conuenit eſſe hoiem, vel accidit inquantũ eſt curatus.

vniuerſalis, velut de ſimilibus, acceptio. Acceptionem quidẽ enim habere quod Calliæ & Socrati hac ægritudine laborantibus hoc contulit, & ita multis ſingularium, experimenti eſt: quod autem omnibus huiuſmodi ſecundum unam ſpeciem determinatis, ac ægritudine laborantibus contulit, vt phlegmaticis, aut cholericis, aut ęſtu febricitantibus, artis eſt.

G

g Ad agere quidẽ igitur experiẽtia quidem nihil ab arte differre videtur: ſed expertos magis proficere uidemus, ſine experientia rationem habentibus. Cauſa autem eſt, quia experientia quidẽ ſingularium eſt cognitio, ars vero vniuerſalium. Actus autem & generationes omnes circa ſingularia ſunt. Non enim medicus ſanat hominem, niſi ſecundum accidens; ſed Calliam, aut Socratem, aut aliquem ſic dictorum, cui eſſe hominem accidit. Si igitur ſine experimento quis rationem habeat, & uniuerſale quidẽ cognoſcat, in hoc autem ſingulare ignoret, multotiens quidẽ peccabit. Singulare nanque magis curabile eſt.

H

I

h Sed tamen ſcire, & obuiare, magis arte quam experimento eſſe arbitramur; & artifices expertis ſapientiores eſſe opinamur; tanquam magis ſit ſcire ſecundum ſapientiam omnia ſequentem.

i Hoc autem eſt, quia hi quidem cauſam ſciunt, illi vero non. Experti quidem enim ipſum ſciũt quia; ſed propter quid neſciũt; hi autem propter quid, & cauſã cognoſcunt. Vnde & architectores circa quodlibet quidem huiuſmodi honorabiliores, & magis ſcire manu artificibus putamus & ſapientiores, quia factorum cauſas ſciunt. Illi uero

K

tuam. Fit autem ars, cum ex multis experimentalibus conceptibus una de ſimilibus uniuerſalis opinio fiat, opinari etenim, quod Calliæ hoc morbo laboranti hoc conduxit, ſimiliter Socrati, ac ſigillatim alijs multis, experientiæ: quod autem omnibus huiuſmodi ſecundum unam ſpeciem determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, utpote pituitoſis, aut bilioſis, aut febre ardente febricitantibus, hoc artis propriũ eſt.

Ad agendum itaque nil videtur experientia differre ab arte, quinimmo videmus expertos magis id, quod intendunt, conſequi quam illos, qui rationem abſque experientia tenent. Cauſa uero eſt, quod experientia ſingularium, ars autem uniuerſalium cognitio eſt, actiones autem, ac generationes omnes, circa ſingulare ſunt, non enim hominem, niſi per accidens ſanat qui medetur, ſed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui ſic dicũtur, cui accidit hominem eſſe. Si quis itaque rationem abſque experientia teneat, & uniuerſale quidem cognoſcat, quod autem ſub eo particulare eſt ignoret, ſępenumero errabit a ſanando, id enim magis ſanabile eſt, quod ſingulare eſt.

Nihilominus ſcire, & cognoſcere magis arti, quam experientię arbitramur ineſſe, ac eos, qui artem tenent, quàm eos, qui experientiam habent, ſapientiores eſſe putamus, eo quod ſapiẽtia propter ſcientiam magis omnes ſequitur.

Hoc autem, quoniam illi quidem ſciunt cauſam, hi uero minime, experti etenim ſciunt quidem quod eſt, propter quid autem neſciunt, illi vero propter quid, & cauſam cognoſcunt. Quare & eos, qui in qualibet re Architecti ſunt, honorabiliores & doctiores, ac eis, qui manibus operantur, ſapientiores putamus, quoniam cauſas eorũ, quæ fiunt, ſciũt,

F

Quamuis enim eſſe hominem per ſe conueniat Socrati, tamen curato & medicato per accidens conuenit. hæc eſt enim per ſe, Socrates eſt homo. quia ſi Socra. diffiniretur; poneretur homo in eius diffinitione, (ut in quarto dicetur) ſed hæc eſt per accidens, curatus uel ſanatus eſt homo. Vnde, cum ars ſit uniuerſalium, experientia ſingularium, ſi aliquis habet rationem artis ſine experientia, erit quidem perfectus in hoc qđ uniuerſale cognoſcat: ſed quia ignorat ſingulare cum experimento careat multoties in curando peccabit: quia curatio magis pertinet ad ſingulare quam ad uniuerſale, cum ad hoc pertineat per ſe, ad illud per accidens. Deinde cum dicit. T.c.30.

h ¶ Comparat experimentum ad artẽ quantum ad cognitionem. & circa hoc duo facit. Primo ponit pręeminentiã artis ad experimentum. Secũdo probat ibi, [Hoc aũt eſt, quia hi qdẽ &c.] Proponit aũt præeminentiã artis & ſciẽtiæ quantũ ad tria. Quantũ ad ſcire, qđ quidẽ magis arbitramur eſſe ꝑ arte, ꝙ per experimẽtũ. Item quantũ ad obuiare, quod in diſputationibus accidit. Nam habens artem poteſt diſputando obuiare his, quæ cõtra artẽ dicuntur, non autem habens experimẽtum. Item quantum ad hoc, ꝙ artifices plus accedunt ad finem ſapiẽtiæ, quam experti. [Tanquã magis ſit] ideſt cõtingat. [Scire ſecundum, ſapiẽtiam ſequẽtem omnia] ideſt quæ ſequitur vniuerſalia. Ex hoc enim artifex ſapientior iudicatur quam expertus, quia uniuerſalia conſiderat. Vel aliter [Tanquam magis ſit ſcire ſecundum ſapiẽtiam omnia ſequentem [ideſt uniuerſalia. Alia litera. [Tamquam magis ſecundum ſcire ſapientia omnia ſequente.] quaſi dicat [Tãquam ſapientia ſequente omnia] ideſt conſequente ad unũquodque [Magis ſit ſecundum ſcire, [quam ſecundum operari: vt ſcilicet dicantur ſapiẽtes magis qui magis ſciunt, non qui magis ſunt operatiui. Vnde alia litera hunc ſenſum habet planiorem, quæ ſic dicit: [Tamquã ſecundum illud quod eſt ſcire magis, omnes ſequuntur ſapientiam.] Conſequenter cum dicit.

i ¶ Probat prædictam præeminentiam tripliciter. Prima probatio talis eſt. Illi, qui ſciunt cauſam & propter quid, ſcientiores ſunt & ſapientiores illis, qui ignorant cauſam,

ſed ſolum ſciunt quia. Experti autem ſciunt quia, ſed neſciunt propter quid; Artifices vero ſciunt cauſam, & propter quid, & non ſolum quia: ergo ſapientiores & ſcientiores ſunt artifices expertis. Primo primam probat cum dicit, [Vnde & architectores, &c.] Probatio talis eſt. Illi, qui ſciunt cauſam & propter quid, comparantur ad ſcientes tantum quia, ſicut architectonicæ artes, ad artes artificum manu operantium. Sed architectonicæ artes ſunt nobiliores: ergo & illi, qui ſciunt cauſas & propter quid, ſunt ſcientiores & ſapientiores ſcientibus tantum quia. Huius probationis prima ex hoc apparet, quia architectores ſciunt cauſas factorum. Ad cuius intellectum ſciendum eſt, quòd architector dicitur quaſi principalis artifex, ab arcos, quod eſt princeps, & tecni quod eſt ars. Dicitur autem ars principalior illa, quæ principaliorem operationem habet. Operationes autem artificum, hoc modo diſtinguuntur. quia quædam ſunt ad diſponendum materiam artificij, ſicut carpentarij ſecando ligna & complanando, diſponunt materiam ad formam nauis. Alia eſt operatio ad inductionem formæ, ſicut cum aliquis ex lignis diſpoſitis & præparatis, nauem compaginat. Alia eſt operatio in vſum rei iam conſtitutæ, & illa eſt principaliſſima. Prima autem infima, quia prima ordinatur ad ſecundam, & ſecunda ad tertiam. Vnde nauis factor eſt architector reſpectu eius, qui præparat ligna. Gubernator autem, qui vtitur naui iam facta, eſt architector reſpectu nauis factoris. Et quia materia eſt propter formā, & talis debet eſſe materia quæ formæ competat: ideo nauis factor ſcit cauſam, quare ligna debeant eſſe ſic diſpoſita, quod neſciūt illi qui præparant ligna. Similiter, cum tota nauis ſit propter vſum ipſius, ille qui naui vtitur, ſcit quare talis forma debeat eſſe. Ad hæc enim debet talis eſſe, vt tali vſui conueniens ſit. Et ſic patet, ꝙ ex forma artificij ſumitur cauſa operationum, quæ ſunt diſpoſitio circa diſpoſitionem materiæ. Et ex vſu ſumitur cauſa operationum quæ ſunt circa formam artificiati. Et ſic manifeſtum eſt, quòd architectores factorum cauſas ſciunt. Illos vero, ſcilicet manu artifices iudicamus vel denominamus, ſicut quædam inanimatorum. & hoc non ideo, quia faciunt operationes artificiales, ſed quia quæ faciunt, incognita faciunt. Sciunt enim quia, ſed cauſas non cognoſcunt: ſicut etiam ignis exurit abſque alia cognitione. Eſt igitur quantum ad hoc ſimilitudo inter inanimata, & manu artifices, quod ſicut abſque cauſæ cognitione inanimata operantur vt ordinata ab aliquo ſuperiori intellectu in proprium finem, ita & manu artifices. Sed in hoc eſt differentia, quia inanimata faciunt vnumquodque ſuorum operum per naturam, ſed manu artifices per conſuetudinem: quæ licet vim naturæ habeat inquantum ad vnum inclinat determinate, tamen a natura

ſicut quædam inanimatorum faciunt quidem, non ſcientia autem faciunt quæ faciunt, vt ignis quidem exurit. Inanimata quidem igitur natura quadā vnumquodque faciunt horum, ſed manu artifices propter conſuetudinem faciunt: tamquam nō ſecundum practicos eſſe ſapientiores ſint, ſed ſecundum quod rationes habent ipſi, & cauſas cognoſcunt.

B

k. Et omnino ſignum ſcientis eſt poſſe docere. & ob hoc magis artem experimento ſcientiam eſſe exiſtimamus. Poſſunt enim hi docere, illi autem docere non poſſunt.

l. Amplius autem ſenſuum nec vnum ſapientiam eſſe ponimus, cum & his ſingularium cognitiones maxime ſint propriæ, ſed propter quid de nullo dicunt: vt propter quid ignis calidus, ſed quia calidus ſolum ſit.

C

m. Primum quidem igitur conueniens eſt quamlibet artem inuenientem vltra cōmunes ſenſus, ab hominibus mirari, non ſolum propter aliquam inuentorum vtilitatem, ſed ſicut ſapientem, & ab alijs diſtinguentem. Pluribus autem repertis artibus, & alijs quidem ad neceſſaria, alijs vero ad introductionem exiſtentibus, ſemper tales illis ſapientiores eſſe arbitrandum eſt, propter id, quod illorum ſcientiæ ad vſum

D

illi vero, ſicut & quadam inanimata, faciunt quidem, ſed neſcientia faciunt ea, quæ faciunt, ut ignis comburit. ſed inanimata natura quadam horum ſingula faciunt: manibus laborantes, propter conſuetudinem, tamquam ſapientiores ſint, non prout actiui ſunt, ſed prout rationem habent, cauſaſque cognoſcunt.

Et prorſus ſignum ſcientis eſt poſſe docere. quamobrem magis artē quam experientiam ſcientiam eſſe putamus. illi enim poſſunt, hi uero minime poſſunt docere.

Præterea ſenſum nullum putamus ſapientiam eſſe. tametſi ſingularium hæ maxime propriæ cognitiones ſunt, de nullo tamen dicunt propter quid, ut propter quid calidus ignis, ſed ſolum quod calidus.

Primum itaque cuiuſcumque artis ſupra communes ſenſus inuentorem, non ſolum quoniam utile eſſet, quod inuentum erat, verum etiam ut ſapientem, & cæteris præſtantem, (ut veriſimile eſt) homines admirabantur. Cum autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad neceſſaria, aliæ ad degendum eſſent, ſemper tales ſapientiores illis eſſe putamus, quod eorum ſcientiæ non ad utilitatem eſſent, Quò ſit, vt huiuſ-

A differt in hoc quod eſt circa ea, quæ ſunt ad vtrumlibet ſecundum humanam cognitionem. Naturalia enim non conſueſcimus, ſicut dicitur in ſecundo † Ethicorum. Nec etiam cognitione carentium eſt conſueſcere. Hæc autem quæ dicta ſunt, ſic ſunt conſideranda tamquam ex eis appareat quod aliquis non ſunt ſapientiores ſecundum quòd eſt, [Practicos.] id eſt operatores eſſe, quod conuenit expertis: ſed ſecundum quod aliqui habent rationem de agendis, & cognoſcunt cauſas agendorum, ex quibus rationes ſumuntur: quod conuenit architectoribus. Deinde cum dicit. Cap. 1.

K ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Signum ſcientis eſt poſſe docere: quod ideo eſt, quia vnumquodque tunc eſt perfectum in actu ſuo, quando poteſt facere alterū ſibi ſimile, ut dicitur iiij. † Meteororum. T.cōm.19. Sicut igitur ſignum caliditatis eſt, quod poſſit aliquid calefacere, ita ſignum ſciētis eſt quòd poſſit docere, quod eſt ſcientiam in alio cauſare. Artifices autem docere poſſunt, quia cum cauſas cognoſcant, ex eis poſſunt demonſtrare. Demonſtratio autem eſt Syllogiſmus faciens ſcire, vt dicitur Primo Poſteriorum. T.com.5. Le.4. Experti autem non poſſunt docere, quia non poſſunt ad ſcientiam perducere, cum cauſam ignorent. Et ſi ea, quæ experimento cognoſcūt, alijs tradant, non recipientur per modū ſcientiæ, ſed per modum opinionis vel credulitatis. Vnde patet, ꝙ artifices ſunt magis ſapientes & ſcientes expertis. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit tertiam rationem, quæ talis eſt. Cognitiones ſingularium magis ſunt propriæ ſenſibus quam alicui alteri cognitioni, cum omnis cognitio ſingularium a ſenſu oriatur. Sed tamen. [Nec unum.] id eſt, nullum ſenſum dicimus ſapientiam, ſcilicet propter hoc ꝙ licet aliquis ſenſus cognoſcat quia, tamen nō propter quid cognoſcit. Tactus enim iudicat ꝙ ignis calidus

E

eſt, non tamen apprehendit propter quid. Ergo experti, qui habent ſingularium cognitionem, cauſam ignorantes, ſapientes dici non poſſunt. Deinde cum dicit.

m ¶ Comparat artem actiuam ſpeculatiuæ. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quòd ars ſpeculatiua magis eſt ſapientia quàm actiua. Secundo reſpondet cuidam obiectioni, ibi: [In moralibus.] Oſtendit autem quòd primo dictum eſt, tali ratione. In quibuſcumque ſcientijs vel artibus inuenitur id, propter quod homines ſcientes præ alijs hominibus in admiratione vel honore habentur, illæ ſcientiæ ſunt magis honorabiles, & magis dignæ nomine ſapientię. Quilibet autem inuentor artis habetur in admiratione, propter hoc, quod habet ſenſum & iudicium & diſcretionem cauſæ vltra aliorum hominum ſenſum, & non propter utilitatem illorum, quæ inuenit, ſed magis admiramur [Sicut ſapientem & ab alijs diſtinguentem.] Sapientem quidem, quantum ad Lib. 6. Ethic. Cap. 3.

ſubtilem inquiſitionem cauſarum rei inuentæ; diſtinguentem vero quantum ad inuestigationem differentiarum unius artis ad aliam, vel aliter. [Ab alijs diſtinguentem.] vt paſſiue legatur, quaſi in hoc ab alijs diſtinguatur. Vnde alia litera habet. [Differentem.] ergo ſcientiæ aliquæ ſunt magis admirabiles & magis dignæ nomine ſapientiæ, propter eminentiorem ſenſum, & non propter vtilitatem. Cũ igitur plures artes ſint repertæ quantũ ad vtilitatem, quarum quædam ſũt ad vitæ neceſsitatem, ſicut mechanicæ: quædam uero ad introductionem in alijs ſcientijs, ſicut ſcientiæ logicales: illi artifices dicendi ſunt ſapiẽtiores, quorum ſcientiæ non ſunt ad vtilitatem inuentæ, ſed propter ipſum ſcire: cuiuſmodi ſũt ſciẽtiæ ſpeculatiuæ. Et quod ſpeculatiuæ ſcientiæ non ſint inuẽtæ ad vtilitatem, patet per hoc ſignũ: quia [Iam partis.] idest acquiſitis, uel repertis omnibus huiuſmodi quæ poſſunt eſſe ad introductionem in ſcientijs, uel ad neceſsitatẽ vitæ, vel ad uoluptatem, ſicut artes, quæ ſunt, ordinatæ ad hominum delectationem, ſpeculatiuæ nõ ſunt, propter huiuſmodi repertæ, ſed propter ſeipſas. Et q̃ nõ ſint ad vtilitatẽ inuentæ, patet ex loco, quo inuentæ ſunt. In locis enim illis primo repertæ ſunt, vbi primo homines ſtuduerunt circa talia. Alia litera habet. [Et primum his locis ubi vacabant] idest ab alijs occupationibus quieſcẽtes ſtudio uacabant, quaſi neceſſarijs abundantes. Vnde & circa Aegyptum primo inuentæ ſunt artes mathematicæ, quæ ſunt maximè ſpeculatiuæ a ſacerdotibus, qui ſunt conceſsi ſtudio vacare: & de publico expenſas habebant, ſicut etiam legitur in Geneſi. Sed quia vſus nomine artis fuerat & ſapientiæ & ſcientiæ quaſi indifferenter, ne aliquis putet hæc omnia eſſe nomina ſynonyma idem penitus ſignificantia, hanc opinionem remouet & remittit ad librũ Moralium, idest ad ſextum Ethicorum, vbi dictum eſt, in quo differant ſcientia & ars, & ſapientia, & prudentia, & intellectus. Et vt breuiter dicatur ſapientia & ſcientia & intellectus ſunt circa partem animæ ſpeculatiuam, quam ibi ſcientificum animæ appellat. Differunt autem, quia intellectus eſt habitus principiorum primorum demonſtrationis. Scientia vero eſt concluſionis ex cauſis inferioribus. Sapientia vero conſiderat cauſas primas. Vnde ibidem, dicitur caput ſcientiarum. Prudentia vero, & ars eſt circa animæ partem practicam, quæ eſt ratiocinatiua de contingentibus operabilibus a nobis. Et differunt. Nam prudentia dirigit in actionibus, quæ non tranſeunt ad exteriorem materiam, ſed ſunt perfectiones agentis; unde dicitur F ibi, quod prudentia eſt recta ratio agibilium. Ars vero dirigit in factionibus, quæ in materiam exteriorem tranſeunt, ſicut ædificare & ſecare: vnde dicitur, quod ars eſt recta ratio factibiliũ. Deinde cum dicit.

Ethic. 6. c. 4.

Cap. 2. proœ.

Lect. 4.

non ſunt. Vnde omnibus talibus rebus iam partis, quæ non ad uoluptatẽ, nec ad neceſſitatem ſcientiarum repertæ ſunt. Et primum in his locis ubi uacabãt. Vnde circa Aegyptum mathematicæ artes primum ſubſtiterunt. Ibi nanque gens ſacerdotum uacare dimiſſa eſt. In moralibus quidem igitur, quæ ſit artis G & ſcientiæ differentia & ſimiliũ generum dictum eſt.

n Cuius autem gratia nunc ſermonẽ facimus hoc eſt, quia denominatam ſapientiam circa primas cauſas, & principia exiſtimãt omnes verſari. Quare, ſicut dictum eſt prius, expertus quidẽ quemcunque ſenſum habentibus, ſapientior eſſe videtur: Artifex autem expertis, architector autem manu artifice, ſpeculatiui H autem magis actiuis. Quòd quidem igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas & principia ſit ſcientia, manifeſtum eſt.

LECTIO II.

a QVoniam autem ſciẽtiam hãc quærimus circa quales cauſas, & circa qualia principia ſapientia & ſcientia ſit, hoc utique conſiderandum erit. Si I itaque accipiat aliquis exiſtimationes, quas de ſapiẽte habemus, fortaſsis ex his manifeſtum erit. Primum itaque ſapientem ſcire omnia maxime, ſicut decet, accipimus, non ſingularem ſcientiã eorum habentem.

b Poſtea difficilia cognoſcere potentem, nec leuia homini noſcere, hunc ſapientem dicimus.

modis iam omnibus inſtitutis, illæ ſapientiarum, quæ neque ad degendam voluptatem, neque ad neceſſaria conducunt, inuentæ ſunt: & in illis locis primo, vbi vacabant, quare circa Aegyptum Mathematicæ artes conſtitutæ ſunt, illic enim gens ſacerdotum vacare permiſſa eſt. Dictum autem in Moralibus eſt, quænam ſit artis & ſcientiæ differentia, ac cæterorum, quæ eiuſdem generis ſunt.

Cuius autem gratia nunc ſermonẽ facimus, illud eſt, quod appellatam Sapientiam circa primas cauſas, & principia omnes arbitrantur verſari. Quare, ut dictum eſt prius, expertus quidem ſenſum quemcunque habentibus ſapientior eſſe videtur; artifex uero expertis architectus etiam manibus laborantes, ſpeculatiui autem factiuis. Quod igitur ſapientia circa aliquas cauſas, & principia ſcientia ſit, patet.

LECTIO II.

QVoniam autem hanc ſcientiam quærimus; hoc utique fuerit conſiderandum circa quales cauſas, & qualia principia ſcientia, & ſapientia eſt. Si itaque repetat quiſquam quas de ſapiente opiniones habemus, fortaſſis ex hoc magis apparent. Primo igitur opinamur ſapientem maxime omnia, vt poſſibile eſt ſcire, non habentem ſingulariter eorum ſcientiam.

Deinde illum, qui difficiliora, neque ſcitu facilia homini cognoſcere poſſit, ſapientem exiſtimamus. ſenti-

o ¶ Oſtendit ex præhabitis principale propoſitum, quòd ſcilicet ſapientia ſit circa cauſas. Vnde dicit, quod hoc eſt cuius gratia. [Nunc ſermonẽ facimus.] idest ratiocinationem prædictam, quia ſcientia illa, quæ denominatur ſapientia, uidetur eſſe circa primas cauſas, & circa prima principia. Quod quidem patet ex præhabitis. Vnuſquiſque enim tanto ſapientior eſt, quanto magis accedit ad cauſæ cognitionem: quod ex præhabitis patet, quia expertus eſt ſapientior eo, qui ſolum habet ſenſum ſine experimento. Et artifex eſt ſapientior experto quocunque. Et inter artifices architector eſt ſapientior manu artifice. Et inter artes etiam, & ſcientias, ſpeculatiuæ ſunt magis ſcientiæ quam actiuæ. Et hæc omnia ex prædictis patent: Vnde relinquitur, quòd illa ſcientia, quæ ſimpliciter eſt ſapientia, eſt circa cauſas. Et eſt ſimilis modus arguendi, ſicut ſi diceremus, illud quod eſt magis calidum, eſt magis igneum: unde quod ſimpliciter eſt ignis, eſt calidum ſimpliciter.

LECTIO II.

a POſtquam Philoſophus oſtendit q̃ ſapientia ſit quædam ſcientia circa cauſas exiſtens, hic vult oſtendere circa quales cauſas, & circa qualia principia ſit. Oſtendit autem quòd eſt circa cauſas maxime vniuerſales & primas. & argumentatur a diffinitione ſa- K pientiæ. Vnde circa hoc tria facit. Primo colligit diffinitionem ſapientiæ ex his, quæ homines de homine ſapiente & ſapientia opinantur. Secundo oſtendit, q̃ omnia iſta conueniunt vniuerſali ſcientiæ, quæ conſiderat cauſas primas & uniuerſales. ibi [Iſtorũ autem &c.] Tertio concludit propoſitum ibi. [Ex omnibus ergo &c.] Circa primum ponit ſex opiniones hominum communes, quæ de ſapientia habentur. Primam ibi. [Primum itaque &c.] Quæ talis eſt, quòd communiter omnes accipimus ſapientem maxime ſcire omnia, ſicut eum decet non quòd habeat notitiã de omnibus ſingularibus. hoc enim eſt impoſſibile, cum ſingularia ſint infinita, & infinita intellectu comprehendi non poſſunt. Deinde cum dicit.

b ¶ Secundam ponit, & eſt iſta, quòd illum ſapiẽtem ponimus eſſe, qui eſt potens ex virtute ſui intellectus cognoſcere difficilia, & illa, quæ non ſunt leuia communiter hominibus ad ſciendum,

ſciendum, quia commune eſt omnibus ſentire, i. eſt ſenſibilia cognoſcere. Vnde hoc eſt facile, & non eſt ſophon, i. ſcilicet ali quid ſapientis & ad ſapientem pertinens. Et ſic patet, quod id quod proprie ad ſapientem pertinet, non leuiter ab omnibus cognoſcitur. Deinde cum dicit.

Sentire n. omnibus eſt commune. quare facile, & non ſophon.

c Adhuc certiorem.

d Et magis cauſas docentem, ſapientiorem circa omnem eſſe ſcientiam.

e Sed & hanc ſcientiarum quæ ſuijpſius cauſa eſt, & ſciendi gratia eligibilis eſt, magis eſt ſapientia, quàm quæ contingentium gratia.

f Et hanc ſapientiam magis famulante antiquiorem eſſe. Non enim ordinari, ſed ſapiētem ordinare oportet; neq; hunc ab altero, ſed ab hoc minus ſapiētem ſuaderi. Tales quidem igitur æſtimationes, & tot de ſapientia & ſapientibus habemus.

g Iſtorum autem, hæc quidem omnia ſcire, uniuerſalem ſcientiam maxime habenti ineſſe neceſſe eſt. hic autem nouit omnia aliqualiter ſubiecta.

h Sed ferè autem & difficillima ſunt ea hominibus ad cognoſcendum, quæ maxime ſunt uniuerſalia. nam a ſenſibus ſunt remotiſſima,

i Scientiarum vero certiſſimæ ſunt, quæ maxime priorum ſūt. Nā quæ ſunt ex paucioribus, certiores ſunt ex additione dictis: vt Arithmetica Geometria.

c ¶ Tertiam ponit, & eſt, q nos dicimus illum ſapiētem eſſe, qui de his quę ſcit, habet certitudinem magis quā alij communiter habeant. Deinde cum dicit.

d ¶ Quartam ponit, & eſt talis. Illum dicimus magis ſapientem in omni ſcientia, qui poteſt aſſignare cauſas cuiuslibet quæſiti, & per hoc docere. Deinde cum dicit.

e ¶ Quintam ponit, & eſt, quòd illa de numero ſcientiarum eſt ſapientia, quæ per ſe eſt magis eligibilis & uoluntaria, id eſt uolita gratia ſciētiæ, & propter ipsū ſcire, quā illa ſcientia, quę eſt cauſa quorumcunque aliorum contingentium, quæ poſſunt ex ſcientia generari: cuiuſmodi eſt neceſſitas vitæ, delectatio, & huiuſmodi alia. Deinde cum dicit.

f ¶ Sextam ponit, & eſt talis, q illam ſapientiam, de qua facta eſt mentio, oportet eſſe, vel dicimus eſſe, [Magis antiquiorem,] id eſt digniorem [Famulante ſcientia:] Quod quidem ex præhabitis intelligi poteſt. Nam in artibus mechanicis famulantes ſunt illæ, quæ exequuntur manu operando præcepta ſuperiorum artificum, quos ſupra architectores & ſapientes nominauit. Et q magis conueniat ratio ſapientiæ ſcientijs imperantibus, quam famulantibus probat per duo: Primo, quia ſcientiæ famulantes ordinantur a ſuperioribus ſcientijs. Artes enim famulantes ordinantur in finem ſuperioris artis, ſicut ars equeſtris ad finem militaris. Sed ſapientem ſecundum omnem opinionem non decet ordinari ab alio, ſed ipſum potius alios ordinare. Item: inferiores architectores perſuadentur a ſuperioribus, inquantum credunt ſuperioribus artificibus circa operanda, uel fienda. Credit enim nauifactor gubernatori docenti, qualis debet eſſe forma nauis. Sapienti autem non conuenit vt ab alio perſuadeatur, ſed q ipſe alijs perſuadeat ſuam ſententiam. Iſtæ igitur ſunt tales opiniones, quas homines accipiunt de ſapientia & ſapiente. Ex quibus omnibus poteſt quædam ſapientiæ deſcriptio formari, vt ille ſapiens dicatur, qui ſcit omnia etiam difficilia per certitudinem & cauſam, ipſum ſcire propter ſe quærens, & alios perſuadens. Et ſic patet quaſi maior ſyllogiſmi. Nam omnem ſapientem oportet talem eſſe, & econuerſo, quicunque eſt talis, ſapiens eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit, q omnia prædicta conueniunt ei, qui cognoſcit primas cauſas & uniuerſales, & eo ordine proſequitur quo ſupra poſuit. Vnde primo poſuit, q habenti ſcientiam uniuerſalem, maxime ineſt omnia ſcire, quod erat primum. Quod ſic patet. Quicūq; enim ſcit uniuerſalia aliquo modo ſcit ea, quæ ſunt ſubiecta uniuerſalibus, quia ſcit ea in illis: ſed his quæ ſunt maxime uniuerſalia, ſunt omnia ſubiecta: Ergo ille qui ſcit maxime vniuerſalia, ſcit quodammodo omnia. Deinde cum dicit.

A

...re enim omnibus commune eſt. quam ob rē facile, & nentiquam ſapiens eſt.

Item illum, qui certior.

Ac magis docere ualens cauſas reddat, ſapientem in omni ſcientia eſſe.

B

Scientiarum quoq; illam, quę gratia ſuipſius, & propter ipſum ſcire, quā illam, quę aliorum gratia eligenda ſit, magis ſapientiam eſſe.

Et principaliorem, quàm ei ſubminiſtrantem, potius ſapientiam eſſe. non enim ut ſapienti pręcipiatur, ſed ut ille pręcipiat: nec ut ille ab altero, ſed ut ab eo minus ſapienti ſuadeatur, decet. Opiniones itaque tales, ac tot de ſapientia, & ſapientibus habemus.

C

Horum autem hoc quidem, omnia inquam ſcire, illi, qui maxime uniuerſalem ſcientiam habeat, neceſſe eſt ineſſe. hic enim quodam modo omnia ſubiecta ſcit.

Ferè autem & difficillima hominibus cognitu ſunt ea, quæ maxime uniuerſalia ſunt, ſi quidem remotiſſima ſunt à ſenſibus.

Scientiarum autem illę certiores ſunt, quę maxime primorum ſunt. nam quę ſunt ex paucioribus, certiores iis ſunt, quę ex additione dicuntur: ut Arithmetica quàm Geometria.

D

h ¶ Oſtendit eidem ineſſe ſecundum, tali ratione. Illa, quæ ſunt maxime a ſenſibilibus remota, difficilia ſunt hominibus ad cognoſcendum. (Nam ſenſitiua cognitio eſt omnibus communis, cum ex ea omnis humana cognitio initium ſumat.) Sed illa, quæ ſunt maxime vniuerſalia, ſunt ſenſibilibus remotiſſima, eo quòd ſenſus ſingularium ſunt: ergo uniuerſalia ſūt difficillima hominibus ad cognoſcendum. Et ſic patet q illa ſcientia eſt difficillima quæ eſt maxime de vniuerſalibus. Sed contra hoc videtur eſſe, quod habet primo Phyſico. Ibi enim dicitur, quòd magis uniuerſalia ſunt nobis primo nota. Illa autem, quæ ſunt primo nota, ſunt magis facilia. Sed dicendum, quod magis vniuerſalia ſecundū ſimplicem apprehenſionem ſunt primo nota. Nam primo in intellectū cadit ens, ut Auicenna dicit. & prius in intellectu cadit animal quàm homo. Sicut enim in eſſe naturæ quod de potentia in actū procedit prius eſt animal quàm homo, ita in generatione ſcientiæ prius in intellectu concipitur animal quàm homo, Sed quantum ad inueſtigationem naturalium proprietatum & cauſarum, prius ſunt nota minus communia, eo quòd per cauſas particulares, quæ ſunt vnius generis, vel ſpeciei, peruenimus ad cauſas vniuerſales. Ea autem, quæ ſunt vniuerſalia in cauſando, ſunt poſterius nota quo ad nos, licet ſint prius nota ſecundum naturam, quāuis vniuerſalia per prædicationem ſint aliquo modo prius quo ad nos nota, quam minus uniuerſalia, licet non prius nota quàm ſingularia. Nam cognitio ſenſus, qui eſt cognoſcitiuus ſingularium, in nobis præcedit cognitionem intellectiuam, quę eſt vniuerſalium. Et ſciendum eſt etiam nos in hoc, quòd maxime vniuerſalia non dicit ſimpliciter eſſe difficillima [Sed ferè.] Illa enim quæ ſunt à materia penitus ſeparata ſecundum eſſe, ſicut ſubſtantiæ immateriales, ſunt magis difficilia nobis ad cognoſcendum, quam etiam vniuerſalia: & ideo iſta ſcientia, quæ ſapientia dicitur, quamuis ſit prima in dignitate, eſt tamen ultima in addiſcendo. Deinde cum dicit.

E

i ¶ Oſtendit tertium eidem ineſſe tali ratione. Quanto aliquæ ſcientiæ ſunt priores naturaliter, tanto ſunt certiores: quod ex hoc patet, quia illæ ſcientiæ, quæ dicuntur ex additione ad alias, ſunt minus certæ ſcientijs, quæ pauciora in ſua conſideratione comprehendunt, vt Arithmetica certior eſt Geometria. Nam ea, quæ ſunt in Geometria, ſunt ex additione ad ea, quę ſunt in Arithmetica. Quod patet, ſi conſideremus id, quod utraque ſcientia conſiderat, vt primum principium, ſcilicet unitatem, & punctum. Punctus enim addit ſupra unitatem ſitum. Nam ens indiuiſibile rationem unitatis conſtituit. Et hæc ſecundum q habet rationem menſuræ, fit principium numeri. Punctus autem ſupra hoc addit ſitum. Sed ſcientię particulares ſunt poſteriores ſecundum naturam uniuerſalibus ſcientijs, quia ſubiecta earum addunt ad ſubiecta ſcientiarum uniuerſalium: ſicut patet quòd ens mobile, de quo eſt Natu-

Naturalis philoſophia addit ſupra ens ſimpliciter, de quo eſt Metaphyſica, & ſupra ens quantum, de quo eſt Mathematica: ergo ſcientia illa, quæ eſt de ente & maxime vniuerſalibus, eſt certiſſima. Nec illud eſt contrarium, quod dicitur eſſe ex paucioribus, cum ſupra dictum ſit, quòd ſciat omnia. Nam uniuerſale quidem comprehendit pauciora in actu: ſed plura in potentia. Et tanto aliqua ſcientia eſt certior, quanto ad ſui ſubiecti conſiderationem pauciora actu conſideranda requiruntur. Vnde ſcientiæ operatiuæ ſunt incertiſſimæ, quia oportet quòd cõſiderent multas ſingularium operabilium circunſtantias. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit quartum eidem ineſſe tali ratione. Illa ſcientia eſt magis doctrix vel doctrinalis, quæ magis cõſiderat cauſas. Illi enim ſoli docent, qui cauſas de ſingulis dicunt, quia ſcire per cauſam eſt, & docere eſt ſcientiã in aliquo cauſare. Sed illa ſcientia, quæ vniuerſalia conſiderat, cauſas primas omnium cauſarum conſiderat: vnde patet quòd ipſa eſt maxime doctrix. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quintum eidem ineſſe tali ratione. Illarum ſcientiarum maxime eſt ſcire, & cognoſcere earum cauſa, id eſt, propter ſeipſas, & non propter alias, quæ ſunt de maxime ſcibilibus: ſed illæ ſcientiæ, quæ ſunt de primis cauſis, ſunt de maxime ſcibilibus: igitur illæ ſcientiæ maxime ſui gratia deſiderantur. Primam ſic probat. Qui deſiderat ſcire propter ſcire, magis deſiderat ſcientiam: ſed maxima ſcientia eſt de maxime ſcibilibus, ergo illæ ſcientiæ ſunt magis deſideratæ propter ſeipſas, quæ ſunt de magis ſcibilibus. Secundam probat ſic. Illa ex quibus & propter quæ alia cognoſcuntur, ſunt magis ſcibilia his, quæ per ea cognoſcuntur: ſed per cauſas & principia alia cognoſcuntur & non econuerſo. &c. Deinde cum dicit,

m ¶ Oſtendit ſextum ineſſe eidem, & eſt ratio talis. Illa ſcientia ſe habet ad alias ut principalis, ſiue ut architectonica ad ſeruilem, ſiue ad famulantem, quæ conſiderat cauſam finalem, cuius cauſa agẽda ſunt ſingula, ſicut apparet in his, quæ ſupra diximus. Nam gubernator, ad quem pertinet uſus nauis, qui eſt finis nauis eſt quaſi architector reſpectu nauifactoris, qui ei famulatur. Sed prædicta ſcientia maxime conſiderat cauſam finalem rerum omnium. Quod ex hoc patet, quia hoc, cuius cauſa agenda ſunt ſingula [Eſt bonum uniuſcuiuſque, id eſt.] particulare bonum. Finis autem bonum eſt in vnoquoque genere. Id uero, quod eſt finis omnium, id eſt, ipſi uniuerſo, eſt hoc quod eſt optimum in tota natura. & hoc pertinet ad conſiderationem prædictæ ſcientiæ. ergo prædicta eſt principalis ſiue architectonica omnium aliarum. Deinde cum dicit,

F

k Eſt & doctrinalis quæ cauſarũ eſt ſpeculatrix magis. Hi namque docent qui cauſas de ſingulis dicunt.

l Et noſcere, & ſcire ſui gratia maxime ineſt ei, quæ maxime ſcibilis ſcientia. Nam qui quidem ſcire propter ſe deſiderat, ipſam maxime ſcientiam, maxime deſiderabit. Talis autem eſt quæ maxime ſcibilis. Maxime autem ſcibilia prima principia & cauſæ. Nam propter hæc & ex his alia dignoſcuntur; ſed non hæc per ſubiecta.

G

m Maxime uero principalis ſciẽtiarum, & maxime principalis ſubſeruiente, quæ cognoſcit cuius cauſa ſunt agenda ſingula. Hoc autem eſt bonum uniuſcuiuſque, totaliter autem optimum in natura omni.

H

n Ex omnibus ergo, quæ dicta ſunt, in eandem cadit ſcientiam quæſitum nomẽ. Oportet enim hanc primorum principiorum & cauſarum eſſe ſpeculatiuam. etenim bonum, & quod cuius gratia una cauſarum eſt.

LECTIO III.

I

a QVia uero non actiua, palã ex primis Philoſophantibus. Nam propter admirari homines nunc, & primum incœperunt Philoſophari: a principio quidem pauciora dubitabilium mirantes: deinde paulatim procedentes, & de maioribus dubitantes, vt de Lunæ paſſionibus, & de his, quæ circa Solẽ, &

At uero illa magis docet, quæ cauſas ſpeculatur. ij enim docent, qui cauſas ſingulorum dicunt.

Intelligere autem, & ſcire eorum ipſorum gratia, illi præcipue ſcientiæ ineſt, quæ eius eſt, quod maxime ſcibile eſt. qui enim ſcire eius ipſius gratia eligit, eam, quæ maxime ſcientia eſt, præcipue eliget, talis autem eſt eius, quod maxime ſcibile. maxime autem ſcibilia ſunt ipſa prima & cauſæ: propter hæc enim & ex ijs cætera cognoſcuntur, ſed non hæc per ſubiecta.

Principaliſſima autem ſciẽtiarum, & principalior ſubminiſtrante eſt, quæ cognoſcat id, ob quod quodque agendum ſit, hoc autem eſt bonum cuiuſque, & uniuerſaliter quod in omni natura optimum eſt.

Ex omnibus itaque dictis, in eandem ſcientiam cadit, quod quæritur, nomen. oportet etenim primorum principiorum, & cauſarum eam ſpeculatiuam eſſe, nam & bonum, & cuius gratia vna de cauſis eſt.

LECTIO III.

QVod autem non factiua, etiam ex primis philoſophantibus patet. Propter admirationẽ enim & nũc, & primo cœperũt homines philoſophari. à principio quidẽ, admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant: deinde paulatim vlterius procedentes, etiam de maioribus dubitando, ut de paſſionibus Lunæ, & eorũ, quæ circa Solem,

n ¶ Concludit ex prædictis concluſionem intentam dicens, quòd ex omnibus prædictis apparet, quòd in eandem ſcientiam cadit nomen ſapientiæ, quod quærimus, ſ. in illam ſcientiam, quæ eſt theorica, i. ſpeculatiua primorum principiorum, & cauſarum. Hoc autem manifeſtum eſt quantum ad ſex primas conditiones, quæ manifeſte pertinent ad conſiderantem vniuerſales cauſas. Sed quia ſexta conditio tangebat finis conſiderationẽ, quæ apud antiquos non manifeſte ponebatur eſſe cauſa, vt ſupra dicetur, ideo ſpecialiter oſtẽdit, quod hæc cõditio eſt eiuſdem ſcientiæ, quæ. ſ. eſt cõſideratiua primarum cauſarum, quia videlicet ipſe finis, qui eſt bonum, & cuius cauſa ſunt alia, eſt vna de numero cauſarum. Vnde ſcientia, quæ cõſiderat primas & vniuerſales cauſas, oportet etiam quòd conſideret uniuerſalem finẽ omnium, quod eſt optimum in tota natura.

LECTIO III.

a OStenſo circa quæ verſetur cõſideratio huius ſciẽtiæ, oſtẽdit qualis ſit ſciẽtia iſta. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit dignitatẽ huius ſcientiæ. Secundo oſtendit ad quem terminum iſta ſcientia puenire conatur, ibi: [Oportet vero aliqualiter &c.] Circa primum facit quatuor. Primo oſtẽdit quòd nõ eſt ſcientia actiua, ſed ſpeculatiua. Secundo quòd ipſa eſt libera maxime, ibi: [Sed vt dicimus &c.] Tertio quòd non eſt humana. ibi: [Propter quod & iuſte.] Quarto quod eſt honorabiliſſima, ibi: [Nec ea aliam.] Primum oſtendit dupliciter. Primo per rationem, ſecundo per ſignum ibi: [Teſtatur autem hoc. &c.] Primo ergo ponit talem rationem.

K

Nulla ſcientia, in qua quæritur ipſum ſcire propter ſeipſum, eſt ſcientia actiua, ſed ſpeculatiua: ſed illa ſcientia, quæ ſapientia eſt, vel philoſophia dicitur, eſt propter ipſum ſcire: ergo eſt ſpeculatiua & non actiua. Maiorem hoc modo manifeſtat. Quicunque quærit fugere ignorantiam ſicut finem, tendit ad ipſum ſcire propter ſeipſum: ſed illi, qui philoſophantur, quærunt fugere ignorantiam ſicut finem: ergo tendunt in ipſum ſcire propter ſeipſum. Quod autem ignorantiam fugere quærant, patet ex hoc, quia illi, qui primo philoſophati ſunt, & qui nunc philoſophantur, incipiunt philoſophari propter admirationem alicuius cauſæ. aliter tamen à principio, & modo. quia à principio admirabantur dubitabilia pauciora, quæ magis erant in promptu, vt eorum cauſæ cognoſcerentur, ſed poſtea ex cognitione manifeſtorum, ad inquiſitionem occultorum paulatim procedentes, incœperunt dubitare de maioribus, & occultioribus, ſicut de paſſionibus Lunæ, videlicet de eclipſi eius, & de mutatione figuræ eius, quæ variari videtur,

videtur, ſecundum ꝙ diuerſimode ſe habet ad ſolem. Et ſimiliter dubitauerunt de his, quę ſunt circa Solem, vt de eclipſi eius, & motu ipſius, & magnitudine eius. Et de his, quæ ſunt circa Aſtra, ſicut de quantitate ipſorum, & motu eorum, & ordine, & alijs huiuſmodi, & de totius vniuerſi generatione.

Aſtra, etiã de uniuerſi generatione. qui uero dubitat & admiratur, ignorare uidetur: quare, & Philomythes, Philoſophus aliqualiter eſt. Fabula namque ex miris cõſtituitur. Quare ſi ad ignorantiam effugiendam philoſophati ſunt, palam quia propter ſcire, ſtudere perſecuti ſunt, & non uſus alicuius cauſa.

b. Teſtatur autẽ hoc accidens. Nam fere cunctis exiſtentibus, quæ ſunt neceſſarium & ad pigritiam & eruditionẽ, talis prudentia inquiri cœpit. Palam igitur, quia propter nullam ipſam quærimus aliam neceſſitatem.

c. Sed, ut dicimus, homo liber qui ſuimet, & non alterius cauſa eſt, ſic & hæc ſola liber eſt ſcientiarum: ſola namque hæc ſuimet cauſa eſt.

d. Propter quod & iuſte non humana eius putetur poſſeſſio: Multipliciter enim hominũ natura ſeruã eſt.

e. Quare ſecundum Simonidẽ, ſolum quidem Deus hunc habet honorem. Virum vero non dignum quærere, quæ ſecundũ ſe eſt ſcientiam. Sic autem dicunt aliqui poetæ, quia diuinum natum eſt inuidere: & in hoc contingere maxime uerisimile, & infortunatos omnes imperfectos eſſe. Sed nec diuinum inuidum eſſe conuenit, ſed ſe-

Quod quidam dicebant eſſe generatum caſu, quidam intellectu, quidam amore. Conſtat autem, quòd dubitatio & admiratio ex ignorantia prouenit. Cum enim aliquos manifeſtos effectus videmus, quorum cauſa nos latet, eorum tunc cauſam admiramur. Et ex quo admiratio fuit cauſa inducens ad Philoſophiam patet quòd Philoſophus eſt aliqualiter philomythes, ideſt amator fabulæ quod proprium eſt poetarum. φιλόμυθος Vnde primi, qui per modũ quendam fabularum de principijs rerum tractauerunt, dicti ſunt poetæ theologizantes, ſicut fuit Perſeus, & quidam alij, qui fuerunt ante ſeptem ſapientes. Cauſa autem, quare Philoſophus cõparatur poetæ, eſt iſta: quia vterque circa idem verſatur. Nam fabulæ, circa quas verſantur poetæ, ex quibuſdã mirabilibus conſtituuntur. Ipſi etiam Philoſophi ex admiratione moti ſunt ad philoſophandum. Et quia admiratio ex ignorantia prouenit, patet quòd ad hoc moti ſunt ad philoſophandum, vt ignorantiam effugarent. Et ſic deinde patet quòd ſcientiam [perſecuti ſunt,] ideſt ſtudioſe quæſiuerunt, ſolum ad cognoſcendum, & non cauſa alicuius vſus. [Vſus] ideſt vtilitatis. Notandum eſt autem, quod cum prius nomine ſapientiæ vteretur, nunc ad nomen philoſophiæ ſe transfert. nam pro eodem accipiuntur. Cum enim antiqui ſtudio ſapientiæ inſiſtentes ſophiſtæ, ideſt ſapientes vocarentur, Pithagoras interrogatus quid ſe eſſe profiteretur, noluit ſe ſapientem nominare, ſicut ſui anteceſſores, quia hoc præſumptuoſum videbatur eſſe, ſed vocauit ſe philoſophum, ideſt amatorem ſapientiæ. Et exinde nomen ſapientis immutatum eſt in nomen philoſophi, & nomen ſapientiæ in nomen philoſophiæ. Quod etiam nomen ad propoſitum aliquid facit. Nam ille videtur ſapientiæ amator, qui ſapientiam non propter aliud, ſed propter ſeipſam quærit. Qui enim aliquid propter alterum quærit, magis hoc amat, propter quod quærit, quàm quod quærit. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat idem per ſignum dicens, quòd hoc, quod dictum eſt, ſcilicet quòd ſapientia uel philoſophia non ſit propter aliquam utilitatem quæſita, ſed propter ipſam ſcientiam, teſtatur. [Accidens,] ideſt euentus, qui circa inquiſitores philoſophię prouenit. Nam cum eis cuncta fere exiſterent, quæ ſunt ad neceſſitatem vitæ, & quæ ſunt. [Ad pigritiam,] ideſt ad uoluptatem, quæ in quadam uitæ quiete conſiſtit. & quæ ſunt etiam ad eruditionem neceſſaria, ſicut ſcientiæ logicales, quæ non propter ſe quæruntur, ſed ut introductorię ad alias artes, tunc primo incœpit quæri talis prudentia, ideſt ſapientia. Ex quo patet, quòd non quæritur propter aliquam neceſſitatem alia a

A ſe, ſed propter ſeipſam. Nullus enim quærit hoc, quod habet. Vnde, quia omnibus alijs habitis ipſa quæſita eſt, patet quòd non propter aliquid aliud ipſa quæſita eſt, ſed propter ſeipſam. Deinde cum dicit.

& ſtellas ſunt, ac de generatione vniuerſi. Qui vero dubitat, & admiratur, putat ſe ignorare. quare Philoſophus amator fabularum quodammodo eſt, eo quod fabula ex mirandis conſtat. Quare, ſi propter fugam ignorantiæ philoſophati ſunt, patet quod cauſa cognoſcendi, & nullius vſus gratia ipſum ſcire proſequebantur.

B Teſtatur autem idipſum, quod contingit. fere enim omnibus inuentis, quæ ad neceſſaria, & ſuauitatem, ac ad degendum conducant, huiuſmodi prudentia quæri cœpta eſt. Patet itaque, quod ob aliam nullam vtilitatem quærimus.

Sed quemadmodum dicimus, liber homo de eo, qui ſuipſius, & non alterius gratia eſt, ita & hæc, ſola C ſcientiarum libera eſt: ſiquidem ſola hæc ſuipſius gratia eſt.

Quare merito, non humana eius poſſeſſio putabitur, natura etenim hominum in pleriſque ſerua eſt.

Quapropter ſecundum Simonidem, Deus vtique ſolus hanc habet dignitatem. Hominem vero indignum non quærere illam, quæ ſibi conuenit, ſcientiam. Quod ſiquid Poetæ dicunt, & natura comparatum eſt vt diuinitas inuidat, in hoc maxime id ve- D riſimile eſt contingere, & infelices omnes eſſe, qui altiora ſequuntur. Sed nec diuinam naturam inuidam eſſe conuenit. Poetæque ſecundum pro-

c ¶ Hic probat ſecundum, ſcilicet quòd ipſa ſit libera, & vtitur tali ratione. Ille homo proprie dicitur liber, qui non eſt alterius cauſa, ſed eſt cauſa ſuipſius. Serui enim dominorũ ſunt, & propter dominos operantur, & eis acquirunt quicquid acquirunt. Liberi autem homines ſunt ſuipſorum, vtpote ſibi acquirentes & operantes. Sola autem hæc ſcientia eſt propter ſeipſam: ergo ipſa ſola eſt libera inter ſcientias. Et notandum, quòd hoc poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quòd hoc quod dicitur [hæc ſola,] demonſtret in genere omnem ſcientiam ſpeculatiuam: & tunc verum eſt, quòd ſolum hoc genus ſcientiarum propter ſeipſum quæritur. Vnde & illæ ſolę artes liberales dicuntur, quæ ad ſciendum ordinãtur. Illę vero, quæ ordinantur ad aliquam vtilitatem per actionem habendam, dicuntur mechanicæ, ſiue ſeruiles. Alio modo, vt demonſtret ſpecialiter iſtam philoſophiam ſiue ſapientiam, quæ eſt circa altiſſimas cauſas, quia inter cauſas altiſſimas etiam eſt finalis cauſa, vt † ſupradictum eſt. Lect. 2. Vnde oportet, quòd hæc ſcientia conſideret vltimũ & vniuerſalem finem omniũ. Et ſic omnes aliæ ſcientiæ in eã ordinantur, ſicut in finem. Vnde ſola iſta maxime propter ſe eſt.

d ¶ Hic probat tertium, ſcilicet quòd non ſit humana poſſeſſio: Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo excludit quorundam errorem. ibi [Quare ſecundum Simonidem &c.] Oſtendit autem propoſitum ſuum tali ratione. Scientia, quæ eſt maxime libera, non poteſt eſſe vt poſſeſsio naturæ illius, quæ multipliciter eſt miniſtra, vel ancilla. Humana autem natura. [In multis,] ideſt quantum ad multa, eſt miniſtra. Ergo prædicta ſcientia non eſt humana poſſeſsio. Dicitur autem humana natura miniſtra, inquantum multipliciter neceſsitatibus E ſubditur. Ex quo prouenit, quòd quandoque prætermittit id, quod eſt ſecundum ſe quærendum, propter ea, quæ ſunt neceſſaria vitæ, ſicut dr̃ in 3. † Topicorum, ꝙ philoſophari melius eſt Cap. 4. quam ditari, licet ditari quandoque ſit magis eligẽdum, puta indigenti neceſſarijs. Ex quo patet, ꝙ illa ſapientia tantum propter ſeipſam quæritur, quæ non competit homini vt poſſeſsio. Illud enim habetur ab homine, vt poſſeſsio, quod ad nutum habere poteſt, & quo libere poteſt vti. Ea autem ſcientia, quæ propter ſe tantum quæritur, homo non poteſt libere uti, cum frequenter ab ea impediatur propter vitæ neceſsitatem. Nec etiam ad nutum ſubeſt homini, cum ad eam perfecte homo peruenire non poſsit. Illud tamen modicum, quod ex ea habetur, prępõderat omnibus, quæ per alias ſcientias, cognoſcuntur.

e ¶ Hic excludit errorem cuiuſdam Simonidis Poetæ, qui dicebat, ꝙ ſoli Deo competit hunc honorem habere, quòd velit illam ſcientiam, quæ eſt propter ſeipſam quærenda, & non propter aliud. Sed non eſt dignum uiro, quòd non quærat illam ſcien-

ſcientiam, quæ eſt ſecundum ſuam conditionem. quæ ſcilicet ordinatur ad neceſſaria vitæ, quibus homo indiget. Iſte autem error Simonidis, proueniebat ex aliquorum Poetarum errore, qui dicebant, quòd res diuina inuidet. & ex inuidia ea quæ ad honorem ſuum pertinent, non vult Deus ab omnibus acceptari. Et ſi in alijs Deus hominibus inuidet, multo magis eſt iuſtum in hoc, ſcilicet in ſciẽtia propter ſe quæſita, quæ eſt honorabiliſsima inter omnia. Et ſecundum eorum opinionem ſequitur, quòd omnes imperfecti ſunt infortunati. Fortunatos enim eſſe homines dicebant ex prouidentiâ deorum, qui eis bona ſua communicabant. Vnde ex inuidia deorum ſua bona communicare nolentium, ſequitur quòd homines extra perfectionem huius ſcientiæ remanentes, ſint infortunati. Sed radix huius opinionis eſt falſiſsima, quia non eſt conueniens, quòd aliqua res diuina inuideat. Quod ex hoc patet, quia inuidia eſt triſtitia de proſperitate alicuius. Quod quidem accidere non poteſt, niſi quia bonum alterius æſtimatur ab inuido, vt proprij boni diminutio. Deo autem non conuenit eſſe triſtem, cum non ſit alicui malo ſubiectus. Nec etiam per bonum alterius, eius bonum diminui poteſt, quia ex eius bonitate, ſicut ex indeficienti fonte, omnia bona effluunt. Vnde etiam Plato dixit, quòd a Deo eſt omnis relegata inuidia. Sed Poetæ non ſolum in hoc, ſed in multis alijs mentiuntur, ſicut dicitur in prouerbio vulgari.

cundum prouerbium. Multa mentiuntur poetæ.

f Nec ea aliam honorabiliorem oportet exiſtimare. Nam maxime diuina, & maxime honoranda. Talis autem dupliciter vtique erit ſolum. Quam.n. maxime Deus habet, Dea ſcientiarum eſt: & vtique ſi qua ſit diuinorum. Sola autem iſta ambo hæc ſortita eſt. Deus autem videtur cauſa omnibus eſſe, & principium quoddã: & talẽ aut ſolus, aut maxime Deus habet. Neceſſario res quidẽ igitur omnes ipſa, dignior vero nulla. G

g Oportet vero aliqualiter cõſtituere ordinem ipſius ad contrarium nobis earũ, quę a principio quæſtionum. Incipiunt quidem homines, vt diximus, omnes ab admirari, ſi ita habent, quemadmodum mirabilium automata, nondum ſpeculantibus cauſam: aut circa Solis conuerſiones, aut diametri non commenſurationem. Mirũ enim videtur eſſe omnibus, ſi quid numerorum non menſuratur. Oportet autem in contrarium, & ad dignius, iuxta prouerbium, proficere quemadmodum & in his cum didicerint. Nihil enim ita mirabitur vir Geometricus, quàm ſi diameter commenſurabilis fiat. Quę quidem igitur natura ſciẽtię quęſitę, dictum eſt, & quę ſit intentio, qua oportet adipiſci quæſtionem, & totã methodũ. H I

f ¶ Oſtendit quartum, ſcilicet. quòd hæc ſcientia ſit honorabiliſsima tali ratione. Illa ſcientia eſt maxime honorabilis, quæ eſt maxime diuina, ſicut etiam Deus honorabilior eſt rebus omnibus: ſed iſta ſcientia eſt maxime diuina: ergo eſt honorabiliſsima. Minor ſic probatur. Aliqua ſcientia dicitur eſſe diuina dupliciter, & hæc ſola ſcientia vtroque modo diuina dicitur. Vno modo ſcientia diuina dicitur, quam Deus habet. Alio modo, quia eſt de rebus diuinis. Quod autem hæc ſola habeat vtrunque, eſt manifeſtum, quia cum hæc ſcientia ſit de primis cauſis, & principijs, oportet quòd ſit de Deo, quia Deus hoc modo intelligitur ab omnibus, vt de numero cauſarum exiſtens & vt quoddam principium rerum. Item talem ſcientiam, quæ eſt de Deo & de primis cauſis, aut ſolus Deus habet, aut ſi non ſolus, ipſe tamen maxime habet. Solus quidem habet ſecundum perfectam comprehenſionem. Maxime vero habet, inquantum ſuo modo etiam ab hominibus habetur, licet ab eis non vt poſſeſsio habeatur, ſed ſicut aliquid ab eo mutuatum. Ex his autem vlterius concludit, quòd omnes aliæ ſcientiæ ſunt neceſſariæ, magis quàm iſta, ad aliquam vitæ vtilitatem. Minus enim ſunt propter ſe quæſitæ, ſed nulla aliarum dignior iſta poteſt eſſe. K

g ¶ Hic ponit terminum, in quem proficit iſta ſcientia, & dicit, quòd ordo eius conſiſtit vel terminatur ad cõtrarium eius,

F quod erat in illis, qui prius iſtam ſcientiam quærebant. Sicut etiam in generationibus naturalibus & motibus accidit. Nam vnuſquiſque motus terminatur ad contrarium eius, a quo motus incipit. Vnde, cum inquiſitio ſit motus quidam ad ſcientiam, oportet quòd terminetur ad contrarium eius, a quo incipit. Initiata eſt autem (vt prædictum eſt) inquiſitio, huius ſcientiæ ab admiratione de omnibus: quia primi admirabantur pauciora, poſteriores vero occultiora. Quæ quidem admiratio erat, ſi res ita ſe haberet, ſicut automata mirabilia, idest quæ videntur mirabiliter a caſu accidere. † Automata enim dicuntur quaſi per ſe accidentia. αὐτόματος Admirantur enim homines præcipue quando aliqua a caſu eueniunt hoc modo, ac ſi eſſent præuiſa, vel ex aliqua cauſa determinata. Caſualia enim non a cauſa ſunt determinata, & admiratio eſt propter ignorantiam cauſæ. Et ideo, cum homines nondum poterant ſpeculari cauſas rerum, admirabantur omnia quaſi quædam caſualia. Sicut admirantur circa conuerſiones Solis, quæ ſunt duæ, ſcilicet duos tropicos, hyemalem & æſtiualem. Nam in tropico æſtiuali incipit Sol conuerti verſus meridiem, cum prius verſus ſeptentrionem tenderet. In tropico autẽ hyemali econuerſo. Et etiam circa hoc, quòd diameter nõ eſt cõmenſurabilis lateri quadrati. Cũ enim non mẽſurari videatur eſſe ſolius indiuiſibilis, ſicut ſola vnitas eſt, quæ non menſuratur a numero, ſed ipſa omnes numeros menſurat, mirum videtur ſi aliquid quod non eſt indiuiſibile, non menſuratur, ac per hoc id quod non eſt minimum, non menſuratur. Conſtat autem quòd diametrum quadrati & latus eius, non ſunt indiuiſibilia ſiue minima. Vnde mirum videtur, ſi non ſunt commenſurabilia. Cum ergo philoſophiæ inquiſitio ab admiratione incipiat, oportet ad contrarium finire vel proficere. & ad id proficere, quod eſt dignius, vt prouerbium vulgare concordat, quo dicitur, quòd ſemper proficere eſt in melius. Quid autem ſit illud contrarium & dignius, patet in prædictis mirabilibus; quia, quando iam homines diſcunt cauſas prædictorum, non mirantur. Vt geometer non admiratur, ſi diameter ſit incommenſurabilis lateri. Scit enim cauſam huius, quia ſcilicet proportio quadrati diametri ad quadratum lateris, non eſt ſicut proportio numeri quadrati ad numerum quadratum, ſed ſicut proportio duorum ad unum. Vnde relinquitur, quòd proportio lateris ad diametrum, non ſit ſicut proportio numeri ad numerum; Et ex hoc patet, quòd commenſurari non poſſunt. Illæ enim ſolæ lineæ ſunt commenſurabiles, quarum proportio adinuicem eſt, ſicut proportio numeri ad numerum. Erit ergo finis huius ſcientię, in quem proficere debemus, vt cauſas cognoſcentes, non admiremur de earum effectibus. Patet igitur ex prędictis, quæ ſit natura huius ſcientię, quia eſt ſpeculatiua, libera, non humana, ſed diuina: & quæ eſt eius intentio, qua

oportet

uerbium. Multa mentiuntur.

Nec aliam quam huiuſmodi decet honorabiliorem putare, quæ enim diuiniſſima, eadem etiam honorabiliſſima eſt. Talis vero bifariam duntaxat vtique fuerit. nam & illa, quã maxime Deus habeat, diuina ſcientiarum eſt, & ſi qua eſt, quæ diuinorum ſit. hæc autem ſola vtrunque conſecuta eſt. Deus etenim tum cauſa omnibus eſſe videtur, tum quoddam principium: & talem aut ſolus, aut præcipue Deus habet. Cæteræ itaque omnes magis ea neceſſariæ ſunt, nulla vero melior.

Oportet autem quodam modo eius ordinem in contrarium nobis inquiſitionum, quę a principio fiebant, conſtitui, incipiunt etenim omnes, vt diximus, ab admiratione, an ſic ſe habeat, ſicut de pręſtigioſis, quæ per ſe ipſa mouentur, illi, qui nondum ſpeculati ſunt cauſam, aut de ſolſtitijs, aut de diametri incommenſurabilitate. admirabile enim omnibus videtur, ſi quid, cum non ſit minimum, non menſuretur. decet autem in contrarium, & in melius, ſecundum prouerbium, conſummare. quemadmodum in his fit, cum diſcant. nil enim magis vir Geometricus admiraretur, quàm ſi diameter commenſurabilis fieret. Quęnam igitur natura eius ſcientię, quę quęritur, & quę intentio, quàm debet quęſtio, & totus tractatus conſequi, dictum eſt.

oportet habere quæſtionem, & totam methodum,& totã hanc artem. Intendit enim circa primas & vniuerſales rerum cauſas, de quibus etiam inquirit & determinat. Et propter harum cognitionem, ad prædictum terminum peruenit, vt ſcilicet non admiretur, cognitis cauſis.

A ſe io libro Phyſic. ne ab eo ad præſens diffuſior expoſitio cauſarum quæreretur.

b ¶ Hic ponit opinionem Philoſophorum de cauſis. & circa hoc duo facit. Primo aſſignat rationem, quare hoc faciendum ſit. Secundo incipit proſequi ſuam intentionem, ibi: [Primum igitur &c.] Dicit ergo, quòd quamuis de cauſis tractatum ſit in phyſicis, tamen nunc accipiendum eſt opiniones philoſophorum, qui prius venerunt ad perſcrutandum naturam entium: qui prius philoſophati ſũt de veritate quàm Ariſtot. quia & ipſi cauſas, & principium ponunt. Nobis igitur qui eis ſuperuenimus, conſiderare eorum opiniones erit aliquid [prius, ideſt, aliquo i. præambulum.] [Methodo,] ideſt in arte, quæ nunc a nobis quæritur. Vnde & litera Boetij habet. [Accedentibus igitur ad opus ſcientiæ præ opere vitæ, quæ nunc eſt, aliquid erit.] alia litera habet. [Superuenientibus igitur quæ nunc eſt, aliquid erit vitæ opus via.] & legenda eſt ſic [nobis igitur ſuperuenientibus ei, quæ nunc eſt, via,] ideſt in præſenti methodo & arte, conſideranda erit horum opinio [quaſi aliquod vitæ opus,] ideſt neceſſarium, ſicut opera, quæ ſunt ad vitæ conſeruationem, vt intelligatur quaſi quadam metaphora vti in loquendo, per vitæ opus, quodlibet neceſſarium accipiens. Vtilitas autem eſt illa, quia, aut ex prædictis eorum inueniemus aliud genus a cauſis prænumeratis, aut magis credemus his quæ modo diximus de cauſis, quòd ſcilicet ſunt quatuor. † methodo

LECTIO IIII

2. phyſi. te. co. 28. [2] POſito Proemio, in quo oſtendit intentionem huius ſcientiæ & dignitatem & terminum, incipit proſequi ſcientiam prælatam, & diuidit in duas partes. Primo oſtendit quid priores philoſophi de cauſis rerum tradiderunt. Secundo veritatem huius ſcientiæ incipit proſequi in 2. li. ibi: [De veritate quidem
Lect. 2. par. 2. theoria &c.] Prima autem pars diuiditur in duas. Primo ponit opi. philoſophorum de cauſis rerum. Secundo improbat eas quãtum ad hoc, quod male dixerunt. ibi: [Ergo quicunque &c.] Circa primum duo facit. Primo reſumit enumerationẽ cauſarum: quam in
Lect.12. par.1. 2. phyſico. diffuſius fuerat proſecutus. Secundo proſequitur opinionem philoſophorum ibi: [Accipiemus tamen &c.]
T.com.77. Lect 1. par.2. Dicit ergo primo, quòd quia hoc manifeſtum eſt † ſcilicet quòd ſapientia eſt cauſarũ ſpeculatrix, debemus incipere a cauſis rerum ſcientiam ſumendo. Quod etiam ea ratione ſciẽtiæ congruum videtur: quia tunc vnumquodque ſcire dicimus aliquem, quando putamus non ignorare cauſam. Cauſæ autem quadrupliciter dicuntur, quarum vna eſt ipſa cauſa formalis, quæ eſt ipſa ſubſtantia rei, per quam ſcitur quid
Tex. c. 32. eſt vnaquæque res. Conſtat enim (vt dictum eſt 2. phyſico.) quòd non dicimus aliquid eſſe alicuius naturæ prius quàm acceperit formam. Et quòd forma ſit cauſa, patet, quia quæſtionem, qua dicitur, quare eſt aliquid, reducimus tanquam ad rationem vltimam ad cauſam formalem, incipiendo a formis proximis & procedendo vſque ad vltimam. Patet autem, quòd quare quærit de cauſa & principio. Vnde patet, quòd forma eſt cauſa. Alia uero cauſa eſt materialis. Tertia vero cauſa eſt efficiens, quæ eſt vnde principium motus. Quarta cauſa eſt finalis, quæ opponitur cauſę efficienti ſecundum oppoſitionem principij & finis. Nam motus incipit a cauſa efficiente, & terminatur ad cauſam finalem. Et hoc eſt etiam cuius cauſa ſit aliquid, & quæ eſt bonum vniuſcuiuſque naturę. Sic igitur cauſam finalem per tria notificat, ſcilicet, quia eſt terminus motus, & per hoc opponitur principio motus, quod eſt cauſa efficiens, & quia eſt primum in intentione, ratione cuius dicitur, cuius cauſa: & quia eſt per ſe appetibile, ratione cuius dicitur bonum. Nam bonum eſt quod omnia
Lib. primo ethi.prin. appetunt. Vnde exponens quomodo cauſa finalis efficienti opponatur, dicit quòd eſt finis generationis, & motus, quorum principium eſt cauſa efficiens. Per quę duo videtur duplicem finem inſinuare. Nam finis generationis eſt forma ipſa, quę eſt pars rei. Finis autem motus eſt aliquid quęſitum extra rem quæ mouetur. De his dicit ſufficienter ſe tractaſ-

LECTIO IIII

[a] QVoniam autem manifeſtũ eſt, quòd earũ quæ a principio cauſarum, oportet ſumere ſcientiam. (Tunc enim ſcire dicimus vnumquodque, quando primam cauſam cognoſcere putamus.) cauſæ vero quadrupliciter dicuntur, quarum quidem vnam cauſam dicimus B eſſe ſubſtantiam & quod quid erat eſſe: reducitur enim ipſum quare primum ad rationem vltimam, cauſa autem & principium, ipſum quare primum: Vnam vero materiam & ſubiectum. Tertiam autẽ, unde principium motus: Quartam uero cauſam ei oppoſitam, & quod eſt cuius cauſa, & bonum. Finis igitur generationis & motus omnis hic eſt. Sufficienter qui- C dem igitur de his ſpeculatũ eſt in his, quæ de natura.

b Accipiemus tamen & nobis priores ad entium perſcrutationem venĩẽtes, & de veritate philoſophantes, palam enim quia dicunt illi principia quædam & cauſas. Superuenientibus igitur erit aliquid prę opere methodo quæ nunc. Aut.n. aliud aliquod cauſæ genus inueniemus, aut D modo dictis magis credemus.

c Primum igitur philoſophantium plurimi ſola ea, quæ in ma

LECTIO IIII.

CVm autem manifeſtum ſit, quòd primarum cauſarum oportet ſcientiam accipere (tum enim ſcire vnumquodque dicimus, cum primam cauſam nos noſſe arbitramur) cauſa vero quadrifariam dicantur, quarum vnam quidem cauſam dicimus B eſſe ſubſtantiam, & ipſum quid erat eſſe: nam ipſum quare primum refertur ad rationem vltimam, cauſa autem & principium, ipſum quare primum: Vnam vero materiam, & ſubiectum: Tertiam autem, vnde principium motus: Quartam vero oppoſitam ei cauſam, & cuius gratia, & bonum. hoc enim finis totius motus, & generationis eſt. de his autem omnibus & ſi ſatis in de naturalibus ſpeculatum ſit.

Nihilominus tamen illos quoque, qui ante nos ad entium perſcrutationem venerunt, & de veritate philoſophati ſunt, aſciſcamus: patet enim, quod illi etiam principia aliqua, & cauſas dicunt. Proderit itaque profecto huic † tractatui nunc, ſi illa breuiter repetemus. aut enim aliud cau- D ſæ genus inueniemus, aut certe magis illis credemus, quæ nunc dicta ſunt.

Plurimi igitur eorum, qui primo philoſophati ſunt, ſolas illas exiſtima-

c ¶ Hic incipit antiquorum philoſophorum opiniones proſequi, & circa hoc duo facit. Primo recitat aliorum opiniones. Secundo reprobat. ibi: [Ergo quicunque.] Circa primum duo Lectio 13. facit. Primo recitat ſingulorum opinionem de cauſis. Secun- par.3 do colligit in ſumma quæ dicta ſunt. ibi: [Breuiter igitur &c.]
E Prima pars diuiditur in duas. Primo, ponit opiniones præter- Lect. 12. mittentium cauſam formalem. Secundo, ponit opinionem Pla- par. 1. Lectio 10. tonis, qui primo cauſam formalem poſuit. ibi: [Poſt dictas ve- par. 1. ro philoſophias &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit opin. illorum, qui poſuerunt principia aliquas res manifeſtas. Secundo illorum, qui adinuenerunt extrinſeca principia. ibi: Lectio 7. [Leucippus &c.] Circa primum duo facit. Primo tangit opi- par. 1. niones antiquorum de cauſa materiali. Secundo de cauſa effi- Lectio 5. ciente. ibi: [Procedentibus autem ſic.] Circa primum duo fa- par. 2. cit. Primo ponit quid ſenſerunt de cauſa materiali: Et primo Lectio 1. ponit opiniones ponentium cauſam materialem in generali. par. 2. Secũdo, proſequitur eorum opiniones in ſpeciali. ibi: [Thales & cæt.] Circa primum duo facit. Primo ponit quid ſenſerunt de cauſa materiali. Secundo quid ſenſerunt de rerum generatione, quod ex primo ſequebatur. ibi: [Et propter hoc, nec ge- Lectio 4. nerari &c.] Dicit ergo primo, quòd plurimi eorum, qui pri- Par. prima. mo philoſophati ſunt de rerum natura, poſuerunt principia omnium eſſe ſola illa quæ reducuntur ad ſpeciem cauſæ materialis. Et ad hoc dicendum accipiebant quatuor conditiones

materiæ

materię, quę ad rationem principij pertinere videntur. Nam id ex quo res eſt, principium rei eſſe videtur: huiuſmodi autem eſt materia. Nam ex materia dicimus materiatum eſſe, vt ex ferro cultellum. Item illud ex quo fit aliquid, cum ſit & principium generationis rei, videtur eſſe cauſa rei, quia res per generationem procedit in eſſe. Ex materia autẽ primo res fit, quia materia rerũ factioni præexiſtit. Et ex ipſa etiam non per accidens aliquid fit. Nam ex contrario vel priuatione aliquid per accidens dicitur fieri, ſicut dicimus, quòd ex nigro fit album. Tertio illud videtur eſſe rerum principium, in quod finaliter omnia per corruptionem reſoluuntur. Nam ſicut principia ſunt prima in generatione, ita ſunt vltima in reſolutione. Et hoc etiam materiæ manifeſte contingit. Quarto, cum principia oportet manere, id videtur eſſe principium, quod in generatione, & corruptione manet. Materia autem, quam dicebant eſſe ſubſtantiam rei, manet in omni tranſmutatione: ſed paſſiones mutantur, vt forma & omnia, quę aduenerunt ſupra ſubſtantiam materiæ. Et ex his omnibus concludebant, quòd materia eſt elementum & principiũ omnium eorum, quæ ſunt.

d ¶ Hic ponit ſecundarium, quod ponebant, quaſi ex præcedentibus ſequens, ſcilicet nihil ſimpliciter generari vel corrumpi in entibus. Nam quando fit aliqua mutatio circa paſſiones, ſubſtantia manente, non dicimus aliquid eſſe generatum, vel corruptum ſimpliciter: ſed ſolum ſecundum quid. ſicut cum Socrates fit bonus aut muſicus, non dicitur fieri ſimpliciter: ſed fieri hoc. Et ſimiliter, quando deponit huiuſmodi habitum, non dicitur corrumpi ſimpliciter, & ſecundum quid. Materia autem, quæ eſt rerum ſubſtantia ſecundum eos, ſemper manet. Omnis autem mutatio fit circa aliqua, quæ adueniunt ei, vt paſsiones. Et ex hoc concludebant, quòd nihil generatur vel corrumpitur ſimpliciter; ſed ſolum ſecũdum quid. Quamuis autem ſic conuenirent in ponendo cauſam materialem, tamen differebant in eius poſitione quantum ad duo, ſcilicet quantum ad pluralitatem, quia quidam ponebant vnam, quidam plures; & quantum ad ſpeciem, quia quidam ponebant ignem, quidam aquam &c. Similiter ponentium plura, quidam hæc, quidam illa principia materialia rebus attribuebant.

e ¶ Hic incipit recitare opiniones ſingulorum de cauſa materiali. Et primo ponit opinionem ponentium vnam cauſam materialem. Secundo ponentium plures, ibi; [Empedocles vero. Circa primum tria facit, quia primo ponit opinionem ponentium aquam eſſe principium omnium. Secundo ponentium aerem, ibi; [Anaximenes &c.] Tertio ponentium ignem, ibi; [Hippaſus &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit

Lect. 11 parte 8.

F opinionem Thaletis, qui dicebat aquam eſſe rerum principium. Secundo ponit opinionis probationem, ibi: [Forſan enim &c.] Dicit ergo, quod Thales princeps talis philoſophiæ, idest ſpeculatiuæ, dixit aquam eſſe primum rerum principium. Dicitur autem Thales ſpeculatiuæ philoſophiæ princeps fuiſſe, quia inter ſeptem ſapientes, qui poſt theologos poetas fuerunt, ipſe ſolus ad conſiderãdum rerum cauſas ſe tranſtulit, alijs ſapientibus circa moralia occupatis. Nomina ſeptem ſapientũ ſunt iſta, Primus Thales Mileſius tempore Romuli, & apud Hebræos tempore Achaz regis Iſrael. Secundus fuit Pittacus Mitilenæus, apud Hebræos regnante Sedechia, & apud Romanos Tarquino Priſco. Alij quinque fuerunt, Solon Athenienſis, Chilon Lacedæmonius, Periander Corinthius, Cleobolus Lidius, Bias Prienenſis, qui fuerunt omnes tempore Babilonicæ captiuitatis. Quia igitur inter hos ſolus Thales rerũ naturas ſcrutatus eſt, ſuaſque diſputationes literis mandans eminuit, ideo hic princeps huius ſcientiæ dicitur. Nec debet inconueniens videri, ſi opiniones hic tangit eorum, qui ſolum de ſcientia naturali tractauerunt; quia ſecundum antiquos, qui nullam ſubſtantiam cognouerunt niſi corpoream, & mobilem, oportebat quòd prima philoſophia eſſet ſcientia naturalis, ut in quarto dicetur. Ex hac autem poſitione, vlterius procedebat ad hoc, quod terra eſſet ſuper aquam fundata, ſicut principiatum ſupra ſuum principium.

Lect. prima. par. 8.
Lect. prima. par. 6

f ¶ Hic ponit rationes, quibus Thales potuit induci ad prædictam poſitionem. Et primo oſtendit, quomodo ad hoc inducebatur ratione. Secundo quomodo inducebatur priorum authoritate, ibi: [Sunt & aliqui antiquiores &c.] Inducebatur autem duplici ratione. Vna, quæ ſumitur ex conſideratione cauſæ ipſius rei. Alia quæ ſumitur ex conſideratione

K generationis rerum, ibi: [Et quia cunctorum &c.] Hęc ergo media ſunt ordinata Nam ex primo ſequitur ſecundum. Quod enim eſt alijs principium eſſendi, eſt etiam primum principium, ex quo res generatur. Tertium autem ſequitur ex ſecundo. Nam unumquodque per corruptionem reſoluitur in id, ex quo generatum eſt. Quartum autem ſequitur ex ſecundo & tertio Nam id quod præcedit generationem rerum, & remanet poſt corruptionem, oportet eſſe ſemper manens. Primo modo utebatur tribus ſignis ad oſtendendum aquam eſſe principium eſſendi rebus, quorum primum eſt, quia nutrimentum uiuentium oportet eſſe humidum. Ex eodem autem uiuentia nutriuntur & ſunt, & ſic humor uidetur eſſe principium eſſendi. Secundum ſignum eſt, quia eſſe cuiuslibet rei corporeę, & maxime uiuentis, per proprium & naturalem calorem conſeruatur. Calor autem ex humore fieri uidetur, cum ipſe humor

teriæ ſpecie, putauerunt omniũ eſſe principia. Nam ex quo ſunt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrumpuntur vltimo, ſubſtantia quidem manente, in paſſionibus vero mutata, hoc elementum & id principium dicunt eſſe eorum, quæ ſunt.

G

d Et propter hoc, nec generari aliquid putant, nec corrumpi, quaſi tali natura ſemper conſeruata. ſicut nec dicimus Socratem generari ſimpliciter, quando fit bonus, aut muſicus: nec corrumpi, quando deponit habitus iſtos: propterea quòd ſubiectum maneat Socrates ipſe. ſic nec aliorum nihil. oportet enim eſſe aliquam materiã, aut vnam, aut plures vna, ex quibus fiunt alia, illa conſeruata. Pluralitatem tamen & ſpeciem talis principij, nõ eandem omnes dicunt.

H

e Thales quidem talis philoſophiæ princeps, aquam ait eſſe. Vnde & terram eſſe ſuper aquã aſſerebat.

f Forſan enim hãc opinionem accipiens, quia cunctorum nutrimentum humidum videbat eſſe, & ipſum calidum ex hoc factum, & animal viuere. Ex quo fit vero, hoc eſt principiũ omnium. Propter hoc igitur eam eſt accipiens ęſtimationem. Et quia cunctorum ſpermata naturam habent humidam: aqua vero natura principium eſt humidus.

I

runt omnium eſſe principia, quæ in materia ſpecie ſunt, ex quo enim omnia entia ſunt, & ex quo primo fiunt; & ad quod ultimum corrumpuntur, ſubſtantia quidem permanente, mutata uero paſſionibus, hoc elementum: Et hoc omnium entium eſſe principium aiunt.

Et ob hoc nihil fieri, neque corrumpi opinantur, tanquam huiuſcemodi natura ſemper conſeruata, quemadmodum neque Socratem, quando formoſus, aut muſicus efficitur, ſimpliciter fieri dicimus, neque cum iſtos habitus amittat, corrumpi: eo quòd ſubiectum ipſum Sorates permanet, ita & cæterorum nihil; oportet enim aliquã naturam aut vnam, aut plures eſſe, è quibus cætera fiunt, illa conſeruata. Pluralitatem tamen, & ſpeciem huius principij non eandem omnes dicunt.

Sed Thales quidem huiuſmodi philoſophię princeps aquam ait eſſe, quare terram quoque ſuper aquam aſſerebat eſſe.

Fortaſis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium humidum eſſe videbat, ipſum quoque calidum ex eo factum, eoque animal uiuere, ex quo autem fit, id eſſe principium omnium, propter hoc igitur hanc habuit opinionem, & quoniam cunctorum ſemina naturam humidam ſortita ſunt: aqua uero naturæ principium humidus eſt.

humor ſit quaſi caloris materia. Vnde ex hoc videtur, quòd humor ſit rebus principium eſſendi. Tertium ſignum eſt, quia vita animalis in humido conſiſtit. Vnde propter deſiccationem naturalis humidi, animal moritur. & per eius conſeruationem animal ſuſtentatur. Viuere autem uiuentibus eſt eſſe. Vnde ex hoc etiam patet, quòd humor ſit rebus principium eſſendi. Et hæc etiam tria ſigna ſe inuicem conſequuntur. Ideo enim animal humido nutritur, quia calor naturalis humido ſuſtentatur. Et ex his duobus ſequitur quòd uiuere animalis ſit ſemper per humidum. Id autem ex quo aliquid fit, idest ex quo aliquid eſſe conſequitur, eſt principiū omnibus quæ ex illo eſſe habent. Et propter hoc, accepit hanc opinionem, quòd humor eſſet omnibus principiū. Similiter etiam accepit ſignum ex rerum generatione, quia generationes uiuentium quæ ſunt nobiliſſima in entibus, fiunt ex ſeminibus. Semina autem ſiue ſpermata omnium viuentium, habent humidam naturam. Vnde ex hoc etiam apparet, quòd humor eſt generationis rerum principium. Si autem omnibus prædictis coniungatur, quod aqua eſt humiditatis principium, ſequitur quod aqua ſit primum rerum principium.

g ¶ Hic oſtendit, quomodo Thales inducebatur ad prædictam poſitionem, per authoritates antiquorum. Et dicit, quod aliqui fuerunt antiquiores Thalete, & multum ante generationem hominum, qui erant tempore Ariſto. qui fuerunt primo theologizantes, qui viſi ſunt hanc opinionem de natura habuiſſe. ſcilicet quòd aqua eſt principium omnium. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quòd apud Græcos, primi famoſi in ſcientia fuerunt quidam poetæ theologi, ſic dicti, quia de diuinis carmina faciebant. Fuerunt autem tres, Orpheus, Muſeus, & Linus, quorum Orpheus famoſior fuit. Fuerunt autem tempore, quo Iudices erant in populo Iudeorum. Vnde patet, quòd diu fuerunt ante Thaletem, & multo magis ante Ariſt. qui fuit tempore Alexandri. Iſti autem poetæ ſub quibuſdam enigmatibus fabularum, aliquid de rerum natura tractauerunt. Dixerunt enim, quòd Oceanus ubi eſt maxima aquarum aggregatio, & Thetis, quæ dicitur Dea aquarum, ſunt parentes generationis. Ex hoc, ſub fabulari ſimilitudine dantes intelligere, aquam eſſe generationis principium. Hanc ſententiam alia fabuloſa narratione uelauerunt dicentes, quod ſacramentum uel iuramentum deorum erat per aquam quandam, quam poetæ dicunt Stygem, & dicunt eam eſſe paludem infernalem. Ex hoc autem, quod deos dicebant iurare per aquam, dederunt intelligere, quòd aqua erat nobilior ipſis deis, quia ſacramentum uel iuramentum fit per id, quod eſt honorabilius. Hoc autem quod eſt prius, eſt honorabilius. Perfectum enim præcedit imperfectum natura & tempore ſimpliciter, licet in uno aliquo, imperfectio perfectionem præcedat tempore. Vnde per hoc patet, quòd aquam exiſtimabant priorem eſſe ipſis diis, quos intelligebant eſſe corpora cæleſtia. Et quia iſti antiquiſſimi aquam dixerunt eſ-

g Sunt autem aliqui antiquiores, & multum ante eam, quæ nunc eſt, generationem, & primo theologizantes ſic putant de natura exiſtimandum. Oceanum enim & Thetyn generationis parentes fecerunt, ſacramentumque deorum, aquam Stygem ab ipſis poetis uocatam. Honorabilius enim quod antiquius. Sacramentum autem honorabilius. Si quidem igitur antiquior aliqua iſta & ſenior fuit de natura opinio, forſan utique incertum eſt. Thales quidem ſecundum hunc modum pronunciaſſe dicitur de prima cauſa. Hipponem quidem enim non utique aliquis ſignificabit poſuiſſe cum his, propter ſui intellectus paruitatem.

h Anaxamines autem & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium ſimpliciū corporum ponunt.

i Hippaſus autē Metapontinus, & Heraclitus Epheſius ignem.

k Empedocles uero quatuor, cum dictis terram quartum addens. Eam namque dixit ſemper manere & non fieri, niſi pluralitate & paucitate congregata, & diſgregatione in unum & ex vno.

l Anaxagoras uero Clazomenius, iſto quidem ætate prior,

A ſe rerum principium, ſi aliqua opinio fuit prior iſta de naturalibus, non eſt nobis manifeſta. Sic igitur patet, quid Thales de prima cauſa rerum dicitur exiſtimaſſe. Quidam autem philoſophus, qui vocatur Hippon, non fuit dignatus aliquid ſuperaddere his, propter ſuæ ſcientiæ vel intelligentiæ imperfectionem. Vnde in libro de anima ponitur inter groſſiores, vbi dicitur, quòd poſuit aquam eſſe animam, & principium rerum, ſumens argumentum ea rerum ſeminibus, vt hic dictum eſt de Thalete. Vnde patet, quòd nihil addit ſupra Thaletis ſententiam. Vel poteſt intelligi, quòd quia imperfecte dixit, non reddidit ſe dignum, vt eius ſententia hic contineretur cum alijs.

Sunt autem quidam, qui etiam antiquiſſimos illos, & nimis a præſenti generatione remotos, & primos theologizantes ſic arbitrantur de natura ſenſiſſe. Oceanum nanque, & Tethyn generationis parentes eſſe cecinerunt. Iuſiurandum quoque deorum aquam eſſe, Stygem ab ipſis Poetis appellatam. honorabiliſſimum enim quod an- B *tiquiſſimum eſt. iuſiurandum autem honorabiliſſimum eſt. Si igitur antiqua iſta & vetuſta de natura opinio eſt, fortaſſe non eſt manifeſtum. Thales tamen hunc in modum de prima cauſa dicitur aſſeruiſſe. Hipponem enim nemo dignabitur cum iſtis connumerare, propter intellectus eius ſimplicitatem.*

C *Anaximenes autem, & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime ſimplicium corporum principium ſtatuunt.*

Hippaſus autem Metapontinus, & Heraclitus Epheſius ignem.

Empedocles autem quatuor, vna cum prædictis ſuperaddens etiam terram quartam. hæc enim ſemper permanere, nec fieri niſi pluralitate, & D *paucitate coniuncta, & diſiuncta in vnum, & ex vno.*

Anaxagoras autem Clazomenius, ætate quidem illo ſuperior, operibus

ROMA

Primo de anima. Text.c6.

b ¶ Hic ponuntur opiniones ponentium aerem eſſe principiū, qui fuerunt Diogenes, & Anaximenes, ponentes aerem priorem aqua eſſe naturaliter, & principium omnium ſimplicium corporum, ſcilicet quatuor elementorū, & per cōſequens omnium aliorum. Fuit autē Anaximenes tertius a Thalete. Fuit autem diſcipulus Anaximandri, qui fuit diſcipulus Thaletis. Diogenes vero diſcipulus Anaximenis fuiſſe dicitur. Hæc tamen differentia fuit inter opinionē Diogenis & Anaximenis, quia Anaximenes aerem ſimpliciter poſuit principium rerum. Diogenes autem dixit, quòd aer rerum principium eſſe non poſſet, niſi quia compos erat diuinæ rationis. Ex quo prouenit opinio, quæ tangitur primo de anima. Ratio autem, quare aerem ponebat rerum principium, potuit ſumi ex reſpiratione, per quam vita animalium reſeruatur, & quia ex immutatione aeris videntur variari generationes & corruptiones rerum.

i ¶ Hic ponit, quòd duo philoſophi Hippaſus & Heraclitus poſuerunt ignem eſſe primum principium vt materiam. Et potuerunt moueri ex eius ſubtilitate, ſicut infra dicetur.

E K ¶ Hic ponit opiniones ponentium plura principia materialia. Et primo Empedoclis, qui poſuit plura finita. Secundo Anaxago. qui poſuit plura infinita, ibi: [Anaxagoras vero &c.] ponit ergo primo opinionem Empedoclis quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quòd tria prædicta elementa, ſcilicet aquam, aerem, & ignem, dicit eſſe rerum principia, addens eis quartum, ſcilicet terram. Secundo quantum ad hoc, quòd iſta etiam elementa dixit ſemper manere & non generari nec corrumpi, ſicut & illi, qui poſuerunt vnam cauſam materialem, ſed per congregationem horum & diuiſionem ſecundum multitudinem & paucitatem dixit ex eis alia generari & corrumpi. inquantum iſta quatuor per concretionem in unum & diſgregationem ex vno diuiduntur.

l ¶ Hic ponit opinionem Anaxago. qui fuit alter diſcipulus Anaximenis, qui fuit condiſcipulus Diogenis: patria quidem Clazomenius, prior ætate quàm Empedocl. ſed factis ſiue operibus poſterior. vel quia poſterius philoſophari incœpit, vel quia in numero principiorum minus bene dixit, quàm Empedocl. dixit enim principia materialia eſſe infinita, cum ſit di-

gnius

gnius ſiora principia & pauciora accipere, quod fecit Empe-
Text.co.41. docl. vt dicitur in primo Phyſic. Non enim ſolum dixit principia rerum eſſe ignem & aquam & alia elementa, ſicut Empedocl. ſed omnia, quæ ſunt conſimilium partium vt caro, os, medulla, & ſimilia, quorum infinitas minimas partes principia rerum poſuit, ponens in vnoquoque infinitas partes horum ſingulorum ineſſe propter id, quod in inferioribus vnum ex alio generari poſſe inuenit, cum generationem rerum non diceret eſſe, niſi per ſeparationem a miſto, vt planius explicauit primo Phyſicorum.
Text.co.33. Secundo etiam Anaxago. conuenit cum Empedocl. in hoc, ſcilicet quòd generatio & corruptio rerum non eſt niſi per concretionem & diſcretionem partium prædictarum infinitarum, & quòd aliter nec generari, nec corrumpi contingit aliquid. Sed huiuſmodi rerum principia infinita, ex quibus rerum ſubſtantiæ efficiuntur, permanere dixit ſemp iterna. Concludit ergo Ariſtot. quod ex prædictis Philoſophorum opinionibus, aliquis cognoſcet ſolam cauſam, quæ continetur ſub ſpecie cauſę materialis.

ſactis vero poſterior, infinita dixit eſſe principia. Nam fere omnia corpora partium conſimilium, vt ignem, aut aquam, ita generari & corrumpi ait cōgregatione & diſgregatione ſolum, aliter autem nec generari, nec corrumpi, ſed permanere
G ſemper ſenpiterna. Ex his quidem igitur ſolam quis cauſam intelliget eam, quæ in materiæ ſpecie dicitur.

vero inferior, infinita dicit eſſe principia, ferè enim omnia, quæ conſimilium partium ſunt, ut aquam, vel ignem, ita fieri, & corrumpi ait † *coniunctione & diſiunctione ſolum, aliter vero nec fieri, neque corrumpi, ſed perpetua permanere. Ex his itaque ſolam quis cauſam illam, quæ in materiæ ſpecie dicitur, putabit.*

† Congregatione, & diſgregatione.

F dedit eis viam ad veritatis cognitionem, vel inuentionem: & coegit eos quærere dubitationem quandam, quæ inducit in cauſam efficientem, quæ talis eſt. Nulla res vel ſubiectum tranſmutat ſeipſum, ſicut lignum non tranſmutat ſeipſum, ut ex eo fiat lectum: nec æs eſt ſibi cauſa tranſmutandi, vt ex eo fiat ſtatua: ſed oportet aliquid aliud eſſe, quod eſt eis mutationis cauſa, quod eſt artifex. Sed ponentes cauſam materialem unam uel plures, dicebant ex ea, ſicut ex ſubiecto, fieri generationem & corruptionem rerū: ergo oportet quod ſit aliqua alia cauſa mutationis, & hoc eſt quærere aliud genus principij & cauſæ, quod nominatur, unde principium motus &c.

LECTIO V.

a PRoeedētibus autem ſic, res ipſa viam fecit ſimiliter, & quærere coegit. Si enim quam maxime omnis generatio, & corruptio ex aliquo vno,
H aut pluribus eſt, qualiter hoc accidit, & quæ cauſa? Non enim vtique facit ipſum ſubiectum tranſmutare ſeipſum. Dico autem, veluti neq; lignum, neque æs, alterutrum ipſorum permutandi eſt cauſa. neque lignum facit lectum, neq; æs ſtatuam, ſed aliquid aliud permutationis eſt cauſa. Hoc autem quærere, eſt aliud principium quærere, vt ſi dicatur: vnde principium motus.

I

b Igitur omnino qui talem viam à principio tetigerunt, & vnum eſſe ſubiectum dixerunt, nihil difficultatis ſibimet fecerunt. Vnum quidem omne dicentes, & quaſi ab ea quæſtione deuicti, ipſum eſſe immobile dicunt, & naturam totam non ſolum ſecundum generationem & corruptionem: (hoc etenim antiquū eſt, & quod omnes eſſe confeſſi ſunt) verum & ſecundū aliam mutationem omnem eſ-
K ſe. & hoc eorum eſt proprium. Vnum ergo ſolum dicentium ipſum eſſe, nulli talem intelligere cauſam conuenit, niſi forte Parmenidi, & hoc in tantum, quia nō ſolum vnam, ſed etiam duas aliqualiter ponit cauſas eſſe. Plura vero facientibus magis contingit dicere: vt ipſum calidum & frigidum, aut ignē, & terram. Vtuntur enim quaſi motiuam materiam habentem naturam igne: aqua vero & terra & huiuſmodi, econtrario.

LECTIO V.

HOc autem modo procedentibus, ipſa res eos duxit, & coegit vlterius quærere. Nam, & ſi quam maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo vt ex vno, aut ex pluribus ſit, cur hoc accidit, & quæ cauſa eſt? Non enim ipſum ſubiectum ſeſe mutari facit, utputa, dico quòd neque lignum, neque æs cauſa eſt, vt vtrunque eorum mutetur, neque lignum quidem lectum, æs vero ſtatuam facit, ſed aliud quippiam mutationis cauſa eſt, hoc autem quærere, aliud principium quærere eſt, perinde atque id, quod nos vnde principium motus dicimus.

Qui igitur omnino a principio iſtā viam attigerunt, vnumque eſſe ſubiectum aſſeruerunt, nil difficultatis ſibipſis reliquerunt. Verum quidam eorum, qui unum conſtituerunt, quaſi deuicti ab hac quæſtione, ipſum unum immobile dicunt eſſe, naturamque totam non ſolum ſecundum generationem & corruptionem (hoc enim uetus eſt, & cui omnes conſenſerunt) ſed etiam ſecundum reliquam omnem tranſmutationem, & hoc eorum eſt proprium. Illorum igitur, qui unum ſolum eſſe dixerunt ipſum uniuerſum, nulli contingit talem inſpicere cauſam, niſi fortaſſis Parmenidi, & huic eatenus, quatenus non ſolum unam, uerum etiam duas quodam modo ponit cauſas eſſe. Illis uero, qui plura faciunt, magis accidit dicere, utputa illis, qui calidum, aut frigidum, aut ignem, & terram, utuntur enim igne, tanquam motiuam habente naturam: aqua uero & terra, & huiuſcemodi, econtrario.

LECTIO V.

a POſtquam poſuit opinionem de cauſa materiali, hic ponit opinionem de cauſa efficiente, quæ eſt: vnde principium motus. Et diuiditur in duas. Primo ponit opiniones eorum, qui ſimpliciter aſsignauerūt cauſam motus & generationis. Secundo proſequitur opinionem illorum, qui poſuerunt cauſam efficientem, quæ eſt etiam principium boni & mali in rebus: ibi. [Poſt hos &c.] Circa primum
Lectio 2. Parte 2. Part. ſeq. duo facit. Primo ponit rationem cogentem ad ponendum cauſam mouentē. Secundo oſtendit, qualiter ad poſitionem diuerſi diuerſimode ſe habuerunt: ibi. [Igitur omnino qui talem &c.] Dicit ergo, quidam Philoſophi ſic proceſſerunt in cauſa materiali ponenda, ſed & ipſa res euidens natura

b ¶ Hic oſtēdit quòd ad prædictam rationem triplicitet philoſophi ſe habuerunt. Illi enim, qui illam viam a principio tetigerunt, & dixerunt vnam cauſam materialem, non multum ſe grauabant in ſolutione huius quæſtionis. Erant enim contenti ratione materię, cauſam motus penitus negligentes. Alij vero dicētes omnia unum eſſe, quaſi per prędictam rationem deuicti, non ualentes peruenire ad aſsignandam cauſam motus, negauerunt totaliter motum. Vnde dixerunt, quòd totum uniuerſum, eſt unum ens immobile. In quo differebant a primis naturalibus, qui dicebant unam cauſam eſſe omnium rerum ſubſtantiam, quæ tamen mouetur per rarefactionem, & condenſationem, ut ſic ex uno, plura quodammodo fierent, licet non dicerent quod mutaretur ſecundum generationem, & corruptionem ſimpliciter. Hoc enim, quòd nihil ſimpliciter generaretur uel corrumperetur, fuit antiqua opinio ab omnibus confeſſa, ut ex ſupra dictis patet. Sed illis Lect. 4.
poſterioribus proprium fuit differentiæ, quòd totum eſt unum immobile, ſicut omni motu carens. Hi fuerunt Parmenides & Meliſſus, Lect. 4.
vt infra dicetur, ergo patet, quòd illis, qui dicunt totum vnum immobile, non contigerit intelligere eos

c Poſt hos autem & talia principia tanquam non ſufficientia exiſteutium generare naturam: iterum ab ipſa veritate, velut aiebamus, coacti, habitum quæſierunt principium: ipſis enim & bene hoc quidem eorum, quæ ſunt habere. illa vero fieri, forſan nec ignem, nec terram, neque aliud talium nihil, veriſimile cauſam eſſe: neque illos conueniens exiſtimare: neque iterũ ipſi Automato & Fortunæ tantam cõmittere rẽ bene habere. B

Poſt hoc autem, & huiuſmodi principia tanquam non ſufficientia vt entium naturam generarent, rurſus ab ipſa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod ſequitur, quaſiuerunt principium. vt enim entia bene ſe partim habeant, partim fiant, nec ignem fortaſſe, nec terram, nec aliud huiuſcemodi quicquam veriſimile eſt cauſam eſſe: nec illos veriſimile eſt arbitrari: nec rurſus caſui, & fortunæ tantam attribuere rem probe ſe habet.

d Dicens & aliquis ineſſe intellectum vnum, quemadmodum in animalibus, & in natura cauſam & mundi & ordinis totius, & excitans apparuit, purificans priores præter conuenientia dicentes. Palam quidẽ igitur Anaxagoram ſcimus hos ſermones tetigiſſe, attamẽ habet prius Hermotimus Clazomenius cauſam dicendi. Sic quidem igitur opinantes. ſimiliter ipſius bene cauſam, principium exiſtentium eſſe poſuerũt: & tale vnde motus exiſtentibus ineſt. C

Quare, qui vt animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſam mundi, totiuſque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes, apparuit. Iſtas autem rationes qui palam attigit, Anaxagoram fuiſſe ſcimus. attamen Hermotimus Clazomenius dicitur cauſam prius dixiſſe. Qui igitur ita arbitrati ſunt, principium entium poſuerunt ſimul tam cauſam ipſius bene, quam illam, vnde motus entibus ineſt.

e Suſpicatus eſt autem utique aliquis Heſiodũ quæſiuiſſe primum huiuſmodi; & utique ſi aliquis alius Amorem, aut Deſiderium in exiſtentibus, quaſi principiũ poſuiſſet, ut Parmenides. D Etenim hic tentans monſtrare uniuerſi generationem, primũ quidem ait deorum Amorem fore prouidentem oĩbus Heſiodus uero omnium primũ chaos fuiſſe, deinde terram latam, & Amorẽ, qui omnia condocet immortalia: quaſi neceſſarium ſit in exiſtentibus eſſe cauſam, quæ res ipſas moueat, & congreget. His quidem igitur quomodo diſtribuere de hoc oportet, quis primus, liceat iudicare poſterius. E

Suſpicaretur autem aliquis Heſiodum primum hoc quaſiuiſſe, & ſi quis alius amorem, aut deſiderium in entibus, vt principium poſuit, ſicuti Parmenides. etenim is vniuerſi generationem monſtrando.
Primum quidem inter omnes Deos amorem, ait produxit.
Heſiodus vero, ante omnia fuiſſe chaos.
Deinde terram ſpatioſam, atque amorem.
Qui inter omnes immortales elucet.
Tanquam oportunum ſit, vt in entibus aliqua cauſa inſit, quæ res ipſas moueat atque coniugat. Hos autem quomodo ordinare oporteet, quis ſcilicet eorum primus ſit, liceat poſterius iudicare.

re eos talem cauſam. s. cauſam motus, quia ex quo motũ ſubtrahunt, fruſtra quærunt cauſam motus. niſi tñ Parmenides, quia
Lect. 5. iſte, etſi poneret vnum ſm rõnem, ponebat tñ plura ſm ſenſum, vt infra dicetur. Vnde inquantum plura ponebat, conueniebat ei ponere plures cauſas, quarum vna eſſet mouens, & alia mota: quia ſicut pluralitate ſm ſenſum ponebat, ita oportebat ꝙ poneret motũ ſm ſenſum. Nã ex vno ſubiecto non poteſt intelligi pluralitas cõſtituta, niſi per aliquẽ modũ motus. Tertij fuerunt, qui plures facientes rerum ſubſtãtias, conſenſerunt p̃dictæ rationi ponentes cauſam mot'. Ponebant. n. calidũ vel frigidum cauſas, vel ignem & terrã: quorum igne vtebantur, vt habente naturam mobilem, ideſt motiuam naturã, aqua vero & terra & aere contrario, vel vt habentibus naturã paſſiuã: & ſic ignis erat vt cauſa efficiẽs, alia vero vt cauſa materialis.
c ¶ Hic ponit opiniones ponentiũ cauſam efficientem non ſolum vt principium motus, ſed ẽt vt principium boni, vel mali in rebus. Et circa
Lect. 6. part. 2. Lect. pñ. part. 3. hoc duo facit. Primo narrat eorũ opiniones. Secundo oſtẽdit in quo, in ponendo cauſas defecerunt, ibi: [Iſti quidẽ.] Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionis rõnes, ex quibus mouebãtur ad ponẽdum ẽt cauſam a p̃dictis. Secũdo oſtendit quomõ diuerſimode eam poſuerunt, ibi: [Dicẽs & aliqs &c.] Dicit ergo primo, ꝙ poſt p̃dictos philoſophos, qui ſolũ vnam cãm materialẽ poſuerũt, vel plures corporales, quarũ vna erat actiua, alia vt paſſiua, & poſt alia prima principia ab eis poſita, iterũ fuerũt ab ip-
·p· ex. c6. 9. ſa veritate coacti [vt aiebamus], s. ſicut ſupra dictum eſt, vt q̃rerent principiũ [habitum], i. conſequẽter ſe habẽs ad prędicta, s. cauſam boni, quæ quidem eſt cauſa finalis, licet ab eis non poneretur niſi per accidens, vt infra patebit. Ponebatur eñ ab eis ſolum cauſa boni per modum cauſæ efficientis. Et adhoc cogebantur, quia p̃miſſa principia nõ ſufficiebãt ad generandum naturã entiũ, in qua quidẽ inueniuntur aliqua bene ſe hr̃e. Qđ demõſtrat cõſeruatio corporũ i proprijs locis, extra quæ corrũpuntur. Et vlterius vtilitates, quæ proueniunt ex partibus aĩaliũ, quæ hoc mõ diſpoſitæ inueniuntur ſm ꝙ congruit ad bonũ eſſe aĩaliũ. Hmõi aũt bonæ diſpoſitionis vel habitudinis, quã quędam res iam habent, quædã vero adipiſcuntur per aliquam factionem, non ſufficienter ponitur cauſa vel ignis, vel terra, vel
e s aliquod talium corporum: quia iſta corpora determinate agũt vel vnum ſm neceſſitatem propriarum formarum. ſicut ignis calefacit & tendit ſurſum, aqua vero infrigidat & tendit deorſum. Prædictæ autem vtilitates & bonæ diſpoſitiones rerũ exigunt habere cauſam non determinatam ad vnum tantum, cum in diuerſis animalibus diuerſimode inueniantur partes diſpoſitæ, & in vnoquoque ſecundum congruentiam ipſorum naturæ. Vnde non eſt conueniens, quod ignis vel terra vel aliquod huiuſmodi ſit cauſa p̃dictæ bonæ habitudinis rerum. Nec fuit conueniens, quòd ipſi hoc æſtimauerint, nec iterũ bene ſe habet dicere, quod ſint automata, ideſt per ſe euenientia & cauſalia, & quòd a fortuna tantum immutatur eorũ cauſalitas, licet aliqui eorũ hoc dixerint, vt Empe. & quicunque poſuerunt cauſam materialem tantum: ſicut patet. ij. Phyſi. Quod tamen patet etiam eſſe falſum per hoc, quòd huiuſmodi bonæ diſpoſitiones, inueniuntur vel ſemper vel in maiori parte. Et autem, quæ ſunt a caſu, vel a fortuna, non ſunt ſicut ſemper, ſed nec ſicut frequenter, ſed vt raro. Et propter hoc neceſſarium fuit aliquorum inuenire principium bonæ diſpoſitionis rerum, præter quatuor elementa.
Alia litera hẽt [nec ipſi Automato & Fortunæ.] & eſt idem ſenſus ꝙ prius.
d ¶ Hic ponit in ſpeciali opiniones de prædicto principio. Et primo ponit opiniones ponentium vnam cauſam. Secũdo ponentium duas, ibi: [Quoniam vero contraria bonis, &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones ponentiũ cauſam primam efficientem intellectum. Secũdo ponentium amorem, ibi: [Suſpicatus eſt autem &cæ.] Dicit ergo, quod poſt prædictã rationem apparuit aliquis dicens intellectum eſſe in tota natura, ſicut eſt in animalibus, & ipſum eſſe cauſam mundi & ordinis totius, ideſt vniuerſi, in quo ordine cõſiſtit bonũ totius vniuſcuiuſq;. Et hic purificauit, priores philoſophos, ad purã veritatẽ eos reducens, qui incõuenientia dixerunt homini, cauſam non tangentes. Hanc autem ſententiam manifeſte tangit Anaxa. licet cauſam huiuſmodi ſentẽtiam proferendi, dederit ei primo quidam alius philoſophus, ſcilicet Hermotimus Clazomenios. Vnde patet, quod illi, qui ſunt opinati ſic, ſimul poſuerunt idẽ rebus eſſe principium, quòd bene haberent ſe, & quòd eſſet vnde principium motus eſt. pars 1. Lect. 6. Lect. 6. part. 1. parte ſeq:
e ¶ Ponit opinionem ponentium amorem eſſe principium primum, quam tamen non ita expreſſe, vel plane, poſuerunt. Et ideo dicit, quòd ſuſpicio fuit apud aliquos, quod Heſiodus quæſiuiſſet huiuſmodi principium bonæ habitudinis rerum,

rum, vel quicunque alius poſuit amorem: vel deſiderium io rebus. Cum enim Parmenides vniuerſi generationem monſtrare tentaret, dixit, quòd amor deorum prouidit omnibus, vt mundus coſtitueretur. Nec eſt cootra ſenſum eius, qui poſuit vnum ens immobile, quod hic dicit: quia hic ponebat plura ſecundum ſenſum, licet vnum ſecundum rationem, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur.
Lect. 5. Lect. 6. part. 3.
Deos autē corpora cœleſtia appellabat, vel forte aliquas ſubſtantias ſeparatas. Sed Heſiodus dixit, quòd primo omnium fuit Chaos, & deinde facta eſt terra latior, vt eſſet receptaculum aliorum: poſuerunt enim receptaculū & locum, principium eſſe, vt dicitur 4. Phyſic.
Tex. com. 6.
Et poſuit rerum principium amorem, qui condocet omnia immortalia. Et hoc ideo, quia cōmunicatio bonitatis ex amore prouenire videtur. Nam beneficium eſt ſignū & effectus amoris. Vnde cum ex rebus immortalibus huiuſmodi corruptibilia eſſe habeant, & omnem bonam diſpoſitionem, oportet hoc amori immortalium attribuere.
part. 2.
Immortalia autem poſuit vel ipſa corpora cœleſtia, vel ipſa principia materialia. Sic autem poſuit Chaos, & amorem, quaſi neceſſariū ſit in rerum exiſtentijs eſſe non ſolū materiam motam, ſed & ipſam cauſam agentem, quæ res moueat & congreget, quod videtur ad amorem pertinere.
part. 3.
Nam & in nobis amor ad actiones mouet, & qa eſt omnium affectionum principium. Nam & timor, & triſtitia, & ſpes, non niſi ex amore procedunt. Quòd autem amor congreget, ex hoc patet, quia ipſe amor eſt vnio quædam amantis & amati, dum amans amatum quaſi ſe reputat. Iſte autem Heſiodus ante philoſophorum tempora, fuit io numero poetarum. Quis autem horum ſit prior, ideſt, potior in ſententia, vtrum ille qui dixit amorem eſſe primum principium, vel qui dixit intellectum, poſterius poterit iudicari, ſcilicet vbi agetur de Deo. Et hoc iudicium diſtributionem vocat, quia per hoc vnicuique ſuus gradus attribuitur dignitatis. Alia tranſlatio planius habet. Hos quidem igitur quomodo congruat tranſire, & quis de hoc ſit prior, poſterius poterit iudicari.

LECTIO VII.

a QVONIAM vero contraria bonis videbantur eſſe in natura, & non ſolum ordinatio & bonum, ſed inordinatio & turpe, plura mala melioribus, & praua bonis, ſic alius aliquis amorem induxit, & litem, ſingula ſingulorū cauſam horum. Si quis enim aſſequatur, & accipiat ad intellectum, & non ad ea quæ balbutiendo Empedocles dixit, inueniat amorem quidem eſſe cauſam aggregatorum, litem vero malorum. Quare ſiquis dixit, & quodammodo dicere & primum dicere, Empedoclem, bonum, & malum principia, forſan benedicet: ſi bonorum omnium bonum eſt cauſa, & malorū malū.

LECTIO VII.

CVM autem contraria quoque bonis ineſſe naturæ apparerent, nec ſolum ordo, & pulchrum, verum etiam inordinatio, & turpe, pluraque mala quàm bona, & turpia quàm pulchra, ideo alius quidam amicitiam in-
G *troduxit, & contentionem, vtrunque vtriuſque horum cauſam. Siquis enim ſequatur, & ſecundum ſententiam accipiat, non ſecundum ea, quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum cauſam eſſe, contentionem vero malorum. Quare, ſi quis dicat quodam modo dicere, & primum Empedoclem dicere malum, & bonum eſſe principia, fortaſſe bene inquiet: ſiquidem bonorum omnium cauſa ipſum bonum, ac malorum ip-*
H *ſum malum eſt.*

b Iſti quidem igitur, ſicut diximus, & vſque ad hoc duas cauſas tetigerunt, quas in phyſicis determinauimus, materiam, & id vnde motus. obſcure quidem, & non manifeſte, ſed qualiter in bellis ineruditi faciunt. Etenim illi circunducti ſæpe bonas plagas faciunt, at nec illi ex ſcientia, nec iſti viſi ſunt ſcientibus dicere quod dicunt. His etenim fere vſi nihil videntur, niſi parum.

Hi quidem, vt diximus, & huc uſque duas cauſas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & vnde motus, obſcure tamen, & non clare, ſed quemadmodum inexercitati in prælio faciunt. Etenim illi circumeuntes, egregias plerunque plagas infligunt: ſed nec illi ex ſcientia, nec iſti videntur ſcire quid dicant.
I *Ferè etenim nullo modo videntur his vti, niſi paulum quiddam.*

c Anaxagoras autē artificialiter ad mundi generationē vtitur intellectu. Nam quando dubitat, quæ cauſa ex neceſſitate eſt, tunc attrahit ipſum. In alijs vero omnia magis cauſantur eorum, quæ fiunt, quàm intellectu.

Nam & Anaxagoras, tanquam machina vtitur intellectu ad mundi generationem, & cum dubitat propter quam cauſam neceſſario eſt, tunc eum attrahit. In cæteris vero magis cætera omnia, quàm intellectum cauſam eorum, quæ fiunt, ponit.

LECTIO VII.

a HIC ponit opinionem ponentium contrarietatem io huiuſmodi, & rationem eos mouentem, quæ talis erat. Io rerum natura videbantur aliqua eſſe contraria bonis: quia in natura oon ſolum inuenitur ordinatum & bonum, ſed aliquando inordinatum, & turpe. Non poteſt autem dici, quòd mala non habeant cauſam, ſed accidant a caſu: quia mala ſunt plura melioribus, & praua ſunt plura bonis ſimpliciter. Quæ autem ſunt a caſu ſine cauſa determi-
F nata, non ſunt vt in pluribus, ſed vt in paucioribus. Vnde cum contrariorum ſint contrariæ cauſæ, oportet non ſolum cauſam rerum ponere amorem, ex quo proueniunt ordinationes & bona, ſed & odium, ex quo proueniunt inordinationes & turpia, vel mala: vt ſic ſingula mala & bona, proprias cauſas habeaot. Et q̄ iſta fuerit ratio mouēs Emped. patet, ſiquis aſſequatur ſentētiā eius, & accipiat ſcientiam quam dicere voluit, & non ad verba, quæ imperfecte, & quaſi balbutiendo dixit. Dixit. n. q̄ amoris eſt congregare, odij diſgregare. Sed quia ex congregatione eſt rerū generatio, ex qua rebus eſt eſſe & bonum: per ſegregationem uero eſt corruptio, quæ eſt via ad non eſſe & malum: iā patet quòd voluit amorem eſſe cauſam aggregatorum, ideſt, bonorum: & odium eſſe cauſam malorū. Et ita, ſi quis dicat, q̄ Empedocles fuit primus, qui dixit bonum & malum eſſe principia, forſitan bene dixit. Si tamen ſecundum Emped. ſit hoc, q̄ bonū eſt cauſa omnium bonorū, & malum omnium malorum. Quod. n. aliquorum malorum poſuit cauſam malā, ſcilicet corruptionis, & aliquorum bonorum bonum, ſ. generationis, manifeſtum eſt. Sed quia non ſequebatur q̄ omnia bona eſſent per amicitiā, nec omnia mala per odium, cum diſtinctio partium mūdi adinuicē eſſet per odium, & confuſio p̄ amicitiam: ideo non vſquequaque poſuit bonum cauſam bonorum, & malū cauſam malorum.

b ¶ Hic oſtēdit q̄ in ponendo prædictas cauſas deficiebant. Et primo loquitur generaliter de eis. Secun-
K do ſpecialiter, ibi: [Anaxa. autem &c.] Dicit ergo primo, q̄ prædicti philoſophi, ſ. Anaxa. & Emp. vſq; ad hoc peruenerunt, q̄ par. ſeq.
poſuerunt duas cauſas illarum quatuor, quæ ſunt determinatæ in phyſicis, ſ. materiam, & cauſam motus: ſed obſcure & non manifeſte tradiderunt, quia non exprimebant, q̄ illa, quæ cauſas eſſe ponebant, ad iſta cauſarum genera reducerentur. Sed in hoc, q̄ de cauſis poſuerunt duas, conuenienter aſſimilabantur bellatoribus non eruditis, qui ab aduerſarijs circunducti, faciunt aliquando bonos ictus, ſed non per artem, ſed a caſu. Quod ex hoc patet, quia & ſi aliqoando accidit eis, non tamen ſemper, aut frequenter. Similiter etiam prædicti philoſophi non ſunt vſi dicere quod dicunt, nec vſi ſunt ſcientibus, ideſt ſicut ſcientes. Vnde alia tranſlatio habet: Sed nec illi ſcientiam, nec hi aſſimilati ſunt ſcientibus dicere quod dicunt. Quod ex hoc patet, quia cum prædictas cauſas poſuiſſent, fere non ſunt eis vſi, quia in paucis utebantur. Vnde videtur quòd non ex arte, ſed quadam inducti neceſſitate eas caſualiter ioduxerunt.

c ¶ Hic oſtendit, in quo ſpecialiter eorum vterque defecerit. Et primo de Anaxag. Secundo de Emp. ibi. [& Emped.] Dicit par. ſeq.
ergo primo, quòd Anaxag. utitur intellectu ad mundi generationem,

tionem, in quo uideatur artificialiter loqui, non dubitans de cauſis generationis mundi, ex neceſſitate attrahit .i. producit ipſum intellectum, non valens reducere mundi generationem in aliquam aliam cauſam diſtinguentem res, niſi in aliquod in ſe diſtinctum & immiſtum, cuiuſmodi eſt intellectus. Sed in omnibus alijs aſſignat cauſas magis ex omnibus alijs, quàm ex intellectu, ſicut in ſpecialib. rerum naturis.

par. 3. d Hic oſtendit in quo deficiat Empedocl. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quo deficit. Secundo quid proprium præ alijs dixit, ibi. [Emp. igitur] Dicit ergo primo, quòd Empedo. in determinando de particularib. rerum naturis, [plus utitur cauſis] a ſe poſitis, ſ. quatuor elementis, & odio & amore, quam Anaxa. quia ſingulorum generationem & corruptionem in prædictas cauſas reducit, non autem Anaxa. in intellectum. Sed in duobus deficit. Primo quia nõ ſufficienter huiuſmodi cauſas tradit. Vtitur enim eis quaſi dignitatibus per ſe notis, quæ nõ ſunt per ſe nota, vt dr. Primo Phyſic. dum ſ. ſupponebat quaſi per ſe notum, quòd lis determinato tempore dominabatur in elementis, & alio tempore determinato amor. Secundo quia in his, quæ querit, non inuenit illud quod eſt ab eo confeſſũ .i. ſuppoſitum quaſi principium, ſ. quòd amor congreget, & odium diſgreget, quia in multis locis oportet, quòd econtrario amor, ſecernat. ideſt diuidat, & odium [concernat] ideſt congreget, quia quando ipſum vniuerſum in partes ſuas per odium [diſtrahitur] ideſt deijcitur quod eſt in generatione mũdi, tunc omnes partes ignis in vnum conueniunt, & ſimiliter ſingulæ partes aliorum elementorum [Concernuntur] ideſt ad inuicem coniunguntur. Sic igitur odium non ſolum partes ignis diuidit a partib. aeris, ſed etiam partes ignis coniungit ad inuicem. Econtrario autem cum elementa in vnum conueniũt per amorem, quod accidit in deſtructione vniuerſi, tunc neceſſe eſt vt partes ignis abinuicem ſeparentur, & ſimiliter ſingulorum partes abinuicem ſecernantur. Non enim poſſet ignis commiſceri aeri niſi partes ignis abinuicem ſepararentur, & ſimiliter partes aeris niſi inuicem ſe elementa prædicta penetrarent, ut ſic amor ſicut coniungit extranea, ita diuidat ſimilia, ſecundum quod ſequitur ex eius poſitione.

Te. com. 32.

d Et Empedocles plus quidem hic vtitur cauſis; ſed tamen nec ſufficienter, neq; in his inuenit qđ confeſſum eſt. A multis igit arguitur in locis apud ipſum, amor diſgregat, lis autem congregat. Nam, cum in elementa quidem ipſum eſſe a lite diſtrahitur tunc ignis in vnum & aliorum elementorũ ſingula concernuntur, cum autem iterum in vnum ab amore conueniunt, neceſſe rurſum, vt ex ſingulis particulæ ſecernantur.

e Empedocles quidem, præter priores, primus hanc cauſam diuidens induxit, non vnum faciens motus principium, ſed diuerſa & contraria. Amplius autem quæ in materiæ ſpecie dicũtur elementa, quatuor primus dixit, non tamen vtitur quatuor ſed vt duobus exiſtentib. ſolum quidem igne ſecundum ſe, oppoſitis uero quaſi vna naturam terra, aere, & aqua. Sumet autem vtique aliquis id ſpeculans ex elementis. Hic quidem ergo, ſicut diximus, ſic & tot dixit principia.

LECTIO VIII.

LEucippus & collega eius Democritus, elementa quidem plenum, & inane dicunt eſſe, dicentes uelut hoc quidem ens, illud uero nõ ens: horum autem plenum quidem & ſolidum ens inane uero non ens. Propter qđ & nihil magis ens non ente dicunt eſſe; quia neque inane corpore. Cauſas autem entium hęc ut materia.

e Hic oſtendit quomodo Empedoc. pręalijs philoſophis proprium poſuit. Et dicit quòd duo præ alijs poſuit. Vnum eſt, quod cauſam unde motus diuiſit in duas contrarias partes. Aliud eſt quòd cauſam materialem dixit eſſe quatuor elementa, non quod utatur quatuor elementis ut quatuor, ſed ut duobus, quia ignem comparat alijs tribus dicẽs, quòd ignis habet naturam actiuam, &

A alia paſſiuam. Et hoc poteſt aliquis ſumere ex elementis rerũ ab ipſo traditis, uel [elementis] principijs ſuæ doctrinæ quæ poſuit. Alia litera habetur ex uerſibus, quia dicitur metricè ſuam philoſophiam ſcripſiſſe. Et huic concordat alia translatio quæ dicit. Ex rationibus. Hic igitur (ut dictum eſt) ſic & tot primus poſuit principia, quia quatuor, & ea quæ dicta ſunt.

Et Empedocles plus quidem iſto cauſis utitur: neque ſufficienter tamẽ, neque in his reperit, quod ſequitur; multis enim in locis apud eum amicitia quidem diſiungit, contentio uero coniungit: cum enim in elementa per contentionem uniuerſum diſſoluitur, tunc ignis in unum coaleſcit, & cęterorum elementorum unumquodque, cũ

B *autem rurſus per amicitiam in unum conueniant, neceſſe eſt iterum particulas uniuſcuiuſque ſeparari.*

Empedocles itaque præter alios Antiquiores, primus hanc cauſam diuidens introduxit. nec unum motus principium, ſed diuerſa fecit, & contraria. & adhęc elementa, quæ in materia ſpecie dicuntur, quatuor eſſe primus aſſeruit. non tamen eis ut quatuor utitur, ſed tanquam duo eſſent ſola, igne quidem per ſeipſum, oppoſitis uero terra, aere, & aqua tanquam una natu-

C *ra. comprehendat autem quiſpiam idipſum, ex eius carminibus contemplãs. Ir igitur, ut diximus, ita, & tot principia aſſeruit.*

LECTIO VII.

LEucippus uero, ac eius familiaris Democritus elementa quidem plenum, & uacuum eſſe aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc vero non ens, & rurſus, ens quidem plenum &*

D *ſolidum, non ens autem vacuum & rarum. Quare nihilo magis ipſum ens, quam ipſum non ens eſſe aiunt; quia neque uacuum quam corpus. hæc autem cauſas entium, ut materiam eſſe.*

LECTIO VII.

HIc incipit ponere poſitiones eorum, qui poſuerunt de principijs poſitiones extraneas non manifeſtas. Et primo illorum, qui poſuerunt plura principia rerum. Secundo illorum, qui poſuerunt tantum unum ens, ibi: (Sunt autẽ aliqui &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Leucippi, & Democriti, qui poſuerũt principia rerum corporea. Secũdo ponit opinionem Pythagoricorum, qui poſuerunt principia rerum incorporea, ibi: (In his autem &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Democriti & Leucippi de cauſa materiali rerum. Secundo de cauſa diuerſitatis, quõ, ſ. ex materia plures res diuerſificantur, in quo etiam apparet cauſa generationis & corruptionis rerũ, in quo etiam cum antiquis philoſophis conueniebãt, ibi, [Et quemadmodum in vnum &c.] Dicit ergo, quòd duo philoſophi, qui amici dicũtur, quia in omnibus ſequebantur, ſ. Democrit' & Leucipp', poſuerũt rerum principia plenum & inane, ſiue vacuum: quorũ plenum eſt ens, & uacuum ſiue inane non ens. Ad huius autem opinionis euidentiam recolendum eſt hoc, quod philoſophus dicit in Primo de Generatione, ubi diffuſius eam tradit. Cum enim quidam philoſophi poſuiſſent omnia eſſe vnum ens continuum immobile: quia nec motus ſine vacuo eſſe poteſt, ut uidetur, nec etiam rerum diſtinctio, ut dicebant: cum continuitatis priuationem, ex qua oportet intelligere corporum diuerſitatem, niſi per vacuum non poſſent comprehendere, vacuum autem nullo modo eſſe ponerēt, ſuperuenit Democritus, qui eorum rationi conſentiens, diuerſitatem autem & motum a rebus auferre non valens, vacuum eſſe poſuit, & omnia corpora ex quibuſdam indiuiſibilibus corporibus eſſe compoſita propter hoc, quia non videbatur ſibi quod ratio poſſet aſſignari, quare ens uniuerſum magis in una parte eſſet diuiſum quàm in alia, ne poneret totum eſſe continuum, præelegit ponere ubique totum & totaliter eſſe diuiſum: quod eſſe non poſſet, ſi remaneret aliquod diuiſibile indiuiſum. Huiuſmodi autem indiuiſibilia corpora inuicem coniungi non poſſunt, ut neceſſe ut ponebat, niſi vacuo mediante: quia niſi vacuum inter duo eorum interueniret, oporteret ex eis duobus unum eſſe continuum, quod ratione prædicta non ponebat. Sic igi-

Lect. 9. par. 1.

Lect. pe. par. 3.

part. ſeq.

Tex. c. ſeq.

b Et quemadmodum qui vnũ faciunt ſubſtantiam ſubiectam, alia paſſionibus eius generant, rarum, & ſpiſſum principia paſſionum ponentes, eodem modo & hi differentes cauſas aliorum eſſe dicunt, Has uero tres dicunt eſſe, figuram, ordinem, & poſitionem. Differre autem ainnt ens rhyſmo, & diathyge, & trope. Horum autem rhyſmus figura eſt, & diathyge ordo, & trope poſitio. Differt enim A, ab N, figura: AN, autem a NA, ordine; Z autem ab N, poſitione. De motu vero unde, aut quomodo ineſt habentibus, & hi aliis conſimiliter, negligenter dimiſerunt. De duabus igitur cauſis, ut diximus, in tantum uidetur quæſitum eſſe prius.

A

Et quemadmodum qui vnum faciunt ſubiectam ſubſtantiam, cætera paſſionibus eius generant, rarum, & denſum paſſionum ſtatuentes principia, ſimili modo hi quoque differentias cauſas cæterorum aiunt eſſe. Has autem tres eſſe dicunt, figuram, ordinem & ſitum, differre etenim ens aiunt duntaxat rhyſmo, diathyge, & trope. quorum rhyſmus quidem figura, diathyge vero ordo, trope autem ſitus eſt.

B

Differt autem A ab N, figura: AN uero a NA, ordine, Z autem ab N, ſitu. De motu uero vnde, vel quomodo exiſtentib. ineſt, et hi periñde, atque alij, per negligentiam omiſerunt. Hactenus itaque de duabus cauſis, ut dicebamus, quæſitum a prioribus fuiſſe.

C

c In his autem, & ante hos uocati Pythagorici mathematica tangentes primi, ea produxerunt, & in eis nutriti, horum principia omnia eſſe putauerunt. Horum autem quoniam natura numeri primi, & in numeris ſpeculari multas ſimilitudines inexiſtentibus & factis magis, quã in igne, & terra: quia talis numerorum paſſio, iuſtitia: illa uero talis, anima & intellectus; alia vero, tempus et aliorum, ut eſt dicere, vnumquodque ſimiliter.

Inter hos uero, et ante iſtos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebãt et in eis nutriti, eorum principia, entium quoque cunctorum eſſe putarunt principia. Cum autem numeri priores his natura ſint, in numeris etiã plures ſimilitudines tum ad exiſtẽtiam, tum ad ea, quæ fiunt, magis quam in igne, in terra, et in aqua contemplari uidebantur. talis etenim, utputa numerorum paſſio iuſtitia, talis uero anima, et intellectus, alia uero tempus, cæterarum quoque, ut ita dicam, unaquæque ſimiliter.

D

d Amplius autem harmoniarũ in numeris ſpeculantes, paſſiones, et rationes, qm̃ et alia qui-

Item cum harmoniarum in numeris inſpicerent paſſiones, ac rationes, quoniam cætera quidem uiderentur

tur vnicuſcuiuſque corporis magnitudinem conſtitutam dicebat ea illis indiuiſibilibus corporibus implentibus indiuiſibilia ſpatia, & ex quibuſdam ſpatiis uacuis ipſis indiuiſibilibus corporibus interiacentibus, quæ quidem poros eſſe dicebant. Ex quo patet, quod cum uacuum ſit non ens, & plenum ſit ens, nõ magis ponebat rei

parte.2. conſtitutionem ens, quam nomen: quia nec corpora magis, quam uacuum, nec vacuum magis quã corpora, ſed ea duobus ſimul dicebat, vt dictum eſt, corpꝰ conſtitui. Vnde prædicta duo ponebat rerum cauſas, ſicut materiam.

b ¶ Hic oſtendit in quo conueniebant prædicti philoſophi cum antiquis philoſophis, qui ponebãt vnam tantum materiam. Oſtendit aũt, quod conueniebãt cum eis in duobus. Primo quidem, quia ſicut ſunt ponentes unam materiam, & ex illa materia una generabat aliam ſecundum diuerſas materiæ paſſiones,

par.3. quæ ſunt rarum, & denſum, quæ accipiebant ut principia omnium aliarũ paſſionum, ita & iſti, ſcilicet Democritus, & Leucippus dicebãt, quod cauſę differentes erant aliorum, ſ. corporum cõſtitutorum ex indiuiſibilibus; videlicet quod per aliquas differentias illorũ indiuiſibilium corporum, & pororum, diuerſa entia cõſtituebantur. Eas autem differentias dicebãt eſſe vnam ſecundũ figuram, quæ attenditur ex hoc, quod

par.4. aliquid eſt angulatum, circulare & rectum: aliam ſecundum ordinem, quæ eſt ſecundum prius & poſterius: aliam ſecundum poſitionem, quę eſt ſecundum ante & retro, dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum. Et ſic dicebant, quod unum ens differt ab alio uel [rhyſmo] ideſt, figura: [uel diathyge] id eſt ordine (uel trope) id eſt poſitione. Et hoc probat per exemplum in literis Græcis, in quibus

ῥυσμὸς vna litera differt ab alia figura, ſicut & in noſtris differt una ab
διατάττω altera. A enim differt ab N, figura; AN vero ab NA, differunt
τροπὴ ſecundum ordinem, nam una ante aliam ordinatur. Vna etiam
διαθιγὴ differt ab altera poſitione, ut: Z, ab N, ſicut & apud nos uidemus, quod ſemiuocales poſt liquidas poni non poſſunt, ante quas ponuntur mutæ in eadem ſyllaba.

Sicut ergo propter triplicem diuerſitatem in literis ex eiſdem literis diuerſimode ſe habentibus fit tragœdia & comœdia, ita ex eiſdem corporibus indiuiſibilibus diuerſimode ſe habentibus, fiunt diuerſæ ſpecies rerum. Aliud uero, in quo conueniebant illi philoſophi cum antiquis eſt, quod ſicut antiqui neglexerunt ponere cauſam, ex qua motus ineſt rebus, ita & iſti, licet illa indiuiſibilia corpora dicerent eſſe per ſe mobilia.

Sic ergo patet, quod per prædictos philoſophos nihil dictũ eſt, niſi de duabus cauſis, ſ. de cauſa materiali ab omnibus, & de cauſa mouente a quibuſdam.

Lect.8. c ¶ Hic ponit opiniones Pythagoricorum ponentium numeros eſſe ſubſtantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones de rerum ſubſtantia. Secũdo de rerum principijs ibi, [Sed cuius gratia aduenimus.] Circa primum ponit duo, ex par.1. quibus inducebantur ad ponendum numeros eſſe rerum ſub- par.ſeq. ſtantias. Secũdum ponit, ibi: amplius autem harmoniarũ &c.] dicit ergo quod Pythagorici Philoſophi, qui fuerunt [in his] ideſt, contemporanei aliquib. dictorũ philoſophorum & ante hos] quia fuerunt quidam quibuſdam priores. Sciendum eſt aũt, duo fuiſſe philoſophorum genera. Nam quidam uocabantur Ionici, qui morabantur in illa terra, quę nunc Græcia dr̃. Et iſti ſumſerunt principium a Thalete, ut ſupra dictum eſt. Alij philoſophi fuerunt Italici, in illa parte Italiæ, quæ quondam Magna Gręcia dicebatur, quę nunc Appulia, & Calabria dicitur quorum philoſophorum princeps fuit Pythagoras natione Samius, ſic dictus a quadam Calabrię ciuitate, & hæc duo philoſophorum genera ſimul concurrerunt. Et propter hoc dicit, quod fuerũ [in his & ante hos.] Iſti autem Italici philoſophi, qui & Pythagorici dicuntur, primi produxerũt quędam Mathematica, vt ea rerum ſenſibilium ſubſtantias, & principia eſſe dicerent. Dicit ergo [Primi] quia Platonici eos ſunt ſecuti. Ex hoc autẽ moti ſunt vt Mathematica introducerent, quia erant nutriti in eorum ſtudio. Et ideo principia Mathematicorum credebant eſſe principia omnium entium. Conſuetum eſt enim apud homines, quod per ea, quæ nouerunt, de rebus iudicare uelint. Et quia inter Mathematica numeri ſunt priores, ideo conati ſunt ſpeculari ſimilitudines rerum naturalium & quantum ad eſſe, & quantum ad fieri magis in numeris, quam in ſenſibilibus elementis, quæ ſunt terra & aqua & huiuſmodi. Sicut enim prædicti Philoſophi paſſiones rerũ ſenſibilium adaptant paſſionibus rerum naturalium, per quandam ſimilitudinẽ ad proprietates ignis & aquæ & huiuſmodi corporum, ita Mathematici dabant proprietates rerum naturalium ad numerorum paſſiones, quando dicebant, quod aliqua paſſio numerorum eſt cauſa iuſtitiæ: & aliqua cauſa animæ, & intellectus, & aliqua eſt cauſa temporis, & ſic de alijs. Et ſic paſſiones numerorum intelliguntur eſſe rationes, & principia quędam omnium apparentium in rebus ſenſibilibus: & quantum ad res uoluntarias, quod deſignatur per iuſtitiam: & quantum ad formas ſubſtantiales rerum naturalium, quod deſignatur per intellectum, & animam, & quantum ad accidentia, quod deſignatur per tempus.

d ¶ Hic ponit ſecundum motiuum. Conſiderabant enim paſſiones harmoniarum, conſonantiarum muſicalium, & earum rationes, ſ. proportiones ex natura numerorum. Vnde,

E

de, cum ſoni conſonantes ſint quædam ſenſibilia, eadem ratione ſunt conati & cętera alia ſenſibilia ſecundum rationem & ſecundum totam naturam aſſimilare numeris, ita quod numeri ſunt primi in tota natura. Et propter hoc etiam ęſtimauerunt, ꝙ principia numerorum eſſent principia omnium entiũ exiſtentium, & totum coelum nihil aliud eſſe dicebant, niſi quandam naturam, & harmoniam numerorum, idest proportionem quãdam numeralem, ſimilem proportioni, quæ cõſideratur in harmonijs. Vnde quæcunque habebant [confeſſa,] idest manifeſta, quæ poterant adaptare numeris & harmonijs adaptabant. & quantũ ad coeli paſſiones, ſicut ſunt motus & eclypſes, & huiuſmodi: & quantum ad partes, ſicut ſunt diuerſi orbes: & quantum ad totum cæli ornatum, ſicut ſunt diuerſæ ſtellæ & diuerſæ figuræ in cõſtellationibus. Et ſi aliquid deficiebat: in rebus manifeſtis, quod non uideretur numeris adaptari [aduocabant,] idest ipſi de nouo ponebant [continuatum eſſe eis oẽ negotium,] idest ad hoc quod totum negotium eorum, quod erat adaptare ſenſibilia ad numeros continuaretur, dum omnia ſenſibilia numeris adaptarent, ſicut patet in vno exemplo. In numeris enim, denarius uidetur eſſe perfectus, eo ꝙ eſt primus limes, & comprehendit in ſe omnium numerorum naturam: quia omnes alii numeri non ſunt niſi quędam repetitio denarij. Propter quod Plato uſque ad. x. faciebat numerum, ut dicitur. iiii. Phyſicorum. Vnde & Pythagoras ſphæras, quæ mouentur in coelo, dixit. x. quamuis nouem ſolum harum ſint apparentes: quia deprehenduntur ſeptem motibus planetarum, octaua ex motu ſtellarum fixarum, nona vero ex motu diurno, qui eſt motus primus.

dem numeris ſecundum naturã omnem uidebantur aſſimilata eſſe, & numeri ſunt omnes naturæ primi, elementa numerorum, exiſtentium elementa cunctorũ eſſe exiſtimabant & totum cęlũ harmoniam eſſe & numerũ, & quæcumque habebant confeſſa monſtrare, & in numeris & in harmoniis & ad cęli paſſiones & B partes, & ad ornatum totum ea colligentes adaptabãt. et ſi quid alicubi deficiebat, aduocabant continuatum ipſis eſſe negotiũ. Dico autem quoniam perfectus denarius eſſe videtur: & omnẽ comprehendere numerorũ naturam, & quę ſecundum cælum feruntur decem quidem eſſe dicuntur, ſolũ autem nouem exiſtentibus manifeſtis, & ideo antitomam decimam faciũt. De his autem certius eſt a nobis in aliis determinatum.

C

LECTIO VIII.

a SEd cuius gratia aduenimus, hoc eſt, ut accipiamus & de his, quę ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cadũt cauſas. Videntur autem igitur & hi numerum putare principium eſſe, quaſi materiam exiſtentib', & quaſi paſſiones & habitus. Numeri vero elementa par, & impar, & quidem hoc finitum, illud uero infinitum. vnum autẽ ex his utriſque eſſe. etenim par eſſe & impar. numerum vero ex vno. Numerus autem, ſicut dictum eſt, totum cælum,

Sed & Pythagoras addit decimam, quæ eſſet [antitoma,] idest in contrarium mota in inferioribus ſphæris, & per conſequens in contrarium ſonans. Dicebat enim ex motu coeleſtium corporum, fieri quandam harmoniam. Vnde, ſicut harmonia fit ex proportione ſonorum contrariorum, ſcilicet grauis & acuti, ita ponebat quod in coelo erat vnus motus in oppoſitam partem aliis motibus, ut fieret harmonia. Et ſecundum hanc poſitionem, motus diurnus pertinebat ad decimam ſphæram, quæ eſt ab oriente in occidentem, aliis ſphæris reuolutis econtrario ab occidente in orientem. Nona vero ſecundum eum eſſe poterat, quę primo reuoluebat omnes ſphæras inferiores in contrarium primi motus.

Lib. 13. 14. De his autem quæ ad opinionem iſtam Pythagoræ pertinent determinatum eſt diffuſius & certius in ultimis libris huius ſcientiæ.

LECTIO VIII.

A HIc ponit opinionem Pythagoricorum de principijs, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid circa rerum principia æſtimabant. Secundo ad quod genus cauſæ principia ab eis poſita reducũtur, ibi: [Ab his igitur ambobus &c.] Ponit autem circa primum tres opiniones. Secunda incipit ibi: [Eorundem autem alij &c.] Tertia ibi: [Quemadmodum videtur.] Dicit ergo primo, ꝙ huius gratia venit ad opiniones Pythagoricorum recitadat, vt oſtenderet per eorũ opiniones, quæ ſunt rerum principia, & quomodo rerum principia ab eis poſita incidunt in cauſas ſuprapoſitas. Videntur enim Pythagorici ponere numerum eſſe principium entium, ſicut numerum, & paſſiones numeri eſſe ſicut paſſiones entiũ & ſicut habitus, ut per paſſiones intelligamus accidentia cito tranſeuntia, per habitus accidentia permanentia. Sicut ponebant, quod paſſio alicuius numeri ſecundum quam diceretur aliquis numerus par erat iuſtitia propter ęqualitatem diuiſionis, quia talis numerus æqualiter p media diuiditur vſque ad vnitatem, ſicut octonarius in duos quaternarios, quaternarius vero in duos binarios, & binari' in duas unitates. Et ſimili modo alia accidentia rerum aſſimulabant accidentibus numerorum. dicebãt eſſe par & impar, quæ ſunt primę numerorum differentiæ. Paremque numerum dicebat eſſe principium infinitatis, imparem uero principium finitatis, ſicut exponitur in iij. phyſi. quia infinitum in rebus præcipue uidetur ſequi diuiſionem continui. Par autem eſt numerus aptus diuiſioni. Impar enim ſub ſe numerum parem concludit addita unitate, quę indiuiſionem cauſat. Probat etiam hoc', quia numeri impares per ordinem ſibi additi ſemper retinet figuram quadrati, Pares autem figuram variãt. E Ternarius enim unitati, quę eſt principium numerorum additus, facit quaternarium; qui primus eſt quadratus. Nam bis duo quatuor ſunt. Rurſus quaternario quinarius additus, qui eſt impar, ſecundum nouenarium conſtituit, qui etiam eſt quadratus, & ſic de alijs. Si vero binarius, qui eſt primus par, unitati addatur, triangularem numerum conſtituit, ſcilicet ternarium. Cui, ſi addatur quaternarius, qui eſt ſecundus par, conſtituit heptangulum numerum, qui eſt ſeptenarius. Et ſic deinceps numeri pares ſibi inuicem additi figuram non eandem ſeruant. Et hac ratione infinitum attribuebant pari, finitum uero impari.

Et quia finitum eſt ex parte formæ, cui competit uis actiua, infinitum vero ex parte materię, cui competit uis paſſiua, ideo pares numeros dicebant eſſe foeminas, impares uero maſcu-

hect. pã. par. 4. par. ſeq. Lec. ph. par. 3. Te. com. 26.

in omnibus numeris aſſimilari, numeri veri totius naturæ primi, numerorum elementa, entium quoque cunctorum elementa eſſe putarunt, totumque coelum harmoniam, & numerum eſſe, & illa quidem, quę de numeris, & harmoniis conſentanea paſſionibus, & partibus coeli, ac uniuerſi diſpoſitioni monſtrare poterant, colligentes applicabant. B *Quod ſiquid alicubi deerat, ſupplebant, ut totus eius tractatus conſentaneus eſſet. dico autem veluti, quoniam denarius perfectus eſſe videatur totamque numerorum naturam comprehendere, ideo & ea, quæ in coelo feruntur, decem eſſe aiunt. cum vero nouem ſolummodo ſint, quę manifeſte apparent, decimam oppoſitam terram faciunt. Determinatum autem eſt a nobis alibi de his magis exquiſite.*

C

LECTIO VIII.

SEd cuius gratia hęc repetimus, hęc eſt, ut & ab his etiam accipiamus, quę ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cauſas incidunt. Apparent etenim & iſti numerũ exiſtimare principium eſſe, ut materiam entibus, & ut paſſiones, ac habitus. numeri autem elementa, par, & impar. quorum alterum finitum, alterum infinitum. unum uero ex ambobus his eſſe. par etenim & impar eſſe. numerum autem ex D *vno. numeros uero, ut dictum eſt, totum coelum.*

maſculos. Ex his vero duobus, ſ. pari & impari, finito & infinito, non ſolum numerum cõſtituebant, ſed etiam ipſum vnum, ideſt vnitatem. Vnitas enim & par eſt virtute & impar. Omnes enim differentiæ numeri, vnitati conueniunt in virtute, quia quæcunque differentię numeri in unitate reſoluuntur. Vnde in ordine imparium primum inuenitur vnitas. Et ſimiliter in ordine parium & quadratorum, & perfectorum numerorum, & ſic de alijs numeri differentijs: quia vnitas, licet non ſit actu aliquis numerus eſt tamen omnis numerus virtute. Et ſicut vnum dicebat componi ex pari, & impari, ita numerum ex vnitatibus: cœlum vero, & omnia ſenſibilia ex numeris. Et hic erat ordo principiorum quem ponebant.

par. 2. b Hic ponit aliam opinionem Pythagoricorum de principijs dicens, q de numero eorundem Pythagoricorum fuerunt aliqui, qui non poſuerunt vnam tantum contrarietatem in principijs, ſicut prædicti, ſed poſuerunt. x. principia ſecundum coelementationem dicta, ideſt accipiendo unumquodque illorum cum ſuo coelemento, i. cum ſuo contrario. Et huius poſitionis ratio fuit, quia non ſolum accipiebant prima principia, ſed etiam proxima principia ſingulis rerum generibus attributa. Ponebant ergo primo finitum & infinitum, ſicut & illi, qui prædicti ſunt; & conſequenter par & impar, quibus finitum & infinitum attribuitur. Et quia par, & impar ſunt prima rerum principia, & primo ex eis cauſantur numeri, ponebant tertio differentiam numerorum. ſ. vnum & plura, quæ duo ex pari & impari cauſabantur. Et quia ex numero conſtituebantur magnitudines, ſecundum quod in numeris poſitionem accipiebant. Nam ſecundum eos punctus nihil aliud erat quam vnitas poſitionem habens, & linea dualitas poſitionem habens, ideo conſequenter ponebant principia poſitionum dextrum & ſiniſtrum. Dextrum enim inuenitur perfectum ſiniſtrum autem imperfectum. Et ideo dextrum erat ex parte imparis, ſiniſtrum ex parte paris. Quia vero naturalia ſuper magnitudines mathematicas addunt virtutem actiuam, & paſſiuam, ideo ulterius ponebant principia maſculinum, & fœmininũ. Maſculinum enim ad virtutem actiuam pertinet, fœmineũ ad paſſiuam: quorum maſculinum pertinet ad imparem, fœmineum vero ad parem numerum, vt dictum eſt. Ex virtute autem actiua & paſſiua, ſequitur in rebus motus & quies quorum motus, quia deformitatem habet, & alteritatem in ordine infiniti & paris ponitur, quies vero in ordine finiti, & imparis. Differentiæ autem motuum primæ ſunt circulare, & rectum. Et ideo conſequenter rectum & curuum principia poſuerunt, quorum rectum ad parem numerum pertinet, (unde & lineam rectam dualitatem eſſe dicebant.) Curuum uero ſiue circulare ratione vniformitatis pertinet ad imparem, qui indiuiſionem ex forma vnitatis retinet. Nec ſolum ponebant principia rerum quantum ad actiones naturales, & motus, ſed etiam quantum ad actiones animales. Et quantum quidem ad cognitionem, ponebant lucem, & tenebras: quantum uero ad appetitum, bonum & malum. Nam lux eſt cognitionis principium, tenebrę vero ignorantię aſcribitur. Bonum etiam eſt in quod appetitus tendit.

Malum uero a quo recedit. Diuerſitas aūt perfectionis & im

b Eorundem autem alii decem dicunt eſſe principia ſecũdum coelementationem dicta. finitũ & infinitum: par & impar, vnũ & plura, dextrum & ſiniſtrum, maſculinum, & fœmininum, quieſcens & motum, rectum & curuum, lucem & tenebras, malum, & bonum; quadrangulare & longius altera parte.

c Quemadmodum uidetur Alcmæon Crotoniates ſuſcipere. & aut hic ab illis, aut illi ab hoc hunc ſermonem acceperunt. Et enim fuit ætate Alcmæon ſene exiſtente Pythagora. Is uero cõſimiliter enunciauit. Nam ait eſſe duo, multas humanorum dicens contrarietates, non ſicut hi determinatas, ſed quaſcumque fortuna contingentes. ut album & nigrum, dulce & amarum: bonum & malum, paruum & magnum. Hic quidem indeterminatæ proiecit de cæteris. Pythagorici uero & quot & quę contrarietates enunciauerunt.

d Ab his igitur ambobus tantũ eſt accipere, quia contraria ſunt exñtium principia, quot vero ab

A perfectionis non ſolum naturalibus, & voluntariis virtutibus & motibus inuenitur, ſed etiam in magnitudine & figuris. Quæ quidem figuræ intelliguntur ut ſuperuenientes ſubſtantiis magnitudinum, ſicut uirtutes motus & actiones ſubſtantiis rerum naturalium. Et ideo quantum ad hoc, ponebant principium quadrangulare, i. quadratum, & altera parte longius. Dicitur autem quadratum figura conſtans ex quatuor lateribus æqualibus, cuius quatuor anguli ſunt recti. Et prouenit talis figura ex ductu alicuius lineę in ſeipſam. Vnde, cum ex ipſa vnitate cauſetur, ad numerum imparem pertinet.


B 

Figura vero altera parte longior dicitur, cuius omnes anguli ſunt recti, & latera uicisſim ſibi oppoſita ſunt æqualia, non tamen omnia latera ſunt æqualia omnibus.

Vnde patet quod ſicut quadratũ conſurgit ex ductu vnius lineę in ſeipsã; ita figura altera parte longior, ex ductu duarum linearum in vnam. Et ſic pertinet ad numerum parem, qui primus eſt dualitas.

c Hic ponit tertiam opinionem Pythagoricorum dicens, quod Alcmæõ Crotoniates, ſic dictus a ciuitate unde oriundus fuit, uidetur ſuſcipere quãrum ad aliquid idem, quod prædicti Pythagorici dixerunt, ſcilicet quod plura contraria ſint principia. Aut enim accepit a Pythagoricis, aut illi ab iſto. Et quod vtrunque eſſe potuerit, patet per hoc q fuit cõtemporaneus Pythagoricorum: ita tamen quod incœpit philoſophari Pythagora ſene exiſtente. Sed qualitercunque fuerit multum ſimiliter enunciauit Pythagoricis. Dixit enim multa, quæ [ſunt hum anarũ]. i. multa rerum ſenſibilium eſſe in quadam dualitate conſtituta, intelligens per dualitatem oppoſita contrarie. Sed tamen in hoc differt a prædictis, quia Pythagorici dicebant determinatas contrarietates eſſe rerum principia. Sed ille proiecit quaſi inordinatæ ponens qualcunque contrarietates, quæ a fortuna ad mentem ſuam deueniebant, eſſe rerum principia: ſicut album, & nigrum, dulce, & amarum, & ſic de aliis.

d Hic colligit ex prædictis q̃d Pythagorici de principiis ſenſerunt, & quomodo principia ab eis poſita ad aliquod genus cauſæ reducantur. Dicit ergo, quod ea ambobus prędictis, ſcilicet Alcmeone & Pythagoricis, vna communis opinio accipi par. 4.

C *Horum autem alij decem aiunt, inter ſe coordinata eſſe principia. finitum, infinitum; impar, par: unum, plura; dextrum, ſiniſtrum; maſculinum, fœmininum; quieſcens, motum; rectum, curuum: lumen, tenebras; bonum, malum, quadratum, longius altero latere.*

parte. 3. *Quemadmodum etiam Alcmæo Crotoniates putaſſe uidetur. & aut iſte ab illis, aut illi ab iſto hanc mutuati ſunt opinionem, fuit etenim ætate Alc*

D *mæo Pythagora iam ſenioris. Aſſeruit autem iſtis ſimiliter. in duo nanque plerunque humanas res ait diſtingui, contrarietates dicens. non tamen, ut illi, diſtinctas, ſed quaſcunque. vt puta album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum; paruum, magnum. itaque diſtinctum dereliquis effudit ſermonem. Pythagorici vero quot etiam, et quę ſunt contrarietates, aſſeruerunt.*

E *Ex ambobus igitur his tantum accipere eſt, quod contraria principia entium ſunt. quot autem, & quæ il-*

accipi poteſt, ſcilicet quod principiā entium ſunt contraria, quod non eſt ab aliis dictum. Quod intelligendum eſt circa cauſam materialem. Nam circa cauſam efficientem poſuit Empedocles contrarietatem. Antiqui uero naturales contraria poſuerunt principia, ut rarum & denſum: contrarietatem tamen ex parte formæ aſſignantes. Empedocles uero, etſi principia materialia poſuerit quatuor elementa, non tamen poſuit ea principia prima materialia ratione contrarietatis, ſed propter eorum naturas, & ſubſtantiam: iſti uero contrarietatem ea parte materiæ poſuerunt. Quę etiam ſint iſta contraria, quæ iſti poſuerunt, patet ex dictis. Sed quomodo prædicta principia contraria ab eis poſita poſſunt [conduci,] ideſt reduci ad prædictas ſpecies cauſarum, non eſt manifeſte [articulatum] ideſt diſtincte expreſſum ab eis. Tamen uidetur, quod huiuſmodi principia ordinentur ſecundum ſpeciem cauſæ materialis. Dicunt enim quod ſubſtantia rerum conſtituitur, & plaſmatur ab illis principiis ſicut ex his quæ inſunt: quod eſt ratio cauſæ materialis. Materia enim eſt, ex qua fit aliquid cum inſit. Quod quidem dicitur ad differentiam priuationis, ex qua etiam dicitur aliquid fieri, non tamen ineſt, ſicut dicitur muſicum fieri ex non muſico.

part. 2. parte. 3.

aliis, & quæ hæc ſint. Qualiter autem ad dictas cauſas conducere contingit plura, plane quidē non eſt dearticulatum ab illis; Videtur autem, ut in materiæ ſpecie elementa ordinare. Ex his enim, ut ex his quę inſunt, conſtitui & plaſmari dicunt ſubſtantiam. Antiquorum quidem igitur elemēta naturæ plura dicentium, ex his ſufficiens eſt intellectui ſpeculari.

LECTIO IX.

SVnt autem aliqui, qui de omni quaſi exiſtente una natura enunciauerunt. modo uero non eodem omnes, neque ipſius bene, neque ipſius ſecundum naturam.

a Igitur ad præſentem cauſarum perſcrutationem nullatenus congruit de ipſis ſermo. Non enim, ut Philoſophorum quidam, qui unum poſuerunt ipſum ens, tamen generant ex materia quaſi ex uno. ſed alio dicunt hi modo. Illi nanque motum apponunt ipſum omne generantes, hi uero immobile dicunt eſſe.

c Sed quidē ſecundum tm̄, præſenti proprium eſt inquiſitioni. Parmenides. n. uidet unum ſecundum rationē tāgere. Meliſſus uero, ipſum ſecūdum materiā. Quare & hic quidē finitum, ille uero infinitum id eſſe ait. Xe

B *la ſint, ex cæteris ſolum. verum quomodo illa ad dictas cauſas applicentur, clare quidem ab eis non eſt determinatū; uidentur tamen, vt in materia ſpecie ponere elementa. ex his enim tanquam intrinſecis conſtare, ac fingi ſubſtantiam aiunt. Veterum itaque, ac plura elementa naturę dicentium mentem ex his ſatis ſpeculari licet.*

Aenn!

LECTIO IX.

SVnt autem qui de uniuerſo, tanquam ſi vna natura eſſet, ita aſſeruerunt. non tamen modo eodē omnes. neq; eius, quod bene, neq; eius quod ſecundum naturam eſt.

C *In præſenti itaque cauſarum conſiderątione nullo modo conuenit ſermo de eis. Non enim, ut quidam phyſicorum, vnum ſuponentes ipſum ens, nihilominus ex vno tanquam ex materia generant, ſed alio modo hi dicunt. ipſi enim, cum generent uniuerſum, addunt tamen motum. hi vero immobile eſſe aiunt.*

D *Attamen aliquatenus præſenti perſcrutationi proprium eſt. Parmenides etenim vnum ſecundum rationem attigiſſe uidetur; Meliſſus uero ſecundum materiam. Quare, & id ille quidem finitum, hic uero infinitum ait eſſe. Xenophanes au-*

LECTIO IX.

Lect. pſ. parte 1. Parte ſeq. a HIC ponit opiniones philoſophorum de toto uniuerſo, ſicut de uno ente, & circa hoc duo facit. Primo ponit eorum opiniones in communi. Secundo oſtendit, quomodo conſideratio huius opinionis ad præſentem tractatum pertineat. & quomodo non, ibi. [Igitur ad præſentem, &cæt. Dicit ergo, quod aliqui alij philoſophi a prædictis fuerunt, qui enunciauerunt [de omni,] ideſt de uniuerſo quaſi de una natura, ideſt quaſi totum uniuerſum eſſet unum ens, uel

In hac eadē lec. una natura. Quod tamen non eodem modo omnes poſuerunt, ſicut infra patebit. Ipſo tamen modo, quo diuerſificati ſunt, nec bene dixerunt, nec naturaliter. Nullus enim eorum naturaliter locutus eſt, quia motum rebus ſubtrahunt. Nullus etiam bene locutus eſt, quia poſitionem impoſſibilem poſuerunt, & per rationes ſophiſticas; ſicut patet primo Phyſicorum.

parte ſeq. parte 3. b ¶ Hic oſtendit quomodo conſideratio huius poſitionis ad pręſentem tractatum pertinet, & quomodo non. Et primo oſtēdit, quod non pertinet, ſi conſideretur eorum poſitio. Secundo oſtendit, quod pertinet, ſi conſideretur poſitionis ratio, uel poſitionis modus, ibi. [Sed quidem ſecundum tantum &c.] Dicit ergo, quod quia iſti Philoſophi poſuerunt tantum unum ens, & unum non poteſt ſimpliciter eſſe cauſa, patet quod ipſi non potuerunt inuenire cauſas. Nam poſitio, i. pluralitas cauſarum diuerſitatem in rebus exigit. Vnde quantum ad præſentem perſcrutationē, quæ eſt de cauſis, nō cōgruit ut ſermo de eis habeatur,

A Secus autem eſt de antiquis naturalibus, qui tantum eius poſuerunt eſſe vnum, de quibus debet hic ſermo haberi. Illi enim ex illo uno generant multa, ſicut ex materia. Et ſic ponunt cauſam & cauſatum. Sed iſti, de quibus nunc agitur, alio modo dicunt Non enim dicunt, quod ſint omnia unum ſecūdum materiam, ita quod ex uno omnia generentur, ſe. dicunt quod ſimpliciter ſunt vnum. Et ratio huius diuerſitatis eſt, quod antiqui naturales apponebant motum illis, qui ponebant unum principium, & vnum ens, dicentes ipſum eſſe mobile. Et ideo per aliquem modū motus, ſicut per rarefactionem & cōdenſationem, poterant ex illo uno diuerſa generari. Et per hunc modum dicebant generari totum uniuerſum, ſecundum diuerſitatem, quę in partibus eius inuenitur. Et tamen quia non ponebant uariationem ſecundum ſubſtantiam, niſi ſecūdum accidentia, ut ſupra dictum eſt, ideo relinquebatur, quod totum uniuerſum eſſet unum ſecundum ſubſtantiam, diuerſificatū tamen ſecundum accidentia. Sed iſti dicebāt illud, qđ ponebant eſſe unum, penitus immobile. Et ideo ex illo uno non poterat aliqua diuerſitas rerum cauſari. Et propter hoc nec ſecundum accidentia pluralitatem in rebus ponere poterant. par. 1. Lect. 4.

c ¶ Hic oſtēdit quomodo eorum opinio pertineat ad pręſentem perſcrutationem. Et primo generaliter de omnibus. Secundo ſpecialiter de Parmenide, ibi. [Igitur hi.] Dicit ergo primo, quod licet diuerſitatem rebus auferrent, & per conſequens cauſalitatem, tamen eorum opinio eſt propria præſenti inquiſitioni ſecundum tantum quantum dicetur, quantum. ſ. ad modum ponendi, & quantum ad rationem poſitionis. Parmenides enim qui fuit unus ex eis, uidetur tangere unitatem [ſecundum rationem] ideſt ex parte formæ. Argumentatur e-

E nim ſic. Quicquid eſt pręter ens, eſt non ens: & quicquid eſt non ens, eſt nihil. ergo quicquid eſt præter ens, eſt nihil. Sed ens eſt unum, ergo quicquid eſt præter unum, eſt nihil. In quo patet, quod conſiderabat ipſam rationem eſſendi, quæ uidetur eſſe una, quia non poteſt intelligi quod ad rationem entis aliquid ſuperueniat per quod diuerſificetur, quia illud, quod ſuperuenit enti, oportet eſſe extraneum ab ente. Quod autem eſt huiuſmodi, eſt nihil.

Vnde non uidetur quod poſſit diuerſificare ens. Sicut etiam uidemus, quod differentię aduenientes generi diuerſificant ipſum, quæ tamen ſunt pręter ſubſtantiam eius. Non enim participant differentię genus, ut dicitur iiij. Topicorum: aliter genus eſſet de ſubſtantia differentię, & in diffinitionibus eſſet nugatio, ſi poſito genere, adderetur differentia, ſi de eius ſubſtantia eſſet genus. ſicut eſſet nugatio ſi ſpecies adderetur. In nullo etiam differentia a ſpecie differret. Ea uero, quę ſunt pręter ſubſtantiam entis, oportet eſſe non entia, & ita non poſſūt diuerſificare ens. Sed in hoc decipiebantur, quia utebantur ente quaſi una ratione, & una natura, ſicut eſt natura alicuius gñis.

no phanes vero, primus horum, vnum dixit. Parmenides enim, qui huius dicitur fuiſſe diſcipulus, nihil explanauit. Neque de natura horum neuter viſus eſt tangere, ſed ad totum cœlum reſpiciens, ipſum unum dicit eſſe Deum.

d Igitur ii, ſicut diximus, prætermittendi ſunt ad preſentem inquiſitionem. Duo quidem & penitus tamquam exiſtentes parum agreſtiores, Xenophanes & Meliſſus. Parmenides autem magis uidens uiſus eſt dicere. Prȩter .n. ens, non ens, nihil dignatur eſſe, unde ex neceſſitate opinatur vnum eſſe ens, & aliud nihil: de quo in phyſicis manifeſtius [dixi mus. Coactus uero apparentia ſequi, & quid unnm quidem ſecundum rationem, plura vero ſecundum ſenſum opinatus eſſe, duas cauſas & duo principia rurſus ponit, calidum & frigidū vt ignem & terram dicens. Horū autem quod quidem eſt ſecundum ens, calidum ordinat, alterum vero ſecundum non ens.

e Igitur ex dictis & a ſapientib. iam rationi conſentientibus ea accepimus. A primis quidem igitur principium eſſe corporenm. Aqua nanque & ignis, & conſimilia, corpora ſunt. & ab his quidem unum, ab illis uero lura principia corporea. Vtriſque tn̄ ea ut in materiæ ſpecie ponentibus, & a quibuſdam cū hac illā nnde motus. Et hāc ab his qdē unam, ab aliis uero duas. Igitur

tem, quanquam prior iſtis, unum poſuerat (nam Parmenides eius auditor fuiſſe dicitur) nihil tamen clarum dixit, et neutrius horum naturam attigiſſe uidetur. ſed ad totum cœlum reſpiciens, ipſum unum ait eſſe Deum.

G *Hi igitur, ut diximus, in prȩſenti quæſtione omittendi. duo quidem, & penitus tanquam paululum agreſtiores, Xenophanes, atque Meliſſus. Parmenides uero magis inſpicens, dicere, quoquo modo uidetur. quod enim eſt præter ipſum ens, ipſum non ens nihil indicans eſſe, neceſſario unum putat ipſum ens eſſe, & nihil aliud, de quo clarius in de naturalibus diximus. Coactus uero illa, quæ apparent, ſequi, & unum ratione, plura uero ſecundum ſenſum putans eſſe, duas cauſas rurſum, ac duo principia ponit calidū, & frigidum, uelut ignem & terram* H *dicens. Horum autem alterum, calidū ſcilicet cum ente, alterum uero cum non ente collocat.*

Ex dictis itaque, ac ab illis, qui rationi incubuerunt, ſapientibus, iſta accepimus. A primis quidem, & corporeum principium, aqua nanque, & ignis, & ſimilia corpora ſunt. & horum, a quibuſdam unum, a quibuſdam plura corporea principia. vtriuſque tamen iſta ut in materiæ ſpecie ponentibus. A cȩteris I *uero & hanc cauſam, & cum iſta etiam eam unde motus ſtatuentibus. & hanc a quibuſdam unam, a qui-*

Lec. 41. Text. 27. Hoc enim eſt impoſſibile. Ens enim non eſt genus, ſed multipliciter dr̄ de diuerſis. Et ideo in primo phyſicorum dr̄, quod hęc eſt falſa, ens eſt unum. Non enim habet vnam naturam, ſicut vnum genus, vel vna ſpecies. Sed Meliſſus conſiderabat ens ex parte materiæ. Argumentabatur enim vnitatē entis, ex eo quod ens non generatur ex aliquo priori, quod proprie pertinet ad materiam quæ eſt ingenita. Arguebat enī ſic. Quod eſt generatum, habet principium: ergo quod non eſt generatum non habet principium: Ens non eſt generatum: ergo non habet principium. quod autem caret principio, & fine caret. ergo eſt infinitum. Et ſi eſt infinitum, eſt immobile: quia infinitum non habet extra ſe, quo moueatur. Quod autem ens non genereſ, Probat ſic. quia ſi generatur, aut generatur ex ente, aut ex non ente, quia non ens eſt nihil, & ex nihilo nihil fit. Nec ex ente quia ſic aliquid eſſet antequam fieret, ergo modo generatur. In qua q. dem ratione patet, quod tetigit ens ex parte materiæ, quia non generari ex aliquo prius exiſtente materię eſt. Et quia finitum ptinet ad formam, infinitum veru ad materiam, Meliſſ⁹ qui conſiderabat ens ex parte materiæ, dixit eſſe vnū ens infinitum. Parmenides vero, qui cōſiderabat ens ex parte formæ, dixit ens eſſe finitū. Sic igitur inquantum conſiderat ens rōne materiæ & formæ, tractare de his pertinet ad pręſentē conſiderationē, quia materia & forma in numero cāſarum ponuntur. Xenoph. vero, qui fuit primus inter dicentes oīa eſſe unū, unde & Parm. fuit eius diſcipulus, non explanauit, qua rōne diceret oīa eſſe vnū, nec ſumendo rōnem aliquā ex parte materiæ, nec ex parte formæ. Et ſic de neutra natura. ſ. neq; de materia, neq; de forma uiſus eſt [tangere hos] .i. pertingere & adæquare eos irrationalitate dicēdi, ſed reſpiciēs ad totū cęlum dixit eſſe ipſum vnū Deū. Antiqui. n. dicebant ipſum mundū eſſe Deum. Vnde vidēs oēs partes mundi in hoc eſſe ſimiles, quia corporeæ ſunt, iudicabant de eis quaſi oīa eſſent vnū. Et ſicut prædicti poſuerūt vnitatem entium per conſideratione eorum, quæ pertinent ad formam, vel ad materiam, ita iſte reſpiciens ad ipſum cōpoſitū.

par. 4. d ¶ Hic ſpecialiter intendit dicere, quomodo opinio Parmenidis ad perſcrutationem præſentem pertineat. concludens ex prædictis, quod quia diuerſitatem ab entibus auferebant, & p conſequens caſualitatem, quantum ad præſentem quęſtionem pertinet, omnes pretermittendi ſunt. Sed duo eorum, ſ. Xenophanes & Meliſſus, ſunt penitus prętermittendi, quia aliquantulum fuerunt [agreſtiores] ideſt minus ſubtiliter procedentes. Sed Parmenides viſus eſt dicere ſuam opinionem [magis uidens] ideſt quaſi plus intelligens. Vtitur enim tali ratione. Quicquid eſt preter ens, eſt non ens: quicquid eſt non ens [dignatur eſſe nihil] ideſt dignum reputat eſſe nihil: Vnde ex

F neceſſitate putat ſequi, quod ens ſit unū, & quicquid eſt aliud ab ente, ſit nihil. De qua quidem ratione manifeſtius dictum eſt Primo Phyſico. Licet autem Parmenides iſta ratione cogatur ad ponendum omnia eſſe vnum, tamen quia ſenſui apparebat multitudinem eſſe in rebus, coactus ſequi ea, quę apparēt, uoluit in ſua poſitione utriq; ſatisfacere, & apparētiæ ſenſus & rōni. Vnde dixit q̄ omnia ſunt vnū ſecundum rationem, ſed ſunt plura ſecundū ſenſum. Et inquantum ponebat pluralitatem ſecundum ſenſum, potuit in rebus ponere cauſam & cauſarum. Vnde poſuit duas cauſas, ſ. calidum & frigidum: quarum vnū attribuebat ignī, aliud terræ. Et unum uidebatur pertinere ad cauſam efficientem, ſ. calidum & ignis, aliud ad cauſā materialē, ſ. frigidum & terra. Et ne eius poſitio ſuæ rationi uideretur eſſe oppoſita, qua cōcludebat, q̄ quicquid eſt pręter unum, eſt nihil: dicebat quod unum prędictorum, ſcilicet calidū, erat ens; alterum uero quod eſt præter illud unū ens ſ. frigidum, dicebat eſſe non ens ſecundum rationē & rei ueritatē, ſed eſſe ens ſolum ſm̄ apparentiam ſenſus. In hoc autem aliquo modo ad uerā tatē appropinquat. Nam principiū materiale non eſt ens in actu, cui attribuebat terram, ſimiliter etiam alterū cōtrariorum eſt ut priuatio, ut dicitur primo Phyſicorū. Priuatio autem ad rationē entis nō ptinet. Vnde & frigidum quodammodo eſt priuatio calidi, & ſic eſt non ens. Tex. cō. 25. Tex. cō. 69.

e ¶ Hic recolligit ea: quę dicta ſunt de opinionibus antiquorum, & circa hoc duo facit. Primo recolligit ea, quæ dicta ſūt de opinionibus antiquorum naturalium. Secundo quæ dicta ſunt de opinionibus Pythagoricorum, qui mathematicam introduxerunt, ibi; [Pythagorici &c.] Concludit ergo primo ex dictis, quod ex his prædictis, qui idem conſiderabant, ſcilicet eſſe cauſam materialem rerum ſubſtantiam, & qui iā incipiebāt ac per rationem ſapere cauſas rerum inquirendo ipſas, accepimus eas, quę dictæ ſunt A primis namque philoſophis acceptum eſt, quod principium omnium rerum eſt corporeum. Quod patet per hoc, quod aqua & huiuſmodi, quę principia rerum ponebant, quędam corpora ſunt. In hoc autem differebant, quod quidam ponebant illud principium corporeum eſſe vnum tantum, ſicut Thales, Diogenes, & ſimiles. Quidam vero ponebant eſſe plura. ſicut Anaxa. Democri. & Empedo. Vtrique tamen tam iſti, qui ponebant vnum, quam illi, qui ponebant plura eſſe, huiuſmodi corporea principia, ponebant in ſpecie cauſæ materialis. Quidam uero eorum non ſolum cauſam materialem poſuerunt, ſed cum ea addiderunt cauſam unde principium motus, quidam eam unam ponentes ſicut Anaxa. intellectum, & Parmenides amorem, quidam uero duas, ſicut Emped. amorem odium. Vnde patet quod prædicti philoſophi, qui fuerunt vſque ad Italicus, ſcilicet Pythagoram Tex. com. 2. K

[& abſ-

[& abſq; illis].i.ſeparatam opinionem habentes de rebus non communicando opinionibus Pythagoricorum, obſcurius dixerunt de principijs, quia non aſſignabant ad quod genus cauſæ huiuſmodi principia reducerentur: & tamen vtebantur duabus cauſis ſcilicet, principio motus, & materia, & altera iſtarũ, ſ.ipſam vnde principiũ motus, quidã fecerũt vnam, vt dictũ eſt, quidã duas. ¶ Hic recolligit quæ dicta ſunt a Pythagoricis, & quantum ad id quod erat commune cum prædictis, & quantum ad id quod erat eis proprium. Cõmune

Te. com. 1. par. 6.

tamen fuit aliquibus prædictorum & Pythagoricorũ, quòd ponerent duo principia, aliqualiter eodem modo cũ prædictis. Sicut enim Empedocles ponebat duo principia contraria, quorum

Te. com. 4.

vnum erat principium bonorum, & aliud principiũ malorum, ita & Pythagorici, vt patet ex coordinatione principiorum cõtrariorum ſuppoſita a Pythagoricis. In hoc tamen non eodem modo; quia Empedocles illa principia cõtraria ponebat in ſpecie cauſæ mouẽtis: Pythagorici vero in ſpecie cauſæ materialis, vt ſupra dictum eſt. Pythagorici autem addiderunt, quod erat eis proprium ſupra opinionem aliorũ. primo quidem, quia dicebant quòd hoc, quod dico vnum finitum, & infinitum non erant accidentia aliquibus alijs naturis,

par. prima.

ſicut igni aut terræ, aut alicui huiuſmodi, ſed hoc quod dico vnum finitum, & infinitum, erãt ſubſtantiæ eorundem, de quibus prædicabantur.

Te. cõ. 5.

Et ex hoc concludebant quòd numerus, q ex vnitatibus conſtituitur, ſit ſubſtantia rerum omnium. Alij vero naturales, licet ponerent vnum & finitum, ſeu infinitum, tamen attribuebant illa alicui alteri naturæ, ſicut accidentia attribuuntur ſubiecto, ut igni, vel aquæ, uel alicui huiuſmodi. Secundo, addiderunt ſuper alios philoſophos, quia inceperunt dicere, & diffinire [de ipſo quid eſt] i. de ſubſtantia & rerum quidditate. Sed tamen valde ſimpliciter de hoc tractauerunt, ſuperficialiter diffinientes. Non enim attendebant in aſſignando diffinitionibus niſi vnum tantum. Dicebant enim quòd ſi aliquis terminus dictus ineſſet alicui primo, quod erat ſubſtantia illius rei. ſicut ſi aliquis æſtimet, quòd proportio dupla ſit ſubſtantia dualitatis: quia talis proportio primo in numero binario inuenitur. Et quia ens primo inueniebatur in vno quam in multis, nam multa ex vno conſtituuntur, ideo dicebant, quod ens eſt ipſa ſubſtantia vnius. ſed hęc eorum determinatio non erat conueniens, quia licet dualitas ſit dupla, non tamen idem eſt eſſe dualitatis & dupli, ita

vſque ad Italicos, & abſque illis mediocrius dixerunt alij de ipſis. Attamen, vt diximus, duabus ſunt cauſis vſi, & harum alteram, hi quidem vnam, alij vero duas faciunt illam, vnde motus.

¶ Pythagorici vero duo quidẽ principia dixerunt ſecundũ eundem modum. tãtum autem addiderunt, quòd & proprium eſt eorum, quia finitum & infinitũ, & vnum, & non alias aliquas putauerunt eſſe naturas, vt ignem aut terram, aut aliquid tale, ſed infinitum ipſum & vnum ipſum horum eſſe ſubſtantiam, de quibus prædicantur. Quapropter, & numerum eſſe ſubſtantiam omnium. De his igitur ſecundum hunc enunciauerunt modum, & de ipſo quid eſt, dicere & diffinire cœperunt: valde aũt ſimpliciter tractauerunt. Superficialiter. n. diffinierunt, & cui primo ineſſet dictus terminus, hoc eſſe ſubſtantiam rei putauerunt. Vt ſi quis exiſtimet ratione idem eſſe duplũ, & dualitatem, eo quod primo ineſt duobus duplum. ſed forſitan duplo & dualitati non idem eſt eſſe. ſi autem non, multa ipſum vnum erit, quod & illis accidit. De prioribus quidem igitur & alijs, tot eſt accipere.

LECTIO X.

POST dictas uero Philoſophias, Platonis ſupuenit negotiũ, in multis qdẽ hos ſequẽs, aliã uero, & propriã pter Italicorum philoſophiã habens. Nam ex nouo conueniẽs Cratylli, & Heracliti opinionib. quaſi ſenſibilibus omnibus ſemper defluẽtibus, & ſciẽtia de his non exi-

A quod ſint idem ſecundum rationem, ſicut diffinitio, & diffinitum. Si autem etiam eſſet uerum quod illi dicebant, ſequeretur, quod multa eſſent vnum. Contingit enim aliqua multa primo ineſſe alicui uni, ſicut dualitati primo ineſt paritas, & proportio dupla. Et ſic ſequitur, quod par & duplum ſint idem, ſimiliter, quod cuicunque ineſt duplũ ſit idem dualitati, ex quo duplum eſt dualitatis ſubſtãtia. Quod idem etiam & Pythagoricis cõtingebat,

Nam multa & diuerſa aſſignabant quaſi unum eſſent. ſicut proprietates numerales dicebant idem eſſe cum proprietatibus naturalium rerum. Sic igitur concludit, quod tot eſt accipere a prioribus philoſophis, qui poſuerunt tantum unum principium materiale, & ab alijs poſterioribus, qui poſuerunt plura principia.

buſdam duas. Vſque ad Italicos igitur, & abſque illis mediocrius cęteri de eis dixerunt. niſi quod, ut diximus, duabus cauſis uſi ſunt. & harum alteram unde motus quidam unã, quidam duas faciunt.

Pythagorici uero duo quidem eodem modo dixerunt principia. tantum
B *autem addiderunt, quod & proprium eorum eſt, quod finitum, & infinitum, & unum non putarunt ullas alias eſſe naturas, utputa ignem, aut terram, aut aliud ſimile, ſed ipſum infinitum, & ipſum unum ſubſtantiam horum eſſe, de quibus prædicantur. quare et numerum ſubſtantiam omnium eſſe. In hunc itaque modum & de his aſſeruerunt. & de ipſo quid eſt inceperunt quidem dicere, & definire, ſed ualde ſimpliciter tractarunt. definiebant namque * perfunctorie. & cui primo dicta*
C *definitio ineſſet, hoc eſſe ſubſtantiã rei putarant; perinde ac ſiquis putaret idem eſſe duplum, & dualitatem, quoniam primum dualitati duplum ineſt. ſed non eſt idem fortaſſis duplo, & dualitati eſſe. quod ſi non, ipſum unum erit multa, quod illis quoque accidebat. A prioribus igitur, & cæteris, tot licet accipere:*

*Superficialiter.

D

LECTIO X.

POST dictas uero philoſophias diſciplina Platonis ſuperuenit, in pleriſque quidem iſtos ſecuta, quędam autem etiam propria, ultra Italicorum habens philoſophiam. Cum Cratillo nanque ex † recenti conuerſatus, & Heracliti opinionibus aſſuetus, tanquam omnibus ſenſibilibus ſemper

† adoleſcentia.

E

LECTIO X.

POſitis opinionibus antiquorũ de cauſa materiali & efficiente, hic tertio ponit opi. Platonis, qui primo manifeſte induxit cauſam formalem. Et diuiditur in partes duas. Primo enim ponit opinionem Platonis. Secundo colligit ex omnibus prædictis quid de quatuor generibus cauſarũ ab alijs philoſophis ſit poſitũ. ibi: [Breuiter & recapitulariter &c.]. Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis de rerum ſubſtantijs. Secundo de rerum principijs. ibi: [Quoniam autem ſpecies &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis quãtum ad hoc, quòd poſuit ideas. Secundo quantum ad hoc quod poſuit ſubſtantias medias, i. mathematica ſeparata. ibi: [Amplius autem præter ſenſibilia.] Dicit ergo primo, quod poſt omnes prædictos philoſophos, ſuperuenit negotium Platonis, qui immediate Ariſt. præceſſit. Nam Ariſt. eius diſcipulus fuiſſe perhibetur. Plato ſiquidem in multis ſecutus eſt prædictos philoſophos naturales, i. Empedoclem, Anaxa. & alios huiuſmodi. Sed alia quædam habuit propria præter illos prædictos philoſophos, propter philoſophiam Italicorum Pythagoricorum. Nam ipſe ut ſtudioſus erat ad ueritatis inquiſitionem, ubique terrarum philoſophos quæſiuit, ut eorum dogmata ſciret. Vnde in Italiam Tarentum uenit, & ab Archita tarentino Pythagorę diſcipulo, de opinionibus Pythagoricis eſt inſtructus. Cum enim naturales philoſophos, qui in Gręcia fuerunt ſequi uideret, & inter eos aliqui poſteriores poneret omnia ſenſibilia ſemper eſſe in fluxu, & quod ſcientia de eis eſſe non poteſt:

Lec. penult. Part. 2.

Lect. 11.

Infra. part. ſeq.

gnius finita principia & pauciora accipere, quod fecit Empe-
Text.co.41. docl. vt diximus in primo Phyſic. Non enim ſolum dixit principia rerum eſſe ignem & aquam & alia elementa, ſicut Empedocl. ſed omnia, quæ ſunt conſimilium partium. vt caro, os, medulla, & ſimilia, quorum infinitas minimas partes principia rerum poſuit, ponens in vnoquoque infinitas partes horum ſingulorum ineſſe propter id, quod in inferioribus vnum ex alio generari poſſe inuenit, cum generationem rerum non diceret eſſe, niſi per ſeparationem a miſto, vt planius explicauit primo Phyſicorum.
Text.co.33. Secundo etiam Anaxago. conuenit cum Empedocl. in hoc, ſcilicet quòd generatio & corruptio rerum non eſt niſi per concretionem & diſcretionem partium prædictarum infinitarum, & quòd aliter nec generari, nec corrumpi contingit aliquid. Sed huiuſmodi rerum principia infinita, ex quibus rerum ſubſtantiæ efficiuntur, permanere dixit ſempiterna. Concludit ergo Ariſtot. quòd ex prædictis Philoſophorum opinionibus, aliquis cognoſcet ſolam cauſam, quæ continetur ſub ſpecie cauſæ materialis.

LECTIO V.

a POſtquam poſuit opinionem de cauſa materiali, hic ponit opinionem de cauſa efficiente, quæ eſt: vnde principium motus. Et diuiditur in duas. Primo ponit opiniones eorum, qui ſimpliciter aſſignauerũt cauſam motus & generationis. Secundo proſequitur opinionem illorum, qui poſuerunt cauſam efficientem, quæ eſt etiam principium boni & mali in rebus: ibi. [Poſt hos &c.]
Lectio 1. Parte 2. Part. ſeq. Circa primum duo facit. Primo ponit rationem cogentem ad ponendum cauſam mouentē. Secundo oſtendit, qualiter ad poſitionem diuerſi diuerſimode ſe habuerunt: ibi. [Igitur omnino qui talem &c.] Dicit ergo, quidam Philoſophi ſic proceſſerunt in cauſa materiali ponenda, ſed & ipſa res euidens natura

factis vero poſterior, infinita dixit eſſe principia. Nam fere omnia corpora partium conſimilium, vt ignem, aut aquam, ita generari & corrumpi ait cõgregatione & diſgregatione ſolum, aliter autem nec generari, nec corrumpi, ſed permanere
G ſemper ſempiterna. Ex his quidem igitur ſolam quis cauſam intelliget eam, quæ in materiæ ſpecie dicitur.

LECTIO V.

a PRocedẽtibus autem ſic, res ipſa viam fecit ſimiliter, & quærere coegit. Si enim quam maxime omnis generatio, & corruptio ex aliquo vno,
H aut pluribus eſt, qualiter hoc accidit, & quæ cauſa? Non enim vtique facit ipſum ſubiectum transmutare ſeipſum. Dico autem, veluti neq; lignum, neque æs, alterutrum ipſorum permutandi eſt cauſa. neque lignum facit lectum, neq; æs ſtatuam, ſed aliquid aliud permutationis eſt cauſa. Hoc autem quærere, eſt aliud principium quærere, vt ſi dicatur: vnde principium motus.

I

b Igitur omnino qui talem viam à principio tetigerunt, & vnum eſſe ſubiectum dixerunt, nihil difficultatis ſibimet fecerunt. Vnum quidem omne dicentes, & quaſi ab ea quæſtione deuicti, ipſum eſſe immobile dicunt, & naturam totam non ſolum ſecundum generationem & corruptionem: (hoc etenim antiquũ eſt, & quod omnes eſſe confeſſi ſunt) verum & ſecundũ
K aliam mutationem omnem eſſe. & hoc eorum eſt proprium. Vnum ergo ſolum dicentium ipſum eſſe, nulli talem intelligere cauſam conuenit, niſi forte Parmenidi, & hoc intantum, quia nõ ſolum vnam, ſed etiam duas aliqualiter ponit cauſas eſſe. Plura vero facientibus magis contingit dicere: vt ipſum calidum & frigidum, aut ignẽ, & terram. Vtuntur enim quaſi motiuam materiam habentem naturam igne: aqua vero & terra & huiuſmodi, econtrario.

vero inferior, infinita dicit eſſe principia, ferè enim omnia, quæ conſimilium partium ſunt, ut aquam, vel ignem, ita fieri, & corrumpi ait † *coniunctione & diſiunctione ſolum, aliter uero nec fieri, neque corrumpi, ſed perpetua permanere. Ex his itaque ſolam quis cauſam illam, quæ in materia ſpecie dicitur, putabit.*

LECTIO V.

HOc autem modo procedentibus, ipſa res eos duxit, & coegit vlterius quærere. Nam, & ſi quam maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo vt ex vno, aut ex pluribus ſit, cur hoc accidit, & quæ cauſa eſt? Non enim ipſum ſubiectum ſeſe mutari facit, utputa, dico quòd neque lignum, neque æs cauſa eſt, vt vtrunque eorum mutetur, neque lignum quidem lectum, æs vero ſtatuam facit, ſed aliud quippiam mutationis cauſa eſt, hoc autem quærere, aliud principium quærere eſt, perinde atque id, quod nos vnde principium motus dicimus.

Qui igitur omnino a principio iſtã viam attigerunt, vnumque eſſe ſubiectum aſſeruerunt, nil difficultatis ſibipſis reliquerunt. Verum quidam eorum, qui unum conſtituerunt, quaſi deuicti ab hac quæſtione, ipſum unum immobile dicunt eſſe, naturamque totam non ſolum ſecundum generationem & corruptionem (hoc enim uetus eſt, & cui omnes conſenſerunt) ſed etiam ſecundum reliquam omnem tranſmutationem, & hoc eorum eſt proprium. Illorum igitur, qui unum ſolum eſſe dixerunt ipſum uniuerſum, nulli contingit talem inſpicere cauſam, niſi fortaſſis Parmenidi, & huic eatenus, quatenus non ſolum unam, uerum etiam duas quodam modo ponit cauſas eſſe. Illis uero, qui plura faciunt, magis accidit dicere, utputa illis, qui calidum, aut frigidum, aut ignem, & terram, utuntur enim igne, tanquam motiuam habente naturam: aqua uero & terra, & huiuſcemodi, econtrario.

F dedit eis viam ad veritatis cognitionem, uel inuentionem: & coegit eos quærere dubitationem quandam, quæ inducit in cauſam efficientem, quæ talis eſt. Nulla res vel ſubiectum tranſmutat ſeipſum, ſicut lignum non tranſmutat ſeipſum, ut ex eo fiat lectum: nec æs eſt ſibi cauſa tranſmutandi, vt ex eo fiat ſtatua: ſed oportet aliquid aliud eſſe, quod eſt eis mutationis cauſa, quod eſt artifex. Sed ponentes cauſam materialem unam uel plures, dicebant ex ea, ſicut ex ſubiecto, fieri generationem & corruptionem rerũ: ergo oportet quod ſit aliqua alia cauſa mutationis, & hoc eſt quærere aliud genus principij & cauſæ, quod nominatur, unde principium motus &c. † Congregatione, & diſgregatione.

b ¶ Hic oſtẽdit quòd ad prædictam rationem tripliciter philoſophi ſe habuerunt. Illi enim, qui illam viam a principio tetigerunt, & dixerunt vnam cauſam materialem, non multum ſe grauabant in ſolutione huius quæſtionis. Erant enim contenti ratione materiæ, cauſam motus penitus negligentes. Alii vero dicẽtes omnia unum eſſe, quaſi per prędictam rationem deuicti, non ualentes peruenire ad aſsignandam cauſam motus, negauerunt totaliter motum. Vnde dixerunt, quòd totum uniuerſum, eſt unum ens immobile. In quo differebant a primis naturalibus, qui dicebant unam cauſam eſſe omnium rerum ſubſtantiam, quæ tamen mouetur per rarefactionem, & condenſationem, ut ſic ex uno, plura quodammodo fierent, licet non dicerent quod mutaretur ſecundum generationem, & corruptionem ſimpliciter. Hoc enim, quòd nihil ſimpliciter generetur uel corrumperetur, fuit antiqua opinio ab omnibus confeſſa, ut ex ſupra dictis patet. Sed illis poſterioribus proprium fuit differentiæ, quòd totum eſt unum immobile, ſicut omni motu carens. Hi fuerunt Parmenides & Meliſſus, vt infra dicetur, ergo patet, quòd illis, qui dicunt totum vnum immobile, non contingit intelligere eos Lect. 4. Lect. 9.

re eni talem cauſam.ſ.cauſam motus,quia ex quo motũ ſubtra-A hunt,fruſtra quærunt cauſam motus. niſi tñ Parmenides, quia Lect. 5. iſte,etſi poneret vnum ſm rõnem,ponebat tñ plura ſm ſenſum, vt infra dicetur. Vnde inquantum plura ponebat, conueniebat ei ponere plures cauſas,quarum vna eſſet mouens,& alia mota: quia ſicut pluralitate ſm ſenſum ponebat, ita oportebat q̃ poneret motũ ſm ſenſum. Nã ex vno ſubiecto non poteſt intelligi pluralitas cõſtituta,niſi per aliquẽ modũ motus. Tertij fuerunt,qui plures faciẽtes rerum ſubſtãtias,cõſenſerunt pdictæ rationi ponentes cauſam mot⁹. Ponebant. n. calidũ vel frigidum cauſas, vel ignem & terrã: quorum igne vtebantur, vt habente naturam mobilem, ideſt motiuam naturã,aqua vero & terra & aere contrario, vel vt habentibus naturã paſſiuã: & ſic ignis erat vt cauſa efficiẽs, alia vero vt cauſa materialis.

c ¶ Hic ponit opiniones ponentiũ cauſam efficientem non ſolum vt principium motus, ſed etiã vt principium boni,vel mali in rebus. Et circa hoc duo facit. Primo Lect. 6. part. 2. Lect. pñ. part. 3. narrat eorũ opiniones. Secundo oſtedit in quo, in ponendo cauſas defecerunt, ibi:[Illi quidẽ.]Circa primũ duo facit. Primo ponit opinionis rõnes, ex quibus mouebãtur ad ponẽdum eã cauſam a pdictis. Secũdo oſtendit quomõ diuerſimode eam poſuerunt, ibi: [Dicẽs & aliqs &c.] Dicit ergo primo, q̃ poſt pdictos philoſophos, qui ſolũ unam cãm materialẽ poſuerũt,vel plures corporales, quarũ vna erat actiua,alia vt paſſiua, & poſt alia prima principia ab eis poſita,iterũ fuerũt ab ipſa veritate coacti [vt aiebamus],i. ſicut ſu- tex. cõ. 5. pra dictum eſt, vt q̃rerent principiũ [habitum],i. conſequẽter ſe habẽs ad prędicta,ſ.cauſam boni, quæ quidem eſt cauſa finalis, licet ab eis non poneretur niſi per accidens,vt infra patebit. Ponebatur enĩ eis ſolum cauſa boni per modum cauſæ efficientis. Et adhoc cogebantur, quia pmiſſa principia nõ ſufficiebãt ad generandum naturã entiũ,in qua quidẽ inueniuntur aliqua bene ſe hrẽ. Qđ demõſtrat cõſeruatio corporũ i proprijs locis,extra quæ corrũpuntur. Et vlterius vtilitates,quæ proueniunt ex partibus aĩaliũ, quæ hoc mõ diſpoſitæ inueniuntur ſm q̃ congruit ad bonũ eſſe aĩalis.Hmõi aũt bonæ diſpoſitionis vel habitudinis, quã quędam res iam habent, quædã vero adipiſcuntur per aliquam factionem,non ſufficienter ponitur cauſa vel ignis, vel terra, vel aliquod talium corporum : quia iſta corpora determinate agũt vel vnum ſm neceſſitatem propriarum formarum. ſicut ignis calefacit & tendit ſurſum, aqua vero infrigidat & tendit deorſum. Prædictæ autem vtilitates & bonæ diſpoſitiones rerũ exigunt habere cauſam non determinatam ad vnum tantum,cum in diuerſis animalibus diuerſimode inueniantur partes diſpoſitæ,& in vnoquoque ſecundum congruentiam ipſorum naturæ. Vnde non eſt conueniens, quòd ignis vel terra vel aliquod huiuſmodi ſit cauſa pdictæ bonæ habitudinis rerum. Nec fuit conueniens, quòd ipſi hoc æſtimauerint, nec iterũ bene ſe habet dicere, quod ſint automata, ideſt per ſe euenientia & caſualia, & quòd a fortuna tantum immutatur eorũ cauſalitas, licet aliqui eorũ hoc dixerint, vt Empe. & quicunque poſuerunt cauſam materialem tantum : ſicut patet.ij.Phyſi. Quod tamen patet etiam eſſe falſum per hoc, quòd huiuſmodi bonæ diſpoſitiones, inueniuntur vel ſemper vel in maiori parte. Et autem, quæ ſunt a caſu, vel a fortuna, non ſunt ſicut ſemper,ſed nec ſicut frequenter, ſed vt raro. Et propter hoc neceſſarium fuit alterum inuenire principium bonæ diſpoſitionis rerum, præter quatuor elementa. Alia litera hẽt [nec ipſi Automato & Fortunæ.] & eſt idem ſenſus q̃ prius.

d ¶ Hic ponit in ſpeciali opiniones de prædicto principio. Et primo ponit opiniones ponentium vnam cauſam. Secũdo ponentium duas, ibi:[Quoniam vero contraria bonis,&c.] Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones ponentiũ cauſam primam efficientem intellectum. Secũdo ponentium amorem, ibi : [Suſpicatus eſt autem &cæ.] Dicit ergo, quod poſt prædicti rationem apparuit aliquis dicens intellectum eſſe in tota natura, ſicut eſt in animalibus, & ipſum eſſe cauſam mundi & ordinis totius,ideſt vniuerſi, in quo ordine cõſiſtit bonũ totius vniuſcuiuſq;. Et hic purificauit, priores philoſophos,ad purã veritatẽ eos reducens,qui incõuenientia dixerunt homini,cauſam non tangentes. Hanc autem ſententiam manifeſte tangit Anaxa.licet cauſam huiuſmodi ſentẽtiam proferendi,dederit ei primo quidam alius philoſophus, ſcilicet Hermotimus Clazomenius. Vnde patet,quòd illi,qui ſunt opinati ſic,ſimul poſuerunt idẽ rebus eſſe principium, quòd bene haberent ſe,& quòd eſſet vnde principium motus eſt. (part. 1. Lect. 6. / Lect. 6. part. 1. / parte ſeq.)

e ¶ Ponit opinionem ponentium amorem eſſe principium primum, quam tamen non ita expreſſe, vel plane, poſuerunt. Et ideo dicit,quòd ſuſpicio fuit apud aliquos,quod Heſiodus quæſiuiſſet huiuſmodi principium bonæ habitudinis rerum,

c Poſt hos autem & talia principia tanquam non ſufficientia exiſtentium generare naturam: iterum ab ipſa veritate, velut aiebamus,coacti, habitum quæſierunt principium:ipſis enim & bene hoc quidem eorum, quæ ſunt habere. illa vero fieri, forſan nec ignem, nec terram, neque aliud talium nihil, veriſimi- B le cauſam eſſe: neque illos conueniens exiſtimare: neque iterũ ipſi Automato & Fortunæ tantam cõmittere rẽ bene habere.

Poſt hoc autem, & huiuſmodi principia tanquam non ſufficientia vt entium naturam generarent, rurſus ab ipſa veritate, vt diximus, coacti, illud, quod ſequitur, quæſiuerunt principium. vt enim entia bene ſe partim habeant, partim fiant, nec ignem fortaſis,nec terram, nec aliud huiuſcemodi quicquam veriſimile eſt cauſam eſſe:nec illos veriſimile eſt arbitrari:nec rurſus caſui, & fortunæ tantam attribuere rem probe ſe habet.

d Dicens & aliquis ineſſe intellectum vnum, quemadmodum in animalibus, & in natura cauſam & mundi & ordinis totius, & excitans apparuit, purificans priores præter conuenientia dicentes. Palam quidẽ igitur Ana- C xagoram ſcimus hos ſermones tetigiſſe, attamẽ habet prius Hermotimus Clazomenius cauſam dicendi. Sic quidem igitur opinantes, ſimiliter ipſius bene cauſam, principium exiſtentium eſſe poſuerũt: & tale vnde motus exiſtentibus ineſt.

Quare,qui vt animalibus, ita in natura intellectum ineſſe cauſam mundi,totiuſque ordinis dixerat, quaſi ſobrius comparatus ad Antiquiores vana dicentes,apparuit. Iſtas autem rationes qui palam attigit, Anaxagoram fuiſſe ſcimus. attamen Hermotimus Clazomenius dicitur cauſam prius dixiſſe. Qui igitur ita arbitrati ſunt, principium entium poſuerunt ſimul tam cauſam ipſius bene, quam illam, vnde motus entibus ineſt.

e Suſpicatus eſt autem utique aliquis Heſiodũ quæſiuiſſe primum huiuſmodi, & utique ſi aliquis alius Amorem, aut Deſide- D rium in exiſtentibus, quaſi principiũ poſuiſſet, ut Parmenides. Etenim hic tentans monſtrare uniuerſi generationem, primũ quidem ait deorum Amorem fore prouidentem oĩbus Heſiodus uero omnium primũ chaos fuiſſe, deinde terram latam, & Amorẽ, qui omnia condocet immortalia : quaſi neceſſarium ſit in exiſtentibus eſſe cauſam, quæ res ipſas moueat, & congreget. His quidem igitur quomodo diſtribuere de hoc opor- E tet, quis primus, liceat iudicare poſterius.

Suſpicaretur autem aliquis Heſiodum primum hoc quaſiuiße, & ſi quis alius amorem, aut deſiderium in entibus, vt principium poſuit, ſicuti Parmenides. etenim is vniuerſi generationem monſtrando.

Primum quidem inter omnes Deos amorem,ait produxit.

Heſiodus vero, ante omnia fuiße chaos.

Deinde terram ſpatioſam, atque amorem.

Qui inter omnes immortales elucet.

Tanquam oportunum ſit, vt in entibus aliqua cauſa inſit, quæ res ipſas moueat atque coniugat. Hos autem quomodo ordinare oportet, quis ſcilicet eorum primus ſit, liceat poſterius iudicare.

rum, vel quicunque alius poſuit amorem: vel deſiderium in rebus. Cum enim Parmenides vniuerſi generationem monſtrare tentaret, dixit, quòd amor deorum prouidit omnibus, vt mundus conſtitueretur. Nec eſt contra ſenſum eius, qui poſuit vnum ens immobile, quod hic dicit: quia ſic ponebat plura ſecundum ſenſum, licet vnum ſecundum rationem, vt ſupra dictum eſt, & infra dicetur. Deos autẽ corpora cœleſtia appellabat, vel forte aliquas ſubſtantias ſeparatas. (Lect. 5. Lect. 6. part. 2.) Sed Heſiodus dixit, quòd primo omnium fuit Chaos, & deinde facta eſt terra latior, vt eſſet receptaculum aliorum: poſuerunt enim receptaculũ & locum, principium eſſe, vt dicitur 4. Phyſic. (Tex. com. 6.) Et poſuit rerum principium amorem, qui condocet omnia immortalia. Et hoc ideo, quia cõmunicatio bonitatis ex amore prouenire videtur. Nam beneficium eſt ſignũ & effectus amoris. Vnde cum ex rebus immortalibus huiuſmodi corruptibilia eſſe habeant, & omnem bonam diſpoſitionem, oportet hoc amori immortalium attribuere. (part. 2.) Immortalia autem poſuit vel ipſa corpora cœleſtia, vel ipſa principia materialia. Sic autem poſuit Chaos, & amorem, quaſi neceſſariũ ſit in rerum exiſtentijs eſſe non ſolũ materiam motam, ſed & ipſam cauſam agentem, quæ res moueat & congreget, quod videtur ad amorem pertinere. (part. 3.) Nam & in nobis amor ad actiones mouet, & quia eſt omnium affectionum principium. Nam & timor, & triſtitia, & ſpes, non niſi ex amore procedunt. Quòd autem amor congreget, ex hoc patet, quia ipſe amor eſt vnio quædam amantis & amati, dum amans amatum quaſi ſe reputat. Iſte autem Heſiodus ante philoſophorum tempora, fuit in numero poetarum. Quis autem horum ſit prior, idest, potior in ſententia, vtrum ille qui dixit amorem eſſe primum principium, vel qui dixit intellectum, poſterius poterit iudicari, ſcilicet vbi agetur de Deo. Et hoc iudicium diſtributionem vocat, quia per hoc vnicuique ſuus gradus attribuitur dignitatis. Alia tranſlatio planius habet. Hos quidem igitur quomodo congruat tranſire, & quis de hoc ſit prior, poſterius poterit iudicari.

LECTIO VII.

a QVONIAM vero contraria bonis videbantur eſſe in natura, & non ſolum ordinatio & bonum, ſed inordinatio & turpe, plura mala melioribus, & praua bonis, ſic alius aliquis amorem induxit, & li- G tem, ſingula ſingulorũ cauſam horum. Si quis enim aſſequatur, & accipiat ad intellectum, & non ad ea quæ balbutiendo Empedocles dixit, inueniat amorem quidem eſſe cauſam aggregatorum, litem vero malorum. Quare ſi quis dixit, & quodammodo dicere & primum dicere, Empedoclem, bonum, & malum principia, forſan bene- H dicet: ſi bonorum omnium bonum eſt cauſa, & malorũ malũ.

b Iſti quidem igitur, ſicut diximus, & vſque ad hoc duas cauſas tetigerunt, quas in phyſicis determinauimus, materiam, & id vnde motus. obſcure quidem, & non manifeſte, ſed qualiter in bellis ineruditi faciunt. Etenim illi circunducti ſæpe bonas plagas faciunt, at nec illi ex ſcientia, nec iſti viſi ſunt ſcien- I tibus dicere quod dicunt. His etenim ferè vſi nihil videntur, niſi parum.

c Anaxagoras autẽ artificialiter ad mundi generationẽ vtitur intellectu. Nam quando dubitat, quæ cauſa ex neceſſitate eſt, tunc attrahit ipſum. In alijs vero omnia magis cauſantur eorum, quæ fiunt, quàm intellectu.

LECTIO VII.

CVM autem contraria quoque bonis ineſſe natura apparerent, nec ſolum ordo, & pulchrum, verum etiam inordinatio, & turpe, pluraque mala quàm bona, & turpia quàm pulchra, ideo alius quidam amicitiam in- G *troduxit, & contentionem, vtrunque vtriuſque horum cauſam. Siquis enim ſequatur, & ſecundum ſententiam accipiat, non ſecundum ea, quæ balbutiens Empedocles dicit, inueniet amicitiam quidem bonorum cauſam eſſe, contentionem vero malorum. Quare, ſi quis dicat quodam modo dicere, & primum Empedoclem dicere malum, & bonum eſſe principia, fortaſſe bene inquiet: ſiquidem bonorum omnium cauſa ipſum bonum, ac malorum ip-* H *ſum malum eſt.*

Hi quidem, vt diximus, & hucuſque duas cauſas, quas nos in de Naturalibus determinauimus, attigerunt, materiam, & vnde motus, obſcure tamen, & non clare, ſed quemadmodum inexercitati in prælio faciunt. Etenim illi circumeuntes, egregias plerumque plagas infligunt: ſed nec illi ex ſcientia, nec iſti videntur ſcire quid dicant. I *Ferè etenim nullo modo videntur his vti, niſi paulum quiddam.*

Nam & Anaxagoras, tanquam machina vtitur intellectu ad mundi generationem, & cum dubitat propter quam cauſam neceſſario eſt, tunc eum attrahit. In cæteris vero magis cætera omnia, quàm intellectum cauſam eorum, quæ fiunt, ponit.

LECTIO VII.

a HIC ponit opinionem ponentium contrarietatem in huiuſmodi, & rationem eos mouentem, quæ talis erat. In rerum natura videbantur aliqua eſſe contraria bonis: quia in natura non ſolum inuenitur ordinatum & bonum, ſed aliquando inordinatum, & turpe. Non poteſt autem dici, quòd mala non habeant cauſam, ſed accidant a caſu: quia mala ſunt plura melioribus, & praua ſunt plura bonis ſimpliciter. Quæ autem ſunt a caſu ſine cauſa determi- F nata, non ſunt vt in pluribus, ſed vt in paucioribus. Vnde cum contrariorum ſint contrariæ cauſæ, oportet non ſolum cauſam rerum ponere amorem, ex quo proueniunt ordinationes & bona, ſed & odium, ex quo proueniunt inordinationes & turpia, vel mala: vt ſic ſingula mala & bona, proprias cauſas habeant. Et ꝙ iſta fuerit ratio mouẽs Emped. patet, ſiquis aſſequatur ſentẽtiã eius, & accipiat ſcientiam quam dicere voluit, & non ad verba, quæ imperfecte, & quaſi balbutiendo dixit. Dixit.n. ꝙ amoris eſt congregare, odij diſgregare. Sed quia ex congregatione eſt rerũ generatio, ex qua rebus eſt eſſe & bonum: per ſegregationem vero eſt corruptio, quæ eſt via ad non eſſe & malum: iã patet quòd voluit amorem eſſe cauſam aggregatorum, idest, bonorum: & odium eſſe cauſam malorũ. Et ita, ſi quis dicat, ꝙ Empedocles fuit primus, qui dixit bonum & malum eſſe principia, forſitan bene dixit. Si tamen ſecundum Emped. fuit hoc, ꝙ bonũ eſt cauſa omnium bonorũ, & malum omnium malorum. Quod.n. aliquorum malorum poſuit cauſam malũ, ſcilicet corruptionis, & aliquorum bonorum bonum, ſ. generationis, manifeſtum eſt. Sed quia non ſequebatur ꝙ omnia bona eſſent per amicitiã, nec omnia mala per odium, cum diſtinctio partium mũdi adinuicẽ eſſet per odium, & confuſio ꝑ amicitiam: ideo non vſquequaque poſuit bonum cauſam bonorum, & malũ cauſam malorum.

b ¶ Hic oſtẽdit ꝙ in ponendo prædictas cauſas deficiebant. Et primo loquitur generaliter de eis. Secun- K do ſpecialiter, ibi: [Anaxa. autem &c.] Dicit ergo primo, ꝙ prædicti philoſophi. ſ. Anaxa. & Emp. vſq; ad hoc peruenerunt, ꝙ (par. ſeq.) poſuerunt duas cauſas illarum quatuor, quæ ſunt determinatæ in phyſicis. ſ. materiam, & cauſam motus: ſed obſcure & non manifeſte tradiderunt. quia non exprimebant, ꝙ illa, quæ cauſas eſſe ponebant, ad iſta cauſarum genera reducerentur. Sed in hoc, ꝙ de cauſis poſuerunt duas, conuenienter aſſimilabantur bellatoribus non eruditis, qui ab aduerſarijs circunducti, faciunt aliquando bonos ictus, ſed non per artem, ſed a caſu. Quod ex hoc patet, quia & ſi aliquando accidit eis, non tamen ſemper, aut frequenter. Similiter etiam prædicti philoſophi non ſunt viſi dicere quod dicunt, nec viſi ſunt ſcientibus, idest ſicut ſcientes. Vnde alia tranſlatio habet: Sed nec illi ſcientiam, nec hi aſſimilati ſunt ſcientibus dicere quod dicunt. Quod ex hoc patet, quia cum prædictas cauſas poſuiſſent, fere non ſunt eis vſi, quia in paucis vtebantur. Vnde videtur quòd non ex arte, ſed quadam inducti neceſſitate eas caſualiter induxerunt.

c ¶ Hic oſtendit, in quo ſpecialiter eorum vterque defecerit. Et primo de Anaxag. Secundo de Emp. ibi. [& Emped.] Dicit (par. ſeq.) ergo primo, quòd Anaxag. vtitur intellectu ad mundi generationem,

tionem, in quo uideatur artificialiter loqui, non dubitans de cauſis generationis mundi, ex neceſſitate attrahit .i. producit ipſum intellectum, non valens reducere mundi generationem in aliquam aliam cauſam diſtinguentem res, niſi in aliquod in ſe diſtinctum & immixtum, cuiuſmodi eſt intellectus. Sed in omnibus alijs aſſignat cauſas magis ex omnibus alijs, quam ex intellectu, ſicut in ſpecialib. rerum naturis.

d Et Empedocles plus quidem hic vtitur cauſis; ſed tamen nec ſufficienter, neq; in his inuenit qđ confeſſum eſt. A multis igitur arguitur in locis apud ipſum, amor diſgregat, lis autem congregat. Nam, cum in elementa quidem ipſum eſſe a lite diſtrahitur tunc ignis in vnum & aliorum elementorũ ſingula concernuntur, cum autem iterum in vnum ab amore conueniunt, neceſſe rurſum, vt ex ſingulis particulæ ſecernantur.

e Empedocles quidem, præter priores, primus hanc cauſam diuidens induxit, non vnum faciens motus principium, ſed diuerſa & contraria. Amplius autem quæ in materiæ ſpecie dicũtur elementa, quatuor primus dixit, non tamen vtitur quatuor ſed vt duobus exiſtentib. ſolum quidem igne ſecundum ſe, oppoſitis uero quaſi vna naturam terra, aere, & aqua. Sumet autem vtique aliquis id ſpeculans ex elementis. Hic quidem ergo, ſicut diximus, ſic & tot dixit principia.

LECTIO VII.

LEucippus & collega eius Democritus, elementa quidem plenum, & inane dicunt eſſe, dicentes uelut hoc quidem ens, illud uero nõ ens: horum autem plenum quidem & ſolidum ens inane uero non ens. Propter qđ & nihil magis ens non ente dicunt eſſe; quia neque inane corpore. Cauſas autem entium hęc ut materia.

par. 3. d Hic oſtendit in quo deficiat empedocl. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quo deficit. Secundo quid proprium præ alijs dixit, ibi. [Emp. igitur] Dicit ergo primo, q Empedo. in determinando de particularib. rerum naturis, [plus utitur cauſis] a ſe poſitis, .ſ. quatuor elementis, & odio & amore, quam Anaxa. qa ſingulorum generationem & corruptionem in prædictas cauſas reducit non autem Anaxa. in intellectum. Sed in duobus deficit. Primo quia nõ ſufficienter huiuſmodi cauſas tradit. Te. com. 32. Vtitur enim eis quaſi dignitatibus per ſe notis, quæ nõ ſunt per ſe nota, vt dr̃. Primo Phyſic. dum .ſ. ſupponebat quaſi per ſe notum, q lis determinato tempore dominabatur in elementis, & alio tempore determinato amor. Secundo quia in his, quæ quærit, non inuenit illud quod eſt ab eo confeſsũ .i. ſuppoſitum quaſi principium, ſ. q amor congreget, & odium diſgreget, quia in multis locis oportet, q econtrario amor, ſecernat, ideſt diuidat, & odium [concernat] ideſt congreget, qa quando ipſum vniuerſum in partes ſuas p odium [diſtrahitur] ideſt deijcitur quod eſt in generatione mũdi, tunc omnes partes ignis in vnum conueniunt, & ſimiliter ſingulæ partes aliorum elementorum [Concernuntur] ideſt ad inuicem coniunguntur, Sic igitur odium non ſolum partes ignis diuidit a partib. aeris, ſed etiam partes ignis coniungit ad inuicem. Econtrario autem cum elementa in vnum conueniũt per amorem, quod accidit in deſtructione vniuerſi, tunc neceſſe eſt vt partes ignis abinuicem ſeparentur, & ſimiliter ſingulorum partes abinuicem ſecernantur. Non enim poſſet ignis commiſceri aeri niſi partes ignis abinuicem ſepararentur, & ſimiliter partes aeris niſi inuicem ſe elementa prędicta penetrarent, ut ſic amor ſicut coniungit extranea, ita diuidat ſimilia, ſecundum quod ſequitur ex eius poſitione.

e Hic oſtendit quomodo Empedoc. prę alijs philoſophis propriũ poſuit. Et dicit q duo p̄ alijs poſuit. Vnum eſt, quod cauſam unde motus diuiſit in duas contrarias partes. Aliud eſt q cauſam materialem dixit eſſe quatuor elementa, non quod utatur quatuor elementis ut quatuor, ſed ut duobus, quia ignem comparat alijs tribus dices, q ignis habet naturam actiuam, &

A alia paſſiuam. Et hoc poteſt aliquis ſumere ex elementis rerũ ab ipſo traditis, uel [elementis] principijs ſuæ doctrinæ quæ poſuit. Alia litera habetur ex uerſibus, quia dicitur metrice ſuam philoſophiam ſcripſiſſe. Et huic concordat alia tranſlatio quæ dicit. Ex rationibus. Hic igitur (ut dictum eſt) ſic & tot primus poſuit principia, q̃a quatuor, & ea quæ dicta ſunt.

Et Empedocles plus quidem iſto cauſis utitur: neque ſufficienter tamẽ, neque in his reperit, quod ſequitur; multis enim in locis apud eum amicitia quidem diſiungit, contentio uero coniungit. cum enim in elementa per contentionem uniuerſum diſſoluitur, tunc ignis in unum coaleſcit, & cęterorum elementorum unumquodque, cũ B *autem rurſus per amicitiam in unum conueniant, neceſſe eſt iterum particulas uniuſcuiuſque ſeparari.*

Empedocles itaque præter alios Antiquiores, primus hanc cauſam diuidens introduxit. nec unum motus principium, ſed diuerſa fecit, & contraria. & adhęc elementa, quæ in materia ſpecie dicuntur, quatuor eſſe primus aſſeruit. non tamen eis ut quatuor utitur, ſed tanquam duo eſſent ſola, igne quidem per ſeipſum, oppoſitis uero terra, aere, & aqua tanquam una natura. C *comprehendas autem quiſpiam idipſum, ex eius carminibus contemplãs. Is igitur, ut diximus, ita, & tot principia aſſeruit.*

LECTIO VII.

LEucippus uero, ac eius familiaris Democritus elementa quidem plenum, & uacuum eſſe aiunt, dicentes hoc quidem ens, hoc vero non ens, & rurſus, ens quidem plenum & D *ſolidum, non ens autem vacuum & rarum. Quare nihilo magis ipſum ens, quam ipſum non ens eſſe aiunt, quia neque uacuum quam corpus. hac autem cauſas entium, ut materiam eſſe.*

LECTIO VII.

HIc incipit ponere poſitiones eorum, qui poſuerunt de principijs poſitiones extraneas non manifeſtas. Lect. 9. par. 1. Et primo illorum, qui poſuerunt plura principia rerum. Secundo illorum, qui poſuerunt tantum unum ens, ibi: (Sunt autẽ aliqui &c.) Circa primum duo facit. Lect. pe. par. 1. Primo ponit opinionem Leucippi, & Democriti, qui poſuerũt principia rerum corporea. Secũdo ponit opinionem Pythagoricorum, qui poſuerunt principia rerum incorporea, ibi: (In his autem &c.) Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Democriti & Leucippi de cauſa materiali rerum. Secundo de cauſa diuerſitatis, quo, ſ. ex materia plures res diuerſificantur, in quo etiam apparet cauſa generationis & corruptionis rerũ, in quo ẽt cum antiquis philoſophis cõueniebãt, ibi, [Et quemadmodum in vnum &c.] Dicit ergo, q duo par. ſeq. philoſophi, qui amici dicũtur, quia in omnibus ſequebantur, ſ. Democrit⁹ & Leucipp⁹, poſuerũt rerum principia plenum & inane, ſiue vacuum: quorũ plenum eſt ens, & uacuum ſiue inane non ens. Ad huius autem opinionis euidenciam recolendum eſt hoc, quod philoſophus dicit in Primo de Generatione, ubi diffuſius eam tradit. Tex. 64. ſeq. Cum enim quidam philoſophi poſuiſſent omnia eſſe vnum ens continuum immobile: quia nec motus ſine vacuo eſſe poteſt, ut uidetur, nec etiam rerum diſtinctio, ut dicebant: cum continuitatis E priuationem, ex qua oportet intelligere corporum diuerſitatem, niſi per vacuum non poſſent comprehendere, vacuum autem nullo modo eſſe poneret, ſuperueniens Democritus, qui eorum rationi conſentiens, diuerſitatem autem & motum a rebus auferre non valens, vacuum eſſe poſuit, & omnia corpora ex quibuſdam indiuiſibilibus corporibus eſſe compoſita propter hoc, quia non videbatur ſibi quod ratio poſſet aſſignari, quare ens uniuerſum magis in una parte eſſet diuiſum quam in alia, ne poneret totum eſſe continuum, præelegit ponere ubique totum & totaliter eſſe diuiſum: quod eſſe non poſſet, ſi remaneret aliquod diuiſibile indiuiſum. Huiuſmodi autem indiuiſibilia corpora inuicem coniungi non poſſunt, nec eſſe ut ponebat, niſi vacuo mediante: quia niſi vacuum inter duo eorum interueniret, oporteret ex eis duobus unum eſſe continuum, quod ratione prædicta non ponebat. Sic igi-

parte.2. b Et quemadmodum qui vnū faciunt ſubſtantiam ſubiectam, alia paſſionibus eius generant, rarum, & ſpiſſum principia paſſionum ponentes, eodem modo & hi differentes cauſas aliorum eſſe dicunt, Has uero tres dicunt eſſe, figuram, ordinem, & poſitionem. Differre autem aiunt ens rhyſmo, & diathyge, & trope. Horum autem rhyſmus figura eſt, & diathyge ordo, & trope poſitio. Differt enim A, ab N, figura: AN, autem a NA, ordine; Z autem ab N, poſitione. De motu vero unde, aut quomodo ineſt habentibus, & hi aliis conſimiliter, negligenter dimiſerunt. De duabus igitur cauſis, ut diximus, in tantum uidetur quæſitum eſſe prius.

Et quemadmodum qui vnum faciunt ſubiectam ſubſtantiam, cætera paſſionibus eius generant, rarum, & denſum paſſionum ſtatuentes principia, ſimili modo hi quoque differentias cauſas cæterorum aiunt eſſe. Has autem tres eſſe dicunt, figuram, ordinem & ſitum, differre etenim ens aiunt dumtaxat rhyſmo, diathyge, & trope. quorum rhyſmus quidem figura, diathyge vero ordo, trope autem ſitus eſt. B *Differt autem A ab N, figura: A N uero a N A, ordine, Z autem ab N, ſitu. De motu uero vnde, vel quomodo exiſtentib. ineſt, et hi perinde, atque alij, per negligentiam omiſerunt. Hactenus itaque de duabus cauſis, ut dicebamus, quæſitum a prioribus fuiſſe.*

C

par.3. c In his autem, & ante hos uocati Pythagorici mathematica tangentes primi, ea produxerunt, & in eis nutriti, horum principia omnia eſſe putauerunt. Horum autem quoniam natura numeri primi, & in numeris ſpeculari multas ſimilitudines inexiſtentibus & factis magis, quā in igne, & terra: quia talis numerorum paſſio, iuſtitia: alia uero talis, anima & intellectus; alia vero, tempus et aliorum, ut eſt dicere, vnumquodque ſimiliter.

Inter hos uero, et ante iſtos, qui appellati Pythagorici, primi Mathematicis operam dederunt, hæc præponebāt et in eis nutriti, eorum principia, entium quoque cunctorum eſſe putarunt principia. Cum autem numeri priores his natura ſint, in numeris etiā plures ſimilitudines tum ad exiſtētiam, tum ad ea, quę fiunt, magis quam in igne, in terra, et in aqua contemplari uidebantur. talis etenim, utputa numerorum paſſio iuſtitia, talis uero anima, et intellectus, alia uero tempus, cæterorum quoque, ut ita dicam, unaquaque ſimiliter. D

par.4. d Amplius autem harmoniarū in numeris ſpeculantes, paſſiones, et rationes, qm̄ et alia qui-

Item cum harmoniarum in numeris inſpicerent paſſiones, ac rationes; quoniam cætera quidem uiderentur

tur vnicuiuſque corporis magnitudinem conſtitutam dicebat ex illis indiuiſibilibus corporibus implentibus indiuiſibilia ſpatia, & ex quibuſdam ſpatiis uacuis ipſis indiuiſibilibus corporibus interiacentibus, quæ quidem poros eſſe dicebant. Ex quo patet, quod cum uacuum ſit non ens, & plenum ſit ens, nō magis ponebat rei conſtitutionem ens, quam nomen: quia nec corpora magis, quam uacuum, nec vacuum magis quā corpora, ſed ex duobus ſimul dicebat, vt dictum eſt, corp⁹ conſtitui. Vnde prædicta duo ponebat rerum cauſas, ſicut materiam,

b ¶ Hic oſtendit in quo conueniebant prædicti philoſophi cum antiquis philoſophis, qui ponebāt vnam tantum materiam Oſtendit aūt, quod conueniebāt cum eis in duobus. Primo quidem, quia ſicut ſunt ponentes unam materiam, & ex illa materia una generabat aliam ſecundum diuerſas materiæ paſſiones, quæ ſunt rarum, & denſum, quæ accipiebantur principia omnium aliarū paſſionum, ita & iſti, ſcilicet Democritus, & Leucippus dicebāt, quod cauſę differentes erant aliorum, ſ. corporum cōſtitutorum ex indiuiſibilibus; videlicet quod per aliquas differentias illorū indiuiſibilium corporum, & pororum, uniuerſa entia cōſtituebantur. Eas autem differentias dicebāt eſſe vnam ſecundū figuram, quæ attenditur ex hoc, quod aliquid eſt angulatum, circulare & rectum: aliam ſecundum ordinem, quæ eſt ſecundum prius & poſterius: aliam ſecundum poſitionem, quę eſt ſecundum ante & retro, dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum. Et ſic dicebant, quod unum ens differt ab alio uel [rhyſmo] id eſt, figura: [uel diathyge] id eſt ordine (uel trope) id eſt poſitione. Et hoc probat per exemplum in literis Græcis, in quibus E una litera differt ab alia figura, ſicut & in noſtris differt una ab altera. A enim differt ab N, figura; A N vero ab N A, differunt ſecundum ordinem, nam una ante aliam ordinatur. Vna etiam differt ab altera poſitione: ut Z, ab N, ſicut & apud nos uidemus, quod ſemiuocales poſt liquidas poni non poſſunt, ante quas ponuntur mutæ in eadem ſyllaba.

ῥυσμὸς διατάττω τροπὴ διαθιγὴ

Sicut ergo propter triplicem diuerſitatem in literis ex eiſdem literis diuerſimode ſe habentibus fit tragœdia & comœdia, ita ex eiſdem corporibus indiuiſibilibus diuerſimode ſe habentibus, fiunt diuerſæ ſpecies rerum. Aliud uero, in quo conueniebant illi philoſophi cum antiquis eſt, quod ſicut antiqui neglexerant ponere cauſam, ex qua motus ineſt rebus, ita & iſti, licet illa indiuiſibilia corpora dicerent eſſe per ſe mobilia.

Sic ergo patet, quod per prædictos philoſophos nihil dictū eſt, niſi de duabus cauſis, ſ. de cauſa materiali ab omnibus, & de cauſa mouente a quibuſdam.

Lect.8. c ¶ Hic ponit opiniones Pythagoricorum ponentium nume- A ros eſſe ſubſtantias rerum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones de rerum ſubſtantia. Secūdo de rerum principijs ibi, [Sed eius gratia aduenimus.] Circa primum ponit duo, ex par.1. quibus inducebantur ad ponendum numeros eſſe rerum ſubſtantias. Secūdum ponit, ibi: amplius autem harmoniarū &c.] par.ſeq. dicit ergo quod Pythagorici Philoſophi, qui fuerunt [in his] id eſt, contemporanei aliquib. dictorū philoſophorum & ante hos] quia fuerunt quidam quaſdam priores. Sciendum eſt aūt, duo fuiſſe philoſophorum genera. Nam quidam uocabantur Ionici, qui morabantur in illa terra, quę nunc Græcia dr̄. Et iſti ſumpſerunt principium a Thalete, ut ſupra dictum eſt. Alij philoſophi fuerunt Italici, in illa parte Italiæ, quæ quondam Magna Gręcia dicebatur, quę nunc Appulia, & Calabria dicitur quorum philoſophorum princeps fuit Pythagoras natione Samius ſic dictus a quadam Calabrię ciuitate, & hæc duo philoſophorum genera ſimul concurrerunt. Et propter hoc dicit, quod fuerū [in his & ante hos] Iſti autem Italici philoſophi, qui & Pythagorici dicuntur, primi produxerūt quędam Mathematica, vt ea rerum ſenſibilium ſubſtantias, & principia eſſe dicerent. Dicit ergo [Primi] quia Platonici eos ſunt ſecuti. Ex hoc autē moti ſunt vt Mathematica introducerent, quia erant nutriti in eorum ſtudio Et ideo principia Mathematicorum credebant eſſe principia omnium entium. Conſuetum eſt enim apud homines, quod per ea, quæ nouerunt, de rebus indicare uelint. Et quia inter Mathematica numeri ſunt priores, ideo conati ſunt ſpeculari ſimilitudines rerum naturalium & quantum ad eſſe, & quantum ad fieri magis in numeris, quam in ſenſibilibus elementis, quæ ſunt terra & aqua & huiuſmodi. Sicut enim prædicti Philoſophi paſſiones rerū ſenſibilium adaptant paſſionibus rerum naturalium, per quandam ſimilitudinē ad proprietates ignis & aquæ & huiuſmodi corporum, ita Mathematici dabant proprietates rerum naturalium ad numerorum paſſiones, quando dicebant, quod aliqua paſſio numerorum eſt cauſa iuſtitiæ: & aliqua cauſa animæ, & intellectus, & aliqua eſt cauſa temporis, & ſic de alijs. Et ſic paſſiones numerorum intelliguntur eſſe rationes, & principia quędam omnium apparentium in rebus ſenſibilibus: & quantum ad res uoluntarias, quod deſignatur per iuſtitiam: & quantum ad formas ſubſtantiales rerum naturalium, quod deſignatur per intellectum, & animam, & quantum ad accidentia, quod deſignatur per tempus.

d ¶ Hic ponit ſecundum motiuum. Conſiderabant enim paſſiones harmoniarum, conſonantiarum muſicalium, & earum rationes, ſ. proportiones ex natura numerorum. Vnde,

dem numeris ſecundum naturā omnem uidebantur aſſimilata eſſe, & numeri ſunt omnes natura primi, elementa numerorum, exiſtentium elementa cunctorū eſſe exiſtimabant & totum cęlū harmoniam eſſe & numerū, & quæcumque habebant confeſſa monſtrare, & in numeris & in harmoniis & ad cęli paſſiones & partes, & ad ornatum totum ea colligentes adaptabāt. et ſi quid alicubi deficiebat, aduocabant continuatum ipſis eſſe negotiū. Dico autem quoniam perfectus denarius eſſe videtur: & omnē comprehendere numerorū naturam, & quę ſecundum cælum feruntur decem quidem eſſe dicuntur, ſolū autem nouem exiſtentibus manifeſtis, & ideo antitomam decimam faciūt. De his autem certius eſt a nobis in aliis determinatum.

in omnibus numeris aſſimilari, numeri veri totius naturæ primi, numerorum elementa, entium quoque cunctorum elementa eſſe putarunt, totumque coelum harmoniam, & numerum eſſe, & illa quidem, quę de numeris, & harmoniis conſentanea paſſionibus, & partibus coeli, ac uniuerſi diſpoſitioni monſtrare poterant, colligentes applicabant. B *Quod ſiquid alicubi deerat, ſupplebant, ut totus eius tractatus conſentaneus eſſet. dico autem veluti, quoniam denarius perfectus eſſe videatur totamque numerorum naturam comprehendere, ideo & ea, quæ in coelo ferantur, decem eſſe aiunt. cum vero nouem ſolummodo ſint, quę manifeſte apparent, decimam oppoſitam terram faciunt. Determinatum autem eſt a nobis alibi de his magis exquiſite.*

de, cum ſoni conſonantes ſint quædam ſenſibilia, eadem ratione ſunt conati & cętera alia ſenſibilia ſecundum rationem & ſecundum totam naturam aſſimilare numeris, ita quod numeri ſunt primi in tota natura. Et propter hoc etiam æſtimauerunt, ꝙ principia numerorum eſſent principia omnium entiū exiſtentium, & totum cœlum nihil aliud eſſe dicebant, niſi quandam naturam, & harmoniam numerorum, idest proportionem quandam numeralem, ſimilem proportioni, quæ cōſideratur in harmonijs. Vnde quæcunque habebant [confeſſa,] idest manifeſta, quæ poterant adaptare numeris & harmonijs adaptabant. & quantū ad cœli paſſiones, ſicut ſunt motus & eclypſes, & huiuſmodi: & quantum ad partes, ſicut ſunt diuerſi orbes: & quantum ad totum cæli ornatum, ſicut ſunt diuerſæ ſtellæ & diuerſæ figuræ in cōſtellationibus. Et ſi aliquid deficiebat: in rebus manifeſtis, quod non uideretur numeris adaptari [aduocabant,] idest ipſi de nouo ponebant [continuatum eſſe eis oē negotium,] idest ad hoc quod totum negotium eorum, quod erat adaptare ſenſibilia ad numeros continuaretur, dum omnia ſenſibilia numeris adaptarent, ſicut patet in uno exemplo. In numeris enim, denarius uidetur eſſe perfectus, eo ꝙ eſt primus limes, & comprehendit in ſe omnium numerorum naturam: quia omnes alii numeri non ſunt niſi quędam repetitio denarij. Propter quod Plato uſque ad .x. faciebat numerum, ut dicitur .iiii. Phyſicorum. Vide & Pythagoras ſphæras, quæ mouentur in cœlo, dixit .x. quamuis nouem ſolum harum ſint apparentes: quia deprehenduntur ſeptimo motibus planetarum. octaua ex motu ſtellarum fixarum, nona vero ex motu diurno, qui eſt motus primus.

Sed & Pythagoras addit decimam, quæ eſſet [antitoma,] idest in contrarium mota in inferioribus ſphæris, & per conſequens in contrarium ſonans. Dicebat enim ex motu cœleſtium corporum, fieri quandam harmoniam. Vnde, ſicut harmonia fit ex proportione ſonorum contrariorum, ſcilicet grauis & acuti, ita ponebat quod in cœlo erat vnus motus in oppoſitam partem aliis motibus, ut fieret harmonia. Et ſecundum hanc poſitionem, motus diurnus pertinebat ad decimam ſphæram, quæ eſt ab oriente in occidentem, aliis ſphæris reuolutis econtrario ab occidente in orientem. Nona vero ſecundum eum eſſe poterat, quę primo reuoluebat omnes ſphæras inferiores in contrarium primi motus.

Lib. 13. 14. De his autem quæ ad opinionem iſtam Pythagoræ pertinent determinatum eſt diffuſius & certius in ultimis libris huius ſcientiæ.

C

LECTIO VIII.

a SEd cuius gratia aduenimus, hoc eſt, ut accipiamus & de his, quę ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cadūt cauſas. Videntur autem igitur & hi numerum putare principium eſſe, quaſi materiam exiſtentibꝰ, & quaſi paſſiones & habitus. Numeri vero elementa par, & impar, & quidem hoc finitum, illud uero infinitum. ynum autē ex his utriſque eſſe, etenim par eſſe & impar. numerum vero ex vno. Numerus autem, ſicut dictum eſt, totum cælum.

LECTIO VIII.

SEd cuius gratia hęc repetimus, hęc eſt, ut & ab his etiam accipiamus, quę ponunt eſſe principia, & quomodo in dictas cauſas incidunt. Apparent etenim & iſti numerū exiſtimare principium eſſe, ut materiam entibus, & ut paſſiones, ac habitus. numeri autem elementa, par, & impar. quorum alterum finitum, alterum infinitum. unum uero ex ambobus his eſſe. par etenim & impar eſſe. numerum autem ex D *uno. numeros uero, ut dictum eſt, totum coelum.*

A

LECTIO VIII.

HIc ponit opinionem Pythagoricorum de principijs, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quid circa rerum principia æſtimabant. Secundo ad quod genus cauſæ principia ab eis poſitā reducū tur, ibi: [Ab his igitur ambobus &c.] Ponit autem circa primum tres opiniones. Secunda incipit ibi: [Eorundem autem alij &c.] Tertia ibi: [Quemadmodum videtur.] Dicit ergo primo, ꝙ huius gratia venit ad opiniones Pythagoricorum recitandas, ut oſtenderet per eorū opiniones, quæ ſunt rerum principia, & quomodo rerum principia ab eis poſita incidunt in cauſas ſuprapoſitas. Videntur enim Pythagorici ponere numerum eſſe principium entium, ſicut numerum, & paſſiones numeri eſſe ſicut paſſiones entiū & ſicut habitus, ut per paſſiones intelligamus accidentia cito tranſeuntia, per habitus accidentia permanentia. Sicut ponebant, quod paſſio alicuius numeri ſecundum quam dē aliquis numerus par erat iuſtitia propter ęqualitatem diuiſionis, quia talis numerus æqualiter p media diuiditur vſque ad vnitatem, ſicut octonarius in duos quaternarios, quaternarius vero in duos binarios, & binariꝰ in duas unitates. Et ſimili modo alia accidentia rerum aſſimulabant accidentibus numerorum dicebāt eſſe par & impar, quæ ſunt primę numerorum differentiæ. Paremque numerum dicebat eſſe principium infinitatis, imparem uero principium finitatis, ſicut exponitur in iij. phyſi. quia infinitum in rebus præcipue uidetur ſequi diuiſionem continui. Par autem eſt numerus aptus diuiſioni. Impar enim ſub ſe numerum parem concludit addita unitate, quę indiuiſionem cauſat. Probat etiam hoc, quia numeri impares per ordinem ſibi additi ſemper retinet figuram quadrati, Pares autem figuram variāt. E Ternarius enim unitati, quę eſt principium numerorum additus, facit quaternarium; qui primus eſt quadratus. Nam bis duo quatuor ſunt. Ruſus quaternario quinarius additus, qui eſt impar, ſecundum nouenarium conſtituit, qui etiam eſt quadratus, & ſic de alijs. Si vero binarius, qui eſt primus par, unitati addatur, triangularem numerum conſtituit, ſcilicet ternarium. Cui, ſi addatur quaternarius, qui eſt ſecundus par, conſtituit heptangulum numerum, qui eſt ſeptenarius. Et ſic deinceps numeri pares ſibi inuicem additi figuram non eandem ſeruant. Et hac ratione infinitum attribuebant pari, finitum uero impari.

Et quia finitum eſt ex parte formæ, cui competit uis actiua, infinitum vero ex parte materię, cui competit uis paſſiua, ideo pares numeros dicebant eſſe fœminas, impares uero maſcu-

Lect. ſeq. par. 4. par. ſeq. Lec. ph. par. 3. Te. com. 66

maſculos. Ex his vero duobus, ſ. pari & impari, finito & infinito, non ſolum numerum cōſtituebant, ſed etiam ipſum vnum, ideſt vnitatem. Vnitas enim & par eſt virtute & impar. Omnes enim differentiæ numeri, vnitati conueniunt in virtute, quia quæcunque differentię numeri in vnitate reſoluuntur. Vnde in ordine imparium primum inuenitur vnitas. Et ſimiliter in ordine parium & quadratorum, & perfectorum numerorum, & ſic de alijs numeri differentijs: quia vnitas, licet non ſit actu aliquis numerus eſt tamen omnis numerus virtute. Et ſicut vnum dicebat componi ex pari, & impari, ita numerum ex vnitatibus: cœlum vero, & omnia ſenſibilia ex numeris. Et hic erat ordo principiorum quem ponebant.

par. 2. b Hic ponit aliam opinionem Pythagoricorum de principijs dicens, ꝙ de numero eorundem Pythagoricorum fuerunt aliqui, qui non poſuerunt vnam tantum contrarietatem in principijs, ſicut prædicti, ſed poſuerunt. x. principia ſecundum coelementationem dicta, ideſt accipiendo unumquodque illorum cum ſuo coelemento, i. cum ſuo contrario. Et huius poſitionis ratio fuit, quia non ſolum accipiebant prima principia, ſed etiam proxima principia ſingulis rerum generibus attributa. Ponebant ergo primo finitum & infinitum, ſicut & illi, qui prædicti ſunt; & conſequenter par & impar, quibus finitum & infinitum attribuitur. Et quia par, & impar ſunt prima rerum principia, & primo ex eis cauſantur numeri, ponebant tertio differentiam numerorum, ſ. vnum & plura, quæ duo ex pari & impari cauſabantur. Et quia ex numeris conſtituebantur magnitudines, ſecundum quod in numeris poſitionem accipiebant. Nam ſecundum eos punctus nihil aliud erat quam vnitas poſitionem habens, & linea dualitas poſitionem habens, ideo conſequenter ponebant principia poſitionum dextrum & ſiniſtrum. Dextrum enim inuenitur perfectum ſiniſtrum autem imperfectum. Et ideo dextrum erat ex parte imparis, ſiniſtrum ex parte paris. Quia vero naturalia ſuper magnitudines methematicas addunt virtutem actiuam, & paſſiuam, ideo ulterius ponebant principia maſculinum, & fœmininū. Maſculinum enim ad virtutem actiuam pertinet, fœmineū ad paſſiuam: quorum maſculinum pertinet ad imparem, fœmineum vero ad parem numerum, vt dictum eſt. Ex virtute autem actiua & paſſiua, ſequitur in rebus motus & quies quorum motus, quia deformitatem habet, & alteritatem in ordine infiniti & paris ponitur, quies vero in ordine infiniti, & imparis. Differentiæ autem motuum primæ ſunt circulare, & rectum. Et ideo conſequenter rectum & curuum principia poſuerunt, quorum rectum ad parem numerum pertinet, (unde & lineam rectam dualitatem eſſe dicebant.) Curuum uero ſiue circulare ratione vniformitatis pertinet ad imparem, qui indiuiſionem ex forma vnitatis retinet. Nec ſolum ponebant principia rerum quantum ad actiones naturales, & motus, ſed etiam quantum ad actiones animales. Et quantum quidem ad cognitionem, ponebant lucem, & tenebras: quantum uero ad appetitum, bonum & malum. Nam lux eſt cognitionis principium, tenebrę vero ignorantię aſcribitur. Bonum etiam eſt in quod appetitus tendit.

Malum uero a quo recedit. Diuerſitas aūt perfectionis & im-

b Eorundem autem alii decem dicunt eſſe principia ſecūdum coelementationem dicta. finitū & infinitum: par & impar, vnū & plura, dextrum & ſiniſtrum, maſculinum, & fœmininum, quieſcens & motum, rectum & curuum, lucem & tenebras, malum, & bonum; quadrangulare & longius altera parte.

c Quemadmodum uidetur Alcmæon Crotoniates ſuſcipere. & aut hic ab illis, aut illi ab hoc hunc ſermonem acceperunt. etenim fuit ætate Alcmæon ſene D exiſtente Pythagora. Is uero cō ſimiliter enunciauit. Nam ait eſſe duo, multas humanorum dicens contrarietates, non ſicut hi determinatas, ſed quaſcumq; fortuna contingentes. ut album & nigrum, dulce & amarum: bonum & malum, paruum & magnum. Hic quidem indeterminatæ proiecit de cæteris. Pythagorici uero & quot & quę contrarietates enunciauerunt.

d Ab his igitur ambobus tantū E eſt accipere, quia contraria ſunt exñtium principia, quot vero ab

A perfectionis non ſolum naturalibus, & voluntariis virtutibus & motibus inuenitur, ſed etiam in magnitudine & figuris. Quæ quidem figuræ intelliguntur ut ſuperuenientes ſubſtantiis magnitudinum, ſicut uirtutes motus & actiones ſubſtantiis rerum naturalium. Et ideo quantum ad hoc, ponebant principium quadrangulare, i. quadratum, & altera parte longius. Dicitur autem quadratum figura conſtans ex quatuor lateribus æqualibus, cuius quatuor anguli ſunt recti. Et prouenit talis figura ex ductu alicuius lineę in ſeipſam. Vnde, cum ex ipſa vnitate cauſetur, ad numerum imparem pertinet.

B




Figura vero altera parte longior dicitur, cuius omnes anguli ſunt recti, & latera uiciſſim ſibi oppoſita ſunt æqualia, non tamen omnia latera ſunt æqualia omnibus.

Vnde patet quod ſicut quadratū conſurgit ex ductu vnius lineę in ſeipsā; ita figura altera parte longior, ex ductu duarum linearum in vnam. Et ſic pertinet ad numerum parem, qui primus eſt dualitas.

c Hic ponit tertiam opinionem Pythagoricorum dicens, quod Alcmæō Crotoniates, ſic dictus a ciuitate unde oriundus fuit, uidetur ſuſcipere quātum ad aliquid idem, quod prædicti Pythagorici dixerunt, ſcilicet quod plura contraria ſint principia. Aut enim accepit a Pythagoricis, aut illi ab illo. Et quod vtrunque eſſe potuerit, patet per hoc ꝙ fuit cōtemporaneꝰ Pythagoricorum: ita tamen quod incœpit philoſophari Pythagora ſene exiſtente. Sed qualitercunque fuerit multum ſimiliter enunciauit Pythagoricis. Dixit enim multa, quæ [ſunt humanarū]. i. multa rerum ſenſibilium eſſe in quadam dualitate conſtituta, intelligens per dualitatem oppoſita contrarie. Sed tamen in hoc differt a prædictis, quia Pythagorici dicebant determinatas contrarietates eſſe rerum principia. Sed ille proiecit quaſi inordinatæ ponens qualcunque contrarietates, quæ a fortuna ad mentem ſuam deueniebant, eſſe rerum principia: ſicut album, & nigrum, dulce, & amarum, & ſic de aliis. parte. 3.

d Hic colligit ex prædictis qđ Pythagorici de principiis ſenſerunt, & quomodo principia ab eis poſita ad aliquod genus cauſæ reducantur. Dicit ergo, quod ex ambobus prędictis, ſcilicet Alcmeone & Pythagoricis, vna communis opinio accipi par. 4.

Horum autem alij decem aiunt, in- C *ter ſe coordinata eſſe principia. finitum, infinitum; impar, par: unum, plura; dextrum, ſiniſtrum; maſculinum, ſemininum; quieſcens, motum; rectum, curuum: lumen, tenebras; bonum, malum; quadratum, longius altero latere.*

Quemadmodum etiam Alcmæo Crotoniates putaſſe uidetur. & aut iſte ab illis, aut illi ab iſto hanc mutuati ſunt opinionem, fuit etenim ætate Alc- D *mæo Pythagora iam ſenioris. Aſſeruit autem iſtis ſimiliter. in duo nanque plerunque humanas res ait diſtingui, contrarietates dicens. non tamen, ut illi, diſtinctas, ſed quaſcumque. vt puta album, & nigrum: dulce, amarum: bonum, malum; paruum, magnum. itaque diſtinctum dereliquis effudit ſermonem. Pythagorici vero quot etiam, et quę ſunt contrarietates, aſſeruerunt.*

E *Ex ambobus igitur his tantum accipere eſt, quod contraria principia entium ſunt. quot autem, & quæ il-*

A accipi poteſt, ſcilicet quod principia entium ſunt contraria, quod non eſt ab aliis dictum. Quod intelligendum eſt circa cauſam materialem. Nam circa cauſam efficientem poſuit Empedocles contrarietatem. Antiqui uero naturales contraria poſuerunt principia, ut rarum & denſum: contrarietatem tamen ex parte formæ aſſignantes. Empedocles uero, etſi principia materialia poſuerit quatuor elementa, non tamen poſuit ea principia prima materialia ratione contrarietatis, ſed propter eorum naturas, & ſubſtantiam: illi uero contrarietatem ex parte materiæ poſuerunt. Quę etiam ſint iſta contraria, quæ iſti poſuerunt, patet ex dictis. Sed quomodo prædicta principia contraria ab eis poſita poſſunt [conduci,] ideſt reduci ad prædictas ſpecies cauſarum, non eſt manifeſte [articulatum] ideſt diſtincte expreſſum ab eis. Tamen uidetur, quod huiuſmodi principia ordinentur ſecundum ſpeciem cauſæ materialis. (part. 2.) Dicunt enim quod ſubſtantia rerum conſtituitur, & plaſmatur ab illis principiis ſicut ex his quæ inſunt: quod eſt ratio cauſæ materialis. Materia enim eſt, ex qua fit aliquid cum inſit. (parte. 3.) Quod quidem dicitur ad differentiam priuationis, ex qua etiam dicitur aliquid fieri, non tamen ineſt, ſicut dicitur muſicum fieri ex non muſico.

Secus autem eſt de antiquis naturalibus, qui tantum eius poſuerunt eſſe vnum, de quibus debet hic ſermo haberi. Illi enim ex illo uno generant multa, ſicut ex materia. Et ſic ponunt cauſam & cauſatum. Sed iſti, de quibus nunc agitur, alio modo dicunt Non enim dicunt, quod ſic omnia unum ſecūdum materiam, ita quod ex uno omnia generentur, ſed dicunt ꝙ ſimpliciter ſunt vnum. Et ratio huius diuerſitatis eſt, quod antiqui naturales apponebant motum illis, qui ponebant unum principium, & vnum ens, dicentes ipſum eſſe mobile. Et ideo per aliquem modū motus, ſicut per rarefactionem & cōdenſationem, poterant ex illo uno diuerſa generari. Et per hunc modum dicebant generari totum uniuerſum, ſecundum diuerſitatem, quę in partibꝰ eius inuenitur. (par. 1. Lect. 4.) Et tamen quia non ponebant uariationem ſecundum ſubſtantiam, niſi ſecūdum accidentia, ut ſupra dictum eſt, ideo relinquebatur, quod totum uniuerſum eſſet unum ſecundum ſubſtantiam, diuerſificatū tamen ſecundum accidentia. Sed iſti dicebāt illud, qđ ponebant eſſe unum, penitus immobile. Et ideo ex illo uno non poterat aliqua diuerſitas rerum cauſari. Et propter hoc nec ſecundum accidentia pluralitatem in rebus ponere poterant.

aliis, & quæ hæc ſint. Qualiter autem ad dictas cauſas conducere contingit plura, plane quidē non eſt dearticulatum ab illis; Videtur autem, ut in materiæ ſpecie elementa ordinare. Ex his enim, ut ex his quę inſunt, conſtitui & plaſmari dicunt ſubſtantiam. Antiquorum quidem igitur elemēta naturæ plura dicentium, ex his ſufficiens eſt intellectui ſpeculari.

la ſint, ex cæteris ſolum. verum quomodo illa ad dictas cauſas applicentur, clare quidem ab eis non eſt determinatū; uidentur tamen, vt in materiæ ſpecie ponere elementa. ex his enim tanquam intrinſecis conſtare, ac fingi ſubſtantiam aiunt. Veterum itaque, ac plura elementa naturę dicentium mentem ex his ſatis ſpeculari licet.

B

A erro!

LECTIO IX.

SVnt autem aliqui, qui de omni quaſi exiſtente una natura enunciauerunt. modo uero non eodem omnes, neque ipſius bene, neque ipſius ſecundum naturam.

a Igitur ad præſentem cauſarum perſcrutationem nullatenus congruit de ipſis ſermo. Non enim, ut Philoſophorum quidam, qui unum poſuerunt ipſum ens, tamen generant ex materia quaſi ex uno. ſed alio dicunt hi modo. Illi nanque motum apponunt ipſum omne generantes, hi uero immobile dicunt eſſe.

c Sed quidē ſecundum tm̄, præſenti proprium eſt inquiſitioni. Parmenides. n. uidet̄ unum ſecundum rationē tāgere. Meliſſus uero, ipſum ſecūdum materiā. Quare & hic quidē finitum, ille vero infinitum id eſſe ait. Xe

LECTIO IX.

SVnt autem qui de uniuerſo, tanquam ſi vna natura eſſet, ita aſſeruerunt, non tamen modo eodē omnes. neq; eius, quod bene, neq; eius quod ſecundum naturam eſt.

C

In preſenti itaque cauſarum conſiderationе nullo modo conuenit ſermo de eis. Non enim, ut quidam phyſicorum, vnum ſuponentes ipſum ens, nihilominus ex vno tanquam ex materia generant, ſed alio modo hi dicunt. ipſi enim, cum generent uniuerſum, addunt tamen motum. hi vero immobile eſſe aiunt.

Attamen aliquatenus præſenti D *perſcrutationi proprium eſt. Parmenides etenim vnum ſecundum rationem attigiſſe uidetur; Meliſſus uero ſecundum materiam. Quare, & id ille quidem finitum, hic uero infinitum ait eſſe. Xenophanes au-*

LECTIO IX.

(Lect. pñ. parte 3. Parte ſeq.) a HIC ponit opiniones philoſophorum de toto uniuerſo, ſicut de uno ente, & circa hoc duo facit. Primo ponit eorum opiniones in communi. Secundo oſtendit, quomodo conſideratio huius opinionis ad præſentem tractatum pertineat. & quomodo non, ibi. [Igitur ad præſentem, &c.] Dicit ergo, quod aliqui alij philoſophi a prædictis fuerunt, qui enunciauerunt [de omni,] ideſt de uniuerſo quaſi de una natura, ideſt quaſi totum uniuerſum eſſet unum ens, uel una natura. (In hac eadē lec.) Quod tamen non eodem modo omnes poſuerunt, ſicut infra patebit. Ipſo tamen modo, quo diuerſificati ſunt, nec bene dixerunt, nec naturaliter. Nullus enim eorum naturaliter locutus eſt, quia motum rebus ſubtrahunt. Nullus etiam bene locutus eſt, quia poſitionem impoſſibilem poſuerunt, & per rationes ſophiſticas; ſicut patet primo Phyſicorum.

(parte ſeq. parte 3.) b ¶ Hic oſtendit quomodo conſideratio huius poſitionis ad præſentem tractatum pertinet, & quomodo non. Et primo oſtēdit, quod non pertinet, ſi conſideretur eorum poſitio. Secundo oſtendit, quod pertinet, ſi conſideretur poſitionis ratio, uel poſitionis modus, ibi. [Sed quidem ſecundum tantum &c.] Dicit ergo, quod quia iſti Philoſophi poſuerunt tantum unum ens, & unum non poteſt ſuipſius eſſe cauſa, patet quod ipſi non potuerunt inuenire cauſas. Nam poſitio, i. pluralitas cauſarum diuerſitatem in rebus exigit. Vnde quantum ad præſentem perſcrutationē, quæ eſt de cauſis, nō congruit ut ſermo de eis habeatur.

c ¶ Hic oſtēdit quomodo eorum opinio pertineat ad pſentem perſcrutationem. Et primo generaliter de omnibus. Secundo ſpecialiter de Parmenide, ibi. [Igitur hi.] Dicit ergo primo, quod licet diuerſitatem rebus auferrent, & per conſequens cauſalitatem, tamen eorum opinio eſt propria præſenti inquiſitioni ſecundum tantum quantum dicetur, quantum ſ. ad modum ponendi, & quantum ad rationem poſitionis. Parmenides enim qui fuit unus ex eis, uidetur tangere unitatem [ſecundum rationem] ideſt ex parte formæ. Argumentatur enim ſic. Quicquid eſt pręter ens, eſt non ens: & quicquid eſt non ens, eſt nihil. ergo quicquid eſt præter ens, eſt nihil. Sed E ens eſt unum, ergo quicquid eſt præter unum, eſt nihil. In quo patet, quod conſiderabat ipſam rationem eſſendi, quæ uidetur eſſe una, quia non poteſt intelligi quod ad rationem entis aliquid ſuperueniat per quod diuerſificetur, quia illud, quod ſuperuenit enti, oportet eſſe extraneum ab ente. Quod autem eſt huiuſmodi, eſt nihil.

Vnde non uidetur quod poſſit diuerſificare ens. Sicut etiam uidemus, quod differentię aduenientes generi diuerſificant ipſum, quæ tamen ſunt pręter ſubſtantiam eius. Non enim participant differentię genus, ut dicitur iiij. Topicorum: aliter genꝰ eſſet de ſubſtantia differentię, & in diffinitionibus eſſet nugatio, ſi poſito genere, adderetur differentia, ſi de eius ſubſtantia eſſet genus. ſicut eſſet nugatio ſi ſpecies adderetur. In nullo etiam differentia a ſpecie differret. Ea uero, quę ſunt pręter ſubſtantiam entis, oportet eſſe non entia, & ita non poſsūt diuerſificare ens. Sed in hoc decipiebantur, quia utebantur ente quaſi una ratione, & una natura, ſicut eſt natura alicuius gñis.

no phanes vero, primus horum, vnum dixit. Parmenides enim, qui huius dicitur fuiſſe diſcipulus, nihil explanauit. Neque de natura horum neuter viſus eſt tangere, ſed ad totum cœlum reſpiciens, ipſum unum dicit eſſe Deum.

d Igitur ii, ſicut diximns, prætermittendi ſunt ad pręſentem inquiſitionem. Duo quidem & penitus tamquam exiſtentes parum agreſtiores, Xeuophanes & Meliſſus. Parmenides autem magis uidens uiſus eſt dicere. Pręter .n. ens, non ens, nihil dignatur eſſe, unde ex neceſſitate opinatur vnum eſſe ens, & alind nihil: de quo in phyſicis manifeſtius ſdiximus. Coactus uero apparentia ſequi, & quid unum quidem ſecundum rationem, plura vero ſecundum ſenſum opinatus eſſe, duas cauſas & duo principia rurſus ponit, calidum & frigidū vt ignem & rerram dicens. Horū antem quod quidem eſt ſecundum ens, calidum ordinat, alterum vero ſecundum non ens.

e Igitur ex dictis & a ſapientib. iam rationi conſeutientibus ea accepimus. A primis qnidem igitur principium eſſe corporeum. Aqua nanque & ignis, & conſimilia, corpora ſunt. & ab his quidem unnm, ab illis uero lura principia corporea. Vtriſque tñ ea ut in materiæ ſpecie ponentibus, & a quibuſdam cū hac illā I unde motus. Et hāc ab his qdē unam, ab aliis uero duas. Igitur

Hoc enim eſt impoſſibile. Ens enim non eſt genus, ſed multipliciter di de diuerſis. Et ideo in primo phyſicorum oſ, quod hęc eſt falſa, ens eſt unum. Non enim habet voam naturam, ſicut vnum genus, vel voa ſpecies. Sed Meliſſus conſi- F

Lec.11. Tex.47. derabat ens ex parte materiæ. Argumentabatur eoim vnitatē entis, ex eo quòd ens oon generatur ex aliquo priori, quod proprie pertinet ad materiam quæ eſt ingenita. Arguebat eni ſic. Quod eſt generatum, habet principium: ergo quod non eſt generatum non habet principium: Ens non eſt

par.8. generatum: ergo non habet principium. quod autem caret principio, & fine caret. ergo eſt infinitum. Et ſi eſt infinitum, eſt immobile: quia infinitum oon habet extra ſe, quo moueatur. Quod autem ens non generet, Probat ſic. quia ſi generatur, aut generatur ea ente, aut ex noo ente, quia oon ens eſt nihil, & ex nihilo nihil fit. Nec ex ente quia ſic aliquid eſſet antequam fieret, ergo modo generatur. Io qua q. dem ratione patet, quod teogit ens

Lec.11. Tex.com.1. par.5. ex parte materiæ, quia non generari ex aliquo prius exiſtenie materię eſt. Et quia finitum ptinet ad formam, infinitum vero ad materiam, Meliſs⁹ qui conſiderabat ens ex parte materiæ, dixit eſſe vnū ens infinitum. Parmenides vero, qui cōſiderabat ens ex parte formæ, dixit ens eſſe finitū. Sic

gitur inquantum conſiderat ens rōne materiæ & formæ, tractare de his pertinet ad pręſentē conſiderationē, quia materia & forma in numero cāuſarum ponuntur. Xenoph. vero, qui fuit primus inter dicentes oia eſſe unū, unde & Parm. fuit eius diſcipulus, non explanauit, qua rōne diceret oia eſſe vnū, nec ſumendo rōnem aliquā ex parte materiæ, nec ex parte formæ. Et ſic de neutra natura. ſ. neq; de materia, neq; de forma uiſus eſt [tangere hos] .i. pertingere & adæquare eos irrationalitate dicēdi, ſed reſpiciēs ad totū cęlum dixit eſſe ipſum vnū Deū. Antiqui. n. dicebant ipſum mundū eſſe Deum. Vnde vidēs oēs partes mundi io hoc eſſe ſimiles, quia corporeæ ſunt, iudicauit de eis quaſi oia eſſe ut vnū. Et ſicut prædicti poſuerūt vnitatem entium per conſiderationē eorum, quæ pertinent ad formam, vel ad materiam, ita iſte reſpiciens ad ipſum cōpoſitū. K

d ¶ Hic ſpecialiter intendit dicere, quomodo opinio Parmenidis ad perſcrutationem præſentem pertineat, concludens ex prædictis, quod quia diuerſitatem ab entibus auferebant, & p conſequens caſualitatem, quantum ad præſentem quęſtionem pertinet, omoes pręterinittendi ſunt. Sed duo eorum, ſ. Xenophanes & Meliſſus, ſunt penitus pręterinittendi, quia aliquantulum fuerunt [agreſtiores] ideſt minus ſubtiliter procedentes. Sed Parmenides viſus eſt dicere ſuam opinionem [magis uidens] ideſt quaſi plus intelligens. Vtitur enim tali ratione. Quicquid eſt pręter ens, eſt non ens: quicquid eſt non ens [dignatur eſſe nihil] ideſt dignum reputat eſſe nihil: Vnde ex

tem, quanquam prior iſtis, unum poſuerat (nam Parmenides eius auditor fuiſſe dicitur) nihil tamen clarum dixit, et neutrius horum naturam attigiſſe uidetur. ſed ad totum cęlum reſpiciens, ipſum unum ait eſſe Deum.

Hi igitur, ut diximus, in pręſenti G *quæſtione omittendi. duo quidem, & penitus tanquam paululum agreſtiores, Xenophanes, atque Meliſſus. Parmenides uero magis inſpiciens, dicere, quoquo modo uidetur. quod enim eſt præter ipſum ens, ipſum non ens nihil indicans eſſe, neceſſario unum putat ipſum ens eſſe, & nihil aliud, de quo clarius in de naturalibus diximus. Coactus uero illa, quæ apparent, ſequi, & unum ratione, plura uero ſecundum ſenſum putans eſſe, duas cauſas rurſum, ac duo principia ponit calidū, & frigidum, uelut ignem & terram* H *dicens. Horum autem alterum, calidū ſcilicet cum ente, alterum uero cum non ente collocat.*

Ex dictis itaque, ac ab illis, qui rationi incubuerunt, ſapientibus, iſta accepimus. A primis quidem, & corporeum principium, aqua nanque, & ignis, & ſimilia corpora ſunt. & horum, a quibuſdam unum, a quibuſdam plura corporea principia. vtriuſque tamen iſta ut in materiæ ſpecie ponentibus. A cęteris I *uero & hanc cauſam, & cum iſta etiam eam unde motus ſtatuentibus. & hanc a quibuſdam unam, a qui-*

F neceſſitate putat ſequi, quod ens ſit unū, & quicquid eſt aliud ab ente, ſit nihil. De qua quidem ratione manifeſtius dictum eſt Primo Phyſico. Licet autem Parmenides iſta ratione co- Tex.cō.25. gatur ad ponendum omnia eſſe vnum, tamen quia ſenſui apparebat multitudinem eſſe in rebus, coactus ſequi ea, quę apparēt, uoluit in ſua poſitione utriq; ſatisfacere, & apparētiæ ſenſus & rōni. Vnde dixit q̄ omnia ſunt vnū ſecundum rationem, ſed ſunt plura ſecundū ſenſum. Et inquantum ponebat pluralitatem ſecundum ſenſum, potuit in rebus ponere cauſam & cauſatum. Vnde poſuit duas cauſas, ſ. calidum & frigidum: quorum vnū attribuebat igni, aliud terræ. Et unum uidebatur pertinere ad cauſam efficientem, ſ. calidum & ignis, aliud ad causā materialē, ſ. frigidum & terra. Et ne eius poſitio ſuæ rationi uideretur eſſe oppoſita, qua cōcludebat, q̄ quicquid eſt pręter unum, eſt nihil: dicebat quod unum prędictorum. ſcilicet calidū, erat ens; alterum uero quod eſt præter illud unū ens ſ. frigidum, dicebat eſſe non ens ſecundum rationē & rei ueritatē, ſed eſſe ens ſolum ſm apparentiam ſenſus. In hoc autem aliquo modo ad ueritatē appropinquat. Nam principiū materiale non eſt ens in actu, cui attribuebat terram, ſimiliter etiam alterū cōtrariorum eſt ut priuatio, ut dicitur primo Phyſicorū. Priuatio autem ad rationē entis nō ptinet. Vnde & frigidum quodammodo eſt pri Tex.cō.49. uatio caldi, & ſic eſt non ens.

e ¶ Hic recolligit ea: quę dicta ſunt de opinionibus antiquo- Tex.com.2? rum, & circa hoc duo facit. Primo recolligit ea, quæ dicta ſūt de opinionibus antiquorum naturalium. Secundo quæ dicta ſunt de opinionibus Pythagoricorum, qui mathematicam introduxerunt, ibi; [Pythagorici &c.] Concludit ergo primo ex dictis, quod ex his prædictis, qui idem conſiderabant, ſcilicet eſſe cauſam materialem rerum ſubſtantiam, & qui ia incipiebāt ac per rationem ſapere cauſas rerum inquirendo ipſas, accepimus eas, quę dictæ ſunt A primis namque philoſophis acceptum eſt, quod principium omnium rerum eſt corporeum. Quod patet per hoc, quod aqua & huiuſmodi, quę principia rerum ponebant, quędam corpora ſunt. In hoc autem differebant, quod quidam ponebant illud principium corporeum eſſe vnum tantum, ſicut Thales, Diogenes. & ſimiles. Quidam vero ponebant eſſe plura. ſicut Anaxa. Democri. & Empedo. Vtrique tamen tam illi, qui ponebant vnum, quam illi, qui ponebant plura eſſe, huiuſmodi corpora principia, ponebant in ſpecie cauſæ materialis. Quidam uero eorum non ſolum cauſam materialem poſuerunt, ſed cum ea addiderunt cauſam unde principium motus, quidam eam unam ponentes ſicut Anaxa. intellectum, & Parmenides amorem, quidam uero duas, ſicut Emped. amorem odium. Vnde patet quod prædicti philoſophi, qui fuerunt vſque ad Italicus, ſcilicet Pythagoram

[& abſ-

A

[& abſq; illis].i.ſeparatam opinionem habentes de rebus non communicando opinionibus Pythagoricorum, obſcurius dixerunt de principijs, quia non aſſignabant ad quod genus cauſæ huiuſmodi principia reducerentur: & tamen vtebantur duabus cauſis ſcilicet, principio motus, & materia, & altera illarũ, ſ. ipſam vnde principiũ motus, quidã fecerũt vnam, vt dictũ eſt, quidã duas. ¶ Hic recolligit quæ dicta ſunt a Pythagoricis, & quantum ad id quod erat commune cum prædictis, & quantum ad id quod erat eis proprium. Quantum tamen fuit aliquibus prædictorum & Pythagoricorũ, quòd ponerent duo principia, aliqualiter eodem modo cũ prædictis. Sicut enim Empedocles ponebat duo principia contraria, quorum vnum erat principium bonorum, & aliud principiũ malorum, ita & Pythagorici, vt patet ex coordinatione principiorum cõtrariorum ſuppoſita a Pythagoricis. In hoc tamen non eodem modo, quia Empedocles illa principia cõtraria ponebat in ſpecie cauſæ mouẽtis: Pythagorici vero in ſpecie cauſæ materialis, vt ſupra dictum eſt. Pythagorici autem addiderant, quod erat eis proprium ſupra opinionem aliorũ. primo quidem, quia dicebant ꝙ hoc, quod dicitur vnum finitum, & infinitum non erant accidentia aliquibus alijs naturis, ſicut igni aut terræ, aut alicui huiuſmodi, ſed hoc quod dico vnum finitum, & infinitum, erãt ſubſtantiæ eorundem, de quibus prædicabantur. Et ex hoc concludebant quod numerus, q ex vnitatibus conſtituitur, ſit ſubſtantia rerum omnium. Alij vero naturales, licet ponerent vnum & finitum, ſeu infinitum, tamen attribuebant iſta alicui alteri naturæ, ſicut accidentia attribuuntur ſubiecto, vt igni, vel aquæ, vel alicui huiuſmodi. Secundo, addiderunt ſuper alios philoſophos, quia inceperunt dicere, & diffinire [de ipſo quid eſt] ſcilicet ſubſtantia & rerum quidditate. Sed tamen valde ſimpliciter de hoc tractauerunt, ſuperficialiter diffinientes. Non enim attendebant in aſſignandis diffinitionibus niſi vnum tantum. Dicebant enim quòd ſi aliquis terminus dictus ineſſet alicui primo, quod erat ſubſtantia illius rei. ſicut ſi aliquis aſſumeret, quòd proportio dupla ſit ſubſtantia dualitatis: quia talis proportio primo in numero binario inuenitur. Et quia ens primo inueniebatur in vno quàm in multis, nam multa ex vno conſtituuntur, ideo dicebant, quod ens eſt ipſa ſubſtantia vnius. ſed hæc eorum determinatio non erat conueniens, quia licet dualitas ſit dupla, non tamen idem eſt eſſe dualitatis & dupli, ita

Te. com. 3. par. 6.

Te. com. 4.

par. prima

Te. cõ. 5.

vſque ad Italicos, & abſque illis mediocrius dixerunt alij de ipſis. Attamen, vt diximus, duabus ſunt cauſis vſi, & harum alteram, hi quidem vnam, alij vero duas faciunt illam, vnde motus.

¶ Pythagorici vero duo quidẽ principia dixerunt ſecundũ eundem modum. tãtum autem addiderunt, quòd & proprium eſt eorum, quia finitum & infinitũ, & vnum, & non alias aliquas putauerunt eſſe naturas, vt ignem aut terram, aut aliquid tale, ſed infinitum ipſum & vnum ipſum horum eſſe ſubſtantiam, de quibus prædicantur. Quapropter, & numerum eſſe ſubſtantiam omnium. De his igitur ſecundum hunc enunciauerunt modum, & de ipſo quid eſt, dicere & diffinire cœperunt: valde aũt ſimpliciter tractauerunt. Superficialiter. n. diffinierunt, & cui primo inerat dictus terminus, hoc eſſe ſubſtantiam rei putauerunt. Vt ſi quis exiſtimet ratione idem eſſe duplũ, & dualitatem, eo quod primo ineſt duobus duplum. ſed forſitan duplo & dualitati non idem eſt eſſe. ſi autem non, multa ipſum vnum erit, quod & illis accidit. De prioribus quidem igitur & alijs, tot eſt accipere.

LECTIO X.

POST dictas uero Philoſophias, Platonis ſupuenit negotiũ, in multis quidẽ hos ſequẽs, aliã uero, & propriã pter Italicorum philoſophiã habens. Nam ex nouo conueniẽs Cratylli, & Heracliti opinionib. quaſi ſenſibilibus omnibus ſemper defluẽtibus, & ſciẽtia de his non exi-

quod ſint idem ſecundum rationem, ſicut diffinitio, & diffinitum. Si autem etiam eſſet uerum quod illi dicebant, ſequeretur, quod multa eſſent vnum. Contingit enim aliqua multa primo ineſſe alicui uni, ſicut dualitati primo ineſt paritas, & proportio dupla. Et ſic ſequitur, quod par & duplum ſint idem, ſimiliter, quod cuicunque ineſt duplũ ſit idem dualitati, ex quo duplum eſt dualitatis ſubſtãtia. Quod idem etiam & Pythagoricis contingebat,

Nam multa & diuerſa aſſignabant quaſi unum eſſent. ſicut proprietates numerales dicebant idem eſſe eum proprietatibus naturalium rerum. Sic igitur concludit, quod tot eſt accipere a prioribus philoſophis, qui poſuerunt tantum unum principium materiale, & ab alijs poſterioribus, qui poſuerunt plura principia.

LECTIO X.

POſitis opinionibus antiquorũ de cauſa materiali & efficiente, hic tertio ponit opi. Platonis, qui primo manifeſte induxit cauſam formalem. Et diuiditur in partes duas. Primo enim ponit opinionem Platonis. Secundo colligit ex omnibus prædictis quid de quatuor generibus cauſarũ ab alijs philoſophis ſit poſitũ. ibi: [Breuiter & recapitulariter &c.]. Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis de rerum ſubſtantijs. Secundo de rerum principijs. ibi: [Quoniam autem ſpecies &cæt.] Circa primum duo facit. Primo ponit opinionem Platonis quãtum ad hoc, quòd poſuit ideas. Secundo quantum ad hoc quod poſuit ſubſtantias medias, ſ. mathematica ſeparata. ibi: [Amplius autem præter ſenſibilia.] Dicit ergo primo, quod poſt omnes prædictos philoſophos, ſuperuenit negotium Platonis, qui immediate Ariſt. præceſſit. Nam Ariſt. eius diſcipulus fuiſſe perhibetur. Plato ſiquidem in multis ſecutus eſt prædictos philoſophos naturales, ſ. Empedoclem, Anaxa. & alios huiuſmodi. Sed alia quædam habuit propria præter illos prædictos philoſophos, propter philoſophiam Italicorum Pythagoricorum. Nam ipſe ut ſtudioſus erat ad ueritatis inquiſitionem, ubique terrarum philoſophos quæſiuit, ut eorum dogmata ſciret. Vnde in Italiam Tarentum uenit, & ab Archita tarentino Pythagoræ diſcipulo, de opinionibus Pythagoricis eſt inſtructus. Cum enim naturales philoſophos, qui in Græcia fuerunt ſequi uideret, & intra eos aliqui poſteriores ponerent omnia ſenſibilia ſemper eſſe in fluxu, & quod ſcientia de eis eſſe non poteſt:

*Superficialiter.

Lec. penult. Par. 2.

Lect. 11.

† adoleſcentia.

Infra. part. ſeq.

buſdam duas. Vſque ad Italicos igitur, & abſque illis mediocrius cæteri de eis dixerunt. niſi quod, ut diximus, duabus cauſis uſi ſunt. & harum alteram unde motus quidam unã, quidam duas faciunt.

B

*Pythagorici uero duo quidem eodem modo dixerunt principia. tantum autem addiderunt, quod & proprium eorum eſt, quod finitum, & infinitum, & unum non putarunt ullas alias eſſe naturas, utputa ignem, aut terram, aut aliud ſimile, ſed ipſum infinitum, & ipſum unum ſubſtantiam horum eſſe, de quibus prædicantur. quare et numerum ſubſtantiam omnium eſſe. In hunc itaque modum & de his aſſeruerunt. & de ipſo quid eſt inceperunt quidem dicere, & definire, ſed ualde ſimpliciter tractarunt. definiebant namque * perfunctorie. & cui primo dicta definitio ineſſet, hoc eſſe ſubſtantiã rei putarunt; perinde ac ſiquis putaret idem eſſe duplum, & dualitatem, quoniam primum dualitati duplum ineſt. ſed non eſt idem fortaſſis duplo, & dualitati eſſe. quod ſi non, ipſum unum erit multa, quod illis quoque accidebat. A prioribus igitur, & cæteris, tot licet accipere:*

C

D

LECTIO X.

POST dictas uero philoſophias diſciplina Platonis ſuperuenit, in pleriſque quidem iſtos ſecuta, quædam autem etiam propria, ultra Italicorum habens philoſophiam. Cum Cratillo nanque ex † recenti conuerſatus, & Heracliti opinionibus aſſuetus, tanquam omnibus ſenſibilibus ſemper

E

ſtente, hoc quidem & poſterius ita ſuſcepit, Socrate uero circa moralia negociante, & de tota natura nihil, in his tamen vniuerſale quærente, & de diffinitionibus intellectum firmante, illum recipiens propter huiuſmodi ſuſceperat, quaſi de aliis hoc eueniens, & non de ſenſibilium aliquo. G Impoſſibile nanq; eſt communem rationem eſſe alicuius ſenſibilium, quia ſemper tranſmutantur. Sic itaque talia quidem exiſtentium ideas & ſpecies appellauit, ſenſibilia vero propter hoc, & ſecundum hoc dici omnia. Nam ſecūdum participationem eſſe multa uniuocorum ſpeciebus, participationem vero ſecundum nomē trāſmutauit. Pythagorici quidem, exiſtentia dicunt eſſe numerorū imitatione: Plato vero participatione, nomen tranſmutans. Participationem tamen, aut imitationem, quæ ſit vtiq; ſpecierū, dimiſerunt communi quærere,

deſluentibus, & de eis non exiſtente ſcientia, hæc quidem etiam poſtea ita arbitratus eſt. Cum vero Socrates de moralibus quidem tractaret, de tota uero natura nihil. In his tamen uniuerſale quæreret, & primus mentem ad diffinitiones applicaret, illum ab hoc laudans, putauit de alijs, et non de aliquo ſenſibilium hoc fieri. impoſſibile enim definitionem communem cuiuſpiam ſenſibilium eſſe, quæ ſemper mutātur. & ſic talia entium ideas appellauit: ſenſibilia uero præter hęc, & ſecundū hæc, omnia dici. ſecundum participationem nāque hæc multa vniuocorum eſſe ſpeciebus æquiuoca. participationem vero ſecundum nomen ſolū mutauit. Pythagorici etenim imitatione numerorum aiunt entia eſſe: Plato vero, nomen mutando, participatione. participationem vero, aut imitatione formarum, quænam ſit conuenire, quærere omiſerunt.

H

b Amplius autem præter ſenſibilia & ſpecies, mathematica rerum intermedia dicit eſſe, & differentia ſenſibilibus quidem, quia ſempiterna ſunt & immobilia: A ſpecieb. autem eo quod hæc quidem multa quędam ſimilia ſunt, ſpecies autem ipſum vnum unaquæque ſolum.

Item præter ſenſibilia, & formas mathematicas res ait medias eſſe à ſenſibilibus quidem differentes, eo quòd perpetuę & immobiles ſunt: a formis verò, eo quod illę quidem multę quędam ſimiles ſunt, forma vero ipſa quęque vna ſola.

quod poſuerunt Heraclitus & Cratyllus, huiuſmodi poſitionibus tanquam nouis Plato conſuetus, & cum eis conueniens in hac poſitione ipſe poſterius ita eſſe ſuſcepit. Vnde dixit particularium ſenſibilium ſcientiam eſſe relinquendam. Socrates etiā, qui fuit magiſter Platonis & diſcipulus Archelai, qui fuit auditor Anaxa. propter hāc opinionē, quæ ſuo tēpore ſurrexerat, quod non poteſt eſſe de ſenſibilibus ſcientia, noluit aliquid de rerū naturis perſcrutari, ſed ſolum circa moralia negociat⁹ eſt. Et ipſe primus incœpit in moralib⁹ quærere quid eſſet vniuerſale, & inſiſtere ad diffiniendum. Vnde & Plato tanquam eius auditor [recipiens Socratē] ideſt ſequens, ſuſcepit hoc ad inquirendum in rebus naturalibus, quaſi in eis hoc poſſet euenire, vt vniuerſale in eis acciperetur, de quo diffinitio traderet, ita quod diffinitio non daretur de aliquo ſenſibilium: qa cum ſenſibilia ſint quæ ſemper trāſmutantur, non poteſt alicuius eorum communis ratio aſſignari. Nam omnis ratio, oportet quod & omni & ſemper cōueniat, & ita aliquā immutabilitatem requirit. Et ideo huiuſmodi entia vniuerſalia, quæ ſunt a rebus ſenſibilibus ſeparata, de quib. diffinitiones aſſignantur, nominauit ideas, & ſpecies exiſtētium ſenſibilium, [Ideas quidem] ideſt formas, inquantum ad earum ſimilitudinem ſenſibilia conſtituebantur. Species uero, inquantum per earum participationem, eſſe ſubſtantiale habebant. Vel ideas inquantum erant principium eſſendi, ſpecies vero inquantum erant principium cognoſcendi. Vnde & ſenſibilia omnia habent eſſe propter prædictas & ſecundum eas. Propter eas quidem, inquantum ideæ ſunt ſenſibilibus cauſæ eſſendi. Secundum eas vero, inquantum ſunt eorum exemplaria. Et quod hoc ſit verum patet ex eo, quod ſingulis ſpeciebus attribuuntur [multa indiuidua vniuocorum] i. multa indiuidua vniuocę ſpeciei prædicationem ſuſcipientia, & hoc ſecundum participationem. Nam ſpecies, vel idea eſt ipſa natura ſpeciei, qua eſt exiſtens homo per eſſentiam. Indiuiduum autem eſt homo per participationem, inquantum natura ſpeciei in hac materia deſignata participatur. Quod enim totaliter eſt aliquid, non participat illud, ſed eſt per eſſentiam idem illi. Quod vero non totaliter eſt aliquid, habens aliquid aliud adiunctum, propriæ participare dicitur.

Sicut, ſi calor eſſet calor per ſe exiſtens, non diceretur participare calorē, quia nihil eſſet in eo niſi calor. Ignis vero, qa eſt aliquid aliud quam calor, dicitur participare calorem. Similiter autem, cum idea hominis ſeparata nihil aliud habeat niſi ipſam naturam ſpeciei eſt eſſentialiter homo. Et propterea ab eo vocabuntur per ſe homo. Socrates vero vel Plato, quia habet præter naturam ſpeciei principium indiuiduans, quod eſt materia ſignata, ideo dicitur ſecundum Platonem participare ſpeciem. Hoc autem nomen participationis Plato accepit a Pythagora. Sed tamen tranſmutauit ipſum. Pythagorici enim dicebant numeros eſſe cauſas rerum, ſicut Platonici ideas. Et dicebant, quod huiuſmodi exiſtentia ſenſibilia erāt quaſi quædam imitationes numerorum. Inquantum enim numeri, qui de ſe poſitionem non habent, accipiebant poſitionem, corpo-

F ra cauſabant. Sed quia Plato ideas poſuit immutabiles ad hoc quod de eis poſſent eſſe ſcientiæ & diffinitiones, non conueniebat ei in ideis uti nomine imitationis. Sed loco eius vſus eſt nomine participationis. Sed tamen eſt ſciendum quod Pythagorici, licet ponerent participationem, aut imitationem, nō tamen perſcrutati ſunt, qualiter ſpecies communis participetur ab indiuiduis ſenſibilibus, ſiue ab eis imitetur, quod Platonici tradiderunt.

b ¶ Hic ponit opinionem Pla. de mathematicis ſubſtantijs, & dicit, quòd Plato poſuit alias ſubſtantias præter ſpecies, & præter [ſenſibilia] ideſt mathematica. & dixit, quod huiuſmodi entia erant media trium ſubſtantiarum, ita quòd erant ſupra ſenſibilia & infra ſpecies, & ab vtriſque differebant. A ſenſibilibus quidem, quia ſenſibilia ſunt corruptibilia, & mobilia, mathematica vero ſempiterna & immobilia. Et hoc accipiebant ex ipſa ratione ſcientiæ mathematicæ. Nam mathematica ſcientia a motu abſtrahit. Differunt vero mathematica a ſpeciebus, quia in mathematicis inueniuntur differentiæ ſecundum numerum, ſimilia ſecundum ſpeciem. aliàs non ſaluarentur demonſtrationes mathematicæ ſcientię.

I Niſi enim eſſent duo trianguli eiuſdem ſpeciei, fruſtra demonſtraret Geometra aliquos triangulos eſſe ſimiles, & ſimiliter in alijs figuris: hoc autem in ſpeciebus non accidit. Nam, cum in ſpecie ſeparata nihil aliud ſit niſi natura ſpeciei, non poteſt eſſe ſingularis ſpecies niſi vna. Licet enim alia ſit ſpecies hominis, alia aſini, tamen ſpecies hominis non eſt niſi vna, nec ſpecies aſini, & ſimiliter de alijs. Patet autem diligenter intuenti rationes Platonis, quòd ex hoc in ſua poſitione errauit, quia credidit, quòd modus rei intellectæ in ſuo eſſe, ſit ſicut modus intelligendi rem ipſam. Et ideo, quia inuenit intellectum noſtrum dupliciter abſtracta intelligere, vno mō ſicut vniuerſalia intelligimus abſtracta a ſingularibus, alio modo ſicut mathematica abſtracta a ſenſibilibus, vtrique abſtractioni intellectus, poſuit reſpondere abſtractionem in eſſentijs rerum. Vnde poſuit, & mathematica eſſe ſeparata & ſpecies. Hoc autem non eſt neceſſarium. nam intellectus, & ſi intelligat res per hoc, K quòd ſimilis eſt eis quantum ad ſpeciem intelligibilem, per quam ſit in actu, non tamen oportet, quòd modo illo ſit ſpecies illa in intellectu, quo in re intellecta. Nam omne, quod eſt in aliquo, eſt per modum eius, in quo eſt.

Et ideo ex natura intellectus, quæ eſt alia a natura rei intellectæ, neceſſarium eſt, quod alius ſit modus intelligendi, quo intellectus intelligit, & alius ſit modus eſſendi quo res exiſtit. Licet enim id in re eſſe oporteat, quod intellectus intelligit, non tamen eodem modo. Vnde, quamuis intellectus intelligat mathematica non cointelligendo ſenſibilia, & vniuerſalia præter particularia, non tamen oportet quod mathematica ſint præter ſenſibilia, & vniuerſalia præter particularia. Nam videmus, quòd etiam viſus percipit colorem ſine ſapore, cum tamē in ſenſibilibus ſapor & color ſimul inueniantur.

c Quoniam autem ſpecies cauſæ ſunt alijs, illarum elementa omnium putauerunt exiſtentiũ elementa eſſe ut quidem igitur materiam, magnum & paruum eſſe principia, ut autem ſubſtantiam, unum. Ex illis enim ſecundum participationes vnius ſpecies eſſe numeros.

Et quoniam formę cauſa cęteris, illarum elementa omnium putauit entium elementa eſſe. & ut materiam quidem magnum, & paruum eſſe principia, tanquam uero ſubſtantiam ipſum vnum: Ex illis enim participatione ipſius unius formas numeros eſſe.

B

d Vnum tamen ſubſtantiam, & non aliquod aliud ens dici vnum, conſimiliter pytagoricis dixit, & numeros eſſe cauſas medię ſubſtantiæ, ſimiliter ut illi.

Ipſum tamen unum, ut ſubſtantiam eſſe, & non aliquid aliud dici vnum eſſe, quemadmodum Pythagorici, dicebat quoque numeros cauſas cæteris ſubſtātię eſſe, ſimiliter atque illi.

e Pro infinito vero vt vno, dualitatem facere, & infinitum ex magno & paruo, hoc proprium. Amplius hic quidem numeros pręter ſenſibilia, illi uero numeros eſſe dicunt res ipſas, & mathematica inter media horum non ponunt.

Sed pro infinito tanquam uno, dualitatem facere, infinitum uero ex magno, & paruo, hoc eius proprium eſt. Item is quidem numeros præter ſenſibilia, illi vero numeros ipſas res eſſe aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant.

C

f Vnum igitur & numeros p̃ter rès facere, & non ut Pythagorici, & ſpecierum introductio, propter eam, quæ in rationibus perſcrutationem, euenit. Priores enim non participauerunt Dialectica.

Ipſum igitur unum, & numeros præter res facere, & non ut Pythagorici, & introductio ſpecierum, propter eam, quæ in rationibus fit perſcrutationem euenit. Priores enim Dialecticę expertes erant.

g Dualitatem autem facere alteram naturam, quia numeri extra priores, omnes naturaliter ex ea generantur, uelut ex aliquo echimagio, ideſt ſigillo, vel effigie.

*Dualitatem vero feciſſe alteram naturam, propterea quod numeri, præter primos, ex ea aptiſſime velut ex * quadam effigie generantur:*

D

h Attamen econtrario contingit. Non.n. rõnabile ita. Nunc.n. ex materia multa faciunt, ſpecie uero ſemel generat ſolum.

Atqui accidit econtra. non enim uериſimile eſt ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt: formas uero ſemen generat ſolum.

Lect. pen. par. iſta, parte prima, Part. ſeq. c ¶ Hic ponit opinionem Platonis de rerum principijs, & circa hoc duo facit. Primo ponit quæ principia rebus Plato aſſignauit. Secundo ad quod genus cauſæ reducuntur, ibi. [Palam autem ex dictis &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit cuiuſmodi principia Plato aſſignauerit. Secundo oſtendit quo-
Part. 3. modo Plato cum Pythagoricis communicet, & in quo differat ab eis, ibi: [Vnum tamen ſubſtan-
Tex. com. 7. tiam] Dicit ergo primo, quod quia ſecundum Platonem, ſpecies ſeparatæ, ſunt cauſæ omnibus alijs entibus, id elementa ſpecierum putauerunt eſſe elementa omnium entium.
part. 4. Et ideo aſſignabãt rebus pro materia magnum & paruũ; & quaſi [ſubſtantiã rerum] ideſt formã dicebant eſſe vnum. Et hoc ideo, quia iſta
part. 5. Tex. com. 8. ponebant eſſe principia ſpecierum. Dicebant enim, quod ſicut ſpecies ſunt ſẽſibilibus formæ, ita unum eſt forma ſpecierũ. Et ideo ſicut ſenſibilia conſtituũtur ex principijs uniuerſalib. per participationem ſpecierũ,
part. 6. ita ſpecies, quas dicebat eſſe numeros, conſtituuntur ſecundum eum [ex illis] ſcilicet & magno paruo. Vnitas.n. diuerſas nomerorum ſpecies conſtituit p additionem & ſub-
part. 7. tractionem, in quib. conſiſtit ratio magni & parui. Vnde, cum unum opinaretur eſſe ſubſtantiam entis, quia nõ diſtinguebat inter vnum, quod eſt principium numeri, & unum q
part. 8. conuertitur cum ente, uidebatur ſibi q hoc modo multiplicarentur diuerſæ ſpecies ſeparatæ ex una, quæ eſt communis ſubſtantia, ſicut ex unitate diuerſæ ſpecies numerorum multiplicantur.

d ¶ Hic comparat opinionem Platonis Pythagoræ. Et primo oſtendit in quo conueniebant. Secundo in quo differebant. ibi. [Pro infinito.] Conueniebant autem in duabus poſitionibus, quarum prima eſt, quod unum ſit ſubſtantia rerum. Dicebant enim Platonici, ſicut etiam Pythagorici, quod hoc, quod dico unum, non probatur de aliquo alio ente, ſicut accidens de ſubiecto, ſed hoc ſignat ſubſtantiam rei. Et hoc ideo, quia, vt dictum eſt, non diſtinguebant inter unum, quod conuertitur cum ente, & unum quod eſt principium numeri. Secunda poſitio ſequitur ex prima. Dicebant enim Platonici ſimiliter ut Pythagorici, numeros eſſe cauſas ſubſtantiæ omnibus entibus. Et hoc ideo, quia numerus nihil aliud eſt quam unitates collectæ, unde, ſi unitas eſt ſubſtantia, oportet quod etiam numerus.

part. pen. par. ſeq. e ¶ Hic oſtendit in quo differebant, & circa hoc duo facit. Primo enim ponit differentiam inter eos. Secundo differentiæ cauſam. ibi. [Vnum igitur & numeros &c.] Eſt autem iſta differentia in duobus. Primo quantum ad hoc Pythagorici ponebant, ut dictum eſt, duo principia, ex quibus res conſtituebantur, ſcilicet finitum & infinitum, quorum unum, ſcilicet infinitum, ſe habet ex parte materiæ: Plato uero loco huius

A vnius, quod Pythagoras poſuit, ſcilicet infiniti, fecit dualitatem ponens ex parte materiæ magnum & paruum. Et ſic infinitum, quod Pythagoras poſuit unum principium, Plato poſuit conſiſtere ex magno & paruo. Et hoc eſt proprium opinionis ſuæ in comparatione ad Pythagoram. Secunda differentia eſt, quia Plato poſuit numeros præter ſenſibilia, & hoc dupliciter. Ipſas enim ſpecies, numeros eſſe dicebat, ſicut habitum eſt. Et iterum inter ſpecies & ſenſibilia poſuit mathematica, ut ſupra dictum eſt, quæ ſecundum ſuam ſubſtantiam numeros eſſe dicebat. Sed Pythagorici dicunt ipſas ſenſibiles eſſe numeros, & non ponunt mathematica media inter ſpecies & ſenſibilia, nec iterum ponunt ſpecies ſeparatas.

f ¶ Hic oſtẽdit cauſam differentiæ. & primo ſecundę: Secundo cauſas differentiæ primæ, ibi: [Dualitatem autem facere &c.] Dicit ergo quod ponere vnum & numeros præter res ſenſibiles, & non in ipſis ſenſibilibus, ſicut Pythagorici fecerunt, & iterum introducere ſpecies ſeparatas, euenit Platonicis propter ſcrutationem [quę eſt in rationibus] ideſt propter hoc quod perſcrutati ſunt de diffinitionibus rerum, quas credebant non poſſe attribui rebus ſenſibilibus, ut dictũ eſt. Et hanc neceſſitate fuerunt coacti ponere quaſdam res, quibus diffinitiones attribuuntur. Sed Pythagorici, qui fuerũt priores Platone, non participauerunt Dialecticam, ad quã pertinet conſiderare diffinitiones, & vniuerſalia huiuſmodi, quarum conſideratio induxit ad introductionem idearum. — par. pen. par. ſeq.; quodam ſigillo.

g ¶ Hic oſtendit cauſam alterius differentiæ, quæ ſcilicet ex parte materiæ eſt. Et primo ponit cauſam huiuſmodi differentiæ. Secundo oſtendit Platonem non rationabiliter motum eſſe, ibi. [Attamen econuerſo.] Dicit ergo, quod ideo Platonici fecerunt dualitatem eſſe numerum, quæ eſt alia natura a
E ſpeciebus, quia omnes numeri naturaliter generantur ex dualitate præter numeros primos. Dicuntur autem numeri primi, quos nullus numerat, ſicut ternarius, quinarius, ſeptenarius, vndenarius, & ſic de alijs. Hi enim a ſola vnitate conſtituuntur immediate. Numeri vero, quos aliquis alius numerus numerat, non dicuntur primi, ſed compoſiti, ſicut quaternarius, quem numerat dualitas: & uniuerſaliter omnis numerus par, a dualitate numeratur. Vnde numeri pares materiæ attribuuntur, cum eis attribuuntur infinitum, quod eſt materiæ, vt ſupra dictum eſt. Hac ratione poſuit dualitatem, ex qua ſicut [aliquo echimagio,] ideſt ex aliquo exemplari, omnes alij numeri pares generantur.

h ¶ Hic oſtendit Platonem irrationabiliter poſuiſſe, & circa hoc duo facit. Primo enim ex ratione naturali oſtendit hoc. Secundo etiã ponit rationem naturalem, quæ Platonem mouebat ad ſuam opinionem. ibi: [Videtur autem ex una materia.] — t'χμαγεῖον

ria.] Dicit ergo, quod quamuis Plato poneret dualitatem ex parte materiæ, tameo econuerſo contingit, ſicut atteſtantur opiniones omnium aliorum philoſophorum naturalium, qui poſuerunt contrarietatem ex parte formæ, & unitates ex parte materiæ, ſicut patet primo Phyſicorum. Ponebant enim rerū

Lect. 8. T. c. 32. 56. 82. & alibi pluries. Tex. com. 9. part. 9.

materiam aerem, uel aquam, uel aliquid huiuſmodi, ex quo diuerſitatem rerum conſtituebant per rarum & denſum, quæ ponebant quaſi principia formalia. non enim eſt rationabile ponere ſicut Plato poſuit. Et hoc ideo, quia ex materia uiderunt philoſophi multa fieri per ſucceſſionē formarum in ipſa. Illa enim materia, quæ modo ſubſtat uni formæ, poſtmodum ſubſtare poteſt pluribus uno corrupto & alio generato. Sed una ſpecies, ſiue una forma ſolum [ſemel generat,] id eſt conſtituit aliquid generatum. Cum enim aliquid generatur accipit formam quidem, quæ forma eadem numero non poteſt altari generato aduenire, ſed eſſe deſinit generato corrupto. In quo manifeſte apparet, quod una materia ad multas formas ſe habet & non econuerſo, una forma ad multas materias ſe habet. Et ſic uidebatur rationabilius ponere ex parte materiæ unitatem; ſed dualitatem ſiue contrarietatem ex parte formæ, ſicut poſuerunt naturales, quam econuerſo, ſicut poſuit Plato.

par. 10. par. 1.

i ¶ Hic ponit rationem econuerſo ex his ſenſibilibus acceptā ſecūdum opinionem Plato. uidebat enim Plato, quod unumquodque recipitur in aliquo, ſecundū menſuram recipientis. Vnde diuerſæ receptiones uidentur prouenire ex diuerſis menſuris recipientium. Vna autem materia eſt una menſura recipiendi.

Vidit etiam, quod agens, qui inducit ſpeciem, facit multas res ſpeciem habentes cum ſit unus, & hoc propter diuerſitatē, quæ eſt in materiis. Et huius exemplum apparet in maſculo & fœmina. Nam maſculus ſe habet ad fœminam ſicut agens, & imprimens ſpeciem ad materiam. Fęmina autem impregnatur ab una actione uiri, ſed maſculus unus poteſt impregnare multas fœminas. Et inde eſt, quod poſuit unitatem ex parte ſpeciei, & dualitatem ex parte materiæ. Eſt autem attendendum, quod hæc diuerſitas inter Platonē & naturales, accidit propter diuerſam de rebus conſiderationem. Naturales enim conſiderant tātum quæ ſunt ſenſibilia, prout ſunt ſubiecta tranſmutationi, in qua unum ſubiectum ſucceſſiue accipit contraria. & ideo poſuerūt unitatem ex parte materiæ, & contrarietatem ex parte formæ. Sed Plato ex conſideratione uniuerſalium deueniebat ad ponendum principia ſenſibilium rerum. Vnde, cum diuerſitatis multorum ſingularium ſub uno uniuerſali, cauſa ſit diuiſio materiæ, poſuit diuerſitatem ex parte materiæ, & unitatem ex parte formæ. [Et tales ſunt mutationes illorum principiorum, quæ poſuit Plato] i. participationes, uel ut ita dicam, influentias in

F cauſata, ſic enim nomen immutationis Pythagoras accipit. Vel immutationes dicit inquantum Plato mutauit opinionem de principiis, quæ primi naturales habuerunt, ut ex prædictis patet. Ex ſic patet ex prędictis, quod Plato de cauſis quæſitis a nobis ita diffiniuit.

i Videtur autem ex una materia una menſura. Speciem autē, quam inducit unus exiſtēs, multa facit. Similiter quoque ſe habet maſculus ad fœminam. Hęc enim ab uno impletur motu, ille uero multas implet. Et tales mutationes principiorum illorum ſunt. Plato quidem igitur de quæſitis ita diffinit.

G

K Palam autem eſt ex dictis, quia duabus cauſis ſolum eſt uſus, ipſaque eſt eius quod quid eſt, & ipſa materia. Species enim eius quod quid eſt cauſæ ſunt aliis, ſpeciebus vero vnum. Et quę materia ſubiecta, de qua ſpecies. hæc quidem in ſenſibilibus, unum uero in ſpeciebus dicitur; quia ea dualitas eſt, magnum, & paruum. Amplius boni & mali cauſam dedit elementis ſingulis ſingularē. Quod magis dicimus primorum inueſtigare quoſdā philoſophorum, uelut Empedoclis & Anaxagorę.

LECTIO XI.

BReuiter igitur & capitulariter quid, & quomodo de principiis, & ueritate dixerunt, pertranſiuimus. Attamen ab eis tantum habemus, quæ dicentium, de principio, & cauſa, nullus pręter ea, quę ſunt in phyſicis a nobis determinata, dixit.

Apparet autem ex una materia una menſura. Qui uero formam inducit, quę una eſt, multas facit. Similiter autem & maſculus ad fęminam ſe habet. hæc etenim ex uno congreſſu impletur, maſculus uero multas implet. at iſtæ imitationes illorum principiorum ſunt. Plato igitur de propoſitis quæſtionibus ita determinauit.

Patet autem ex dictis, quod duab. cauſis utitur ſolum ea, quę ipſius quid eſt, & ea, quę ſecundum materiam. forma enim cęteris, ipſius quid ſint cauſæ ſunt, formis uero ipſum unum. & quæ ſubiecta materia, de qua formæ, illę quidem in ſenſibilibus, ipſum uero unum in formis dicitur, quia dualitas hęc eſt, magnum & paruum. Itē

H *ipſius bene, ipſiuſque male cauſam elementis attribuit, utriuſque utranque, quod etiam primorum quoſdam Philoſophorum Empedoclem, et Anaxagoram magis dicimus quęſiuiſſe.*

LECTIO XI.

BReuiter igitur, & ſummatim percurrimus, qui nam, & quomodo locuti ſunt de principiis, & ipſa ueri-

I *ritate. tantum tamen ex eis habemus, quod eorum, qui de principio & cauſa dixerūt, nemo quicquam pręter ea, quę in de naturalib. determinata ſunt, dixerit.*

K ¶ Hic oſtendit ad quod genus cauſæ principia a Platone poſita reducantur. Dicit ergo ex dictis palā eſſe, quod Plato vſus eſt ſolū duobus generib. cauſarum. Cauſa.n. [ipſa] idest cauſa, quæ eſt cauſa eius [quod quid eſt] idest quidditatis rei, ſ. cā formalis, per quam rei quidditas conſtituitur: & ēt vſus eſt ipſa materia. Quod ex hoc patet, quia ſpecies, quas poſuit [ſunt aliis] i. ſenſibilib. cāeius [quod quid eſt] idest cauſæ formales, ipſis uero ſpeciebus cauſa formalis eſt hoc, quod dico, unum, & illaſ ſubſtantia, de qua ſunt ſpecies ſicut ens unum ponit cauſam formalem ſpecierū: ita magnum & paruum ponit earum cauſam quaſi materialem, ut ſupra dictum eſt. Et hæ quidem cauſæ, ſ. formalis & materialis nō ſolum ſunt reſpectu ſpecierum, ſed etiam reſpectu ſenſibilium, quia unum dicitur [in ſpeciebus] idest id, quod hoc modo ſe habet ad ſenſibilia, ſicut vnum ad ſpeciem: eſt ipſa ſpecies, quia ea dualitas, quę reſpondet ſenſibilib. pro materia, eſt magnum & paruū Vlterius, Plato aſſignauit cām eius, quod eſt bonum & malum in rebus, & ſingulis elemētis ab eo poſitis. Nam cauſam boni aſcribebat ſpeciei, cauſam uero mali materię. Sed tamen cauſam boni & mali conati ſunt inueſtigare quidam primorum philoſophorum, ſ. Ana. & Empe. qui ad hoc ſpecialiter aliquas cauſas in rebus conſtituerunt, ut ab eis. poſſent aſſignari principia boni & mali. In hoc autem, quod boni cauſas & mali tangerent, aliquo modo accedebant ad ponendum cauſam finalem, licet non per ſe, ſed per accidens eam

K ponerent, ut infra dicetur.

LECTIO XI.

HIc recolligit omnia, quæ ab antiquis de cauſis ſunt dicta. & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quod priores philoſophi nullam cauſam de quatuor generibus cauſarum ab eis ſuprapoſitis addere potuerunt. Secundo oſtendit qualiter prędictas cauſas tetigerunt, ibi. [Sed omnes obſcure &c.] Tertio concludit concluſionem principaliter intentam, ibi. [Quod quidem igitur recte &c.] 3 part. 1. Lect. hui ur Part. ſeq. part. 7. Lect. pen.

Dicit ergo, quod breuiter & ſub quodam capitulo ſiue compendio pertranſeundo dictum eſt, quid philoſophi, & quomodo locuti ſunt de principiis rerum & de ueritate, quantum ad ipſam rerum ſubſtantiam. Sed ex eorum dictis tantum haberi poteſt, quod nullus eorum, qui de cauſis & principiis rerum di-

Tex c.18. & inde, dixerunt, potuit dicere aliquas cauſas pręter illas, quæ diſtinctæ ſunt, Secundo Phyſico.

Par. c. ſeq. d ¶ Hic ponit qualiter illas cauſas poſuerunt, & primo in generali. Secundo in ſpeciali. ibi. [Illi nanque &c.] Dicit ergo primo quod non ſolum nihil addiderunt, ſed nec etiam ad eas perfecte puenerūt,

part.2. ſed eis aliquo modo appropinquauerūt, & hoc non manifeſte, ſed obſcure. Nō enim aſſignauerunt

part.3. ſecundum q̧ genus cauſæ principia ab eis poſita rerum cauſę eſſent; ſed ſolum poſuerunt illa, quæ ad aliqđ genus cauſę adaptari poſſunt. e ¶ Hic oſtendit in ſpeciali quomodo ſingulas cauſas tetigerūt. & primo qūo tetigerunt cauſam materialem. Secūdo quomodo cauſam efficiētem. ibi: [Alii uero.] Tertio qūo cām formalem, ibi: [Quod quid erat eē vero &c.] Quarto qūo cauſam finalē. ibi. [Cuius ergo cauſa &c.] Dicit ergo primo, quod illi. ſ. priores philoſophi, omnes in hoc cōueniunt, q̧ dant rebus aliquod principium quaſi materiam. Differunt tamen i duabus. Primo, quia qdam poſuerunt unā

part.4. materiam, ſicut Thales & Diogenes & ſimiles. Quidam plures, ſicut Empe. Secundo, quia quidam poſuerunt rerū mariam eſſe aliquod corpus, ſicut prędicti philoſophi. Quidam incorporeum, ſicut Plato, qui poſuit dualitatem. Poſuit.n. Plato magnū & paruum, quæ nō dicūt aliquod corpus. Italici vero. i. Pythagorici poſuerunt in finitum, quod iterū non eſt corpus. Empe. uero quatuor elementa q̄ ſunt corpora. Similiter Anaxa. poſuit [infinitatem ſimilium partium] ideſt infinitas partes cōſimiles, principia eſſe. Et hi omnes tetigerunt [talem cauſam]. ſ. materialem. Et etiam illi, qui dixerunt aerem, aut aquam, aut ignem eſſe principium, vel aliqđ medium inter hæc elemēta. ſ. igne ſpiſſius, aere ſubtilius. Oēs. n. tales pręđicti tale corpus poſuerunt eſſe primū elemētū. Et ſic pater quod dicit, quod philoſophi quātum

d Sed omnes obſcure quidem, ueruntamen illis appropinquauere.

Sed omnes obſcure quidem, illa tamen aliquatenus uiſi ſunt attingere.

e Illi nanque ut materiam principium dicunt, ſiue unam, ſiue plures ſupponant. & ſiue corpus, ſiue incorporeum hoc ponāt, ut Plato quidem magnum & paruum dicens, Italici uero infinitum. Empedocles ignem, terram, aquam, & aerem, Anaxagoras autem ſimilium partium infinitatem. Et hi omnes ſunt talem cauſam tangentes. Et amplius quicunque aerē, aut ignē, aut aquam, aut igne ſpiſſius, aere autem ſubtilius. Etenim quodam tale primum elementum dixerunt. Hi quidem igitur hāc cauſam ſolum tetigerunt.

Quidam enim ut materiam principium ponunt, ſiue una, ſiue plures ſupponant. & ſiue corpus, ſiue incorporeum ponant, ut Plato Magnum, & paruum dicens, Italici infi- B *nitum, Empedocles ignem, terram, aquam, & aerem, Anaxagoras uero infinitatem ſimilium partium. Hi igitur omnes talem cauſam perſtrinxerunt. & ad hæc quicunque aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidem denſius, aere uero tenuius. etenim tale quidam dixerunt primum elementum eſſe. hi igitur hanc attigerunt cauſam ſolam.*

f Alii uero quidem unde principium motus, ut quicunq; amicitiam & litem & intellectum, aut amorem, aut extra hæc principium faciunt.

C *Alij uero quidā unde principium motus, quicunque ſcilicet amicitiam, et contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt.*

g Quod quid erat eſſe uero, & ſubſtantiam plane nullus dedit. Maxime uero hi dicunt, qui ſpecies, & eas in ſpeciebus rationes ponunt. Neque enim ut materiam ſenſibilib. ſpecies, & quæ ſunt in ſpeciebus, neque ut huic principium motus proueniens exiſtimant, immobilitatis autē cauſas magis, & eius, quod eſt in quiete, eſſe dicunt. ſed quod quid erat eſſe aliorum, ſingulis ſpecies præſtant, ſpeciebus autem unum.

Ipſum uero quid erat eſſe, & ſubſtantiam clare quidem nullus aſſignauit. Maxime uero dicunt, qui formas ponunt. nec enim ut materiam ſenſibilibus formis, & ea, quæ in formis ſunt, neque tāquam illinc principium motus fieret, putant. immobilitatis.n. cauſa, & quietis magis eis eſſe aiunt: ſed ipſum quid erat eſſe unicuique ca- D *terorum formas attribuunt, formis autem ipſum unum.*

h Cuius uero cā actus & tranſmutationes & motus mō quodam dicunt cauſam, ita uero nō dicunt, nec quo uere eſt. Nam intellectum quidem dicentes, aut amorem, ut bonum quidē has ponunt cauſas, non ut gratia horum, aut exiſtens, aut factum aliquid entium, ſed ut ab his horum motum dicunt. Similiter autem & unum, aut ens dicentes eſſe talem naturam, ſubſtantiæ quidem cauſam dicunt eſſe, non tamen huius cauſa, aut eſſe, aut fieri. Quare dicere & non dicere aliqualiter accidit eis bonum eſſe cauſam, non enim ſimpliciter, ſed ſecundum accidens dicunt.

Ipſum uero, cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodammodo quidem dicunt cauſam, non autem ita dicunt, ut aptum eſſe natum eſt. Qui enim intellectum, aut amicitiam dicunt, tanquam bonum quoddam hęc E *ponunt. non tamen tanquam bonum cauſa quicquam entium, aut ſit, aut fiat, ſed tanquam ex his motus eorum eſſent, ita dicunt. Similiter & qui unum, uel ens eſſe hanc naturā aiunt, ſubſtantię quidem cauſam eſſe dicunt, non tamen huius cauſa, aut eſſe, aut fieri. Quare contingit eius quodammodo dicere, & negare bonum eſſe tale. non enim ſimpliciter, ſed ſecundum accidens dicunt.*

A ad hæc, quæ prædicta ſunt, poſuerunt ſolā cauſam materialē. f ¶ Hic ponit opiniones de cauſa efficiente dicens, q̧ alij pđictorum philoſophorum poſuerunt cum cauſa materiali, cauſā unde principium motus, ſicut quicunque poſuerunt cām rerū amorem, odium & intellectum; aut qui faciūt aliqua principia agentia præter hæc, ſicut Parmenides, qui poſuit igne quaſi cauſam agentem. g ¶ Hic ponit opiniones de cauſa formali, & dicit, q̧ cauſa, per quam ſcitur quid eſt eſſe rei, & quæ eſt rei ſubſtantia, ideſt cauſam formalem, nullus manifeſte reb. attribuit. Et ſi aliquid tangerent antiqui philoſophi, quod pertineret ad cauſam formalem, ſicut Empe., qui poſuit os & carnem habere aliquam rationem, per quam ſunt hmōi, non tamē hoc quod pertinet ad cauſam formalem, ponebat per modū cauſę. Sed inter alios maxime appropinquauerunt ad ponēdum cauſam formalem, qui poſuerunt ſpecies, & eas rationes, quæ ad ſpecies pertinent, ſicut vnitatem & numerum, & alia huiuſmodi. Species enim & ea, quę ſunt modo prędicto in ſpeciebus, ut vnitas & numerus, nō ſuſcipiuntur uel ponuntur ab eis, vt materiæ rerum ſenſibilium, cum potius ex parte rerū ſenſibilium materiā ponant. Nec ponūt eas, vt cās unde motus proueniat reb. immo magis ſunt reb. cauſa imobilitatis. Quicquid.n. neceſſarium in ſenſibilibus inuenitur, hoc ex ſpeciebus cauſari dicebāt, & ipſas. ſ. ſpecies dicebant eſſe abſq; motu. Ad hoc.n. ab eis ponebantur, vt dictum eſt, q̧ immobiles exiſtentes uniformiter ſe haberent, ita q̧ de eis poſſent dari diffinitiones & fieri demonſtrationes. Sed ſm eorū opinionem ſpēs reb. ſingulis præſtant quidditatem, per modum cauſæ formalis, & vnitas hoc ipſum pſtat ſpeciebus. h ¶ Hic ponit opiniones quorūdā de cā finali dicēs, q̧ philoſophi quodāmō tinē cuius cā motus, & tranſmutationes & actiones fiunt, dicūt eſſe cām, & quodam modo

modo non dicunt, nec dicunt eo lem modo, quo vera cauſa eſt. Illi enim, qui dicunt, cauſam eſſe intellectum vel amorem, po nunt eas cauſas quaſi bonum. Dicebant enim huiuſmodi eſſe cauſas vt res bene ſe hab ant. Boni enim cauſa eſſe non poteſt
Tex.com.10. par.7. niſi bonum. Vnde ſequitur, quod ponerent intellectum & amorem eſſe cauſam, ſicut bonum eſt cauſa. Bonum autem poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſicut cauſa finalis, inquantum aliquid fit gratia alicuius boni. Alio modo per modum
Tex.cō.15. cauſæ efficientis, ſicut dicimus, quod bonus homo facit bonum. Iſti ergo philoſophi non dixerunt prædictas cauſas eſſe bonas, quaſi horum cauſa aliquod entium ſit aut fiat, quod pertinet ad rationē cauſę finalis: ſed quia a prędictis,
par.8. ſcilicet intellectu & amore procedebat motus quidam ad eſſe & fieri rerū, quod pertinet ad rationē cauſę efficientis. Similiter autem Pythagorici & Platonici, qui dixerunt rerum ſubſtantiam eſſe ipſum vnum, & ens, vni etiam & enti attribuebant bo-
par.9. nitatem. Et ſic dicebant talem naturam, ſcilicet bonum eſſe rebus ſenſibilibus cauſam ſubſtantiæ, uel per modum cauſæ formalis, ſicut Plato poſuit, uel per modum materię, ſicut Pythagorici. non tamen dicebant, quod eſſe rerum, aut fieri, eſſet huius cauſa, ſcilicet vnius & entis, quod pertinet ad rationem cauſę finalis. Et ſic, ſicut Naturales poſuerunt bonum eſſe cauſam, non per modum cauſæ formalis, ſed per modum cauſæ efficientis, ita Platonici poſuerunt bonum eſſe cauſam per modum cauſę formalis, & non per modum cauſæ finalis: Pythagorici vero per modum cauſę materialis.

i Quod quidem igitur recte determinatū eſt de cauſis, & quot & quę, teſtimonium prębere nobis uidentur & hi omnes, aliam cauſam tangere non ualentes. Adhuc autem, quia quærenda ſunt principia aut ſic omnia, aut horum aliquo modo palā. G Quomodo etiam vnuſquiſque horum dixit, & quomodo habent de principiis contingentes dubitationes, poſt hoc pertranſeamus de ipſis.

LECTIO XII.

a Ergo quicunque unum ipſum omne, & unam eſſe quandam naturam quaſi materiam ponunt, & eam corporeā, & menſuram habentem palam quod multipliciter delinquunt. Corporum .n. elementa ponunt H ſolum, incorporeorum uero non, tanquam non exiſtentibus incorporeis.

b De generatione quoq; & corruptione cauſam dicere conantes, & de omnibus phyſice tractantes motus cauſam auferūt.

c Amplius autem ſubſtantiam nullius poſuere cauſam, neque quod quid eſt.

F formalem & finalem, & aliquo modo etiam mouentem. Nec ſolum oportet prædictas opiniones recitaſſe, ſed poſt hæc trā ſcundo dicendum eſt quomodo quilibet horum dixerit, & in quo bene, & in quo male, & quomodo ea, quæ dicuntur de principiis, habent aliquam dubitationem.

Quod igitur de cauſis, & quot, & quales ſint recte determinatum ſit, teſtari nobis etiam iſti omnes uidentur, cum non poſſint aliam attingere cauſam, et ad hęc quod principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quęrē da ſint, patet. Quo uero pacto horum quiſque dixerit, et quomodo de principiis ſe res habet, dubitationes, quæ contingere poſſunt de his ipſis, deinceps percurramus.

LECTIO XII.

Quicunque igitur uniuerſum vnum, et vnam quandam eſſe naturam, vt materiam ponunt, et hanc corpoream, et magnitudinem habentem, patet quod multipliciter errant, Corporum enim elementa ſolum ponunt, incorporeorum vero minime, cū etiam incorporea ſint.

Cumque de generatione et corruptione cauſas dicere conarentur, et de natura omnium rationes redderet, motus cauſam perimunt.

Item ſubſtantiam nullius cauſam ponendo, nec ipſum quid eſt.

LECTIO XII.

a Poſtquam recitauit opiniões philoſophorum de principiis, hic incipit eas improbare. Et diuiditur in duas partes. Primo improbat ſingulas opiniones. Secundo recolligit ea quæ dicta ſunt, & continuat ſe ad ſequentia. ibi. [Quonia ergo dictas cauſas &c.] Prima diuiditur in duas partes. Primo reprobat opiniones eorum, qui naturaliter locuti ſunt.

Secundo reprobat illorum, qui non naturaliter ſunt locuti, ſcilicet Pythagoræ & Pla. eo q altiora principia poſuerūt quam naturales. ibi. [Quicunque uero &c.] Circa primum duo facit. Primo improbat opiniones eorum, qui poſuerunt unam cauſam materialem. Secundo eorum qui poſuerunt plures. ibi. [Idem & ſiquis] Circa primum duo facit. Primo improbat opiniones prædictas in generali. Secundo in ſpeciali. ibi. [Et ad hoc &c.] Improbat autem in gene-I rali triplici ratione. Prima ratio talis eſt. Quia in rebus non par. prima
ſolum ſunt corporea, ſed etiam quædam incorporea, ut patet Lect. huius
ex libro de anima. Sed ipſi non poſuerunt principia niſi corpo par.ult. huius primi.
rea. Quod ea hoc patet, quia ipſi ponebant [vnum omne] Lect. 13. in
ideſt uniuerſum eſſe unum, ſecundum ſubſtantiam, & eſſe priu.
unam naturam quaſi materiam. & eam eſſe corpoream, & par. 5.
habentem [menſuram] ideſt dimenſionem. Corpus autem nō Lect. huius
poteſt eſſe cauſa rei incorporeę: ergo patet, quod in hoc de- par.4. Lect.pen.
liquerunt inſufficienter rerum principia tradentes. Et non Tex.com.3.
ſolum in hoc, ſed in multis, ut ex ſequentibus rationibus apparet.

b ¶ Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Quicunque habet neceſſe determinare de motu, oportet quod ponat cauſam motus: ſed prædicti philoſophi habebant neceſſe tractare de motu. Quod ex duobus patet, tum quia ipſi conabantur dicere cauſas generationis & corruptionis rerum, quę ſine motu non ſunt: tum etiam, quia de rebus omnibus natu-K raliter tractare uolebant. Naturalis autem conſideratio requirit motum, eo quod natura eſt principium motus & quietis, ut patet ſecundo phyſicorum. ergo debebant tractare de cauſa, quę eſt principium motus. Et ita cum illam auferrent cauſam, nihil de ea dicendo, patet etiam quod in hoc deliquerunt.

c ¶ Hic ponit tertiam rationem. Quęlibet etiam res naturalis habet [ſubſtantiam,] ideſt formam partis; [Et quod quid eſt.] ideſt quidditatem, quæ eſt forma totius. Formam dicit, inquantum eſt principium ſubſiſtendi: & quod quid eſt, inquantum eſt principium cognoſcendi, quia per eam ſcitur quid eſt res. Sed prędicti philoſophi formam non ponebant eſſe alicuius cauſam: ergo inſufficienter de rebus tractabant, in hoc etiam delinquentes, quod cauſam formalem prætermittebant.

Vnde patet, quod accidebat eis quodammodo dicere bonum eſſe cauſam, & quodammodo non dicere. non enim ſimpliciter dicebant bonum eſſe cauſam, ſed per accidens. Bonum enim ſecundum propriam rationem eſt cauſa per modum cauſæ finalis. Quod ex hoc patet, quod bonum eſt, quod omnia appetunt. Id autem, in quod tendit appetitus, eſt finis. bonum igitur ſecundum propriam rationem eſt cauſa per modum finis. Illi igitur ponunt bonum ſimpliciter eſſe cauſam, qui ponunt ipſum eſſe cauſam finalem. Qui autem attribuunt bono alium modum cauſalitatis, ponunt ipſum eſſe cauſam, & hoc per accidens, quia non ex ratione boni, ſed ratione eius, cui accidit eſſe bonum, ut ex hoc quod eſt eſſe actiuū uel perfectiuum. Vnde patet, quod iſti philoſophi cauſam finalem non ponebant niſi per accidens, quia ſcilicet ponebant pro cauſa id, cui conuenit eſſe finem, ſcilicet bonum. Non tamen poſuerunt ipſum eſſe cauſam per modum finalis cauſę, vt dictum eſt.

i ¶ Hic concludit concluſionem principaliter intentam, ſcilicet quod determinatio facta ſuperius de cauſis quæ & quot ſint, recte fuit. Huius enim teſtimonium uidentur prębere prædicti philoſophi, nullum genus cauſæ valentes addere ſupra prædicta. Et hæc vtilitas prouenit ex prædictarum opinionum recitatione. Alia autem utilitas eſt, quia inde palam eſt, quod principia rerum ſunt quærenda in iſta ſcientia, aut omnia, quæ antiqui poſuerunt, & quæ ſuperius ſunt determinata, aut aliquod horum. Maxime enim hæc ſcientia conſiderat cauſam

d Et ad hoc quodlibet ſimplicium corporum eſſe principiũ quodcunque, præter terram; non conſiderantes ea, quæ ex inuicem, generationem, aliqualiter faciunt. Dico aũt ignem, terram, aquam, & aerem. hæc quidem enim concretione, illa vero diſcretione inuicem fiunt. Hæc autem ad prius eſſe & poſterius plurimum differunt. Aliqualiter enim utique uidebitur maxime elemẽtum eſſe omnium, ex quo primo fit congregatione primum. Tale vero eſt quod minutiſſimæ partis & ſubtiliſſimum corporum. Vnde quicunque ponunt ignem principium, maxime cõfeſſæ rationi huic dicunt; tale vero, & aliorũ vnuſquiſque confitetur elementum eſſe quoddam corporum. C Nullus enim poſteriorum & vnum dicentium, terram eſſe elementum uoluit, palam, quia ꝑpter magnitudinem partialitatis. Quodlibet autem trium elementorum iudicem quendam accepit. hi nanque ignem, illi vero aquam, alii aerem hoc eſſe dicunt. Sed quare non terram dicunt, quemadmodum hominum multi? omnia nanque terram eſſe dicũt. Dicit autem Heſiodus terram, primam corporum facta eſſe, ſic enim antiquã, D & publicam contingit exiſtimationem eſſe. Secundum hanc igitur rationem, nec ſiquis horum aliquid dicit preter ignem, ne ſiquis aere quidem ſpiſſius hoc ponit, aqua autem ſubtilius, non recte vtique dicet.

Et ad hęc facile ſimplicium corporum quodcunque principium eſſe, terra excepta: non conſiderantes mutuã inter ea generationem, quonam modo ponunt. dico autem ignem, terram, aquam, & aerem, quædam enim congregatione, quædam uero diſgregatione inuicem fiunt: hoc vero ut prius & B poſterius ſit multum differt. Id etenim apparere poſſit maxime omnium elementale, ex quo primo congregatione fiunt, tale vero illud fuerit profecto, quod partium minutiſſimarum, ſubtiliſſimumq; corporum ſit. Quapropter quicunque ignem principium ſtatuunt maxime conuenienter huic rationi dicẽt. tale autem ęterorum quoq; quiſque fatetur elementum corporum eſſe. Quare nemo poſteriorum, qui unũ ponebant, terram elementum exiſtimauerat, ſcilicet propter partium ma C gnitudinem. Trium uero quodcunque elementorum habuit authorem aliquem. quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerem hoc aiunt eſſe. At cur non dicunt & terram, ut multi hominum? omnia etenim terram eſſe dicunt. Heſiodus quoque primam corporum terram ait eſſe: tam uulgarem & publicam accidit hanc opinionem eſſe. Secundum hanc itaque rationem, ſi quis aut quicquam horum, excepto igne, dicet. aut aere quidem denſius, aqua uero tenuius hoc ponat, non recte profecto inquiet.

D

d ¶ Hic reprobat opiniones eorum in ſpeciali, & hoc dupliciter. Primo quantum ad hoc, quod ponebant elementa præter ignem, eſſe principia. Secundo quantum ad hoc, quod prætermittebant terram. ibi; [Si vero eſt ꝙ eſt gñatione &c.] primo ergo reſumit eorum poſitionem, qui ſcilicet ponebant

par. 4. eſſe elementũ quodlibet ſimpliciũ corporum preter terrã. Et rationem opinionis oſtendit, quia ipſi videbant ſimplicia corpora ex inui-

Te. com. 13. cem generari, ita ꝙ quædam fiunt ex illis per concretionẽ, ſiue per inſpiſſationem, ſic groſſiora ex ſubtilioribus. Oſtendit etiam modũ

Tex. co. 13. procedendi contra eorum opiniones ex eorum rationibus. ponebant enim hac ratione aliquod iſtorum eſſe principiũ; quia ex eo generabantur alia concretione, vel diſcretione. Qui duo modi multum differunt quantum ad prioritatem, vel poſterio-

Tex. com. 14. ritatem eius, ex quo aliquid generatur. Nam ſecundum unum modum videtur eſſe prius id, ex quo generatur aliquid per concretionem. Et hanc rationem primo ponit. Secundum vero aliũ modum videtur eſſe prius illud, ex quo generatur aliquid ꝑ rarefactionem, & ex hoc ſumit ſecundam rationem. Quod enim illud, ex quo generatur aliquid ꝑ concretionem, ſit primum, hoc atteſtatur opinioni, quę nunc habetur, quod illud ſit elementum maxime omnium, ex quo alia fiunt per cõcretionem. Quod quidem patet per rationem; & eorum poſitiones. Per rationem quidem, quia id, ex quo fiunt alia

parte 5. per concretionem, eſt hoc, quod eſt ſubtiliſſimum inter corpora, minutiſſimas partes habens. &

Tex. co. 15. hoc eſſe videtur ſimplicius. Vnde, ſi ſimplex eſt prius compoſito, uidetur quod hoc ſit primum. Per eorum uero poſitiones, quia quicunque poſuerunt ignem eſſe principium, poſuerunt ipſum primum eſſe principium, quia eſt ſubtiliſſimum corporum. Similiter autem alii viſi ſunt hanc rationem ſequi exiſtimantes tale eſſe elementum corporum, quod eſt ſubtiles partes habens. Quod ex hoc patet, quod nullus poſteriorum proſecutus eſt poetas theologos, qui dixerunt terram eſſe elementum. Et manifeſtum eſt, quod hoc renuerunt ponere [propter magnitudinem partialitatis,] idelt pro-

A pter groſſitiem partium. Conſtat autem ꝙ quodlibet aliorum trium elementorum accepit aliquem philoſophum, qui iudicauit ipſum eſſe principium. Sed quia non dixerunt terrã principium eſſe, ıõ non poteſt dici, ꝙ hoc non dixerunt, quia eſſet contra communem opinionem. Nam multitudo hominũ hoc exiſtimabat, ꝙ terra eſſet ſubſtantia omnium. Et Heſiod⁹ etiã, qui fuit vn⁹ de theologis poetis dixit, ꝙ inter alia corpora primum facta eſt terra. Et ſic patet, ꝙ opinio, ꝙ terra eſſet principium, fuit antiqua: quia ab ipſis poetis theologicis poſita, q fuerunt ante naturales Philoſophos: & publica, quia in eam cõſenſerunt plures. Vnde reſtat, ꝙ hac ſola ratione poſteriores naturales euitauerunt ponere terram eſſe principium propter groſſitiem partium. Sed cõſtat, ꝙ terra hẽt groſſiores partes quã aqua, & aqua quã aer, & aer quã ignis & ſi quid ẽ medium inter ea, groſſius eſt quã ignis. Vnde patet ſequendo hanc rationem, ꝙ nullus eorum recte dixit, niſi qui poſuit ignẽ eſſe principiũ. Nam ex quo ratione ſubtilitatis aliquid ponitur principium, neceſſarium eſt, illud poni primum principium, quod eſt omnium ſubtiliſſimum.

e Si uero eſt, quod eſt generatione poſterius natura prius; & quod eſt denſatum, & concretum poſterius generatione. horum erit contrarium; aqua quidem aere prior, & terra aqua. De ponentibus quidem igitur vnum cauſam qualem diximus ſint hæc dicta.

Quod ſi id generatione poſterius, E natura prius ſit, quod uero digeſtũ, et congregatum generatione poſterius ſit, contrarium his eſſet vtique. aqua quidem aerẽ prior, terra vero hac ipſa aqua. De his igitur, qui unam, qualem diximus cauſam ponunt, hęc dicta ſint.

e ¶ Hic ponit aliam rõnem, per quam econuerſo vr̃, ꝙ terra ſit maxime elementum. Conſtat. n. quod illud quod eſt in generatione poſterius, eſt prius ſm naturam, eo ꝙ natura in finem generationis tendit, ſicut in id, quod eſt primum in eius intentione. Sed quanto aliquid eſt magis dẽſum & compoſitum, tanto eſt etiam poſterius generatione: quia in via generationis ex ſimplicibus proceditur ad compoſita, ſicut ea elementis fiũt miſta, & ex miſtis humores & membra: ergo illud, quod eſt magis compoſitum & ſpiſſum, illud eſt prius ſm naturã. Et ſic ſequitur cõtrariũ concoctum. eius, ꝙ prima rõ concludebat. ſ. quod aqua ſit prior aere, & terra prior aqua quaſi primũ principium. Eſt aũt attendẽdum, ꝙ differt quęrere illud, qd̃ eſt prius in vno & eodem. & illud qd̃ eſt prius ſimpliciter. Si. n. quęratur qd̃ eſt prius ſimpliciter, oportet perfectum eſſe prius imperfectio. ſicut & actũ potentia. Nihil. n. reducitur de imperfecto ad ꝑfectum, vel de potentia in actum niſi per aliquod perfectum ens actu. Et ideo, ſi loquamur

tur de primo vniuerſi, oportet ipſum eſſe perfectiſſimum. Sed reſpectu vnius particularis quod procedit de potentia in actũ perfectum, potentia eſt prius tempore actu, licet poſterius natura. Conſtat etiam, ꝙ primum omnium oportet eſſe ſimpliciſſimum, eo quod compoſita dependent a ſimplici & non econuerſo. Neceſſarium

Par. 6. ergo erat antiquis naturalibus, ꝙ utrunque attribuerent primo principio totius vniuerſi, ſ. cũ ſũma ſimplicitate maximam perfectionẽ. Hęc aũt duo non poſſunt ſimul attribui alicui principio corporali. Nam in corporibus generabilib. & corruptibilibus ſunt ſimpliciſſima imperfecta. Ideo cogebãtur quaſi rationib. cõtrarijs diuerſa principia ponere. Pręeligebant autem rõnem ſimplicitatis, quia nõ conſiderabant res niſi ſm modum, ſm quem aliquid exit de potentia in actum. In cuius ordine non oportet id quod eſt principium eſſe perfectius. Huiuſmodi autem contrarietatis diſſolutio haberi nõ poteſt niſi ponendo primum entiũ principium incorporeũ, quia hoc erit ſimpliciſſimum, ut de eo inferius Ariſt. probabit. Cõcludit autem in fine, quod de poſitionib. eorum, q di xerunt unã cauſam materialem, ea ſufficiant quo ad pręſens dicta.

Par. 7.

Par. 8.

Tex. cõ. 16. Par. 9. Tex. cõ. 17.

f ¶ Hic ponit rõnes contra ponentes plures cauſas materiales. & primo contra Empedoclem. Secũdo contra Anaxagoram. ibi. [Anaxagoram &c.] Dicit ergo primo, quod idẽ accidit Empe. q poſuit quatuor corpora eſſe materiam, quia patiebatur eandem difficultatem ex prędicta cõtrarietate. Nã ex ratione ſimplicitatis, ignis uidebatur eſſe maxime principium alia uero ratione terra, ut dictum eſt. Quædam etiam inconuenientia accidunt Emped. eadem cum prædictis. Sicut de hoc quod non poſuit cauſam formalẽ & de prædicta contrarietate ſimplicitatis & perfectionis in corporalibus, licet contra eum non ſit rõ de ablatione cauſæ mouentis. Sed quædam alia inconuenientia accidunt ei propria præter ea, quæ accidunt ponentibus unã cauſam materialem. Et hoc patet tribus rationibus.

Quarum prima talis eſt. Quia prima principia non generantur ex inuicem, eo quod principia ſemp oportet manere

f Idem quoque & ſi quis hęc plura ponit, uelut Empedocles quatuor dicit eſſe corpora, materiam. & enim huic hæc quidẽ eadem, alia uero propria accidere eſt neceſſe. Ex adinuicem. n. generata cernimus, quaſi non ſemper igne & terra eodem corpore permanente. Dictum eſt autem de his in phyſicis.

Idipſum autem & ſiquis hac plura ponit, vt Empedocles quatuor corpora ait eſſe materiam. & enim huic partim eadem, partim propria neceſſe eſt accidere. Nam & quod inuicem fiunt, uidemus, tanquam non ſemper igne, & terra manente eodem corpore. dictum autem de eis in de Naturalibus eſt.

G

g Et de mouẽtium cauſa, vtrũ unum, aut plura ponendũ, nec recte, nec rationabiliter putandum eſt omnino dictum eſſe.

Deque cauſa mouentium, utrum unum, an duo ponenda ſint, neque recte, neque irrationabiliter omnino arbitrandum eſt dictum fuiſſe.

h Et ex toto alterationem auferre eſt neceſſe ſic dicentibus. Non. n. ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quod enim ea patietur contraria, & q̃ eſt una natura, quę ſit ignis, & aqua? quod ille non ponit.

Et ſimpliciter alterationem auferant neceſſe eſt, qui ita dicunt. non. n. ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit. Quid enim ipſa contraria patiuntur, & quænam una natura ſit, quæ ignis & aqua fiat? quod ille minime inquit.

H

i Anaxagoram uero ſiquis ſuſceperit, duo elementa dicere, ſuſcipiant maxime ſecundum rationem: quam ille quidem nõ dearticulauit, ſecutus tñ eſt ex neceſſitate dicentes eam. Nam abſurdo exiſtente taliter dicere permiſta eſſe a principio omnia & quia oportet accipere, ꝙ impermiſta præexiſtant, & quia nõ aptũ cuilibet permiſceri quodlibet. Adhuc autem quia paſſiones & accidentia ſeparantur a ſubſtantiis: eorundem enim ꝑmiſtio & ſeparatio. Tamen ſiqs exequitur articulans quod uult dicere, forte apparebit mirabilius dicens. Quando nanque nihil erat diſcretum, palam quia nihil erat uerum dicere de ſubſtantia illa. Dico autem quia neque album neque nigrum, aut fuſcum, aut alium colorem, ſed neque colorata erat ex neceſſitate; horum enim colorem aliquem haberet. Similiter autem & ſine humoribus, eadem quoque ratione, neque aliud ſimilium. Nihil enim neque quale aliquid id poſſibile eſt eſſe, neque quantum, neque quid. Aliqua enim

Anaxagoram uero ſiquis putauerit duo dicere elementa, maxime ſecundum rationem arbitrabitur: quam ille quidem ipſe non digeſſit, neceſſario tamen ſecutus fuiſſet eos, qui eam inferrent. Quandoquidem & aliter cum abſurdum ſit dicere a principio omnia miſta eſſe, tum quoniam accidit immiſta oportere antea eſſe, tum quoniam non eſt natura aptum quodcunque cuicunque miſceri, & ad hæc, quoniam paſſiones, & accidentia ſepararentur a ſubſtantijs: eorundem enim eſt miſtio, & ſeparatio, ſiquis tamen ſequatur, digerens una cum eo, quæ dicere uult, fortaſſis uidebitur quædam noua decentius dicere. Quando enim nil erat ſeparatum, patet quod nil erat uere de illa ſubſtantia dicendum. dico autem quod neque album, neque nigrum, aut fuſcum, aut alium colorem, ſed quod colore uacans neceſſario eſſet. alioqui nanque aliquem horum colorum haberet. ſimiliter etiam ſine ſapore eadem ratione, nec aliud quicquam ſimilium. nec enim quare quid poſſibile eſt illud eſſe, neque quantum, neque quid. formarum enim, quę in parte dicuntur, aliqua ei ſane ineſſent. hoc uero impoſſibile, ſi miſta

I

K

F vt dictum eſt primo phyſic. Sed ad ſenſum uidemus ꝙ quatuor elementa ex inuicem generantur. Vnde & de eorum generatione in ſcientia naturali determinatur. Ergo inconuenienter poſuit quatuor elementa prima rerum principia.

g ¶ Hic oſtendit ſecundum inconueniens, quod pertinet ad cauſam mouentem. Ponere. n. plures cauſas mouentes & contrarias non omnino dictũ eſt recte, nec omnino rationabiliter. Si enim cauſæ mouentes accipiantur proxime, oportet eas eſſe cõtrarias cum earum effect^a contrarii appareant. Si autem accipiatur prima cauſa, tunc oportet eſſe unum, ſicut apparet i xij. huius ſcientię, & i viij. phyſi. Cum igitur ipſe intendat ponere primas cauſas mouentes, inconuenienter poſuit eas contrarias. Tex. cõ. 38.

h ¶ Hic ponit tertiã rationem, quę ducit ad inconueniens, & eſt talis. In omni alteratione oportet eſſe idem ſubiectum, quod patitur cõtraria. Et hoc ideo, q a ex uno contrario nõ fit alterũ, ita ꝙ unũ cõtrarium in alterũ conuertatur, ſicut ex calido nõ fit frigidũ ita ꝙ ipſe calor fiat frigus, vel econuerſo licet ex calido fiat frigidũ ſuppoſito vno ſubiecto tñ, inquantũ unum ſubiectum quod ſuberat calori, poſtea ſubeſt frigori. Empedoc. uero non poſuit unum ſubiectum cõtrariis immo cõtraria in diuerſis ſubiectis poſuit, ſicut calidum in igne, & frigidum in aqua. Nec rerum poſuit iſtis duobus unã naturam ſubiectam, ergo nullo modo potuit alterationem ponere. Et hoc eſt incõueniens, ꝙ alteratio totaliter auferatur.

i ¶ Hic proſequitur de opinione Anaxago. & circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit qualiter opinio Anaxag. eſt ſuſcipienda quaſi uera, & quõ quaſi falſa in generali. Secundo explicat utrunque in ſpeciali. ibi: Nam abſurdo exiſtẽte &c.] Dicit ergo primo, ꝙ ſi quis vult ſuſcipere opinionem Anaxagoræ ueram de eo q poſuit duo principia, ſ. materiam, & cauſam agentem, accipiat eam ſecundum rationem, quam uidetur ipſe ſecutus, quaſi quadam neceſſitate ueritatis coactus, ut ſequeretur eos qui hanc rationem exprimunt. Ipſe uero [non articulauit eam]. i. non expreſſe diſtinxit. Eius ergo opinio eſt uera quantum ad hoc quod

dictarum in parte ſpecierum in eſſent utique ei. ſed hoc palam impoſſibile permixtis omnibus. iam enim diſcreta eſſent. Dicit autem permixta eſſe omnia præter intellectum: hunc autem impermixtum ſolum, & purum. Ex his autem accidet eidem dicere duo principia intellectum ipſum: hoc enim ſimpliciter impermixtum, & alterum, quale ponimus indeterminatum, antequam determinetur, & quadam ſpecie participet. Quare dicit quod quidem, neque recte, neque plane. Vult tamen aliquid poſterius dicentibus propinquum, & nunc apparentibus magis. Verum hi quidem his, qui circa generationem ſermonibus, & corruptionem & motum proprij ſunt ſolum. Fere nanque circa talis ſubſtantiæ principia & cauſas quærunt ſolum.

LECTIO XIII.

QVicunq; uero de omnibus exiſtentibus faciunt theorica, exiſtentium aūt hec quidē ſenſibilia, illa uero inſenſibilia ponunt, palā quia de vtriſque generibus perſcrutationē faciunt. Propter quod magis vtique im

ſunt omnia. eſſent enim iam ſeparata.

Ait autem omnia eſſe miſta, intellectu excepto: hunc uero ſolum impermiſtum, & purum. Ex his uero accidit principia dicere, & ipſum unum (hoc enim ſimplex & impermiſtum) & alterum tanquam ens, quale indeterminatum ponimus, antequam determinetur, & aliqua participet forma B *Quare dicit quidem, neque recte, neque clare; uult autem ſimile quiddam & ijs, quæ poſterius dicunt, & ijs, quę nunc magis apparent. Verum hæ quidem illarum: quę circa generationem, & corruptionem, & motum ſunt rationum, propriæ ſunt ſolum, fere enim de tali ſubſtantia & principia, & cauſas inueſtigant ſolum.*

C

LECTIO XIII.

QVicumque uero de cunctis quidem entibus ſpeculantur entium autem quadam non ſenſibilia ponunt, manifeſtum eſt, quod de D *utriſque generibus perſcrutantur. Quare magis immoretur quiſpiam de ijs quid bene, quidue non bene*

quòd non expreſſit, falſa quantum ad hoc quod expreſſit. Et hoc in ſpeciali patet ſic. Quia ſi totaliter accipiatur eius opinio ſm q in ſuperficie apparebat ex eius dictis, apparebit maior abſurditas propter quatuor rationes. Primo, quia hoc ipſum qd eſt omnia in principio mundi fuiſſe permixta, eſt abſurdum, cum diſtinctio partium mundi æſtimetur ſm ſententiam Ariſt. ſempiterna. Secunda ratio eſt, quia impermixtum ſe habet ad permixtum ſicut ſimplex ad cōpoſitum: ſed ſimplicia præexiſtunt cōpoſitis, & non econuerſo: ergo impermixta oportet præexiſtere mixtis: cuius contrarium Anaxag. dicebat. Tertia ratio eſt quia non quodlibet natum eſt miſceri cuilibet in corporibus: ſed illa ſola nata ſunt adinuicē miſceri, quæ nata ſunt adinuicem tranſire per aliquam alterationē, eo q mixtio eſt miſcibilium alteratorum unio. Anaxa. uero ponebat qd libet eſſe mixtū cuilibet. Quarta ratio eſt, quia eorundem eſt permixtio, & ſeparatio. Non enim dicuntur miſceri niſi illa, quæ apta nata ſunt ſeparata exiſtere: ſed paſſiones, & accidentia ſunt permixta ſubſtantiis, ut Anaxa. dicebat: ergo ſequeretur q paſſiones, & accidētia poſſint a ſubſtātiis ſeparari, quod eſt manifeſte falſum. Iſtę igitur abſurditates apparent, ſi conſideretur opinio Anax ſuperficialiter. Si ſiqs exequatur [articulariter] id eſt diſtincte & manifeſte perquirat quod Anaxagoras [uult dicere] id eſt ad quod eius intellectus tendebat, licet exprimere neſciret, apparebit eius dictum mirabilius & ſubtilius præcedentium philoſophorum dictis. Et hoc propter duo. Primo, quia magis acceſſit ad ueram materiæ cognitionem. Quod ex hoc patet, quia in illa permixtione rerum quando nihil erat ab alio diſcretum, ſed omnia erant permixta, de illa ſubſtantia ſic permixta, quam ponebant rerum materiam, nihil uere poterat prædicari, ut patet de coloribus. Non. n. poterat de ea prædicari aliquis ſpecialis color, ut diceretur eſſe alba, uel nigra, uel ſecundum aliquem alium colorem colorata, quia ſm hoc, oporteret illum colorem nō eſſe aliis permixtum. Et ſimiliter color in genere non poterat de ea prædicari, ut diceretur eſſe colorata, quia de quocunque prædicatur genus neceſſe eſt aliquam eius ſpeciem prædicari, ſiue ſit prædicatio uniuoca, ſiue denominatiua. Vnde ſi illa ſubſtantia eſſet colorata, de neceſſitate haberet aliquem determinatum colorem, quod eſt contra prædicta. Et ſimilis ratio eſt de [humoribus] id eſt ſaporibus, & de omnibus aliis huiuſmodi. Vnde nec ipſa genera prima poterant de ipſo prædicari, ut. ſ. eſſe qualis, uel quanta, uel aliquid huiuſmodi. Si. n. genera prædicarentur oporteret q aliqua ſpecierum particularium ineſſet ei, quod eſt impoſſibile, ſi ponantur omnia eſſe permixta. quia iam iſta ſpecies quæ de illa ſubſtantia diceretur, eſſet ab aliis diſtincta. Et hæc eſt uera natura materiæ, ut. ſ. non habeat actu aliquam formam, ſed ſit in potentia ad omnes, quia & ipſum mixtum nō habet actu aliqd eorum, quæ in eius mixtionem conueniunt, ſed potentia tantū. Et propter hanc ſimilitudinem materiæ primæ admixtum, uidetur poſuiſſe mixtionem prædictam, licet aliqua differen-

A tia ſit inter potentiam materiæ & potentiam mixti. Nam miſcibilia etſi ſint in potentia in mixto, tñ non ſunt in eo in potētia pure paſſiua. Manent. n. uirtute in mixto. Quod ex hoc pō patere, quia mixtum habet motum & operationes ex uirtute corporum miſcibilium, quod non poteſt dici de his, quæ ſūt in potentia in materia prima Eſt & alia differentia, q a miſtum, etſi nō ſit actu aliquod miſcibiliū, eſt tamen aliquid actu. quod de materia prima dici nō poteſt. Sed hanc differentiam nitetur remouere Anaxagor. ex hoc, q non poſuit particularē aliquam mixtionem, ſed uniuerſalem omnium. Secundo ſubtilius cæteris dixit, quia magis acceſſit ad ueram cognitionem primi principii agentis. Dixit enim omnia eſſe permixta pręter intellectū, & hunc dixit ſolum eſſe impermixtum & purum. Ex quib. patet, quod ipſe poſuit duo eſſe principia, & ipſum intellectum poſuit eſſe unum ſecundum q ipſe eſt ſimplex & impermixtus, & alterum principium poſuit materiam primam, quam ponimus ſicut indeterminatam, antequam determinetur, & antequam aliquam ſpeciem participet. Materia enim cū ſit infinita in potentia, inquantum eſt ſuſceptiua infinitarum formarum, determinatur per formam, & per eam conſequit aliquam ſpeciem. Patet igitur quod Anax. ſecundum illa, quæ exprimit, nec dixit recte, nec plene. Tamen uidebatur directe dicere aliquid propinquius opinionibus poſteriorum, quæ ſunt ueriores, ſcilicet opinioni Plato. & Ariſtotel. qui recte de materia prima ſenſerunt.

Quę quidem opiniones tunc erant magis apparentes. Vltimo excuſat ſe Ariſto. a perſcrutatione diligentiori harum opinionum, quia ſermones dictorum philoſophorum ſunt proprii ſermonibus naturalibus, ad quos pertinet tractare de generatione & corruptione. Ipſi enim fere poſuerunt principia & cauſas talis ſubſtantiæ, ſcilicet materialis & corruptibilis. Dicit autem [fere] quia de alijs ſubſtantijs non tractabant, quāuis quædam principia ab eis poſita, ſe poſſent ad alia etiam extendere, ut patet de intellectu maxime. Quia igitur non poſuerunt principia communia omnibus ſubſtantijs, quod pertinet ad iſtam ſcientiam, ſed principia ſolum ſubſtantiarum corruptibilium, quod pertinet ad Scientiam Naturalem, ideo diligens inquiſitio de prędictis opinionib. magis pertinet ad Sciētiam Naturalem, quam ad iſtam.

LECTIO XIII.

HIc diſputat contra opiniones Pythagoræ & Platonis, qui altiora principia poſuerunt quam naturalia. & circa hoc duo facit: Primo oſtendit, quod conſideratio harum opinionū magis pertinet ad ſcientiam pręſentem, quam prædictarum. Secundo incipit contra eas diſputare. ibi. [Ergo qui Pythagorici ſunt uocati] Dicit ergo primo quod illi, qui [faciunt theo ricam,

Tib. 1. com. 8.

Aar. t. par. ſeq.

ſicam,] ideſt conſiderationem de omnibus entibus, & ponunt, quod entium quædam ſunt ſenſibilia, quę iam inſenſibilia, per ſcrutantur de vtroque genere entium. Vnde inueſtigare de opinionibus eorum, qui bene & qui non bene dixerunt, magis pertinet ad perſcrutationem quam proponimus tradere in hac ſcientia. Nam hæc ſcientia eſt de omnibus entibus, non de aliquo particulari genere entis. Et ſic illa, quę pertinent ad omnia entis. Et ſic illa, quæ pertinent

Tex. co. 19. part. 2. ad omnia entis genera, magis ſunt hic conſideranda quam illa, quę pertinent ad aliquod particulare genus entis &c.

Par. pſ. & ſe quęſti. Loc. 4. Hac par. Part. ſeq. b ¶ Hic diſputat contra opiniones prædictorum Philoſophorum, & primo contra Pythagoram. Secundo contra Platonem. ibi; [Qui uero ideas.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit in quo

Tex. cõ. 20. φυσιολόγοι Pythagoras conueniebat cum naturalibus. & in quo ab eis differebat. Secundo diſputat contra eius opinionem. ibi. [Ex quo tamen mõ motus &c.] Sciendum eſt ergo, quod Pythagorici in uno cõueniebant cum naturalibus, in alio ab eis differebant. Differebant quidem in poſi

part. 3. tione principiorum. Vſi ſunt enim principiis rerum extraneo modo a Naturalib. Cuius cauſa eſt, quia principia rerũ non acceperunt ex ſenſibilibus, ſicut Naturales, ſed ex mathematicis, quæ ſunt ſine motu. Vnde non ſunt naturalia. Quod autem mathematica dicuntur

Tex. cõ. 21. part. 4. eſſe ſine motu, referendum eſt ad illas ſcientias, quæ ſint puræ mathematicæ, ſicut Arithmetica, & Geometria. Aſtrologia enim conſiderat motum, quia Aſtrologia eſt media ſciẽtia inter Mathematicam, & Naturalem. Principia enim ſua Aſtrologia, & aliæ

Tex. cõ. 20. mediæ applicant ad res naturales, ut patet. 2. phyſicor. Conueniebat autem Pythagoras cum Naturalibus quantum ad ea, quorum principia quærebat.

Diſputabat enim & tractabat de omnibus naturalibus. Tractabat enim de generatione cęli, & obſeruabat omnia, quę accidunt circa partes cœli, quę dicuntur diuerſæ ſpheræ, uel etiam diuerſæ ſtellæ: & quæ accidunt circa paſſiones, vel circa eclipſes luminarium, & quę accidunt circa operationes & circa motus corporum celeſtium, & circa eorum effectus in reb. inferioribus. Et ſingulis huiuſmodi diſpenſabat cauſas, adaptando ſcilicet unicuique propriam cauſam. Et uidebantur etiam in hoc conſentire aliis Naturalibus, quod ſolum ſit illud ens quod eſt ſenſibile, quod comprehenditur a cœlo, quod uidemus. Non enim ponebant aliquod corpus ſenſibi

morabitur aliquis, de eis quod bene, aut non bene dicunt, ad pręſentem nobis propoſitorũ perſcrutationem.

b Ergo qui Pythagorici ſunt uocati, principiis & elementis extraneè a phyſiologis ſunt vſi. Cauſa uero, quia acceperunt ea

G ex non ſenſibilibus. Nam mathematica exiſtentium ſine motu, ſunt extra ea, quæ ſunt circa aſtrologiam. Diſputant tamen & tractant omnia de natura. generant enim cęlum, & quod circa huius partes & paſſiones & operationes accidit obſeruant, & principia & cauſas in hoc diſpẽſant, quaſi aliis phyſiologis conſentientes, quia ęns, hoc eſt qđcunque ſenſibile eſt, & comprehendit vocatum cęlum. Cauſas uero & principia, ſicut diximus

H dicunt ſufficientia pertingere vſque ad ea, quę ſunt entium ſuperiora, & magis quam de natura rationibus conuenientia.

c Ex quo tamen modo motus inerit finito & infinito ſolum, ſuppoſitis pari & impari, nõ dicunt. Quomodo autem poſſibile ſine motu & tranſmutatione generationem & corruptionẽ eſſe, aut eorum, quę geruntur, opera circa cęlum?

I

d Amplius autem ſiue quis det ex eis eſſe magnitudinem, ſiue hoc oſtendatur, tamen quomodo erunt hęc corporum leuia, illa uero grauitatem habentia? Ex quibus enim ſupponunt, & dicunt, nihil magis de mathematicis corporib. dicunt, quam de ſenſibilibus. unde de igne &

K

ne dicant, ad eorum, quæ nobis propoſita ſunt inquiſitionem.

Qui itaque Pythagorici appellantur, principijs quidem, & elementis alieniori modo quam Phyſiologi utuntur. Cauſa vero eſt, quoniam ea non ex ſenſibilibus acceperunt. Entium enim, quæ mathematica ſunt, ſine motu ſunt, præter illa, quæ circa Aſtrologiam ſunt. diſputant tamen, & tractant omnia de natura. etenim generant cælum, & circa eius paſſiones, partes, & opera obſeruant quod accidit, & principia, & cauſas in his conſumunt, tanquam cęteris Phyſiologis conuenientes; quia ipſum ens hoc eſt, quodcunque ſenſibile eſt, & quod continet id, quod uocatur cęlum; Cauſas uero, & principia, ſicut diximus, ſufficientia, ut dicunt, etiam uſque ad ſuperiora entium tranſcendere, & magis quàm de natura ſermonibus conuenientia.

Ex quo uero modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari ſolum ſuppoſitis, nihil aiunt. Aut quomodo poſſibile eſt ſine motu, & mutatione generationem, & corruptionem eſſe, aut actiones eorum, quæ in cælo feruntur.

Item ſiue quis eis concedat ex his magnitudinem eſſe, ſiue monſtretur hoc, quomodo tamen quędam corporum, leuia, quædam grauitatem habentia erunt? e quibus enim ſupponunt, & aiunt, nil magis quam de mathematicis corporibus, de ſenſibilibus dicunt. quare de igne, aqua, aut de huiuſmodi cæteris cor-

F le infinitum, ſicut alii Naturales poſuerunt. Nec iterum ponebant plures mundos, ſicut poſuit Democritus. Ideo autem videbantur æſtimare, quod nulla entia eſſent niſi ſenſibilia, quia non aſſignabat principia, & cauſas, niſi talibus ſubſtantiis. Nihilominus tamen cauſæ & principia, quę aſſignabat, non erant propria & determinata ſenſibilibus, ſed erant ſufficientia aſcendere ad ſuperiora entia, ideſt ad entia intellectualia. Et erant adhuc magis conuenientia quam rationes Naturalium, quæ non poterant extendi ultra ſenſibilia, quia ponebant principia corporea, Pythagoras vero, quia ponebat principia incorporea, ſcilicet numeros, quamuis non poneret principia, niſi corporum ſenſibilium, ponebat tamen entium intelligibilium, quæ non ſunt corpora, principia poenæ, ſicut & Plato poſterius fecit.

c ¶ Hic ponit tres rationes contra opinionem Pythagorę. quarum prima talis eſt. Pythagoras nõn poterat aſſignare, quomodo motus adueniat rebus: quia non ponebat principia niſi finitum, & infinitum, par & impar, quæ ponebat principia ſicut ſubſtantia ſiue materialia principia; ſed oportebat eum concedere motum rebus ineſſe. Quomodo enim eſſet poſſibile, ſine motu, & tranſmutatione eſſe generationem, & corruptionem in corporibus, & operationes eorum, quæ geruntur circa cœlum, quæ per motus quoſdam fiunt: patet quod nullo modo. Vnde, cum Pythagoras cõſiderauit de generatione & corruptione, & eis, quæ geruntur circa cœlum, patet quod inſufficienter poſuit non aſſignans aliqua principia motus.

d ¶ Hic ponit ſecundam rationem. Pythagoras enim ponebat ex numeris componi magnitudines. Sed ſiue hoc probet, ſiue concedatur, non poterit ex numeris aſſignare cauſam, quare quædam ſunt grauia, quædam leuia. Quod ex hoc patet, quia rationes numerorum non magis adaptantur corporibus ſenſibilibus, quàm mathematicis, quæ ſunt non grauia & leuia. Vnde patet, quod ipſi nihil dixerunt plus de corporibus ſenſibilibus, quàm de mathematicis. Et ſic patet, quod cum corpora ſenſibilia, ut ignis & terra & huiuſmodi, inquantum talia, addunt aliquid ſupra mathematica, nihil proprium de iſtis ſenſibilibus dixerunt ſecundum veram æſtimationem. Et ſic iterum patet, quod inſufficienter poſuerunt, prætermittentes aſſignare cauſas eorum, quæ ſunt propria ſenſibilibus.

c ¶ Hic

e ¶ Hic oſtendit tertiam rationem, quę procedit ex hoc, quòd Pythagoras videbatur ponere duo contraria. Ponebat enim ex vna parte, quòd numerus, & numeri paſsiones ſunt cauſa eorum, quæ ſunt in cœlo, & omnium generabilium, & corruptibilium a principio mundi: ex alia vero ponebat, quòd non erat aliquis alius numerus præter iſtū numerum, ex quo cōſtituitur mundi ſubſtantia. numerum enim ſubſtantiam rerum poſuit. Hoc autem quomodo eſt accipere, cum idem non ſit cauſa ſuipſius? Nam Pythagoras ex hoc dicit demonſtrari, quòd vnumquodque horum ſenſibilium eſt numerus ſecundum ſubſtantiam ſuam: quia in hac parte vniuerſi ſunt entia contingentia, de quibus eſt opinio, & quæ ſubſunt tempori, inquantum aliquando ſunt, & aliquando non ſunt. Si autem iſta generabilia & corruptibilia eſſent partim ſupra, aut ſubtus, in ordine vniuerſi eſſet inordinatio, vel per modum iniuſtitiæ, dum ſcilicet aliqua res ſortiretur nobiliorem locum, vel minus nobilem quàm ſibi debeatur. Aut per modum diſcretionis, inquantum corpus, ſi poneretur extra locum ſuum, diuideretur a corporibus ſimilis naturæ. Vel per modum myſtionis & confuſionis, dum corpus extra ſuum locum poſitum oporteret permiſceri alteri corpori: ſicut ſi aliqua pars aquæ eſſet in aliquo loco aeris, vel in loco terræ. Et videtur in hoc tangere duplicem conuenientiam corporis naturalis ad ſuum locum. Vnam ex ordine ſitus, ſecundum quòd nobiliora corpora ſortiuntur altiorem locum, in quo videtur quædam iuſtitia. Aliam autem ex ſimilitudine, vel diſsimilitudine corporum locatorum adinuicem, cui contrariatur diſcretio & permiſtio. Quia igitur res ſecundum quòd determinatum ſitum habent in vniuerſo, conuenienter ſe habent, quia ſitus in modico mutaretur, ſequeretur inconueniens, vt dictum & manifeſtum eſt, quòd omnes partes vniuerſi ſunt ordinatæ ſecundum determinatam proportionem. Omnis enim determinata proportio eſt ſecundum numeros, Vnde oſtendebat Pythagoras, quòd omnia entia eſſent numerus. Sed ex alia parte videmus, quòd magnitudines conſtitutæ in diuerſis locis ſunt plures & diuerſæ, quia ſingula loca vniuerſi conſequuntur propriæ paſsiones, quibus corpora diuerſificantur. Nam aliæ ſunt paſsiones corporis exiſtentis ſurſum & deorſum. Cum igitur Pythagoras ratione prædicta dicat omnia ſenſi-

terra, & alijs huiuſmodi corporibus nihil dixerunt, ſicut nihil de ſenſibilibus exiſtimant dicentes proprium.

Text. cō. 22. par. 5.

e Amplius autem, quomodo oportet accipere eas quidem eſſe numeri paſſiones, & numerum circa cœlum exiſtentium & factorum, & ab initio, & nunc? numerum vero nullum eſſe præter numerū hunc, ex quo cōſiſtit mundus? Nam, cum in hac parte opinio & tempus ſit eis, parum vero deſuper, aut ſubtus iniuſtitia & diſcretio, aut & permiſtio, demonſtrationem autem dicant, quia horum vnumquodque numerus eſt: accidit autem ſecūdum hunc locum iam pluralitatem eſſe conſtiturarum magnitudinum, quia paſſiones hę ſequuntur ſingula loca: vtrum idem eſt hic numerus, qui in cœlo eſt, quem oportet accipere, quia vnumquodque eſt, aut præter hunc alius? Plato namque ait alium eſſe, exiſtimat quidem etiam & ille numeros hęc eſſe, & horum cauſas, ſed illos quidem intellectuales cauſas, hos vero ſenſibiles. De Pythagoricis quidem dimittatur ad præſens, ſufficit enim ipſa tangere tantum.

Text. cō. 23.

Text. cō. 24.

LECTIO XIIII.

QVi vero ideas poſuerunt, primum quidem horum exiſtentiū accipere cauſas quęrentes, alia his æqualia numero attulerunt. Vt ſi quis numerare volens, paucioribus quidem exiſtentibus putet non poſſe, plures vero facientes numeret. Nā fere æquales, aut non pauciores his ſunt ſpecies. De quibus

A bilia numerum, & videamus accidere diuerſitatem in ſenſibilibus ſecundum diuerſa loca, vtrum ſit idem & vnus numerus tantum, qui eſt [in cœlo] ideſt, in toto corpore ſenſibili, quod in cœlo includitur, de quo oportet accipere, quòd eſt ſubſtantia vniuſcuiuſque ſenſibilis: aut præter hunc numerum, qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibilium, eſt alius numerus, qui eſt eorum cauſa. Plato autem dixit alium numerū, qui eſt ſubſtantia ſenſibilium; & qui eſt cauſa. Et quia ipſe Plato exiſtimauit, ſicut Pythagoras, numeros eſſe ipſa corpora ſenſibilia & cauſas eorum, ſed numeros intellectuales æſtimauit cauſas inſenſibilium, numeros vero ſenſibiles cauſas eſſe & formas ſenſibilium. Quod quia Pythagoras non fecit, inſufficienter poſuit. Concludit autem in fine, quòd iſta ſufficiant de Pythagoricis opinionibus, nam eas tetigiſſe ſufficit.

poribus nihil dixerunt, tamquàm nil de ſenſibilibus proprium dicentes.

*Item, quomodo paſſiones quidem numeri, & ipſum numerum putādum cauſas eorum eſſe, quæ ſunt a principio, ac de nouo in cœlo fiunt: numerum vero alium præter hunc numerum, ex quo mundus conſtat, nullum eſſe? Cùm enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus ſit, paululum vero deſuper aut deorſum * iniuria, & diſiunctio, aut miſtio, probationem autem afferant, quòd horum quidem vnumquodque numerus eſt, contingit autem in hunc locum multitudinem iam conſtitutarum magnitudinem eſſe, eo quòd paſſiones hæ ſequuntur ſingula loca, vtrum iſte eſt idem numerus, qui in cœlo, quem oportet accipere, quod horum vnumquodque eſt, an præter iſtum alter? Plato etenim aliū eſſe ait, at ille quoque numeros putat, & illa eſſe, & horum cauſas, ſed intelligibiles quidem cauſas, hos uero ſenſibiles. De Pythagoricis itaque prætermittamus modo, ſufficit enim in tantum eos attigiſſe.*

* a. l. iniuſtit.

LECTIO XIIII.

*QVI vero ideas * ponunt, primum quidem, cum quærerent horum exiſtentium cauſas habere, cætera æqualia his numero attulerunt, velut ſi quis numerare nolens, cum quidem pauciora exiſtant, arbitretur non poſſe, plura uero ea faciat, & ita numeret. Ferè etenim formæ æquales, aut non pauciores ijs. Ex quibus, dum*

* a. c. addit cauſas.

LECT. XIIII.

a HIC diſputat cōtra opinionem Platonis: & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eius opinionem, quantū ad hoc, quod ponebat de rerum ſubſtantijs. Secunda quantum ad hoc, quod de rerum principijs, ibi: [Omnino autem ſapientia.] Prima diuiditur in duas partes. Primo enim diſputat contra hoc, quòd ponebat ſubſtantias ſpecies. Secundo quantum ad hoc, quòd ponebat de mathematicis, ibi: [Amplius ſi ſunt numeri. [Circa primum duo facit. Primo enim diſputat cōtra ipſam poſitionem Platonis. Secundo contra rationem ipſius, ibi. [Amplius autem ſecundū quos &c.] Dicit ergo primo, quòd Platonici ponentes ideas eſſe quaſdam ſubſtantias ſeparatas, in hoc videntur deliquiſſe: quia, cum ipſi quærerent cauſas horum ſenſibilium entium, prætermiſſis ſenſibilibus, adinuenerunt quædam alia noua entia æqualia numeris ſenſibilibus. Et hoc uidetur inconueniens: quia qui quærit cauſas aliquarum rerum, debet ipſas certificare, non alias res addere, ex quarum poſitione accreſcat neceſſitas inquiſitionis. Hoc enim ſimile eſt, ac ſi aliquis uellet numerare res aliquas, quas non putet ſe poſſe numerare, ſicut pauciores ſed vult eas numerare multiplicando eas per additionem aliquarum rerum. Conſtat enim, quòd talis ſtulte mouetur, quia in paucioribus eſt uia magis, quia melius & facilius certificantur pauca quàm multa. Et numerus tanto eſt certior, quanto eſt minor, ſicut propinquior vnitati, quæ eſt menſura certiſſima.

Lect. 17.

par. 2. Lect. huius.

quærentes cauſas ab his ad illas peruenerunt. Secundum vnumquodque enim æquiuocum homogeneum aliquid eſt, & circa ſubſtantias aliorum eſt in multis vnum, & in his & in ſempiternis.

b Amplius aũt ſecundum quos modos oſtendimus quia ſunt ſpecies, ſecundum nullum videntur horum: ex quibuſdam enim non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum ex quibuſdam uero o̓ita, & non quorũ putamus, horum fiunt ſpecies. G

c Quia ſecundum rationes eas, quæ fiunt ex ſcientijs, omnium erunt ſpecies quorumcunque ſunt ſcientiæ, & ſecũdum unum in multis, & in negationibus.

d Et ſecundum quòd intelligitur aliquid corrumpi corruptibilium: Phantaſma enim aliquid horum eſt. H

e Amplius autem rationum certiſſimæ, aliæ quidem eorũ, quæ ad aliquid, ideas faciunt, quorũ non dicunt eſſe ſecundum ſe genus: aliæ uero tertiũ hominem dicunt.

Sicut autem numeratio eſt quædam rerum certificatio quantum ad numerum, ita inquiſitio de cauſis rerum, eſt quædam certa menſura ad certificationem naturæ rerum. Vnde ſicut numeratæ pauciores res, facilius certificantur quantum ad earum numerum, ita pauciores res facilius certificantur quantum ad earum naturam. Vnde, cum Plato ad notificandum res ſenſibiles tantum, multiplicauerit rerum genera, adiunxit difficultates accipiens quòd eſt difficilius ad manifeſtationem faciliores: quod eſt inconueniens. Et quòd ideæ ſeparatæ ſint æquales numero, aut non pauciores ſenſibilibus, de quibus Platonici inquirunt cauſas (quibus Ariſtoteles ſe connumerat, quia Platonis diſcipulus fuit) & determinauerunt. procedentes de his ſenſibilibus ad prædictas ſpecies, manifeſtum eſt, ſi conſideretur qua ratione Platonici ideas induxerunt, hac ſcilicet, quia videbant in omnibus vniuocis vnum eſſe in multis. Vnde id vnum ponebant eſſe ſpeciem ſeparatam. Videmus tamen, quod circa omnes ſubſtantias rerũ aliarum ab ideis inueniuntur unum in multis per modum uniuocæ prædicationis, inquantum inueniuntur multa unius ſpeciei. Et hoc non ſolum in ſenſibilibus corruptibilibus, ſed etiam in mathematicis, quæ ſunt ſempiterna: quia & in eis multa ſunt vnius ſpeciei, vt ſupra dictum eſt. Vnde relinquitur, quòd omnibus ſpeciebus rerum ſenſibilium reſpondeat aliqua idea. Quælibet igitur earum eſt quoddam æquiuocum cum illis ſenſibilibus, quia cõmunicat in nomine cum eis. Sicut enim Socra. dicitur homo, ita & illa: tamen differunt ratione. Ratio enim Socra eſt cum materia, ratio uero hominis idealis eſt ſine materia. Vel ſecundum aliam literam. Vnaquæque ſpecies dicitur eſſe aliquid vniuocum, inquantum ſcilicet eſt vnum in multis, & conuenit cum illis, de quibus prædicatur quantum ad rationem ſpeciei. Ideo autem dicit æquales, aut non pauciores, quia ideæ uel ponuntur ſolum ſpecierum, & ſic erunt æquales numero iſtis ſenſibilibus, ſi numerentur hic ſenſibilia, ſecundum diuerſas ſpecies, & non ſecundum diuerſa indiuidua, quæ ſunt infinita. Vel ponuntur ideæ non ſolum ſpecierum, ſed etiam generum, & ſic ſunt plures ideæ quam ſpecies ſenſibilium, quia ideæ tunc erunt ſpecies omnes, & præter hæc omnia & ſingula genera. Et propter hoc dicit, aut non pauciores: quaſi dicat, ſed plures. Vel aliter, vt dicantur eſſe æquales, inquantum ponebat eas eſſe ſpecies ſenſibilium, non pauciores autem, ſed plures, inquantum ponebat eas non ſolum ſpecies ſenſibilium, ſed etiam mathematicorum.

T. com. 27. part. 2.

part. 3.

part. 4.

Te. com. 28. part. 5.

I

K

b ¶ Hic diſputat contra Platonem quantum ad rationem ſuæ poſitionis, & circa hoc duo facit. Primo tangit modos in generali, quibus rationes Platonis deficiebant. Secundo exponit illos in ſpeciali, ibi. [Quia ſecundum rationes ſcientiarum.] Dicit ergo primo, quòd ſecundum nullum illorum modorum uidentur ſpecies eſſe. ſecundum quos nos Platonici oſtendimus ſpecies eſſe. Et hoc ideo, quia ex quibuſdam illorum modorum non neceſſarium eſt [fieri ſyllogiſmum] ideſt quaſdam rationes Platonis, quia ſcilicet non de neceſſitate poſſunt ſyllogizare ſpecies eſſe. Ex quibuſdam vero modis fit ſyllogiſmus, ſed non ad propoſitum Platonis, quia per quaſdam ſuas rationes oſtenditur, quòd ſpecies ſeparatæ, ſunt quorundam rerum, quarum eſſe ſpecies Platonici non putauerunt ſimiliter, ſicut & illarum quarum putauerunt eſſe ſpecies. F

de eis cauſas quærentes, ad illas proceſſerunt. nam ſecundum vnumquodque æquiuocum quid eſt, & præter ſubſtantias cæterorum quoque in multis eſt vnum, & in his, & in ſempiternis.

Item quibus modis oſtenditur quòd formæ ſunt, ſecundum nullum eorum apparent. E quibuſdam namque, non eſt neceſſe fieri ſyllogiſmum: è quibuſdam vero etiam, quorum non putamus, horum formæ ſunt.

Secundum namque rationes, quæ ex ſcientijs, formæ erunt omnium, quorum ſcientiæ ſunt, ſecundum vero vnum in multis, & negationum.

At ſecundum quòd intelligitur quippiam eo corrupto, etiam corruptibilium; ſiquidem quicquam eſt horum phantaſma.

Inſuper rationum, quæ magis certæ ſunt, quædam quidem eorum, quæ ad aliquid ſunt, ideas faciunt, quorum non dicimus eſſe per ſe genus; quædam vero, tertium hominem dicunt.

c ¶ Hic proſequitur iſtos modos in ſpeciali. & primo proſequitur ſecundum, oſtendendo, quòd ſequitur per rationem Platonis ſpecies eſſe aliquorum, quorum ſpecies Plato non ponebat. Secundo proſequitur primum oſtendens, quod rationes Platonis non ſunt ſufficientes ad oſtendendum eſſe ideas, ibi: [Omnium autem dubitabit aliquis & cætera.] Circa primum ponit ſeptem rationes: quarum prima talis eſt: Vna rationum inducentium Platonem ad ponendum ideas ſumebatur ex parte ſcientiæ, quia videlicet ſcientia, cum ſit de neceſſarijs, non poteſt eſſe de his ſenſibilibus, quæ ſunt corruptibilia, ſed oportet quòd ſit de entibus ſeparatis incorruptibilibus. Secundum igitur hanc rationem ex ſcientijs ſumptam, ſequitur, quòd ſpecies ſit omnium quorumcunque ſunt ſcientiæ. Scientiæ autem non ſolum ſunt de hoc, quod eſt eſſe vnum in multis, quod eſt per affirmationem, ſed etiam de negationibus: quia ſicut ſunt aliquæ demonſtrationes concludentes affirmatiuam propoſitionem, ita ſunt etiam demonſtrationes concludentes negatiuam propoſitionem: ergo oportet etiam negationum ponere ideas.

d ¶ Hic ponit ſecundam rationem. In ſcientijs enim non ſolum intelligitur, quòd quædam ſemper ſe eodem modo habent, ſed etiam quòd quædam corrumpuntur: aliter tolleretur ſcientia naturalis, quæ circa motum verſatur. Si igitur oportet eſſe ideas omnium illorum, quæ in ſcientijs intelliguntur, oportet eſſe ideas corruptibilium, inquantum corruptibilia, hoc eſt inquantum ſunt hæc ſenſibilia ſingularia. Sic enim ſunt corruptibilia. Non autem poteſt dici ſecundum rationem Platonis, quòd ſcientiæ illæ, quibus intelligimus corruptiones rerum, intelligantur corruptiones horum ſenſibilium: quia horum ſenſibilium non eſt intellectus, ſed imaginatio, vel phantaſia, quæ eſt motus factus a ſenſu ſecundum actum, ſecundum quod dicitur ſecundo de Anima. Text. c. 106.

e ¶ Hic ponit tertiam rationem, quæ continet duas concluſiones, quas certiſſimis rationibus dicit concludi. Vna eſt, quia, ſi ideæ ſunt omnium, quorum ſunt ſcientiæ; ſcientiæ autem non ſolum ſunt de abſolutis, ſed etiam ſunt de his, quæ dicuntur ad aliquid: ſequitur hac ratione faciente, quòd ideæ ſunt etiam eorum, quæ ſunt ad aliquid: quod eſt contra opinionem Platonis: quia, cum ideæ ſeparatæ, ſint ſecundum ſe exiſtentes, quod eſt contra rationem eius, quod eſt ad aliquid, non ponebat Plato eorum, quæ ſunt ad aliquid, aliquod eſſe genus idearum, quæ ſecundum ſe dicuntur. Alia concluſio eſt, quæ ex alijs rationibus certiſſimis ſequitur, quòd ſcilicet ſit tertius homo. Quod quidem tripliciter poteſt intelligi. Vno modo, quòd intelligatur, quòd homo idealis ſit tertius a duobus hominibus ſenſibilibus, qui communis hominis prædicationem ſuſcipiunt. Sed hæc non uidetur eius eſſe intentio, licet hoc tangatur. Secundo Elenchorum. Hæc enim eſt poſitio, contra quam diſputat. Vnde ad hoc non

ducerct

f Et omnino quæ ſunt de ſpeciebus rationes, auferunt ea, quæ magis eſſe volunt dicentes ſpecies eſſe, quàm ipſas ideas eſſe. Accidit autem ei dualitatem non eſſe primam, ſed numerum: & ad aliquid ipſo quod ſecundum ſe: & omnia quæcūque aliquid de ſpeciebus opiniones ſequentes oppoſuerunt B principijs.

Et ſimpliciter hæ de formis rationes, illa perimunt, quæ magis eſſe quàm ipſas ideas eſſe volunt, qui dicunt formas. Accidit enim non dualitatem eſſe primam, ſed numerum, & quod ad aliquid eo, quod per ſe eſt: & cuncta, quæcunque cum quidam ſequerentur de ideis opiniones, aduerſati principijs ſunt.

g Amplius autem ad exiſtimationem quidem, ſecundum quam dicimus ideas non ſolum eſſe ſubſtantiarum ſpecies, ſed & multorum aliorum. Etenim intelligentia vna non ſolum circa ſubſtantias, ſed & de alijs eſt. Et ſcientiæ non ſolum ſunt ipſius ſubſtantiæ, ſed aliorum. Accidunt autem & mille talia alia. Secundum vero C neceſſitatē & opiniones de ideis, ſi ſunt participabiles ſpecies, ſubſtantiarum neceſſe ideas eſſe ſolum. Non enim ſecundum accidens participantur, ſed oportet hanc in vnoquoque participare, inquantum non de ſubiecto dicuntur. Dico autem, vt ſi quid per ſe duplo participat, hoc & ſempiterno participat, ſed ſecundum accidens. Accidit enim duplo ſempiternum eſſe: quare ſubſtantia erit D ſpecies.

*Item ſecundum exiſtimationem, ſecundum quam eſſe dicimus ideas, non ſolum ſubſtantiarum, ſed multorum etiam aliorum formæ erunt. Etenim unus conceptus non ſolum de ſubſtantijs, ſed de cæteris etiam eſt, & ſcientiæ non ſolum ſubſtantiæ, ſed etiam aliorum ſunt: & cætera huiuſce modi accidunt infinita. Secundum uero neceſſitatem & opiniones de eis, ſi formæ participabiles ſunt, neceſſe eſt ſubſtantiarum ſolum eſſe ideas. Non enim ſecundum accidens participatio earum eſt, ſed eatenus oportet uniuſcuiuſque participem eſſe, quatenus * non de ſubiecto dicitur. Dico autem, ut ſiquid ipſo duplo participat, hoc etiam æterno participat, ſed ſecundum accidens, accidit enim duplo, æterno eſſe, quare formæ ſubſtantiæ erunt.*

h Hęc vero ſubſtantiā eſſe hic ſignificat, & illic. Quare neceſſe eſt apparere quid pręter eas vnū in multis. Et ſiquidem eadem ſpecies idearum & participantiū, aliquid erit cōmune. Quid enim magis incorruptibilibus dualitatibus, & dualitatibus multis quidem, ſed ſempiternis E

Hæ autem hic, & ibi ſubſtantiam ſignificant. An quicquam erit dicere eſſe aliquid præter has unum in multis? Et ſi eadem ſpecies eſt idearum, & participantium, erit aliquid commune. Cur enim magis incorruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem dualitatibus, ſed æternis, dualitatem eſſe unum, &

duceret quaſi ad inconueniens. Alio modo poteſt intelligi, vt dicatur tertius homo, ſcilicet qui ſit communis & homini ideali, & homini ſenſibili. Cū enim homo ſenſibilis, & homo idealis, conueniant in ratione, ſicut duo homines ſenſibiles, & ſicut homo idealis ponitur tertius præter duos homines ſenſibiles, ita alius homo debet

par. 6. poni tertius præter hominem idealem, & hominem ſenſibilem. Et hoc etiam nō videtur hic eſſe eius intentio, quia ad hoc inconueniens ſtatim alia ratione ducet. Vnde eſſet ſuperflu' hic ad idem inconueniēs ducere. Tertio modo poteſt intelligi, quia Plato ponebat in quibuſdam generibus tria, quædam ſcilicet ſenſibilia, ma-

part. 7. Text. cō. 39. thematica, & ſpecies, ſicut in numeris, & lineis, & omnibus huiuſmodi. Non eſt autem maior ratio, quare in quibuſdam rebus ponantur media, quàm in alijs, ergo oportebat etiam in ſpecie hominis ponere hominem medium, qui erit tertius inter hominem ſenſibilem & idealem. Et hanc etiam rationem in poſterioribus libris Ariſtoteles ponit.

f ¶ Hic ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Quicunque per ſuam rationem remouet aliqua, quæ ſunt apud eum magis nota, quàm ipſa poſitio, inconuenienter ponit: ſed iſtæ rationes, quas Plato poſuit de ſpeciebus ſeparatis, auferunt quædā principia, quæ Plato-

part. 8. nici dicentes eſſe ſpecies, magis volunt eſſe vera, quam hoc ipſum quod eſt ideas eſſe, ergo Plato inconuenienter poſuit. Minorem autem ſic manifeſtat. Ideæ ſecundum Platonem, ſunt priores rebus ſenſibilibus & mathematicis: ſed ipſæ ideę ſunt numeri ſecundū eū, & magis numeri impares, quàm pares: quia numerum imparem attribuebat formæ, parem autem materiæ, vnde & dualitatem dixit eſſe materiam. ſequitur ergo, quòd alij numeri ſunt priores dualitate, quam ponebat ſicut materiam ſenſibilium, ponens magnum & paruum. Cuius contrarium Platonici maxime aſſerebant, ſcilicet dualitatem eſſe primam in genere numeri. Item ſi, ſicut per ſuperiorem rationem probatum eſt, oportet eſſe aliquas ideas relationum, quæ ſint ſecundum ſe ad aliquid, & ipſa idea eſt prior eo, quod participat ideam, ſequitur quòd hoc ipſum, quod eſt ad aliquid, eſt prius abſoluto, quod ſecundum ſe dicitur. Nam huiuſmodi ſubſtantiæ ſenſibiles, quæ participant ideas, abſolute dicuntur. Et ſimiliter de omnibus eſt quæcunque illi, qui ſequuntur opinionem de ideis, dicunt oppoſita principijs per ſe notis, quæ etiam ipſi maxime concedebant.

g ¶ Hic ponit quintam rationē, quæ talis eſt. Ideæ ponebantur à Platone, vt eis competerent rationes, ſiue diffinitiones poſitę in ſcientijs, vt etiam de eis ſcientiæ eſſe poſſent. Sed [intelli- A gentia una] ideſt ſimplex & indiuiſibilis, qua ſcitur de vnoquoque quid eſt, non ſolum eſt circa ſubſtātias [ſed & de alijs] ſcilicet accidentibus. Et ſimiliter ſcientiæ non ſolum ſunt ſubſtantiæ, & de ſubſtantia, ſed etiam inueniuntur ſcientiæ [aliorum] ſcilicet accidentium: ergo patet quod ad æſtimationem, ſecūdum quam vos Platonici, eſſe dicitis ideas, ſequitur quòd ſpecies non ſolum eſſent ſubſtantiarum, ſed etiā multorum aliorum, ſcilicet accidentium. Et hoc idem ſequitur non ſolum propter diffinitiones & ſcientias, ſed etiam accidunt multa [alia talia] ſcilicet plurima, ex quibus oportet ponere ideas accidentium ſecundum rationes Platonis. Sicut qui ponebat ideas principia eſſendi & fieri rerum, & multorum huiuſmodi, quæ conueniunt accidentibus.

Sed ex alia parte, ſecūdum quod Plato opinabatur de ideis & ſecundum neceſſitatē, qua ſunt neceſſariæ ſenſibilibus [inquatum] ſcilicet ſunt participabiles a ſenſibilibus, eſt neceſſarium ponere quod ideæ ſint ſolum ſubſtantiarum, quod ſic patet. Ea, quæ ſunt ſecūdū accidens, non participantur: ſed ideam oportet participari in vnoquoque, inquā- tum non dicitur de ſubiecto. Quod ſic patet, quia ſi aliquod ſenſibile participat [per ſe duplo] ideſt, duplo ſeparato (ſic enim appellabat Plato omnia ſeparata, ſcilicet per ſe entia) oportet quòd participet ſempiterno, non quidem per ſe: quia tunc ſequeretur, quòd dupla ſenſibilia eſſent ſempiterna, ſed per accidens, inquantum ſcilicet ipſum per ſe duplum, quod participatur, eſt ſempiternum. Ex quo patet, quòd participatio non eſt eorum, quæ accidentia ſunt, ſed ſolummodo ſubſtantiarum. Vnde ſecundum opinionem Plato. non erat aliquod accidens ſpecies ſeparata, ſed ſolum ſubſtantia. Et tamen ſecundum rationem ſumptam ex ſcientijs, oportebat quòd eſſet ſpecies etiam accidentium, ut dictum eſt.

* al. de ſubiecto dicitur.

h ¶ Hic ponit ſextam rationem, quæ talis eſt. Iſtæ res ſenſibiles ſubſtantiam ſignificant in rebus quæ uidentur: & ſimiliter illic, ut in rebus intelligibilibus, quæ ſubſtantiam ſignificant, quia tam intelligibilia quam ſenſibilia ſubſtantiam ponebant. Ergo neceſſe eſt ponere præter vtraſque ſubſtantias, ſcilicet intelligibiles & ſenſibiles, aliquid commune eis, quod ſit unum in multis. Ex hac enim ratione Platonici ideas ponebant, quia inueniebant vnum in multis, quod credebant eſſe præter illa multa. Et quòd hoc ponere ſit neceſſarium, ſcilicet aliquod unum præter ſubſtantias ſenſibiles, & præter ſpecies, ſic oſtendit. Aut enim ideæ, & ſenſibilia, quæ participant ideas, ſunt unius ſpeciei, aut non. Si ſunt

vnius ſpeciei, omnium autem multorum in ſpecie conuenientium. oportet ponere ſecundum poſitionem Platonis unam ſpeciem ſeparatam communem: oportebit igitur aliquid ponere communem ſenſibilibus & ipſis ideis, quod ſit ſeparatum ab vtroque. Non poteſt autem reſponderi ad hanc rationem, quòd ideæ, quæ ſunt incorporales & immateriales, non indigent alijs ſpeciebus ſuperioribus: quia ſimiliter mathematica, quę ponuntur a Platone media inter ſenſibilia & ſpecies, ſunt incorporea & immaterialia, & tamen quia plura eorum inueniuntur unius ſpeciei, Plato poſuit eorum ſpeciem communem ſeparatam, qua etiam participant non ſolum mathematica, ſed etiam ſenſibilia. Si igitur eſt una & eadem dualitas, quæ eſt ſpecies, vel idea dualitatis, quæ quidē eſt etiam in dualitatibus ſenſibilibus, quę ſunt corruptibiles, ſicut exemplar eſt in exemplato, & in dualitatibus etiā mathematicis, quę ſunt multæ vnius ſpeciei, ſed tamen ſunt ſempiternæ eadem ratione in eadem dualitate, ſcilicet quæ eſt idea, & in alia, quæ eſt mathematica, uel ſenſibilis, erit alia dualitas ſeparata. Non enim poteſt reddi propter quid illud ſit, & hoc non ſit. Si autem detur alia pars, ſcilicet ſenſibilia, quæ participant ideas, non ſunt eiuſdem ſpeciei cum ideis, ſequitur quòd nomen, quod dicitur de ideis & de ſubſtantia ſenſibili, dicatur omnino æquiuocè. Illa enim dicuntur æquiuoce, quorum ſolum nomen commune eſt, ratione ſpeciei exiſtente diuerſa. Nec ſolum ſequitur quòd ſint quocunque modo æquiuoca: ſed ſimpliciter æquiuoca, ſicut illa quibus imponitur vnum nomen ſine reſpectu ad aliquam communicationem, quę dicuntur æquiuoca a caſu. Sicut ſi aliquem hominem aliquis uocaret Calliam, & aliquod lignum. Hoc autem ideo addidit Ariſtoteles, quia poſſet aliquis dicere, quod non omnino æquiuocè aliquod nomen prædicatur de idea, & de ſubſtantia ſenſibili, cum de idea prædicetur eſſentialiter, de ſubſtantia uero ſenſibili per participationem. Nam idea hominis ſecundum Platonem dicitur per ſe homo. hic autem homo ſenſibilis dicitur per participationem. Sed tamen talis æquiuocatio non eſt pura: ſed nomen quod per participationem prædicatur, dicitur per reſpectum ad illud quod prædicatur per ſe, quod non eſt pura æquiuocatio, ſed multiplicitas analogiæ. Si autem eſſent omnino æquiuoca a caſu idea & ſubſtantia ſenſibilis, ſequeretur, quod per unum non poſſet cognoſci aliud, ſicut æquiuoca non ſe inuicem notificant.

dualitas vnum, & idem, quam in hac & aliqua? Si vero non eadem ſpecies: æquiuocatio eſt: & ſimiliter, vt ſi quis uocat hominem Calliam & lignum, nullam illorum communitatem inſpiciens.

idem ſit, quàm in hac, & quadam? Et ſi non eſt eadem ſpecies, æquiuocatio erit profectò: & ſimile, ac ſi quis & Calliam, & lignum hominem appellarit, quorum nullam inſpexerit communicationem.

G

LECTIO XV.

a OMnium autem dubitabit aliquis maxime, quid conferunt ſpecies ſempiternis ſenſibilium, aut his, quæ fiunt & corrumpuntur.

POtiſſimum vero dubitabit aliquis, quidnam formæ conferant ſempiternis ſenſibilium, aut illis, quæ fiunt & corrumpuntur.

b Neque enim motus, nec tranſmutationis vllius ſunt cauſa in eis.

Nec enim motus, nec alicuius tranſmutationis eis cauſa ſunt.

c Sed nec ad ſcientiam auxiliantur eis, nec enim illæ horū ſubſtantia, nam eſſent in eis. Nec ad eſſe, cum non participantibus inſint. Sic enim forſan cauſa uidebitur eſſe album permiſtum albo. Sed hæc quidem ratio ualdè mobilis eſt, quam Anaxagoras prius, & Heſiodus poſterius, & alij quidem dixerunt. Facile nanque colligere multa & impoſſibilia ad talem opinionem. At uero nec ex ſpeciebus ſunt alia ſecundum ullum modum conſuetorum.

H

At nec ad ſcientiam aliorum proſunt. nec enim horum illæ ſubſtantiæ ſunt: in his etenim eſſent. nec ad eſſe, cum non inſint participantibus, ita etenim fortaſſis cauſa putabuntur eſſe, vt album miſtum albo. Sed iſta ratio facile redargui poteſt, quam Anaxagoras prius, Eudoxus vero poſterius, & quidam alij dixerunt, facile enim eſt multa, & impoſſibilia ad hanc opinionem congruere. At nec ex formis cætera ſunt, ſecundum vllum illorum modorum, qui dici ſolent.

I

LECTIO XV.

a HIC improbat opinionem Platonis quantum ad hoc quòd non concludebat, quod concludere intendebat. Intendebat n. Plato concludere ideas eſſe per hoc, quod ſunt neceſſe ſenſibilibus rebus ſecundum aliquem modū. Vnde Ariſtoteles oſtendens, quod ideæ ad nihil poſſunt ſenſibilibus utiles eſſe, deſtruit rationes Platonis de poſitione idearum. Et ideo dicit, quod inter omnia dubitabilia, quæ ſunt contra Platonem, illud eſt maximum, quòd ſpecies a Platone poſitæ non uidentur aliquid conferre rebus ſenſibilibus, nec ſempiternis, ſicut ſunt corpora cœleſtia: nec his, quæ fiunt & corrumpuntur, ſicut corpora elementaria. Quod ſingillatim de omnibus oſtendit propter quæ Plato ponebat ideas, cum dicit.

b ¶ Vbi incipit quinque oſtendere. Primo, quòd non proſunt ad motum. Secundo, quòd non proſunt ad ſcientias, ibi: [Sed nec ad ſcientiam.] Tertio, quòd non proſunt ſicut exemplaria, ibi: [Dicere vero exēplaria &c.] Quarto, quòd non proſunt ſicut ſubſtantiæ, ibi: [Amplius opinabitur.] Quinto, quòd non proſunt ſicut cauſæ fiendi, ibi: [In Phædone vero, & cætera.] Dicit ergo primo, quòd ſpecies non poſſunt conferre ſenſibilibus, ita quod ſint eis cauſa motus, vel tranſmutationis alicuius. Cuius rationem hic non dicit, ſed ſuperius tetigit: quia videlicet ideæ non introducebantur propter motum, ſed magis propter immobilitatem. Quia enim Platoni videbatur, quòd omnia ſenſibilia ſemper eſſent in motu, voluit aliquid ponere extra ſenſibilia fixum & immobile, de quo poſſet eſſe certa ſcientia. Vnde ſpecies non poterant ab eo poni, ſicut principia ſenſibilia motus; ſed potius ſicut immobiles, & immobilitatis principia, vt ſcilicet ſi aliquid fixum & eodem modo ſe habens in rebus ſenſibilibus inuenitur, hoc ſit ſecundum participantiam idearum, quæ per ſe ſunt immobiles.

c ¶ Oſtendit ſecundo, quod ſpecies non proſunt ſenſibilibus ad ſcientiam tali ratione. Cognitio vniuſcuiuſque perficitur per cognitionem ſuæ ſubſtantiæ, & nō per cognitionem aliquarum ſubſtantiarum extrinſecarum: ſed ſubſtantiæ ſeparatæ, quas dicēbant ſpecies, ſunt omnino aliæ ab iſtis ſubſtantijs ſenſibilibus: ergo earum cognitiō non auxiliatur ad ſcientiam illorum ſenſibilium. Nec poteſt dici, quòd illæ ſpecies ſunt ſubſtantiæ iſtorum ſenſibilium. Nam cuiuſlibet rei ſubſtantia eſt in eo, cuius eſt ſubſtantia. Si igitur illæ ſpecies eſſent ſubſtantiæ rerum ſenſibilium, eſſent in his ſenſibilibus: quod eſt cōtra Platonem. Nec iterum poteſt dici, quòd illæ ſpecies adſint iſtis ſubſtantijs ſenſibilibus, ſicut participantibus eas. Hoc enim modo Plato opinabatur aliquas ſpecies horum ſenſibilium cauſas eſſe. Sicut nos intelligeremus ipſum album per ſe exiſtens, ac ſi eſſet quoddam album ſeparatum permiſceri albo, quod eſt in ſubiecto, & albedinem participare. vt ſic etiam dicamus quòd homo iſte, qui eſt ſeparatus, permiſceatur huic homini, qui componitur ex materia & natura ſpeciei, quam participat. Sed hæc ratio eſt valde [mobilis] idest deſtructibilis. Hanc enim rationem primo tetigit Anaxagoras qui poſuit etiam formas & accidentia permiſceri rebus. Et ſecundo tetigit Heſiodus & alij quidam. Et ideo dico, quòd eſt valde mobilis, ſcilicet quia facile eſt colligere multa impoſſibilia cōtra talem opinionē. Sequitur enim ſicut ſupra dixit contra Anaxag. quòd accidentia & formæ poſſunt eſſe ſine ſubſtantijs. Nam ea ſola nata ſunt miſceri, quę poſſunt ſeparatim exiſtere. Sic igitur non poteſt dici, quod ſpecies ſic conferant ad ſcientiam ſenſibilium vt eorum ſubſtantiæ, nec quod ſint eis principia exiſtendi per modum participandi. Nec etiam pōt dici quod ex ſpeciebus ſicut ex principijs ſunt alia, ſcilicet ſenſibilia ſecundum ullum eorum modū qui cōſueuerunt dici. Vnde ſi eadem ſunt principia eſſendi, & cognoſcēdi, oportet quod ſpecies non conferant ad ſcientias, cum principia eſſendi eſſe non poſſint. Ideo autem dicit ſecūdum vllum modum cōſuetorū dici, quia Plato inuenerat nouos modos aliqd ex alio cognoſcendi.

K

d ¶ Hic

Tex.c.31 pars.1.

part.3.

Parte 2. prima parte lect. & 2. part. seq.

par. 4. & ſequent

Part. 7. & ſe.

part. 9. & ſe.

d Dicere vero exemplaria eſſe, & eis alia participare, vaniloquium eſt, & metaphoras dicere poeticas.

e Nam quid eſt opus ad ideas reſpiciens. Contingit enim & eſſe & fieri ſimile aliquod, & nõ aſſimilatum ad illud. Quare exiſtente Socrate & non exiſtente fiet qualis Socrates.

f Similiter autem palam, quia etiam ſi ſit Socrates ſempiternus, erunt eiuſdem exemplaria plura, quare & ſpecies. vt hominis animal & bipes: ſimiliter autem & autoſãnthropos.

g Amplius autem non ſolum ſenſibilium ſpecies exemplaria, ſed etiam ipſarum, vt genus ſpecierum. quare idem erit exemplar & imago.

h Amplius opinabitur vtique impoſſibile eſſe ſeparatim ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtantia. Quare quomodo ideæ ſubſtantię rerum exiſtentes ſeparatim erunt?

i In Phædone vero ſic dicitur, ꝙ ipſius eſſe & fieri cauſæ ſint ſpecies, & etiam exiſtentibus ſpeciebus tamen, non fiunt participantia niſi ſit quod moueat.

K Et multa fiunt alia, vt domus & annulus, quorum non dicimus eſſe ſpecies. quare palam, quia contingit & alia & eſſe & fieri. & propter tales cauſas, quales & nunc dictas.

Dicere uero exemplaria eas eſſe, & cætera eis participare, uaniloqua, & metaphoras poeticas dicere eſt.

Quod enim eſt, quod agit, ad ideas inſpiciens? poſſibile enim eſt & eſſe, & fieri quodcunque ſimile, etiam non ad illius imaginem, quare & exiſtente B *Socrate, & non exiſtente, fiet utique qualis Socrates eſt.*

*Similiter autem etiam ſi Socrates ſempiternus eſſet. At eiuſdem erunt plura exemplaria, ergo etiam formæ. veluti hominis, animal, & bipes, ſimul autem & * idealis homo.*

Item nonſolum ſenſibilium exemplaria formæ erunt, verum etiam ipſarum, ut puta genus, tanquam genus C *ſpecierum, quare idem erit exemplar, & imago.*

Item videri poſſit impoſſibile eſſe ſeparatam ſubſtantiam, & cuius eſt ſubſtantia, quare quomodo ideæ, cum rerum ſubſtantia ſint, ſeparatę fuerint?

In Phędone autem ita dicitur, ꝙ tum ipſius eſſe, tum ipſius fieri formæ cauſa ſunt, Quanquam formis exiſtentibus, non tamen participantia fiunt, D *ſi non ſit, quod moueat.*

At multa alia fiunt, uelut domus, aut annulus, quorum non dicimus eſſe formae, quare patet poſſe contingere cętera quoque & eſſe, & fieri etiam propter tales cauſas, quales eorum, quæ nunc dicta ſunt.

Text. cõ. 35. parte 4. par. ſequen. d Hic tertio oſtendit, quòd ſpecies non conferant ſenſibilibus ſicut exemplaria. & primo proponit intentum. Secũdo probat. ibi. [Nam quid opus eſt &c.] Dicit ergo primo, quod dicere ſpecies eſſe exemplaria ſenſibilium & mathematicorum, eo ꝙ huiuſmodi cauſas participent, eſt dupliciter inconueniens. Vno modo, quia vanum & nulla vtilitas eſt huiuſmodi exemplaria ponere, ſicut oſtendet. Alio modo, quia eſt ſimile metaphoris, quas Poetæ inducunt, quod ad Philoſophum nõ pertinet. Nam philoſophus ex proprijs docere debet. Ideo autem hoc dicit eſſe metaphoricum, quia Plato productionem rerum naturaliũ aſſimilauit factioni rerum artificialiũ, in quibus artifex ad aliquod exemplar reſpiciens, operatur aliquod ſimile ſuæ arti.

parte 6. e Hic probat propoſitum tribus rationibus. Hoc enim videtur eſſe opus exẽplaris, id eſt vtilitas: quòd artifex reſpiciens ad exẽplar inducat ſimilitudinem formæ in ſuo artificio. Videmꝰ autem in operatione naturalium rerum, ꝙ ſimilia ex ſimilibus generantur, ſicut ex homine generatur homo. Aut ergo ſimilitudo illa prouenit in rebus generatis propter reſpectum alicuius agentis ad exemplar, aut non: ſi non, quid erit [opus] id eſt vtilitas, quòd aliquod agens ſit reſpiciens ad ideas, ſicut ad exemplaria? quaſi dicat nullum. Si autem ſimilitudo prouenit ex reſpectu ad exemplar ſeparatum, tunc non poterit dici, quod cauſa huius ſimilitudinis in genito, ſit forma inferioris generantis. Fiet enim aliquid ſimile propter reſpectum ad hoc exemplar ſeparatum, & non per reſpectũ ad agens hoc ſenſibile. Et hoc eſt quod dicit [& non ſimile illi,] id eſt agenti ſenſibili. Ex quo ſequitur hoc inconueniens, quòd aliquis generetur ſimilis Socrati ſiue poſito, ſiue remoto Socrate. Quod videmus eſſe falſum, quia niſi Socrates agat in generatione, nunquam generabitur aliquis ſimilis Socrati. Si igitur hoc E eſt falſum, quòd non ſimilitudo generatorum depẽdeat a proximis generantibus, vanũ & ſuperfluum eſt ponere aliqua exemplaria ſeparata. Sciendum autem, quòd illa ratio, etſi deſtruat exemplaria ſeparata a Platone poſita, non tamen remouet diuinam ſcientiam eſſe rerum omnium exemplarem. Cum enim res naturales naturaliter intendant ſimilitudines in res generatas inducere: oportet quòd illa intentio ad aliquod principium dirigens reducatur, quod eſt in finem ordinans vnumquodque. Et hoc non poteſt eſſe niſi intellectus, cuius ſit cognoſcere finem & proportionem rerum in finem. Et ſic iſta ſimilitudo eſſectum ad cauſas naturales reducit, ſicut in primum principium, in intellectum aliquem: non autem oportet quod in aliquas alias formas ſeparatas: quia ad ſimilitudinem prædictam ſufficit prædicta directio in finem, qua virtutes naturales diriguntur a primo intellectu.

parte 6. f Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt: Sicut Socr. ex eo ꝙ eſt Socra. addit aliquid ſupra hominem, ita etiam homo addit aliquid ſupra animal: & ſicut Socr. participat hominem, A ita homo participat animal. Sed, ſi præter illum Socra. ſenſibilem poneretur alius Socra. ſempiternus, quaſi exemplaris, ſequeretur, quod huius Socra. ſenſibilis eſſent plura exemplaria, ſcilicet Socra. ſempiternus, & idea hominis, ergo & eadem ratione ſpecies hominis habet plura exemplaria. Erit enim exemplar eius & animal, & bipes, & iterum [Autoſanthropos] id eſt idea hominis. αὐτοάνθρωπος. Hoc autem eſt inconueniens, ꝙ vnius exemplati ſint plura exemplaria: ergo inconueniens eſt ponere huiuſmodi ſenſibilium exemplaria.

Te. com. 35. parte. 7. g Hic ponit tertiam rationem, quæ talis eſt. Sicut ſe habet ſpecies ad indiuiduum, ita ſe habet genus ad ſpeciem. Si igitur ſpecies ſunt exemplaria ſenſibilium indiuiduorum, ut Plato ponit, ipſarum ẽt ſpecierum erunt aliqua exemplaria, ſcilicet genus ſpecierum: quod eſt inconueniens, quia tunc ſequeretur, quòd idẽ, ſcilicet ſpecies, erit exemplum alterius ſcilicet indiuidui ſenſibilis, & imago ab alio exemplata, ſcilicet a genere: quòd videtur eſſe inconueniens. * Ipſe homo.

parte. 8. Te. com. 36. parte. 9. ¶ Hic quarto oſtendit, quòd ſpecies non conferunt rebus ſenſibilibus, ſicut earum ſubſtantiæ, uel cauſæ formales, quia [hic opinabitur] id eſt, hoc eſt opinatiuum, vt impoſſibiliter ponatur, ꝙ impoſſibile eſt ſeparari ſubſtantiã ab eo, cuius eſt ſubſtantia: ſed hæ ſeparantur ab eo, cuius ſũt ideę, id eſt a ſenſibilibus: ergo non ſunt ſubſtãtiæ ſenſibilium.

parte. 10. i Hic oſtendit, quòd non conferunt ſpecies ſenſibilibus ad eorum fieri, quamuis Plato dixerit [in Phædone] id eſt in quodam ſuo libro, quòd ſpecies ſunt cauſæ rebus ſenſibilibus eſſendi & fiendi. Sed hoc improbat duabus rationibus, quarum prima talis eſt: Poſita cauſa ponitur effectus: ſed exiſtentibus ſpeciebus, non propter hoc fiunt entia particularia, ſiue indiuidua participantia ſpecies, niſi ſit aliquod motiuum, quod moueat ad ſpeciem, quod ex hoc patet, quia ſpecies ſemper eodem modo ſunt ſecundum Platonem. Si igitur eis poſitis eſſent uel fierent indiuidua participantia eas, ſequeretur quod ſemper eſſent huiuſmodi indiuidua: quod patet eſſe falſum: ergo non poteſt dici, quòd ſpecies ſint cauſæ fieri & eſſe rerum, & præcipue cum non poneret ſpecies cauſas eſſe motiuas, ut ſupra dictum eſt. Sic enim a ſubſtantijs ſeparatis immobilibus ponit Ariſt. procedere & fieri & eſſe inferiorum, inquantum illæ ſubſtantiæ ſunt motiuæ cęleſtium corporum, quibus mediantibus cauſatur generatio, & corruptio in iſtis inferioribus.

k Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Sicut ſe habent artificialia ad cauſas artificiales, ita ſe habent naturalia ad cauſas naturales: ſed uidemus, quòd multa alia a naturalibus, ut domus & annulus, fiunt in iſtis inferioribus, quorum Platonici ſpecies non ponebant: ergo [& alia] ſcilicet naturalia contingit eſſe & fieri propter tales cauſas proximas, quales contingit eſſe nunc dictas. ſcilicet artificiales, ut ſcilicet ſicut res artificiales fiunt a proximis agentibus, ita & res naturales.

LECTIO XVI.

a Te. com. 55. par. prima. Te. com. 56. Lec. penul. Par. prima. Par. 8. lec. huius.

HIc improbat opinionem Platonis de ſpeciebus, inquantum ponebat eas eſſe numeros, & circa hoc duo facit. Primo eſt putar contra ea, quæ poſita ſunt ab ipſo de numeris. Secundo contra ea, quæ poſita ſunt ab ipſo de alijs mathematicis, ibi: [Volentes autem ſubſtantias &c.] Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima talis eſt. Eorum, quæ ſunt idem ſecundum ſubſtantiam, vnū nō eſt cauſa alterius: ſed ſenſibilia ſecundum ſubſtantiā, ſunt numeri ſecūdum Platonicos & Pythagoricos: Si igitur ſpecies ſunt etiam numeri, non poterunt ſpecies eſſe cauſę ſenſibilium. Si autem dicatur, quòd alij numeri ſunt ſpecies, & alij ſunt ſenſibilia, ſicut ad literam Plato ponebat: vt, ſi dicamus ꝙ hic numerus eſt homo, & ille alius numerus eſt Socr. & alius numerus eſt Callias, illud adhuc non uidetur ſufficere: quia ſecundū hoc, ſenſibilia & ſpecies conueniunt in ratione numeri: & eorum quæ ſunt idem ſecundum rationem, unū non uidetur eſſe cauſa alterius: ergo ſpecies non erunt cauſæ horum ſenſibiliū. Non iterum poteſt dici, quod ſunt cauſæ, quia illi numeri, qui ſunt ſpecies, ſunt ſempiterni. Illa enim differentia non ſufficit ad hoc, ꝙ quædam ponantur cauſę aliorum, quia aliqua differunt per ſempiternum & non ſempiternum ſecūdum eſſe ſuum abſolute conſideratū, ſed per cauſam & cauſatum differunt ſecundum habitudinem vnius ad alterum: ergo diuerſa numero non differunt per cauſam & cauſatum per hoc, quòd quędam ſunt ſempiterna, & quædam non ſempiterna. Si autem dicatur, quòd hæc ſenſibilia ſunt quædam [rationes], ideſt proportiones numerorum, & per hunc modum numeri ſunt cauſæ horum ſenſibilium, ſicut uidemus in [ſymphonijs] ideſt in muſicis conſonantijs: quia numeri dicuntur eſſe cauſæ conſonantiarum, inquantum proportiones numeralęs, quæ applicantur ſonis, conſonantias reddunt: palam eſt, quòd, oportebat præter ipſos numeros in ſenſibilibus ponere aliquod unum ſecundum genus, cui applicantur proportiones numerales, ut ſcilicet eorum, quæ ſunt illius generis proportiones, ſenſibilia conſtituant, ſicut præter proportiones numerales in conſonantijs inueniuntur ſoni. Si autem illud, cui applicatur illa proportio numeralis in ſenſibilibus, eſt materia, manifeſtum eſt, quòd oportebat dicere, quòd ipſi numeri ſeparati, qui ſunt ſpecies, ſint proportiones alicuius unius, ſcilicet ad aliquod aliud. Oportet enim dicere, quòd hic homo, qui eſt Callias vel Socra. eſt ſimilis homini ideali, qui dicitur [autoanthropos], ideſt per ſe homo. Si igitur Callias non eſt numerus tantum, ſed magis eſt ratio quædam, vel proportio in numeris elementorum, ſcilicet ignis, terræ, aquæ & aeris, & ipſe homo idealis erit quędam ratio, uel proportio in

K συμφωνια

LECTIO XVI.

a AMplius, ſi ſunt numeri ſpecies, quomodo cauſę erunt? Vtrum quia alij numeri ſunt ipſa exiſtentia, vt hic quidē numerus homo, ille vero Socrates, & alius Callias? Quid igitur his ſunt cauſæ illi? nec enim ſi hi ſunt ſempiterni, illi uero non, differunt. Si vero quia rationes numerorum & hic, vt ſymphonia, palam quia eſt vnum quidem, quorum ſunt rationes. Si itaque hęc materia manifeſtum quia & ipſi numeri & aliquæ rationes ſunt aliud ad aliud. Dico autem, ut ſi eſt Callias ratio in numeris ignis, aquæ, terræ, & aeris & autoanthropos, ideſt ipſe homo, ſiue numerus quis exiſtens, ſiue non, tamen eſt ratio in numeris quorundam, & non numerus, & non erit quis propterea numerus.

G

H

b Amplius ex multis numeris fit vnus numerus, ex ſpeciebus autem una ſpecies qualiter, vel quomodo.

c Sed, ſi nec ex eis, ſed ex vnis, vt in millenario, quomodo ſe habent vnitates? Siue enim eiuſdem ſpeciei, multa inconuenientia accidunt, ſiue non eiuſdem ſpeciei, nec enim eędē ſibi ſunt inuicem, nec aliæ omnes omnibus. Quomodo namque differẽt impaſſibiles exiſtentes? nec enim rationabilia hæc, nec intelligentiæ conſeſſa.

I

F numeris aliquorum, & non erit homo idealis numerus per ſuam ſubſtantiam. Ex quo ſequitur, quod nullus numerus erit [præter ea] ideſt præter res numeratas. Si enim numerus ſpecierum eſt maxime ſeparatus, & ille non eſt ſeparatus a rebus, ſed eſt quædam proportio rerum numeratarum, nunc nullus alius numerus erit ſeparatus: quod eſt contra Platonicos. Sequitur autē, quòd homo idealis ſit proportio aliquorum numeratorum, ſiue ponatur eſſe numerus, ſiue non. Tam enim ſecundum ponentes ſubſtantias eſſe numeros, quam ſecundum Naturales, qui numeros ſubſtantias eſſe non dicebant, oportet quòd in rerum ſubſtantijs, aliquæ proportiones numerales inueniantur. Quod patet præcipue ex opinione Empedoclis, qui ponebat vnamquamque rerum ſenſibilium conſtitui per quandam harmoniam & proportionem.

b Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Ex multis numeris fit vnus numerus: ſi igitur ſpecies ſunt numeri, ex multis ſpeciebus fiet vna ſpecies: quod eſt impoſſibile. Nam, ſi ex multis diuerſarum ſpecierum aliquid vnum in ſpecie conſtituatur, hoc fit per mixtionem, in qua non ſaluantur ſpecies eorum, quæ miſcentur, ſicut ex quatuor elementis fit lapis. Et iterum ex huiuſmodi diuerſis ſecundum ſpeciem non fit aliquod vnum ratione ſpecierum: quia ipſæ ſpecies non coniunguntur ad aliquod vnum conſtituendum, niſi ſecundum rationem indiuiduorum, quæ alterantur, vt poſſint permiſceri: ipſæ autem ſpecies numerorum ſimul coniunctæ numerum conſtituunt. ut ſpecies numeri binarij, & ſpecies numeri ternarij ſimul iunctæ conſtituunt numerum quinarium, ita quod in quinario vterque numerus remanet & ſaluatur. Sed quia ad hanc rationem poſſet reſponderi ex parte Platonis, quòd ex multis numeris non fit vnus numerus, ſed quilibet numerus immediate conſtituitur ex vnitatibus: ideo conſequenter cum dicit.

Text. co. 57. part. prima.

c Excludit etiam hanc reſponſionem. Si enim dicitur, ꝙ aliquis numerus maior, vt millenarius, non conſtituatur [ex eis] ſcilicet ex duobus vel pluribus numeris minoribus, ſed conſtituatur [ex vnis] ideſt ex vnitatibus, remanebit quæſtio, quomodo ſe habent vnitates adinuicem, ex quibus numeri conſtituuntur? Aut enim oportet, quòd omnes vnitates ſint conformes adinuicem aut quòd ſint difformes adinuicem. Sed primo modo ſequuntur multa inconuenientia, & præcipue quantum ad ponentes ſpecies eſſe numeros. quia ſequitur, quòd diuerſæ ſpecies non differant ſecundum ſubſtantiam, ſed ſolum ſecundum exceſſum vnius ſpeciei ſuper aliam. Inconueniens etiam uidetur, quòd vnitates nullo modo differant, & tamen ſunt multæ, cum diuerſitas multitudinem conſequatur. Si uero non ſint conformes, hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, quia unitates vnius numeri ſint differentes ab unitatibus alterius numeri,

Parte 3. Text. co. 58.

[illegible]

ſicut

LECTIO XVI.

a ITem, ſi formæ numeri ſunt, quomodo erunt cauſa? Vtrum quoniam ipſa entia ſunt diuerſi numeri, vtputa hic quidem numerus homo, hic vero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his cauſa ſunt? etenim ſi hi quidem æterni, hi vero non, nihil differt. Quòd ſi quoniam proportiones numerorum ea, quæ hic, aut conſonantia, patet quod vnum quiddam erit, quorum proportiones ſunt. Si igitur hoc materia eſt, manifeſtum eſt quòd ipſi etiam numeri proportiones cuiuſquam alterius ad alterum erunt. Dico autem, vt ſi Callias proportio eſt in numeris ignis, terræ, aquæ, & aeris, ipſe homo aliquorum aliorum ſubiectorum erit. & idea numerus, ac etiā ipſe idealis homo ſiue aliquis numerus ſit, ſiue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus. & non erit aliquis propterea numerus.

Item è multis numeris vnus numerus fit, ex ſpeciebus vero, quomodo ſpecies vna?

Quòd ſi nec ex his, ſed ex numerabilibus, vt ex decem millibus, quomodo ſe habent vnitates? Siue enim eiuſdem ſpeciei ſunt, multa inconuenientia ſequentur, ſiue non eiuſdem ſpeciei, nec eædem inuicem, nec cæteræ omnes omnibus. Quo namque differẽt, cum impaſſibiles ſint? hęc enim rationabilia ſunt, nec intellectioni conſentanea.

d Amplius autem aliud aliquod genus numeri facere eſt neceſſe, circa quod fit Arithmetica. Et omnia intermedia dicta, ex quibus ſimpliciter, aut ex quibus ſunt principijs, aut quale infra præſentia erunt & eas.

e Amplius autem vnitates, quæ ſunt in dualitate, vtraque eſt ex aliqua priori dualitate, quamuis impoſſibile.

f Amplius quare numerus ex his collectus eſt?

g Amplius autem cum dictis, ſi ſint differentes vnitates, oportebit ita dicere, quemadmodum & quicunque elemēta quatuor, aut duo dicunt. Etenim horum quilibet non cōmune dicit elementum, vt corpus, ſed ignē & C terram, ſiue ſit corpus cōmune ipſum, ſiue nō. Nunc autē dicimus, quòd vno exiſtente, quēadmodum igne, aut aqua, ſimiliū partium. ſi uero ſic, non erunt ſubſtantiæ numeri. Sed palam, quia ſi commune eſt aliquod vnum ipſum, & hoc eſt principiū, quaſi multipliciter dicitur ipſum vnum, aliter eſt impoſſibile.

h Volētes aūt ſubſtātias ad principia reducere, Lōgitudines quidem.n.ponimus ex producto & D

Item neceſſe eſt aliud quiddam numeri genus ponere circa quod Arithmetica. Et omnia, quæ media dicuntur a quibuſdam, quæ quomodo, aut ex quibus principijs ſunt, aut cur iſta ſunt, quæ media illorum, & horum erunt?

B *Item unitates, quæ in dualitate ſunt, utraque ex aliqua priore dualitate, at hoc impoſſibile eſt.*

Item cur unum eſt numerus collectus.

*Item adhæc, quæ dicta ſunt, ſi vnitates * differentes ſunt, oportet ita dicere, ſicut quicunque quatuor, aut duo dicunt elementa. Etenim horum ſinguli non dicunt elementum, quod commune eſt, ut puta corpus, ſed ignem, & terram, ſiue commune quid ſit corpus, ſiue non. nunc autem dicitur, ac ſi unum ita eſſet (ut ignis, aut aqua) ſimiliū partium, quod ſi ita ſit, numeri non erunt ſubſtantia. Sed ſi ipſum unum aliquid eſt, & hoc principium eſt, patet quòd unum multipliciter dicitur, aliter nanque impoſſibile eſt.*

D *Volentes autem ſubſtantiam referre ad principia. Longitudines quidem ex longo & breui ponunt, ex quodam*

ſicut vnitates binarij ab vnitatibus ternarij, & tamen vnitates unius & eiuſdem numeri ſibi inuicem ſunt conformes. Alio modo, ut unitates eiuſdem numeri non ſibi inuicem, nec unitatibus alterius numeri conformes exiſtant. Hanc diuiſionem ſignificat, cum dicit, [Nec eædem ſibi inuicem] ideſt quæ ad eundem numerum pertinent [nec aliæ omnes &c.] ſcilicet quæ pertinent ad diuerſos numeros. quocunque autem modo ponatur difformitas inter vnitates, videtur inconueniens. Nam omnis difformitas eſt per aliquam formam, uel paſſionem, ſicut uidemus quod corpora difformia differunt calido & frigido, albo & nigro, & huiuſmodi paſſionibus. Vnitates autem huiuſmodi paſſionibus carent, cum ſint impaſſibiles ſecundum Platonicos. Ergo nō poterit inter ea poni talis difformitas uel differentia, quæ cauſatur ab aliqua paſſione. Et ſic patet, quod ea, quæ Plato ponit de ſpeciebus & numeris, nec ſunt rationabilia, ſicut illa, quæ per certam rationem probantur, nec ſunt intelligentiæ confeſſa, ſicut ea quæ ſunt per ſe nota, & ſolo intellectu certificantur, ut prima demonſtrationis principia.

Text·cō.39. parte 4. d Hic ponit tertiam rationem contra Platonem, quæ talis eſt. Omnia mathematica, quæ a Platone ſunt dicta intermedia ſenſibilium, & ſpecierum, ſunt ex numeris, aut ſimpliciter ſicut ex proprijs principijs, aut ſicut ex primis. Et hoc ideo dicit, quia ſecundum vnam uiam videtur, quòd numeri ſint immediata principia aliorum mathematicorum. nam vnum dicebant conſtituere punctum, binarium lineam, ternarium ſuperficiem, quaternarium corpus. Secundum vero aliam viam, videntur reſolui mathematica in numeros, ſicut in prima principia & non in proxima. Nam corpora dicebant componi ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, lineas ex punctis, puncta autem ex vnitatibus, quæ conſtituunt numeros. Vtroque autem modo ſequebatur, numeros eſſe principia aliorum mathematicorum. Sicut igitur alia mathematica erant media inter ſenſibilia & ſpecies, ita neceſſarium eſt facere aliquod genus numeri, quod ſit aliud a numeris, qui ſunt ſpecies, & a numeris, qui ſunt ſubſtantia ſenſibilium: & quod de huiuſmodi numero ſit Arithmetica, ſicut de proprio ſubiecto, quæ eſt una mathematicarum, ſicut Geometria de magnitudinibus mathematicis. Hoc autem ponere videtur ſuperfluum eſſe. nam nulla ratio poterit aſſignari, quare ſunt numeri medij [inter præſentia] ideſt ſenſibilia & [eas] ſcilicet ſpecies, cum tam ſenſibilia quam ſpecies ſint numeri. E

Text.cō.40. part.5. e Hic ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Ea, quæ ſunt in ſenſibilibus & in mathematicis ſunt cauſata ex ſpeciebus: ſi igitur aliqua dualitas in ſenſibilibus, & in mathematicis inuenitur, oportet quòd utraque unitas huius poſterioris dualitatis, ſit cauſata ex priori dualitate, quæ eſt ſpecies dualitatis. Et hoc eſt [impoſſibile] ſcilicet quòd vnitas ex dualitate cauſetur. Hoc enim præcipue oportet dicere, ſi unitates unius numeri ſint alterius ſpeciei ab unitatibus alterius: quia tunc a ſpecie ante illius numeri unitates, ſpecies ſortientur. Et ſic

A oportet quòd vnitates poſterioris dualitatis, ſint cauſatæ ex priori dualitate.

f Hic ponit quintam rationem, quæ talis eſt. Multa non conueniunt ad unum conſtituendum, niſi propter aliquam cauſam, quæ poteſt accipi, vel extrinſeca, ſicut aliquod agens, quod coniungit: vel intrinſeca, ſicut aliquod uinculum vniens. Vel ſi aliqua uniuntur per ſeipſa, oportet ut unum ſit, ut potentia, & aliud ut actus. Nullum autem horum poteſt dici in unitatibus [quare numerus] ideſt ex qua cauſa numerus erit quoddam [comprehenſum] ideſt congregatum ex pluribus vnitatibus: quaſi dicat, non erit hoc aſſignare. parte. 6.

g Hic ponit ſextam rationem, quæ talis eſt. Si numeri ſunt ſpecies & ſubſtantiæ rerum, oportet, ſicut præmiſſum eſt, dicere, uel quod unitates ſint differentes, aut conuenientes: ſi autem differētes, ſequitur, quòd vnitas, inquantum unitas, non ſit principium. Quod patet per ſimilitudinem ſumptam a Naturalium poſitione. Naturales enim aliqui poſuerunt quatuor corpora eſſe principia. Quamuis autem commune ſit ipſis hoc, quòd eſt eſſe corpus, non tamen ponebant corpus commune eſſe principium, ſed magis ignem, terram, aquam & aerem, quę ſunt corpora differentia. Vnde, ſi vnitates ſint differentes, quamuis omnes conueniant in ratione vnitatis, non tamen erit dicendum, quòd ipſa vnitas, inquantum huiuſmodi, ſit principium, quod eſt contra poſitionem Platonicorum. Nam nunc ab eis dicitur, quòd vnum ſit principium, ſicut etiam de Naturalibus dicitur, quod ignis, aut aqua, aut aliquod corpus ſimilium partium principium ſit. Sed ſi hoc eſt uerum quod concluſum eſt contra poſitionem Platonicorum, ſcilicet, quòd unum, inquantum vnū, non ſit principium & ſubſtantia rerum, ſequeretur quòd numeri non ſunt rerum ſubſtantia. Numerus enim non ponitur eſſe rerum ſubſtantia, niſi inquantum conſtituitur ex unitatibus, quæ dicuntur eſſe rerum ſubſtantiæ. Quod iterum eſt contra poſitionem Platonicorum, quam nunc proſequitur, qua ſcilicet ponitur, quòd numeri ſint ſpecies. Si autem dicas, quòd omnes unitates ſunt indifferentes, ſequitur [quòd omne] ideſt uniuerſum totum ſit aliquid unum & idem, ex quo ſubſtantia rei cuiuslibet eſt ipſum vnum: quod eſt commune indifferens. Et ulterius ſequitur, quòd idem illud ſit unum principium omnium: quod eſt impoſſibile ratione ipſius rationis, quæ de ſe eſt inopinabilis, ut ſcilicet ſint omnia unum ſecundum rationem ſubſtantiæ, tum quia includit contradictionem ex eo, quòd ponit unam eſſe ſubſtantiam rerum, & tamen ponit illud unum eſſe principium. Nam unum & idem non eſt ſui ipſius principium: niſi forte dicatur, quòd unum multipliciter dicitur, ut diſtincto uno ponantur omnia eſſe unum genere, & non ſpecie, uel numero. * a.l. indifferentes. T.c. 41. parte. 7.

h Hic diſputat contra poſitionem Platonis quantum ad hoc, quòd poſuit de magnitudinibus mathematicis. Et primo ponit eius poſitionem. Secundo obijcit contra ipſam, ibi: [Attamen quomodo habebit &c.] Dicit ergo primo, quòd parte. 8. T.com.42. par. ſeq.

breui, & ex aliquo paruo & magno: & planum ex lato & arcto: corpus uero ex profundo & humili.

i Attamen quomodo habebit aut planum lineam, aut ſolidum lineam, & planum? Aliud enim eſt genus latum & arctum, & profundum & humile. Quemadmodum ergo nec numerus eſt in eis, quia multum & paucũ ab his alterum, palam, quia nec aliud nihil ſuperiorum inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latum. Erit enim planum aliquod corpus.

k Amplius puncta ex quo exiſtunt. Huic quidem generi & Plato oppugnabat, tanquam exiſtente geometrico dogmate, ſed lineæ principium uocabat. Hic autem multoties indiuiſibiles lineas poſuit, quamuis neceſſe eſt aliquid horũ eſſe. Quare ex qua ratione linea eſt, & punctum eſt.

LECTIO XVII.

OMnino aũt ſapiẽtia de manifeſtis cãm īqrente, hoc quidẽ p̄termiſimus. nihil.n. de cã dicimus, vnde principiũ eſt trãſmutationis, horũ aũt ſubſtantiã dicere putantes ipſorũ alias quidem ſubſtantias dicimus eſſe. Quomõ vero illæ ſubſtantiæ horum vane dicimus: nam & participare, ſicut prius diximus, nihil eſt. Nec quã in ſcientijs videmus exiſtens cauſa, propter quam omnis intellectus & omnis na-

paruo & magno: planum vero ex lato & ſtricto: corpus autem ex alto & humili.

Aut quomodo aut planum habebit lineam, aut ſolidum lineam atque planum? aliud namque genus latum & ſtrictum, altum & humile. G *Quemadmodum igitur neque numerus eſt in eis, eo quod multum & paucum ab his aliud eſt, ita manifeſtum eſt, quòd nec aliud quicquam ſuperiorum inferioribus inerit. At vero nec latum genus alti eſt, etenim corpus eſſet planum quid.*

Item puncta, ex quo inſunt. At huic generi aduerſabatur Plato, tanquam exiſtenti dogmati Geometrico. H *ſed nominabat principium lineæ, hic vero ſæpius ponebat lineas indiuiſibiles. atqui neceſſe eſt harum aliquem eſſe terminum. quare ex qua ratione linea eſt, punctum quoque eſt.*

LECTIO XVII.

ET omnino cum Sapientia ſit de manifeſtis causam quærere, hanc quidem prætermiſimus. nihil enim de cauſa dicimus, vnde principium transmutationis. I *ſubſtantiam vero eorum dicere putantes, alias ſubſtantias eſſe dicimus. Quomodo vero illæ horum ſubſtantiæ, incaſſum dicimus. participare namque, vt prius diximus, nihil eſt. Nec illam citam, quam ſcientijs eſſe cauſam videmus, propter quã omnis intellectus, & omnis natura facit: nec*

Platonici volentes rerum ſubſtantias reducere ad prima principia, cum ipſas magnitudines dicerent eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, lineam, ſuperficiem, & corpus, iſtorum principia aſsignantes, putabant ſe rerum principia inueniſſe. Aſsignando autem magnitudinum principia, dicebant [longitudines] idest lineas, componi ex producto, & breui, eo quòd principia rerum omniũ ponebant eſſe contraria. Et quia linea eſt prima inter quantitates continuas, ei per prius attribuebant magnum & paruum, ut per hoc, quòd hæc duo ſunt principia lineæ, ſint etiam principia aliarum magnitudinum. Dicit autem [Ex aliquo paruo & magno] quia paruum & magnum etiam in ſpeciebus ponebantur, ut dictum eſt, ſed ſecundum quòd per ſitum determinantur & quodammodo particulari ad genus magnitudinum, conſtituunt primo lineam, & deinde alias magnitudines [Planum autem] idest ſuperficiẽ, eadem ratione dicebant componi ex lato & arcto, & corpus ex profundo & humili.

part. 9.

i ¶ Hic obijcit contra prædictam poſitionem duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Quorum principia ſunt diuerſa, ipſa etiam ſunt diuerſa: ſed principia dictarum magnitudinum ſecundum prædictam poſitionem ſunt diuerſa. Latum enim & arctum, quæ ponuntur principia ſuperficiei, ſunt alterius generis, quam profundum & humile, quæ ponuntur principia corporis. Et ſimiliter poteſt dici de longo & breui, quòd differunt ab utroque, ergo etiam linea, & ſuperficies & corpus, erunt adinuicem diſtincta. Quo modo ergo poterat dici, quòd ſuperficies haberet in ſe lineam, & quòd corpus habeat lineam & ſuperficiem? Et ad huius rationis confirmationem inducit ſimile de numero. Multum enim & paucum, quæ ſimili ratione ponuntur principia rerum, ſunt alterius generis a longo & breui, lato, & ſtricto, & profundo & humili. Et ideo numerus non continetur in his magnitudinibus, ſed eſt ſeparatus per ſe. Vnde & eadem ratione nec ſuperius inter prædicta erit etiam in inferioribus, ſicut linea non in ſuperficie, nec ſuperficies in corpore. Sed quia poſſet dici, quòd quædam prædictorum contrariorum ſunt genera aliorum, ſicut quòd longum eſſet lati genus, & latum genus profundi, hoc remouet tali ratione. Sicut ſe habent principia adinuicem, & principiata. Si igitur latum eſt genus profundi, & ſuperficies erit genus corporis: & ita corpus erit aliquod planum, idest aliqua ſpecies ſuperficiei: quod patet eſſe falſum.

Te. c. 43. par. 10.

Te. c. 44. par. prima.

K

k ¶ Hic ponit ſecundam rationem, quæ ſumitur ex punctis, circa quam Plato videtur dupliciter deliquiſſe. Primo quidem, quia, cum punctus ſit terminus lineæ, ſicut linea ſuperficiei, & ſuperficies corporis: ſicut poſuit aliqua principia, ex quibus componuntur prædicta, ita debuit aliquid ponere, ex quo exi-

F ſterent puncta, quod videtur prætermiſiſſe. Secundo, quia circa puncta videbatur diuerſimode ſentire. Quandoque enim contendebat totam doctrinam Geometriam de hoc genere exiſtere, ſcilicet de punctis, inquantum ſcilicet puncta ponebat principia & ſubſtantiam omnium magnitudinum. Et hoc non ſolum implicite, ſed etiam explicite punctum vocabat principium lineæ, ſic ipſum diffiniens. Multoties vero dicebat, quòd lineæ indiuiſibiles eſſent principia linearum, & aliarum magnitudinum, & hoc genus eſſe, de quo eſt Geometria, ſcilicet lineæ indiuiſibiles. Et tamen per hoc, quòd ponit ex lineis indiuiſibilibus componi omnes magnitudines, non euadit, quin magnitudines componantur ex punctis, & quin puncta ſint principia magnitudinum. Linearum enim indiuiſibilium neceſſarium eſſe aliquos terminos, qui non poſſunt eſſe niſi puncta. Vnde ex qua ratione ponitur linea indiuiſibilis principium magnitudinum, ex eadem ratione & punctum principium magnitudinis ponitur.

LECT. XVII.

a HIc improbat poſitionẽ Platonis quantum ad hoc, quòd ponebat de rerum principijs. Et primo quantum ad hoc, quòd ponebat principia eſſendi. Secundo, quantum ad hoc quod ponebat principia cognoſcendi, ibi [Quomodo autem aliquis, & cætera.] Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima ſumitur ex hoc, quòd genera cauſarum prætermittebat. Vnde dicit, quòd [omnino ſapientia] ſcilicet philoſophia habet inquirere cauſas [de manifeſtis] idest de his, quæ ſenſui apparent. Ex hoc enim homines inceperunt philoſophari, quòd cauſas inquiſiuerunt, vt in proœmio dictum eſt. Platonici autem, quibus ſe connumerat, rerum principia prætermiſerunt: quia nihil dixerunt de cauſa efficiente, quæ eſt principium tranſmutationis. Cauſam vero formalem putauerunt ſe aſsignare ponentes ideas. Sed, dum ipſi putauerunt ſe dicere ſubſtantiam eorum, ſcilicet ſenſibilium, dixerunt quaſdam eſſe alias ſubſtantias ſeparatas ab iſtis diuerſas. Modus autem, quo aſsignabant illa ſeparata eſſe ſubſtantias horum ſenſibilium [eſt ſuperuacuus] idest efficaciam non habens, nec veritatem. Dicebant enim, quod ſpecies ſunt ſubſtantiæ eorum, inquantum ab iſtis participantur. Sed hoc, quòd de participatione dicebant, nihil eſt, ſicut ex ſupradictis patet. Item ſpecies, quas ipſi ponebant, non tangunt cauſam finalem, quod tamen videmus in aliquibus ſcientijs, quæ demonſtrant per cauſam finalem, & propter quam cauſam omne agens per intellectum, & agens per naturam operatur, vt ſecundo Phyſicorum oſtenſum eſt. Et ſicut ponendo ſpecies non tangunt cauſam, quæ dicitur finis, ita nec cauſam, quæ dicitur principium, ſcilicet efficientem,

parte 1. Lect. huius.

quæ

quæ fini quaſi opponitur. Sed Platonicis prætermittentibus huiuſmodi cauſas facta ſunt naturalia, ac ſi eſſent mathematica ſine motu, dum principium, & finem motus prætermittebant, Vnde & dicebant, quod mathematica debent tractari non ſolum propter ſeipſa; ſed aliorum gratia, ideſt naturalium, inquantum paſſiones mathematicorum ſẽſibilibus attribuebant.

b ¶ Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt, Illud, quod ponitur tanquam rei materia, magis eſt ſubſtantia rei, & prædicabile de re, quam illud, quod eſt ſeparatum a re: ſed ſpecies eſt ſeparata a rebus ſenſibilibus: ergo ſecundum Platonicorum opinionem magis aliquis ſuſcipiet ſubſtantiam ſubiectam, vt materiam, eſſe ſubſtantiam mathematicorum, quam ſpeciem ſeparatam. Magis etiam ſuſcipiet eam prędicari de re ſenſibili, quam ſpeciem prædictam. Platonici enim ponebant magnum, & paruum eſſe differentiam ſubſtantiæ, & materiei. Hæc enim duo principia ponebant ex parte materiæ, ſicut naturales ponentes rarum, & denſum eſſe primas differentias [ſubiecti] id eſt materiæ, per quas, ſcilicet materia tranſmutabatur, dicentes eas quodammodo, ſcilicet magnum & paruum. Quod ex hoc patet, quia rarum, & denſum ſunt quædam ſuperabundantia & defectus. Spiſſum enim eſt quod habet multum de materia ſub eiſdem dimenſionibus. Rarum quod parum, Et tamen Platonici ſubſtantiam rerum ſenſibilium magis dicebant ſpecies, quam mathematica, & magis prędicari.

c ¶ Hic ponit tertiam rationem, quę talis eſt. Si ea, quæ ſunt in ſenſibilibus, cauſantur a ſpeciebus ſeparatis, neceſſarium eſt dicere, quòd ſit in ſpeciebus idea motus, aut non: ſi eſt ibi aliqua ſpecies & idea motus, etiam cõſtat, quòd non poteſt eſſe motus ſine eo quod mouetur, & neceſſe erit, quod ſpecies moueantur: quod eſt contra Platonicorum opinionem, qui ponebant ſpecies immobiles. Si autem non ſit ideæ motus: ea autem, quæ ſunt in ſenſibilibus, cauſantur ab ideis, non erit aſſignare cauſam unde motus veniat ad iſta ſenſibilia. Et ſic auferetur tota perſcrutatio ſcientiæ naturalis, quę inquirit de rebus mobilibus.

d ¶ Hic ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Si vnum eſſet ſubſtantia rerum omnium, ſicut Platonici poſuerunt, oporteret dicere, quòd omnia ſint vnum, ſicut naturales, qui ponebant ſubſtantiam omnium eſſe aquam, & ſic de elementis

Te. com. 45. part. 2.

part. 3. Text. com. 46.

part. 4.

part. 5.

part. 6.

tura facit, nec hanc cauſam, quã modo dicimus eſſe unũ principiorũ, nihil tangunt ſpecies. Sed facta eſt mathematica præſentibus philoſophia dicentium aliorum gratia, ea oportere tractari,

b Amplius autem ſubſtantiam ſubiectam, ut materiam magis mathematicam, aliquis ſuſcipiet, & magis prædicari, & differentiam eſſe ſubſtantiæ, & materiei, ut magnum & paruum, ſicut phyſiologi aiunt rarum & ſpiſſum primas ſubiecti dicentes eſſe differentias has. Hæc autem ſuperabundantiæ ſunt quædam & defectio.

c Et de motu, ſi quidem hęc erit motus, palam quia mouentur ſpecies. ſin autem, vnde uenit? Tota nanque de natura aufertur perſcrutatio,

d Et quod uidetur facile eſſe monſtrare, quòd unum omnia non ſint. Ex poſitione enim omnia unum non fiant, Sed id aliquid unum, ſi quis dicat, omnia; & nec hoc, ſi nõ dat genus uniuerſale eſſe. Hoc autem in quibuſdam impoſſibile,

e Nullam nanq; rationem habẽt, nec quę ſunt poſt numeros longitudines, latitudines, ſolida, nec quę præſentia, aut futura ſunt, nec ſi aliquam habent poteſtatem. Hæc enim nec ſpecies poſſibile eſſe. non enim ſunt numeri. Nec intermedia (ſunt. n. ille mathematica) nec corruptibilia. Sed rurſum quartum uidetur hoc aliquod genus,

f Et omnino exiſtentium quærere elementa, non diuidentem multipliciter dicta, inuenire impoſſibile eſt, & aliter ſecun-

A aliis, Sed facile eſt monſtrare, quòd omnia non ſunt unum: ergo poſitio, quæ ponit ſubſtantiam omnium eſſe vnum, eſt improbabilis. Si autem aliquis dicat, quod expoſitione Platonis non ſequitur, quòd omnia ſint vnum ſimpliciter, ſed aliquod unum, ſicut dicimus aliqua eſſe vnum ſecundum genus, vel ſecundum ſpeciem, ſi quis uelit dicere ſic omnia eſſe vnum, nec hoc etiam poterit ſuſtineri, niſi hoc, quod dico vnum, ſit genus, uel uniuerſale omnium. Per hunc enim modum poſſemus dicere omnia eſſe vnum ſpecialiter, ſicut dicimus hominem, & aſinum eſſe animal ſubſtantialiter. Hoc autem quibuſdam uidetur impoſſibile, ſcilicet quòd ſit unum genus omnium: quia oporteret. quod differentia diuiſiua huius generis nõ eſſet vna, vt in tertio dicetur: ergo nullo modo poteſt poni, quòd ſubſtantia rerum omnium ſit unum.

e ¶ Hic ponit quintam rationem, quæ talis eſt, Plato ponebat poſt numeros, longitudines, & latitudines, & ſoliditates eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, ex quib' ſcilicet corpora componerentur. Hoc autem ſecundum Platonis poſitionem nullam rationem habere videtur, quare debeant poni nec in præſenti, nec in futuro. Nec etiam uidetur habere aliquam poteſtatẽ ad hoc, quod ſint ſenſibilium cauſæ. Per [præſentia] enim hic oportet intelligi immobilia, quia ſemper eodem modo ſe habent. Per [futura] autem corruptibilia & generabilia, quæ eſſe habent poſt non eſſe, Quod ſic patet, Plato enim ponebat tria genera rerum, ſcilicet ſenſibilia & ſpecies & mathematica, quæ media ſunt, Huiuſmodi autem lineæ & ſuperficies, ex quibus componuntur corpora ſenſibilia, non eſt poſſibile eſſe ſpecies: quia ſpecies ſunt numeri eſſentialiter, Huiuſmodi autem ſunt poſt numeros, nec iterum poteſt dici, quod ſunt intermedia inter ſpecies & ſenſibilia. Huiuſmodi enim ſunt entia mathematica, & a ſenſibilibus ſeparata, quod non poteſt dici de illis lineis & ſuperficiebus, ex quibus corpora ſenſibilia componuntur, nec iterum poſſunt eſſe ſenſibilia. Nam ſenſibilia ſunt corruptibilia, huiuſmodi autem incorruptibilia ſunt, ut infra probabitur in tertio. Ergo uel iſta nihil ſunt, uel ſunt quartum aliquod genus entium, quod Plato prætermiſit.

f ¶ Hic ponit ſextam rationem, quę talis eſt. Impoſſibile eſt inuenire principia alicuius multipliciter dicti, niſi multiplicitas

illam cauſam, quam vnam de principijs eſſe dicimus, ipſæ formæ attingunt. ſed qui hac ætate ſunt his * *Mathemata facta ſunt philoſophia, quamuis dicant aliorum gratia ea oportere tractare,* * diſciplina

B

Item ſubiectã ſubſtantiam, ut materiam magis mathematicam, quis profecto putauerit, ac magis prædicari, & differentiam ſubſtantiæ, ac materiæ eſſe, uelut magnum, & paruum, ſicuti aiunt Phyſiologi rarum, & denſum primas ſubiecti dicentes has differentias eſſe. hæc etenim exceſſus quidam, & defectus ſunt.

C

De motu autem, ſi hæc quidem motus erunt, patet quod formæ mouebuntur, Quod ſi non, unde euenit? tota enim de natura conſideratio perit,

Et quod facile probare uidetur, quod omnia unum nõ ſit. ex poſitione etenim non fiunt omnia unum. Sed ipſum unũ ſi quis concedat omnia, nec hoc quidẽ. niſi quis vniuerſale concedat eſſe genus. hoc autem in quibuſdam impoſſibile,

D

Nullam autem rationem habent, nec illæ, quę poſt numeros, longitudines, plana, & ſolida ſunt: nec quomodo ſunt, aut futura ſunt, nec ſi quam uim habent, hęc enim nec formas poſſibile eſt eſſe. non enim ſunt numeri, nec media (mathematica enim illa ſunt) nec corruptibilia. Sed rurſus quartũ aliud quoddam hoc genus apparet.

E

Et omnino elementa quærere entium non diuidendo, cum multipliciter dicantur, impoſſibile eſt inuenire; præſertim cum hoc modo quę-

dum hunc modum quærentes ex quibus ſunt elementis. Ex quibus enim facere, aut pati, aut ipſum rectum uon eſt accipere. Sed ſiquidem ſubſtantiarum ſolum eſſe contingit, tunc quidem exiſtentium omnium elementa quærere, aut putarę habere non eſt uerum.

G

g Quomodo autem aliquis diſcet omnium elementa? Palam enim, quia non eſt poſſibile præexiſtere cognoſcētē prius. Sicut enim geometrizare diſceutem, alia quidē oportet præſcire, quorum autem ſciētia, & de quibus futuris eſt diſcere, nō prænoſcit, ita & iu alijs. Quare, ſi qua eſt omnium ſcientia, & de quibus oportet, ut quidam aiūt, nihil utique hic pręexiſtit cognoſcens.

H Quamuis ſit omnis diſciplina p præcognita, aut omnia, aut quædam, aut per demonſtrationem aut per diffinitiones. oportet enī ex quibus eſt diffinitio præſcire & eſſe nota. ſimiliter autem & quæ per inductionem.

h Sed ſi eſt exiſtens connaturalis, mirum quomodo obliuiſcimur, habentes potiſſimam ſcientiarum.

i Amplius autem quomodo aliquis cognoſcet ex quibus eſt, & quomodo eſt manifeſtum?

I Et enim hoc habet dubitationē. Ambiget enim aliquis queadmodum & circa quaſdam ſyllabas. Hi namque S. M. A. ex. S. M. & A dicunt eſſe: alij uero quendam ſouum alium dicunt eſſe, & cognitorum nullum.

k Amplius autem & quorum eſt ſenſus, hæc quomodo aliquis non habens ſenſum cognoſcet? quamuis oporteat, ſi omnium ſunt elementa, ex quibus quēmadmodum compoſitæ ſunt uoces ex elementis proprijs.

K

rant, ex quibus elementis eſt. ex quibus enim ipſum agere aut ipſum pati, aut ipſum rectum non eſt accipere. quod ſi eſt, ſubſtantiarum ſolum eſſe poteſt. quare aut quærere, aut putare habere omnium exiſtentium elementa, non eſt verum.

Quomodo vero aliquis cunctorum elementa diſcet? Manifeſtum eſt enim, quod non eſt poſſibile quicquam eum cognoſcere prius. quemadmodum enim ille, qui Geometriam diſcit, aliqua quidem præſcire contingit: quorum vero illa ſcientia eſt, & quæ docendus eſt, nihil præſcit. ita & in cæteris. Quare ſi qua cunctorum eſt ſcientia, vt quidam aiunt, nihil profecto is præcognoſcere poſſet.

Atqui omnis diſciplina per præcognita, aut omnia, aut aliqua eſt: & aut per demonſtrationem, aut per diffinitiones; ex quibus enim definitio eſt, illa præcognoſcere oportet, ac nota eſſe. ſimiliter & quæ per inductionem.

Atſi innata nobis eſt, mirum eſt quomodo nos fugit, optimam ſcientiarum habentes.

Item quo pacto quis cognoſcet, ex quibus eſt, & quomodo manifeſtum erit? etenim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quiſpiam, ſicut & de quibuſdam ſyllabis. quidam enim ſyllabam S M A ex S & M & A aiunt eſſe: quidam vero alium ſonum eſſe dicunt, & nullum ex notis.

Item quorum ſenſus eſt, ea quomodo quis noſcet ſenſum non habens? atqui oporteret. ſiquidem eadem cunctorum elementa ſunt, ex quibus, ſicuti compoſitæ voces, ex proprijs ſunt elementis.

citas diuidatur. Ea enim, quæ ſolo nomine conuenientia ſunt, & differunt ratione, non poſſunt habere principia communia, quia ſic haberent rationem eandem, cum rei cuiuſcunque ratio ex ſuis principijs ſumatur. Diſtincta autem principia his, quibus ſolum nomen commune eſt, aſſignari impoſſibile eſt, niſi his

T. c. 47. quorum principia ſunt aſſignanda ad inuicem diuerſis. Cum igitur eos multipliciter dicatur, & non uniuoce de ſubſtantia & aliis generibus, inconuenienter aſſignat Plato principia exiſtentium non diuidendo ab

parte 8. inuicem entia. Sed, quia aliquis poſſet aliquibus ratione differentibus, quibus nomen commune eſt, principia aſſignare, ſingulis propria principia coaptando, ſiue hoc ꝙ nominis communis multiplicitatem diſtingueret, hoc etiam Platonici non fecerunt. Vnde [& aliter] idest alia ratione inconuenienter rerum principia aſſignauerunt quęrentes, ea quibus elementis sūt entia, ſecūdum hunc modum, quo quæſiemus, ut ſcilicet non omnibus entibus ſufficientia principia aſſignarent. Non enim

Te. cap. 49. parte 9. ex eorum dictis eſt accipere, ex quibus principijs eſt agere aut pati, aut curuum, aut rectum, aut alia

par. 10. huiuſmodi acciden tia. Aſſignabāt enim ſolum principia ſubſtantiarum, accidentia prætermittentes. Sed, ſi aliquis defendendo Platonem dicere vellet, quod tūc contingit omnium entium elementa eſſe acquiſita aut in-

par. 11. uenta, quando contingit ſolarum ſubſtantiarum principia habita eſſe uel inuenta, hoc opinari non eſt verum. Nam licet principia ſubſtantiarum etiam quodammodo ſint principia accidentium, tamen accidentia propria principia habēt. Nec ſunt omnibus modis omnium generum eadem principia, ut oſtendetur infra 11. vel 12. huius.

g ¶ Diſputat contra Platonem quantum ad hoc, quod ponebat ideas eſſe principia ſcientię in nobis. Et ponit quatuor rationes, quarum prima eſt. Si ea ipſis ideis ſcientia in nobis cauſatur, non continget addiſcere rerum principia: conſtat autem quòd addiſcimus: ergo ea ipſis ideis ſcientia non cauſatur in nobis. Quòd autem non contingeret aliquid addiſcere ſic probat. Nullus enim præcognoſcit illud, quod addiſcere debet, ſicut geometra, & ſi præcognoſcat alia, quæ ſunt neceſſaria ad demonſtrandum, tamen ea, quæ debet addiſcere, nō debet præcognoſcere. Et ſimiliter eſt in alijs ſcientijs. Sed, ſi ideæ ſunt cauſa ſcientiæ in nobis, oportet ꝙ omnium ſcientiam habeamus: quia ideę ſunt rationes omnium ſcibilium: ergo non poſſu-

F mus aliquid addiſcere, niſi aliquis dicatur addiſcere illud, quod prius præcognouit. Vnde, ſi ponatur ꝙ aliquis addiſcat, oportet ꝙ non præexiſtat cognoſcens illa, quæ addiſcit, ſed quędam alia, cum quibus fiat diſciplinatus, i. addiſcens per præcognita [omnia] idest vniuerſalia [aut quædam] idest ſingularia. Vniuerſalia quidem ſicut in his quæ addiſcuntur per demonſtrationem & diffinitionem. Nam oportet, ſicut in demonſtrationibus, ita in diffinitionibus eſſe præcognita ea, ex quibus diffinitiones ſiunt, quæ ſunt vniuerſalia. Singularia vero oportet eſſe præcognita in his quæ diſcūtur per inductionem.

h ¶ Hic ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt. Si ideę ſunt cauſa ſcientiæ, oportet noſtrā ſcientiam eſſe nobis connaturalem. Senſibilia enim per hæc naturam propriam adipiſcuntur, quia ideas participant ſecundum Platonicos. Sed potiſſima diſciplina ſiue cognitio eſt illa, quæ eſt nobis cōnaturalis, nec eius poſſumus obliuiſci, ſicut patet i cognitione primorū principiorū demonſtrationis, quæ nullus ignorat: ergo nullo modo poſſum' omnorū ſciētiam ab ideis in nobis cauſatam obliuiſci. Quod eſt contra Platonicos, qui dicebant, ꝙ aīa ex vnione ad corpus obliuiſcitur ſcientiæ, quam naturaliter de omnibus habet, & poſtea per diſciplinam addiſcit homo illud, quod eſt prius notum, quaſi addiſcere nihil ſit niſi reminiſci.

i ¶ Hic ponit tertiam rationem, quæ talis eſt. Ad rerum cognitionem requiritur, ꝙ homo non ſolū cognoſcat formas rerū, ſed etiā principia materialia, ex quibus cōponitur. Quod ex hoc patet: quia de his interdum cōtingit eſſe dubitationem, ſicut de hac ſyllaba, ma, quidam dubitabant vtrum ſit cōpoſita ex tribus literis, ſ m a: aut ſit vna litera præter omnes prædictas, habens proprium ſonum. Sed ea ideis non poſſunt cognoſci oīa principia formalia, quia ideæ ſunt formæ rerum: ergo non ſunt ſufficientes cauſæ cognitionis rerum, principijs materialibus remanentibus ignotis.

K ¶ Hic ponit quartam rōnē, quæ talis eſt. Ad cognitionem rerum, oportet de ſenſibilibus notitiam habere. quia ſenſibilia ſunt manifeſta elemēta materialia omniū rerū, ex quibus componuntur. ſicut voces cōpoſitę vt ſyllabę & dictiones cōponūtur ex proprijs elementis. Si igitur per ideas ſcientia in nobis cauſatur, oportet ꝙ per ideas cauſetur in nobis cognitio ſenſibilium. Cognitio autem in nobis cauſata ea ideis ſine ſenſu eſt accepta, quia per ſenſum non habemus habitudinem ad ideas.

In co-

In cognoſcendo ergo, ſequitur, quòd aliquis non habens ſenſum poſſit cognoſcere ſenſibilia: quod patet eſſe falſum. Nam cæcus natus non poteſt habere ſcientiam de coloribus.

A rei. Sed ſimiliter neceſſarium eſt de carne & de ſingulis aliorum, aut de nullo. Omnia enim illa ex elementis commiſta ſunt. Et propter hoc patet, quod caro, & os & omnia huiuſmodi

1 i. ſecundo Tex.c.37.& inde.

1 ¶ Hic colligit ea, quæ ab antiquis de principijs dicta ſunt, dicens, quòd ex prius dictis eſt manifeſtum, quòd antiqui philoſophi conati ſunt quærere cauſas à nobis in libro Phyſicorum determinatas, & quòd per dicta eorum non habemus aliquam cauſam extra cauſas ibi declaratas. Has autem cauſas obſcure tetigerunt, & quodammodo omnes ab eis ſunt tactæ, quodammodo uero nullam earum tetigerunt. Sicut enim pueri de nouo loqui incipientes imperfecte & balbutiendo loquuntur, ita philoſophia priorum philoſophorum noua exiſtens, uiſa eſt balbutiendo, & imperfecte de omnibus loqui circa principia. Quod in hoc patet, quòd Empe. primo dixit, quod

Text.c.a.51.

1 Quoniam ergo dictas cauſas in phyſicis quærere uiſi ſunt oẽs, & extra has nullã habemus dicere; palã ex prius dictis. Sed obſcure hæc, & mõ quodã oẽs priꝰ dictæ sũt, mõ vero quodã nullatenus. Balbutiẽs uero uiſa prima philoſophia de omnibus. uelut noua exiſtens circa principiũ & primũ. Quoniam & Empe. oſſi dicit ineſſe rõnes. Hoc aũt eſt quod quid erat eſſe & ſubſtantia rei. At vero ſimiliter neceſſarium & carnis & aliorũ ſingulorũ eſſe rõnem, aut nihil. ꝑꝑ hoc enim & caro & os eſt & aliorũ unumquodque, & non ꝑꝑ materiam, quã ille dicit ignem, & terram, & aerem, & aquã. Sed hoc alio dicẽte quidem ſimiliter dixit ex neceſſitate, manifeſte vero nõ dixit. De talibus quidem igitur prius eſt oſtẽſum. Quæcunque uero de ipſis his dubitabit aliquis, reſumamus iterum. nam forſan ex ipſis aliquid inueſtigabimus ad poſteriores dubitationes.

Quòd igitur illas, quæ in naturalibus dictæ ſunt, cauſas cuncti quærere videantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta ſunt, prius patet, ſed eas obſcure dixerunt. quodammodo enim omnes dictæ ſunt prius, quodammodo minime. Balbutienti enim aſſimilata fuit prima Philoſophia de omnibus, tanquam in principijs noua exiſtens. Nam & Empedocles os ait eſſe rationem, hoc autem eſt quod quid erat eſſe, B *& rei ſubſtantia. At vero ſimiliter neceſſe eſt etiam carnis, cæterorumque ſingulorum eſſe rationem, aut nihil eſſe. propter hoc enim & caro, & os, cæterorumque unumquodque eſt, & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aerem ait, ſed & his, altero dicente, neceſſario conſenſiſſet profecto, clare tamen non dixit. De his igitur & antea manifeſtum eſt, quodcunque autem de his quiſpiam dubitauerit, rurſus repetamus, fortaſſis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.* C

non ſunt id, quod ſunt propter materiam, quæ ab eo ponitur quatuor elementa, ſed propter hoc principium, ſcilicet formale. Hoc autem Empe. quaſi ex neceſſitate ueritatis coactus poſuit, aliquo alio expreſſius illa dicente: ſed ipſe manifeſte non expreſſit. Et ſicut expreſſe non manifeſtauerũt naturam formæ, ita nec materiæ, ut ſupra de Anaxagora dictum eſt. Et ſimiliter nec alicuius alterius principij. De talibus ergo, quæ ab alijs imperfecte dicta ſunt, dictum eſt prius. Iterum autem in Tertio libro recapitulabimus de iſtis quæcunque circa hoc poteſt aliquis dubitare ad unam partem, uel ad aliam. Ex talibus enim dubitationibus forſitan inueſtigabimus aliquid utile ad dubitationes; quas poſterius per totam ſcientiam proſequi & determinare oportet.

oſſa habent quandam rationem, id eſt commiſtionem proportionis, quæ quidem ratio eſt quod quid eſt, & ſubſtantia

Commentariorum S. Tho. Super primum Metaphy. Finis.

ARI-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM, LIBER SECVNDVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

a De ueritate quidem theoria ideſt contemplatio ſic difficilis eſt, ſic uero facilis.

b Signum autem, nec digne nullus adipiſci ipſam poſſe, nec omnes fallere, ſed unumquemque aliquid de natura dicere.

c Et ſecundum unumquemque quidem nihil, aut parū ei immittere, de omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam.

d Quare, ſi uidetur habere ut prouerbialiter dicimus, In foribus quis delinquet. ſi quidem vtique erit facilis.

e Habere autem totum, & partem non poſſe, difficultatem eius oſtendit.

f Forſan autem & difficultate ſecundum duos exiſtente modos, non in rebus, ſed in nobis eſt

LECTIO I.

Speculatio de ueritate, partim difficilis, partim facilis eſt.

Signum autem, quòd neque ſatis eā aliquis conſequitur, neque aberrant omnes ab ea: ſed quiſque aliquid de natura dicit.

Et ſinguli quidem nil, aut parum ei addunt ex, omnibus uero collectis aliqua magnitudo fit.

Quare, ſi ita ſe uidetur habere, ut in prouerbio dicimus, quis aberrabit a ianua? hoc modo profectò facilis eſſet.

Totum autem, & partem habere non poſſe, hoc eius difficultatem oſtendit.

Cùm uero difficultas duobus ſit modis, fortaſſis cauſa eius non rebus, ſed nobis ipſis ineſt. quemadmodum

a POſtquam Philoſophus reprobauit opiniones antiquorum philoſophorum de primis principijs rerum, circa quæ uerſatur principaliter Philoſophi primi intentio, hic accedit ad determinandum ueritatem. Aliter

T.com.1.p.1. autem ſe habet conſideratio philoſophiæ primæ circa ueritatē, & aliarum particularium ſcientiarum.

parte 2. Nam unaquæq; particularis ſcientia conſiderat quandam particularē ueritatem circa determinatum genus entium, ut Geo-

parte 3. metria cira rerum magnitudines, Arithmetica circa numeros. Sed philoſophia prima conſiderat uniuerſalem ueritatem

parte 4. entium. Et ideo ad hunc Philoſophum pertinet conſiderare, quomodo ſe habeat homo ad ueritatem cognoſcendam Diui-

parte 5. ditur ergo iſta pars in partes duas. In prima parte determinat ea quæ pertinent ad conſiderationem uniuerſalis ueritatis. In ſecunda incipit inquirere ueritatem de primis principijs & omnibus alijs, ad quæ extenditur huius philoſophiæ conſideratio, & hoc in tertio libro qui incipit [Neceſſe eſt nobis acquiſitam ſcientiam &c.] Prima autem pars diuiditur in partes tres. In prima dicit qualiter ſe habet homo ad conſiderationem ueritatis. In ſecunda oſtendit ad quam ſcientiam principaliter pertineat cognitio ueritatis. ibi [Vocari uero philoſophiam ueritatis &c.] In

I tertia parte oſtendit modum conſiderandæ ueritatis, ibi: [Contingunt autem auditiones &c.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit facilitatem exiſtentem in cognitione ueritatis. Secundo oſtendit cauſam difficultatis. ibi: [Forſan autem ex difficultate

Le. 2. huius ſecundi. &c.] Tertio oſtendit quomodo homines ſe inuicem iuuant ad cognoſcendum ueritatem, ibi: [nō ſolum autem his dicere &c.]

Lect. ultima huius par. 6. Circa primum duo facit. Primo proponit intentum dicēs quod [theoria] ideſt conſideratio uel ſpeculatio de ueritate, quodam-

Lectio huius part. 8. modo eſt facilis, & quodammodo difficilis. Secundo ibi.

Lect. huius. b ¶ Manifeſtat propoſitum, & primo quantum ad facilitatem. Secundo quantum ad difficultatem. ibi: [Habere autem totum & partem &c.] Facilitatem autem in conſiderando ueritatem oſtē-

K dit tripliciter. Primo quidem hoc ſigno, ꝙ licet nullus homo ueritatis perfectam cognitionem adipiſci poſſit: tamen nullus homo eſt ita expers ueritatis, quin aliquid de ueritate cognoſcat. Quod ex hoc patet, quod unuſquiſque poteſt enuntiare de ueritate & natura rerum: quod eſt ſignum conſiderationis interioris. Secundum ſignum ponit ibi:

c ¶ Dicens, quod licet id, quod unus homo poteſt immittere, uel apponere ad cognitionem ueritatis ſuo ſtudio & ingenio, ſit aliquid paruum per comparationem ad totam conſiderationem ueritatis, tamen illud, quod aggregatur ex omnibus [coarticulatis] ideſt exquiſitus & collectis fit aliquid ma-

F gnū, ut pōt apparere in ſingulis artibus, quæ per diuerſorum ſtudia & ingenia ad mirabile incrementum peruenerunt. Tertio manifeſtat idē per quoddam exemplum vulgaris prouerbii. ibi.

d ¶ Concludens ex præmiſſis, ꝙ ex quo unuſquiſq; pōt cognoſcere de ueritate, licet parum, ita ſe habere uidetur in cognitione ueritatis, ſicut prouerbialiter dr̄, In [foribus,] i. in ianuis domorū quis delinquet? Interiora .n. domus difficile eſt ſcire, & circa ea facile eſt hominē decipi: ſed ſicut circa ipſum introitū domus, qui oībus patet & primo occurrit, nullus decipit, ita ēt eſt in conſideratione veritatis. Nam ea, per quę intratur in cognitionē aliorum nota ſunt oībus & nullus circa ea decipitur. Huiuſmodi autē ſunt prima principia naturaliter nota, ut non eſſe ſimul affirmare, & negare, & ꝙ omne totū eſt maius ſua parte, & ſimilia. Circa concluſiones uero, ad quas per huiuſmodi quaſi per ianuam intratur, contingit multoties errare. Sic igitur cognitio veritatis eſt facilis, inquātum ſcilicet ad minus iſtud modicū, quod eſt principium per ſe notum, per quod intratur ad ueritatem, eſt omnibus per ſe notum. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat difficultatem, dicens, ꝙ hoc oſtendit difficultatē, quæ eſt in conſideratione ueritatis: quia non poſſumus habere

I circa ueritatem totum & partem. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, ꝙ hic dixit omnibus eſſe notum, per quod in alia introitur. Eſt autem duplex uia procedendi ad cognitionem veritatis. Vna quidem per modum reſolutionis, ſecundum quā procedimus a compoſitis ad ſimplicia, & a toto ad partem, ſicut dicitur in primo Phyſ. ꝙ confuſa ſunt prius nobis nota. Et in hac via perficitur cognitio veritatis, quando peruenitur ad ſingulas partes diſtincte cognoſcendas. Alia eſt uia compoſitionis per quam procedimus a ſimplicibus ad compoſita, qua perficitur cognitio veritatis cum peruenitur ad totum. Sic igitur hoc ipſum, quòd homo non poteſt in rebus perfecte totum & partem cognoſcere, oſtendit difficultatem conſiderandę ueritatis ſecundū

K vtramque uiam. Deinde cum dicit. Tex. com. 3

f ¶ Oſtēdit cauſam præmiſſæ difficultatis. Vbi ſimiliter cōſiderādū eſt, ꝙ in oībus, q̄ cōſiſtūt in quadā habitudine unius ad alterū, poteſt impedimētū dupliciter uel ex uno, vel ex alio accidere. ſicut ſi lignū nō cōburat, hoc contingit uel quia ignis eſt debilis, vel quia lignum nō eſt bene cōbuſtibile. & ſimiliter oculus impedit a uiſione alicuius uiſibilis, aut quia eſt debilis, aut quia uiſibile eſt tenebroſum. Sic igitur pōt contingere, ꝙ ueritas ſit difficilis ad cognoſcendum, uel propter defectum, qui eſt in ipſis rebus, uel propter defectum, qui eſt in intellectu noſtro. Et quòd quantum ad aliquas res difficultas contingat, in cognoſcen-

gnoſcendo veritatem ipſarum rerum, ex parte earum patet. Cũ enim vnumquodque ſit cognoſcibile inquantum eſt ens actu, vt infra in Nono huius dicetur, illa, quæ habent eſſe deficiens & imperfectum, ſunt ſecundum ſeipſa parum cognoſcibilia, vt materia, motus, & tempus propter eſſe eorum imperfectionem, vt Boetius dicit in lib. de Duabus Naturis. Fuerunt autem aliqui Philoſophi, qui poſuerunt difficultatem cognitionis veritatis, totaliter prouenire ex parte rerũ, ponentes nihil eſſe fixum, & ſtabile in rebus: ſed omnia eſſe in continuo fluxu, vt infra in Quarto huius dicetur.

Lect. 10.

Sed hoc excludit Philoſoph' dicens. quòd quamuis difficultas cognoſcendæ veritatis forſan poſſit ſecundum aliqua diuerſa eſſe dupliciter, videlicet ex parte noſtra, & ex parte rerum, non tamen principalis cauſa difficultatis eſt ex parte rerum: ſed ex parte noſtra. Et hoc ſic probat. Quia, ſi difficultas eſſet principaliter ex parte rerum, ſequeretur, quòd illa magis cognoſceremus, quæ ſunt magis cognoſcibilia ſecundum ſuam naturam. Sunt autem maxime cognoſcibilia ſecundum naturam ſuam, quæ ſunt maxime in actu, ſcilicet entia immaterialia & immobilia, quæ tamen ſunt maxime nobis ignota. Vnde manifeſtum eſt, quod difficultas accidit in cognitione veritatis, maxime propter defectum intellectus noſtri. Ex quo contingit, quòd intellectus animæ noſtræ hoc modo ſe habet ad entia immaterialia, quæ inter omnia ſunt maxime manifeſta ſecundũ ſuam naturam, ſicut ſe habent oculi nycticoracum ad lucem diei, quam videre non poſſunt, quamuis videant obſcura. Et hoc eſt propter debilitatem viſus eorum. Sed videtur hæc ſimilitudo non eſſe conueniens. Senſus enim, quia eſt potentia organi corporalis, corrumpitur ex vehementia ſenſibilis: intellectus autem, cum non ſit potentia alicuius organi corporei, non corrumpitur ex excellenti intelligibili. Vnde poſt apprehenſionem alicuius magni intelligibilis, non minus intelligimus minus intelligibilia: ſed magis, vt dicitur in Tertio de anima. Dicendũ eſt ergo, quòd ſenſus impeditur a cognitione alicuius ſenſibilis dupliciter. Vno modo, per corruptionem organi ab excellenti ſenſibili, & hoc locum non habet in intellectu. Alio modo, ex defectu proportionis ipſius virtutis ſenſitiuæ ad obiectum. Potentiæ enim animæ non ſunt eiuſdem virtutis in omnibus animalibus: ſed ſicuti homini hoc in ſua ſpecie conuenit, quòd habeat peſſimum olfatum, ita nycticoraci, quòd habeat debilem viſum, quia non habet proportionẽ ad claritatẽ diei cognoſcendam. Sic igitur, cum anima humana ſit vltima in ordine ſubſtantiarum intellectiuarum, minime participat de virtute intellectiua. & ſicut ipſa quidem ſecundum naturam eſt actus corporis, eius autem intellectiua potentia non eſt actus organi corporalis, ita habet naturalem aptitudinem ad cognoſcendum corporalium, & ſenſibilium veritatem, quæ ſunt minus cognoſcibilia ſecundum ſuam naturam propter eorum materialitatem: ſed tamen cognoſci poſſunt per abſtractionẽ a ſenſibilibus phantaſmatibus. Et quia hic modus cognoſcendi veritatem conuenit naturæ humanæ animæ, ſecundum quod eſt forma talis corporis, quæ autem ſunt naturalia ſemper manent, impoſſibile eſt, quod anima humana huiuſmodi corpori vnita, cognoſcat de veritate rerum, niſi quantum poteſt eleuari per ea, quæ abſtrahẽdo a phantaſmatibus intelligit. Per hæc autem nullo modo poteſt eleuari ad cognoſcendum quidditates immaterialium ſubſtantiarum, quæ ſunt improportionatæ iſtis ſubſtantiis ſenſibilibus. Vnde impoſſibile eſt, quòd anima humana huiuſmodi corpori vnita, apprehendat ſubſtantias ſeparatas cognoſcendo de eis

Tex. c. 3. par. prima.

T. com. 7.

eius cauſa. Sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei ſe habent, ſic & animæ noſtræ intellectus ad ea, quæ ſunt omnium naturę manifeſtiſſima.

g Non ſolum autem his dicere gratiam iuſtum eſt, quorum aliquis opinionibus communicauerit: ſed his, qui adhuc ſuperficialiter enunciauerunt. etenim conferunt aliquid. nam habitum noſtrum præexercitati ſunt. Nã ſi Timotheus non fuiſſet, multã melodiam non haberemus. Si autem non Phrynis, Timotheus non fuiſset. Eodem uero modo & de enunciantibus ueritatem. A quibuſdam enim opiniones quaſdam accepimus: ſed alii, vt hi forent, cauſa fuerunt.

LECTIO II.

a VOcari vero philoſophiam veritatis ſciẽtiã recte hẽt. Nã theoricæ finis ẽ veritas, & pra

A quod quid eſt. Ex quo apparet falſum eſſe quod Auerr. hic dicit in commento, quod Philoſophus non demonſtrat hic res abſtractas intelligere, eſſe impoſſibile nobis, ſicut impoſſibile eſt veſpertilioni inſpicere ſolem. Et ratio ſua, quam inducit, eſt valde deriſibilis. Subiungit enim, quoniam ſi ita eſſet, natura ocioſe egiſſet, quia fecit illud, quod in ſe eſt naturaliter intelligibile, non eſſe intellectũ ab aliquo, ſicut ſi feciſſet ſolem non comprehenſum ab aliquo uiſu. Deficit enim hæc ratio Primo quidem in hoc, quòd cognitio intellectus noſtri non eſt finis ſubſtantiarum ſeparatarum, ſed magis econuerſo. Vnde nõ ſequitur, quòd ſi non cognoſcantur ſubſtantiæ ſeparatæ a nobis, quòd propter hoc ſint fruſtrà. Fruſtra n. eſt, quod non ſequitur finem, ad quem eſt. Secundo, quia & ſi ſubſtantiæ ſeparatæ non intelliguntur a nobis ſecundum ſuas quidditates, intelliguntur tamen ab aliis intellectibus: ſicut ſolẽ, & ſi non uideat oculus nycticoracis, uidet tamen eum oculus aquilæ. Deinde cum dicit.

g¶ Oſtendit quomodo ſe homines ad inuicem iuuant ad conſiderandum ueritatem. Adiuuatur. n. vnus ab altero ad conſiderationem ueritatis dupliciter, Vno modo directe. Alio modo indirecte. Directe quidem iuuatur ab his, qui veritatem inuenerunt, quia, ſicut dictum eſt, dum vnuſquiſq; præcedentium aliquid de ueritate inuenit, ſimul in unum collectum, poſteriores introducit ad magnam ueritatis cognitionem. Indirecte vero, inquantum priores errantes circa ueritatem, poſterioribus exercitij occaſionem dederunt, ut diligenti diſcuſſione habita, ueritas limpidius appareret.

D Eſt autem iuſtum, vt his, quibus adiuti ſumus in tanto bono, ſ. cognitione ueritatis, gratiam agamus. Et ideò dicit, quod [iuſtum eſt gratiam referre] non ſolum his, quos quis exiſtimat ueritatem inueniſſe, quorum opinionibus aliquis communicat ſequendo eas, ſed etiam illis, qui ſuperficialiter locuti ſunt ad ueritatem inueſtigandam, licet eorum opiniones non ſequamur, quia illi etiam aliquid conferunt nobis. Præſtiterunt enim nobis quoddam exercitium circa inquiſitionem ueritatis. Et ponit exemplum de inuentoribus muſicæ. Si enim non [fuiſſet Timotheus] qui multa de arte muſicæ inuenit, non haberemus ad præſens multa, quæ ſcimus circa melodias. Et ſi non præceſſiſſet quidam Philoſophus nomine [Phrynis] Timotheus non fuiſſet ita inſtructus in muſicalibus. Et ſimiliter eſt dicendum de philoſophis; qui enunciauerunt uniuerſaliter ueritatem rerum. A quibuſdam enim prædeceſſorum noſtrorum accepimus aliquas opiniones de ueritate rerum, in quibus credimus eos bene dixiſſe, alias opiniones prætermittentes.

E Et iterum illi a quibus nos accepimus, inuenerunt aliquos prædeceſſores, a quibus acceperunt, quiq; fuerunt eis cauſa inſtructionis.

enim veſpertilionum oculi ad lumen, diei ſe habent, ita & intellectus animæ noſtræ ad ea, quæ manifeſtiſſima omnium ſunt.

Verum non ſolum illis agendæ ſunt.

B *gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcet, ſed illis, qui ſuperficietenus dixerunt. conferunt enim aliquid etiam iſti. habitum namque noſtrum exercuerunt. Si enim Timotheus non fuiſſet, multã melodiæ nequaquam habuiſſemus, ſi tamen Phrynis non extitiſſet, ne Timotheus quidem. Simili modo & de illis eſt, qui de ueritate aſſeruerunt, a quibuſdam enim aliquas accepimus opiniones, quidam uero, ut hi fierent, cauſa fuerunt.*

C

LECTIO II.

REcte autem ſe habet philoſophiã ſcientiam veritatis cõtẽplatricẽ appellaſſe, ſpeculatiuæ etenim finis ueri

LECTIO II.

POſtquam Philoſophus oſtendit qualiter ſe habet homo ad conſiderationem veritatis, hic oſtendit, quod cognitio veritatis maxime ad philoſophiam primam pertineat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod ad philoſophiam primam, maxime pertineat cognitio ueritatis. Secundo excludit quandã falſam opinionem, per quam ſua probatio tolleretur, ibi: [At uero quòd ſit principium.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quod ad philoſophiam primam pertineat cognitio ueritatis Secundo quod maxime ad ipſam pertineat, ibi: [Neſcimus autem

part. ſequ. Lect. huius.
part. 2. Lectio huius text.

verum

ctice opus. Etenim ſi quomodo ſe habet intendunt: non tamen ſecundum ſe, ſed ut ad aliquid: & nunc ſpeculantur practici. Neſcimus autem verum ſine cauſa. Vnumquodque vero maxime ipſum aliorum dicitur, ſecundum quod & in aliis ineſt vniuocatio. puta ignis calidiſſimus: etenim eſt cauſa aliis hic caloris. **G** Quare & veriſſimum, quod poſterioribus eſt cauſa, vt ſint vera. Quapropter ſemper exiſtentium principia eſſe veriſſima neceſſe eſt. nõ enim quandoque uera, quandoque non uera: nec illis cauſa aliqua eſt ut ſint, ſed illa aliis. Quare vnumquodque ſicut ſe habet vt ſit, ita & ad ueritatem.

tas, practica autem opus. Etenim ſi quomodo ſe habent conſiderant, non cauſam per ſe, ſed ad aliquid, & eo in tempore practici ſpeculatur. Neſcimus autem uerum abſque cauſa. Vnumquodque uero id ipſum maxime aliorum eſt, ſecundum quod alijs vniuocatio ineſt, utputa, ignis calidiſſimũ: etenim cæteris hic eſt caliditatis cauſa. Quare veriſſimũ etiam eſt id, quod poſterioribus, vt uera ſint, cauſa eſt. Propter quod principia ſemper exiſtentium neceſſe eſt ueriſſima eſſe. nec enim aliquando uera: nec illis vt ſint, aliquid aliud cauſa eſt: ſed illa cæteris. Quare ut ſecũdum eſſe unumquodque ſe habet, ita etiam ſecundum ueritatem.

b At uero quòd ſit principium quoddam, & non infinitæ cauſæ exiſtentium nec indirectum, nec ſecundum ſpeciem, palam. **H** Neq; enim ut ex materia hoc ex hoc in infinitum progredi eſt poſſibile: velut carnem quidem ex terra, terram uero ex aere, aerẽ autem ex igne, & hoc non ſtare. Nec unde priocipium motus. ut hominem ab aere moueri, & hunc a ſole, & ſolem a luce, & huiuſmodi nullum eſſe finem. Similiter autem nec id, cuius cauſa, in infinitum ire eſt poſſibile. **I** Iter quidem ſanitatis cauſa, illam uero felicitatis, & felicitatem alterius, & ita ſemper aliud alterius cauſam eſſe. Et in quod quid erat eſſe ſimiliter.

At uero quòd eſt principium aliquod, neque ſunt infinitæ entium cauſa, neque in rectum, neque ſecundum ſpeciem, patét. Nec enim ut ex materia, hoc ex hoc poteſt ire in infinitum, vt carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex igne, & hoc non ſtare. Nec unde principium motus, veluti hominem quidem ab aere moueri, hunc uero a ſole, ſolem autem a contentione, & huius nullum eſſe finem. Similiter nec cuius cauſa in infinitum progredi poteſt: vt deambulationem quidem ſanitatis cauſa, illam uero felicitatis, felicitatem uero alterius, & ita ſemper aliud alterius gratia eſſe. Similiter autem & de ipſo quid erat eſſe.

verum ſine cauſa &c.] Hæc autem duo oſtendit ex duobus, quæ ſupra probata ſunt in procemio libri, ſcilicet quod ſapientia ſit non practica, ſed ſpeculatiua: & quòd ſit cognoſcitiua cauſarum primarum. Ex primo autem horum, ſic argumentatur ad primam concluſionem. Theorica, id eſt, ſpeculatiua differt a practica ſecundum finem: nam finis ſpeculatiuæ eſt veritas. Hoc enim eſt quod intendit, ſcilicet ueritatis cognitionem. Sed finis practicæ eſt opus: quia & ſi [practici] hoc eſt operatiui intendant cognoſcere ueritatem, quomodo ſe habeat in aliquibus rebus, non tamen quærunt eam tanquam ultimum finem. Non enim conſiderant cauſam ueritatis ſecundum ſe, & propter ſe, ſed ordinando ad finem operationis, ſiue applicando ad aliquod determinatum particulare, & ad aliquod determinatum tempus. Si ergo huic coniunxerimus, quod ſapientia, ſiue philoſophia prima non eſt practica, ſed ſpeculatiua, ſequitur, quod recte debeat dici ſcientia ueritatis. Sed quia multæ ſunt ſcientiæ ſpeculatiuæ, quæ ueritatem conſiderant, utpote geometria, & arithmetica, fuit neceſſarium conſequenter oſtendere, quod philoſophia prima maxime conſideret ueritatem propter id, quod ſupra oſtenſum eſt, ſcilicet, quod eſt conſideratiua primarum cauſarum: & ideo argumentatur ſic. Scientia de vero non habetur niſi per cauſam, ex quo apparet, quod eorum uerum, de quibus eſt ſcientia aliqua ſunt aliquæ cauſæ, quæ etiam ueritatem habent: non enim poteſt ſciri verum per falſum, ſed per aliud verum. Vnde & demonſtratio, quæ facit ſcientiam, ex ueris eſt, ut dicitur in primo Poſteriorum. Deinde adiungit quandam uniuerſalem propoſitionem, quæ talis eſt. Vnumquodque inter alia maxime dicitur, ex quo cauſatur in alijs aliquid uniuoce prædicatum de eis, ſicut ignis eſt cauſa caloris in elementatis. Vnde, cum calor uniuoce dicatur & de igne, & de elementatis corporibus, ſequitur quòd ignis ſit calidiſſimus. **K** Facit autem mentionem de uniuocatione, quia quandoq; contingit, quod effectus non perueniat ad ſimilitudinem cauſæ ſecundum eandem rationem ſpeciei, propter excellentiam ipſius cauſæ. Sicut ſol eſt cauſa caloris in iſtis inferioribus, non tamen inferiora corpora poſſunt recipere impreſſionem ſolis, aut aliorum cæleſtium corporum ſecundum eandem rationem ſpeciei, cum non communicent in materia. Et propter hoc, non dicimus ſolem eſſe calidiſſimum, ſicut ignem, ſed dicimus ſolem eſſe aliquid amplius quàm calidiſſimum. Nomen autem veritatis non eſt proprium alicui ſpeciei, ſed ſe habet communiter ad omnia entia. Vnde, quia illud, quod eſt cauſa ueritatis, eſt cauſa communicans cum effectu in nomine & ratione communi, ſequitur, quod illud, quod eſt poſterioribus cauſa, ut ſint uera, ſit ueriſſimum. Ex quo ulterius concludit, quòd principia eorum quæ ſunt ſemper, ſcilicet corporum cæleſtium, neceſſe eſt eſſe veriſſima.

Tex. com. 5. parte 2.

Tex. com. 5.

F Et hoc duplici ratione. Primo quidem, quia non ſunt [quandoque vera, & quandoque non] & per hoc tranſcendũt in veritate generabilia & corruptibilia, quę quandoque ſunt, & quandoque non ſunt. Secundo, quia nihil eſt eis cauſa, ſed ipſa ſunt cauſa eſſendi aliis. Et per hoc tranſcendunt in veritate, & entitate corpora cœleſtia, quæ & ſi ſint incorruptibilia, tamen habent cauſam non ſolum quantum ad ſuum moueri, vt quidam opinati ſunt, ſed etiam quantum ad ſuum eſſe, vt hic Philoſophus expreſſe dicit. Et hoc eſt neceſſarium, quia neceſſe eſt, vt omnia compoſita, & participantia, reducantur in ea, quæ ſunt per eſſentiam, ſicut in cauſas. Omnia autem corporalia ſunt entia in actu, inquantum participant aliquas formas. Vnde neceſſe eſt ſubſtantiam ſeparatam, quæ eſt forma per ſuam eſſentiam, corporalis ſubſtantiæ principium eſſe. Si ergo huic deductioni adiungamus, quòd philoſophia prima conſiderat primas cauſas: ſequetur, vt prius habitum eſt, quòd ipſa conſiderat ea, quæ ſunt maxime vera. Vnde ipſa eſt maxime ſcientia veritatis. Ex his autem infert quoddam corollarium. Cum enim ita ſit, quòd ea quę ſunt aliis cauſa eſſendi, ſint maxime vera, ſequitur, quod vnumquodque ſicut ſe habet ad hoc, quod ſit, ita etiam ſe habet ad hoc, quòd habeat veritatem. Ea enim, quorum eſſe non ſẽper eodem modo ſe habet, nec veritas eorum ſemper manet. Et ea, quorum eſſe habet cauſam, etiam veritatis cauſam habent. Et hoc ideo, quia eſſe rei eſt cauſa veræ exiſtimationis, quam mens habet de re. Verum enim & falſum non eſt in rebus, ſed in mente, vt dicetur ſexto huius. Deinde cum dicit.

b ¶ Remouet quoddam, per quod præcedens probatio poſſet infringi, quæ procedebat ex ſuppoſitione huius, quòd philoſophia prima conſiderat cauſas primas. Hoc autem tolleretur, ſi cauſæ in infinitum procederent: tunc enim non eſſent aliquæ primę cauſæ. Vnde hoc hic remouere intendit. & circa hoc duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propoſitum, ibi [Mediorum enim extra quę eſt aliquid &c.] Dicit ergo primo. Palam poteſt eſſe ex his, quę dicentur, quòd ſit aliquod principium eſſe, & veritatis rerum. & quòd cauſæ exiſtentium non ſunt infinitæ, nec procedendo in directum ſecundum vnam aliquam ſpeciem cauſæ, puta, in ſpecie cauſarum efficientium: nec etiam ſunt infinitæ ſecundum ſpeciem, ita quòd ſint infinitæ ſpecies cauſarum. Exponit autem quod dixerat cauſas infinitas eſſe in directum. Primo quidem in genere cauſę materialis. Non enim poſſibile eſt procedere in infinitũ in hoc, quod aliquid fiat ex aliquo ſicut ex materia, puta, vt caro fiat ex terra, terra vero ex aere, aer ex igne, & hoc non ſtet in aliquo primo: ſed procedat in infinitum. Secundo exemplificat in genere cauſæ efficientis dicens, quòd nec poſſibile eſt, vt cauſa, quę dicitur unde principium motus, in infinitum procedat, puta cum

ut cum dicimus hominem moueri ad deponendum veſtes ab aere calefacto, aerem vero calefieri a ſole, ſolem uero moueri aliquo alio, & hoc in infinitum. Tertio, exemplificat in genere cauſarum finalium: & dicit, quòd ſimiliter non poteſt procedere in infinitum illud, quod eſt [cuius cauſa] ſcilicet cauſa finalis, vt ſi dicamus, quod iter, ſiue ambulatio eſt propter ſanitatem, ſanitas autem propter fœlicitatem, fœlicitas autem propter aliquid, & ſic in infinitum. Vltimo, facit mentionem de cauſa formali: & dicit, quòd ſimiliter non poteſt procedi in infinitum in hoc, quòd eſt [qđ quid erat eſſe] id eſt in cauſa formali, quam ſignificat diffinitio. Sed exempla prætermittit, quia ſunt manifeſta, & probatum eſt in primo poſteriorum, quòd non proceditur in infinitum in prædicatis, puta quòd animal prædicetur de homine in eo qđ quid eſt, & viuum de animali, & ſic in infinitum.

Tex. c. 6. par. 2.

T. co. 7. par. 2.

LECTIO III.

a MEdiorum enim, extra quæ eſt aliquid ultimum & primũ, neceſſe eſt eſſe quod prius eſt cauſa ipſorum poſt ſe. Nam ſi dicere nos oporteat unum triũ cauſam, quod primum eſt dicemus: non enim quod eſt ultimũ, Nullius enim quod finale eſt: Sed nec medium: nam vnius. nihil enim differt unum, aut plura eſſe, nec infinita, aut finita: Infinitorum uero ſecundum modum iſtum, & omnino infiniti partes, omnes mediæ ſunt, ſimiliter autem uſque modo. Quare, ſi nihil eſt ex toto aliquid primum, nec ex toto cauſa nulla eſt.

b At vero nec in deorſum eſt poſſibile in infinitum procedere, ipſe ſurſum habente principium, vt ex igne quidem aquam, ex aqua uero terram, & ita ſemper aliquod aliud fieri genus.

c Dupliciter autem fit hoc ex hoc, non vt hoc dicitur poſt hoc, ũt ex iſthmiis olympia,

LECTIO III.

MEdiorum enim, quorum extra aliquid ultimum, & primum eſt, neceſſe eſt quod prius eſt, cauſam eſſe eorum quę poſt illud ſunt, Si enim dicere nos oportuerit quid trium cauſa eſt, primum dicemus, non enim ultimũ; nullius enim quod ultimum eſt, neque B *medium; unius enim: nil enim differt unum an plura ſint, nec infinita, aut finita. infinitorum quidem hoc modo, & omnino infiniti omnes partes mediæ ſunt ſimiliter hucuſque. Quare, ſi primum nihil eſt, omnino nulla cauſa eſt.*

C *Et neque deorſum poſſibile eſt in infinitum deſcendere, cum id, quod ſurſum verſus principium habet, ut ex igne quidem aquam, ex hac vero terram. & ita ſemper aliud quoddam genus fieri.*

Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non vt hoc poſt hoc dicitur, ut ex iſthmijs ludis olympiaci, ſed ut aut

LECTIO III.

part. 3. a POſtquam philoſophus præmiſit, quod cauſæ omnium non ſunt infinitæ, hic probat propoſitum. Et primo, quod non ſint infinitæ in directum. Secundo, quòd non ſint infinitæ ſecundum ſpeciem ibi. [Sed ſi infinitę eſſent &c.] Circa primum quatuor facit. Primo oſtendit propoſitum in cauſis efficientibus vel mouentibus. Secundo in cauſis materialibus, ibi. [At vero nec in deorſum.] Tertio in cauſis finalibus, ibi: [Amplius autem quod eſt cuius cauſa &cæt.] Quarto in cauſis formalibus, ibi: [Sed nec quod quid erat eſſe &cæt.] Circa primum ſic procedit. Primo proponit quandam propoſitionem, ſcilicet quòd in omnibus his, quæ ſunt media inter duo extrema, quorum unum eſt ultimum, & aliud primum, neceſſe eſt, quòd illud, quod eſt primum, ſit cauſa poſteriorum, ſcilicet medii & vltimi. Et hanc propoſitionem manifeſtat per diuiſionem: quia, ſi oporteat nos dicere quid ſit cauſa inter aliqua tria, quæ ſunt primum, medium & vltimum, ex neceſſitate dicemus cauſam eſſe id, quod eſt primum. Non enim poſſumus dicere id, quod eſt vltimum, eſſe cauſam omnium: quia nullius eſt cauſa, alioquin non eſt vltimum, cum effectus ſit poſterior cauſa. Sed nec poſſumus dicere, quod medium ſit cauſa omnium, quia nec eſt cauſa niſi vnius tantum, ſcilicet vltimi. Et ne aliquis intelligat, quòd medium nunquam habeat poſt ſe niſi unum, quod eſt ultimum. quod tunc ſolum contingit quando inter duo extrema eſt unum medium tantum, ideo ad hoc excludendum concludit, quòd nihil ad propoſitum differt: vtrum ſit unum tantum medium, vel plura: quia omnia plura media accipiuntur loco unius, inquantum conueniunt in ratione medij. Et ſimiliter non differt, vtrum ſint media finita, vel infinita: quia dummodo habeant rationem medij, non poſſunt eſſe prima cauſa mouens. Et quia ante omnem ſecundam cauſam mouentem, requiritur prima cauſa mouens, requiritur quòd ante omnem cauſam mediam ſit cauſa prima, quę nullo modo ſit media, quaſi habens aliam cauſam ante ſe. Sed, ſi prædicto modo ponantur cauſæ mouentes procedere in infinitum, ſequitur, quòd omnes cauſę ſint medię. Et ſic vniuerſaliter oportet dicere, quòd cuiuslibet infiniti, ſiue in ordine cauſę, ſiue in ordine magnitudinis, omnes partes ſint mediæ. Si enim eſſet aliqua pars, quæ non eſſet media, oporteret quòd vel eſſet prima, vel A vltima, & vtrunque repugnat rationi infiniti: quod excludit omnem terminum & principium & finem. Eſt autem & ad aliud attendendum, quòd ſi alicuius finiti ſint plures partes mediæ, non omnes partes ſimili ratione ſunt mediæ. Nam quædam magis appropinquant primo, quædam magis appropinquant ultimo. Sed in infinito, quod non habet primum & ultimũ, nulla pars poteſt magis appropinquare, vel minus principio, aut vltimo. Et ideo, uſq; ad quamcunq; e partẽ, quam modo ingrauens, omnes partes ſimiliter ſunt mediæ. Sic igitur, ſi cauſæ mouentes procedant in infinitum, nulla erit cauſa prima. Sed cauſa prima erat cauſa omnium: ergo ſequeretur, quòd totaliter omnes cauſæ tollerẽtur. Sublata enim cauſa, tolluntur ea, quorum eſt cauſa. Deinde cum dicit.

part. ſequ. b ¶ Oſtendit, quòd nõ eſt poſſibile procedere in infinitum in cauſis materialibus, & primo proponit quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi: [Dupliciter enim fit hoc ex hoc &c.] Circa primum conſiderandum eſt, quòd patiens ſubijcitur agenti. Vnde procedere in agentibus eſt ſurſum ire, procedere autem in patientibus eſt in deorſum ire. Sicut autem agere attribuitur cauſæ mouenti, ita pati attribuitur materiæ. Vnde proceſſus cauſarum mouentium eſt in ſurſum, proceſſus autem cauſarum materialium eſt in deor- D ſum. Quia ergo oſtenderat, quòd non eſt in infinitum procedere in cauſis mouentibus, quaſi in ſurſum procedendo, ſubiungit, quod nec etiam poſſibile eſt ire in infinitum in deorſum, ſecundum ſcilicet proceſſum cauſarum materialium, ſuppoſito quòd ſurſum ex parte cauſarum mouentium inueniatur aliquod principium. Et exemplificat de proceſſu materialium, qui eſt in deorſum. vt ſi dicamus, quod ex igne ſit aqua, & ex aqua terra, & ſic in infinitum. Et utitur hoc exemplo ſecundum opinionem antiquorum naturalium, qui poſuerunt unum aliquod elementorum eſſe principium aliorum quodam ordine. Poteſt autem & aliter exponi, ut intelligamus, quod in cauſis mouentibus manifeſti ſunt ad ſenſum ultimi affectus, qui non mouent. Et ideo, non quæritur ſi procedatur in infinitum in inferius ſecundum illud genus, ſed ſi procedatur in ſuperius. Sed in genere cauſarum materialium econuerſo ſupponitur unum primum, quod ſit fundamentum & baſis E aliorum, & dubitatur utrum in infinitum procedatur in deorſum, ſecundum proceſſum eorum, quę generantur ex materia. Et hoc ſonat exemplum propoſitum. Non enim dicit ut ignis ex aqua, & hoc ex alio, ſed econuerſo, ex igne aqua, & ex hoc aliud. Vnde ſupponitur prima materia, & quæritur an ſit proceſſus in infinitum in his, quæ generantur ex materia Deinde cum dicit.

c ¶ Probat propoſitum, & circa hoc quatuor facit. Primo diſtinguit duos modos, quibus fit aliquid ex aliquo. Secundo oſtendit duplicem differentiam inter illos duos modos, ibi: [Ergo fit ex puero.] Tertio oſtendit, quod ſecundum neutrum eorum contingit procedere in infinitum, ibi: [Vtroque autem modo impoſſibile eſt &c.] Quarto, oſtendit ſecundum quem illorum modorum ex primo materiali principio alia fiant, ibi: [Simul autem impoſſibile fit &c.] Dicit ergo primo, quod duobus modis fit aliquid ex aliquo, proprie & per ſe. Et utitur illo modo loquendi, ut excludat illum modum, quo dicitur

Hac parte parte ſeq. par. 6. huius lect. part. 7. huius lect.

part. 11. Lect. huius part. ſequẽ. Lect. ſequẽ. par. 5. Lect. ſequẽ.

ὀλύμπια ἴσθμια

tur improprie aliquid fieri ex aliquo, ex hoc ſolo, quod fit poſt illud. Vt ſi dicamus quòd quædam feſta Græcorum, quæ dicebantur Olympia, fiunt ex quibuſdam alijs feſtis, quæ dicebantur Iſthmia, puta, ſi nos diceremus quòd feſtum Epiphaniæ fit ex feſto Natalis. Hoc autem non proprie dicitur, quia fieri eſt quoddã mutari. In mutatione autem non ſolum requiritur ordo duorum terminorum, ſed etiam

part. 4. ſubiectum idem vtriuſque. Quod quidem non contingit in prædicto exemplo. Sed hoc dicimus ſecundum quod imaginamur tempus eſſe ut ſubiectum diuerſorum feſtorum. Sed oportet proprie dicere aliquid fieri ex aliquo, quando aliquod unum ſubiectum mutatur de hoc in illud. Et hoc dupliciter, Vno modo ſicut dicimus, quòd

part. 5. ex puero fit vir, inquantum ſ. puer mutatur de ſtatu puerili in ſtatum virilem. Alio modo ſicut dicimus, quòd ex aqua fit aer per aliqua tranſmutationem. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit duas differentias inter prædictos modos: quarum prima eſt: quia

part. 6. dicimus ex puero fieri virum, ſicut ex eo, quod eſt in fieri, fit illud, quod iam eſt factum: aut ex eo, quod eſt in perfici fit illud

part. 7. quod iam eſt perfectum. Illud. n. quod eſt in fieri, & in perfici, eſt medium inter ens, & non ens, ſicut generatio eſt mediũ inter eſſe, & non eſſe. Et ideo, quia per medium venitur ad extremum, dicimus, quod ex eo quod generatur, fit illud, quod generatũ eſt: & ex eo quod perficitur, fit illud quod perfectũ eſt. Et ſic dicimus, quod ex puero fit vir, vel quod ex addiſcente fit ſciens: quia addiſcens ſe habet vt in fieri ad ſcientem. In alio aũt modo, quo dicimus ex aere fieri aquam, vnũ extremorum non ſe habet ut uia, uel medium ad alterum, ſicut fieri ad factum eſſe, ſed magis ut terminus, a quo recedit, ut ad alium terminum perueniatur. Et ideo ex uno corrupto fit alterum. Deinde cum dicit.

e ¶ Concludit ex præmiſſa differentia, aliam differentiam. Quia enim in primo modo unum ſe habet ad alterum, ut fieri ad factum eſſe, & medium ad terminum, patet, quòd habent ordinẽ naturaliter adinuicem. Et ideo non reflectuntur adinuicem, ut indifferenter unum fiat ex altero. Vnde non dicimus, quod ex uiro fiat puer, ſicut dicimus econuerſo. Cuius ratio eſt, quia illa duo, ex quorum uno ſecundum iſtum modum dicitur alterum fieri, non ſe habent ad inuicem ſicut duo termini mutationis alicuius, ſed ſicut ea, quorum unum eſt poſt alterum. Et hoc eſt quod dicit, quod illud [quod fit] id eſt, terminus generationis, ſcilicet eſſe, non fit ex generatione, quaſi ipſa generatio mutetur in eſſe, ſed eſt poſt generationem, quia naturali ordine conſequitur ad generationem, ſicut terminus eſt poſt viam, & ultimum poſt medium. Vnde, ſi conſideremus iſta duo, ſcilicet generationem & eſſe, non differunt ab illo modo, quem excluſimus, in quo conſideratur ordo tantum: ſicut cum dicimus, quod dies fit ex aurora, quia eſt poſt auroram. Et propter iſtum naturalem ordinem, non

F dicimus econuerſo, quòd aurora fit [ex die] id eſt, poſt diem. Et ex eadem ratione non poteſt eſſe quòd fiat puer ex viro. Sed ſecundum alterum modum, quo aliquid fit ex altero, inuenitur reflexio. Sicut enim aqua generatur ex aere corrupto, ita aer generatur ex aqua corrupta. Et hoc ideo, quia iſta duo non ſe habent ad inuicem ſecundum naturalẽ ordinem, ſcilicet, ut medium ad terminũ, ſed ſicut duo extrema, quorum vtrumque poteſt eſſe, quod & primum, & vltimum. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit, quòd non ſit procedere in infinitum ſecundum vtrunque iſtorũ modorum. & primo ſecundum primum, put dicimus ex puero fieri uirum. Illud enim ex quo dicim' aliquid fieri, ſicut ex puero virum, ſe habet, vt medium inter duo extrema, ſcilicet inter eſſe, & non eſſe. Sed poſitis extremis, impoſſibile eſt eſſe infinita media: quia extremum infinitati repugnat. ergo ſecundum iſtũ modum non conuenit procedere in infinitum. Similiter etiam nec ſecundum alium, quia in alio modo inuenitur reflexio extremorum adinuicem, propter hoc, quòd alterius corruptio, eſt alteri' generatio, vt dictum eſt. Vbicunque autẽ eſt reflexio, reducitur ad primum, ita ſcilicet quòd id, quod fuit primo principiũ, poſtea fit terminus. Quod in infinitis non poteſt contingere, in quibus non eſt principium, & finis. ergo nullo modo ex aliquo poteſt aliquid fieri in infinitum. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quo prædictorum modorum ex prima materia aliquid fiat. Vbi conſiderandum eſt, quòd Ariſtotel. vtitur hic duabus communibus ſuppoſitionibus, in quibus omnes antiqui naturales conueniebant: quarum vna eſt, quòd ſit aliquod primum principiũ materiale, ita ſcilicet, quod in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte

K ſuperiori, ſcilicet eius, ſ. ex quo generatur. Secunda ſuppoſitio eſt, quòd prima materia eſt ſempiterna. Ex hac igitur ſecunda ſuppoſitione ſtatim concludit, quod ex prima materia non fit aliquid ſecundo modo, ſcilicet ſicut ex aere corrupto fit aqua: quia ſcilicet illud, quod eſt ſempiternum, non poteſt corrumpi. Sed quia poſſet aliquis dicere, quod primum principium materiale non ponitur a philoſophis ſempiternum, propter hoc, quòd vnum numero manens ſit ſempiternum: ſed quia eſt ſempiternum per ſucceſſionem, ſicut ſi ponatur humanum genus ſempiternum: hoc excludit ex prima ſuppoſitione dicens, quòd, quia generatio non eſt infinita in ſurſum: ſed deuenitur ad aliquod primum principium materiale, neceſſe eſt, quòd ſi aliquid ſit primum materiale principium, ex quo fiunt alia per eius corruptionem, quòd non ſit illud ſempiternum, de quo Philoſophi dicunt. Non enim poſſet eſſe illud primum materiale principium ſempiternum, ſi eo corrupto alia generarentur, & uerum ipſum ex alio corrupto generaretur. Vnde manifeſtum eſt, quòd ex primo

---

ſed ut ex puero mutato fieri vir, aut ex aqua aer.

ex puero mutato uir, aut ut ex aqua aer.

d Ergo ſic ex puero fieri virum dicimus, quomodo ex eo, quod fit, quod factum eſt, aut ex eo, quod perficitur, perfectum. Semper enim eſt medium inter eſſe, & non eſſe, generatio: ita & quod fit, exiſtentis, & non exiſtentis. Eſt autem addiſcens, qui fit ſciẽs, & hoc eſt quod dicitur, quòd fit ex addiſcente ſciens, hoc vero ex aere aqua, corrupto altero.

G *Verumenimuero, ut ex puero quidẽ virum fieri dicimus, tanquam ex eo quod fiebat, id quod factum eſt, aut quod perfectum eſt ex eo, quod perficiebatur. ſemper etenim eſt aliquid medium, ut inter eſſe, & non eſſe generatio, ita quod fit inter exiſtens, & non exiſtens. qui autem diſcit, fit ſciens. & hoc eſt, quod dicitur, quod fit ex diſcente ſciens; ut autem tanquam ex aere aqua, corrupto altero.*

e Propter quod illa quidem non reflectuntur ad inuicem, nec fit ex viro puer. Non enim fit ex generatione quod fit, ſed eſt poſt generationem. Sic enim eſt dies ex aurora, quia poſt hanc: propter quod nec aurora ex die, altera vero reflectuntur.

H *Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex viro. Non enim fit ex generatione quod fit: ſed poſt generationem eſt, ſic enim dies ex diluculo, quoniam poſt hoc eſt. quare nec diluculum ex die, cætera uero reflectuntur.*

f Vtroque autem modo impoſſibile eſt in infinitum ire: exiſtentium uero intermediorum neceſſe eſt finem eſſe. Quædam vero ad inuicem reflectũtur. Alterius enim corruptio, alterius eſt generatio.

Vtroque tamen modo impoſſibile eſt in infinitũ progredi. Illorum enim, cùm media ſint, neceſſe eſt finem eſſe. hæc autem inuicem reflectuntur. alterius enim corruptio, alterius generatio eſt.

g Simul autem impoſſibile primum ſempiternum corrumpi. Quoniam enim non eſt infinita generatio in ſurſum, neceſſe ex quo corruptio primo aliquid factum eſt, non ſempiternum eſſe.

I *Simul autem impoſſibile eſt primũ corrumpi, cum ſempiternum ſit. Cùm enim generatio non ſit infinita ſurſum uerſus, neceſſe eſt non eſſe ſempiternũ illud, quo primo corrupto quicquam factum eſt.*

mo materiali principio fit aliquid, ſicut ex imperfecto, & in potentia exiſtente, quod eſt medium inter purum non ens, & ens actu, non autem ſicut aqua ex aere fit corrupto.

LECTIO IIII. — LECTIO IIII. — LECTIO IIII.

A Mplius autem quod eſt cuius cauſa, finis eſt. Tale autem quod non alicuius cauſa, ſed alia illius. Quare ſi quidem fuerit tale ipſum ultimum, non erit infinitum. Si uero nihil tale, non erit cuius cauſa.

I Tem ipſum cuius cauſa finis. tale autem eſt, quod non eſt alterius gratia, ſed eius cauſa cætera. Quare, ſi tale erit ultimum, non erit infinitum, quod ſi nihil tale, non erit ipſum cuius cauſa.

B

b Sed qui infinitum faciunt latent auferentes boni naturam.

Sed qui faciunt infinitum, latet eos quod boni naturam auferunt.

Et nullus conabitur aliquid facere, ad terminum non futurus venire.

At nullus inciperet agere quicquã, ſi non eſſet perventurus ad finem.

d Neque utique erit intellectus in talibus. Nam cauſa alicuius ſemper facit qui intellectum habet. hic. n. terminus finis eſt rei.

Nec eſſet intellectus in huiuſcemodi, alicuius enim cauſa agit, quicunq; intellectum habet. hoc nanq; terminus eſt. Finis uero ipſe terminus.

C

e Sed nec quod quid erat eſſe, conuenit reduci ad aliquam diffinitionem multiplicantem rationem.

At uero nec ipſum quid erat eſſe reduci ad aliam definitionem ratione abundantem contingit.

f Semper enim quæ ante eſt, magis eſt, & quę poſterior nõ eſt. cuius autem primum non eſt, nec erit quod habitum eſt.

Semper etenim prior magis eſt, poſterior uero non eſt. cuius autem primum non eſt, nec quod ſequitur eſt.

g Amplius ſcire deſtruunt qui ita dicunt. Non enim poſſibile ſcire priuſquam ad indiuidua perueniatur.

Item ipſum ſcire perimunt, qui ita dicunt. non enim poſſibile eſt ſcire, antequam ad indiuidua deueniatur.

Tex. com. 8. part. 1. POſtquam probauit philoſoph⁹, quod in cauſis mouentibus, & materialibus non procedītur in infinitum, hic oſtendit idem in cauſa finali, quæ nominatur [cuius cauſa] fit aliquid. Et
part. 2. oſtendit propoſitũ quatuor rationibus. quarum prima talis eſt. Id, quod eſt cuius cauſa habet rationem finis: ſed fi-
part. 3. nis eſt id, quod non eſt propter alia, ſed alia ſunt propter ipſum. Aut ergo eſt aliquid tale, aut ni-
Tex. com. 9. part. 4. hil. & ſi quidem fuerit aliquid tale, ut ſcilicet omnia ſint propter ipſum, & ipſum non ſit propter alia, ipſum erit
Tex. cõ. 10. part. 5. ultimum in hoc genere. Et ita non procedetur in infinitũ. Si autem nihil inueniatur tale, non erit finis. Et ita tolletur
part. 6. hoc genus cauſæ, quod dicitur cuius cauſa. Secundam rationem ponit ibi.
b ¶ Quæ deriuatur ex præmiſſa ratio-
Tex. cõ. 11. part. 7. ne. Ex prima enim ratione concluſum eſt, quod qui ponit infinitatem in cauſis finalibus, remouent cauſam finalem. Remota autem cauſa finali, remouetur natura, & ratio boni. Eadem enim ratio boni, & finis eſt. Nam bonum eſt, quod
Cap. 1. omnia appetunt, vt dicitur in primo Ethicorum. Et ideo illi, qui ponunt infinitum in cauſis finalibus auferunt totaliter naturam boni, licet ipſi hoc non percipiant. Tertiam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ talis eſt. Si ſit infinitum in cauſis finalibus, nullus poterit peruenire ad ultimum terminum: quia infinitorum non eſt ultimus terminus. Sed nullus conatur ad aliquid faciendum, niſi per hoc, quod ex ſe exiſtimat venturum ad aliquid ſicut ad vltimum terminum; ergo ponentes infinitum in cauſis finalibus, excludunt omnem conatum ad operandum, etiam naturalium rerum. Nullus enim rei motus naturalis eſt, niſi ad id, ad quod nata eſt peruenire. Quartam rationem ponit ibi.

d ¶ Quæ talis eſt. Qui ponit infinitum in cauſis finalibus excludit terminum, & per conſequens excludit finem, cuius cauſa fit aliquid; ſed omne agens per intellectum agit cauſa alicuius finis: ergo ſequetur, quod inter cauſas operatiuas non ſit intellectus.

E

Et ita tollentur intellectus practicus. Quæ, cum ſint inconuenientia; oportet remouere primum, id ſcilicet, ex quo ſequuntur, ſcilicet infinitum a cauſis finalibus. Deinde cum dicit.

part. ſeq. e ¶ Oſtendit, quod non ſit infinitum in cauſis formalibus. & circa hoc duo facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo probat propoſitum, ibi: [Semper enim &c.] Circa primũ conſiderandum eſt, quod unumquodque conſtituitur in ſpecie per propriam formam. Vnde diffinitio ſpeciei maxime ſignificat formam rei. Oportet ergo accipere proceſſum in formis ſecũdum proceſſum in diffinitionibus. In diffinitionibus enim vna pars eſt prior altera, ſicut genus eſt prius differentiis; & differentiarum vna eſt prior altera. Idem ergo eſt, quod in infinitũ procedatur in formis. & quod in infinitum procedatur in partibus diffinitionis. Et ideo, volens oſtendere, quod non ſit procedere in infinitum in cauſis formalibus, proponit non eſſe infinitum in partibus diffinitionis. Et ideo dicit, quod nõ conuenit hoc. quod eſt quod quid erat eſſe, in infinitum reduci ad aliam diffinitionem, vt ſic ſemper multiplicetur ratio. Puta qui diffinit hominem in diffinitione ei⁹ ponit animal. Vnde diffinitio hominis reducitur ad diffinitionem animalis quæ ulterius reducitur ad diffinitionem alicuius alterius, & ſic multiplicatur ratio diffinitiua. Sed hoc non cõuenit in infinitum procedere. Non autem hoc dicimus quaſi in uno & eodem indiuiduo multiplicentur formæ ſecundum numerũ generum, & differentiarum, vt ſ. in hoie ſit alia forma a qua eſt homo, & alia a qua eſt aial, & ſic de aliis: ſed quia neceſſe eſt vt in rerum natura tot gradus formarũ inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata, & differentiæ. Eſt. n. in rebus inuenire aliquam formam, quæ eſt forma, & non eſt forma corporis; & aliquam, quæ eſt forma corporis, ſed

D

non eſt forma animati corporis, & ſic de aliis. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat propoſitum quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. In multitudine formarum, vel rationum ſemper illa, quæ eſt prior [eſt magis:] Quod non eſt intelligendum quaſi ſit cõpletior, quia formę ſpecificæ ſunt completę. Sed dicitur eſſe magis, quia eſt in plus quam illa, quæ eſt poſterior, quæ non eſt vbicunque eſt prior. Non enim vbicunque eſt ratio animalis, eſt ratio hominis. Ex quo argumentatur, quod ſi primum non eſt [nec habitum] id eſt conſequens eſt. Sed, ſi in infinitum procedatur in rationibus & formis, non erit prima ratio, vel forma diffinitiua, ergo excludentur omnes conſequentes. Secundam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis eſt Impoſſibile eſt aliquid ſcire prius, quam perueniatur ad indiuidua. Non autem accipitur hic indiuiduum ſingulare, quia ſcientia non eſt de ſingularibus: ſed indiuiduũ poteſt dici vno modo ipſa ratio ſpeciei ſpecialiſſimæ, quæ non diuiditur vlterius per eſſentiales differentias. Et ſecundum hoc intelligitur, quod non habetur perfecta ſcientia de re, quouſque perueniatur ad ſpeciē ſpecialiſſimam quia ille, qui ſcit aliquid in genere, nondum hēt perfectam ſcientiam de re. Et ſecundum hanc expoſitionem oportet dicere, quod ſicut prima rõ concludebat quod in cauſis formalib. non proceditur in infinitũ in ſurſum, ita hæc ratio concludit, quod non proceditur in infinitum in deorſum. Sic. n. non eſſet deuenire ad ſpeciē ſpecialiſſimam. ergo iſta poſitio deſtruit perfectam ſcientiam. Sed, quia formalis diuiſio non ſolum eſt ſecundum quod genus diuiditur per differentias, per quarum diuiſionis priuationē ſpecies ſpecialiſſima poteſt dici indiuiduum, ſed etiam eſt ſecundum quod diffinitũ diuiditur in partes diffinitionis. ut patet in Primo phyſicoꝝ indiuiduum põt hic dici, cuius diffinitio non reſoluitur in aliqua diffinientia. Et ſecundum hoc ſupremũ genus Tex. com. 5.

eſt, indiuiduum. Et ſecundum hoc erit ſenſus, quod non poteſt haberi ſcientia de re per aliquam diffinitionem, niſi deueniatur ad ſuprema genera, quibus ignoratis impoſſibile eſt aliquid poſteriorum ſciri. Et ſecundum hoc, concludit ratio, quod in cauſis formalibus non
par.8. procedatur in infinitum in ſurſum, ſicut & prius. Vel ad idem concludendum poteſt aliter ex-
part.9. poni indiuiduum, ut .ſ. propoſitio immediata dicatur indiuiduum. Si enim procedatur in infinitum in diffinitionib. in ſurſum, nulla erit propoſitio imme-
Tex.cō.12. part.10. diata. Et ſic uniuerſaliter tollet ſcientia, quæ eſt de concluſionibus deductis ex principijs immediatis.
part.11. h ¶ Tertiam rōnē ponit, quæ procedit non ſolum ad ſcientiam excludendam, ſed ad excludendum ſimpliciter omnem cognitionem humanam. Et circa hanc rōnem duo facit. Primo, ponit rōnem. Secūdo, excludit obiectionem, quandam ibi: [Non.n.ſimile &c.] Rō aūt talis
par.ſeq. Tex.cō.14. part.1. eſt. Vnumquodq; cognoſcitur per intellectum ſuæ formæ: ſed, ſi in formis procedatur in infinitum, non poterunt intelligi, quia infinitum inquantū huiuſmodi non cōprehenditur intellectu. ergo iſta poſi-
part.2. tio uniuerſaliter deſtruit cognitionem. Deinde cum dicit.
i ¶ Excludit q̄dam obuiationem. Poſſet .n. aliqs dicere, quod illud, quod habet infinitas formas, poteſt cognoſci, ſicut & linea, quæ in infinitum diuiditur. Sed hoc excludit dicens, ꝙ non eſt ſimile de linea, cuius diuiſiones nō ſtant, ſed in infinitum procedunt. Impoſſibile .n. eſt, quod aliquid intelligatur, niſi in aliquo ſtetur. Vnde linea inquantum ſtatuitur, ut finita in actu propter ſuos terminos, ſic poteſt intelligi. Secundum uero, quod non ſtatur in eius diuiſione, non poteſt ſciri. Vnde nullus poteſt numerare diuiſiones lineę, ſecundum ꝙ in infinitum procedūt. Sed infinitum in formis eſt infinitum in actu, & non in potentia, ſicut eſt infinitum in diuiſione lineæ. Et ideo, ſi eſſent infinitæ formæ nullo modo eſſet aliquid ſcitum, uel notum. Deinde cum dicit.
K k ¶ Ponit quartam rationem, quæ talis eſt. In omni eo, ꝙ mouetur, neceſſe eſt intelligere materiam. Omne enim, ꝙ mouetur eſt in potentia. Ens autem in potentia eſt materia. Ipſa aūt materia habet rōnem infiniti, & ipſi infinito, quod eſt materia, cōuenit ipſum nihil, quia materia ſecundum ſe intelligitur abſq; omni forma. Et cum ei, quod eſt infinitum, conueniat hoc, q̄d eſt nihil, ſequitur per oppoſitum, ꝙ illud, per quod eſt eſſe, nō ſit infinitum, & ꝙ [infinito] .i. materię non ſit eſſe infinitum: Sed eſſe eſt per formam, ergo non eſt infinitum in formis. Eſt aūt hic aduertendum, ꝙ hic ponit nihil eſſe de rōne infiniti, non ꝙ priuatio ſit de ratione materiæ, ſicut Plato poſuit non diſtinguens priuationem a materia, ſed quia priuatio eſt de rōne infiniti. Non enim ens in potentia habet rationem infiniti, niſi ſecundum quod eſt ſub ratione priuationis, ut patet in tertio Phyſicorum. Deinde cum dicit.
Tex.co.56. l ¶ Oſtendit, quod non ſunt infinitę ſpecies cauſarum, tali ratione, Tunc putamus nos ſcire unumquodque, quando cogno-
F ſcimus omnes cauſas eius, ſed, ſi ſunt infinitæ cauſæ ſecundum adiunctionem unius ſpeciei ad aliam, non erit pertranſire iſtā infinitatem, ita quod poſſint omnes cauſæ cognoſci: ergo etiā per iſtum modum excluditur cognitio rerum.

h Et cognoſcere non eſt. Nam quæ ſic ſunt infinita, quomodo contingit intelligere?

Et ipſum cognoſcere non eſt. quæ enim ita infinita ſunt, quomodo intelligere contingit?

i Non enim ſimile in linea, quę ſecundum diuiſiones non ſtat. Intelligere enim non eſt nō ſtatuentem. Propter quod non enumerabit ſectiones, quę per infinita procedunt.

Nec enim ſimile de linea eſt, quæ ſecundum diuiſiones quidem non ſtat. intelligere uero non poteſt, niſi ſiſtat, quare non numerabit diuiſiones, qui infinitam pertranſit.

G k Sed materiam ī eo, quod mouetur, intelligere eſt neceſſe. & infinito nihil eſt, eſſe autem nō.

Sed etiam materiam neceſſe eſt in eo, quod mouetur, intelligere. atque nulli eſt eſſe infinito.

l Si uero non eſt infinitum, q̄d eſt eſſe infinito? Sed ſi infinitę eſſent pluralitates ſpēs cauſarum, nō eſſet nec ita cognoſcere. Tūc enim ſcire putamus, cum cauſas ipſas nouerimus. Infinitum uero ſecundum adictionē non eſt pertranſire in finito tempore.

Quod ſi non, non infinitum eſt infinito eſſe. Atqui etiam, ſi ſpecies cauſarū infinitæ multitudine eſſent, nec hoc modo eſſet ipſum cognoſcere. tunc enim ſcire putamus, cum cauſas cognoſcimus, infinitum uero ſecundum additionem non eſt in tempore finito pertranſire.

LECTIO V.

H a Contingunt autē auditiones ſecundum conſuetudinem entibus. Nam, ut conſueuimus, ita dignamur dici. & quæ præter ea, non ſimilia uidentur; ſed preter conſuetudinē minus nota, & magis extranea. Nā conſuetum notius.

b Quantam uero uim habeat quod conſuetum eſt, leges oſtendunt, in quibus fabularia & puerilia magis ualēt cognitione de eis propter conſuetudinem.

LECTIO V.

AVſcultationes autem ſecundum conſuetudines accidunt. quemadmodum enim conſueuimus, ita dici ea iudicamus debere. & quę pręter hęc, non apparent ſimilia; ſed quia non conſueuimus, ignotiora, & magis peregrina. conſuetum etenim notius eſt.

I *Quanta uero uim conſuetudo habeat leges declarant, in quibus fabuloſa, ac puerilia plus poſſunt propter cōſuetudinē, quam ſi cognoſceremus ea.*

LECTIO V.

a Poſtquam philoſophus oſtendit, quod conſideratio ueritatis partim eſt difficilis, & partim facilis, & quod maxime pertinet ad Primum philoſophum, hic oſtendit quis ſit modus conueniens ad conſiderandum ueritatem, & circa hoc duo facit. Primo .n. ponit diuerſos modos, quos homines ſequuntur in conſideratione ueritatis. Secundo, oſtendit quis ſit modus conueniens, ibi: [Propter quod oportet erudiri &c.] Circa primū duo facit. Primo, oſtendit efficaciā cōſuetudinis in conſideratione ueritatis. Secundo, concludit diuerſos modos, quibus homines utuntur in conſideratione ueritatis propter diuerſas conſuetudines, ibi: [Alij uero ſi non mathematice &c.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit uirtutē conſuetudinis in cōſideratione ueritatis. Secundo, manifeſtat per ſignum, ibi: [Quātam uero uim habeat &c.] Dicit ergo primo, ꝙ auditiones contingunt ī hoībus de his, quæ ſunt ſecundum conſuetudines. Ea .n. quæ ſunt conſueta, libentius audiuntur, & facilius recipiuntur. Dignum .n. uidetur nobis, ut ita dicatur de quocunque, ſicut conſueuimus audire. Et ſi quæ dicantur nobis præter ea, quæ conſueuimus audire, non uidentur nobis ſimilia in ueritate his, quæ conſueuimus audire. Sed uidentur nobis minus nota, & magis extranea a ratione, propter hoc, quod ſunt inconſueta. Illud .n. quod eſt conſuetum, eſt nobis magis notū. Cuius ratio eſt, quia conſuetudo uertitur in naturam. Vnde & habitus ex conſuetudine generatur, qui inclinat per modum naturæ. Ex hoc autem, quod aliquis habet talem naturam, uel talem habitum, habet proportionem determinatam ad hoc uel
K illud. Requiritur autem ad quamlibet cognitionem determinata proportio cognoſcentis ad cognoſcibile. Et ideo ſecundum diuerſitatē naturarum, & habituū accidit diuerſitas circa cognitionem. Videmus enim, quod hominibus ſecundum humanam naturam, ſunt innata prima principia, & ſecundum habitum uirtutis apparet unicuique bonum, quod conuenit illi uirtuti: ſicut & guſtui uidetur aliquid conueniens ſecundum eius diſpoſitionem. Sic igitur, quia conſuetudo cauſat habitum conſimilem naturę, contingit, quod ea, quæ ſunt conſueta ſint notiora. Deinde cum dicit.
b ¶ Manifeſtat quod dixerat per quoddam ſignum, oſtendens, quod leges ab hominibus poſitæ, oſtendunt per experientiam, quantam vim habeat conſuetudo: in quibus quidem legibus propter conſuetudinem magis ualent fabulariter, & pueriliter dicta ad hoc, quod eis aſſentiatur, quam cognitio ueritatis. Loquitur autem hic philoſophus de legibus ab hominibus adinuentis, quæ ad conſeruationem ciuilem, ſicut ad ultimum finem ordinantur. Et ideo, quicunq; inuenerunt eas, aliquas quibus

Par.4. huius lect.

part.5. par.ſeq.

bus hominum animi retraherentur a malis, & prouocarentur A ad bona ſecundum diuerſitatem gentium, & nationem ſuis legibus tradiderunt, quamuis multa eorum eſſent vana, & friuola, quæ homines a pueritia audientes magis approbabant, quã veritatis cognitionem. Sed lex diuinitus data ordinat hominẽ ad veram felicitatem, cui omnis falſitas repugnat. Vnde in lege Dei nulla falſitas commenetur. Deinde cum dicit.

Tex. c. 15. par. 3.

c ¶ Hic oſtẽdit quō homines in conſideratione veritatis propter conſuetudinem diuerſos modos acceptãt. & dicit, quod quidam non recipiunt quod eis dr̃, niſi dicatur eis per modum mathematicũ. Et hoc quidem conuenit propter cõſuetudinem his, qui in mathematicis ſunt nutriti, & quia cõſuetudo eſt ſimilis naturæ. Poteſt etiam hoc quibuſdam cõtingere propter indiſpoſitionem, illis .ſ. qui ſũt fortis imaginationis, non habentes intellectum multum eleuatum. Alij uero ſunt, qui nihil uolunt recipere, niſi proponatur eis aliquod exemplum ſenſibile, uel propter conſuetudinem, uel propter dominium ſenſitiuæ uirtutis in eis, & debilitatem intellectus. Quidam uero ſunt quo nihil reputent eſſe dignum, ut aliquid eis inducatur abſque teſtimonio poetæ, uel alicuius authoris. Et hoc etiã eſt uel pp̃ conſuetudinem, uel propter defectum iudicij: quia non poſſũt diiudicare utrum ratio per certitudinem concludat. & iõ quaſi non credentes ſuo iudicio, requirunt iudicium alicuius noti. Sunt etiam aliqui, qui omnia uolunt ſibi dici per certitudinẽ, .i. per diligentem inquiſitionem rationis. Et hoc contingit propter bonitatem intellectus iudicantis, & rationis inquirentis: dummodo non quæratur certitudo in his, in quibus certitudo eſſe non poteſt. Quidam uero ſunt, qui triſtantur, ſi quid p cer titudinem cum diligenti diſcuſſione inquiratur. quod quidem poteſt contingere dupliciter uno modo propter impotentiam complectendi. habent enim debilem rationem. unde non ſufficiunt ad conſiderandum ordinem complexionis priorum, & poſteriorum. Alio modo propter micrologiam, .i. paruorum ratiocinationem. Cuius ſimilitudo quædam eſt in certitudinali inquiſitione, quæ nihil indiſcuſſum relinquit uſque ad minima. Imaginantur autem quidam, quod ſicut in ſymbolis conuiuiorum non pertinet ad liberalitatem, quod debeant etiam minima cõputari in ratiocinio, ita etiam ſit quædam importunitas, & illiberalitas, ſi homo uelit circa cognitionem ueritatis etiam minima diſcutere. Deinde cum dicit.

part. 4.

Tex. c. 16. par. 5.

c Alij vero, ſi non mathematice quis dicat, non recipiunt dicẽtes. Alii vero ſi non exemplariter. Et hi teſtem induci dignãtur Poetam. at illi quidem oĩa certe. His uero flebilis eſt certitudo, aut pp̃ impotentiam complectẽdi, aut propter micrologiam. Habet autem quod certum eſt tale. Vnde quemadmodũ in ſymbolis, & rationibus nõ liberum eſſe quibuſdam uidetur.

d Propter quod oportet erudiri quomodo ſingula ſunt recipienda; & abſurdum eſt ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi. eſt autem neutrum facile accipere.

e Acribologia uero mathematica non in oĩbus eſt expetenda, ſed in non habentibus materiã. Propter quod non naturalis eſt modus. Omnis .n. forſan natura materiam habet. Ideo primum perſcrutandum quid eſt natura. Ita nanque & de quib. eſt phyſica, manifeſtum erit, & ſi unius ſcientiæ, aut plurium eſt, cauſas & principia conſiderare.

d ¶ Oſtendit quis ſit modus conueniens ad inquirẽdum ueritatem, & circa hoc duo facit. Primo. o. oſtendit quomodo homo poſſit cognoſcere modum conuenientem in inquiſitione veritatis. Secundo oſtendit, quod ille modus, qui eſt ſimpliciter melior, non debet in oĩbus quæri, ibi: [Acribologia vero &c.] Dicit ergo primo, quod quia diuerſi ſecundum diuerſos modos ueritatẽ inquirunt, ideo oportet quod homo inſtruatur per quẽ modum in ſingulis ſcientiis ſint recipienda ea, quæ dicuntur. Et quia non eſt facile, quod homo ſimul duo capiat, ſed dũ ad duo attẽdit, neutrum capere poteſt, abſurdũ eſt, quod homo ſimul quærat ſcientiã & modum, qui conuenit ſciẽtiæ. Et propter hoc debet prius addiſcere logicam, quam alias ſciẽtias, quia logica tradit communem modũ procedendi in omnibus alijs ſcientijs. Modus autem proprius ſingularũ ſciẽtiarum, in ſcientiis ſingulis circa principiũ tradi debet. Deinde cum dicit. part. ſeq.

B

Aliqui igitur, niſi mathematice loquentes, non admittunt. Quidam uero non niſi exemplis ut tem. Quidam autem dignum ducunt, ut teſtis producatur aliquis Poeta. Et quidam exacte omnia. Quoſdam uero tædet certitudinis, aut propterea, quod non poſſunt conſequi, aut propter curioſitatem. habet enim certitudo tale aliquid. quare ut in contractibus, ita & in orationibus illiberale eſſe quibuſdam apparet.

C

Quapropter oportet peritum eſſe quomodo ſingula admittenda ſunt; quoniam abſurdum eſt ſimul ſcientiam, & modum ſcientię quęrere, neutrum autem facile accipere eſt.

D

Certitudinem uero ſermonis mathematica non oportet in cunctis quęrere, ſed in his, quę non habẽt materiã. Quare non eſt naturalis modus, tota enim natura forte habet materiam. Quamobrem conſiderandum eſt primum, quidnam natura ſit. ſic enim & de quo naturalis ſcientia eſt manifeſtum erit, & utrum unius ſcientię, an plurium eſt cauſas, & principia ſpeculari.

e ¶ Oſtendit, quod ille modus, qui eſt ſimpliciter optimus, non debet in omnibus quæri, dicens, quod [acribologia] ideſt diligens, & certa ratio, ſicut eſt in mathematicis, non debet requiri in omnibus rebus, de quibus ſunt ſcientię: ſed debet ſolum requiri in his, quæ non habent materiam. Ea enim, quę habent materiam, ſubiecta ſunt motui, & uariationi, & ideo non poteſt in eis omnibus omnimoda certitudo haberi. Quæritur enim in eis non quid ſemper ſit, & ex neceſſitate, ſed quid ſit, ut in pluribus. Immaterialia vero ſecundum ſeipſa ſunt certiſſima, quia ſunt immobilia. Sed illa, quę in ſui natura ſunt immaterialia, non ſunt certa nobis propter defectum intellectus noſtri, ut prędictum eſt. huiuſmodi autem ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. Sed mathematica ſunt ab- E ſtracta a materia, & tamen non ſunt excedentia intellectum noſtrum. & ideo in eis eſt requirenda certiſſima ratio. Et quia tota natura eſt circa materiam, ideo iſte modus certiſſimæ rationis non pertinet ad naturalem philoſophum. Dicit autem forſan, propter corpora cœleſtia, quia non habent eandem modo materiam, ſicut inferiora. Et quia in ſcientia naturali non conuenit iſte certiſſimus rationis modus, ideo in ſcientia naturali ad cognoſcendum modum conuenientem illi ſcientiæ, primo perſcrutandum eſt quid ſit natura. Sic enim manifeſtum erit, de quibus ſit ſcientia naturalis. Et iterum conſiderandum eſt, [ſi vnius ſcientiæ] ſcilicet naturalis, ſit omnes cauſas, & principia conſiderare, aut ſit diuerſarum ſcientiarum. Sic enim poterit ſcire quis modus demonſtrandi conueniat naturali. Et hũc modum ipſe ſeruat in ſecundo Phyſicorum, ut patet diligenter intuenti.

Tex.

Commentariorum S. Thom. ſuper ſecundum Methaphyſic. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM,

LIBER TERTIVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

a POSTQVAM Philoſophus io ſecundo libro oſtē-oit modum conſiderandæ ueritatis, hic procedit ad ueritatis conſiderationem. Et primo procedit modo diſputatiuo, oſtendens ea, quæ ſunt dubitabilia circa rerum ueritatem. Secundo, incipit determinare ueritatem. Et hoc in quarto libro, qui incipit, ibi: [Eſt ſcia quædam quæ ſpeculatur.] Prima aūt pars diuiditur i partes duas. In prima dicit, de quo eſt intentio. In ſecunda exequitur propoſitum, ibi: [Eſt aūt dubitatio prima quod &c.] Circa primū duo facit. Primo.n. dicit, de quo eſt intentio. Scđo rationē aſſignat ſuæ intētionis, ibi: [Ineſt autem inueſtigare uolentib. &c.] Dicit ergo primo, quod ad hanc ſciam, quam quærimus de primis principijs, & uniuerſali ueritate rerū, neceſſe eſt ut primū aggrediamur ea, de quibus oportet dubitare, antequam ueritas determinetur. Sunt aūt huiuſmodi dubitabilia ꝓpter duas rationes. Vel quia antiqui philoſophi aliter ſuſceperunt opinionem de eis, quam rei ueritas habeat, uel quia omnino prætermiſerunt de his conſiderare. Deinde cum dicit.

Lib.4. Met. Tex. com.1.

Lect.3. huius lib.

part. ſeq.

LECTIO I.

a NEceſſe eſt ad quæſitam ſcientiam nos aggredi primum, de quibus dubitare primum oportet. Hęc autem ſunt quęcunque de ipſis aliter ſuſceperunt quidam, & ſi qd præter hoc eſt prætermiſſum.

b Ineſt autem inueſtigare uolentibus præ opere bene dubitare. poſterior.n. inueſtigatio, priorū eſt ſolutio dubitatorum. Soluere.n. non eſt ignorantis uinculū, ſed mentis dubitatio, hoc de re demonſtrat. Inquantum.n. dubitat, intantum ſimiliter ligatis eſt paſſus. impoſſibile enim utriſq; procedere ad quod eſt ante. Propter quod oportet difficultates ſpeculari omnes prius, & horum cauſa.

c Et quia quærentes ſine dubitatione, primo ſimiles quo oportet ire ignorantibus.

d Et adhuc neque quando quęſitū inuenit nō cognoſcit. finis enim huic eſt non manifeſtus, prædubitanti autem manifeſtus.

e Amplius aūt melius neceſſe eſt ſe habere ad iudicandum eum, q audiuit, uelut aduerſariorum, & dubitātium omnes rationes.

LECTIO I.

AD illam, quæ quæritur, ſcientiam neceſſe eſt in primis nos percurrere, de quibus primo dubitandum eſt. hæc autem ſunt, & quęcunque de eis aliter quidam exiſtimauerunt, & ſi quid ultra hęc pręter- G *miſſum ſit.*

Eſt autem operæ pretium, aliquid facultatis habere uolentibus, bene dubitare. nam poſterior facultas ſolutio eorum eſt, quæ ante dubitata fuerunt. Soluere autem non eſt, cum nodus ignoretur, ſed intellectus hæſitatio manifeſtum hoc de re facit. quatenus n. dubitat, eatenus ſimile quiddam ligatis patitur. utroque nanque modo impoſſi- H *bile eſt ad ulteriora procedere. Quare omnes primo difficultates ſpeculari par eſt, & horum gratia.*

Et propterea quod illi, qui quærunt niſi primo dubitent, ſimiles illis ſunt, qui quonam ire oporteat, ignorant.

Et adhuc neque utrum inuenerint I *quod quæritur, an non, cognoſcere poſſunt. finis etenim his quidem non eſt manifeſtus, illi autem, qui antea dubitauerit, pateſcit.*

Item melius ſe habere neceſſe eſt illum ad iudicandum qui tanquam aduerſarios, omnes utrinque rationes oppoſitas audiat.

b ¶ Aſſignat quatuor rōnes ſuæ intētionis. & primo dicit, q uolētibus inueſtigare ueritatem contingit [præ opere] ideſt ante opus [benè dubitare] ideſt bene attingere ad ea, quæ ſunt dubitabilia. Et hoc ideo, quia poſterior inueſtigatio ueritatis, nihil aliud eſt, quam ſolutio prius dubitatorum. Manifeſtum eſt autem in ſolutione corporalium ligaminum, quod ille, qui ignorat uinculum, non poteſt ſoluere ipſum. Dubitatio autem de aliqua re hoc modo ſe habet ad mentem, ſicut uinculum corporale ad corpus, & eundem effectum demonſtrat. Inquantum.n. al.quis dubitat, intantum patitur aliquid ſimile his, qui ſunt ſtricte ligati. Sicut enim ille, qui habet pedes ligatos, non poteſt in anteriora procedere ſecundum uiam corporalem, ita ille, qui dubitat quaſi habens mentem ligatam, non poteſt ad anteriora procedere ſecundum uiam ſpeculationis. Et ideo, ſicut ille, qui uult ſoluere uinculum corporale, oportet quod prius inſpiciat uinculum, & modum ligationis, ita ille, qui uult ſoluere dubitationem, oportet, quod prius ſpeculetur omnes difficultates, & earum cauſas.

F c ¶ Secundam rationem ponit. & dicit, q illi, qui uolunt inquirere ueritatem non conſiderando prius dubitationem, aſſimilantur illis, qui neſciunt quo uadant. Et hoc ideo, quia ſicut terminus uiæ eſt illud, quod intenditur ab ambulante, ita excluſio dubitationis eſt finis, qui intenditur ab inquirente ueritatem. Manifeſtum eſt autem, quod ille, qui neſcit quo uadat, non poteſt directe ire niſi forte a caſu. ergo nec aliquis poteſt directe inquirere ueritatem, niſi prius uideat dubitationem.

d ¶ Tertiam rationem ponit, & dicit, quod ſicut ex hoc, quod aliquis neſcit quo uadat, ſequitur quod quando peruenit ad locum, quem intendebat, neſcit utrum ſit quieſcendum, uel ulterius eundum, ita etiam, quando aliqs non cognoſcit dubitationem, cuius ſolutio eſt finis inquiſitionis, non poteſt ſcire quando inuenit ueritatem quęſitam, & quando non, quia neſcit finem ſuæ inquiſitionis, qui eſt manifeſtus ei, qui primo dubitationem cognouit.

e ¶ Quartam rationem ponit, quæ ſumitur ex parte auditoris. Auditorem enim oportet iudicare de auditis. Sicut autem in iudicijs nullus poteſt iudicare niſi audiat rationes utriuſque partis, ita neceſſe eſt eum, qui debet audire philoſophiā melius ſe habere io iudicando, ſi audierit omnes rationes quaſi aduerſariorum dubi-K tantium. Eſt autem attendendum, quod propter has rationes conſuetudo Ariſtotelis fuit fere in omnibus libris ſuis, ut inquiſitioni ueritatis uel determinationi præmitteret dubitationes emergentes. Sed in alijs libris ſingillatim ad ſingulas determinationes præmittit dubitationes: hic uero ſimul præmittit omnes dubitationes, & poſtea ſecundum ordinem debitum determinat ueritatem. Cuius ratio eſt, quia aliæ ſcientiæ conſiderant particulariter de ueritate, unde, & particulariter ad eās pertinet circa ſingulas ueritates dubitare. ſed iſta ſcientia, ſicut ſe habet ad uniuerſalē conſiderationem de ueritate ita etiam ad eam pertinet uniuerſalis dubitatio de ueritate. Et ideo non particulariter, ſed ſimul uniuerſalem dubitationem proſequitur. Poteſt etiam, & alia eſſe ratio, quia dubitabilia, quæ tangit, ſunt principaliter illa, de quibus philoſophi aliter opinati ſunt. Non autem eodem ordine

dine ipſe procedit ad inquiſitionem veritatis, ſicut & alij Philoſophi. Ipſe enim incipit a ſenſibilibus, & manifeſtis, & procedit ad ſeparata, vt patet infra in ſeptimo: Alij vero intelligibilia, & abſtracta voluerunt ſenſibilibus applicare. Vnde, quia non erat eodem ordine determinaturus, quo ordine processerunt alij Philoſophi, ex quorum opinionibus dubitationes ſequuntur, ideo præelegit primo ponere dubitationes omnes ſeorſum, & poſtea ſuo ordine dubitationes determinare. (T. com. 2. par. prima) Tertiam aſſignat Auerrois dicens: hoc eſſe propter affinitatem huius ſcientiæ ad logicam, quæ tangitur in quarto, (par. 2.) & ideo Dialecticam diſputationem poſuit quaſi partes principales huius ſcientiæ.

LECTIO II.

a EST autem dubitatio prima quidem quibus proœmialiter dictis dubitauimus, vtrum vnius ſcientiæ, aut multarum ſit ſcientiarum cauſas ſpeculari.

b Et vtrum ſubſtantiæ principia eſt ſcientiæ huius ſcire ſolum, aut de principijs, de quibus oſtendũt omnes, ut utrum contingit unum, & idem ſimul dicere, & negare, aut non, & de aliis talibus. Et ſi eſt circa ſubſtantiam, utrum una circa omnes, aut plures ſunt. Sed, ſi plures, utrum omnes cognatæ, aut earum hæ quidem ſapientiæ, illæ uero aliquid aliud dicendæ ſunt.

c Et hoc idem quoque neceſſarium eſt quærere, utrum ſenſibiles ſubſtantiæ eſſe ſolum dicendæ ſunt, aut præter has aliæ: & vtrum vnitæ ſunt, aut plura genera ſunt ſubſtantiarum, ut facientes ſpecies, & mathematica inter iſta, & ſenſibilia dixerunt. De his igitur, ut diximus, perſcrutandum eſt.

d Et vtrũ circa ſubſtãtias ſolũ ſpeculatio, aut circa q̃ accidũt ſm̃ ſe ſubſtãtiis. Adhuc de eodem, & diuerſo, ſimili, & diſſimili, & contrarietate, priore & poſteriore, & aliis omnib. talibus, de quibus Dialectici intendere tentant, ex probabilibus ſolũ perſcrutationẽ facientes,

LECTIO II.

EST autem prima dubitatio de his, quæ in proœmio quoque dubitauimus, vtrum vnius in multarum ſcientiarum ſit cauſas ſpeculari.

Et vtrum prima ſubſtantiæ principia ſolum huius ſit ſcientiæ conſiderare, an etiam de principijs, ex quibus omnes demonſtrant. vtputa: vtrum contingit vnum, & idem ſimul affirmare, & negare, an non, & de alijs huiuſmodi. Quòd ſi circa ſubſtantiam eſt, utrum vna, an plures circa omnes ſint. & ſi plures: vtrum omnes inter ſe affines, an aliquas earum ſapientias, nonnullas aliquid aliud appellandum ſit.

Et hoc etiam ipſum neceſſarium eſt vt quæratur, vtrum ſenſibiles ſubſtantias eſſe duntaxat dicendum ſit, an præter has etiam alias. Et vtrum vnum, an plura ſubſtantiarum genera ſint. veluti qui formas, quique mathematica harum, & ſenſibilium media faciunt, & de his igitur, ut diximus, conſiderandum eſt.

Et utrum circa ſubſtantias ſolum ſpeculatio ſit, an etiam circa ea, quæ per ſe ſubſtantijs accidunt. Et ad hæc de eodem & diuerſo, ſimili & diſſimili, & contrarietate, & de priori, & poſteriori, & cæteris cunctis huiuſcemodi, de quibus Dialectici conſiderare conantur, ex pro-

LECTIO II.

SEcundum ea, quæ prædixit Philoſophus, in iſta hic præmittere dubitationes determinationi veritatis, & diuidit in duas partes. (part. 3.) In prima ponit dubitationes: In ſecunda, cauſas dubitationum, inducendo rationes ad ſingulas dubitationes, ibi: [Primum ergo, de quibus in primis diximus, &c.] (Lec. 4. huius T. com. 15. par. 3.) Dictum eſt autem in ſecundo libro, quod prius oportet quærere modum ſcientiæ, quam ipſam ſcientiam. Et ideo primo ponit dubitationes pertinentes ad modum conſiderationis huius ſcientiæ. Secundo, ponit dubitationes pertinentes ad prima principia, de quibus eſt iſta ſcientia, ut in primo libro dictum eſt, (Lect. prima. Lect. 5. seq. Lect. 2.) & hoc ibi: [Et vtrum principia, & elementa, &c.] Ad modum autem ſcientiæ huius duo pertinent, ut in ſecundo dictum eſt, ſcilicet conſideratio cauſarum, ex quibus ſcientia demonſtrat, & iterum res, de quibus ſcientia conſiderat. Vnde circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem pertinentem ad conſiderationem cauſarum. Secundo mouet multas dubitationes pertinentes ad ea, de quibus eſt hæc ſcientia, ibi: [Et utrum ſubſtantiæ principia, &c.] (par. sequen.) Dicit ergo, quod prima dubitatio eſt, quam dubitando propoſuimus in fine ſecundi libri, qui eſt quaſi proœmium ad totam ſcientiam, ſcilicet: vtrum conſideratio cauſarum quatuor, ſecundum quatuor genera, pertineat ad vnam ſcientiam, uel ad multas, & diuerſas. Et hoc eſt quærere: utrum unius ſcientiæ, & præcipue huius, ſit demonſtrare ex omnibus cauſis, uel magis diuerſæ ſcientiæ ex diuerſis cauſis demonſtrent. Deinde cum dicit.

b ¶ Mouet dubitationes de his, de quibus cõſiderat iſta ſcientia, & primo in parte de quibus conſiderat iſta ſcientia ſicut de ſubſtantijs. Secondo, de quibus conſiderat iſta ſcientia ſicut de accidentibus, ibi: [Et utrum circa ſubſtantias, &c.] (part. 4.) Circa primum duo facit. Primo, multiplicat quæſtiones ex parte ipſius ſcientiæ, quæ eſt de ſubſtantia. Secundo, ex parte ſubſtantiarum ipſarum, ibi: [Et hoc idem quoque, &c.] (par. sequen.) Circa primum ponit tres quæſtiones. Suppoſito enim ex his, quæ in primo libro dicta ſunt, quòd iſta ſcientia conſideret principia prima: Prima quæſtio hic erit: vtrum ad hanc ſcientiam ſolum pertineat cognoſcere prima principia ſubſtantiæ, (Prima q6 Quæ eſt ſecunda 1 ord.) aut etiam ad hanc ſcientiam pertineat conſiderare de primis principijs demonſtrationis, ex quibus omnes ſcientiæ demonſtrant, ut puta, quod hæc ſcientia conſideret: vtrũ contingat vnum, & idem ſimul affirmare, & negare, uel non, & ſimiliter de alijs demonſtrationis principijs primis, & per ſe notis. Secunda quæſtio eſt: ſi iſta ſcientia eſt conſideratiua ſubſtantiæ, ſicut primi entis: vtrũ ſit una ſcientia conſiderans omnes ſubſtantias, uel ſint plures ſcientiæ de diuerſis ſubſtantijs. (Quæ eſt 3. ſecunda dub. Et ſoluit 4.) Videtur enim, quod de pluribus ſubſtantijs debeant eſſe plures ſcientiæ. Tertia quæſtio eſt, ſi ſint plures ſcientiæ de pluribus ſubſtantijs: utrum omnes ſint [cognatæ] idest, unius generis, ſicut Geometria, & Arithmetica ſunt in genere mathematicæ ſcientiæ, uel non ſint unius generis, ſed quædam earum ſint in genere ſapientiæ, quædam uero in aliquo alio genere, puta in genere ſcientiæ naturalis, uel mathematicæ. (Quæ eſt 4 3. dub. Et ſoluitur in quarta. Tex. c.) Videtur enim ſecundum primum aſpectum, quod non ſint unius generis, cum ſubſtantiæ materiales, & immateriales non eodem modo cognoſcantur. Deinde cum dicit.

c ¶ Multiplicat quæſtiones ex parte ſubſtantiæ & ponit duas quæſtiones. quarum prima eſt: utrum dicendum ſit, quòd ſint ſolum ſubſtantiæ ſenſibiles, vt antiqui naturales poſuerunt, (Quæſtio 5. quæ eſt 5.) vel etiam præter ſubſtantias ſenſibiles ſint aliæ ſubſtantiæ immateriales, & intelligibiles, vt poſuit Plato. Secunda quæſtio eſt, ſi ſunt aliquæ ſubſtantiæ ſeparatæ a ſenſibilibus: utrum [ſint vnitæ] idest vnius generis tantum, aut ſint plura genera talium ſubſtantiarum, ſicut quidam attendentes duplicem (Secunda q6 quæ eſt 6.) abſtractionem, ſcilicet uniuerſalis a particulari, & formæ mathematicæ a materia ſenſibili, poſuerunt utrunque genus ſubſiſtere. Et ita ponebant ſubſtantias ſeparatas, quæ ſunt uniuerſalia abſtracta ſubſiſtentia, inter quæ & ſubſtantias ſenſibiles particulares poſuerunt mathematica ſubſiſtentia ſeparata, ſcilicet numeros, magnitudines, & figuras. De iſtis igitur quæſtionibus, ſicut nunc mouentur, perſcrutandum eſt inferius, primo quidem diſputatiue, ſecundo determinando veritatem. Deinde cum dicit.

d ¶ Inquirit, utrum conſideratio huius ſcientiæ de accidentibus ſit. Et ponit tres quæſtiones quarum prima eſt: utrum (Septima. Quæſtio 1. Soluit in 4. Tex. com. 1.) ſpeculatio huius ſcientiæ ſit ſolum circa ſubſtantias, propter hoc quod dicitur philoſophia ſubſtantiæ: aut etiam ſit circa ea, quæ per ſe ſubſtantijs accidunt, eo quòd ad eandem ſcientiam pertinere videtur, ut conſideret ſubiectum, & per ſe accidentia ſubiecti. (Octaua. Quæſtio 2. Hanc q̃onẽ ſoluit in 4. lect. 3. & 4. T. com. 4.) Secunda quæſtio eſt, utrum hæc ſcientia conſideret de quibuſdam, quæ uidentur eſſe per ſe accidentia entis, & conſequi omnia entia, ſcilicet de eodem & diuerſo,

ſimili, & diſſimili, & de contrarietate, & de priori, & poſteriori, & omnibus alijs huiuſmodi, de quibus Dialectici tractant, qui habent conſiderationem de omnibus. ſed tamen de huiuſmodi perſcrutantur non ex neceſſarijs, ſed ex probabilibus. Ex vna enim parte videtur, quòd, cum ſint communia, pertineant ad Philoſophum primum. Ex alia parte videtur, quòd ex quo Dialectici iſta cõſiderant, quorum eſt ex probabilibus procedere, quòd non pertineat ad conſiderationem ipſius philoſophi, cuius eſt demonſtrare. Tertia quæſtio eſt, cum ad iſta communia, accidentia entis quædam per ſe conſequantur, utrum ad Philoſophum pertineat circa vnumquodque horum ſolum conſiderare quid eſt, aut etiam illa, quæ conſequuntur ad ipſa, puta vtrum vni ſit contrarium.

par. prima. Nona. Quæſtio 9. Hæc qô ſoluitur in 4. lect. 4. lect. com. 5.

LECTIO III.

par. 2.

2 POſtquam Philoſophus mouit quæſtiones pertinentes ad modum conſiderandi huius ſcientiæ, hic mouet quæſtiones pertinentes ad res, de quibus iſta ſcientia conſiderat. Et, quia iſta ſcientia conſiderat de principijs primis, ut in primo dictum eſt, ideo mouet hic quæſtiones de principijs rerum. Prima autem rerũ principia ponebantur, & ſpecies, & mathematica. Vnde primo mouet quæſtiones pertinentes ad ſpecies. Secundo, quæſtiones pertinentes ad mathematica, ibi: [Adhuc autẽ vtrum numeri, & longitudines, &cætera.] Circa primum duo facit. Primo, quærit quæ ſunt principia. Secundo, qualia ſunt, ibi: [Amplius autem vtrum principia numero, aut ſpecie determinata, &cætera.] Quia vero principia ponebantur uniuerſalia ſeparata, primo quæritur: utrum uniuerſalia ſint principia. Secundo, utrum res ſeparatæ ſint principia, ibi: [Maxime uero quærendum eſt, &cætera.] Circa primum ponit duas quæſtiones. quarum prima eſt. utrum genera ſint principia, & elementa rerum, aut ea, in quæ, ſicut in ultima, diuiditur quodcunque ſingulare exiſtens. Et ratio huius dubitationis eſt, quia elementum eſt, ex quo primo componitur res, & in quod ultimo diuiditur. Inuenimus autem duplicem modum compoſitionis, & diuiſionis, unum ſcilicet ſecundum rationem, prout ſpecies reſoluuntur in genera. Et ſecundum hoc uidentur genera eſſe principia, & elementa, ut Plato poſuit. Alio modo ſecundum naturam, ſicut corpora naturalia componuntur ex igne, & aere, & aqua, & terra, & in hæc reſoluuntur. Et propter hæc naturales Philoſophi poſuerunt eſſe prima principia elementa. Secunda quæſtio eſt. ſuppoſito, quòd genera ſint principia rerum, utrum principia ſint uniuerſalia dicta de indiuiduis, ſcilicet ſpecies ſpecialiſſimæ, quas genera appellat ſecundum Platonicorum conſuetudinem, quia continent ſub ſe plura indi-

Iut. par. huius lect. 201. 5. huius lec. par. eqnu. part. 3. primo parte Lectio. par. 2. par. 3.

Soluitur infra lect. 8. Item ſeptima. Secunda.

quorum theorica eſt de omnibus. Amplius autem his eiſdem quæcunque ſecundum ſe accidunt, & non ſolum quid eſt horum unumquodque. Sed utrum vnum eſt vni contrariũ.

LECTIO III. G

ET vtrum principia, & elementa genera ſunt, aut in quæ diuiditur exiſtentium ſingulum. Et ſi genera, utrum quæcunque dicuntur de indiuiduis finalia, aut prima, & utrum animal, aut homo principium, & magis eſt quàm ſingulare.

b Maxime vero quærendum eſt, & tractandum, utrum eſt aliquid præter materiam cauſa ſecundum ſe, aut non. Et hoc ſeparabile, aut non: & utrum unum, aut plura numero. Et utrum eſt aliquid præter ſynolon. (Dico autem ſynolon, quando prædicatur aliquid de materia) aut nihil, aut horum quidem, horum uero non. H

c Amplius aũt: utrũ principia numero, aut ſpẽ determinata, & q̃ in rõnibus, & in ſubiecto. Et utrũ corruptibiliũ, & incorruptibiliũ eadẽ aut diuerſa. Et vtrũ corruptibilia oĩa, aut corruptibilium corruptibilia. Amplius autem, quod omniũ difficillimum eſt, & plurimam habet dubitationem, utrũ unum & ens, quemadmodum Pytha- I

babilibus ſolum perſcrutantes, cuius eſt de his omnibus ſpeculari. Item quæcunque per ſe eiſdem ipſis accidunt, & non ſolum quid horum vnumquodque eſt, ſed etiam utrum vni contrarium.

G *LECTIO VI.*

ET vtrum ipſa genera ſint principia, & elementa, an illa, in quæ diuiduntur, quæ inſunt ſingulis. Et ſi ipſa genera, vtrum quæcunque vltima de indiuiduis prædicantur, an priora. utputa, vtrum animal, vel homo principium, & magis, quàm ſingularia ſit.

H *Potiſſimum vero quærendum, & tractandum eſt, vtrum eſt aliqua, præter materiam, cauſa per ſe, an non? Et hæc ſeparata an non. Et vtrum una, an plures numero. Et vtrum eſt aliquid præter * cunctum (dico autem cunctum, cum quicquam de materia prædicatur) an nihil. an quorundam quidem ſit, quorundam uero non, & quæ nam entium talia ſint.*

* Totum

I *Item principia, vtrum numero, an ſpecie definita ſint, & quæ in rationibus, & quæ in ſubiecto. Et vtrum corruptibilium, & incorruptibilium eadẽ, an diuerſa, & vtrum incorruptibilia omnia, an corruptibilium corruptibilia. Item, quod omnium difficillimum eſt, & maximam ambiguitatem habet, vtrum unum & ens, ut Pythagorici, & Plato dicebant, non eſt aliud quicquam, ſed entium*

F nidua, ſicut genera plures ſpecies: aut magis ſint principia prima generaliſſima, utputa: quid ſit magis principium, utrum animal, uel homo, qui eſt principium quoddam ſecundum Platonicos, & magis uere exiſtens, quàm ſingulare. Oritur autem hæc dubitatio propter duas diuiſiones rationis, quarum una eſt, ſecundum quam genera diuidimus in ſpecies. Alia uero eſt, ſecundum quã ſpecies reſoluimus in genera. Semper enim uidetur illud, quod eſt ultimus terminus diuiſionis, eſſe primum principium, & elementum in componendo. Deinde cum dicit.

b ¶ Quærit de principijs ex parte ſeparationis, & mouet quatuor quæſtiones, quarum prima eſt. Cum primi Naturales poſuerint ſolum cauſam materialem, utrum aliquid aliud præter materiam ſit cauſa ſecundum ſe, aut non. Secunda quæſtio eſt. Suppoſito, quòd aliquid præter materiam ſit cauſa, utrum illud ſit ſeparabile a materia, ſicut poſuit Plato, aut ſicut poſuit Pythagoras. Tertia quæſtio eſt. Si eſt aliquid ſeparabile a materia, utrum ſit unum tantum, ſicut poſuit Anaxagoras, aut plura numero, ſicut poſuit Plato, & ipſe Ariſto. Quarta quæſtio eſt: utrũ aliquid ſit [præter ſynolon] ideſt ſimul totum, aut nihil, aut in quibuſdam ſit aliquid, & in quibuſdam non, & qualia ſint in quibus ſunt, & qualia in quibus non. Exponit autem quid ſit ſynolon, uel ſimul totum, ſcilicet quando prædicatur aliquid de materia. Ad cuius intellectũ conſiderandum eſt, quod Plato poſuit hominem, & equum, & ea, quæ ſic prædicantur, eſſe quaſdam formas ſeparatas. Per hoc autem homo prædicatur de Socrate, uel Platone, quod materia ſenſibilis participat formam ſeparatam. Socrates ergo uel Plato dicitur ſynolon uel ſimul totum, quia conſtituitur per hoc, quòd materia participat formam ſeparatã, & eſt quaſi quoddam prædicatum de materia. Quærit ergo Philoſophus hic, utrum quod quid eſt indiuidui, ſit aliquid aliud præter ipſum indiuiduum, uel non: aut etiam in quibuſdam eſt aliud, & in quibuſdam non aliud. Quam quidem quæſtionem Philoſophus determinabit in ſeptimo. K

Deinde cum dicit.

c ¶ Mouet quæſtiones circa modum exiſtendi principiorum. Et quia ens diuiditur per unum, & multa, per actum, & potentiam. Primo quærit, quomodo ſint principia ſecundum unitatem, & multitudinem. Secundo, quomodo ſint ſecundum actum, & potentiam, ibi: [Ex poteſtate, aut actu.] Circa primum mouet quatuor quæſtiones, quarum prima eſt. Vtrum principia ſint determinata ſecundum numerum, aut ſecundum ſpeciem. puta, quia dicimus tria eſſe principia naturæ. Poteſt autem intelligi, uel quia ſunt determinata ſecundum numerum, ita ſcilicet quòd ſola una numero forma ſit principium naturæ,

Tertia qſt. Quarta. Quinta. Sexta. Hæ quæſtiones tanguntur infra ſe. & ſoluuntur in 6 lec. Septima. Lect. 15. & 14. & in 12. lect. 4.

Septima. Hæc qô diſputatur infra lect. 10. & ſol. in 12. T. com. 39.

ſtituræ, & ſola vna numero materia & priuatio: & poteſt intelligi, quod ſit determinata ſecundum ſpeciem, ita ſcilicet, quod ſint multa principia materialia, quæ conueniant in ſpecie materialis principij, & ſic de alijs. Et quia quidam philoſophorum aſſignabant cauſas formales, ſicut Platonici, quidam autē ſolas cauſas materiales, ſicut antiqui naturales, addit, quod iſta quæſtio habet locum [in rationibus] idest in cauſis formalibus, [& in ſubiecto] idest in cauſis materialibus. Secunda quæſtio eſt. Vtrum corruptibilium, & incorruptibilium ſint eadem principia, aut diuerſa. Et ſi ſint diuerſa, vtrum omnia ſint incorruptibilia, vel corruptibilium principia ſint corruptibilia, & incorruptibilium incorruptibilia. Tertia quæſtio eſt. Vtrum vnum & ens ſignificēt ipſam ſubſtantiam rerum, & non aliquid aliud additum ſupra ſubſtantiam rerum, ſicut dicebant Pythagorici, & Platonici, vel non ſignificent ipſam ſubſtantiam rerum, ſed ſit aliquid aliud ſubiectum unitati, & entitati ſcilicet ignis aut aer, aut aliquid aliud huiuſmodi, vt antiqui naturales poſuerunt. Hanc autem quæſtionem dicit eſſe difficillimā, & maxime dubitabilem, quia ex iſta quæſtione dependet tota opinio Platonis, & Pythagoræ, qui ponebant numeros eſſe ſubſtantiam rerum. Quarta quæſtio eſt: Vtrum principia rerum ſint ſicut [quædam vniuerſalia, vel ſicut aliqua ſingularia,] idest, vtrum ea, quæ ponuntur eſſe principia, habeant rationem principij ſecundum rationem vniuerſalem, vel ſecundum quod vnumquodque eorum eſt aliquid & ſingulare. Deinde cum dicit.

Octaua. Hęc quęſtio diſputat infra lect. 12. & ſol. 112. Tex. cō. 19.

par. 4. Nona. Hęc quęſtio diſputat infra lect. 12.

par. 5. Sol. aūt partim 1 & lect. 3. partim in 2. partim in 10 lect. 3. & partim 12. lec. vltima. & lect. 13. Decima. Hęc quęſtio diſputat infra lect. 15. & ſol. in 7. lec. 15 & 14. Tex. com. 3. par. prima.

parte 2.

gorici dicunt & Plato, non aliquid alterum eſſe ſupra exiſtentium ſubſtantiam, aut non, ſed alterum aliquid ipſum ſubiectum, ut Empedocles amorem dicit, alius vero ignem, alius aquam, alius aerem. Et vtrū principia ſint vniuerſalia, aut ſingularia rerum.

B

d Et poteſtate, aut actu. Amplius: vtrum aliter, aut ſecundū motum. Hæc enim dubitationem præſtant magnam.

e Adhuc autem vtrum numeri, aut longitudines, & figurę, & puncta ſubſtātiæ ſunt quædam, aut non. Et, ſi ſubſtātiæ, vtrum ſeparatæ a ſenſibilibus, aut in eis. De his etenim omnibus nō ſolum difficile veritatem inquirere, ſed nec dubitatur facile bene.

C

LECTIO IIII.

a PRimum ergo de quibus in primis diximus, vtrum vnius, aut plurium ſcientiarum ſint ſpeculanda omnia genera cauſarum.

b Vnius enim ſcientiæ quomodo erit non contraria principia exiſtentia, cognoſcere?

Vndecima. Hęc quęſtio diſputat infra le. 15 & ſol. in 9. lec. 7. & 8.

d ¶ Quærit vtrum principia ſint ſecundum potentiam, vel ſecundum actum. Et hæc quæſtio maxime videtur pertinere ad principia materialia. Poteſt enim eſſe dubitatio: vtrum primum materiale principium ſit aliquod corpus in actu, vt ignis, aut aer, vt antiqui naturales poſuerunt: aut aliquid exiſtens in potentia tantum, vt Plato poſuit. Et, quia motus eſt actus exiſtentis in potentia, & eſt quodammodo medium inter potentiam, & actum, ideo adiungit aliam quæſtionem: Vtrum principia ſint cauſę rerum ſolum ſecundum motum: ſicut Naturales poſuerunt ſola principia motus, vel materialia, vel efficientia, vel etiam ſint principia aliter, quàm per motum, ſicut Plato poſuit per quandam participationem huius, ſenſibilia ab immaterialibus cauſari. Has autem quęſtiones ideo ſe mouiſſe dicit, quia magnam dubitationem habent, vt patet ex diſcordia philoſophorum circa eas. Deinde cum dicit.

Decimatertia. Decimaquarta. Hę qōnes diſputantur infra le. 13. & 14. & ibi ſoluuntur.

e ¶ Mouet quæſtiones pertinentes ad mathematica, quę quidem principia rerum ponuntur, & mouet duas quęſtiones quarum prima eſt. Vtrum numeri, & longitudines, & figurę, & puncta, ſint quædam ſubſtantię, ut Pythagorici, vel Platonici poſuerunt vel non, ſicut poſuerunt Naturales. Secunda quæſtio eſt. Si ſunt ſubſtantię: vtrum ſint ſeparatæ a ſenſibilibus, vt poſuerunt Platonici aut in ſenſibilibus, vt Pythagorici. Mouet autem quæſtiones iſtas tanquam diſputandę infra, & determinandę: quia in his non ſolum difficile eſt ueritatem inquirere, ſed etiam non eſt facile bene dubitare de eis inueniendo, ſcilicet probabiles rationes dubitationis.

A

LECTIO IIII.

a POſtquā philoſophus mouit quæſtiones, quæ faciunt dubitationē in iſta ſcientia, hic incipit de eis diſputare, & diuiditur in tres partes. In prima diſputat de quæſtionibus pertinentibus ad conſiderationem huius ſcientiæ. In ſecunda de quæſtionib. pertinentib. ad ſubſtantias, ibi: [Amplius autem, vtrum ſenſibiles ſubſtātię &c.] In tertia parte de quęſtionibus pertinentibus ad principia ſubſtantiarum, ibi: [Et de principiis, utrum oporteat genera, & elementa &c.] Circa primum tria facit. Primo enim diſputat de conſideratione huius ſcientiæ quantum ad cauſas, per quas demōſtratur. Secundo, quantum ad prima demonſtrationis principia, ibi: [At uero de principiis demōſtrationis &c.] Tertio, quantum ad ipſas ſubſtantias ibi: [Totaliter quæ ſubſtantiarum utrū una eſt &c.] Circa primum duo facit. Primo enim reſumit quæſtionem, de qua diſputare intendit, concludens ex ipſo enumerationis ordine, quod primo diſputandum eſt de illis, de quibus primum dictum eſt in enumeratione quæſtionum, utrum ſ. ad unam ſcientiam, vel ad plures pertineat ſpeculari omnia genera cauſarum, ut ſic ordo diſputationis ordini quęſtionum motarum reſpōdeat. Secundo ibi.

Infra lec. 7. Infra lec. 8.

Infra lec. 5. Infra lec. 6.

ſubſtantia, an non, ſed aliud quid ſubiectum, ut Empedocles amicitiam ait, alius uero quidam ignem, etiam alius aquam, aut aerem. Et utrum principia uniuerſalia ſint, an tanquam ſingularia rerum.

Et potentia, an actu. Item utrum aliter, an ſecundum motū. Et hęc enim multam dubitationem prębere quęāt.

Et ad hæc utrum numeri, longitudines, figurę, & puncta ſubſtantię, quædam ſint, an non. Et ſi ſubſtantię, utrum ſeparatę a ſenſibilibus, an in eis. De his enim omnibus non modo inuenire ueritatem difficile, utrum neque bene ratione dubitare facile eſt.

LECTIO IIII.

PRimum itaque, de quibus primo diximus, utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit omnia cauſarum genera ſpeculari.

Vnius enim ſcientię, quomodo eſſet, principia, cum non ſint contraria, cognoſcere?

D

o ¶ Ponit rationes ad quæſtionem. & circa hoc tria facit. Primo. n. ponit rationem ad oſtendendum, quod conſiderare omnia genera cauſarum non pertineat ad unam ſcientiam. Secundo mouet alteram quæſtionem ſuppoſito, quod ad diuerſas ſcientias pertineat diuerſa genera cauſarum conſiderare, cuius cauſæ conſideratio pertineat ad philoſophum primum. Et diſputat ad diuerſas quęſtionis partes, & hoc ibi, [At uero, ſi ſcientiæ cauſarum ſunt plures &c.] Tertio ex hac diſputatione ſecunda concludit concluſionem primarum rationum, ibi: [Quapropter uidetur alterius eſſe ſcientię &c.] Circa primum ponit duas rationes dicens, quod cum unius ſcientiæ ſit conſiderare contraria, quomodo erit vnius ſcientiæ conſiderare principia, cum non ſint contraria. Quæ quidem ratio, ſi ſecūdum ſuperficiem conſideretur, nullius uidetur eſſe momenti. Videtur enim procedere ex deſtructione antecedētis, ac ſi ſic argumētaretur. Si principia ſunt contraria, ſunt unius ſcientiæ, ergo ſi non ſunt contraria, non ſunt unius ſcientię. Poſſet ergo dici, quod philoſophus in his diſputationibus non ſolum probabilib. rationibus utitur, ſed etiam interdum ſophyſticis, ponens rationes, quæ ab aliis inducebantur. Sed non uidetur eſſe rationabile, quod in tanta re, tantus philoſophus tam friuolam, & parū apparentem rationem induxiſſet. Vnde aliter dicendum eſt, quod ſi quis recte conſiderat naturam diuerſorum, quę ad eandem ſcientiam pertinent, quędam pertinent ad unā ſcientiam ſecundum ſui diuerſitatem, quædam uero ſecundum quod reducuntur ad aliquod unum. Multa quidem igitur alia diuerſa inueniuntur pertinere ad unam ſcientiam, ſecundum quod reducuntur ad aliquod unum, puta, ut ad unum totum, uel ad unam cauſam, uel ad unum ſubiectum.

par. 4 huius lect. par. 8. huius lect.

E

Sed contraria & quælibet oppoſita, pertinent ad unā ſcientiā ſm ſeipſa,

par. 3. e Amplius autem multis exiſtẽtium non inſunt omnia. Quo nanque modo poſſibile eſt motus principium eſſe in omnibus immobilibus, aut boni naturã? ſi quidem omne, quod bonum eſt, ſecundum ſe, & propter ſuã naturam finis eſt, & ita cauſa, quod illius cauſa & fiunt. & ſũt cætera; finis autem & cuius cauſa, actus cuiuſdam eſt finis: ſed actus omnes cum motu. Quare in immobilibus non continget hoc eſſe principium, neque eſſe aliquid authogathon. Vnde, & in mathematicis nihil per hanc oſtenditur cauſam, neque eſt demonſtratio ulla, eo quod meli⁹, aut deterius. Sed nec omnino nullus talium alicuius reminiſcitur. Quapropter & ſophiſtarum quidam, ut Ariſtippus ipſas præneglexit. In alijs enim artibus, & illiberalibus, ut tectonica, & coriaria, eo quod melius, aut deterius dici omnia, mathematicas uero nullam de bonis, aut de malis rationem facere.

par. 4. d At uero, ſi ſcientiæ cauſarum ſunt plures, & altera alterius prĩcipia, quæ earum eſt dicẽda quæ quæritur? aut quis maxime res quæſitas eſt eas ſciens habentiũ?

par. 5. e Cõtingit enim eidem omnes modos cauſarum ineſſe, ut domus. Vnde quidem motus, ars, & ædificator: cuius uero cauſa, opus; & materia terra, & lapides: ſpecies uero, ratio.

G *Item multis entium, non omnibus, omnia inſunt. Quo nanque modo poſſibile eſt motus principium in immobilibus eſſe, aut boni naturam? ſiquidem omne, quodcunque per ſe, & propter ſuam ipſius naturam bonum ſit, finis eſt, & ita cauſa, quoniam illius gratia cętera & fiunt, & ſunt: finis autem & cuius cauſa actionis cuiuſdam finis eſt, actiones vero omnes cum motu. Quare in immobilibus non contingere queat hoc principium eſſe. non autem eſſe contingat quicquam per ſe bonum. Vnde in Mathematicis, nihil per hanc cauſam probatur, nec eſt aliqua demonſtratio, quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam ſophiſtarum, vt Ariſtippus, ſpernebat eas: in alijs enim artibus, ac ipſis etiam illiberabilibus, vt in fabrili, & coriariaria, inquiebat, cur melius, aut peius, de omnibus dici; Mathematicas autem, nullam de bonis, & malis rationem facere.* H

At ſi plures ſunt cauſarum ſcientię, & alia alterius principij, quam earum dicendum, eam eſſe, quę quęritur? aut quis illorum, qui eas habent, rem quę quæritur, maxime ſciet?

I *Contingit enim eidem omnes modos cauſarum ineſſe. vt puta domus, vnde quidem motus, ars, & faber: cuius vero cauſa, opus: materia autem, terra, & lapides; forma vero, definitio.*

ſeipſa, eo quod unum eſt ratio cognoſcendi alterum. Et ex hoc eſſicitur iſta propoſitio probabilis, quod omnia diuerſa quæ ſunt contraria, pertineant ad unam ſcientiam. Vnde ſequetur, ſi principia ſunt diuerſa, & non ſunt contraria, ꝙ non pertineant ad vnam ſcientiam.

c ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis eſt: Diuerſorũ pertinentium ad unam ſcientiam, quę cunque ſcientia cõſiderat vnum, conſiderat & aliud, ut patet in contrarijs, quorum diuerſitas ſecundum ſe pertinet ad vnam ſcientiam, non per reductionem ad aliquid vnum: ſed non quæcunque ſcientia cõſiderat unam cãm, conſiderat omnes cauſas: ergo conſideratio omnium cauſarum non pertinet ad vnam ſcientiã. Minorem probat ꝑ hoc quod diuerſę ſcientiæ ſunt de diuerſis entibus, & multa entia ſunt, quibus non poſſunt attribui omnes cauſæ. Quod primo manifeſtat in cauſa, quę dicitur unde principium motus. Non enim uidetur, quod poſſit eſſe principium motus in rebus immobilibus. Ponũtur autem ꝗdam entia immobilia, & præcipue ſecũdum Platonicos ponentes numeros & ſubſtantias ſeparatas. Vnde, ſi qua ſcientia de his conſiderat, non poteſt conſiderare de cauſa, quæ eſt, vñ principium motus. Secundo manifeſtat idem de cauſa finali, quæ habet rationẽ boni. Boni enim natura non uidetur poſſe inueniri in rebus immobilibus, ſi hoc concedatur, ꝙ omne quod eſt bonum, ſecũdum ſe, & propter ſuam naturam, eſt finis. Et hoc modo cauſa eſt inquantum propter ipſam, & cauſa eius oĩa fiunt, & ſunt. Dicit autem, quod eſt bonum, ſecundum ſe, & propter ſuam naturam, ad excludendum bonum utile, quod non dr̃ de fine, ſed magis de eo, quod eſt ad finem. Vnde quæ ſic ſolum dicuntur bona, inquantum ſunt utilia ad aliud, non ſunt bona ſecundum ſe, & propter ſuam naturam. Sicut potio amara, non eſt ſecundum ſe bona, ſed ſolum ſecundum quod ordinatur ad finem ſanitatis, quæ eſt ſecundum ſe bona. Finis autem & cuius cauſa fit aliquid, uidetur eſſe terminus alicuius actus. Omnes autem actiones uidentur eſſe cum motu. Ergo uidetur ſequi, quod in rebus immobilibus, non poſſit eſſe hoc principium, ſcilicet cauſa finalis, quæ habet rationem boni. Et quia quæ ſunt per ſe exiſtentia abſque materia, neceſſe eſt, quod ſint immobilia, ideo non uidetur eſſe poſſibile ꝙ ſit aliquid [autoagathon] idest per ſe bonum, ut Plato ponebat. E

Omnia enim immaterialia, & non participata uocabat per ſe exiſtentia, ſicut ideam hoĩs uocabat hominem per ſe quaſi non participatum in materia. Vnde & per ſe bonum dicebat id, quod eſt ipſa bonitas non participata, ſ. primum principium F omnium. Et ad hanc rationem confirmandam inducit quoddam ſignum. Ex hoc enim, quod finis non poteſt eſſe in rebus immobilibus, videtur procedere, quod in ſcientijs mathematicis, quæ abſtrahunt a materia, & motu, nihil probatur per hanc cauſam, ſicut probatur in ſcientia naturali, quæ eſt de rebus mobilibus aliquid per rationem boni. Sicut, cum aſſignamus cauſam, quare homo habet manus, quia per eas melius poteſt exequi conceptiones rationis. In mathematicis autem, nulla demonſtratio fit hoc modo, quod hoc modo ſit, quia melius eſt ſic eſſe, aut deterius, ſi ita non eſſet. Puta, ſi diceretur, quod angulus in ſemicirculo eſt rectus, quia melius eſt, quod ſic ſit, quàm quod ſit acutus, vel obtuſus. Et quia poſſet forte aliquis eſſe alius modus demonſtrandi per cauſam finalem, puta ſi diceretur, ſi ſinis erit, neceſſe eſt id, quod eſt ad finem, præcedere: ideo ſubiungit, quod nullus omnino in mathematicis facit mẽtionem alicuius talium pertinentium ad bonum, uel ad cauſam finalem. Propter quod, quidam Sophiſtæ, vt Ariſtippus, qui fuit de ſecta Epicureorum, omnino neglexit demõſtrationes, quę ſunt per cauſas finales, reputans eas viles ex hoc, quod in artibus illiberalibus, ſiue mechanicis, vt in arte [tectonica] idest ędificatoria: [& coriaria] omnium rationes aſſignãtur ex hoc, quod eſt aliqd melius, vel deterius. In mathematicis vero, quę ſunt nobiliſſimę, & certiſſimę ſcientię, nulla fit mentio de bonis, & malis. Deinde cum dicit.

d ¶ Interponit aliam quæſtionem, & proponit eam, & habet duas partes. Prima enim pars quęſtionis eſt. Si diuerſę cauſę conſiderentur a pluribus ſcientijs, ita quod altera ſcientia ſit alterius cauſę conſideratiua: quę illarum debet dici ſcientia [quę quęritur?] idest philoſophia prima? Verum, ſcilicet illa, quę conſiderat cauſam formalem, aut quę conſiderat cauſam finalem, vel quę conſiderat aliquam aliarum?

Secunda pars quęſtionis eſt: ſi aliquę res ſint, quę habeant plures cauſas, quis maxime cognoſcit rem illam eorum, qui conſiderant illas cauſas? Secundo cum dicit.

e ¶ Manifeſtat partem ſecundam quęſtionis per hoc, quod vna & eadem res inuenitur, quę habet omnes modos cauſarũ, ſicut domus cauſa, unde principium motus eſt ars & ędificator. Id vero cuius cauſa vel finis cauſa domus [eſt opus] idest vſus eius, qui eſt habitatio. Cauſa vero ſicut materia, eſt terra, ex qua fiunt lateres, & lapides. Cauſa vero ſicut ſpecies vel forma, eſt ipſa ratio domus, quam artifex pręconceptam mente in materia ponit. Tertio ibi.

f ¶ Reaſſumit quęſtionem, ſ. quam dictarum ſcientiarum poſſimus uocare ſapientiam ſecundum ea, quæ de ſapientia pri' determinauimus in principio libri, utrum ſcilicet illam, quę conſiderat cauſam formalem, vel quæ conſiderat cauſam finalem, uel aliquam aliarum cauſarum. Et ponit conſequenter rationes ad ſingulas trium cauſarum dicens, quod ratio quædam uidetur de [qualibet ſcientia] idest quę eſt per quamcumque cauſam quod appelletur nomine ſapientię. Et primo quantum ad ſcientiam, quę eſt per cauſam finalem.

Lec. 2. Dictum eſt enim in principio libri, quod iſta ſcientia, quæ ſapientia dicitur, eſt maxime principalis & ordinatiua aliarũ quaſi ſubditarum. Sic igitur inquantum ſapientia [eſt ſenior] idest prior ordine dignitatis, & principalior quadam authoritate ordinandi alias: quia non eſt iuſtum, quod aliæ ſcientiæ contradicant ei, ſed ab ea accipiant ſua principia, ſicut ei ſeruientes, uidetur quod illa ſcientia quæ eſt [finis & boni] idest quę procedit per cauſam finalem, ſit talis quę ſit digna nomine ſapientiæ.

B

Et hoc ideo, quia omnia alia ſunt propter finem. Vnde finis eſt quodammodo cauſa omnium aliarum cauſarum. Et ſic ſcientia, quæ procedit per cauſam finalem, eſt principalior. Cuius ſignum eſt, quod artes illæ, ad quas pertinent fines, principantur & præcipiunt alijs artibus, ſicut gubernatoria nauifactiuę. Vnde ſi ſapientia eſt principalis & præceptiua reſpectu aliarum, maxime uidetur quod procedat per cauſam finalem.

Lec. 2. g ¶ Inducit rationem de cauſa formali. Dictum eſt enim in procemio libri, quod ſapientia eſt primarum cauſarum, & eius quod eſt maxime ſcibile, & quod eſt maxime certum.

Et ſecundum hoc uidetur, quod ſit [ſubſtantiæ] idest per cauſam formalem, quia inter diuerſos modos ſciendi, magis

Lib. 1. le. 39. 40. dicimus ſcire illum, qui ſcit aliquid eſſe, quam qui ſcit aliquid non eſſe. Vnde & in poſterioribus Philoſophus probat, quod demonſtratio affirmatiua eſt potior quam negatiua. Inter eos autem, qui ſciunt

C


par. 6. aliquid affirmare, vnum alio magis dicimus ſcire. Sed inter omnes maxime dicimus ſcire illum, qui cognoſcit, quid eſt res, non autem qui ſcit quanta eſt, vel qualis, & quid poſſit facere uel pati. Sic igitur in cognoſcendo ipſam rem abſolute perfectiſſimum eſt ſcire quid

par. 7. eſt res, quod eſt ſcire ſubſtantiam rei. Sed etiam in aliis cognoſcendis, puta proprietatibus rei magis dicimus ſcire ſingula, de quibus ſunt demonſtrationes quando etiã de ipſis accidentibus uel proprietatibus ſcimus quod quid eſt, quia quod quid eſt, non ſolum inuenitur in ſubſtantijs, ſed etiam in accidentibus.


τετραγωνίζω. Et ponit exemplum de tetragoniſmo, idest de quadratura ſuperficiei ęque diſtantium laterum non quadratę quam quadrare dicimur,

par. 8. cum inuenim' quadratum ei æquale. Cum autem omnis ſuperficies ęque diſtantium laterum & rectorum angulorũ ex duabus lineis continetur, quæ rectum continent angulum, ita quod talis ſuperficies nihil eſt aliud quam ductus vnius earum in aliã, tunc inuenimus quadratum æquale ſuperficiei prædictæ, quando inuenimus lineam, quæ ſit media in proportione inter duas lineas prædictas. Puta,

A ſi linea A ad lineam B ſe habeat, ſicut linea B, ad lineam C, quadratum lineę B, eſt æquale ſuperficiei, quę continetur in C. & A, vt probatur in Sexto Euclidis.



Ad inueniendum quadratum æquale tetragoniſmo, oportet accipere lineam mediam in proportione inter duas lineas, ut patet in iſtis lineis ſequentibus.



Et apparet manifeſte in numeris. Sex enim eſt medium in proportione inter nouem & quatuor. Nouem enim ſe habet ad ſex in proportione ſexquialtera, & ſimiliter ſex ad quatuor: quadratum autem ſenarii eſt 36. Quod etiam perficitur ex ductu quaternarii in nouenarium. Quater enim nouem ſunt triginta ſex, & ſimile eſt in omnibus aliis. Deinde ponit rationem de cauſa mouente.

h ¶ Videmus enim, quod circa generationes & actiones, & circa omnẽ tranſmutationem maxime dicimus aliquid ſcire, quãdo cognoſcimus principium motus, eo quod motus nihil eſt aliud quam actus mobilis a mouente, ut dicitur 3. Phy. Prætermittit autem de Tex. cõ. 18. cauſa materiali, quia illa imperfectiſſime ſe habet ad hoc, quod ſit principium cognoſcendi. Non. n. ſit cognitio per id, quod eſt in potentia, ſed per id, quod Lect. 12. eſt in actu, ut infra in Nono dicetur. His igitur poſitis, ad Tex. cõ. 20. ſecundam quæſtionem pertinentibus, inducit rationem ex eiſdem rationibus ſupra poſitis ad primam quæſtionem, ſcilicet quod alterius ſcientię ſit conſiderare omnes iſtas cauſas, eo quod in diuerſis rebus diuerſę cauſę uidentur habere principali-

f Igitur ex dudum determinatis quam decet uocare ſcientiarum ſapientiam. Habet enim rationem quamlibet appellari, inquãtum ſenior & principalior, cui ueluti ſeruientes non contradicere ſcientias alias certum eſt, quæ finis & boni talis eſt. Huius enim cauſa ſunt cætera.

Ex his itaque, quæ ab Antiquis determinata ſunt, quę ſcientiarum appellanda ſit Sapientia, rationabile videatur vnamquanque ita appellandam eſſe. Verum, quatenus principaliſſima et honorabiliſſima, & cui cęteras ſcientias tanquam ancillas non contradicere decet, illa eſt ipſius finis & boni. huius enim cauſa cætera.

g Inquantum uero primarum cauſarum & maxime ſcibilis diffinita eſt eſſe, ſubſtantiæ vtique erit talis. Multis enim modis rationem ſcientibus, magis quidẽ ſcire dicimus eum, qui nouit in ipſo eſſe quid ipſa res, quam in non eſſe, & horum eorundem aliud alio magis, & maxime qd eſt, & non quantum, aut quale, aut aliquid facere, aut pati apta nata eſt. Amplius autem & in aliis ſcire ſingula, & quorum demonſtrationes ſunt, tunc putamus exiſtere, quando ſcimus quid eſt, ut quid eſt tetragonizare? quia mediæ intentio. Similiter autem & in aliis.

D

Quatenus vero primarum cauſarũ & eius, quod maxime ſcibile definita eſt eſſe, ipſa vtique ſubſtantię fuerit. cum enim multipliciter ſit idem ſcire, magis quidem illum ſcire dicimus, qui rem quidnam ſit, ipſo eſſe cognoſcat, quam illum, qui ipſo non eſſe. Iſtorum autem ipſorum, alterum altero magis, & maxime illum, qui quid eſt, non vero illum, qui quantum, aut quale, aut quid agere, ſiue quid pati natura aptũ eſt. Item & in cæteris tunc ſcire vnũquodque eorum etiam, quorum demonſtrationes ſunt, arbitramur, cum quid eſt ſciamus. vt puta quid eſt tetragoniſmus, quod inuentio medię. ſimiliter & de cęteris.

E

h Circa generationes uero & actus, & circa omnẽ tranſmutationẽ opinamur nos pfecte cognoſcere qñ cognoſcimus prĩci

Circa generationem autem, & actiones totamque tranſmutationem, cum ſciamus motus principium. hoc autem aliud, & finis oppoſitum eſt.

cipalitatem, ſicut in mobilibus principium motus, in ſcibilibus quod quid eſt, finis autem in his, quæ ordinantur ad finem. Hanc autem quæſtionem Ariſto. in ſequentibus expreſſe ſoluere non inuenitur. Poteſt tamen ſolutio ex his, quæ ipſe inferius F

Tex. com. 3. in diuerſis locis determinat, colligi. Determinat enim in Quarto, quod iſta ſciẽtia conſiderat ens inquantum eſt ens. Vnde & eius eſt cõſiderare primas ſubſtantias: Nõ autem ſcientię Naturalis, quia ſupra ſubſtantiam mobilem ſunt

Tex. com. 4. part. 2. aliç ſubſtantiæ Omnis autem ſubſtantia uel eſt ens per ſeipſam, ſi ſit forma tm̃, uel ſi ſit compoſita ex materia, & forma, eſt ens p ſuã formã. Vnde inquantũ hęc ſcientia eſt conſideratiua entis, conſiderat maxime cauſam formalem. Primæ autem ſubſtantiæ non cognoſcuntur a nobis, ut ſciamus de eis qd quid eſt, ut poteſt aliqualiter haberi ex his

Tex. c6. 18. Lect. 11. part. 2. quę in ix. determinantur. Et ſic in earum cognitione nõ habet locum cauſa formalis. Sed quamuis ipſæ ſint immobiles ſecundum ſeipſa, ſunt tamẽ cauſa motus aliorum p modũ finis. Et ſic ad hanc ſcientiam, inquantum eſt conſideratiua primarũ

part. 3. ſubſtantiarum, præcipue pertinet conſiderare cauſam finalem, & etiam aliqualiter cauſam mouentem. Cauſam autem materialem ſecundũ ſeipſam nullo modo, quia materia non conuenienter cauſa eſt entis, ſed alicuius determinati generis ſcilicet ſubſtantiæ mobilis. Tales autem cauſæ pertinent ad conſiderationem particularium ſcientiarũ, niſi forte conſiderentur ab hac ſcientia inquantum continentur ſub ente. ſic enim ad omnia ſuam conſiderationem extendit. His autem uiſis, rationes inductas facile eſt ſoluere. Primo enim nihil prohibet diuerſas cauſas ad hanc ſcientiam pertinere unam exiſtentem, licet non ſint contraria, quia reducuntur ad unum, ſcilicet ad ens cõmune, ſicut dictũ eſt. Similiter nihil prohibet, & ſi non quælibet ſcientia conſideret omnes cauſas, quin aliqua ſcientia poſſit conſiderare omnes, uel plures earum inquãtum reducuntur ad aliquod vnum. Sed ſpecialiter deſcendendo dicendum eſt, ꝙ nihil prohibet in immobilibus conſiderari & principium motus, & finem, ſiue bonum; in immobilibus, inquam, quæ ſunt tamen mouentia, ſicut ſunt primæ ſubſtantiæ. In his autem, quæ neque mouentur nec mouent, non eſt conſideratio principii motus, nec finis ſub ratione finis motus, quamuis poſſit conſiderari finis, ſub ratione finis alicuius operationis ſine motu, Sicut ſi ponantur eſſe ſubſtantiæ intelligentes non mouentes, ut Platonici poſuerunt, nihilominus tamen inquantum habent intellectum & uoluntatem, oportet ponere in eis finem & bonum, quod eſt obiectum uoluntatis. Mathematica autem non mouentur, nec mouent, nec habent uoluntatem. unde in eis non conſideratur bonum ſub nomine boni & finis. Conſideratur tamen in eis id, quod eſt bonum, ſcilicet eſſe & quod quid eſt. Vnde falſum eſt quod in mathematicis non ſit bonum ſicut ipſe infra in xi. probat. Ad quæſtionem uero ſecundam iam pa-

Lect. 1. 5. tet reſponſio, quia ad hanc ſcientiam pertinet conſideratio omnium cauſarum, de quibus rationes inducit.

pium motus. Hoc autem alterũ & oppoſitũ fini. Quapropter uidetur alterius eſſe ſcientię cauſarum harum ſingulas ſpeculari.

Quare[a] alterius eſſe ſcientia uideatur harum cauſarum unamquanque ſpeculari.

LECTIO V.

a AT uero & de principiis demonſtrationis utrum huius ſcientiæ eſt, aut plurium, dubitatio eſt. Dico autem demõſtratiua, communes opiniones, ex quibus demonſtrant, ut quoniam omne neceſſarium eſt, aut dicere aut negare, & impoſſibile ſimul eſſe, & non eſſe, & quæcunque tales propoſitiones. Vtrum harum una ſcientia & ſubſtãtiæ, aut alia? Et ſi non una eſt, quam oportet appellare quæ nunc eſt quęſita.

LECTIO V.

G *AT uero & de principiis demonſtratiuis, utrum unius ſciẽtię, an plurium ſunt, ambiguum eſt. Dico autem demonſtratiua, opiniones communes, ex quibus omnes demonſtrant ut puta quod neceſſe eſt omne, aut affirmare, aut negare, & quod impoſſibile eſt ſimul eſſe & non eſſe], & quæcunque alia ſimiles propoſitiones ſunt. Vtrum una iſtarum, ac ſubſtantiæ ſcientia eſt, an diuerſa. quod ſi non utra dicenda eſt illa eſſe, quæ nunc quæritur.*

H

b Vnius igitur eſſe non eſt rationabile. Quid.n. magis Geometrię quam qualiſcunque de his eſt proprium audire? Si igitur ſimiliter qualiſcunque ſit, omnium uero non contingit, ſicut nec aliarum, ita neque ipſas ſubſtantias cognoſcentes, propriũ eſt de ipſis cognoſcere.

Vnius itaque non eſt rationabile eſſe. Cur enim Geometrię magis quam cuiuſcumque proprium ſit de his ſpeculari? Si itaque æqualiter quidem cuiuſcumque eſt; de omnib. uero non contingit, ſicuti nec cæterarum, ita nec illius quę cognoſcit ſubſtantias, propriũ eſt de eis cognoſcere.

c Simul autem quomodo erit ipſorum ſcientia? Quid enim & unumquodque horum exiſtit ens & nunc nouimus. Vtuntur ergo eis ut notis artes aliæ.

I *Et ad hęc, quomodo eorum ſcientia erit? quid enim horum quodque eſt, nunc quoque cognoſcimus. utuntur nanque eis cętera etiam artes, tamquam cognitis. Quod ſi de-*

LECTIO V.

POſtquam diſputauit de prima quæſtione quæ erat de conſideratione cauſarum. Hic intendit diſputare de conſideratione principiorum demonſtrationis, ad quam ſcientiam pertineant, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo diſputat ad unam partem. ibi: [Vnius igitur eſſe &c.] Tertio diſputat ad aliam partem. ibi: [At uero ſi alia &c.] Dicit ergo primo, quod dubitatio eſt de principiis demonſtrationis; utrum conſiderare de his pertineat ad unam ſcientiam, vel ad plures. Et exponit quæ ſunt demonſtrationis principia. & dicit, quod ſunt communes cõceptiones omnium, ex quibus procedũt omnes demonſtrationes, inquantum ſ. ſingula principia propriarum concluſionum demonſtratarum habent firmitatem uirtute principiorum communium. Et exemplificat de primis principiis maxime, ſicut quod neceſſe ẽ de unoquoque aut affirmare, aut negare. Et aliud principium eſt, quod impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Eſt ergo hæc quęſtio. Vtrũ hæc principia & ſimilia pertineant ad unã ſciẽtiam; uel ad plures: & ſi ad unam, utrũ pertineant ad ſcientiam, quę eſt conſiderans ſubſtantiã, vel ad aliam. Et ſi ad aliam, quam earum oportet nominare ſapientiam, vel philoſophiam primam, quam nunc quærimus. Deinde cum dicit. (a. l. non alterius.)

b ¶ Obiicit ad unam partem quæſtionis, ſcilicet ad oſtendendum, quod non eſt unius ſcientię conſiderare principia omnia, ſupple demonſtrationis & ſubſtantiam. Et ponit duas rationes, quarum prima talis eſt. Cum omnes ſcientiæ utantur prædictis principiis demonſtrationis, nulla ratio eſſe uidetur, quare magis pertineant ad unam quam ad aliam.

Nec etiam uidetur rationabile, quod eorum cõſideratio pertineat ad omnes ſcientias, quia ſic ſequeretur, quod idem tractaretur in diuerſis ſcientiis. quod eſſet ſuperfluum. Videtur

K igitur relinqui, quod nulla ſcientia conſideret de principiis iſtis: ergo per quam rationem nõ pertinet ad aliquam aliarũ ſcientiarum tradere cognitionem de huiuſmodi demonſtrationis principiis, per eandem rationem non pertinet ad ſcientiam, cuius eſt conſiderare de ſubſtantia. Secunda ratio ponitur ibi.

c ¶ Quæ talis eſt. Modus de quo eſt cognitio in ſcientiis, eſt duplex. Vnus modus ſecundum quod de unoquoque cognoſcitur, quid eſt.

Alius modus ſecundum quod cognitio per demonſtrationẽ acquiritur. Primo autem mõ non pertinet ad aliquam ſcientiam tradere cognitionem de principiis demonſtrationis, quia talis cognitio principiorum præſupponitur ante oẽs ſcientias. Quod enim unumquodque horum ſit ens [es nũc nouimus]. i. ſtatim a principio cognoſcimus quid ſignificent hæc principia. per quorum cognitionem ſtatim ipſa principia cognoſcimus. Et quia talis cognitio principiorum ineſt nobis ſtatim a natura, cõcludit, ꝙ om-

omnes artes & ſcientiæ, quæ ſunt de quibuſdam alijs cognitionibus, vtuntur prędictis principijs tanquam naturaliter notis. Similiter autem probatur, quod prædictorum principiorũ cognitio non traditur in aliqua ſcientia per demõſtrationem, quia, ſi eſſet aliqua demõſtratio de eis, oporteret tria tũc principia cõſiderari, ſ.

D. econ. Lect. 2.

part. 3. genus, ſubiectum, paſsiones, & dignitates. Et ad huius manifeſtationem ſubdit, quod impoſſibile eſt de omnibus eſſe demonſtrationem. non enim demonſtrantur ſubiecta, ſed de ſubiectis paſſiones. De ſubiectis uero oportet præcognoſcere an eſt, & quid eſt, ut d*icitu*r in primo poſteriorũ.

Lect. 2. part. 4. Et hoc ideo, quia neceſſe eſt demonſtrationem eſſe ex aliquibus, ſicut ex principijs, quæ ſũt dignitates: & circa aliquod quod eſt ſubiectum: & aliquorum, quæ ſunt paſſiones. Ex hoc autem, ſta im manifeſtum eſt ex uno

Tex. com. 5. part. 2. horum trium quod dignitates non demonſtrantur, quia oporteret quod haberent aliquas dignitates priores,

part. 2. quod eſt impoſsibile. Vnde pretermiſſo hoc modo procedendi tanquam manifeſto procedit ex parte ſubiecti. Cũ.n. una ſciẽtia ſit unius generis ſubiecti, oporteret, quod illa ſciẽtia, quę demonſtraret dignitates, hẽret unum ſubiectum. Et ſic oporteret, quod omnium ſciẽtiarum demonſtratiuarum eſſet unum genus ſubiectum, quia omnes ſcientiæ demonſtratiuę utuntur huiuſmodi dignitatibus. D inde cum dicit.

A Si autem de his demonſtratio, oportebit aliquod igitur eſſe ſubiectum, & hæc quidem paſſiones, illa uero dignitates eorum. nanque de omnibus eſſe demõſtrationem eſt impoſſibile. Neceſſe enim ex aliquo eſſe & circa aliquid & aliquorum demõſtrationem. Quare accidit eſſe vnum genus aliquid monſtratorum. Omnes enim demonſtratiuæ dignitatibus utuntur.

B d At uero ſi alia quæ ſubſtãtiæ, & quæ de his, quæ earum principalior & prior eſt? Vniuerſaliter.n. maxime omnium principia ſunt dignitates. Et ſi non eſt philoſophi, cuius erit alteri*us* determinare ueritatẽ, & falſitatẽ?

LECTIO VI.

C TOtaliter quæ ſubſtantiarũ, utrum una omniũ ſit, aut plures ſcientiæ.

b Siquidem ergo non una, cuius ſubſtantiæ ponenda eſt ſcientia?

c Vnam uero omnium nõ eſt rationabile. Etenim demonſtratiua una de omnib. erit utique per ſe accidentibus. Siquidem demonſtratiua omnis circa aliquod ſubiectum ſpeculatur per ſe accidentia ex communibus opinionibus. Et circa idem

D

d ¶ Obijcit ad aliam partem. Si enim dicatur, quod alia ſcientia ſit quæ eſt de huiuſmodi principijs, & alia, quæ eſt de ſubſtantia, remanebit dubitatio, quæ ipſarum ſit principalior & prior. Ex una enim parte dignitates ſunt maxime uniuerſales, & principia omnium quæ traduntur in quibuſcunque ſcientijs. Et ſecundum hoc uidetur, quod ſcientia, quæ eſt de huiuſmodi principijs, ſit principaliſsima. Ex alia uero parte, cum ſubſtantia ſit primum & principale ens, manifeſtum eſt, quod prima philoſophia eſt ſcientia ſubſtantiæ. Et ſi non eſt eadẽ ſciẽtia ſubſtantiæ, & dignitatum, non erit de facili dicere cuius alterius ſit conſiderare ueritatem & falſitatem circa dignitates, ſi non eſt Primi philoſophi, qui conſiderat ſubſtantiam. Hanc

E

Lect. 5. autem quæſtionem determinat philoſophus in 4. huius, & dicit, quod ad philoſophum potius pertinet conſideratio dignitatum, inquantum ad ipſum pertinet conſideratio entis in cõmuni, ad quod per ſe pertinent huiuſmodi principia prima, ut maxime apparet in eo, quod eſt maxime primum principium, ſ. quod impoſsibile eſt idem eſſe & non eſſe. Vnde omnes ſcientiæ particulares utuntur huiuſmodi principijs, ſicut utũtur ipſo ente: quod tamen principaliter conſiderat philoſop. primus. Et per hoc ſoluitur ratio prima. Secunda autem rõ

Tex. c. 6. 7.

Tex. com. 9. & inde. ſoluitur per hoc, quod philoſophus non conſiderat huiuſmodi principia tanquam faciens ea ſcire diffiniendo, uel abſolute demonſtrando ſed ſolum elenchice, i. contradicẽdo diſputatiue negantibus ea, ut in 4. dicetur.

A LECTIO VI.

POſtquam diſputauit duas quæſtiones pertinẽtes ad cõſiderationem huius ſcientiæ, hic diſputat tertiã, quæ eſt de conſideratione ſubſtantiarũ & accidentium. Et diuiditur in partes duas, ſm quod circa hoc duas q̃ſtiones diſputat. Secunda incipit ibi. [Amplius autẽ utrũ ſenſibiles ſubſtãtiæ &c.] Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionẽ, quę eſt: utrum omnium ſubſtantiarum ſit una ſcientia, aut plures ſcientiæ cõſiderent diuerſas ſubſtantias. Secunda ibi.

Lect. 7.

monſtratiua de eis eſt, oportebit aliquod genus ſubiectum eſſe, & aliquas paſſiones, & aliquas eorum dignitates eſſe. de omnibus enim demonſtrationem eſſe impoſſibile eſt. ſiquidem neceſſe eſt ex quibuſdam & circa quippiam, & quorundam demonſtrationem eſſe. Quare accidit cunctorum, quæ demonſtrantur, unum quoddam genus eſſe. omnes enim demonſtratiuę utuntur dignitatibus.

B

At uero, ſi altera, quæ de ſubſtantia, & illa, quæ de his, utra earum principalior, & prior eſt? uniuerſaliter enim, & maxime principia omnium dignitates ſunt. Et, ſi non eſt Philoſopi, cuius alterius erit de eis uerum, & falſum ſpeculari?

C *LECTIO VI.*

ET omnino, utrum una omnium ſubſtantiarum, an plures ſcientię ſunt.

Si igitur non una, cuius ſubſtantię hæc ſcientia erit ponenda?

Verum autem omnium eſſe non eſt rationabile, etenim demonſtratiua una de omnibus accidentibus eſſet. ſiquidem omnis demonſtratiua ea, quæ per ſe circa aliquod ſubiectum accidunt, ſpeculatur ex communibus opinionibus. Circa itaque idem genus per ſe accidentia eiuſdem

D

b ¶ Obijcit ad primam partem, ſ. ad oſtendendum, quòd una ſcientia ſit de omnibus ſubſtantijs, quia, ſi non eſſet una de omnibus ſubſtantijs, non poſſet aſsignari, ut uidetur cuius ſubſtantiæ ſit cõſideratiua hæc ſcientia, eo quòd ſubſtantia, inquantum ſubſtantia, eſt principaliter ens. Vnde non uidetur quod magis pertineat ad conſiderationem principalis ſcientiæ una ſubſtãtia quàm alia. Tertio ibi.

primo lect. huius.

e ¶ Obijcit in contrariũ dicens, quòd non eſt rationabile ponere unam eſſe ſcientiam omnium ſubſtantiarum. Sequetur.n. quod eſſet una ſcientia demonſtratiua de omnibus per ſe accidentibus. Et hoc ideo, quia omnis ſcientia demonſtratiua aliquorum accidẽtium, ſpeculatur per ſe accidentia circa aliquod ſubiectum: & hoc ex aliquibus conceptionibus communibus. Quia igitur ſcientia demonſtratiua non ſpeculatur accidentia, niſi circa ſubiectum aliquod, ſequitur quod ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare aliquod genus ſubiectum, ad quam pertinet conſiderare per ſe accidentia illius generis, & econuerſo, dummodo demonſtratio fiat ex eiſdem principijs. Sed quandoq; contingit, quòd demonſtrare quia ita eſt, per aliqua principia pertinet ad aliquam ſcientiam & demonſtrare principia ea quibus demonſtrabatur quia ita eſt, pertinet ad unam ſcientiam. Quandoq; quidem ad eandem, quandoq; uero ad aliam. ad eandem quidem, ſicut Geometria demonſtrat quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, per hoc quod angulus exterior trianguli eſt æqualis duobus interioribus ſibi oppoſitis; quod tantum demonſtrare pertinet ad Geometriam. ad aliam uero ſcientiam, ſicut muſicus probat, quod tonus non diuidi in duo ſemitonia æqualia, per hoc, quòd proportio ſexquioctaua, cum ſit ſuperparticularis, non põt diuidi in duo æqualia. Sed hoc probare non pertinet ad Muſicum, ſed ad Arithmeticum. Sic ergo patet, quòd quandoque accidit diuerſitas in ſcientijs propter diuerſitatem principiorum, dum una ſcientia demonſtrat principia alterius ſcientiæ per quædam altiora principia. Sed ſuppoſita identitate principiorum, non poteſt eſſe diuerſitas in ſcientijs, dummodo ſint eadem accidentia & idem genus ſubiectum: quaſi una ſcientia conſideret ſubiectum & eadem accidentia. Vnde ſequitur, quòd ſcientia, quæ conſiderat ſubſtantiam, cõſideret etiam accidentia, ita quod, ſi ſint plures ſcientiæ conſiderantes ſubſtantias, erunt conſiderãtes accidentia. Si vero vna earum ſola ſit, quæ conſideret ſubſtantias,

vna ſola erit, quæ conſiderabit accidentia. hoc autem eſt impoſſibile, quia ſic ſequeretur non eſſe niſi vnam ſcientiam, cum nulla ſcientia ſit, quæ nõ demonſtrat accidentia de aliquo ſubiecto. Non ergo ad unam ſcientiam pertinet conſiderare oẽs ſubſtantias. Hæc autem quæſtio determinatur in Quarto huius, (Lect. 2.) ubi oſtenditur, quod ad primam ſcientiam, ad quã pertinet conſiderare de ente, inquantum eſt ens, pertinet conſiderare de ſubſtantia inquantũ eſt ſubſtantia, & ſic conſiderat omnem ſubſtantia ſecundũ communem rationem ſubſtantiæ & p conſequens ad eam pertinet conſiderare communia accidentia ſubſtantiæ. (part. 3.) Particularia uero ad ſcientiam quarundã ſubſtantiarum pertinet conſiderare ad particulares ſcientias, quæ ſunt de particularibus ſubſtantiis, ſicut ad ſcientiam Naturalem pertinet (Tex. com. 6. part. 4.) conſiderare accidẽtia ſubſtantiæ mobilis, uerumtamen in ſubſtantiis eſt ordo. nam primæ ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ immateriales, unde & earum conſideratio pertinet propriè ad Philoſophum Primum. (part. 6.) Sicut, ſi non eſſent aliæ ſubſtantiæ priores ſubſtantiis mobilibus corporalibus, ſcientia Naturalis eſſet Philoſophia prima, ut dicitur infra in Sexto. Deinde cum dicit. (Tex. com. 7. part. 1.)

d ¶ Ponit aliam quæſtionem de conſideratione ſubſtantiæ & accidentis, & circa hoc etiam tria facit. Primo mouet quæſtionem, quæ eſt. (Tex. com. 4.) Verum conſideratio huius ſcientiæ ſit ſolum circa ſubſtantiam, aut etiam circa ea, quæ accidunt ſubſtantiis puta, ſi dicamus quod lineæ, ſuperficies & ſolida, ſint quædam ſubſtantiæ, (part. 2.) ſic quidam poſuerunt, quæritur utrum eiuſdem ſcientiæ ſit cõſiderare iſta, & per ſe accidentia horum, quæ demonſtrantur in Scientijs Mathematicis, aut alterius. Secundo ibi.

e ¶ Obiicit ad unam partem. Si enim eiuſdem ſcientiæ eſt cõſiderare accidentia & ſubſtantias, cum ſcientia, quæ conſiderat accidentia, ſit demonſtratiua accidentium, ſequitur, quod ſcientia, quæ conſiderat ſubſtantiam, ſit demonſtratiua ſubſtantiarum, quod eſt impoſſibile, cum diffinitio declarans ſubſtantiam, quæ ſignificat quodquid eſt, non demonſtretur. Sic ergo non erit eiuſdem ſcientiæ ſubſtantias conſiderare, & accidentia. Tertio ibi.

f ¶ Obiicit in contrarium. quia, ſi diuerſæ ſcientiæ conſiderant ſubſtantiam & accidens, non erit aſſignare quæ ſcientia ſpeculetur accidentia circa ſubſtantiam: quia talis ſcientia conſiderabit utrumque, cum tamen hoc uideatur ad omnes ſcientias pertinere: quia omnis ſcientia conſiderat per ſe accidentia circa ſubiectum, ut dictum eſt. Hanc autem quæſtionem (ſ. 2. 3. 4.) determinat philoſophus in Quarto huius dicens, quod E ad eandem ſcientiam, ad quam pertinet conſiderare de ſubſtantia & ente, pertinet etiam conſiderare de per ſe accidentibus ſubſtantiæ & entis. Non tamen ſequitur, quod eodem modo conſideret utrunque, ſcilicet demonſtrando ſubſtantiam, ſicut demonſtrat accidens; ſed diffiniendo ſubſtantiam, & demõſtrando accidens ineſſe uel nõ ineſſe, ut plenius habetur in fine Noni huius. (a. l. eadem.)

igitur genus accidentia per ſe eiuſdem eſt ſpeculari ex eiſdem opinionibus. Nam circa ipſum quia, unius, & ex quibus, unius, ſiue eiuſdem, ſiue alterius. Quare & accidentia, ſiue hæ ſpeculentur, aut ex his, una.

d Amplius autem utrum circa ſubſtantiam ſolum theoria eſt, aut circa ipſas & accidentia. Dico autem ut ſi ſolidum quædã ſubſtantia eſt, & linea & ſuperficies, utrum eiuſdem ſciẽtiæ eſt eadem cognoſcere, & accidentia circa unumquodque genus, de quibus Mathematicæ oſtendunt, aut alterius.

e Nam, ſi eiuſdem, demonſtratiua quædam eſſet, & quæ ſubſtantiæ eſt. non autem uidetur eius quod quid eſt demonſtratio.

f Si uero diuerſæ, quæ erit ſpeculans circa ſubſtantiam accidẽtia? hoc enim reddere eſt ualde difficile.

eſt ſpeculari ex eiſdem opinionibus. Circa enim quod eſt unius, & ex quibus unius, ſiue eiuſdem, ſiue alterius. unde & accidentia aut hæ ſpeculabuntur, aut ex his una.

G *Item, utrum circa ſubſtantias ſolum ſpeculatio eſt, an etiam circa accidentia eis? Dico autem, ut puta ſi ſolidum quædam ſubſtantia eſt, ac lineæ, & plana, utrum eiuſdem ſcientiæ eſt iſta cognoſcere, & quæ circa unum quodque genus accidunt, de quib. Mathematica demonſtrat, an alterius.*

Si enim eiuſdem, demonſtratiua quædam erit etiam quæ ſubſtantiæ. nõ uidetur autem ipſius quid eſt demonſtratio eſſe. H

Quod ſi alterius, quæ erit, quæ ſpeculatur circa ſubſtantiam accidentia? hoc enim difficillimum reddere eſt.

LECTIO VII.

a AMplius autem, utrum, ſenſibiles ſubſtãtiæ ſolæ ſint dicendæ, aut præter eas aliæ. Et utrum unum genus, aut plura genera ſubſtantiarum ſunt, ut dicentes ſpecies & intermedia, circa quæ Mathematicas dicunt eſſe ſcientias. I

b Quomodo ergo dicimus ſpecies cauſaſque & ſubſtantias ſecundum ſe, dictum eſt in prioribus de omnibus ipſis ſermonibus.

LECTIO VII.

ITem: utrum ſenſibiles ſolum ſubſtantias eſſe dicendum eſt, an præter iſtas etiam alias. Et utrum unum, uel plura ſubſtantiarum genera ſunt, ut hi, qui dicunt formas & media, circa quæ Mathematicas aiunt ſcientias eſſe.

Quomodo igitur dicimus formas cauſas, & ſubſtantias per ſeipſas eſſe, in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt. K

LECTIO VII.

a POſtquam diſputauit philoſophus quæſtiones pertinentes ad conſiderationẽ huius ſcientiæ, hic diſputat quæſtiones pertinentes ad ipſas ſubſtantias, de quibus principaliter conſiderat iſta ſcientia. Et circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtiones (In pri. lect.) Secundo oſtendit uoce accipi poſſint rationes ad unam partem. ibi; [Quomodo ergo dicimus &c.] Tertio obijcit ad partẽ contrariam. ibi; [Multis autem modis habentibus difficultatem &c.] Circa primum mouet (part. 2. part. 1.) duas quæſtiones; quarum prima eſt. Vtrum in uniuerſitate rerũ ſolæ ſubſtantiæ ſenſibiles inueniantur, ſicut aliqui antiqui naturales dixerunt; aut etiam inueniantur quædam aliæ ſubſtãtiæ præter ſenſibiles, ſicut poſuerunt Platonici. Secunda quæſtio eſt, ſuppoſito, quod ſint aliquæ ſubſtantiæ præter ſenſibiles, Vtrũ illæ ſubſtantiæ ſint unius generis, aut magis ſint plura genera harum ſubſtãtiarum. utrunque enim opinionem recipit. Quidam. n. poſuerunt præter ſubſtantias ſenſibiles eſſe ſolas ſpecies ſeparatas, id eſt per ſe hominem immaterialem, & per ſe equum, & ſic de aliis ſpeciebus. Alii uero poſuerunt quaſdam alias intermedias ſubſtantias inter ſpecies & ſenſibilia, ſ. mathematica, de quibus dicebant eſſe Mathematicas ſcientias. Et huius ratio eſt, quia ponebant duplicem abſtractionem rerum, puta abſtractionem intellectus, qui dicitur abſtrahere uno modo uniuerſale a particulari, iuxta quam abſtractionem ponebant ſpecies ſeparatas per ſe ſubſiſtentes. Alio modo formas quaſdam a materia ſenſibili, in quarum. ſ. diffinitione non ponitur materia ſenſibilis, ſicut circulus abſtrahit ab ære, iuxta quam ponebant mathematica abſtracta, quæ dicebant media inter ſpecies & ſenſibilia, quia conueniunt cum utriſque. Cum ſpeciebus quidem, inquantum ſunt ſeparata a materia ſenſibili: cum ſenſibilibus autem, inquantum inueniuntur plura ex eis in una ſpecie, ſicut plures circuli & plures lineæ. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quomodo ad unam partem argumentari poſſit. & dicit, quod hoc dictum eſt [in primis ſermonibus] id eſt in primo libro, quomodo ſpecies ponantur cauſæ rerum ſenſibilium

ſenſibilium, & ſubſtantiæ quædam per ſe ſubſiſtentes. Vnde ex his, quæ ibi dicta ſunt in recitatione opinionis Platonis, accipi poſſunt rationes ad partem affirmatiuam. Deinde cum dicit.

Lect. 10. e ¶ Obijcit ad partem negatiuam, & primo ad oſtendendũ, ꝙ non ſunt ſpecies ſeparatæ a ſenſibilibus. Secundo ad oſtendendum, ꝙ non ſint mathematica ſeparata. ibi: [Amplius autē ſi quis præter ſpecies &c.] Supra autem in primo libro multas rationes poſuit contra ponentes ſpecies. Et ideo illis rationibus prætermiſſis, ponit quandam rationem, quæ uidetur efficaciſſima, & dicit, quod cum poſitio ponentium ſpecies ſeparatas multas habeat difficultates, illud, qđ nunc dicetur, non cõtinet minorem abſurditatem aliquo aliorũ, ſcilicet quòd aliquis dicat quaſdam eſſe naturas ſenſibiles, quæ ſub cœlo continentur. Nam cœlum eſt terminus corporum ſenſibilium, vt in primo de cœlo, & Mũdo probatur. Ponentes autē ſpecies, non ponebāt eas eſſe infra cęlum, nec extra, vt dicitur in 3. phyſ. Et ideo conuenienter dicit, quod ponebāt quaſdam naturas pter eas, quæ ſunt in cœlo. Dicebant autem contrarias naturas eſſe eaſdem ſecundum ſpeciem & rationem, & in iſtis ſenſibilibus: quinimmo dicebant illas naturas eſſe ſpecies horum ſenſibilium, puta qđ hõ ſeparatus ē humanitas hõis huius ſēſibilis, & quod hõ ſēſibilis ē homo participatione illius hominis. Hanc tamē differentiam ponebant inter ea, quia illæ naturæ immateriales ſunt ſempiternæ, iſtæ vero ſenſibiles ſunt corruptibiles. Et quod ponerēt illas naturas eaſdem iſtis, patet per hoc, quod ſicut in iſtis ſenſibilibus inuenitur homo, equus, & ſanitas, ita in illis naturis ponebāt [hominem per ſe] ideſt ſine materia ſenſibili, & ſimiliter equum & ſanitatem. Et nihil aliud ponebant in ſubſtantiis ſeparatis, niſi quod erant materialiter in ſenſibilibus. Quæ quidem poſitio videtur eſſe ſimilis poſitioni ponētium deos eſſe humanæ ſpeciei, quæ fuit poſitio Epicureorum, vt Tullius dicit in libro de natura deorũ. Sicut enim qui ponebant deos humanæ ſpeciei, nihil aliud fecerunt quam ponere homines ſempiternos ſecundum ſuam naturam, ita & illi, qui ponebant ſpecies, nihil aliud faciunt quam ponunt res ſenſibiles ſempiternas, ut equum, bouem, & ſimilia. Eſt autem valde abſurdum, quod id, quod ſecundum ſuam naturam eſt corruptibile, ſit eiuſdem ſpeciei cum eo, qđ per ſuā naturam eſt incorruptibile, quin potius corruptibile, & incorruptibile differunt ſpecie, vt infra dicetur in x. huius. Poteſt tamen contingere, quod id, quod ſecundum ſuam naturam eſt corruptibile, virtute diuina perpetuo conſeruetur in eſſe.

Tex. c. 16. Deinde cum dicit.

part. 3. | parte ſeq. | parte 4. | Tex. com. 13 & inde. | Tex. c. 21. | Tex. com. 8. parte 5.

c Multis autem modis habentibus difficultatem nullo minus abſurdum dicere quidem alias aliquas eſſe naturas præter eas, quæ in cęlo ſunt, has autem eaſdē dicere ſenſibilibus, niſi quia hæc quidem ſempiterna, illa vero corruptibilia. Nam per ſe hominem dicunt hominem eſſe, & equum & ſanitatem, aliud autem nihil ſimile facientes deos eſſe oſtendentibus, & humanæ ſpeciei eſſe. Nihil enim aliud illi fecerunt quàm homines ſempiternos, nec hi ſpecies, niſi ſenſibiles ſempiternas.

d Amplius autem ſiquis præter ſpecies & ſenſibilia intermedia ponat, multas habebit dubitationes. Palam enim quia ſimiliter lineę pręter ipſas ſenſibiles erũt, & unumquodque aliorum generum. Igitur, quoniam Aſtrologia vna harum eſt, erit quoddam cœlum præter ſenſibile cœlum, & Sol, & Luna & alia ſimiliter cœleſtia. Et quomodo his credere oportet? Neque.n. imobile rationabile eſſę. mobile vero impoſſibile omnino. Similiter autem & de quibus Perſpectiua tractat, & in Mathematicis Harmonica. Etenim hoc impoſſibile eſſe præter ſenſibilia, propter eaſdem cauſas. Nam, ſi ſunt ſenſibilia intermedia, & ſenſus, palam & manifeſtum, quia & animalia erunt intermedia, & ipſorum, & incorruptibilium.

e Dubitabit autem aliquis, & circa quæ exiſtentium quærere oportet has ſcientias. Nam, ſi in hoc differt Geometria a Geodæſia, quia hæc quidem

A

Cum uero multiplicem difficultatem habeant, non minus eſt inconueniens dicere quidem eſſe quaſdam naturas pręter eas, quæ in cælo ſunt, illas uero eaſdem, quas & ſenſibiles ponere, niſi quod illa quidem ſempiterna, hæc uero corruptibilia. Idealem nanque hominem & idealem equum, & ſanitatem aiunt & nihil aliud: ſimile quid illis facientes, qui dicunt quidem eſſe Deos, ſed forma ſimilis hominibus. nec enim iſti aliud faciębant, niſi homines ſempiternos, nec illi formas, niſi ſenſibilia ſempiterna.

B

Item ſiquis pręter formas, et ſenſibilia ponat media, multas dubitationes habebit. Patet etenim quod ſimiliter, & lineę pręter etiam ipſas ſenſibiles erunt & aliorum generum ſingula. Quare, cum Aſtrologia una earum ſit, erit & cęlum aliquod præter ſenſibile cęlum, & Sol, & Luna, & cętera ſimiliter, quæ in cælo ſunt. At quomodo credendum eſt talibus? nam immobile non eſt rationabile eſſe. mobile autem & omnino eſt impoſſibile. Similiter & de quibus Perſpectiua tractat, & quæ in Mathematicis Harmonica. & hęc enim impoſſibile eſt pręter ſenſibilia eſſe, propter ſimiles cauſas. ſi enim ſenſibilia ſunt media, & ſenſus, patet quod animalia etiam erunt eorum mediorum, & quidem corruptibilium.

C

D

Dubitauerit autem aliquis, circa quę entia oportet has ſcientias quęrere. ſi enim in hoc differret ſolum a Geometria Geodęſia, quod hęc quidem eorum eſt, quę ſentimus,

d ¶ Obiicit contra ponentes mathematica media inter ſpecies & ſenſibilia. & primo contra illos, qui ponebant mathematica media, & a ſenſibilibus ſeparata. Secundo contra illos, qui ponebant mathematica, ſed in ſenſibilibus eſſe. ibi: [Sunt autem & aliqui, qui dicunt &c.] Circa primum duo facit. Primo, ponit rationes contra primā opinionem. Secundo, obiicit ꝗ ea. ibi: [At uero nec ſenſibilium &cæt. part. 3. Lect. huius parte. Lect. huius.

Contra primũ obiicit tribus uiis, quarum prima eſt, quod ſicut ſcientia quædam Mathematica eſt circa lineam, ita etiam ſunt quędam Mathematicæ ſcientiæ circa alia ſubiecta. Si igitur ſunt quædam lineæ, præter lineas ſenſibiles, de quibus Geometra tractat, pari rōne in omnibus aliis generibus, de quib. aliæ ſcientiæ Mathematicę tractāt, erũt quædam præter ſenſibilia. Sed hoc ponere, oſtēdit eſſe inconueniens in duabus ſcientiis Mathematicis. Primo quidem in Aſtrologia, quæ eſt vna ſcientiarum Mathematicarum, cuius ſubiectum eſt cœlum & cœleſtia corpora. Sequetur ergo ſm prædicta, quod ſit aliud cœlum, præter cœlum ſenſibile, & ſimiliter alius Sol, & alia Luna, & ſimiliter de aliis corporib. cœleſtib. Sed hoc eſt incredibile, quia illud aliud cęlum, aut eſt mobile, aut immobile: ſi eſt immobile, hoc uidetur eſſe irrationabile, cum videamus naturale eſſe cœlo quod ſemper moueatur. Vñ & Aſtrologus aliquid conſiderat circa motũ celi. Dicere vero ꝙ cœlum ſit ſeparatum, & ſit mobile, ē impoſſibile, eo ꝙ nihil ſeparatum a materia poteſt eſſe mobile. Deinde oſtendit idem eſſe inconueniens in aliis ſcientiis

E Mathematicis, ſ. in Perſpectiua, quæ conſiderat lineam uiſualem, & [in Harmonica] ideſt Muſice, quę conſiderat proportiones ſonorum audibilium. Impoſſibile eſt autem hęc eſſe intermedia inter ſpecies & ſenſibilia, quia, ſi iſta ſenſibilia ſint intermedia, ſ. ſoni & uiſibilia, ſequetur etiam quod ſenſus ſũt intermedii. Et, cum ſenſus non ſint niſi in animali, ſequetur ꝙ etiam animalia ſint intermedia inter ſpecies & corruptibilia, ꝙ eſt omnino abſurdum.

e ¶ Secunda uia talis eſt. Si in illis generibus, de quibus ſunt ſcientiæ Mathematicæ, inuenitur triplex gradus rerum, ſ. ſenſibilia, ſpecies, & intermedia: cum de omnibus ſpeciebus & omnibus ſenſibilibus uideatur eſſe ſimilis ratio, uidetur ſequi, quod inter qualibet ſenſibilia & ſuas ſpecies ſunt aliqua media. Vnde remanet dubitatio, ad quæ rerũ genera ſe extendant ſcientiæ Mathematicæ.

Si enim ſcientia Mathematica pura Geometria, differt a Geodæſia, quę eſt ſcientia de menſuris ſenſibilib. in hoc ſolum, ꝙ

Geo-

Geodæſia eſt de menſuris ſenſibilibus, Geometria vero de intermedijs non ſenſibilibus, pari rõne præter omnes ſcientias, quæ ſunt de ſenſibilibus, erunt ſecundum prædicta quædam Scientiæ Mathematicę de intermedijs. puta, ſi ſcientia medicinalis eſt de quibuſdam ſenſibilibus, erit quædam alia ſcientia prçter ſcientiam medicinalem, & prçter vnamquamque ſimilem ſcientiã, quæ erit media inter medicinalem, quæ eſt de ſenſibilib. & medicinalem, quę eſt de ſpeciẽb. Sed hoc eſt impoſſibile, q̃a cum medicina ſit circa [ſalubria]. i. circa ſanatiua, ſi medicina eſt media, ſequitur ẽt ſanatiua

part. 6. ſint media præter ſenſibilia ſanatiua & præter autoſanũ, idest per ſe ſanum, quod eſt ſpecies ſani ſeparati: quod eſt manifeſte falſum.

part. 7. Relinquitur ergo, q̃ iſtę Scientię Mathematicę non ſunt circa aliqua, quę ſint media inter ſenſibilia & ſpecies ſeparatas.

f ¶ Tertiam uiam ponit, per quam deſtruitur quoddam, quod prædicta poſitio ponebat, q. ſ. eſſet aliqua ſcientia circa ſenſibiles magnitudines, & ſic, ſi

Tex. com. 9. parte 8. inueniretur alia ſcia circa magnitudines, ex hoc haberetur, q̃ eſſent magnitudines mediæ. Vnde dicit, q̃ hoc nõ eſt uerum, q̃ Geodæſia ſit ſcientia ſenſibilium magnitudinũ: quia ſenſibiles magnitudines ſunt corruptibiles.

part. 9. Sequeret ergo, quod Geodæſia eſſet de magnitudinibus corruptibilibus. Sed ſcientia uidetur corrumpi corruptis rebus de quibus eſt. Socra

par. 10. re enim non ſedente, iam non erit uera opinio, qua opinabamur eum ſedere. Sequeretur ergo, q̃ Geodæſia, uel Geoſophia, ut alij libri habent, corrumpatur corruptis magnitudinibus ſenſibilibus: quod eſt contra rationem ſcientiæ, quæ eſt neceſſaria & incorruptibilis. Poſſet tamen hæc ratio ad oppoſitum induci. ut dicatur, quod per hanc rationem intendit probare, quod nullæ ſcientiæ ſunt de ſenſibilibus.

Et ita oportet, quod omnes ſcientiæ uel ſint de reb. mediis, uel ſint de ſpeciebus. Deinde cum dicit.

g ¶ Obiicit pro prædicta poſitione in hunc modum. De ratione ſcientiæ eſt, quod ſit uerorum. hoc autem non eſſet niſi eſſet de rebus prout ſunt. oportet igitur res, de quibus ſunt ſciẽtiæ, tales eſſe, quales traduntur in ſcientiis.

Sed ſenſibiles lineæ non ſunt tales, quales dicit Geometra. Et hoc probat per hoc, quòd Geometria probat, quòd circulus tangit [regulam] idest rectam lineam ſolum in puncto, ut patet in tertio Euclidis. Hoc autem non inuenitur uerum in circulo & linea in ſenſibilibus. Et hac ratione uſus fuit

horum eſt quę ſentimus, illa vero non ſenſibilium, palam uero & præter Medicinam & alia erit ſcientia: & prçter unamquamque aliarum, inter ipſam medicinalem, & hanc medicinalem. Sed quomodo hoc poſſibile? Etenim ſalubria quædam utiq; erunt præter ſenſibilia, & etiam ſanum.

G

f Similiter autem nec hoc videtur, quod Geodæſia ſenſibilium ſit magnitudinum, & corruptibilium. corrupta enim eſſet utique corruptis.

g At nero nec ſenſibilium erit magnitudinum nec circa cœlũ hęc Aſtrologia. Nec enim ſenſibiles lineç ſunt tales, quales dicit Geometra, nihil enim rectum ſenſibilium, ita nec rotundum. Tangit enim regulam nõ ſecundum punctum circulus, ſed ut Prothagoras ait Geometras redarguẽs. Nec motus, nec reuolutiones cœli ſimiles, de quibus Aſtrologia ſermones dicit, nec aſtris, puncta naturam habent eandem.

H

h Sunt autem & aliqui, qui dicunt eſſe quidem intermedia hæc infra ſpecies & ſenſibilia, non extra ſenſibilia, ſed in his. Quibus accidentia impoſſibilia omnia quidem pluris eſt orationis pertranſire, ſufficit enim & talia ſpeculari.

I

i Non enim in talibus congruũ eſt habere ſic ſolum, ſed palam quia & ſpecies contingit in ſenſibilibus eſſe. eiuſdem enim rationis utraque ea ſunt.

K Amplius autem duo ſolida eodem neceſſe loco eſſe.

K

illa uero non ſenſibilium eſt, patet quod præter Medicinam erit aliqua ſcientia, & præter quamcunque aliarum inter ipſam Medicinam, & hanc medicinam. At quomodo poſſibile eſt? etenim etiam ſalubria quædam eſſent, præter ſenſibilia, & ipſum ſalubre.

Simul autem nec hoc uerum eſt, quod Geodæſia ſenſibilium, & corruptibilium magnitudinum ſit. corrumperetur enim illis corruptis.

At neque ſenſibilium magnitudinum, neque circa hoc cęlum Aſtrologia eſſet. Nec enim ſenſibiles lineę tales ſunt, quales Geometria dicit. nihil enim ſenſibilium ita rectum, atque rotundum. tangit enim circulus regulam, non ſecundum punctum, ſed ſicut Protagoras dicebat, redarguens Geometras. nec motus, nec reuolutiones cęli ſimiles, de quibus Aſtrologia rationes facit. neque puncta eandem naturam, quam ſtellæ habent.

Sunt autem quidam, dicentes eſſe quidem hæc, quę formarum, & ſenſibilium media dicuntur, non tamen a ſenſibilibus ſeparata, ſed in eis. Quos quę impoſſibilia ſequuntur, omnia quidem enumerare longi ſermonis eſſet. ſufficit autem talia ſpeculari.

Non enim de his ſolum, ut ita ſe habeant, rationabile eſt, ſed patet, quod etiam formas contingeret in ſenſibilibus eſſe eiuſdem enim rationis utraq; hæc ſunt.

Item duo ſolida in eodem loco neceſſe eſſet, eſſe.

Prothagoras deſtruens certitudines ſcientiarum contra Geometras. Similiter etiam motus & reuolutiones cęleſtes non ſunt tales, quales Aſtrologus tradit. Videtur enim naturæ repugnare, quod ponantur motus corporum cęleſtium per eccentricos, & epiciclos, & alios diuerſos motus, quos in cœlo deſcribunt Aſtrologi. Similiter etiam nec quantitates corporum cœleſtium ſunt tales, ſicut deſcribũt eas Aſtrologi. Vtuntur enim aſtris, ut punctis, cum tamen ſint corpora magnitudinem habentia. Vnde videtur, quod nec Geometria ſit de ſenſibilibus magnitudinibus, nec Aſtrologia de cœlo ſenſibili. Relinquitur igitur, quod ſint de aliquib. aliis medijs. Deinde cũ dicit.

h ¶ Obiicit contra aliam poſitionem, & primo ponit intẽtum. Secundo, inducit rationes ad propoſitum; ibi. [Non enim ĩ talibus, &c.] Dicit ergo primo, quod quidam ponunt eſſe quaſdã naturas medias inter ſpecies, & ſenſibilia, & tamen non dicunt ea eſſe ſeparata a ſenſibilibus, ſed q̃ ſint in ipſis ſenſibilibus. Sicut patet Tex. com. de opinione illorũ, qui poſuerunt dimenſiones quaſdam per ſe exiſtẽtes, quæ penetrãt omnia corpora ſenſibilia, quas quidam dicunt eſſe locum corporũ ſenſibilium, ut dicitur in 4. Phiſicæ, & ibidem improbatur. Vnde hic dicit, q̃ proſequi omnia impoſſibilia, quæ ſequuntur ad hanc poſitionem, maioris eſt negocij, ſed nunc aliqua breuiter tangere ſufficit. Deinde cum dicit.

i ¶ Inducit quatuor rationes contra prædictam poſitionem, quarum prima talis eſt. Eiuſdem rationis uidetur eſſe, q̃ præter ſenſibilia ponantur ſpecies, & mathematica media, quia utrunque ponitur propter abſtractionem intellectus. Si igitur ponuntur mathematica eſſe in ſenſibilibus congruum eſt, quod non ſolum ita ſe habeant in eis, ſed etiam, quod ſpecies ipſæ ſint in ſenſibilibus: quod eſt contra opinionem ponentium ſpecies: Ponunt enim eas eſſe ſeparatas, & non eſſe alicubi. Secundam rationem ponit ibi.

K ¶ Quæ talis eſt. Si mathematica ſunt alia a ſenſibilibus, & tamen ſunt in eis, cum corpus ſit quoddam mathematicum, ſequitur quod corpus mathematicum ſimul eſt in eodem cum corpore ſenſibili, ergo [duo ſolida,] ideſt duo corpora erunt in eodem loco: quod eſt impoſſibile, non ſolum de duobus corporibus ſenſibilibus, ſed etiam corpore ſenſibili & mathematico, quia utrunque habet dimenſiones, ratione quarum duo corpora prohibentur eſſe in eodem loco. Tertiam rationem ponit ibi.

Mato

l ¶ Motu enim aliquo mouetur id, quod in eo eſt: ſed ſenſibilia mouentur: ſi igitur mathematica ſunt in ſenſibilibus, ſequetur quòd mathematica moueantur, quod eſt contra rationem mathematicorum, quæ non ſolum abſtrahunt a materia, ſed etiam a motu. Quartam rationem ponit ibi.

l Et non eſſe immobilia, in motis exiſtentia ſenſibilibus.

m Totaliter autem cuius cauſa quis ponet eſſe quidem ipſa, eſſe autem in ſenſibilibus, eadem enim contingunt inconuenientia eis, quæ dicta ſunt. Erit enim cœlũ aliquod præter cęlum, nõ tamen extra, ſed in eodem loco quod eſt magis impoſſibile. De his ergo dubitatio multa, quomodo oportet poſitam habere ueritatem.

LECTIO VIII.

a ET de principiis, utrum oporteat genera elementa & principia ſuſcipere, aut magis ex quibus, cum inſint eſt unumquodque primis.

b Vt uocis elementa & principia uidentur eſſe, ex quib. componuntur uoces omnes primũ, ſed non commune uox. Et diagrammatum, ideſt deſcriptionũ ea dicimus elementa, quorum demonſtrationes inſunt in aliorum demonſtrationibus, aut omnium, aut plurimorum.

c Amplius autem corporum q dicunt eſſe plura elementa, & q unum ex quibus componunt, & conſtant, principia dicunt eſſe, ut Emped. ignem & aquam & quæ ſunt inſimul. hæc elemẽta dicit eſſe, ex quibus ſunt entia quæ ſunt, ſed non ut genera dicit ea eorum, quæ ſunt.

Et non eſſe immobilia, in ſenſibilibus exiſtentia motis.

Et omnino cuius cauſa quis ponet quidem eſſe ea, eſſe autem in ſenſibilibus: eadem enim, quæ prædicta ſunt, abſurda ſequentur. erit nanque aliud quoddam cælum præter cælum: niſi quod non ſeparatum, ſed in eodem B *loco, quod impoſſibilibus eſt. Magna itaque de his dubitatio eſt, quonam modo ponendo, veritatem conſequemur.*

LECTIO VIII.

ET de principiis, vtrum oporteat genera exiſtimare elementa, & principia, an illa magis, ex quibus, inexiſtentibus quicquam primum eſt. C

Vt vocis elementa, & principia videntur ea eſſe, ex quibus primo cõmunes voces compoſitæ ſunt, ſed non vox in communi, & deſignationum ea dicimus elementa, quorum demonſtrationes in aliarum, aut omnium, aut plurium demonſtrationibus inſunt.

D *Item etiam corporum, & qui plura dicunt elementa eſſe, & qui vnum, ex quibus componuntur, & ex quibus conſtant, principia eſſe aiunt, vt Empedocles ignem & aquam, & quæ cum eis ſunt elementa ait eſſe, ex quibus inexiſtentibus entia ſunt. ſed non ea, ut genera entium ponit.*

m ¶ Quæ talis eſt. par.11. Nihil rationabiliter ponitur niſi propter aliquam cauſarum, par.12. & præcipue, ſi ex tali poſitione maius inconueniens ſequatur: ſed iſta poſitio ponitur ſine cauſa. eadem enim inconuenientia ſequentur ponentibus mathematica eſſe media & in ſenſibilibus, quæ ſequuntur ponentib. ea non eſſe in ſenſibilibus, & adhuc quædam alia propria & maiora, ut ex prædictis patet. Hæc igitur poſitio eſt irrationabilis.

part.2. Vltimo autẽ concludit, quod prædictæ quæſtiones habent multam dubitationem, quomodo ſe habeat ueritas in iſtis. Has aũt quæſtiones pertractat Philoſophus infra 12. 13. art.3. 14. huius oſtendens non eſſe mathematica ſubſtantias ſeparatas, nec etiam ſpecies. Et ratio, quę mouebat ponentes mathematica & ſpecies ſumpta ab abſtractione intellectus, ſoluitur in principio 13. Nihil enim prohibet aliquid quod art.3. eſt tale, ſalua ueritate conſiderari ab intellectu non inquantum tale, ſicut homo albus poteſt conſiderari non inquantum albus. Et hoc modo intellectus poteſt conſiderare res ſenſibiles, non inquantum mobiles & materiales ſed in quantum ſunt quædam ſubſtantiæ uel magnitudines: Et hoc hoc eſt intellectum abſtrahere a materia & motu. Non autem ſic abſtrahit ſecundum intellectum, quod intelligat magnitudines & ſpecies eſſe ſine materia & motu.

Sic enim ſequeretur, quod uel eſſet falſitas intellectus abſtrahentis, uel quod ea, quę intellectus abſtrahit, ſint ſeparata ſecundum rem.

LECTIO VIII.

Infra lect. Infra lect.9. a POſtquam Philoſophus diſputauit de quæſtionibus motus de ſubſtantiis, hic diſputat de quæſtionibus motis de principiis. Et diuiditur in partes duas.

In prima diſputat de quæſtionibus, quibus quærebatur quæ ſunt principia. Secundo de quæſtionibus, quibus quærebatur, qualia ſint principia, & hoc ibi [Adhuc autem utrum ſubſtantia.] Circa primum diſputat de duabus quæſtionibus. Primo utrum uniuerſalia ſint principia. Secundo, utrum ſint part.9. huius lect. per. ſeq. aliqua principia a materia ſeparata. ibi. [Eſt autem habita de his diſputatio &c.] Circa primum diſputat duas quæſtiones quarum, Prima eſt, utrum genera ſint principia: ſecunda, quæ genera, utrum. ſ. prima genera, uel alia, ibi: [Adhuc autem ſi maxime principia ſunt genera &c.] Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtionem, ſecundo diſputat. Secunda ibi [Vt A vocis elementa &c.] eſt ergo quæſtio prima de principiis, utrũ oportet recipere, uel opinari, quod ipſa genera, quæ de pluribus prædicantur, ſint elementa & principia rerum, vel magis ſint dicenda principia & elementa ea, ex quibus vnumquodque eſt, ſicut ex partibus. Sed addit duas conditiones, quarum vna eſt [cum ſint] quod ponitur ad differentiam contrarij & priuationis. Dicitur enim album fieri ex nigro, uel non albo, quę tamen non inſunt albo. unde nõ ſunt eius elementa. Alia conditio eſt, qua dicit [primis] quod ponitur ad differentiam ſecundorum componentiũ. Sunt enim corpora animalium ex carnibus & neruis, quæ inſunt animali, non tamen dicuntur animalis elemẽta, quia nõ ſunt hæc prima, ex quibus animal componitur, ſed magis ignis, aer, aqua & terra, ex quibus etiam exiſtunt carnes & nerui. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſputat ad hãc quæſtionem. & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quod ea, ex quibus primis aliquid componitur, ſint principia & elementa. Secundo, obijcit ad partem cõtrariam. ibi [Inquantum autem cognoſcimus vnumquodque &c.] Tertio excludit quandam reſponſionem, qua poſſet dici, quod vtraq; ſunt principia & elementa. ibi [At uero nec vtrobique &c.] Circa primum primo ponit tres rationes, quarum prima procedit ex rationabilibus, in quibus maniſeſtat propoſitum ſecundum duo exempla, quorum primũ eſt de voce dearticulata, cuius principium & elementum non dicitur eſſe commune, quod eſt vox, ſed magis illa, ex quibus primis componuntur omnes voces, quæ dicuntur literæ. Secundum exemplum ponit in diagrammatibus, ideſt in demonſtratiuis deſcriptionibus figurarum geometricarum. Dicun-E tur enim horum diagrammatum eſſe elementa non hoc commune, quod eſt diagramma, ſed magis illa theoremata, quorum demonſtrationes inſunt demonſtrationibus aliorum theorematum geometricalium, aut omnium, aut plurimorum, quia ſcilicet aliæ demonſtrationes procedunt ex ſuppoſitione primarum demonſtrationum. Vnde & liber Euclidis dicitur liber elementorum, quia ſ. in eo demonſtrantur prima Geometriæ theoremata, ex quibus aliæ demonſtrationes procedunt. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Quæ procedit in rebus naturalibus. Et dicit, quod illi, qui ponunt elementa corporum, vel plura, vel vnũ, illa dicũt eſſe principia & elementa corporum, ex quibus componuntur & conſtant tanquam in eis exiſtentibus. Sicut Empedocles dicit elementa corporum naturalium eſſe ignem, & aquam, & alia huiuſmodi quæ ſimul cum his elementa rerum dicit, ex quibus primis, cum inſint, corpora naturalia conſtituuntur, Ponebant autem pręter hęc duo alia quatuor principia, ſ. aerẽ, & terram, litem & amicitiam, vt in Primo dictum eſt. Non autem dicebat, nec Empedocles, nec alij naturales philoſophi, quod

d Adhuc autem & ad aliorum ſi quis vult naturam ſpeculari, vt lectũ ex quibus partibus eſt, & quomodo compoſitus cognoſcet eius naturam. Et ex his quidem rationibus non ſunt principia genera exiſtentium.

G e Quod ſi cognoſcimus vnum quodque per diffinitiones, & principia diffinitionum ſunt ipſa genera; neceſſe & diffinitorum principia eſſe genera.

f Et ſi eſt eorum, quę ſunt, accipere ſcientiam, accipienda eſt ſcientia ſpecierum, ſecundum quas dicuntur eſſe entia. Specierum autem principia ſunt genera.

H g Videntur autem quidam dicentium elementa exiſtentium vnum, aut ens, aut magnum, aut paruum, vt generibus eis vti.

h Sed non poſſibile dicere vtrobique principia ipſa: ratio nanque ſubſtantiæ eſt vna. diuerſa ergo erit, quæ eſt per genera, diffinitio, & quæ dicit ex quibus eſt quæ inſunt.

I i Adhuc autẽ, ſi maxime principia ſunt genera, vtrum prima generũ oportet exiſtimare principia, aut ultima prædicata de indiuiduis? Etenim hęc dubitationem habet.

K Nam ſi quidem vniuerſalia ſunt magis principia, palã quia ſuprema generum. ea nanque maxime dicuntur de omnibus exiſtentibus. Tot igitur erũt entium principia, quot & prima genera. Quare erit ens & unum principia & ſubſtantiæ. ea nanq; de omnibus maxime dicuntur exiſtentibus. Non eſt autem poſſibile genus entium eſſe vnum neque unum, neque ens. Nam neceſſe eſt differentias cuiuſcunque generis & eſſe, & unam eſſe quamlibet. Impoſſibile autem prędicari, aut ſpecies de propriorum generum differentijs, aut genus, ſine ſuis ſpeciebus.

Et ad hęc, ſi quis cæterorum quoq; naturam uelit conſiderare, ueluti lectum ex quibus partibus, & quomodo compoſitus eſt, tunc eius naturam cognoſcit. Ex his itaque rationibus nõ eſſent principia genera entium.

Cum autem ſingula cognoſcamus per definitiones: principia uero definitionum genera ſint, neceſſe eſt definitorum etiam principia genera eſſe.

Et ſi entium habere ſcientiam eſt ipſum habere ſpecierum ſcientiam, ſecundum quas etiam dicuntur, ſpecierum principia ipſa genera ſunt.

Videntur autem quidam etiam eorum, qui elementa entium ipſum unũ aut ens, aut magnum, aut paruum dicunt, tanquam generibus eis uti.

Aut uero non poſſibile eſt utroque modo principia dicere, ratio nanque ſubſtantiæ una, diuerſa uero erit, quę fit per genera, definitio, & quæ dicit, ex quibus inexiſtentibus.

Et ad hæc, & ſi quam maxime ipſa genera principia ſunt, utrum prima generum arbitrandũ ſit eſſe principia, an ultima, quę de indiuiduis prędicantur, etenim hoc dubitatur.

Si enim quoniam uniuerſalia, magis principia ſunt, patet quod ſuprema generum, hęc enim de omnibus dicuntur. Tot igitur principia entium erunt, quot prima generum ſunt. Quare & ipſum ens, & ipſum unum principia, & ſubſtantia erunt, hæc enim de omnibus maxime entibus dicuntur. Non eſt autem poſſibile, neque ipſum unum entium eſſe genus, neque ipſum ens. neceſſe etenim eſt uniuſcuiuſque generis differentias & eſſe, & unamquamque unam eſſe impoſſibile uero eſt, aut ſpecies generis de proprijs differentijs prædicari, aut genus abſque ſuis ſpeciebus. Quare ſi unum, uel ens

quod genera rerum eſſent earum principia, & elementa. Tertiam rationem ponit ibi.
d ¶ Quæ procedit in artificialibus. & dicit, quod ſi quis velit [ſpeculari naturam] i. diffinitionem indicãtem eſſentiam aliorum corporum a corporibus naturalibus, ſcilicet artificialium, puta ſi vult cognoſcere lectum oportet conſiderare ex quibus partibus componitur, & modum cõpoſitionis earum, & ſic cognoſcet naturam lecti. Et poſt hoc cõcludit, quod genera nõ ſunt principia entium. Deinde cum dicit.
part.4.
parte 5. e ¶ Obuicit ad partem contrariam. & ponit tres rationes quarum prima talis eſt. Vnumquodque cognoſcitur per ſuã diffinitionem: ſi igitur idem eſt principium eſſendi, & cognoſcendi: videtur quod id, quod eſt principium diffinitionis, ſit principium rei diffinitæ. Sed genera ſunt principia diffinitionum, quia ex eis primo diffinitiones conſtituuntur: ergo genera sũt principia rerũ, quæ diffiniuntur. Secundam rationem ponit ibi.
part.6.
part.7.
part.8.
parte 9. f ¶ Quæ talis eſt. Per hoc accipitur ſcientia de vnaquaque re, quod ſciuntur ſpecies eius, ſecundum quam res eſt. Non enim poteſt cognoſci Socrates, niſi per hoc, quod ſcitur quod eſt homo. Sed genera ſunt principia ſpecierum, quia ſpecies conſtituuntur ex genere, & differentia: ergo genera ſunt principia eorum, quæ ſunt. Tertiam rationem ponit.
part.10.
g ¶ Et ſumitur ex authoritate Platonicorum, qui poſuerunt unum & ens eſſe principia, & magnum & paruum, quibus utuntur vt generibus: ergo genera ſunt principia. Deinde cum dicit.
h ¶ Excludit quandam reſponſionem, qua poſſet dici, quod utraque ſunt principia, dicens, quod non eſt poſſibile dicere otrobique eſſe [principia,] vt elementa, ideſt partes, ex quibus componitur aliquid, & genera. Et hoc probat tali ratione. Vnius rei una eſt ratio diffinitiua manifeſtans eius ſubſtantiam, ſicut & una eſt ſubſtantia uniuſcuiuſque. Sed non eſt eadem ratio diffinitiua, quæ datur per genera, & quæ datur per partes, ex quibus aliquid componitur: ergo non poteſt eſſe utraque diffinitio indicans ſubſtantiam rei. Ex principijs autem rei poteſt ſumi ratio diffinitiua ſignificans ſubſtantiam eius. Impoſſibile eſt ergo, quod principia rerum ſint ſimul & genera, & ea, ex quibus res cõponuntur. Deinde cum dicit.

par.ſeq. i ¶ D ſpu at ſecundam quæſtionẽ. & primo mouet eam. Secundo ad eam rationes inducit. ibi [Nam, ſi quidem uniuerſalia &c.] Dicit ergo quod ſi ponamus, quod genera ſint maxime principia, quæ oportet exiſtimare magis eſſe principia, utrum prima de numero [generum], ſ. communiſſima, aut etiam infima, quę proxima prædicantur de indiuiduis, ſ. ſpecies ſpecialiſſimas. Hoc enim habet dubitationem, ſicut ex ſequentibus patet. Deinde cum dicit,
K ¶ Obijcit ad propoſitam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo enim, inducit rationes ad oſtendendum, quod prima genera non poſſunt eſſe principia. Secundo, inducit idem, ad oſtendendum, quod ſpecies ultimæ magis debent dici principia, ibi [At uero & ſi magis.] Tertio, obijcit ad propoſitum ibi [Iterum &c.] par.12. par.15. Circa primum ponit tres rationes, quarum prima talis eſt.
Si genera ſunt magis principia, quanto ſunt uniuerſalia, oportet quod illa, quæ ſunt maxime uniuerſalia, quæ ſcilicet dicuntur de omnibus, ſint maxime genera, & maxime principia. Tot ergo erunt rerum principia, quot ſunt huiuſmodi genera communiſſima. Sed communiſſima omnium, ſunt unum & ens, quæ de omnibus prædicantur: ergo unum & ens erũt principia & ſubſtantię omnium rerum. Sed hoc eſt impoſſibile, quia non poſſunt omnium rerum eſſe genus, vnum & ens: quia, cum ens & unũ uniuerſaliſſima ſint, ſi unum & ens eſſent principia generum, ſequetur quod principia non eſſent genera. Sic ergo poſitio, qua ponitur, communiſſima generum eſſe principia eſt impoſſibilis, quia ſequitur ex ea oppoſitum poſiti, ſcilicet, quod principia non ſunt genera. Quod autem ens & unum non poſſunt

eſſe

eſt genera, probat tali ratione. Quia, cum differentia addita generi conſtituat ſpeciem, de differentia prædicari non poterit, nec ſpecies ſine genere, nec genus ſine ſpeciebus. Quod autem ſpecies de differentia prædicari non poſſit, patet ex duobus. Primo quidem, quia differentia in plus eſt quàm ſpecies, vt Porphyrius tradit. Secundo, quia, cum differentia ponatur in diffinitione ſpeciei, non poſſet ſpecies prædicari per ſe differentiæ,
Tex. com. 15. part. 11. niſi intelligeretur, quòd differentia eſſet ſubiectum ſpeciei, ſicut numerus eſt ſubiectum paris, in cuius diffinitione ponitur. Hoc autem non ſic ſe habet, ſed magis differentia eſt quædam forma ſpeciei. non ergo poſſet ſpecies prædicari de dif-
par. 18. ferentiis, niſi forte per accidens. Similiter etiam nec genus per ſe ſumptum poteſt prædicari de differentia prædicatione per ſe. Non enim genus ponitur in diffinitione differentiæ, quia differentia non partici-
Cap. 3. pat genus, vt dicitur in 4. Topicorum. Nec etiam differentia ponitur in diffinitione generis: ergo nullo
parte 19. modo per ſe genus prædicatur de differentia. Prædicatur tamen de eo quod [habet differentiam] i. de ſpecie, quę habet differentiam in actu. Et ideo dicit, quòd de propriis differentiis generis nō prædicatur ſpecies, nec genus ſine ſpeciebus: quia ſ. genus prędicatur de differentiis ſecundū quòd ſunt in ſpeciebus. Nulla autem differentia poteſt accipi, de qua non prædicetur ens & vnū, quia quælibet differentia cuiuslibet generis eſt ens, & eſt una, alioquin non poſſet conſtituere unam aliquam ſpeciem entis; ergo impoſſibile eſt, quòd vnum & ens ſint genera.

Quare, ſi vnum genus, aut ens, nulla differentia, neque vnum neque ens erit. Sed ſi non genera, nec principia erunt, ſi principia genera.

l Amplius autem quæ ſunt intermedia, & coaccepta cum differentijs erunt genera vſque ad indiuidua. nunc autem hęc quidem videntur, illa autem nō videntur. Adhuc magis differētiæ ſunt principia, quàm genera. & ſi hę ſunt principia, infinita, vt ita dicatur, erunt principia. aliter & ſi primum quidē genus principium ponat.

m At vero etſi magis principiū ſpeciale ſit vnum: vnum autem indiuiſibile: indiuiſibile vero omne ſiue ſecundum quantitatem, ſiue ſecundum ſpeciem, & prius quod eſt ſecundum ſpeciem: genera vero diuiſibilia in ſpecies: magis vtique erit vnum vltimū prædicatum. nō enim eſt genus homo aliquorum hominum.

n Amplius in quibus & prius & poſterius eſt, non eſt poſſibile in his aliquid eſſe præter ea. vt, ſi prima numerorum eſt dualitas, non erit numerus aliquis præter ſpeciem numerorum. ſimiliter autem nec figura aliqua, præter ſpecies figurarum. ſi autem non horum, ſchola, ideſt interpretatio, aliorū genera erūt præter ſpecies. Horum enim maxime videntur eſſe genera. In indiuiduis vero non hoc eſt primum & aliud poſterius.

genus eſt, nulla differentia, nec unum, nec ens erit. at ſi non genera, nec principia erunt; ſiquidem genera principia ſunt.

Item etiam media cum differentijs collecta, erunt genera uſque ad indiuidua. nunc autem quædam uidentur, quędam uero non uidentur. Et ad hæc, differentię magis principia, quam genera. ſi igitur iſtæ etiam principia, infinita (ut ita dicam) principia ſiunt, & maxime ſi quis primum genus principium ponat.

At uero & ſi principalis ſpecies magis ipſum unum eſt: unum autem eſt quod indiuiſibile eſt: omne uero indiuiſibile, aut ſecundum quantum, aut ſecundum ſpeciem, prius autem, quod ſecundum ſpeciem eſt; genera autem magis diuiſibilia in ſpecies; unum erit profecto, quod ultimo prędicatur. non enim eſt homo, genus ſingularium hominum.

Item in quibus prius, & poſterius eſt, non eſt poſſibile, quod de his dicitur, aliquid preter hęc eſſe. Vt puta ſi dualitas numerorum eſt prima, non erit aliquis numerus, præter ſpecies numerorum. ſimiliter neque figurę præter ſpecies figurarum. Quod ſi non horū, multo minus aliorum erunt genera pręter ſpecies. horum enim, maxime uidentur genera eſſe; in indiuiduis uero nō eſt hoc quidem prius, illud uero poſterius.

l ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis eſt; Si genera dicuntur principia, quia ſunt communia & prædicantur de pluribus, oportebit quod omnia, quæ pari ratione erunt principia, quia ſunt communia & prædicata de pluribus, ſint genera. Sed omnia, quæ ſunt media inter prima genera, & indiuidua, quæ ſcilicet ſunt coaccepta cum differentiis aliquibus, ſunt communia prædicata de pluribus: ergo ſunt principia & ſunt genera; quod patet eſſe falſum. Quædam enim eorum ſunt genera, ſicut ſpecies ſubalternę, quędam uero non ſunt genera ſicut ſpecies ſpecialiſſimæ. Non ergo verum eſt, quod prima genera ſiue communia, ſint principia prima. Præterea, Si prima genera ſunt principia, quia ſunt principia cognitionis ſpecierum, multo magis differentiæ ſunt principia, quia differentiæ ſunt principia formalia ſpecierum. Forma autem, & actus eſt maxime principium cognoſcendi. Sed differentias eſſe principia rerum eſt inconueniens: quia ſecundum hoc erunt quaſi infinita principia. Sunt enim, vt ita dicatur, infinitæ rerum differentiæ, non quidem infinitæ ſecundum rerum naturam, ſed quo ad nos. Et quod ſint infinitæ patet dupliciter. vno modo ſi quis conſideret multitudinem, ipſarum differentiarum ſecundum ſe. alio modo, ſi quis accipiat primum genus quaſi primum princi-

A pium. Manifeſtum enim eſt, quod ſub eo continentur innumerabiles differentiæ. non ergo prima genera ſunt principia. Deinde cum dicit.

m ¶ Oſtendit, quòd ſpecies ſpecialiſſimæ ſunt magis principia, quàm genera. & ponit tres rationes, quarum prima talis eſt. Vnum ſecundum. Platonicus maxime vt habet [ſpeciem] i. rationem principii, unum uero habet ronē indiuiſibilitatis, quia unum nihil eſt aliud quàm ens indiuiſū. Dupliciter eſt autem aliquid indiuiſibile. ſ. ſecundum quantitatem, & ſecūdum ſpeciem. ſecundū quantitatem quidem, ſicut punctus & unitas, & hoc indiuiſibile opponitur diuiſioni quantitatis. Secundum ſpeciem autem ſicut quòd non diuidit in multas ſpecies. Sed inter hæc duo indiuiſibilia prius & principalius eſt, quod eſt indiuiſibile ſecūdum ſpeciem, ſicut & ſpecies rei eſt prior quam quantitas eius: ergo illud, quod eſt indiuiſibile ſecundum ſpeciē, eſt magis principiū eo, quod eſt indiuiſibile ſecundum quantitatem.
par. 18.

Et quidem quoad quantitatis numerabilis diuiſionem, uidetur eſſe magis indiuiſibile genus; quia multarum ſpecierū eſt unum genus, ſed ſecundum diuiſionē ſpeciei magis eſt indiuiſibilis una ſpecies. Genera enim diuiduntur in ſpecies. Et ſic ultimum prædicatum de pluribus, quod non eſt genus, plurium ſpecierum, ſ. ſpecialiſſima, eſt magis unum ſecundum ſpeciem quam genus. Sicut homo & quælibet alia ſpecies ſpecialiſſima non eſt genus aliquorum hominum. Eſt ergo magis principiū ſpecies quam genus.

n ¶ Secundam rationem ponit quæ procedit ex quadam poſitione Platonis, qui ſ. quū aliquid unum de pluribus prædicatur, non ſecundum prius & poſterius, poſuit illud vnū ſeparatum,
E ſicut hoiem præter oēs homines: quū uero aliquid prædicatur de plurib. ſecundum prius & poſterius, non ponebat illud ſeparatum. Et hoc eſt quod dicit, quòd [in quibus prius & poſterius eſt] i. quū unum eorum, de quib aliquod cōe prædicatur, eſt altero prius, nō eſt poſſibile in his aliquid eſſe ſeparatum, præter hæc multa, de quibus prædicatur. Sicut, ſi numeri ſe habent ſecundum ordinem, ita quòd dualitas eſt prius ſpecies numerorum, non inuenitur idea numeri præter omnes ſpecies numerorum. Eadem ratione non inuenitur figura ſeparata, præter omnes ſpecies figurarum. Et huius ratio eſſe poteſt, quia ideo aliquod commune ponitur ſeparatum, ut ſit quoddam primum, quod omnia alia participent. Si igitur unum de multis ſit primum, quo omnia alia participent, non oportet ponere aliquod ſeparatum, quod omnia participent.

Sed talia uidentur omnia genera, quia omnes ſpecies generum inueniuntur differre ſecundum perfectius & minus perfectum, & per conſequens, ſecundum prius & poſterius ſecundum naturam; Si igitur eorum, quorum unum eſt prius altero, non eſt accipere aliquid commune ſeparatum, ſi genus præter ſpecies

inueniatur, erunt [ſchola aliorum] ideſt erit eorum alia doctrina & regula, & non ſaluabitur in eis prędicta regula. Sed manifeſtum eſt, quod inter indiuidua unius ſpeciei, non eſt unum primum & aliud poſterius ſecundum naturam, ſed ſolum tempore. Et ita ſpecies ſecundum ſcholam Platonis eſt aliquid ſeparatum. Cum igitur communia ſint principia, inquantum ſunt ſeparata, ſequitur, quod ſit magis principium ſpecies quàm genus.

par.14. o ¶ Tertiam rationem ponit, quæ ſumitur ex meliori & peiori: quia in quibuſcunque inuenit unum alio melius, ſemper illud, quod eſt melius, eſt prius ſecundum naturam ſed horum, quæ ſic ſe habent, non poteſt poni unum genus commune ſeparatum, ergo eorum, quorum unum eſt melius, & aliud peius, non poteſt poni unum genus ſeparatum. & ſic redit in idem quod prius. Hæc enim ratio inducitur quaſi confirmatio præcedentis ad oſtendendum, quod in ſpeciebus cuiuslibet generis inuenitur prius & poſterius. Et ex tribus his rationibus concludit propoſitum, ſcilicet quod ſpecies ſpecialiſſimæ, quæ immediate de indiuiduis prędicantur, magis uidentur eſſe principia quam genera. Ponitur enim genitiuus generum, loco ablatiui more grecorum.

Vnde litera Boetii planior eſt, quæ expreſſe concludit huiuſmodi prædicata magis eſſe principia quam genera. Deinde cum dicit.

o Amplius autem ubi hoc quidem melius, illud autem uilius, ſemper quod eſt melius, prius. Quare nihil horum erit genus. Ex his igitur magis uidentur quæ de indiuiduis ſunt prædicata, eſſe generum principia.

p Iterum autem quomodo oportet ſuſcipere principia, dicere facile non eſt. Principium enim & cauſam oportet eſſe pręter res quarum eſt principium, & poſſibile ab eis ſeparatum eſſe. Tale uero aliquid prętet ſingularia eſſe, quare aliquis ſuſcipit, niſi quia uniuerſaliter & de omnibus prędicatur? Sed, ſi propter hoc, magis uniuerſalia, magis ponenda ſunt principia. Quare principia erunt genera prima.

LECTIO IX:

EST autem habita his dubitatio & omnium difficillima & ad conſiderandum maxime neceſſaria, de qua ratio nunc exiſtit.

b Nam ſi non eſt aliqd prӕter ſingularia vero infinita, quomodo accipere cõtingit ſcientiam? Nam in quantum unum aliqd & idem, & inquantum uniuerſale aliqd eſt, intantum omnia cognoſcimus.

c At uero, ſi hoc eſt neceſſe, & oportet aliquid eſſe prętet ſingularia erit neceſſe eſſe genera prӕter ſingularia, aut vltima, aut prima, hoc autem, quia impoſſibile, nunc dubitauimus.

par.15. p ¶ Obiicit in contrarium tali ratione. Principium, & cauſa eſt prӕter res, quarum eſt principium & cauſa, & poſſibile eſt ab eis eſſe ſeparatum. Et hoc ideo quia nihil eſt cauſa ſuipſius. Et loquitur hic de principijs & cauſis extrinſecis, quæ ſunt cauſæ totius rei. Sed aliquid eſſe prӕter ſingularia non ponitur, niſi quia eſt commune & uniuerſaliter de omnib. prӕdicatum: ergo quanto aliquid eſt magis uniuerſale, tanto magis eſt ſeparatum. & magis debet poni principium. Sed genera prima ſunt maxime uniuerſalia. ergo genera prima ſunt maxime principia. Harum autem quęſtionum ſolutio innuitur ex hac ultima ratione. Secundum hoc enim genera uel ſpecies uniuerſalia principia ponebantur, inquantum ponebantur ſeparata. Quod autem non ſint ſeparata, & per ſe ſubſiſtentia oſtendetur in ſeptimo huius. Vnde, & Commentator in octauo oſtendet, quod principia rerum ſunt materia & forma, ad quorum ſimilitudinem ſe habent genus, & ſpecies. Nam genus ſumitur a materia, differentia uero a forma, ut in eodem libro manifeſtabitur.

Vnde, cum forma ſit magis principium quam materia, ſecundum hoc etiam erunt ſpecies magis principia quam genera. Quod uero contra obiicitur ex hoc, quod genera ſunt principia cognoſcendi ſpeciem, & diffinitiones ipſius, eodem modo ſoluitur ſicut, & de ſeparatione. Quia

F enim ſeparatim accipitur a rõne genus ſine ſpẽbus, eſt principium in cognoſcendo. & eodem modo eſſet principium in eſſendo ſi haberet eſſe ſeparatum.

LECTIO IX.

a POſtquam Philoſophus diſputauit quęſtionem de uniuerſalibus, utrum ſint principia, hic conſequenter mouet quæſtionem de ſeparatis, utrum. ſ. aliquid ſit ſeparatum a ſenſibilibus, quod ſit eorum principium. Et circa hoc pertractat duas quæſtiones. quarum prima eſt, An uniuerſalia ſint ſeparata a ſingularibus. Secunda eſt, an ſit aliquid formale ſeparatum ab his, quæ ſunt compoſita ex materia & forma, ibi. [Amplius autem ſi quã maxime &c.] Circa primum tria facit. Primo deſcribit dubitationem. Secundo obijcit ad unam partem, ibi. [Nã ſi non eſt &c.] Tertio obijcit ad partem aliam, ibi. [At uero &c.] Eſt ergo hæc dubitatio de eo, quod tactum eſt in ultima ratione pcedentis quęſtionis, utrum ſcilicet uniuerſale ſit ſeparatũ a ſingularibus, ſicut præmiſſa ratio ſupponebat. Et hoc eſt quod dicit. [De quo ratio nunc exiſtit,] ideſt de quo immediate præcedens ratio præceſſit. De hac autem dubitatione ita dicit, primo quod [eſt habita,] ideſt conſequenter ſe habens ad pręmiſſa, quia ſicut iam dictum eſt, ex hoc dependet conſideratio præcedentis quęſtionis. Nam, ſi uniuerſalia non ſunt ſeparata, nõ ſunt principia, ſi autem ſunt ſeparata, ſunt principia. Secundo dicit de ea, quod eſt difficillima omnium dubitationum huius ſcientiæ. Quod oſtenditur ex hoc, quod eminẽtiſſimi Philoſophi de ea diuerſimode ſenſerunt. Nam Platonici poſuerunt uniuerſalia eſſe ſeparata, aliis Philoſophis contra ponentibus. Tertio dicit de ea, quod eſt maxime neceſſaria ad conſiderandum, quia. ſ. ex ea dependet tota cognitio ſubſtantiarũ, tam ſenſibiliũ quam immaterialiũ. Deinde cũ dicit. Tex. cõ. 18. par.1.

Item ubicunque hoc quidem melius, hoc uero deterius eſt, ſemper prius eſt, quod melius eſt. quare nihil horum genus eſſet. Ex his itaque magis apparent, quæ de indiuiduis prædicantur quam genera, eſſe principia.

G *Rurſus tamen quomodo oporteat iſta exiſtimare principia, non eſt facile dictu. Principium enim, & cauſam eſſe oportet præter res, quarum principium eſt, & poſſe eſſe ſeparatum ab eis, Tale quid autem eſſe præter ſingulare cur quiſquam opinaretur, niſi quoniam uniuerſaliter, & de omnib. prędicatur? At ſi propter hoc, quę magis uniuerſalia ſunt, magis ponenda principia ſunt. quare prima genera utique principia ſint.*

H

LECTIO IX.

EST autem conſequens his, & ad ſpeculandum omnium difficillima, maximeque neceſſaria dubitatio, de qua præſens ſit ſermo.

Si etenim non eſt quicquam pręter ſingularia, ſingularia uero infinita ſũt, quomodo poſſibile eſt infinitorum habere ſciẽtiam, quatenus enim unum quid, & idem, & quatenus uniuerſale quid eſt, eatenus omnia cognoſcimus.

I *At ſi hoc neceſſe eſt, & oportet aliquid pręter ſingularia eſſe, neceſſe erit, ut genera, aut ultima, aut prima, ſint pręter ſingularia. hoc autem quod impoſſibile ſit, paulo ante dubitauimus.*

K q ¶ Obiicit ad oſtendendum quod uniuerſalia ſint ſeparata a ſingularibus, ſingularia. n. ſunt infinita: Infinita autem cognoſci nõ poſſunt. Vnde ſingularia omnia cognoſci non poſſunt, niſi inquantum reducuntur ad aliquid unum, quod eſt uniuerſale. Sic igitur ſcientia de rebus ſingularibus non habetur, niſi inquantum ſciuntur uniuerſalia. Sed ſcia nõ eſt niſi verorũ & entiũ, ergo uniuerſalia ſũt aliqua p ſe exñtia pter ſingularia. Deinde cũ dicit. part. 2.

c ¶ Obiicit in contrarium hoc modo. Si neceſſe eſt uniuerſalia eſſe aliquid prӕter ſingularia, oportet, quod genera ſint prӕter ſingularia, uel prima generum, uel etiam ultima, quæ ſunt immediate ante ſingularia: ſed hoc eſt impoſſibile, ut ex præcedenti dubitatione patet: ergo uniuerſalia non ſunt a ſingularibus ſeparata. Hanc autem dubitationem ſoluit Philoſophus in vij. huius, ubi oſtendit multipliciter uniuerſalia non eſſe ſubſtantias per ſe ſubſiſtentes. Nec oportet, ſicut multotiens dictum eſt, quod aliquid eundem modum eſſendi habeat in rebus, per quem modum ab intellectu ſcientis comprehenditur. part. 3. Lec. 13.14. Tex. cõ. 45. & inde.

Nam

Nam intellectus immaterialiter cognoſcit materialia, & ſimiliter naturas rerum, quæ ſingulariter in rebus exiſtunt, intellectus cognoſcit uniuerſaliter, id eſt abſque conſideratione principiorum & accidentium indiuidualium. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequitur de alia quæſtione: vtrũ ſcilicet aliquid ſit ſeparatum a compoſitis ex materia, & forma, & circa hoc duo facit. Primo mouet quæſtionem: ſecundo proſequitur eã, ibi [Si igiť &c.] Circa primum conſiderãdum eſt, quod primo mouet quæſtionem, utrum vniuerſale ſit ſeparatũ a ſingularibus. Contingit autem aliquod ſingulare eſſe compoſitum ex materia & forma, non tamẽ omne ſingulare ex materia, & forma eſt compoſitũ, nec ſecundum rei ueritatem: quia ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt quædã particulares ſubſtantiæ, quia per ſe ſtãtes, & per ſe operantes; nec etiam ſecundum opin. Platonicorum, qui ponebant etiam in mathematicis ſeparatis eſſe quædam particularia, ponendo plura ex eis in vna ſpecie. Et quamuis dubitari poſſit: vtrũ etiã in his, quæ non ſunt compoſita ex materia, & forma, ſit aliquid ſeparatum, ſicut uniuerſale a ſingulari, tamen hoc maxime habet dubitationem in rebus compoſitis ex materia, & forma: & ideo dicit, quod maxime eſt dubitabile, vtrum ſit aliquid [præter ſimul totum &c.] id eſt præter rem compoſitam ex materia, & forma. Et quare dicatur ſimul totum compoſitum, exponit ſubdens, vt quando prædicatur aliquid de materia. Ponebat enim Plato, quod ſenſibilis materia participabat uniuerſalia ſeparata, & ex hoc erat, quod uniuerſalia prædicantur de ſingularibus. Et ipſe participationes uniuerſalium formarum in materialibus ſenſibilibus conſtituunt ſimul totum, quaſi uniuerſalis forma per modum participationis cuiuſdam ſit de materia prædicata. In his autem quæſtionẽ trimembrem proponit, vtrum ſ. præter omnia huiuſmodi ſit aliquid ſeparatum, aut præter quædam eorum, & non præter alia, aut præter nihil eorum. Deinde cum dicit.

part. 4. part. ſeq. Hęc ẽ qõ. 6. ſuperius in dicta ex parte cõſiderãtorum. & ſoluitur partim in 12 lect. 6. partim uero in 8. lec. 7. part. 5. part. 6. part. 7. part. 8. part. 9.

d Amplius autem, ſi quam maxime eſt aliquid pręter ſimul totum, quando prędicatur aliquid de materia, utrum ſi eſt aliquid præter omnia, oportet aliquid eſſe, aut præter quędam eſſe, & præter quædam non eſſe, aut pręter nihil.

e Si igitur nihil eſt pręter ſingularia, nihil eſt intelligibile, ſed oĩa ſenſibilia, & ſcientia nullius, niſi quis dicat ſenſum eſſe ſcientiã.

f Amplius autẽ neque ſempiternum eſt aliquid nec immobile. nam ſenſibilia omnia corrũpuntur & in motu ſunt.

g At vero, ſi ſempiternum nihil eſt, nec generationem poſſibile eſt eſſe. Neceſſe enim eſt aliquid eſſe quod factum eſt, & ex quo fit, & horum ultimũ ingenitum ſiſtat, & ex non ente generari impoſſibile.

h Amplius autem, cum ſit generatio & motus, finem eſſe neceſſe eſt. Motus. n. nullus eſt infinitus, ſed omnis eſt finitus. Generarique impoſſibile, quod eſt impoſſibile factum eſſe. Quod autem generatũ, eſt eſſe neceſſe eſt, quando primum factum eſt.

i Amplius autem, ſi materia eſt, quia eſt ingenita, multo rationabilius eſt eſſe ſubſtantiã, quando

c ¶ Proſequitur prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo obiicit contra hoc, quod poni poſſet, nihil ſeparatum eſſe ab his, quæ ſunt compoſita ex materia, & forma. Secundo, obiicit ad oppoſitum, ibi [Sed ſi hoc &c.] Circa primũ obiicit duplici via. Primo quidem ex hoc, quod ea, quæ ſunt compoſita ex materia, & forma, ſunt ſenſibilia: unde proponit quod ea, quæ ſunt compoſita ex materia, & forma, ſunt ſingularia. Singularia autem non ſunt intelligibilia, ſed ſenſibilia. Si igitur nihil eſt præter ſingularium compoſita ex materia & forma, nihil erit intelligibile, ſed omnia entia erunt ſenſibilia: Scientia autem non eſt niſi intelligibilium: ergo ſequitur, quod nullius rei ſit ſcientia, niſi aliquis dicat, quod ſenſus, & ſcientia ſunt idem, ut antiqui naturales poſuerunt, ſicut dicitur in primo de Anima. Vtrunque autem horum eſt inconueniens, ſcilicet, uel quod non ſit ſcientia, uel quod ſcientia ſit ſenſus: ergo & primum eſt inconueniens, ſcilicet quod nihil ſit præter ſingularia compoſita ex materia & forma. Secundo obiicit ex hoc, quod compoſita ex materia, & forma ſunt mobilia.

10. par. 10. Lect. 5. Tex. cõ. 12.

A f ¶ Inducit talem rationem. Omnia ſenſibilia compoſita ex materia, & forma corrumpuntur & in motu ſunt: Si igitur nihil ſit præter huiuſmodi entia, ſequitur, ꝙ nihil ſit ſempiternum, nec immobile. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit eſſe inconueniens. ſ. ꝙ nihil ſit ſempiternum & immobile. & primo ex parte materiæ. Secundo ex parte formę, ibi [Amplius autem cum ſit &c.] Dicit ergo primo, qđ ſi nihil eſt ſempiternum, non eſt poſſibile eſſe generationem alicuius rei. Et hoc probat ſic, quia in omni generatione, neceſſe eſt eſſe aliquid, ꝙ fit: & aliqđ, ex quo fit. ſi ergo id, ex quo fit aliquid, iterum generatur, oportet, quod ex aliquo generetur. aut ergo neceſſe eſt, ꝙ in infinitum procedatur in materiis, aut ꝙ ſiſtet proceſſus in aliquo primo. quod ſit aliqđ primum materiale principium non generatum: niſi forte dicatur, ꝙ generet ex non ente, quod eſt impoſſibile: ſi autem in infinitum procederetur, nunquam poſſet compleri generatio, quia infinita non eſt trãſire. ergo vel oportet ponere aliquid ingenitum materiale principium, aut impoſſibile eſt eſſe aliquam generationem. Deinde cũ dicit.

part. ſeq.

Item, ſi quam maxime aliquid pręter totum, cum quicquam de materia prædicetur, utrum ſi aliqua ſpecies eſt pręter omnia eſſe aliquid oporteat, an præter aliqua eſſe, & pręter aliqua non eſſe, an pręter nullum?

B *Si igitur nihil præter ſingularia eſt, nihil intelligibile erit, ſed omnia ſenſibilia, & ſcientia nullius erit, niſi quis ſenſum dicat ſcientiam eſſe.*

Item nihil eſſet ſempiternum, nec immobile. ſenſibilia enim omnia corrumpuntur, & in motu ſunt.

At, ſi nihil eſt ſempiternum, neque generationem eſſe poſſibile eſt. neceſſe eſt enim aliquid eſſe id. quod fit, & ex quo fit, & ultimum horum ingenitum eſſe; ſiquidem ſtat, & ex non C *ente fieri impoſſibile eſt.*

Item generatione & motu exiſtente, neceſſe eſt, ut finis etiam ſit. nec enim infinitus eſt aliquis motus, ſed cuiuſque eſt finis. & fieri non eſt poſſibile, quod factum eſſe impoſſibile ſit. quod autem factum eſt, neceſſe eſt ut ſit, cum primo factum eſt.

Item, ſi materia eſt, propterea quod ingenita eſt, multo magis rationabile eſt ipſam ſubſtantiam eſſe, cũ

h ¶ Oſtendit idem ex parte cauſæ formalis. & ponit duas rõnes, quarum prima talis eſt. Omnis generatio, & motus neceſſe eſt, quod habeat aliquem finem. Et hoc probat, quia nullus motus eſt infinitus, ſed cuiuslibet motus eſt aliquis finis. Hoc autem planum eſt in illis motibus, qui finiuntur in ſuis terminis. Sed uidetur habere inſtantiam in motu circulari, qui põt eſſe perpetuus & infinitus, ut probatur in 8. Phyſic. Et quamuis ſuppoſita ſempiternitate motus, tota continuitas circularis motus ſit infinita, ſecundum ꝙ circulatio ſuccedit circulationi, tamen qualibet circulatio ſecundum ſpeciem ſuam, completa & finita eſt. Quod autem ei ſuccedat alia circulatio, hoc accidit quantum ad circulationis ſpẽm. Et quod dixerat de motu vniuerſaliter, ſpecialiter oſtendit de generatione. Non .n. poteſt eſſe aliqua generatio vna infinita, quia non poteſt aliqđ generari, quod impoſſibile eſt peruenire ad finem generationis, cuius finis eſt factum eſſe. Et quod factum eſſe ſit terminus generationis, ex hoc patet. quia quod generatum eſt, neceſſe eſt eſſe, [Quando poſt factũ eſt]. i. quando primo terminatur generatio eius. Oportet igitur, ꝙ cum forma, ſecundum quam aliquid eſt, ſit terminus generationis. ꝙ non ſit procedere in infinitum in formis ſed ꝙ ſit aliqua forma vltima, cuius non ſit aliqua generatio. Omnis generationis finis eſt forma, ut dictũ eſt. Et ſic videtur, ꝙ ſicut materiam ex qua aliquid generatur, oportet eſſe ingenitam, ex eo ꝙ non proceditur in infinitum, ita etiam ꝙ formam aliquam oportet eſſe ingenitam, ex hoc ꝙ in infinitum non procedatur in formis. Tex. cõ. 10.

i ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis eſt. Si materia aliqua eſt prima, quia eſt ingenita, multo rationabilius eſt, quod ſit ſubſtantia, id eſt forma ingenita, cum per formam res habeat eſſe: materia vero magis ſit ſubiectum generationis, & tranſmutationis. Si vero neutrum eorum ſit ingenitum, nihil omnino erit ingenitum, cum omne quod eſt, pertineat ad rationem

materiæ, vel formæ, uel ſit compoſitum ex vtroque. Hoc autem eſt impoſſibile, vt nihil ſit ingenitum, ſicut probatum eſt. Ergo relinquitur, quod neceſſe eſt aliquid eſſe [præter ſynolon] i. ſimul totum, i. præter ſingula compoſitum ex materia, & forma. Et hoc dico aliquid, quod ſit forma, & ſpecies. Materia. n. per ſe non poteſt eſſe ſeparata a ſingularib. quia non habet eſſe niſi per aliud. De forma uero hoc magis uidetur, per quam eſt eſſe rerũ. Deinde cum dicit.

part. 10. K ¶ Obiicit in contrariũ. Si n. aliquis ponat aliquã formã eſſe ſeparatã præter ſingularia cõpoſita ex materia & forma, erit dubitatio, in quibus hoc ſit ponẽdum, & in quib. nõ. Manifeſtum. n. eſt, quod hoc nõ eſt ponendum in omnib. præcipue in artificialibus. Non. n. eſt poſſibile, quod ſit aliqua domus, præter hãc domum ſenſibilem compoſitam ex materia, & forma. Hanc autem dubitationem ſoluit Ariſt. partim quidẽ in 12. huius, vbi oſtendit eſſe quaſdã ſubſtantias a ſenſibilib. ſeparatas, quę ſunt ſecũdum ſeipſas intelligibiles: partim uero in ſeptimo huius, ubi oſtendit formas & ſpecies rerũ ſenſibilium non eſſe a materia ſeparatas, nõ tamen ſequitur, quod de rebus ſenſibilibus nõ poſſit haberi ſcientia,

Te. com. 13. part. 5.

part. 2.

Tex. cõ. 14. Tex. cõ. 31.

part. 3.

Tex. cõ. 24. part. 4. Hec fuit 7. q. ſupra mota ex parte cõſideratorũ, & ſoluitur in 12.

Tex. cõ. 19. part. ſeq. Lect. 6.

hęc aliquando ſit eſſe. nam ſi nec hæc erit, nec illa nihil erit omnino: ſed, ſi hoc eſt impoſſibile, neceſſe eſt aliquid eſſe præter ſynolon, ſcilicet formam & ſpeciem.

K Sed ſi hoc iterum quis ponit, dubitatio eſt, in quibus hoc ponet, & in quibus non. Nam quia in omnib. non exiſtimatur, manifeſtum. non enim ponemus domum aliquam, pręter domos aliquas.

F *illa exiſtat, ut hæc ſit. Si enim nec hæc erit: nec illa, nihil erit omnino: quod ſi hoc impoſſibile eſt, neceſſe eſt ut forma, et ſpecies aliquid præter totum ſit.*

G *Si autem rurſus hoc aliquis ponet, dubium eſt de quibus hoc ponet, & de quibus non. quod enim de omnib. non eſt poſſibile, patet. non enim ponemus aliquam eſſe domum præter domos ſingulares.*

LECTIO X.

a ADhuc autem utrum ſubſtãtiam una eſt omnium, ut hominum.

b Sed impoſſibile eſt. Non enim unum omnia, quorum ſubſtantia una, ſed multa & differentia. Sed hoc extra rationem eſt.

c Simul autem & quõ ſit materia horum ſingulum. & ſynolõ.

d Amplius autem & de principiis hoc dubitabit aliquis. Nam, ſi ſpecies ſunt unũ, nihil erit numero unum, nec unum iterum unum ipſum, & ens. Et ſcire quo modo erit, niſi quid unum fuerit in omnibus?

LECTIO X.

ET ad hæc, utrum una erit omniũ ſubſtantia, ut puta hominum.

H *Sed abſurdum eſt. non enim unum eſſent omnia, quorum ſubſtantia una, ſed multa, atque diuerſa. ſed hoc etiã inconueniens eſt.*

Simul autem quomodo materia unumquodque horum eſt, & eſt totum hæc ambo.

Item de principijs hoc etiam aliqs dubitabit: nam ſi ſpecie ſunt unum, nihil erit numero unum, nec ipſum unũ, & ipſum ens. Ipſumque ſcire quomodo erit, ſi non aliquod unum in omnibus erit?

F ſtentium in una ſpecie, puta hominum. Deinde cum dicit. Hæc quæſtio tangit motiuum 7. q. ſuperius motę ex parte conſideratorum, & ſoluitur in 7. lec. 20. par 2.

b ¶ Obiicit ad vnam partem quæſtionis, i. ad oſtendendum, quod non ſit vna forma omnium exiſtentium in vna ſpecie, & hoc duabus rationibus, quarum prima talis eſt. Ea, quæ sũt in vna ſpecie, ſunt multa, & differentia ſi igitur omnium in vna ſpecie exiſtentium ſit una ſubſtãtia, ſequeretur, quod ea, quorum ſubſtantia eſt vna, ſint multa & differentia: quod eſt irrationabile.

c ¶ Hic ponit ſecũdam rationem, quæ talis eſt: illud, quod eſt in ſe vnum, & indiuiſum, non cõponitur cum aliquo diuiſo ad conſtitutionem ſingulorũ: ſed manifeſtũ eſt, quod materia diuiditur in diuerſis ſingularibus: ſi igitur ſubſtãtia formalis eſſet una & eadem non eſſet aſſignare, quomodo ſingulum horum ſingulorum ſit materia habens talẽ ſubſtãtiam, quę eſt vna, & indiuiſa, ita quod ſingulariter ſit ſimultotum, habens hęc duo, i. materiam, & formam ſubſtantialem, quę eſt una, & indiuiſa. In contrarium autẽ non obiicit. quia rationes, quæ ad ſequẽtem quęſtionem proponuntur, ad oppoſitum pręđictarum rationũ, ſunt etiam illę, quę ſunt propoſitæ ſupra de ſeparatione

I vniuerſalium. Nam, ſi ſit vniuerſale ſeparatum, neceſſe eſt ponere unam numero ſubſtantiam eorum, quæ conueniunt in ſpecie, quia uniuerſale eſt ſubſtantia ſingularium. Huius autem quæſtionis ueritas determinatur in ſeptimo huius, vbi oſtenditur quod quid eſt, i. eſſentiam cuiuslibet rei, non eſſe aliud, quam rem ipſam, niſi per accidens, ut ibi dicetur. Deinde cum dicit. Tex. cõ. 20.

d ¶ Mouet dubitationem de unitate principiorum in communi. Vtrum, ſ. principia rerum ſint eadem numero, uel eadẽ ſpecie, & numero diuerſa. & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad oſtendendum, quod ſint eadem numero, ſecundo ad oppoſitum, [At uero &c.] Circa primum ponit tres rationes. & præmittit dubitationem dicens, quod idem poteſt quæri uniuerſaliter de principiis rerum, quod quæſitum eſt de ſubſtantia, utrum, ſ. principia rerum ſint eadem numero. Et inducit primam rationem ad oſtendendum, quod ſint eadem numero. Nõ enim inuenitur in principiatis, niſi quod ex principijs habent.

K Si igitur in principiis non inueniatur unum numero, ſed ſolum vnum ſpecie, nihil erit in principiatis unum numero, ſed ſolum unum ſpecie. Secunda ratio talis eſt: quia illud, quod eſt ipſum unum, uel ipſum ens oportet, quod ſit unum numero. Dicit autem ipſum unum, uel ipſum ens, unitatem, aut ens abſtractum. ſi igitur principium rerum non ſit unũ numero, ſed ſolum unum ſpecie, ſequetur, quod nihil ſit ipſum unum, & etiam ipſum ens: i. quod ens. & unum non per ſe ſubſiſtãt. Tertia rõ eſt: quia ſcientia habetur de rebus per hoc, quod unum, inuenitur in multis, ſicut homo communis inuenitur in omnibus hominibus.

Non enim eſt ſcientia de ſingularibus, ſed de uno, quod inuenitur in eis. Omnis autem ſcientia, uel cognitio principiatorũ dependet ex cognitione principiorum. Si igitur principia nõ ſunt unum numero, ſed ſolum unũ ſpecie, ſequitur, quod ſcientia non ſit de rebus. Deinde cum dicit.

LECTIO X.

a POſtquam philoſophus inquiſiuit, quæ ſunt principia, & utrum ſint aliqua a materia ſeparata, hic inquirit qualia ſint principia. Et primo inquirit de unitate, & multitudine ipſorum. Secundo inquirit, vtrum ſint in potentia, uel in actu, ibi [His autem affine eſt quærere &c.] Tertio, utrum principia ſint uniuerſalia uel ſingularia, ibi: [Et utrum uniuerſalia ſint &c.] Circa primum duo facit.

Infra le. 15. — Primo inquirit, qualiter principia ſe habeant ad unitatem, Secundo, qualiter ipſum unum ſe habeat ad rationem principij, ibi: [Omnium autem &c.] circa primum tria facit. Primo inquirit ſpecialiter de principio formali, utrum ſit unum omnium exiſtentium in una ſpecie. Secundo inquirit idem de omnibus generaliter principiis, ib: [Amplius autem &c.] Tertio inquirit, utrum eadem ſint principia, aut diuerſa corruptibilium, & incorruptibilium, ibi: [Non minor autem &c. Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad quæſtionem, ibi [Sed impoſſibile &cæt.] Eſt ergo dubitatio, utrum ſit una ſubſtantia, id eſt forma omnium exi-

Ibi par. 4.

Infra le. 12.

Infra par. 4. Lect. eq. part. ſeq.

Obiicit

par.5. e ¶ Obijcit in contrarium tali ratione. Si principia ſunt unum numero, ita quod quodlibet principiorum in ſe conſideratum ſit vnim, non erit dicere de principijs exiſtentium, quod hoc modo ſe habent ſicut principia ſenſibilium. Videmus.n. in ſenſibilibus, quod diuerſorum ſunt diuerſa principia ſecundum numerū, ſed eadē ſecundum ſpeciē, ſicut & eorū, quorum ſūt principia, ſunt diuerſa ſecundum numerū, ſed eadem ſecundū ſpeciē. Sicut uidemus ꝙ diuerſarū ſyllabarum ſecundū numerum, quæ conueniunt in ſpecie, ſūt principia eædem literę ſecundum ſpeciem, ſed non ſecūdum numerum. Si quis autem dicat, quod non eſt ita in principijs entium, ſed omnium entium principia ſunt unum numero, ſequetur, quod nihil ſit in rebus præter elementa: quia quod eſt unum numero, eſt ſingulare. Sic enim appellamus ſingulare, quod eſt unū numero, ſicut uniuerſale, quod eſt unum in multis. Tex.cō.19. Quod autem eſt ſingulare, non multiplicatur nec inuenitur niſi ſingulariter. Si igitur ponatur quod omnium ſyllabarum eſſēt principia eædem literæ numero, ſequeretur quod illę literæ nūquam poſſent multiplicari, ut.ſ.eſſent duo, aut plura. & ſic non poſſet ſeorſum inueniri in ſyllaba iſta, ba, uel da. & eadem ratio eſt de alijs literis. Pari igitur ratione, ſi omnium entiū ſint principia eadē numero, ſequeretur quod nihil ſit præter principia. quod uidetur inconueniens. quia, cūm principiū alicuius ſit, non erit principium niſi ſit aliquid præter ipſum. Hæc autem quęſtio ſoluetur in xij. Ibi enim, oſtendetur, quod principia, quæ ſunt intrinſeca reb.ſ. materia & forma, uel priuatio, non ſunt eadem numero omnium, ſed analogia ſiue proportione. Principia autem ſeparata.ſ. ſubſtantiæ intellectuales, quarum ſuprema eſt Deus, ſunt unum numero unaquęque ſm ſeipſam. Id aūt, quod eſt ipſum unum & ens, Deus eſt, & ab ipſo deriuatur unitas ſm numerum in rebus omnibus. Scientia autem eſt de his, non quia ſint unum numero in omnibus, ſed quia eſt unum in multis ſecūdum rationem. Ratio autem, quæ eſt ad oppoſitum, uerificatur in principiis eſſentialibus, nō autem in principiis ſeparatis, cuiuſmodi ſunt agens & finis. Multa enim poſſunt produci ab uno agente uel mouente, & ordinari in unum finem.

e At uero, ſi numero unum & unumquodlibet principiorum, & non quemadmodum in ſenſibilibus, alia aliorum, ut in hac ſyllaba, ba, ſpecie exiſtente, & principia ſpecie eadem. Etenim ea ſunt numero diuerſa. Quod ſi nō ita, ſed quę ſunt entium principia, numero unum ſunt, non erunt pręter elemēta quippiam aliud. Nam dicere numero unū, aut ſingulare, nihil differt. Sic.n. dicimus unumquodque numero unum, uniuerſale uero quod in his eſt. Vt ſi uocis elemēta numero eſſent determinata, tot literas eſſe neceſſe eſſet, quot elementa, duobus quidem eiſdem non exiſtentibus, nec pluribus.

At uero ſi unum numero, quodque principiorum unum, & non, ut in ſenſibilibus, alia aliorum, utpute huius ſyllabę cum ſpecie ſit eadem, etiam principia ſpecie eadem ſunt. etenim hęc numero alia ſunt. Quod ſi non ita, ſed principia entium numero ſunt unum, non erit præter elementa aliquid B *aliud. numero enim unum dicere, aut ſingulare, nil differt. ita enim ſingulare dicimus, quod unum numero eſt: uniuerſale uero, quod in his. quemadmodum ſi uocis elementa, eo quod unum numero eſt, determinata eſſent, neceſſe eſſet tot omnes literas eſſe, quot elementa, cum non eſſent duo, aut plura eadem.*

LECTIO XI.

Non autem minor dubitatio modernis & prioribus relinquitur, utrum eadem corruptibilium & incorruptibilium ſint principia, aut diuerſa.

b Nam, ſi eadem ſunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia; illa uero corruptibilia, & propter quam cauſam.

c Qui quidem igitur circa Heſiodum. & omnes qui theologi erant, ſolum apud ipſos perſuaſionem curauerunt, nos autem neglexerunt. Deos autem facientes principia. & ex deis eſſe facta, quæ non guſtauerunt nectar & manna, mortalia facta eſſe dicunt.

LECTIO XI.

C *Nihilo autem minor dubitatio, & a pręſentibus & a prioribus prætermiſſa eſt, utrum eadem corruptibilium & incorruptibilium principia ſint, an diuerſa.*

Si enim eadem ſunt, quomodo hęc quidem incorruptibilia, hæc uero corruptibilia ſunt, & propter quam cauſam?

D *Quicunque igitur circa tempora Heſiodi fuerunt, & cuncti Theologi, ſolum quo ad ſibi perſuaderent, curæ habuerunt, nos autem contempſerunt. Cum enim principia Deos facerent, & ex Dijs fuiſſe dicerent, quæcunque non guſtauerunt nectar, & ambroſiam, mortalia dicunt fuiſſe.*

LECTIO XI.

T.com.15. par.prima. Poſtquam philoſophus inquiſiuit uniuerſaliter, utrum principia ſint eadem numero omnia, quæ ſunt unius ſpeciei, uel eadem ſpecie: hic inquirit, utrum eadem numero ſint principia corruptibilium, & incorruptibilium. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quæſtionem. Secundo A induxit rationem ad oſtendendum, ꝙ non ſunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, ibi. [Nam ſi eadē &c.] Tex.cō.14. par.ſeq. Tertio inducit rōnes ad oſtendendum ꝙ non ſunt diuerſa, ibi. [Si uero diuerſa &c.] Dicit ergo primo, ꝙ quędā dubitatio eſt, quæ non minus relinquitur modernis philoſophis Platonem ſequentibus, q̄ fuit apud antiquos philoſophos, qui etiam dubitauerunt, utrū corruptibilium & incorruptibiliū ſint eadem principia, uel diuerſa. Deinde cum dicit.

parte 2. b ¶ Obiicit ad oſtēdendū, ꝙ nō ſunt eadē principia corruptibiliū, & incorruptibilium. Et circa hoc tria facit. Primo ponit rationē. Secundo improbat ſolutionem poſitæ rationis, quam Poetæ theologi adhibebant, ibi. [Qui quidem &c.] parte ſeq. Tertio excludit ſolutionem, quam adhibebant quidam philoſophi naturales, ibi. [A dicentibus &c.] Dicit ergo, ꝙ ſi ponātur corruptibilium, & incorruptibiliū eſſe eadem principia, cum ex eiſdem principijs idem ſequatur effectus, uī ꝙ oīa uel ſint corruptibilia, uel oīa ſint incorruptibilia. Relinquitur ergo quæſtio, quo quædam ſunt corruptibilia & quędā incorruptibilia. & ꝑpter quam causā. Deinde cum dicit.

Par. 3. parte ſeq. c ¶ Excludit ſolutionē Poetarū theologorū. & primo ponit eorū ſolutionē. Secundo obijcit cōtra prędictam poſitionem, ibi. [Palam ꝙ hæc oīa ſibi nota dicētes &c.] Tertio ſe excuſat a diligentiori improbatione huius poſitionis, ibi. [Sed de fabuloſe &c.] Circa primum conſiderandum eſt, ꝙ apud Gręcos, aut Naturales philoſophos fuerunt quidam ſapientiæ ſtudentes, qui Deis ſe intromiſerunt occultantes ueritatem diuinorum ſub quodam tegmine fabularum, ſicut Or- E pheus, Heſiodus & quidam alij: ſicut etiam Plato occultauit ueritatem philoſophię ſub mathematicis, ut dicit Simplicius in commento prædicamentorum. Dicit ergo, ꝙ ſectatores Heſiodi, & oēs, qui dicebantur theologi, curauerunt perſuadere ſolis ſibi, & nos alios ſpreuerunt: q̄a.ſ. ueritatem quam intellexerūt, taliter tradiderunt, ꝙ eis ſolum potuit eſſe nota. Si.n. per fabulas uerıtas obūbretur, non pōt ſciri q̄d uerū ſub fabula lateat, niſi ab eo, q̄ fabulam confinxerit. Ij igitur Heſio diſtæ, prima rerum principia Deos nominauerunt, & dixerunt, ꝙ illi de numero deorum, qui non guſtauerunt de quodam dulci cibo, qui uocatur nectar, uel manna, facti ſunt mortales: Illi vero, qui guſtauerunt, facti ſunt immortales. Potuit autem ſub hac fabula aliquid ueritatis occulte latere, ut ſcilicet per nectar & manna intelligatur ipſa ſuprema bonitas primi principij. Nam oīs dulcedo dilectionis & amoris ad bonitatē refertur, omne autē bonum a primo bono deriuatur. Potuit ergo eſſe intellectus eorum, ꝙ ex participatione propinqua ſummæ bonitatis aliqua incorruptibilia reddantur, ſicut quę perfecte participant, diuinum eſſe. Quędā uero ꝑp longe diſtare a primo principio

quod eſt non guſtare manna & nectar, non poſſunt perpetuitatem conſeruare ſecundum idem numero, ſed ſecundum idē ſpecie: ſicut dicit philoſophus in 2. de generatione. Sed utrum hoc intenderint occulte tradere, uel aliud ex hoc dicto, plenius percipi non poteſt. Deinde cum dicit.

d Palam, quod hæc omnia ſibi nota dicentes, equidem de allatione harum cauſarum ſuper nos dixerunt. Nam ſi gratia uoluntatis ipſi tāgunt, non eſt cauſa exiſtendi nectar & manna. Si uero eſſendi, quomodo erunt ſempiterni cibo egentes.

e Sed de fabuloſe ſophiſticantibus non eſt dignum cum ſtudio intendere.

f A dicentibus uero per demōſtrationē, oportet ſciſcitari interrogantes, quare ex eiſdē exiſtentia, hæc quidem ſempiterna ſecundum naturam ſunt, illa uero corrumpuntur exiſtentium? Quoniam autem nec cauſam dicunt, nec rōnabile eſt ſic ſe habere, palam ꝙ nec eadem principia, nec cauſæ ipſorum erunt.

g Etenim quā exiſtimabit aliqs utique maxime dicere ipſi conſeſſe Empedocli, eſt & idem paſſus. Ponit.n. quoddā principiū cauſam corruptionis, odium.

h Videbitur autem nihilominus & hoc generare extra unū. Nā omnia ex hoc alia ſunt præter Deum. Dicit ergo, ex quibus omnia, & quæcumque erant, & arbores pululauerant, & uiri & fœminæ, beſtiæque & uultures, & aqua nutriti piſces, & dii longæui. Et præter hęc palam, quia ſi non eſſet in rebus, eſſent unū omnia, ut ait. Nam quando conuenerunt, tunc ultimum omnium ſtabit odium.

part.4. [illegible] d ¶ Obiicit contra dictam poſitionem, & dicit, quod ꝓdicti Heſiodiſtæ quid ſignificare voluerint per iſta nomina nectar & mānna, fuit eis notum, ſed non nobis. Et ideo, quomodo afferantur iſtæ cauſæ ad iſtam quæſtionem ſoluēdam, & ad incorruptionem præſtandam rebus, dixerunt ſupra noſtrū intellectum. Si.n. intelligantur iſta verba ſecundum ꝙ ſonant, nullius efficaciæ eſſe videnť. Dii enim qui guſtauerunt nectar & manna, aut guſtauerunt propter delectationem, aut ꝓpter neceſſitatem eſſendi. his enim de cauſis aliqui ſumunt cibū. Siquidem ſumpſerunt iſta propter delectationē, non poſſunt nectar & manna eſſe eis cauſa exiſtēdi, ita ꝙ per hoc incorruptibiles reddantur: quia delectatio eſt quoddā conſequens ad eſſe. Si autem ꝓpter neceſſitatem eſſendi prædicta ſumpſerint, nō erunt ſemper ſterū cibo indigentes. Videtur ergo, ꝙ corruptibiles exiſtentes prius utiquam cibo indigentes, per cibum facti ſunt incorruptibiles. Qđ iterum videtur inconueniens, quia cibus nō nutrit in ſua ſpecie, niſi corrupt⁹ tranſeat in ſpeciem nutriti. Quod autē eſt corruptibile, non poteſt alij incorruptionem præſtare. Deinde cum dicit.

part.5. e ¶ Excuſat ſe a diligentiori huius opinionis inueſtigatione, & dicit, ꝙ de illis, qui philoſophari voluerunt [fabuloſe] ueritatem, ſ. ſapientię ſub fabulis occultantes, non eſt dignum cum ſtudio intendere; quia ſiquis contra dicta eorum diſputaret, ſecundum quod exterius ſonant, ridiculoſa ſunt. Si uero aliquis velit de his inquirere ſecundum ueritatem fabulis occultatam, immanifeſta eſt. Ex quo accipitur, ꝙ Ariſt. diſputans contra Platonem & alios huiuſmodi, qui tradiderunt ſuam doctrinam occultantes ſub quibuſdam alijs rebus, non diſputat ſecundum veritatem occultam, ſed ſecundum ea, quæ exterius proponuntur. Deinde cum dicit.

par.6. f ¶ Diſputat contra reſponſionem quorundam philoſophorum naturalium; & circa hoc tria facit. Primo recitat rationem. par. ſeq. Secundo ponit reſponſionem, ibi: [Etenim quam exiſtimabit &c.] part.8. Tertio improbat ipſam, ibi: [Videbitur autem &cæt.] Dicit ergo primo, quod prætermiſſis illis qui ſub fabulis ueritatem tradiderunt, oportet a tradentibus veritatem per modum demonſtrationis, inquirere de quæſtione prædicta, ſcilicet ſi ex eiſdem principijs ſunt omnia exiſtentia, quare quædam exiſtentium naturaliter ſunt ſempiterna, quædam vero corrumpantur. Et quia nec ipſi cauſam dicunt, quare hoc ſit, nec rationabile eſt ſic ſe habere, vt ex eiſdem principijs exiſtētium, quædam ſint corruptibilia, quędam ſempiterna: videtur manifeſte ſequi, quod non ſunt eadem principia, nec cauſæ corruptibilium & ſempiternorum.

Manifeſtum autem eſt, quod ſibi ipſis hæc nomina cognita dicentes, tales que afferentes cauſas, ſupra uires noſtras dixerunt. nam, ſi uoluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam ſunt ipſius eſſe cauſa nectar, & ambroſia. ꝙ ſi ipſius eſſet gratia, quomodo eſſet ſempiterni, cum alimento indigerent?

Sed de his, quę fabuloſe & ſophiſtice dicuntur, non eſt dignum accurate conſiderare.

Ab illis uero, qui per demonſtrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cum ex eiſdem ſint, hæc quidem entium ſempiterna natura ſunt, hæc uero corrumpuntur? cum autē neque dicant cauſam, neq; rationabile ſit ita ſe habere, patet quod non ſunt eorum eadem principia neque cauſæ.

Empe. nanque, quem quis maxime ſibiipſi putauerit conſona dicere, is quoq; idem paſſus eſt. ponit enim quoddam principium corruptionis cauſam, contentionem.

Nihilominus tamen & hæc uidebitur generare, præter Deum: dicit. n.

» Ex quibus omnia quę erant, quę ſunt, quæ in poſterum erunt,
» Ac arbores pullularunt, & uiri, ac mulieres.
» Feræ, aliteſque, & piſces in aqua nutriti,
» Ac Dij longæui.

At etiam abſque his patet. nam, ſi nō ineſſet in rebus contentio, unū omnia, ut ait, eſſent. Cū enim conueniant, tunc extima ſtatuitur contentio.

part.7. g ¶ Ponit quandam ſolutionem, & dicit, quod ratio aſſignata circa prædictam dubitationem, quæ maxime videtur eſſe conueniens ad quæſtionem, eſt ꝙ aſſignauit Emped. qui tamē idem paſſus eſt cum alijs: quia ratio, quam aſſignauit, non eſt cōueniens, ſicut nec aliorum, ut oſtendetur. Poſuit enim quædam principia communia corruptibilium & incorruptibilium. Sed poſuit quoddam principium eſſe cauſam ſpecialē corruptionis, ſ. odium elemētorum; ita ſ. quod adiūctio huius cauſæ ad alia principia facit corruptionem in rebus. Deinde cum dicit.

par.8. Infra parte 11. h ¶ Improbat prædictam rationē Emped. & hoc tripliciter. Primo quidem oſtendendo, quod ratio ab eo aſſignata non cōuenit ſuæ poſitioni. Secundo oſtendendo, quod non eſt ſufficiens, ibi: [Similiter quoque ipſius tranſmutationis &c.] Tertio oſtendendo, ꝙ non eſt ad propoſitum, ibi: [Attamen tantum ſolum dicit &c.] Circa primū parte ſeq. par. 10. tria facit. Primo oſtendit ſuam rationem non conuenire alijs eius poſitionibus ex parte odij. Secundo ex parte ipſius Dei, ibi: [Propter qđ &c.] Tertio ex parte amoris, ibi: [Similiter autē nec amor &c.] Dicit ergo primo, quod inconuenienter Emp. d. ponit odium eſſe cauſam corruptionis; quia non minus ſm eius poſitionem u℟ eſſe cā generationis in oībus rebus, niſi in una re tātum. Ponebat. n. omnia alia eſſentialiter compoſita ex odio ſimul cum alijs principijs, niſi ſolus Deus, quem ponebat cōpoſitum eſſe ex alijs principijs præter odium. Deum aūt appellabat cœlum, ſicut ſupradictum eſt in Primo, ꝙ Xenophanes ad totum cœlum reſpiciens, ipſum unum dicit eſſe Deum. Ponebat autem Emped. cœlum eſſe compoſitū ex quatuor elementis & ex amicitia. Non autem ex lite, ſiue ex odio, conſiderans indiſſolubilitatem cœli. Lect. 9. Sed quantum ad alias res dicebat, ꝙ omnia ſunt ex odio quęcunque ſunt, erunt, uel fuerunt, ſicut arbores pululantes, & uiri, & fœminæ, & beſtiæ, quæ ſunt animalia terreſtria. & uultures, quę ſunt uolantia diu uiuentia; & piſces nutriti in aqua, & dij longæui. Videtur autem hos Deos uocare vel ſtellas, quas ponebat quandoque corrūpi, licet poſt longum tempus: uel dæmones, quos ponebant Platonici eſſe animalia aerea. Vel etiam dij, quos ponebant Epicurei in forma humana, ſicut ſupra dictum eſt. Ex hoc ergo, quod omnia animalia, præter unum, ſunt generata ex odio, poteſt haberi quod odium ſit cauſa generationis. Et pręter hoc etiam ex alia ratione. Manifeſtum eſt enim ſecundum poſitionem Empedo. ꝙ ſi non eſſet odium in rebus, omnia eſſent unum. Odium. n. eſt

cauſa

cauſa diſtinctionis ſecundum Emped. Vnde inducit uerba Empe. dicentis, quod quando omnes res in unum conueniunt, ut puta quando fit chaos, tunc ultimum ſtabit odium ſeparans & diſſoluens. Vnde litera Boethii habet. Ea.n. conuenit, tunc ultimum ſcit diſcordiam. Et ſic patet, quod cum eſſe mundi conſiſtat in diſtinctione rerum, odium eſt cauſa generationis mundi. Deinde cum dicit.

par.9. i Ponit ſecundam rationem ſumptam ex parte Dei, & dicit, quod cum Emped. poneret odium non eſſe de compoſitione Dei, accidit ſecundum rationes eius, quod Deus, qui eſt feliciſſimus ſecundum omnium dicta, & per conſequens maxime cognoſcens, ſit minus prudens omnibus aliis cognoſcentibus. Sequetur enim ſecundum poſitionem Empedo. quod non cognoſcat omnia elementa; quia non habet odium, unde non cognoſcit ipſum. Cognoſcit autem ſimile ſimili, ſecundum opinionem Emp. qui dixit, quod per terram cognoſcimus terram, per aquam cognoſcimus aquã [& affectum] idest amorem uel concordiam cognoſcimus [per affectum] i. amorem uel cõcordiam: & ſimiliter [odium per odium] quod eſt triſte, ſiue graue uel malum ſecundum literam Boethii, qui dicit, diſcordiam aũt diſcordia dia malum. Sic igitur patet, quod Ariſt. reputat inconueniens & cõtra quod ponitur Deus feliciſſimus, quod ipſe ignoret aliquid eorũ, quæ nos ſcimus. Sed quia iſta rõ uidebatur eſſe pręter propoſitum, ideo ad principale propoſitũ rediens dicit quod redeundo ad illud, unde prius erat ratio, manifeſtum eſt, quod accidit Emped. quod odium non ſit magis cauſa corruptionis quam exiſtendi. Deinde cum dicit.

par.10. k Ponit tertiã rõnẽ ex parte amoris, & dicit, quod ſimiliter ẽt amor nõ eſt cã generationis uel exiſtendi, ut ipſe ponebat, ſi alia eius poſitio attendatur. Dicebat.n. quod cũm omnia elementa in unum congregabuntur, tunc erit corruptio mũdi. & ſic amor corrumpit omnia. Ergo quantum ad totum mundum amor erat cauſa corruptionis. odium autem generationis. Quantum autem ad ſingulares res, odium erat cauſa corruptionis, & amor generationis. Deinde cum dicit.

par.11. l Oſtendit, quod rõ eius non fuit ſufficiens. Dicebat.n. quandam tranſmutationem eſſe in rebus odii & amicitiæ, ita.ſ. quod amor quandoque omnia uniebat, & poſtmodum omnia odium ſeparabat. Sed cauſam, quare ſic tranſmutabatur, ut quodam tempore dominaretur odium, & alio tempore amor, nullam aliam dicebat, niſi quia ſic aptum natum eſt eſſe. Et ponit conſequenter uerba Empedoclis, quæ, quia in Græco metrice ſcripta ſũt, habent aliquam difficultatem & diuerſitatem a communi modo loquendi.

par.12. m Sunt autem hæc uerba eius [Sed itaque magnum odium in membris nutritum eſt, & ad honorem intendebat perfecto tempore, qui mutabilis diſſoluit ſacramentum.] Litera uero Boethii ſic habet. [Sed cum magna diſcordia in membris

i Propter quod etiam accidit ipſi feliciſſimum Deũ, minus prudẽtem aliis. non enim cognoſcit elementa omnia. Nam odium non habet. Notitia uero ſimilis ſimili. Terram namque, ait, per terram cognoſcimus, & per aquã, aquam, & per affectum, affectũ; & adhuc odium per odium triſte. Sed unde ratio hæc etiam palam, quia accidit ei odium non magis corruptionis quam exiſtendi cauſam.

k Similiter autem nec amor exiſtendi. Colligens enim in unum corrumpit alia.

l Similiter quoque ipſius tranſmutationis cauſam nullam dicit, niſi quia ſic aptum natum fuit, loquitur.

m Sed itaque magnum odium in membris nutritum eſt, & ad honorem intendebat perfecto tempore, qui mutabilis diſſoluit ſacramentum. Quare neceſſariũ ens tranſmutari, cauſam uero neceſſitatis nullam oſtendit.

n Attamen tm̃ ſolum dicit confeſſe. Non.n. exiſtentium hæc quidem corruptibilia, illa uero incorruptibilia facit, ſed oĩa corruptibilia, pręt elementa. Dicta uero dubõ eſt, cur hęc quidem, illa uero non, ſi ex eiſdem ſunt. Qđ quidem igitur nõ utiq; erunt eadem principia tot dicta ſunt.

Vnde & accidit ei feliciſſimum Deum minus ſapientem cæteris eſſe. non enim cognoſcit omnia elementa. contentionem nanque non habet, cognitio autem ſimilis ſimili.

Terra enim ait, terram inſpicimus, aquam uero aqua,

Aethera autem ęthera diuum, ſed igne ignem manifeſtum.

Ac amicitia, amicitiam, & contentionem, contentione pernitioſa. Sed unde ſermo digreſſus eſt, hoc eſt manifeſtũ, quod accidit ei contentionem non magis corruptionis, quam ipſius eſſe cauſam eſſe.

Similiter nec amicitiam ipſius eſſe, cum enim congreget in unum, corrumpit cætera.

C *Et ſimul ipſius tranſmutationis nullam cauſam dicit, niſi quod ita natura aptum eſt. ait enim.*

Magna contentio in membris nutrita fuit. Ac ad honores aſcendit tempore perfecto. Quod eis cum alternum ſit, amplum præceſſit iuſiurandum. Tanquam neceſſe ſit quidem tranſmutari, cauſam tamen neceſſario nullam manifeſtat.

Tantum tamẽ ſibi ipſi conſentanea dicit, quod non facit hęc quidẽ entium D *corruptibilia, hæc uero incorruptibilia, ſed omnia corruptibilia, pręter elementa. Quę autem dicitur nunc dubitatio eſt, cur ſi omnia ex iiſdem ſunt hęc quidem ſunt, hæc uero non. Quod igitur non ſint eadem principia, hæc demum dicta ſunt.*

A bris alita ſit in honores, quia proceſſit completo anno, qui illis mutans amplo redit ſacramento.] Ad cuius intellectum notandum eſt, quod loquitur poetice de toto mundo, ad ſimilitudinem unius animalis, in cuius membris & partibus primo quidem eſt magna conuenientia, quam amorem nominabat, ſiue concordiam. Sed poſtea paulatim incipit aliqua diſſonãtia eſſe, quã dicit diſcordiam. Et ſimiliter in partib. uniuerſi a principio erat magna concordia, ſed poſtea paulatim nutritur odiũ quouſque odiũ procedat [ad honorẽ] i. ad hoc, quod dominetur ſuper elemẽta. Quod quidem fit perfecto tempore quodam determinato., uel completo quodam anno, quẽ ponebat Empedoc. [Qui] ſ. odium & diſcordia, uel annus mutabilis exiſtens diſſoluit [ſacramentum] i. unionem pręexiſtentem elementorum, uel annus ſiue odium redit amplo ſacramento, quia qua iam potẽti & ſecreta uirtute redit ad dominandum in rebus. Poſt quæ uerba Emped. Ariſt. faciens uim in hoc, quod dixerat mutabilis, ſubiungit exponens quaſi neceſſarium ens tranſmutari. q.d. Sic prædicta dixit Emped. ac ſi neceſſariũ ſit eſſe tranſmutationẽ odii & amoris, ſed nullam cauſam oſtẽdit huius neceſſitatis. In uno.n. animali eſt manifeſta cauſa tranſmutationis, & odii & amoris, propter motum cæli, qui cauſat generationẽ & corruptionem in rebus. Sed talis cauſa non poteſt aſſignari totius uniuerſi ſic tranſmutati per amicitiam & litem. Vnde patet, quod eius ratio fuit inſufficiẽs. Deinde cum dicit.

n Oſtendit quod prædicta ratio Emped. non eſt ad propoſitum, & dicit, quod hoc ſolum uidetur dicere [confeſſe] i. manifeſte, quod non ponit quędam exiſtentium ex principiis eſſe corruptibilia, & quędam non corruptibilia, ſed omnia ponit eſſe corruptibilia præter ſola elementa. Et ita uidetur euadere prędictam dubitationem, qua dubitabatur, quare quędam ſunt corruptibilia & quędam non, ſi ſunt ex eiſdem principiis? unde etiam patet, quod eius ratio non eſt ad propoſitum, quia intermiſit id, de quo eſt dubitatio. Sed poteſt quæri, quomodo hic dicit, quod Empedo. ponebat omnia eſſe corruptibilia præter elementa, cum ſupra dixerit, unum eſſe Deum, ſ. ex aliis principiis compoſitum præter quam ex odio? Sed dicendum, quod Empedoc. ponebat duplicem corruptionem in rebus, ſicut ex prædictis patet. Vnam quidem ſecundum confuſionem totius uniuerſi, quam faciebat amor, & ab hac corruptione, nec ipsũ Deum faciebat immunem, cum in eo poneret amorem, qui alia ei communicebat. Aliam autem corruptionem ponebat ſingularium rerum, quarum principium eſt odium. Et hanc corruptionem excludebat a Deo per hoc, quod in eo odium non ponebat. Sic igitur Ariſt. epilogando concludit tot dicta eſſe ad oſtendendum quod nõ ſunt eadem principia corruptibilium & incorruptibilium. Deinde cum dicit. Par.13.

Pa. 14. o Obiicit ad contrariam partem per duas rationes. quarum prima eſt, Si non ſint eadem principia corruptibilium & incorruptibilium, relinquitur quæſtio, verum principia corruptibilium ſint corruptibilia, an incorruptibilia. Si dicatur, quod ſint corruptibilia, oſtendit hoc eſſe falſum duplici ratione: quarum prima eſt. Omne corruptibile corrumpitur in ea ex quib. eſt: ſi igitur principia corruptibilium ſunt corruptibilia, oportet iterum ponere alia principia, ex quibus ſint. & hoc inconueniens eſt, niſi ponantur principia procedere in infinitum. Oſtē- Lect. 3. & 4. ſum autem eſt in Secundo, quod ſecundum nullum genus cauſæ contingit in principiis procedere in infinitum. Similiter etiam eſt inconueniens, ſi dicatur quod ſit ſtatus in principiis corruptibilibus, cum corruptio videatur eſſe per reſolutionem in aliqua priora. Secūda ratio eſt, quia ſi principia corruptibilium ſint corruptibilia, oportet ꝙ corrumpantur, quia omne corruptibile corrumpetur. Sed poſtquam ſunt corrupta non poſſunt eſſe principia, quia quod corrumpitur vel corruptum eſt, non poteſt cauſare aliquid. Cum ergo corruptibilia ſemper cauſentur per ſucceſſionem, non poteſt dici, ꝙ principia corruptibiliū ſint corruptibilia. Si autem dicatur, ꝙ principia corruptibilium ſunt incorruptibilia, manifeſtum eſt, quod principia incorruptibilium ſunt incorruptibilia. Relinquitur ergo quæſtio, quare ex quibuſdam incorruptibilib. principiis, producantur effectus corruptibiles, & ex quibuſdā, effectus incorruptibiles. Hoc.n. non uidetur eſſe rationabile, ſed aut eſt impoſſibile aut indiget multa manifeſtatione.

p Secundam rōnem ad principale propoſitum ponit, quæ ſumitur ex cōi opinione omnium. Nullus.n. conatus eſt hoc, dicere, quod ſint diuerſa principia corruptibilium & incorruptibilium, ſed oēs dicunt eadem eſſe principia omnium. Et tñ id, quod primo obiectum eſt, ſ. pro prima parte, ac ſi eſſet aliquid modicum, oēs leuiter tranſeunt, quod eſt concedere. Vnde litera Boethij habet. [Sed primum obiectum deglutiunt, ſicut hoc Lect. 4. paruum quoddam opinantes] Huius autem dubitationis ſo- Tex. com. 19. lutio ponitur in 12. vbi philoſophus oſtendit prima quidem principia actiua, uel motiua, eſſe eadem omnium ſed quodam ordine. Nam prima quidem ſunt principia ſimpliciter incorruptibilia & immobilia. Sunt autem ſecunda incorruptibilia & mobilia. ſ. cæleſtia corpora, quæ per ſui motum cauſant generationē & corruptionē in reb. Principia autem intrinſeca non F ſunt eadem numero corruptibilium, & incorruptibilium, ſed ſecundum analogiam. Nec tamen principia intrinſeca corruptibilium, quæ ſ. materia & forma ſunt corruptibilia per ſe, Tex. c6. 32. ſed ſolum per accidens. Sic enim corrumpitur materia & forma corruptibilium, vt habetur in primo phyſic.

o Si vero diuerſa principia, vna quidem dubitatio, utrum & incorruptibilia hæc erunt, aut corruptibilia. Nam, ſi corruptibilia, manifeſtum quia neceſſariū, & ea ex aliquibus eē. Omnia.n. corrumpuntur in ea ex quib. ſunt. Quare contingit principiorum G alia eſſe principia priora. hoc autem & impoſſibile, ſiue ſtet, ſiue in infinitum uadat. Amplius autem, quomodo erunt corruptibilia, ſi deſtituentur principia? Si vero incorruptibilia, cur ex his quidem incorruptibilibus exiſtentibus, corruptibilia erunt, ex diuerſis uero incorruptibilia. Hoc enim non rationabile eſt, ſed aut impoſſibile, aut multa ratione eget.

Quòd ſi diuerſa principia ſunt, vna quidem dubitatio eſt, verum incorruptibilia etiam iſta erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibilia, patet quòd neceſſe eſt ea quoque ex aliquibus eſſe. omnia enim in illa, ex quibus ſunt, corrumpuntur. quare accidit principiorum alia eſſe principia priora: hoc autem impoſſibile, ſiue ſtatur, ſiue in infinitum progreditur. Item, ſi principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quòd ſi incorruptibilia ſunt, cur ex his quidem cum incorruptibilia ſint, corruptibilia erunt, ex alteris vero incorruptibilia? hoc enim non eſt rationabile, ſed aut impoſſibile eſt, aut multis indiget rationibus.

p Amplius autem nec conatus eſt aliquis diuerſa dicere, ſed eadem omnium dicunt principia. H Verum primum dubitatū concedunt, tanquam hoc paruum, aliquid accipientes.

Item nemo conatus eſt alia oſtendere, ſed eadem omnium principia dicunt, & quod primo dubitatum eſt, tanquam paruum quiddam putantes, prætereunt.

LECTIO XII.

a Omnium autem ad conſiderandum difficillimum, & ad cognoſcēdum ueritatem maxime neceſſarium, utrum vnum & ens ſubſtantiæ entium ſunt: & utrum ipſorum non alterum aliquid ens, hoc quidem unum, hoc autem quidem ens eſt: aut oportet quærere quid ſit ipſum ens & unum, quaſi ſubiecta alia natura. I

LECTIO XII.

Omnium autem & ad ſpeculandum difficillimum, & ad cognoſcendam veritatem maxime neceſſarium eſt, vtrum ipſum ens, & ipſum vnum ſubſtantia entium ſint, & non aliquid aliud vtrunque eorum ſit, ſed hoc vnum, illud vero ens ſit: aut oporteat quid nam ſit ipſum ens, & ipſum vnum quærere, tanquam altera natura ſubiecta.

b Hi nāq; illo mō, illi hoc mō putant naturam ſe habere. Plato nāque & Pythagorici, non aliquid aliud ens, nec unum, ſed hoc ipſorum naturā eſſe quaſi exiſtente ſubſtantia ipſum unū

Quidam enim illo, quidam vero hoc modo putant naturam habere. Plato namque, ac Pythagorici non eſſe aliud quid ipſum ens, nec ipſum vnum aiebant, ſed hoc eorum naturam eſſe tanquam ſubſtantia idem unum,

LECTIO XII.

a Poſtquam Philoſophus inquiſiuit, verū principia ſint eadem Tex. c6. 16. vel diuerſa, hic inquirit quomodo ſe part. 1. habeat ipſum vnū ad hoc quòd ſit principium, & circa hoc tria facit. Primo inquirit, an ipſum vnum ſit principium. Secundo inquirit, an numeri, qui ex vno oriuntur, vel conſequuntur, ſint principia rerum, ibi: [Horum autem habita dubitatio, &cæt.] Infra. le. 15. Tertio inquirit, vtrum ſpecies, quæ Infra le. 18. ſunt quædam vnitates ſeparatæ, ſint parte ſeq. principia, ibi: [Omnino vero dubitabit aliquis, &cæt.] parte. 3. Et circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ponit opiniones ad vtranq; partem, ibi: [Hi namque illo modo.] Tertio ponit rationes ad vtrāque partē, ibi: Accidit autem ſi quidem, &c.] Dicit ergo primo, quòd inter oēs alias quæſtiones motas, vna eſt difficilior ad cōſiderandum, propter efficaciam rationum ad vtramque partem, in qua etiam veritatem cognoſcere eſt maxime neceſſariū, quia ex hoc dependet iudicium de ſubſtantijs rerum. Eſt ergo quæſtio iſta, vtrum vnum & ens ſint ſubſtantiæ rerum, ita, ſcilicet ꝙ neutrum eorum oporteat attribuere alicui alteri naturæ, quæ quaſi informetur vnitate, & entitate, ſed potius ipſa vnitas & eſſe rei ſit eius ſub- K ſtantia, vel econtrario oportet inquirere, quid ſit illud, cui conuenit eſſe vnum vel ens, quaſi quædam alia natura ſubiecta entitati, & vnitati. Deinde cum dicit.

b Ponit opiniones ad vtramque partem, & dicit, quòd parte. 2. philoſophorum quidam opinati ſunt naturam rerum ſe habere vno modo, quidam alio. Plato enim & Pythagorici non poſuerunt, quod vnum & ens aduenirent alicui naturæ, ſed vnum & ens eſſent natura rerum, quaſi hoc ipſum, quod eſt eſſe, & vnitas ſit ſubſtantia rerum. Alij vero philoſophi de naturalibus loquentes attribuerunt vnum & ens aliquibus alijs naturis, ſicut Empedocles reducit vnum ad aliquid notius, quod dicebant eſſe vnum & ens. Et hoc uidetur eſſe amor, qui eſt cauſa vnitatis in omnibus. Alij vero philoſophi naturales attribuerunt quibuſdam

quibuſdam cauſis elementaribus, ſiue ponerent unum primũ, vt ignem vel aerem, ſiue etiam ponerent plura principia. Cũ enim ponerent principia rerum materialia eſſe ſubſtantias rerum oportebat, q in unoquoque eorum conſtituerent unitatem & entitatem rerum, ita q quicquid aliquis poneret eſſe principium, ex conſequenti opinaret q illud attribuit oĩbus eſſe & unum, ſiue poneret vnũ principium, ſiue plura. Deinde cum dicit.

Parte ſeq. c ¶ Ponit rõnes ad vtranque partem, & primo ponit rõnes pro opinione Platonis & Pythagoræ. Secundo ponit rõnes in contrariũ pro opinione naturaliũ, ibi: [At uero ſi erit. &c.] Circa primum

parte 5. vtitur tali diuiſione. Neceſſe eſt ponere, q uel ipſum vnum & ens ſeparatũ, ſit quędam ſubſtantia, vel non. Si dicatur q nõ eſt aliqua ſubſtantia, quæ ſit unum & ens, ſequunt duo inconuenientia quorum primum eſt, q dr̃ unum & ens q ſint maxime uniuerſalia inter omnia; ſi igitur vnum & ens non ſunt ſeparata quaſi ipſum vnum, aut ens ſint ſubſtantia quædam, ſic ſequitur q nullum uniuerſale ſit ſeparatum. Et ita ſequetur, q nihil erit in reb. niſi ſingularia: qđ vr̃ eſſe inconueniẽs, ut in ſuperiorib. quõnib. habitũ eſt. Aliud inconuenientias eſt, quia numerus non eſt aliud q̃

par. 4. vnitates. Ex vnitaub. enim cõponitur numerus. Vnitas. n. nihil aliud eſt q̃ ipſũ vnum. Si igitur ipſũ unũ nõ ſit ſeparatũ quaſi ſubſtantia per ſe exiſtens, ſequetur q numerus nõ erat quædam natura ſeparata ab his, quæ ſunt in materia. Qđ poteſt probari eſſe inconueniens ſm ea quæ dicta ſunt in ſuperiorib. Sic ergo, non põt dici q unũ & ens non ſit aliqua ſubſtantia per ſe exiſtens. Si ergo detur alia pars diuiſionis, ſcilicet quod aliquid ſit ipſum unum

parte 6. & ens ſeparatum exiſtens, neceſſe eſt quod ipſum ſit ſubſtantia omnium eorum, de quibus dicitur unum & ens. Omne enim ſeparatum exiſtens, quod de pluribus prædicatur, eſt ſubſtantia eorum, de quibus prędicatur. Sed nihil aliud prædicatur ita uniuerſaliter de omnibus, ſicut unum & ens, ergo unum & ens erit ſubſtantia omnium. Deinde cum dicit.

eſſe & ens aliquid. Alii uero de natura, ut Empedocles, ut ad aliquid notius reducens, dicit, q unum ens eſt. uidebitur. n. utique dicere hoc amorem eſſe. cũ namq; eſt hoc vnum oĩb. eſſe: alii uero ignem, alii aerẽ dicunt eſſe unum hoc & ens, ex quo entia eſſe & facta eſſe. Similiter & qui plura elementa ponunt. Neceſſe nanque & his tot dicere ens & unum, quot principia dicunt eſſe.

e Accidit autem ſiquidem qs non ponit eſſe quandã ſubſtantiam unum & ens, neque aliorum eſſe vniuerſalium nullum, hæc namque vniuerſalia ſunt maxime omnium. Si uero non eſt aliquid unum ipſum, nec ipſum ens, uix aliorum aliquid erit præter ea, quæ dicta ſunt ſingula. Amplius autem nõ exiſtente unius ſubſtantia, palam quia nec numerus erit quaſi natura alia ab exiſtentibus ſeparata. numerus enim unitates. unitas uero quod uere vnum aliqd eſt. Si autem eſt aliquid ipſum unum & ens, neceſſe eſt ſubſtãtiam ipſorum eſſe ipſũ unũ & ens. non enim aliqd uniuerſaliter prædicatur, ſed hęc ipſa.

d At uero ſi erit aliquid ens ipſum & ipſum unum, multa erat dubitatio, quomodo erat diuerſum aliquid præter hęc. dico autem, quomodo erunt uno plura entia: quod enim diuerſum eſt ab ente, non eſt, quare ſecundum Parmenidis rationem, accidere neceſſe eſt, unum omnia eſſe entia, & hoc eſſe ens.

e Vtrobique uero difficile, ſiue nanque non ſit ipſum unũ ſubſtantia, ſiue ſit unum idem, ſubſtantiam eſſe numerum eſt impoſſibile. ſiquidem igitur non ſit, dictum eſt prius propter qd. ſi aũt fuerit, eadẽ eſt dubitatio & de ente. ex aliquo nanque & pręter ens, erit ipſum aliud unũ nihil. n. eſſe eſt neceſſe. Omnia autem entia, aut unum ſunt, aut multa, quorum eſt unumquodque.

f Amplius, ſi indiuiſibile eſt ipſum unum, ſecundum Zenonis dignitatẽ, nihil utique erit:

A d ¶ Obijcit ad partem cõtrariam, & ponit duas rationes, quarum ſecunda incipit, ibi: [Amplius ſi indiuiſibile &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit rõnem. Secundo oſtendit qũo ex rõne inducta quæſtio redditur difficilis, ibi: [Vtrobiq; vero difficile &c.] Eſt ergo prima rõ talis. Si eſt aliqd, qđ eſt ipſum ens, & ipſum unum quaſi ſeparatũ exiſtens, oportebit dicere, q idipſum ſit unũ, qđ ens: ſed quicquid eſt diuerſũ ab ente, nõ eſt, ergo ſequet ſm rationem Parmenidis, q quicquid eſt præter unum ſit non ens. Et ita neceſſe erit omnia eſſe unũ, quia non poterit poni, q id, quod eſt diuerſum ab uno, qđ ens. Deinde cũ dicit. Infra par. 6. par. ſeq.

& ens eſſet. Qui autem de natura tractarunt, ut Empedocles, tanquam in magis cognitum reducens, dicit quod unum eſt ens. uideri nanque poſſet dicere hoc amicitiam eſſe. cauſa. n. hæc omnibus eſt, unum ſint. Alij uero ignem, & alij aerem aiunt ipſum unũ, & ipſum ens eſſe, ex quo entia & eſſe & facta eſſe. Similiter, & qui plura elementa ponunt. neceſſe enim, & his eſt tot eſſe dicere ipſum ens, & ipſum unum, quot aiunt principia eſſe.

B

Accidit autem, ſi quis non ponet eſſe aliquam ſubſtantiam ipſum unũ, & ipſum ens, nec aliorum uniuerſaliũ quicquam eſſe. hęc enim uniuerſalia maxime omnium ſunt. Quod ſi non eſt aliquid ipſum ens, & ipſum unum, multo minus quicquã aliorum ſit præter ea, quæ ſingularia dicuntur. Item,

C *ſi ipſum unum non ſit ſubſtantia, patet quod nec numerus erit tanquam natura alia ſeparata ab entibus. numerus enim unitates, unitas uero unũ quid eſt. Quod ſi quid eſt ipſum unum & ipſum ens, neceſſe eſt eorum ſubſtantiam eſſe unum & ens. non enim aliquid aliud uniuerſaliter prædicatur, ſed eadem ipſa.*

At vero ſi quid erit ipſum ens, & ipſum unum, magna dubitatio eſt,

D *quonam modo aliquid aliud præter hæc erit. Dico autem quomodo entia erunt plura uno. quod enim aliud ab ente eſt, non eſt. quare ſecundum Parmenidis rationem neceſſe eſt accidere omnia entia eſſe unum, & hoc eſſe ens.*

Vtroque autem modo difficile eſt. ſiue enim unum non ſit ſubſtantia, ſiue ipſum unum ſit, impoſſibile eſt numerum eſſe ſubſtantiam. Si igitur non ſit, dictum eſt prius quare. Si au-

E *tem ſit, eadem ac de ente dubitatio eſt. ex quo enim, & præter ipſum unum erit aliud unum, neceſſe profecto eſt nihil eſſe. omnia uero entia, aut unum, aut plura, quorum unumquodque vnum eſt.*

Item, ſi ipſum unum indiuiſibile, ſecundum quidem Zenonis poſitionem nihil utique fuerit. Quod enim

e ¶ Oſtendit qũo iſta rõ difficultatem facit i opinione Platonis ponẽtis numerum eſſe ſubſtantiã rerum. & dicit, q ex utraque parte ſequitur difficultas cõtra eum, ſiue dicat, q ipſum unum ſeparatũ ſit ſubſtãtia quædã, ſiue q nõ ſit. Quodcunque. n. horũ ponatur vr̃ impoſſibile eſſe, q numerus ſit ſubſtãtia rerum. Quia, ſi ponatur, q unum nõ ſit ſubſtantia, dictum eſt prius, quare numero non poteſt poni ſubſtantia? Si aũt ipſum vnũ fuerit ſubſtãtia, oportet q eadem dubitatio ponatur circa unum & ens. Aut enim præter ipſum unum, quod eſt ſeparatum per ſe exiſtens, eſt aliud aliquod unum, aut non: & ſiquidem nõ ſit aliquod aliud unum, non erit iam multitudo, ſicut Parmenides dicebat; ſi autem ſit aliqđ aliud unum, oportebit q illud aliud unum, cũ non ſit, hoc ipſum quod eſt unum q ſit materialiter ex aliquo, quod eſt pręter ipſum unum, & per conſequens præter ens. Et ſic neceſſe eſt ut illud aliquid, ex quo ſit illud ſecundũ unum, non ſit ens. Et ſic ex ipſo uno, qđ eſt præter ipſũ unũ, non poteſt conſtitui multitudo in entib[9]: quia omnia entia, aut ſunt unum, aut multa, quorum unũquodque eſt unum. Hoc autẽ unum eſt materialiter ex eo q non eſt unum, nec ens. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſecundam rationem, & circa hoc tria facit. Primo ponit rationem. Secundo ſoluit eam. ibi: [Sed quoniam &c.] Tertio oſtendit adhuc difficultatem remanere, ibi: [Sed quomodo

modo ex uno &c.] Dicit ergo primo, ꝙ ſi ipſum unum ſeparatum ſit indiuiſibile, ſequitur ſm hoc aliud quod ſupponebat Zeno, quod nihil ſit. Supponebat enim Zeno, quod illud, quod additum non facit maius, & ablatum non facit minus, non eſt aliquid exiſtentium. Hoc autem ſupponit ac ſi idem ſit ens, quod magnitudo. Manifeſtum eſt enim, ꝙ non eſt magnitudo, illud ſcilicet quod additum non facit maius, & ſubtractum nō facit minus: ſic ergo, ſi omne ens eſſet magnitudo, ſequeretur, quod illud, quod non facit maius & minus additum, & ſubtractum, non ſit ens. Et adhuc perfectius ſi aliquid uelit hoc uerificare, oportebit ꝙ omne ens ſit magnitudo corporalis. Corpus enim ſecundum quancunque dimenſionem additum, & ſubtractum facit maius & minus. Aliæ uero magnitudines, ut ſuperficies, & linea, ſecundum aliquam dimenſionem additam, facerent maius, ſecundum autem aliquam non. Linea enim addita lineæ ſecundum longitudinem facit maius, non autem ſecundum latitudinem. Superficies autem addita ſuperficiei facit quidem maius ſecundum latitudinem, & longitudinem, ſed non ſecundum profunditatem. Punctus autem & unitas nullo modo faciunt maius, uel minus. Sic ergo ſecundum principium Zenonis ſequeretur, ꝙ punctus & unitas ſint omnino non entia: corpus autem omnimodo ens, ſuperficies & linea quodammodo entia & quodammodo non entia.

part.9. part.8. part.9.

Tex. cō. 17. part. prima.

Quod enim nec additum, nec ablatum facit maius nec minus, non ait eſſe in hoc exiſtentium, tanquam palam exiſtente magnitudine ipſo ente. Et ſi magnitudo corporalis; hoc enim omnino ens. alia uero aliqualiter quidem addita facient maius, aliter autem nihil, ut ſuperficies, & linea: punctus uero & unitas nullatenus.

neque additum, neque demptum, facit aliquid maius, id non eſſe entium aiunt, tanquam ens magnitudo ſit: & ſi magnitudo corporalis; hæc nanque omniquaque ens. cætera uero quodam modo quidem addita facient maius, quodam modo uero nihil, ut ſuperficies & linea faciens, punctum uero & unitas minime.

G

g Sed quoniam hic ſpeculatur oneroſe, & contingit eſſe indiuiſibile, ut & ſic ad illum aliqua habeatur reſponſio: maius enim non faciet, ſed plus additum tale.

Sed, cum ipſe moleſte ſpeculetur ac contingat aliquid indiuiſibile eſſe, ad illum habetur aliqua reſponſio, huiuſcemodi nanque additum nō maius, ſed plus efficit.

h Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus erit magnitudo? Simile nanque eſt, & lineam ex punctis eſſe dicere.

Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus magnitudo erit? ſimile nanque eſt, ac ſi dicatur ex punctis lineam eſſe.

H

i At vero & ſi quis ita putat, ut factus ſit, ut quidam dicuntur ex uno ipſo, & alio non uno aliquo, numerus nihil minus eſt quærendum quare, & quomodo, quandoque quidem numerus, quandoque autem magnitudo erit quod factum eſt. ſi nō unum inæqualitas; & eadem natura erat. Nec enim quomodo ex uno & hac, nec quomodo ex numero aliquo & hac, fient utique magnitudines palam.

Quod ſi quis ita putat, ut quemadmodum quidam dicunt, ex ipſo uno, et alio quodam non uno numerus fiat, nihilominus tamen quærendū eſt, cur, & quomodo quandoque numerus, quādoque magnitudo erit, quod fit, ſi ipſum non unum inæqualitas, ac eadem natura erat. Nec enim apparet, quo pacto ex aliquo numero & iſta, magnitudines fieri queant.

I

LECTIO XIII.

HOrum autem habita eſt dubitatio, utrum numeri & corpora & ſuperficies & puncta ſubſtantiæ aliquæ ſunt, aut non.

LECTIO XIII.

HIs autem conſequens dubitatio eſt, utrum numeri, & corpora, & ſuperficies, & puncta aliquæ ſubſtantiæ ſint, an non.

Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit propoſitam rationem, & dicit, quod quia Zeno proponēdo tale principiū ſpeculatur [oneroſe], id eſt rudius & groſſe, ita quod ſecundum ipſum non contingit aliquid eſſe indiuiſibile, oportet quod aliqua reſponſio prædictæ rationi detur, & ſi non ſit ad rem, ſit tamen ad hominem. Dicemus autem, ꝙ unum & ſi additum alteri non faciat maius, facit tamen plus. Et hoc ſufficit ad rationem entis, ꝙ faciat maius in continuis, & plus in diſcretis. Deinde cum dicit.

K

h ¶ Oſtendit difficultatem, quæ adhuc remanet Platonicis, poſt prædictam ſolutionem, & inducit duas difficultates, quarum prima eſt, quia Platonici ponebant, quod illud unum indiuiſibile non ſolum eſt cauſa numeri, qui eſt pluralitas quædam, ſed etiam eſt cauſa magnitudinis. Si igitur detur, quod unum additum faciat plus, quod uidetur ſufficere ad hoc, quod unum ſit cauſa numeri, quomodo poterit eſſe, quod ex tali uno indiuiſibili, aut ex pluribus talibus, fiat magnitudo, ut Platonici poſuerunt? Simile enim hoc uidetur, ſi aliquis ponat lineam ex punctis. nam unitas eſt indiuiſibilis ſicut & punctus. Secundam difficultatem ponit ibi.

i ¶ Et dicit, ſi quis exiſtimet, ita ꝙ numerus ſit effectus ex uno indiuiſibili, & ex aliquo alio, ꝙ non ſit vnum, ſed participet vnum, ſicut quædam materialis natura ut quidam dicunt, nihilominus remanet quærendum propter quid, & per quem modum illud, quod fit ex illo uno formali, & alia natura materiali, quæ dicitur non unum, quandoque eſt numerus, quandoque aūt eſt magnitudo. Et pcipue, ſi illud non vnum materiale ſit inæqualitas, quæ ſignificat ꝑ magnum, & ſic eadē natura. non. n. eſt manifeſtū, quō ex hac inæqualitate quaſi materia & uno formali fiant numeri, neq; erant quō ex aliquo numero formali & hac inæqualitate quaſi materiali fiant magnitudines. Ponebant. n. Platonici, ꝙ ex primo uno, & ex prima dualitate fiebat numerus, ex quo numero & a qua inæqualitate materiali fiebat magnitudo. Huius autem dubitationis ſolutio ab Ari. in ſequentibus tradit. Quod. n. ſit aliquod ſeparatum, quod ſit ipſum unū & ens infra in xij. probabit, oſtendēs unitatem primi pricipii oino ſeparati, quod tñ nō eſt ſubſtantia oium eorum, unum, ſicut Platonici putabant, ſed eſt oib. unitatis cauſa & principiū. Vnum autem ſm ꝙ dr̄ de aliis rebus, dr̄ dupliciter. Vno mō ſm ꝙ conuertitur cū ente, & ſic unaquæque res eſt vna per ſuam eſſentiam, ut infra in Quarto probabitur: nec aliquid addit unum ſupra ens, niſi ſolam rōnem indiuiſionis. Alio mō dr̄ unum, ſecundum ꝙ ſignificat rōnem primæ menſuræ uel ſimpliciter, vel in aliquo genere. Et hoc quidem ſi ſit ſimpliciter minimum & indiuiſibile, eſt unum, ꝙ eſt principium & menſura numeri. ſi autem non ſit ſimpliciter minimum & indiuiſibile, nec ſimpliciter, ſed ſecundum poſitionem, erit unum & menſura, ut as in ponderibus, & dieſis in melodiis, & menſura pedalis in lineis. Et ex tali uno nihil prohibet componi magnitudinem, & hoc determinabit in x. huius. Sed quia Platonici æſtimauerunt idem eſſe unum, quod eſt principium numeri, & quod conuertitur cum ente, ideo poſuerunt unum, quod eſt principium numeri, eſſe ſubſtantiam cuiuslibet rei, & per conſequens numerum inquantum ex pluribus ſubſtantialibus principiis rerum compoſitarum, ſubſtantia conſiſtit uel conſtat. Hanc autem quæſtionem diffuſius pertractabit in xij. & xiij.

Tex.com.5. Lect.ult.

Lect.1.

LECTIO XIII.

POſtquam Philoſophus inquiſiuit, utrum unum & ens ſint ſubſtantia rerum: hic inquirit, utrum numerus & magnitudo ſint ſubſtantiæ rerum. & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit pro vna parte. ibi: [Nam ſi non ſunt &cætera.] Tertio obiicit

b Nam, ſi nõ ſunt, diffugit nos quidnam ſit ipſum ens; & quænam entium ſubſtantiæ. Paſſiones enim, & motus & ad aliqd, & diſpoſitiones & oratiões nullius uidentur ſubſtantiam ſignificare. Dicuntur enim omnia de ſubiecto aliquo, & nihil hoc aliquid. Quæ uero maxime ſubſtantiam ſignificare uidentur, aqua & ignis & terra, ex quibus corpora compoſita conſtant: horum calores quidem & frigiditates & ſimiles paſſiones, non ſunt ſubſtantiæ. Corpus uero hęc patiens, ſolum remanet, ut ens aliquod & ſubſtantia aliqua exiſtens.

Si enim non ſunt, fugit nos quiduã ipſum ens, & quę entium ſubſtantia ſint. Paſſiones enim, & motus, et quę ad aliquid ſunt, ipſęque diſpoſitiones, ac rationes nullius ſubſtantiam ſignificare uidenutr. cuncta etenim de aliquo ſubiecto dicuntur, nihilque horum ipſum quid eſt. Quæ uero maxime ſubſtãtiam uideantur ſignificare,* B *ſunt aqua, terra, & ignis, ex quibus compoſita corpora conſiſtunt. horum autem caliditates quidem, & frigiditates, & huiuſcemodi paſsiones non ſubſtantię ſunt. corpus uero ſolum, quod hæc patitur, permanet tanquam aliquod ens, & aliqua exiſtens ſubſtantia.*

c At vero corp⁹ eſt minus ſubſtantia ſuperficie, & hęc, linea, & hęc unitate & puncto: his.n. diffinitur corpus. Et hæc quidem ſine corpore contingere videntur eſſe, corpus uero ſine his impoſſibile.

At uero corpus minus eſt ſubſtantia, quam ſuperficies, & ſuperficies C *quam linea, & linea quam unitas, & punctum, his enim corpus definitur. & hæc quidem uidentur poſſe ſine corpore eſſe, corpus uero abſque his impoſsibile eſſe.*

d Propter quod, multi quidem & priores ſubſtantiam & ens putabant corpus eſſe, alia uero huiuſmodi paſſiones: quare & principia corporum entium eſſe principia. Poſteriores uero, & ſapientiores his, eſſe opinabantur numeros. Quemadmodum ergo dicebamus, ſi non ſunt ſubſtantia hæc, oĩno nulla ſubſtãtia eſt, neque ens nullum. non enim horum accidentia dignum eſt vocare entia.

Quare plures quidem, & antiquiores ſubſtantiam quidem & ens putabant eſſe corpus, cętera uero huius paſsiones, ut & principia corporum entium eſſent principia. Poſteriores uero, & illis ſapientiores habiti nume- D *ros. Quemadmodum itaque diximus, ſi hęc non ſunt ſubſtantię, nulla ſubſtantia, nec aliquod ens omnino eſt. quę enim eis accidunt, non conuenit entia nominare.*

e At vero, ſi hoc quidem confeſſum eſt, quia magis ſubſtantia ſunt longitudines corporibus, & puncta, hoc autem non uidemus qualium utique erunt corporum. (Nam in ſenſibilibus impoſſibile eſſe) non utiq; erit ſubſtantia ulla.

At ſi hoc quidem conceditur, quod longitudines, & puncta magis quam corpora ſubſtantię ſint, at qualia corpora hęc ſint non uidemus (in ſenſibilibus nanque impoſsibile eſt eſſe) non E *erit profecto ulla ſubſtantia.*

cit ad contraria, ibi: [At vero ſi hoc quidem cõfeſſum eſt &c.] Dicit ergo primo, quod dubitatio [habita] i. conſequens ad præmiſſam, eſt, utrum numeri & magnitudines, ſ. corpora & ſuperficies, & termini eorum, ut puncta, ſint aliquæ ſubſtantiæ, vel a rebus ſeparatæ, uel ut ſint ſubſtantiæ ipſorum ſenſibilium, aut non. Dicit autẽ hanc dubitationẽ eſſe conſequentem ad pmiſſam, quia in præmiſſa dubitatione quęrebatur, utrum vnũ ſit ſubſtantia rerum. Vnũ autem eſt principium numeri. numeros autem videt eſſe ſubſtantia magnitudinis, ſicut & punctum, quod eſt principium magnitudinis, nihil aliud videtur quàm unitas poſitionem habens, & linea dualitas poſitionẽ habẽs. Prima autem ſuperficies eſt ternarius poſitionem habens, corpus autẽ quaternarius poſitionẽ habẽs. Deĩde cũ dicit.

b ¶ Obijcit ad oſtẽdẽdum, quod prędicta ſint ſubſtantiæ rerũ. & circa hoc duo facit. Primo obijcit ad oſtendendum quod prædicta ſunt ſubſtantię rerum. Secũdo oſtendit quomodo philoſophi præcedentes ſecuti fuerũt rationes primas, ibi: [Propter quod multi] Circa primũ duo facit. Primo.n. obijcit ad oſtendendum quod corpus ſit ſubſtantia rerum. Secundo quod multo magis alia, ibi. [At vero corp⁹ &c.] Dicit ergo primo, quod ſi prædicta non ſunt ſubſtantiæ quędam, fugit a nobis quid ſit ſubſtãtialiter ens, & quæ ſunt ſubſtantiæ entium. Manifeſtum eſt enim quod paſſiones & motus, & relationes, & diſpoſitiones ſeu ordines, & orationes, ſecundum quod uoce proferuntur, prout ponuntur in genere quantitatis, non uidentur alicuius ſignificare ſubſtantiam, quia omnia huiuſmodi videntur dici de aliquo ſubiecto, & nihil eorũ ſignificare [hoc aliquid] idest aliquid abſolutum & per ſe ſubſiſtens. Et hoc ſpecialiter manifeſtum eſt in præmiſſis, quæ non dicuntur abſolute, ſed eorum ratio in quadam relatione conſiſtit. Inter omnia vero, quę maxime uidentur ſignificare ſubſtantiam, ſunt ignis & terra & aqua, ex quibus componuntur corpora multa. Prætermittit autem aerem, quia minus eſt ſenſibilis, unde aliqui opinati ſunt aerem nihil eſſe. In his autem corporibus inueniuntur quędam diſpoſitiones, ſcilicet calor & frigus & aliæ huiuſmodi paſſiones, vel paſsibiles qualitates, quæ non ſunt ſubſtantiæ ſecundum prædicta. Vnde relinquitur, quod ſolum corpus ſit ſubſtantia. Deinde cum dicit.

c ¶ Procedit ulterius ad alia, quæ etiam uidentur magis eſſe A ſubſtantia quam corpus. & dicit, quod corpus uidetur minus eſſe ſubſtantia quam ſuperficies, & ſuperficies minus quam lineã, & linea minus quã punctus, aut unitas. Et hoc probat per duo media, quorum vnum eſt: Quia id, per quod aliquid diffinitur, videtur eſſe ſubſtantia eius: nam diffinitio ſignificat ſubſtantiam. Sed corpus diffinitur per ſuperficiem, & ſupficies per lineam, & linea per punctum & pũctus per vnitatem, quia dicunt quod punctus eſt unitas, poſitionem habens: ergo ſuperficies eſt ſubſtantia corporis, & ſic de aliis. Secundum medium eſt: quia cum ſubſtantia ſit primum in entibus, illud, quod eſt prius, videtur eſſe magis ſubſtantia: ſed ſuperficies natura prior eſt corpore, quia ſuperficies põt eſſe ſine corpore, nõ autem corpus ſine ſuperficie: ergo ſuperficies eſt magis ſubſtantia quam corpus. Et idem poteſt argui de omnibus aliis per ordinem. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quomodo Philoſophi præcedentes ſecuti fuerunt prædictas rationes; & dicit, quod propter prædictas rationes multi antiquorum philoſophorum, & maxime illi, qui fuerũt priores, nihil opinabantur eſſe ens & ſubſtantiam niſi corpus, omnia uero alia eſſe quædam accidẽtia corporis. Et inde eſt, quod quando uolebant inquirere principia entiũ inquirebant principia corporum, ut ſupra in. Primo circa opiniones antiquorum, naturalium habitum eſt. Alii uero poſteriores philoſophi, qui reputabantur ſapientiores prædictis philoſophis, quaſi altius attingentes ad principia rerum, ſcilicet Pythagorici & Platonici, opinati ſunt numeros eſſe rerum ſubſtantias, inquantum, ſcilicet, numeri componuntur ex unitatibus. Vnum autem uidetur eſſe vna ſubſtantia rerum. Sic ergo videtur ſecundum premiſſas rationes & philoſophorum opiniones, quod ſi prædicta non ſunt ſubſtantiæ rerum, i. numeri & lineæ & ſuperficies & corpora, nihil erit ens: Non eſt enim dignum ut ſi iſta non ſunt entia, quod accidentia eorum entia uocentur. Deinde cum dicit.

e ¶ Obiicit in contrarium, & ponit quatuor rationes, quarum prima talis eſt; Si quis confitetur, quod longitudines & puncta ſint magis ſubſtantiæ quam corpora, ſequetur, quod ſi huiuſmodi non ſint ſubſtantiæ, & corpora non ſint ſubſtantiæ, & per conſequens nihil erit ſubſtantia, quia accidentia corporum non ſunt ſubſtantiæ, ut ſupra dictum eſt.

Margin notes: parte ſeq. — aten. — par. 3. — tx. 4. — par. 3. cõ. huius — par. 3. cõ. huius — art. 5. — * hoc aliqd

Sed

Sed puncta & linea & ſuperficies non ſunt ſubſtantiæ. hæc enim oportet aliquorum corporum eſſe terminos. Nam punctus eſt terminus lineę, linea ſuperficiei, & ſuperficies corporis: Non autem uidetur qualium corporum ſint illę ſuperficies quæ ſunt ſubſtantiæ, uel lineę, uel puncta. Manifeſtum enim

par.6. eſt, quod lineæ & ſuperficies ſenſibilium corporum non ſunt ſubſtantię. Variant enim per modum aliorum accidentiū circa idem ſubiectum. Sequetur ergo, quod nihil erit

part.7. ſubſtantia. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis eſt. Omnia prædicta uidentur eſſe quædā corporis dimenſiones, vel ſm latitudinem, ut ſuperficies: vel ſm profunditatem, ut corpus: uel ſecundum longitudinem, ut linea: ſed dimenſiones corporis non ſunt ſubſtan

part.8. tiæ: ergo huiuſmodi non ſunt ſubſtantiæ. Tertiam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis eſt. In corpore ſolido ſimili modo ineſt, ſ. potentialiter quælibet figura, quæ poteſt protrahi ex illo ſolido per aliquam dimenſionem.

Sed manifeſtum eſt quod in quodā magno lapide nondum ſecto non ineſt [Mercurius] id eſt figura Mercurii in actu, ſed ſolum in potentia: ergo ſimiliter [in cubo], i. in corpore habente ſex ſuperficies quadratas, nō ineſt medietas cubi. quę eſt quędā alia figura actu: ſed hoc nō ē actu,

part.9. qñ iam cubus diuiditur in duas medietates. Et, q̃a oīs protractio nouæ figuræ in ſolido exciſo fit ſm aliquam ſuperficiem, quæ terminat figuram, manifeſtū eſt ꝙ nec etiam ſuperficies talis erit in corpore in actu, ſed ſolum in potentia: quia, ſi quæcunque ſuperficies, præter exteriorē, eſſent in actu in corpore ſolido, pari ratione eſſet in actu ſuperficies, quæ terminat medietatem figuræ. Quod autem dictum eſt de ſuperficie, intelligendum eſt in linea, puncto, & unitate. Hæc.n. in cōtinuo non ſunt in actu, niſi ſolum quantum ad illa, quę terminant continuum, quæ manifeſtum eſt non eſſe ſubſtātiam corporis. Alia uero ſuperficies vel lineæ non poſſunt eſſe corporis ſubſtantię. quia non ſunt actu in ipſo. Subſtantia autē actu eſt in eo, cuius eſt ſubſtantia. Vnde concludit, quod inter omnia maxime uidetur eſſe ſubſtantia corpus, ſuperficies autem & lineæ magis uidentur eſſe ſubſtantia quam corpus: hæc autē, ſi non ſunt entia in actu, nec ſunt aliquæ ſubſtantię, uidetur eſſe fugere cognitionem noſtram, quid ſit ens, & quæ ſit rerum ſubſtantia. Quartam rationem ponit ibi.

par.ſequen. h ¶ Et primo ponit ipſam. Secundo manifeſtat eam in quodam ſimili, ibi: [Similiter autem ſe habet &c.] Dicit ergo, F primo, quod cum dictis inconuenientibus, alia etiam irrationabilia accidunt ex parte generationis & corruptionis, ponentibus lineas, & ſuperficies eſſe ſubſtantias rerum. Omnis enim ſubſtantia, quæ prius non ſunt, & poſtea eſt, aut prius fuit, & poſtea non eſt, uidetur hoc pati cum generatione, & corruptione: & hoc manifeſte apparet in omnibus his, quæ per motum cauſantur. Puncta autem & lineæ, & ſuperficies quandoque quidem ſunt, quandoque uero non ſunt, & tamē non generantur, nec corrumpuntur: ergo nec ſunt ſubſtantiæ. Probat autem utrunque ſuppoſitorum, primo quidem quod quandoq; ſint & quandoque non ſint. Contingit.n. corpora prius diuiſa copulari in unum, aut prius copulata diuidi. Quando autem corpora primum diuiſa copulantur, fit una ſuperficies duorum corporum, quia partes corporis continui copulantur ad unum cōmunem terminum, qui eſt ſuperficies una. Quando uero corpus unū diuiditur in duo, efficiuntur duæ ſuperficies. Quia non poteſt dici, quod quando corpora duo cōponuntur, quod duę ſuperficies eorū maneant, ſed utræque [corrumpuntur] i. deſinunt eſſe. Similiter, quando corpora diuiduntur, incipiunt eſſe de nouo duę ſuperficies prius non exiſtentes. non enim poteſt dici, ꝙ ſuperficies, quæ eſt indiuiſibilis ſecundū profunditatem, diuidatur in ſuperficies duas ſecundum profunditatem: aut linea, quæ eſt indiuiſibilis ſecundum latitudinem, diuidatur ſecundum latitudinem: aut punctum quod omnino eſt indiuiſibile, quocunq; modo diuidatur. Et ſic patet, ꝙ ex uno non poſſent fieri duo in uia diuiſionis; nec ex duobus prædictorum poteſt fieri unum in uia compoſitionis. Vnde relinquitur, ꝙ puncta & lineæ & ſuperficies quandoque eſſe incipiant, & quandoque eſſe deficiant. Conſequenter probat ſecundum ꝙ ſupponebatur, ſ. ꝙ illa non generantur, nec corrumpuntur. Omne enim quod generatur, ex aliquo generatur, & omne quod corrumpitur, in aliquid corrumpitur, ſicut in materiam: ſed non eſt dare aliquam materiam, ex qua illa generentur, & in qua corrumpantur propter eorum ſimplicitatem: ergo non generantur, nec corrumpuntur. Deinde cum dicit.

i ¶ Manifeſtat prædictā rōnē in ſimili. Ita.n. ſe hēt nūc in tp̄e ſicut punctus in linea. Nūc aūt non uidetur generari & corrūpi: quia, ſi generaretur, uel corrumperetur, oporteret ꝙ generatio & corruptio ipſius menſuraretur aliquo tp̄e, uel inſtanti: & ſic menſura ipſius nunc, eſſet uel aliud nunc in infinitum, uel tempus, quod eſt impoſſibile. Et licet nunc non generetur, & cor-

f Amplius autem hæc omnia uidentur dimenſiones corporis. Hoc quidem ad latitudinē, illud uero ad profunditatem, aliud ad longitudinem.

g Adhuc autem ſimiliter eſt in ſolido quæcunque figura. Quare, ſi nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo, ſic ut ſegregata, igitur neque ſuperficies. Nam ſi quæcūque, & hęc utique erat determinans medietatem. eadem enim rō & in linea & in puncto & in unitate. Quare, ſi maxime quidem ſubſtantia eſt corpus, hoc autē magis ea, non ſunt autem ea nec ſubſtantiæ aliqua, diffugit quid eſt ipſum ens, & quæ ſubſtantia entium. G

h Nam enim dictis, & circa generationem & corruptionem accidunt irrationabilia. Vr̃.n. ſubſtantia non ens prius nunc eſſe, aut prius exiſtens, poſterius non eſſe, cum generationę & corruptione ea pati. Puncta vero & lineas & ſuperficies nō cōtingit neque fieri & corrumpi, quandoque exiſtentes, quandoque uero non exiſtentes. Nam, qñ copulantur, aut diſtinguunt corpora, ſimul quandoque quidem una copulatorum, quādoque duæ diuiſorum fiunt; quia non compoſitorum eſt. Sed corruptum eſt, diuiſorumque ſunt prius non exiſtentes. Non enim indiuiſibile punctum diuiſum eſt in duo. Et, ſi generantur & corrumpuntur, ex aliquo generantur. H I

i Similiter aūt ſe hēt circa nūc in tempore. non.n. cōtingit fieri & corrumpi. attamen vr̃ ſemper eſſe, non ſubſtantia aliqua exiſtens. Similiter autem palam,

Item uidentur hęc omnia dimenſiones corporis eſſe, hoc quidem ad latitudinem, hoc uero ad profunditatem, illud porro ad longitudinem.

Et ad hæc ſimiliter ineſt in ſolido quacunque figura. Quare ſi nec in lapide Mercurius, nec in cubo dimidium cubi, ſic ut diſterminatum. ergo nec ſuperficies. nam ſi quæcunque, & ea profecto ſit, quæ dimidium diſterminat. eadem autem ratio & de linea, puncto, & unitate eſt. Quare ſi corpus maxime ſubſtantia eſt, hęc autem corpore magis, hæc uero non ſint, neque ſubſtantiæ quædam ſint, fugiet nos profecto quidnam ſit ens, quæue entium ſubſtantia eſt.

Ad hæc enim, quę dicta ſunt, etiam quę circa generationem, & corruptionem accedunt inconuenientia. Videtur enim ſubſtantia, cum ante non exiſtens, nunc ſit, aut cum antea exiſtens, poſtea non, cum generatione & corruptione hęc pati. At puncta, lineas, & ſuperficies, neque fieri, neque corrumpi contingit, cum quandoque ſint, quandoque uero non ſint. Cum enim tangant, aut diuidantur corpora, quandoque una, cum ſimul tangunt, quandoque duę, cum diuiduntur, fiunt. quare neque iam compoſitis, ſunt, ſed corruptę ſunt; & diuiſis, ſunt, cum antea non eſſent. punctum nanque indiuiſibile, non eſt diuiſum in duo. Cęterum, ſi generantur, & corrumpuntur, ex aliquo fiunt.

Similiter autem ſe habet & circa nunc, quod eſt in tempore. nec hoc enim contingit generari, & corrumpi, ſed tamen aliud eſſe ſemper uidetur, cum non ſubſtantia aliqua ſit. Pa-

K

quia ſe habet, & circa puncta, & lineas, & ſuperficies; eadē enim ratio. nam omnia ſimiliter aut termini, aut diuiſiones ſunt.

LECTIO XIIII.

OMnino vero dubitabit aliquis, quare oportet quærere quædam præter ſenſibilia, quæ ſunt intermedia, quas ponimus ſpecies.

B

b Nam, ſi ideo quia mathematica à præſentibus ī aliquo quodam differunt, in eſſe vero plures ſimilis ſpeciei nihil differūt. Quare non erunt eorum principia numero determinata, quēadmodum nec præſentium literarum, numero quidem omniū non ſunt principia determinata, ſed ſpecie. niſi quis ſumat huius ſyllabæ, aut huius vocis. harum enim erunt & numero determinata. ſimiliter autem & in eis, quæ ſunt intermedia. Infinita enim & illic ſunt, quæ eiuſdem ſpeciei. Quare ſi non pręter ſenſibilia, & mathematica, alia quædam, qualia dicunt ſpecies ipſas quidam, non erit vna numero & ſpecie ſubſtantia: nec principia entium numero exiſtunt quanta aliqua, ſed ſpecie. Ergo, ſi hoc eſt neceſſarium, & ſpecies neceſſarium eſt propter hoc eſſe. Etenim & ſi non bene dearticulant dicentes, ſed hoc eſt quod volunt, & eos ea neceſſe eſt dicere, quia ſpecierum ſingula, ſubſtantia quædam eſt, ſed non ſecundum accidens.

C

D

tet autem quod etiam circa puncta, lineas, & ſuperficies ſimiliter ſe habet. eadem enim ratio eſt. cuncta namque ſimiliter, aut fines, aut diuiſiones ſunt.

LECTIO XIIII.

OMnino autem aliquis dubitabit, quare oportet alia quadā præter ſenſibilia, & media quærere, utputa eas, quas ponimus, formas.

Si enim propterea quod mathematica quidem ab his, quæ hic ſunt, alio quodam differunt, in eo ſane, quod plura eiuſdem ſpeciei ſunt, nihil differūt. & ideo non erunt eorum principia, numero determinata: ſicuti etiam literarum quæ hic, numero quidem non ſūt omnium principia determinata, ſed ſpecie. niſi quis huius ſyllabæ, & huius vocis ſuccipiat: harum enim numero etiam determinata erunt, ſimiliter etiam de medijs, infinita etenim etiam illic ſunt, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt. Quare, ſi pręter ſenſibilia, & mathematica non ſint alia quędam, qualia dicunt quidam formas eſſe, non erit una numero, & ſpecie ſubſtantia: nec entium principia aliqua numero aliquot, ſed ſpecie erunt. Si itaque hoc neceſſarium eſt, & formas propterea neceſſe eſt eſſe. etenim quanquam non bene declarent, qui hęc dicunt, hoc tamen eſt, quod volunt, & neceſſe eſt eis hoc dicere, quod formarum unaquęque ſubſtantia quædam ſit, & nulla ſecundum accidens.

& corrumpantur. tamen uidetur ſemper eſſe aliud & aliud nūc, non quidem quod differant ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum eſſe, quia ſubſtantia ipſius nunc, reſpondet ſubiecto mobili. Variatio autem ipſius nunc ſecundum eſſe, reſpondet uariationi motus ut oſtenditur in quarto Phy. Similiter ergo vi-

Tex.c.109. Lect.18.

detur ſe habere de puncto in comparatione ad lineam, & de linea in comparatione ad ſuperficiē, & de ſuperficie in comparatione ad corp⁹, ſcilicet quod non corrumpantur nec generentur: & tamen aliqua variatio attendatur circa huiuſmodi, eadem enim ratio eſt de omnibus his. Omnia enim huiuſmodi ſimiliter ſunt termini, ſecundum quod in extremo conſiderantur, vel diuiſiones ſecūdum quod ſunt in medio. Vnde ſicut ſecundum defluxum motus variatur nunc ſecundum eſſe, licet maneat idem ſecundū ſubſtātiam propter identitatem mobilis, ita etiā variatur pūctus: nec fit aliud & aliud propter diuiſionem lineæ, licet non corrumpatur nec generetur ſimpliciter. Et eadem ratio eſt de alijs. Hanc autem quæſtioné Philoſophus pertractat in 13. & 14. Et ueritas quæſtionis huius eſt, ꝙ huiuſmodi mathematica nō ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſunt accidentia ſuperuenientia ſubſtātijs. Deceptio autem quantum ad magnitudines prouenit ex hoc, quod nō diſtinguitur de corpore ſecundum quod eſt in genere ſubſtātię, & ſecundum quod eſt in genere quantitatis, In genere enim ſubſtantiæ eſt ſecundum quod componitur ex materia & forma, quā conſequuntur dimenſiones in materia corporali. Ipſæ autē dimenſiones pertinent ad genus quātitatis, quæ non ſunt ſubſtantiæ. ſed accidentia, quibus ſubijcitur ſubſtantia compoſita ex materia & forma. Sicut etiam ſupra dictum eſt, ꝙ deceptio ponentiū numeros eſſe ſubſtātias rerū, proueniebat ex hoc, ꝙ non diſtinguebant inter vnum, quod eſt principium numeri, & vnum, quod conuertitur cum ente.

Tex.c.18. part.2.

part.2.

LECTIO XIIII.

aPOſtquam philoſophus inquiſiuit, utrum mathematica ſint principia rerum ſenſibilium, hic inquirit utrum ſupra mathematica ſint aliqua alia principia, puta quę dicuntur ſpecies, quæ ſunt ſubſtantiæ & principia horum ſenſibilium. Et circa hoc tria facit.

Tex.c.19. lect.3.

Primo mouet dubitationem. Secundo inducit rationem ad unā partem, ibi: [Nam ſi ideo.] Tertio obijcit ad partem contrariam, ibi: [At uero ſi ponimus &c.] Dicit ergo primo, quod ſuppoſito, quod mathematica non ſint principia rerum ſenſibiliū, & eorum ſubſtantia, ulterius aliquis dubitabit, quæ eſt ratio, quare præter ſubſtantias ſenſibiles, & præter mathematica, quæ ſunt media inter ſenſibilia & ſpecies, oportet iterum po-

A

nere tertium genus, ſcilicet ipſas [ſpecies] ideſt, ideas, vel formas ſeparatas. Deinde cum dicit.

b ¶ Obijcit ad vnam partem, & uidetur hæc eſſe ratio quare oportet ſpecies ponere præter ſenſibilia & mathematica, quia mathematica [a præſentibus,] ideſt a ſenſibilibus, quæ in uniuerſo ſunt, differūt quidem in aliquo; quia mathematica abſtrahūt a materia ſenſibili: non tamen differūt in hoc, ſed magis conueniunt, quia ſicut in ſenſibilibus inueniuntur plura numero differentia eiuſdem ſpeciei, ut pote plures homines, aut plures equi: ita etiā in mathematicis inueniuntur plura numero differentia eiuſdem ſpeciei, puta plures trianguli æqui lateri, & plures lineæ æquales. Et ſi ita eſt, ſequitur quod ſicut principia ſenſibilium nō ſunt determinata ſecundum numerum, ſed ſecundum ſpeciem, ita etiam ſit [in medijs,] ideſt in mathematicis. Manifeſtum eſt enim, ꝙ in ſenſibilib⁹ propter hoc, quod ſunt plura indiuidua unius ſpeciei ſenſibilis, principia ſenſibiliū non ſunt determinata numero, ſed ſpecie, niſi forte accipiantur principia propria huius indiuidui, quæ ſunt etiā in numero determinata & indiuidualia. Et ponit exemplum in uocib. Manifeſtum eſt enim quod uocis literatæ literæ ſunt principia, non tamen ſunt aliquo numero determinato indiuidualium literarum, ſed ſolum ſecundū ſpeciem ſunt determinatę literæ ſecundum aliquem numerū, quarum aliæ ſunt uocales & alię conſonantes. Sed hęc determinatio eſt ſm ſpeciem, non ſecundum numerum. Non.n. unum ſolum eſt A, ſed multa. & ſic de alijs literis. Sed ſi accipiantur hę literę, quæ ſunt principia huius determinatę ſyllabæ, uel dictionis, aut orationis, ſic ſunt determinatæ numero. Et eadem ratione, cum ſint multa mathematica, numero differentia in una ſpecie, non poterunt eſſe mathematica principia mathematicorum determinata numero, ſed determinata

E

ſpecie ſolū. Puta, ſi dicamus quod principia triāgulorum ſunt tria latera & tres anguli. Sed hæc determinatio eſt ſecundum ſpeciem. contingit enim quodlibet eorum infinitum multiplicari. ſi igitur nihil eſſet præter ſenſibilia & mathematica, ſequeretur quod ſubſtantia ſpeciei non eſſet una ſm numerum, & quòd principia entium non eſſent determinata in aliquo numero, ſed erunt determinata ſolum ſm ſpeciem. Si ergo eſt neceſſarium, quod ſint determinata ſecundum numerum: alioquin contingeret eſſe principia rerum infinita numero: ſequitur, quod neceſſe ſit ſpecies eſſe præter mathematica & ſenſibilia. Et hoc eſt, quod Platonici uolunt dicere, quod ſequitur ex neceſſitate ad poſitiones eorum, quod ſit in ſingularium ſubſtantijs ſpecies aliquid unum, cui non conueniat aliquid ſecundum accidens. Homini enim indiuiduo conuenit aliquid ſecundum accidens, ſ. album uel nigrum, ſed homini ſepara-

to, qui eſt ſpecies ſecundum Platonicos, nihil conuenit per accidens, ſed ſolum quod pertinet ad rationem ſpeciei. Et quamuis hoc dicere intendat, non tamen bene [ſcartaulas] ſi est non bene diſtinguunt. Deinde cum dicit.

c ¶ Obiicit in contrarium & dicit, quod ſi ponamus ſpecies ſeparatas eſſe, & quod principia rerum nõ ſunt ſolum determinata ſpecie ſed etiã numero, quædã inconuenientia ſequũtur, quæ ſuperius in quadam queſtione ſunt tacta. Hanc autem dubitationem philoſophus determinat xii. & xiii. huius libri. Et ueritas dubitationis eſt, quod ſicut mathematica non ſunt ꝑter ſenſibilia, ita nec ſpecies rerum ſeparatæ præter mathematica & ſenſibilia. Principia autem rerum efficientia & mouẽtia ſunt quidem determinata numero, ſed principia rerum formalia, quorum ſunt multa indiuidua vnius ſpeciei, non ſunt determinata numero, ſed ſolum ſpecie.

part. 3. c At vero, ſi ponimus ſpecies eſſe & unum numero principia, & non ſpecie, diximus quæ contingere neceſſe eſt impoſſibilia.

LECTIO XV.

Tex. cō. 19. part. 1. HIS autem affine eſt quærere, vtrum poteſtate ſunt G elementa, aut aliquo alio modo.

b Nam ſi aliter, prius aliquid erit principiis aliud. Prior enim erit poteſtas cauſa illa. Poſſibile autem non eſt neceſſarium illo modo ſe habere.

part. 2. c Si vero poteſtate ſunt elemẽta, nihil entium eſſe conuenit. Nam poſſibile eſt eſſe, quod nõdum eſt ens: fit enim non ens. Nihil autem fit impoſſibilium eſſe. Has igitur dubitationes H quærere neceſſe eſt.

part. 3. d Et vtrum vniuerſalia ſint, aut, vt dicimus, ſingularia.

part. 4. e Nam ſi vniuerſalia, non erũt ſubſtantiæ. Nihil.n.communiũ hoc aliquid ſignificat, ſed quale quid. ſubſtantia vero hoc aliquid eſt.

f Sed ſi eſt hoc aliquid, & ponitur quid cõmuniter quod prædicatur, multa erit animalia Socrates, ipſeque homo & animal, I ſi ſignificat ſingulum hoc aliqd & vnum. Si igitur uniuerſalia ſint principia, ea contingunt.

LECTIO XV.

part. 5. a POſtquam philoſophus inquiſiuit, quæ ſunt principia, hic inquirit quomodo ſint. & primo utrum ſint in potentia uel in actu. part. 6. Secũdo utrum ſint vniuerſalia uel ſingularia, ibi [Et vtrũ uniuerſalia &c.] par. 4. Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationem. Secundo obiicit ad vnam partem, ibi: part. ſeq. [Nam ſi aliter &c.] Tertio obiicit in cõtrarium, ibi: [Si vero poteſtate &c.] Quærit ergo primo utrum prima principia ſint in potentia, uel (aliquo alio modo) idest in actu.

Et hęc dubitatio inducitur propter antiquos naturales, qui ponebant ſola principia materialia quæ ſunt in potentia. Platonici autem ponentes ſpecies quaſi principia formalia, ponebant eas in eſſe in actu. Deinde cum dicit.

b ¶ Probat quod principia ſint in potentia. Si enim eſſent (aliter,) ſcilicet in actu, ſequeretur quod aliquid eſſet prius principiis. Potentia enim actu prior eſt. quod patet ex hoc, quod prius eſt, a quo non conuertitur conſequentia eſſendi. Sequitur autem, ſi eſt, quod poſſit eſſe, non autem ex neceſſitate ſequitur ſi eſt poſſibile, quod ſit actu. Hoc autem eſt inconueniens, quod aliquid ſit prius primo principio. ergo impoſſibile quod primum principium ſit aliter quam in potentia. Deinde cum dicit.

c ¶ Obiicit in contrarium, quia ſi principia rerum ſint in potentia, ſequitur quod nihil ſit entium in actu. nam illud, quod eſt poſſibile eſſe, nondum eſt ens. Et hoc probat per hoc, quòd id quod fit, non eſt ens. Quod enim eſt, non fit. Sed nihil fit niſi quod poſſibile eſt eſſe: ergo omne, quod eſt poſſibile eſſe, eſt non ens: Si igitur principia ſint tantum in potentia, erunt non entia. Si autem principia non ſint, nec effectus ſunt. Sequitur ergo, quod contingit nihil eſſe in entibus. Et concludit epilogando, quod ſecundum prędicta neceſſarium eſt dubitare de principiis propter præmiſſas rationes. Hæc autem

F quęſtio determinabitur in Nono huius, ubi oſtendetur, quod actus eſt ſimpliciter prior potentia: ſed potentia eſt prior actu tempore in eo, quod mouetur de potẽtia ad actum. Et ſic oportet primum principium eſſe in actu & non in potentia, ut oſtẽdit in Duodecimo huius. Deinde cum dicit.

At uero ſi ponemus formas eſſe, & principia unum numero, non ſpecie eſſe, diximus, quę impoſſibilia neceſſe eſt accidere.

LECTIO XV.

G *HIs autem prope eſt dubitare, utrum potentia, an alio quodam modo elementa ſint.*

Si enim alio quodam modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia namque prior illa cauſa eſt. non eſt autem neceſſe, ut omne, quod potentia eſt, illo modo ſe habeat.

Quod ſi elementa potentia ſunt, cõtingit nihil entium eſſe. poſſibile enim eſt eſſe, etiam quod nõdum eſt. fit enim quod non eſt. ſed nihil eorum fit, quę eſſe impoſſibilia ſunt. Et his itaque de H *principijs dubitationibus neceſſe eſt dubitare.*

Et utrum uniuerſalia ſint, an, ut dicimus, ſingularia.

Si enim uniuerſalia, non erunt ſubſtantię: nihil enim communium quid, ſed quale quid ſignificant, ſed ſubſtantia quod quid.

Quod ſi quod communiter prędicatur, quod quid ſit, & exponi poſſit, multa animalia erunt ipſe Socrates, I *et homo, & animal, ſi ſingula quidem quod quid, & unum ſignificant. Si igitur principia uniuerſalia ſunt, hęc accidant.*

d ¶ Inquirit utrum principia ſint ꝑ modum uniuerſalium, aut per modum ſingularium, & circa hoc tria facit. Primo proponit dubitationem. Secundo obiicit ad unam partem ibi: [Nam ſi uniuerſalia &c.] Tertio obiicit ad aliam, ibi: [Si autem non uniuerſalia &c. Eſt ergo dubitatio, utrum principia ſint uniuerſalia, uel exiſtãt per modum quorũdam ſingularium. Deinde cum dicit, Tex. cō. 20. part. ſeq.

Tex. cō. 19. e ¶ Probat quod principia non ſunt vniuerſalia tali ratione. Nullum communiter prædicatũ de multis, ſignificat hoc aliquid, ſed ſignificat tale, ſiue quale, non quidem ſecundum qualitatem accidentalem, ſed ſecundum qualitatem ſubſtantialem. eſt enim quędam ſubſtantialis qualitas, ut infra in Quinto huius dicetur. Et rõ huius eſt, quia hoc aliquid dicitur ſecũdum quod in ſe ſubſiſtit: quod autem in ſe ſubſiſtit, non põt eſſe in multis ens, quod eſt de rõne cõis. Quod.n. in multis ẽ, non eſt in ſe ſubſiſtẽs, niſi & ipſum eſſet multa, quod eſt contra rationem communis. Nam commune eſt, quod eſt unum in multis. Sic igitur patet, quod nullum communium ſignificat hoc aliquid, ſed ſignificat formam in multis exiſtentem. Addit autem minorem, ſcilicet, quod ſubſtãtia ſignificat hoc aliquid. Et hoc quidem uerum eſt quantum ad primas ſubſtantias, quę maxime & proprie ſubſtantię dicũtur, ut habetur in prędicamentis. Huius enim ſubſtantię ſunt in ſe ſubſiſtentes. Relinquitur ergo, quod principia ſi ſunt uniuerſalia, non ſunt ſubſtantię. Et ita uel ſubſtantiarũ non erunt aliqua principia, uel oportebit dicere, quod non ſint ſubſtantiæ ſubſtantiarum principia. Sed quia aliquis poſſet concedere, quod aliquid communiter prędicatum ſignificet hoc aliquid, K conſequenter diluitur cum dicit.

f ¶ Oſtendit quod inconueniens ex hoc ſequitur. Si enim id, quod communiter prędicatur, ſit hoc aliquid, ſequeretur, quod oẽ id, de quo illud cõe prędicatur, ſit hoc aliquid, quod eſt cõe. Sed planum eſt, quod de Soc. prędicatur & homo & animal, quorum utrunque, ſ. homo & animal, eſt quoddam cõe prędicatum. Unde, ſi omne commune prędicatum ſit hoc aliquid. ſequitur quod Soc. ſit tria hoc aliquid, quia Soc. eſt Soc. quod eſt hoc aliquid: ipſe etiam eſt homo, quod eſt ſecundum prędicta hoc aliquid: ipſe etiam eſt animal, quod ſimiliter eſt hoc aliquid. Erit ergo tria hoc aliquid. Et ulterius ſequitur quod ſit tria animalia. Non animal prędicatur de ſe ipſo & de homine & de Socr. Cum ergo hoc ſit inconueniens, inconueniens eſt, quod aliquid communiter prędicatum ſit hoc aliquid. Hęc igitur ſunt inconuenientia quę ſequuntur, ſi uniuerſalia ſint principia. Deinde cum dicit.

g ¶ Obiicit in contrarium. Cum enim omnes ſcientię ſint uniuerſales non ſunt ſingularium, ſed uniuerſalium. Si igitur aliqua principia non ſunt uniuerſalia, ſed ſingularia non erunt ſcibilia ſecundum

par. 5. ſe ipſa. Si ergo de eis debet aliqua ſcientia haberi, oportebit eſſe aliqua priora principia, quæ ſunt uniuerſalia. Sic igitur oportet prima principia eſſe uniuerſalia, ad hoc quod ſcientia habeatur de rebus, quia ignoratis principiis neceſſe eſt alia ignorare. Hęc autem

A queſtio determinatur in Septimo huius, ubi oſtenditur, quod uniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ, nec principia rerum. Non autem propter hoc ſequitur, quod ſi principia & ſubſtantiæ rerum ſint ſingularia, quod eorum non poſſit eſſe ſcientia, tum quia res immateriales & ſi ſint ſingulariter ſubſiſtentes, ſunt tamen etiã intelligibiles: tum etiam quia de ſingularibus eſt ſcientia, ſecundum uniuerſales eorum rationes per intellectum apprehenſas.

g Si autem non uniuerſalia, ſed quaſi ſingularia, nõ erunt ſcibilia. Vniuerſales.n. ſunt omnes ſcientiæ. Quare erunt diuerſa priora principiis uniuerſaliter prędicata, ſi futura eſt eorũ ſciã.

Quod ſi non uniuerſalia ſint, ſed ut ipſa ſingularia, non erunt ſcibilia. ipſius.n. uniuerſales omniũ ſcientiæ ſunt. quare erunt alia principia priora de

B *principiis uniuerſaliter prædicata, ſi ſit quidem eorum futura ſcientia.*

Commentariorum S. Thom. ſuper tertium Metaphy. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM, LIBER QVARTVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

ST autem ſcientia quæ dã, quæ ſpeculatur ens inquantum ens, & quæ huic inſunt ſecundum ſe.

b Hæc autem nulli eſt in parte dictarum eadem. Aliarũ.n. nulla intendit uniuerſaliter de ente inquantum eſt ens, uerum partem eius abſcindentes aliquam, circa quidem hanc ſpeculantur ipſum accidens, ueluti ſcientiarum mathematicę. G

c Quoniã aũt principia & extremas quærimus cauſas, palã quia cuiuſdam eas naturæ ſm ſe eſſe neceſſe eſt. Si ergo & entium elementa quærentes, ea quęſierunt principia, neceſſe & entis elemẽta eſſe non ſm accidens, ſed inquantum ſunt entia. Vnde & nobis entis, inquantum eſt ens, primę cauſę ſunt accipiendæ. H

d Ens autem multis quidẽ dicitur modis, ſed ad unum & ad vnã naturã aliquam, & nõ æquiuoce, ſed quẽadmodum ſalubre omne ad ſanitatem, hoc quidẽ ad conſeruationem, id uero in actione, aliud quia eſt ſignũ, ut I

LECTIO I.

ST ſcientia quędam, quę ſpeculatur ens, prout ens eſt, & quæ ei per ſe inſunt.

Hæc autem nulli earum, quę in parte dicuntur, eadem eſt, nulla nanque cęterarum uniuerſaliter de ente, prout ens eſt, conſiderant, ſed eius aliquam partẽ abſcindentes, quod ei accidit ſpeculantur, ut Mathematicæ ſcientię. G

Cum autem principia, et ſupremas cauſas quęramus, patet quod alicuius naturę per ſe neceſſe eſt eas eſſe, Si igitur illi etiam, qui entium elementa quęrebant, iſta principia quęrebant, neceſſe eſt etiam elementa entis non ſecundum accidens eſſe, ſed prout entia ſunt: Quare nobis quoque entis, prout entis, primas cauſas accipiendum eſt. H

Ens autem multipliciter quidem dicitur, uerum ad unum, unamque quandam naturam, & non equiuoce, ſed quemadmodum omne ſalubre ad ſanitatem, quoddam eo quod conſeruat: quoddam, eo quo facit. quoddam, eo quod ſignum ſanitatis: quoddam I

a IN pręcedenti libro Philoſophus diſputatiue proceſſit de illis, quæ debent in hac ſcientia conſiderari, hic incipit procedere demonſtratiue determinãdo ueritatem qõnum prius motarum, & diſputatarum. (Tex. cõ. 1. par. 1.) Fuit autem in præcedenti libro diſputatũ tam de his, quæ pertinent ad modum huius ſciæ, ſ. ad quæ ſe extendit huius ſcientię conſideratio, quam etiam de his, quę ſub cõſideratione huius ſcientię cadunt. (part. 2.) Et, quia pri' oportet cognoſcere modum ſcientiæ, quam procedere in ſcientia ad ea conſiderãda de quibus eſt ſcientia, ut in 2. lib. dictum eſt, ideo diuiditur hæc pars in duas. (Lec. ult. par. 4. Lec. huius. part. ſeq. part. 3.) Primo dicit de quibus eſt conſideratio huius ſciæ. Secundo dicit de reb. quæ ſub conſideratione huius ſcientiæ caduni in v. li. ibi: [Principiũ dicitur aliud quidẽ &c.] (part. 3.) Prima in duas. primo ſubiectum ſtabilit huius ſcientiæ. Secundo procedit ad ſoluendum quæſtiones motas in libro præcedenti de conſideratione huius ſcientiæ, ibi; [Ens autẽ multis.] Circa primum tria facit. Primo ſupponit aliquam eſſe ſcientiam, cuius ſubiectum ſit ens. Secundo oſtendit, quod iſta non eſt aliqua particularium ſcientiarum, ibi: [Hæc autem &c.] Tertio oſtendit, quod hęc eſt ſcientia quæ præ manibus habetur, ibi: [Quoniam autem principia &c.] Quia uero ſcientia non ſolum debet ſpeculari ſubiectum, ſed etiam ſubiecto per ſe accidentia, ideo dicit primo, quod eſt quędam ſcientia quæ ſpeculatur ens ſecundum quod ens: ſicut ſubiectum, & ſpeculatur [ea quæ inſunt enti per ſe, ideſt entis per ſe accidentia. Dicit autem ſecundum quod eſt ens, quia ſcientiæ alię, quæ ſunt de entibus particularibus, conſiderant quidem de ente, cum omnia ſubiecta ſcientiarum ſint entia, non tamen conſiderant ens ſecundum quod ens, ſed ſecundum quod eſt huiuſmodi ens, ſcilicet uel numerus, uel linea, uel ignis, aut aliquid huiuſmodi. K

Dicit etiam & quæ huic inſunt per ſe, & non ſimpliciter quæ huic inſunt, ad ſignificandum, quod ad ſcientiam nõ pertinet conſiderare de his, quæ per accidens inſunt ſubiecto ſuo, ſed ſolum de his, quæ per ſe inſunt. Geometra enim non conſiderat de triangulo, utrum ſit cupreus uel ligneus: ſed ſolum conſiderat ipſum abſolute, ſecundum quod habet tres angulos æquales &c. Sic igitur huiuſmodi ſcientia, cuius eſt F ens ſubiectum, non oportet quod conſideret de omnibus, quæ inſunt enti per accidens, quia ſic conſideraret accidentia quæſita in omnibus ſcientijs, cum omnia accidentia inſint alicui enti, non tamen ſecundum quod eſt ens. Quæ enim ſunt per ſe accidentia inferioris, per accidens ſe habent ad ſuperius, ſicut per ſe accidentia hominis, nõ ſunt per ſe accidẽtia animalis. Neceſſitas autem huius ſcientię, quę ſpeculatur ens & per ſe accidentia entis, ex hoc apparet, quia huiuſmodi non debent ignota remanere, cum ex eis, aliorũ dependeat cognitio, ſicut ex cognitione communium dependet cognitio rerum propriarum.

b ¶ Hic oſtendit quod iſta ſcientia non ſit aliqua particularium ſcientiarum, tali ratione. Nulla ſcientia particularis conſiderat ens vniuerſale inquantum huiuſmodi, ſed ſolum aliquam partem entis diuiſam ab alijs, circa quam ſpeculanť per ſe accidens, ſicut ſcientiæ mathematicę aliqď ens ſpeculantur, ſ. ens quantum. Scientia autẽ cõis conſiderat uniuerſale ens ſm q ens. ergo nõ eſt eadẽ alicui ſciẽtiarũ particulariũ.

c ¶ Hic oſtendit quod iſta ſcientia quæ præ manibus habetur, hẽt ens pro ſubiecto, tali rõne. Oẽ principium eſt per ſe principium & cauſa alicuius naturę: ſed nos quęrimus prima rerũ principia, & altiſſimas cauſas ſicut in Primo dictum eſt ergo ſunt per ſe cauſa alicuius naturæ, ſed non niſi entis. (Lect. 2.) Quod ex hoc patet, quia omnes philoſophi elementa quærentes ſecundum q ſunt entia, quærebant hmõi principia, ſ. prima & altiſſima, ergo in hac ſcientia nos quærimus principia entis inquantum eſt ens; ergo ens eſt ſubiectum huius ſcientiæ, quia quęlibet ſcientia eſt quærens cauſas proprias ſui ſubiecti.

d ¶ Hic procedit ad ſoluendum quæſtiones in præcedenti libro motas de conſideratione huius ſcientiæ: & diuiditur in tres partes. (Lec. ſequẽ. Infra lec. 3.) Primo ſoluit quæſtionem, qua quærebatur, utrum huius ſcientiæ eſſet conſideratio de ſubſtantiis, & accidentibus ſimul, & utrum de omnibus ſubſtantiis. Secundo ſoluit quæſtionem, qua quærebatur: utrum huius ſcientię eſſet conſiderare de omnibus iſtis, quę ſunt, unum & multa, idem & diuerſum, oppoſitum contrarium, & huiuſmodi, ibi: [Si igitur ens & unum &c.] Tertio ſoluit quęſtionem, qua quęrebatur, utrum huius ſciẽ eſſet conſiderare demonſtrationis principia, ibi; [Dicendũ eſt aũt utrũ vnius &c. Circa primum tria facit.

Primo

Infra par. 6. ter. 2. In 2. huius.

Primo oſtendit ꝙ huius ſcientiæ eſt conſiderare tam de ſubſtantiis quam de accidentibus. Secundo, quòd principaliter de ſubſtantiis, ibi Vbique uero proprie &c. Tertio, quod de omnibus ſubſtantiis, ibi: Omnis autem generis.] Circa primum utitur tali ratione. Quæcunque communiter unius recipiunt

A

urina ſanitatis, hoc autem quia illius eſt ſuſceptibile, & medicinale a medicina. Hoc enim habendo medicinas dicitur medicinale illud uero ſuſceptibile ad eam, aliud uero per actus exiſtentium medicinæ. Similiter autem alia ſumemus his dicta. Ita uero

B

& ens multipliciter dicitur quidem, ſed omne ad primum principium. Hæc enim quia ſubſtantiæ entia dicuntur, illa uero quia paſſiones ſubſtantiæ dicuntur, alia quia uia ad ſubſtantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtātiæ, aut ad ſubſtantiam dictorum, aut quorundam horū negationes, aut ſubſtantiæ. Quare & non ens, eſſe non ens dicimus.

C

c Quemadmodum ergo ſalubrium omnium una eſt ſcientia, ita hoc etiam & in aliis. Nō enim ſolum circa unum dictorum, unius eſt ſcientiæ ſpeculari, ſed ad unam dictorum naturam. Et enim ea modo quodam circa unum dicuntur.

D

prædicationem, licet non uniuoce, ſed analogice de his prędicetur, pertinent ad unius ſcientiæ cōſiderationem; ſed ens hoc modo prædicatur de omnibus entibus; ergo omnia entia pertinent ad conſiderationem unius ſcientiæ, quæ conſiderat ens inquantum eſt ens, ſcilicet, tam ſubſtantias quàm accidentia. In hac autem ratione primo ponit minorem. Secundo maiorem, ibi. [Quēadmodum ergo ſalubrium omnium.] Tertio concluſionē, ibi. [Manifeſtum igitur &c. Dicit ergo primo, quod ens ſiue quod eſt, dicitur multipliciter. ſed ſciendum, quòd aliquid prædicatur de diuerſis multipliciter, quandoque quidem ſecundum rationem omnino eandem, & tunc dicitur de eis uniuoce prædicari, ſicut animal de equo, & boue. Quandoque uero ſecundum rationes omnino diuerſas, & tunc dicitur de eis equiuoce prædicari, ſicut canis de ſydere & animali. Quandoque uero ſecundū rationes, quæ partim ſunt diuerſæ, & partim non diuerſæ: diuerſæ quidem ſecundum quòd diuerſas habitudines important. Vna autem ſecundum quòd ad unum aliquid & idem, iſtæ diuerſę habitudines referuntur, & illud dicitur [analogice prædicari] id eſt proportionaliter, prout unūquodque ſecundum ſuam habitudinem ad illud unum refertur. Item ſciendum, quòd illud unum, ad quod diuerſæ habitudines referuntur in analogicis, eſt unū numero. & non ſolum unum ratione, ſicut eſt unum illud, quod per nomen uniuocum deſignatur. Et ideo dicit, quod ens ſi dicatur multipliciter non tamen dicitur æquiuoce, ſed per reſpectum ad unum, non quidem ad unū quod ſit ſolum ratione unum, ſed quòd eſt unum ſicut una quædam natura. Et hoc patet in exemplis infra poſitis. Ponit enim primo unum exemplum quando multa comparantur ad unum, ſicut ad finem, ſicut patet de hoc nomine ſanatiuum uel ſalubre. Sanatiuum enim, non dicitur uniuoce de diæta, medicina, vrina, & animali. Nam ratio ſani ſecundū, quòd dicitur de diæta, conſiſtit in conſeruando ſanitatem. Secundum uero quod dicitur de medicina, in faciendo ſanitatem. Prout uero dicitur de vrina, eſt ſignum ſanitatis. Secundum uero quòd dicitur de animali, ratio eius eſt, quoniam eſt receptiuum, vel ſuſceptiuum ſanitatis. Sic igitur omne ſanatiuum uel ſanum dicitur ad ſanitatem unam & eandem. Eadem enim eſt ſanitas, quam animal ſuſcipit, urina ſignificat, medicina facit, & diæta conſeruat. Secundo ponit exemplum, quando multa comparantur ad unum, ſicut ad principium efficiens. Aliquid enim dicitur medicatiuum, qui habet artem medicinæ. ſicut medicus peritus. Aliquid uero quia eſt bene aptum ad habendum artem medicinæ ſicut homines, qui ſunt diſpoſiti ut de facili artem medicinæ acquirant; ex quo contingit, ꝙ ingenio proprio quædam medicinalia operantur. Aliquid uero dicitur medicatiuum, uel medicinale, quia eo opus eſt ad medicinā, ſicut inſtrumenta, quibus medici utū-

A tur, medicinalia dici poſſunt: & etiam medicinæ quibus medici vtuntur ad ſanandum. Et ſimiliter accipi poſſunt alia, quæ multipliciter dicuntur. ſicut & iſta. Et ſicut eſt de prædictis, ita etiam & ens multipliciter dicitur. Sed tamen omne ens dicitur per reſpectum ad unum primum. Sed hoc primum

vero capax eius eſt. Et medicinale ad medicinam. quoddam enim, eo quod habet medicinam medicinale dicitur: quoddam, proptèrea quod natura aptum ad eam ſit: quoddam, propterea quòd opus medicinæ ſit. eodem modo cætera quoque accipiemus. Ita

B *& ens multipliciter quidem dicitur, ſed totum ad unum principium: quædam enim, quoniam ſubſtantiæ, entia dicuntur; quædam, quoniam paſſiones ſubſtantiæ: quædam, quoniam via ad ſubſtantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſubſtantiæ, ſiue eorum, quę ad ſubſtantiam dicuntur, aut ad aliquorum ex his negationes, aut ſubſtantias. Quare & ipſum non ens, eſſe non ens dicimus.*

C

Quemadmodū igitur ſanorum omnium una ſcientia eſt, ita & de cæteris eſt. Non enim ſolum eorum, quę ſecundum unum dicuntur. uerū etiam eorum, quæ ad unam naturam dicuntur, unius ſcientię eſt ſpeculari. etenim, hæc etiam quodammodo ſecundum unum dicuntur.

D

non eſt finis uel efficiēs, ſicut in præmiſſis exemplis. ſed ſubiectum. Alia enim dicuntur entia vel eſſe. quia per ſe habent eſſe, ſicut ſubſtantiæ, quæ principaliter & prius entia dicuntur. Alia vero, quia ſunt paſſiones ſiue proprietates ſubſtantiæ, ſicut per ſe accidentia uniuſcuiuſque ſubſtantiæ. Quædam autem dicuntur entia, quia ſunt uia ad ſubſtantiam, ſicut generationes & motus. Alia autem entia dicuntur, quia ſunt corruptiones ſubſtantiæ. Corruptio enim eſt uia ad non eſſe, ſicut generatio uia ad ſubſtantiam. Et quia corruptio terminatur ad priuationem, ſicut generatio ad formam, conuenienter ipſe etiam priuationes formarum ſubſtantialium eſſe dicuntur. Et iterum qualitates vel accidentia quædam dicūtur entia, quia ſunt actiua uel generatiua ſubſtantiæ, uel eorum, quæ ſecundum aliquam habitudinē prædictarum ad ſubſtantiam dicuntur, uel ſecundum quamcunque aliam. Item negationes eorum, quæ ad ſubſtantiam habitudinem habent, uel etiam ipſius ſubſtantiæ eſſe dicuntur. unde dicimus ꝙ non ens eſt non ens. Quod non diceretur, niſi negationi aliquo modo eſſe competeret. Sciendum tamen, ꝙ prædicti modi eſſendi ad quatuor poſſunt reduci. Nam unum eorum, quod eſt debiliſſimum, eſt tantum in ratione, ſcilicet negatio & priuatio, quam dicimus in ratione eſſe, quia ratio de eis negociatur quaſi de quibuſdam entibus, dum de eis affirmat uel negat aliquid, ſecūdum quid autem differant negatio & priuatio, infra dicetur. Aliud autem hic proximum in debilitate eſt, ſecundum ꝙ generatio & corruptio & motus entia dicuntur. habent enim aliquid admiſtum de priuatione & negatione. Nam motus eſt actus imperfectus, ut dicitur 3. phyſico. Tertium autem dicitur, quod nihil habet de non ente admiſtum, habet tamen eſſe debile, quia non per ſe, ſed in alio. ſicut ſunt qualitates, quantitates, & ſubſtantiæ proprietates. Quartum autem genus eſt quod eſt perfectiſſimum, quod ſcilicet habet eſſe in natura abſque admiſtione priuationis, & habet eſſe firmum & ſolidum, quaſi per ſe exiſtens, ſicut ſunt ſubſtantiæ. Et adhoc ſicut ad primum & principale omnia alia referuntur, nam qualitates & quantitates dicuntur eſſe, inquantum inſunt ſubſtantiæ. motus & generationes, inquantum tendunt ad ſubſtantiam uel ad aliquid prædictorum: priuationes autem & negationes, inquantum remouent aliquid trium prædictorum. Lec. 9. T. c. 6.

E

e ¶ Hic ponit maiorem primæ rationis dicens, quòd eſt vnius ſcientiæ ſpeculari non ſolum illa, quæ dicuntur [ſecundum unum] ſcilicet ſecundum vnam rationem omnino, ſed etiam eorum, quæ dicuntur per reſpectum ad vnam naturam ſecundum habitudines diuerſas. Et huius ratio eſt propter unitatem eius, ad quod iſta dicuntur, ſicut patet, quòd de omnibus ſanatiuis conſiderat una ſcientia, ſcilicet medicinalis, & ſimiliter de aliis, quæ eodem modo dicuntur.

f ¶ Hic ponit concluſionem intentam, quæ per ſe eſt manifeſta, quòd hæc ſcientia principaliter conſiderat de ſubſtantiis, & ſi de omnibus entibus conſideret tali ratione. Omnis ſcientia, quæ eſt de pluribus, quæ dicuntur ad vnum primum, eſt proprie & principaliter illius primi, ex quo alia dependent ſecundum eſſe, & propter quod dicuntur ſecundum nomen: (par.6.) & hoc, vbique eſt verum. ſed ſubſtantia eſt hoc primum inter omnia entia. Ergo Philoſophus, qui conſiderat omnia entia primo & principaliter, debet habere in ſua conſideratione principia & cauſas ſubſtantiarum, (par.7.) ergo per conſequens eius conſideratio primo & principaliter de ſubſtantiis eſt.

g ¶ Hic oſtendit, quòd primi Philoſophi eſt conſiderare de omnibus ſubſtantiis, tali ratione. Omnium eorum, quæ ſunt vnius generis, eſt vnus ſenſus & vna ſcientia: ſicut viſus eſt de omnibus coloribus, & (T.com.3: part.1.) Grammatica conſiderat omnes voces. Si igitur omnia entia ſunt vnius generis aliquo modo, oportet quod omnes ſpecies eius pertineant ad conſiderationem vnius ſcientiæ, quæ eſt generalis: & ſpecies entiũ diuerſæ pertineant ad ſpecies illius ſcientiæ diuerſas. Hoc autem dicit, quia non oportet, quòd vna ſcientia conſideret de omnibus ſpeciebus vnius generis, ſecundum, proprias rationes ſingularum ſpecierum, ſed ſecundum quòd conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad ſcientias ſpeciales, ſicut eſt in propoſito, Nam omnes ſubſtantiæ inquantum ſunt entia vel ſubſtantiæ, pertinent ad conſiderationem huius ſcientiæ: inquantum autem ſunt talis, vel talis ſubſtantia, vt Leo vel Bos, pertinent ad ſcientias ſpeciales.

f Manifeſtum igitur quia entia unius eſt ſcientiæ ſpeculari inquantum entia. Vbique uero proprie primi eſt ſcientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. Ergo ſi hoc eſt ſubſtantia, ſubſtantiarum oportet principia & cauſas habere Philoſophum ipſum.

g Omnis autem generis unius eſt ſenſus vnus & ſcientia; vt Grammatica vna, omnes ſpeculatur voces. Quapropter, & entis inquantum eſt ens, quaſcunque ſpecies ſpeculari vnius eſt ſcientię genere, & ſpecies ſpecierum.

LECTIO II.

a SI igitur ens & unum idem, & una natura: quia ſe adinuicem conſequuntur vt principium & cauſa, ſed non vt vna ratione oſtenſa. Nihil autem differt, nec ſi ſimiliter ſuſcipimus, ſed & præopere magis.

b Idem enim vnus homo, & ens homo, & homo & non diuerſum aliquid oſtenditur ſecundum repetitam dictionem ipſum, eſt homo, & homo, & unus homo. Palam autem, quia non ſeparantur nec in generatione, neque in corruptione.

LECTIO II.

a HIc procedit ad oſtendendum, quòd ad conſiderationem unius ſcientiæ pertineat conſiderare huiuſmodi communia, ſcilicet unum & multa, idem & diuerſum, & circa hoc duo facit: Primo oſtendit hoc de ſingulis propias rationes, Secundo de omnibus ſimul per quaſdam rationes communes. ibi [Et philoſophi eſt de omnibus poſſe ſpeculari.] (Infra lec.4.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd de omnibus his conſiderare debet philoſophus. Secundo docet modum conſiderandi, ibi. Quare quoniam unum multipliciter, &c.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd (Lec.ſeq. par.3.) ad hanc ſcientiam pertineat conſiderare de uno & de ſpeciebus unius. Secundo, quòd ad eandem ſcientiam pertineat conſiderare de omnibus oppoſitis, ibi: [Quoniam autem vnius eſt oppoſita conſiderare. Circa primum duo facit. Primo (Lect.ſeq.) enim oſtendit, quod huius ſcientiæ eſt cõſiderare de vno, Secundò quòd eius ſit conſiderare de ſpeciebus unius, ibi: [Quare quotcunque unius.] Dicit ergo primo, quod ens &

F unum ſunt idem, & una natura. hoc ideo dicit, quia quædam ſunt idem numero, quæ non ſunt una natura, ſed diuerſæ ſicut Socrates, & hoc album, & hoc muſicum. Vnum autem, & ens non diuerſas naturas, ſed unam ſignificant, hoc autem contingit dupliciter. Quædam enim ſunt unum, quæ conſequuntur ſe adinuicem cõuertibiliter, ſicut principiũ & cauſa. (part.4. Lec. huius.) Quædam uero non ſolum conuertuntur, ut ſunt idem ſubiecto, ſed etiam ſunt unum ſecundũ rationem, ſicut ueſtis & indumentum. Vnum autem & ens ſignificant unam naturam ſecundum diuerſas rationes. unde ſic ſe habent ſicut principium & cã, ſed non ſicut tunica, & ueſtis, quæ ſunt nomina penitus ſynonyma. Nihil tñ differt ad propoſitum, ſi ſimiliter accipiamus ea dici, ſicut illa, quæ ſunt unum, & ſubiecto, & ratione. Sed hoc erit ſi magis præopere id eſt magis utile ad hoc, quod intendit. Intendit enim probare quòd vnum & ens cadunt ſub eadem conſideratione, & quod habent ſpecies ſibi* correſpondentes. (* al. nihil ſe.) Quod manifeſtius probaretur ſi unum & ens eſſent idem re & ratione, quàm ſi ſint idem re, & nõ ratione. Quod autem ſit idem re, probat duabus rõnibus, quarum primam ponit ibi.

b ¶ Quæ talis eſt. Quæcunque duo addita uni nullam diuerſitatem afferunt, ſunt penitus idem: ſed unum & ens addita homini, uel cuicunque alii nullam diuerſitatem afferunt: ergo ſunt penitus idem. Minor patet. Idem enim eſt dictu, homo, & unus homo & ſimiliter eſt idem dictu, ens homo, uel quod eſt homo. & non demonſtratur aliquod alterum, cum ſecundum dictionem replicamus dicendo. eſt ens homo, & homo & unus homo Quod quidem probat c. Idẽ.n. eſt generari & corrumpi hominem, & id quod eſt homo: quod ex K hoc patet, quia generatio eſt uia ad eſſe, & corruptio mutatio ab eſſe ad non eſſe Vnde nunquam generatur homo, quin generetur ens homo nec unquam corrumpitur homo, quin corrumpatur ens homo. Quæ autem ſimul generantur, & corrumpuntur ſunt unum. Et ſicut dictum eſt, quòd ens & homo non ſeparantur in generatione, & corruptione, ſimiliter apparet de uno. Nam, cum generatur homo, generatur unus homo: & cum corrumpitur, ſimiliter corrumpitur. Vnde manifeſtum eſt, quòd appoſitio in iſtis oſtendit idem, & per hoc, quòd additur uel unum uel ens, non intelligitur addi aliqua natura ſupra hominem. Ex quo manifeſte apparet, quòd unum non eſt aliud præter ens: quia quæcunque uni & eidem ſunt eadem, ſibiinuicem ſunt eadem. Patet autem ex prædicta ratione, non ſolum quod ſunt unum re, ſed quod differunt ratione. Nam, ſi non differrent ratione, eſſent penitus ſynonyma, & ſic nugatio eſſet cum dicitur ens homo, uel unus homo. Sciendum eſt enim, quòd hoc nomen, Homo, imponitur a quidditate, ſiue a natura hominis: & hoc nomen, Res, imponitur a quidditate tantum: hoc uero nomen, Ens, imponitur ab actu eſſendi: & hoc nomen

Pateт itaque unius eſſe, & entis prout entia, ſpeculari. Vbique autem proprie primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur, ſcientia. Quod ſi hoc ſubſtantia eſt, oportet profecto vt ſubſtantiarum principia, & cauſas philoſophus habeat.

G Omnis aũt generis, & ſenſus unus unius, & ſcientia; velut Grammatica, una exiſtens, omnes uoces ſpeculatur. Quare entis quoque quot ſpecies ſunt & ſpecies ſpecierum ſpeculari unius ſcientię genere eſt.

H LECTIO II.

SI itaque ens, & vnum idem, ac vna natura ſunt, propterea quod ſe inuicem ſequuntur, quemadmodum principium, & cauſa, ſed non quod vna ratione ſignificantur,* nihil quidem refert, ſi etiam ſimiliter putabimus, quinimmo magis proderit.

I Idem enim vnus homo, & ens homo, ac homo. & non ſignificat diuerſum aliquid ſecundum dictionem repetitam, id eſt homo & homo & unus homo. Patet autem quod non ſeparatur ens, nec in generatione, nec in corruptione, ſimiliter & in uno. Quare manifeſtum eſt quod additio

men unum, ab ordine uel indiuiſione. Eſt.n. vnũ ens indiuiſum. Idem autem eſt quod habet eſſentiam, & quidditatem per illam, eſſentiam, & quod eſt in ſe indiuiſum. Vnde iſta tria, res, ens, vnum, ſignificant omnino idem, ſed ſecundũ diuerſas rationes.
c ¶ Hic ponit ſecundam rationem ad idem, quæ talis eſt. Quæcunque duo prædicantur de ſubſtantia alicuius rei per ſe, & nõ per accidens, illa ſunt idem ſecundum rem: ſed ita ſe habent vnũ & ens, quòd prædicantur per ſe, & non ſecundum accidẽs de ſubſtantia cuiuſlibet rei: ſubſtantia enim cuiuſlibet rei eſt vnũ per ſe, & non ſecundum accidens. Ens ergo & vnum ſignificãt idem ſecundum rem. Quòd autem ens & unum prædicentur de ſubſtantia cuiuſlibet rei per ſe, & non ſecundum accidens, ſic poteſt probari. Si enim prædicarentur de ſubſtantia cuiuſlibet rei per aliquod ens ei additum, de illo iterum neceſſe eſt prædicari ens, quia vnumquodque eſt vnũ & ens: aut ergo iterum de hoc prædicatur per ſe, aut per aliquid aliud additum. ſi per aliquid aliud, iterum eſſet quæſtio de illo addito, & ſic erit procedere uſque ad infinitum. hoc autem eſt impoſsibile. ergo neceſſe eſt ſtare in primo, ſcilicet q́ ſubſtantia rei ſit una & ens per ſeipſam, & non per aliquid additum. Sciendum eſt autem, q́ circa hoc Auic. aliud ſenſit. Dixit enim q́ vnum & ens non ſignificant ſubſtantiam rei, ſed ſignificant aliquid additum. Et de ente quidem hoc dicebat, quia in qualibet re, quæ habet eſſe ab alio, aliud eſt eſſe rei, & ſubſtantia ſiue eſſentia eius. Hoc autem nomen ens, ſignificat ipſum eſſe. Significat igitur, vt videtur, aliquid additum eſſentiæ. De vno autem hoc dicebat, quia æſtimabat quòd illud vnum, quod conuertitur cum ente, ſit idem, quod illud vnum, quod eſt principiũ numeri. Vnum autem, quod eſt principium numeri, neceſſe eſt ſignificare quandam naturã additã ſubſtantiæ; alioquin cum numerus ex vnitatibus conſtituatur, non eſſet numerus ſpecies quãtitatis, quę eſt accidens ſubſtantiæ ſuperadditum. Dicebat autem, q́ hoc vnum conuertitur cum ente, nõ quia ſignificat ipſam rei ſubſtantiam vel entis, ſed quia ſignificat accidens, quod inhæret omni enti, ſicut riſibile, quod conuertitur cum homine. Sed in primo quidem nõ videtur dixiſſe rectè: eſſe enim rei, quamuis ſit aliud ab eius eſſentia, non tamen eſt intelligendum q́ ſit aliquod ſuperadditum ad modũ accidentis, ſed quaſi conſtituitur per principia eſſentiæ. Et ideo hoc nomen ens, quod imponitur ab ipſo eſſe, ſignificat idem cum nomine, quod imponitur ab ipſa eſſentia. De vno autẽ non videtur eſſe verũ, q́ ſit idem, quod conuertitur cum ente, & quod eſt principium numeri. Nihil enim, quod eſt in determinato genere videtur conſequi omnia entia. Vnde unum, quod determinatur ad ſpeciale genus entis, ſ. ad genus quantitatis diſcretæ, non videtur poſſe cum ente uniuerſali conuerti. Si enim vnũ eſt propriũ & per ſe accidens entis, oportet, q́ ex principijs cauſetur entis, inquantum ens, ſicut quodlibet accidens proprium ex principijs ſui ſubiecti. Ex principijs autẽ communibus entis, inquantum eſt ens, non intelligitur cauſari aliquod particulariter ens ſufficienter. Vnde non poteſt eſſe, quòd ens aliquod determinati generis & ſpeciei ſit accidens omnis entis. Vnum igitur, quod eſt principiũ numeri, aliud eſt ab eo, quod cũ ente conuertitur. Vnũ.n. quod cũ ente conuertitur, ipſum ens deſignat, ſuperaddens indiuiſionis rationem, quæ cum ſit negatio, vel priuatio, non ponit aliquam naturam enti additam & ſic in nullo differt ab ente ſecũdum rẽ, ſed ſolum ratione. Nam negatio, uel priuatio non eſt ens naturę, ſed rationis,

part. 3.

part. 4.

Tex. com. 4.

ἐκλογῇ.

part. 5.

Similiter autem & in vno. Quare palam quia additio in his idẽ oſtendit & nihil aliud vnum pręter ens.

c Amplius autẽ cuiuſque ſubſtantia vnum eſt, nõ ſecundum accidens: ſimiliter & quòd ens aliquid.

d Quare quotcunque vnius ſunt ſpecies, tot entis, & de quibus quidem eſt eiuſdem ſcientiæ genere ſpeculari. dico autẽ, vt de eodem & ſimili & alijs talibus. Ferè autem omnia referuntur contraria ad principium illud. Speculata ſunt autem & ea a nobis in ecloga, contrariorum.

e Et tot partes ſunt philoſophiæ quot ſubſtantiæ. Quare aliquam eſſe primã neceſſe, & habitam ipſis. Exiſtunt enim rectè genera ens & vnum habentia: quapropter & hæc ſequuntur ſcientiæ. Eſt enim Philoſophus vt mathematic⁹ dictus. Et enim ea partes habet, & prima quædam, & ſecunda eſt ſcientia, & alia deinde de mathematicis.

A ſicut dictum eſt. Vnum uero, quod eſt principium numeri, addit ſupra ſubſtantiam rationem menſuræ, quæ eſt propria paſſio quantitatis, & primo inuenitur in unitate. & dicitur per priuationem vel negationem diuiſionis, quæ eſt ſecundum quantitatem continuam, nam numerus ex diuiſione continui cauſatur.

in his idem ſignificat; & quòd unum nihil aliud eſt præter ens.

*Item cuiuſque ſubſtantia vnum eſt, non ſecundum accidens: ſimiliter & * ipſum ens quoduis.*

B

Quare quot vnius ſpecies, totidem & entis ſunt, de quibus ipſum quid eſt ſpeculari, eiuſdem genere ſcientiæ eſt, dico autem, ut puta de eodem, & ſimili, cæteriſque huiuſcemodi, ferè autem omnia contraria ad hoc principium reducuntur. Conſiderata ſunt autem hæc in electione contrariorum.

Atque tot Philoſophiæ partes ſunt C *quot ſubſtantiæ, quare neceſſe eſt vt aliqua earum prima, & alia ſequens ſit, ſunt autem ſubinde habentia genera, ipſum vnum & ens: quare etiam ſcientiæ ſequentur iſta. Philoſophus nanque eſt, ut ille, qui Mathematicus dicitur, & hæc enim habet partes, ac prima quædam, & ſecunda ſcientia eſt, cæteræ quoque conſequenter in Mathematibus.*

Et ideo numerus ad Scientiam Mathematicam pertinet, cuius ſubiectum extra materiam eſſe non poteſt, quamuis ſine materia ſenſibili conſideretur. Hoc autem non eſſet, ſi unum, quod eſt principium numeri, ſecundum eſſe a materia ſepararetur in rebus immaterialibus exiſtẽs, quaſi cum ente conuerſum.

al. quòd propric eus quod.

d ¶ Hic concludit. q́ philoſophi eſt conſiderare de partibus unius, ſicut de partibus entis, & primo hoc oſtendit. Secundo etiam oſtendit, quod ſecundũ diuerſum diuerſas partes entis & unius ſunt diuerſæ partes philoſophiæ, ibi. [Et tot partes] Dicit ergo primo, q́ ex quo unum & ens idem ſignificant, & eiuſdẽ ſunt ſpecies eædem, oportet, q́ tot ſint ſpecies entis, quot ſunt ſpecies unius & ſibi inuicem reſpondẽtes. Sicut enim partes entis ſunt ſubſtantia, qualitas, & quantitas &c. ita & partes unius ſunt idem, æquale, & ſimile. Idem enim, unum in ſubſtantia eſt: Simile, unum in qualitate: Aequale, unum in quantitate. D Et ſecundum alias partes entis poſſent ſumi aliæ partes unius, ſi eſſent nomina poſita. Et ſicut ad unam ſcientiam, ſcilicet, ad Philoſophiam, pertinet conſideratio de omnibus partibus entis, ita & de omnibus partibus unius, ſcilicet eodem & ſimili, & huiuſmodi. Et ad hoc [principium] ſcilicet unum reducuntur omnia contraria [fere.] Et hoc addit, quia in quibuſdam non eſt ita manifeſtum: & tamen hoc eſſe neceſſe eſt, quia, cum in omnibus contrarijs alterum habeat priuationem incluſam, oportet fieri reductionem ad priuatiua prima, inter quæ præcipue eſt vnum. Et iterum multitudo, quæ ex uno cauſatur, cauſa eſt diuerſitatis differentiæ & contrarietatis, ut infra dicetur. Et hæc dicit eſſe conſiderata [in ecloga.] ideſt in electione [contrariorum,] ideſt in tractatu, quæ eſt pars electa ad tractandum de contrarijs ſcilicet in x huius Lect. 10.

e ¶ Hic oſtendit partes philoſophiæ diſtingui ſecundum partes entis & unius, & dicit, quod tot ſunt partes philoſophiæ, quot ſunt partes ſubſtantiæ, de qua dicitur principaliter ens & unũ, E de qua principalis eſt huius ſcientiæ conſideratio & intentio. Et, quia partes ſubſtantiæ ſunt ordinatę adinuicem, nam ſubſtantia immaterialis eſt prior ſubſtantia ſenſibili naturaliter, ideo neceſſe eſt inter partes philoſophiæ eſſe quandam primã. Illa tamen, quæ eſt de ſubſtantia ſenſibili, eſt prima ordine doctrinæ, quia a notioribus nobis oportet incipere diſciplinam, & de hac determinatur in Septimo & Octauo huius. Illa uero, quę eſt de ſubſtantia immateriali, eſt prior dignitate & intentione huius ſcientiæ, de qua traditur in xij. huius. Et tamen quęcunque ſunt prima neceſſe eſt quòd ſint continua alijs partibus, quia omnes partes habent pro genere unum & ens. Vnde in conſideratione unius & entis diuerſę partes huius ſcientię uniuntur, quamuis ſint de diuerſis partibus ſubſtantię, ut ſic ſit una ſcientia inquantum partes prędictę ſunt conſequentes [hæc,] ideſt unum & ens ſicut communia ſubſtantię. Et in hoc Philoſophus eſt ſimilis mathematico, Nam mathematica habet diuerſas partes, & quandam principaliter, ſicut arithmeticam, & quandam ſecundariam ſicut Geometriam, & alia conſequenter ſe habent his, ſicut perſpectiua, aſtrologia, & muſica. Lect. 5. & 6.

LECTIO III.

Infra parte ſeq. a HIc oſtendit quòd conſiderare de oppoſitis pertinet ad ſcientiam iſtam, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod eius eſt conſiderare de negatione & priuatione. Secundo de contrarijs, ibi: [Sed vni &c.] Dicit ergo, quód cum ad unam ſcientiam pertineat conſiderare op-

par. prima. poſita, ſicut ad medicinam conſiderare ſanum & ægrum, & ad grammaticam cógruum & incongruú: uni autem opponitur multitudo: neceſſe eſt, quòd illius ſcientiæ ſit ſpeculari negationem & priuationem, cuius eſt ſpeculari vnum & multitudinem. Propter quod [vtruſque] eſt conſiderare unum, ſcilicet, ex utroque dependet vnius conſideratio, de cuius ra-

part. 2. tione eſt negatio & priuatio: nam ſicut dictum eſt, unum eſt ens non diuiſum. Diuiſio autem ad multitudiné pertinet, quæ uni opponitur. Vnde cuius eſt conſiderare unum, eius eſt conſiderare negationem, uel priuationé. Negatio autem e duplex, quædam ſimplex, per quam abſolute dicitur, quòd hoc non ineſt illi:

part. 3. alia eſt negatio in genere, per quam aliquid non abſolute negatur, ſed infra metas alicuius generis: ſicut cæcum dicitur non ſimpliciter, quod non habet uiſum, ſed infra genus animalis, quod natum eſt habere uiſum. Et hæc adeſt differentia huic quod dico unum præter [quod eſt in negatione.] ideſt per quam diſtat a negatione: quia negatio dicit tantum abſentiam alicuius, ſcilicet quod remouet, ſine hoc quod determinet ſubiectum. Vnde abſoluta negatio poteſt uerificari tam de non ente, quod eſt natum habere affirmationem, quám de ente, quod eſt natum habere & non habet. Non uidens enim poteſt dici tam chimera, quam lapis, quam etiam homo. Sed in priuatione eſt quædam natura uel ſubſtantia determinata, de qua dicitur priuatio, non enim omne non uidens poteſt dici cæcum, ſed ſolum quod eſt natum habere uiſum. Et ſic, cum negatio, quæ in ratione unius includitur, ſit negatio in ſubiecto, aliás non ens unum dici poſſet; patet, quod unum differt a negatione ſimpliciter & magis trahit ſe ad naturam priuationis, ut infra.

Tex. c. 9. x. huius habetur. Sciendum eſt autem, quòd quámuis unum importet priuationem implicitam, non tamen eſt dicendum, quòd importet priuationem multitudinis: quia, cum priuatio ſit poſterior naturaliter eo, cuius eſt priuatio, ſequeretur, quòd unum eſſet poſterius naturaliter multitudine. Item

LECTIO III.

a QVoniam autem unius eſt oppoſita ſpeculari, & uni opponitur pluralitas, & negationem & priuationē unius eſt ſpeculari: quia utrunque ſpeculatur unum, cuius negatio, aut priuatio, hæc autem quæ ſimpliciter dicitur, quia non ineſt illi, aut alicui generi. Huic igitur uni differētia adeſt præter quod eſt in negatione. Illius enim abſentia, negatio eſt. In priuatione uero, ſubiecta quædam ſit natura, de qua dicitur priuatio.

b Sed uni pluralitas opponitur. Quare oppoſita dictis diuerſumque & diſſimile & inæquale & quæcunque alia dicuntur, aut ſecundum pluralitatem & unū, eſt dictæ cognoſcere ſcientiæ, quorum unum quidem contrarietas eſt. Differentia nanque quædam contrarietas eſt, & differentia diuerſitas.

c Quare, quoniam unum multipliciter dicitur, & hæc quidem multipliciter dicentur, attamen vnius omnia cognoſcere, non enim ſi multipliciter, alterius. Quare ſi nec ſecundum unum, nec ad unum rationes referuntur, tunc alterius. Quoniam uero ad primum omnia referuntur, ut quæcunque unum dicuntur, ad primum unum, ſimiliter dicendum eſt & de eodem & diuerſo & contrarijs ſe habere. Ergo diuiſum quoties dicitur ſingulum, ſic reducendum eſt ad primum in ſingulis prædicatis, quomodo ad illud dicitur. Hoc enim habendo illud, illa uero faciendo illud, alia uero ſecundum alios dicentur modos.

F quòd multitudo poneretur in diffinitione vnius. Nam priuatio diffiniri non poteſt niſi per ſuum oppoſitum, vt quid eſt cæcitas, priuatio viſus. Vnde, cum in diffinitione multitudinis ponatur vnum: nam multitudo eſt aggregatio vnitatum, ſequitur quòd ſit circulus in diffinitionibus. Et ideo dicendum,

LECTIO III.

CAeterum cum vnius ſit oppoſita ſpeculari, vni vero opponitur pluralitas, negationem, quoque & priuationem vnius eſt ſpeculari: propterea quòd vtroque modo vnum

G ſpeculatur id, cuius eſt negatio, aut priuatio, ſiue qua ſimpliciter dicitur, quòd non ineſt illi, ſiue alicui generi. ibi ſiquidem vni differentia eſt, præter illud, quod in negatione, negatio nanque abſentia illius eſt, in priuatione vero & ſubiecta quædam natura ſit, de qua priuatio dicitur.

Vni autem pluralitas opponitur. quare etiam prædictis oppoſita, diuerſum, diſſimile, & inæquale, & quæ-

H cunque alia, quæ aut ſecundum eadem dicuntur, aut ſecundum pluralitatem, & vnitatem cognoſcere dictæ ſcientiæ eſt. ex quibus vnum quidem eſt, & ipſa contrarietas. contrarietas enim differentia quædam, differentia vero diuerſitas.

Quare cum vnum multipliciter dicatur, hæc quoque multipliciter quidem dicentur. Vnius tamen eſt cun-

I cta cognoſcere. non enim ſi multipliciter, ideo alterius, ſed ſi neque ſecundum vnum. neque ad vnum rationes reducuntur, tunc alterius. Cùm autem ad primum cuncta reducuntur, vtputa quotcunque vnum dicuntur ad primum vnum, ſimiliter de eodem, & diuerſo & contrarijs dicendum ſe habere. Quapropter, diuidendo quoties ſingula dicuntur, ſic attribuendum eſt ad primum in vnoquoque prædicamento, quomodo ad illud dicitur. quædam enim eo quòd habent illud, quædam eo quòd faciunt, quędam ſecundum alios huiuſcemodi modos

K dicentur.

quòd vnum importat priuationem diuiſionis, non quidem diuiſionis quæ eſt ſecundum quantitatem: nam iſta diuiſio determinatur ad vnum particulare genus entis, & non poſſet cadere in diffinitione unius. Sed vnum, quod cum ente conuertitur importat priuationem diuiſionis formalis, quæ ſit per oppoſita, cuius prima radix eſt oppoſitio affirmationis & negationis. nam illa diuiduntur adinuicem; quæ ita ſe habent, quòd hoc non eſt illud. Primo igitur intelligitur ipſum ens, & ex conſequenti non ens, & per conſequens diuiſio, & per conſequens unum quod diuiſionem ponat, & per conſequens multitudo, in cuius ratione cadit diuiſio, ſicut in ratione unius indiuiſio: quámuis aliqua diuiſa modo prædicto, rationem multitudinis habere non poſſint, niſi prius cuilibet diuiſorum ratio unius attribuatur.

b ¶ Hic oſtendit, quòd Philoſophi eſt conſiderare contraria. Vni enim multitudo opponitur, ut dictum eſt: oppoſita autem eſt unius ſcientiæ conſiderare. Cum igitur iſta ſcientia conſideret unum & idē, æquale, & ſimile, neceſſe eſt quòd conſideret oppoſita his, ſcilicet multum, alterum, ſiue diuerſum, diſſimile, & inæquale, & quæcunque alia reducuntur ad illa, ſiue etiam ad unum & pluralitatem. Et inter iſta, una eſt contrarietas. Nam contrarietas eſt quædam differentia eorum, ſcilicet quæ maxime differunt in eodem genere. Differentia uero eſt quædam alteritas ſiue diuerſitas, ut x. huius habetur: igitur contrarietas pertinet ad conſiderationem huius ſcientiæ.

c ¶ Hic tradit modū, quo Philoſophus de his debet determinare, & dicit, quod cū omnia prędicta deriuētur ab uno, & unū multipliciter dicatur, etiā omnia illa neceſſe eſt multipliciter dici, ſ. idē & diuerſum, & alia huiuſmodi. Sed tamen quamuis multipliciter dicantur omnia, tamen quæ ſignificantur per quodlibet horum nominum, eſt cognoſcere vnius ſcientiæ, ſcilicet philoſophiæ. Non enim ſequitur quod ſi aliquid dicitur multipliciter, quod propter hoc ſit alterius ſcientiæ, uel diuerſæ. Diuerſa enim ſignificata ſi neque dicuntur [ſecundum unum,] ideſt ſecundum unam rationem, ſcilicet uniuoce, nec ratione diuerſa referuntur ad unū

ſicut

ſicut eſt in analogicis: tunc ſequitur, quod ſit alterius, id eſt diuerſæ ſcientiæ de his conſiderare, vel ad minus unius per accidens. Sicut cœleſte ſydus, quod eſt canis, conſiderat Aſtrologus. Naturalis autem canem marinum & terreſtrem. hæc autem omnia referuntur ad unum principium. Sicut enim quæ ſignificātur per hoc nomen unum, licet ſint diuerſa, reducuntur tamen in unum primum ſignificatum: ſimiliter eſt dicendum de his nominibus, idem, diuerſum, contrarium, & huiuſmodi. Et ideo, circa vnūquodque iſtorum, Philoſophus duo debet facere, videlicet primo diuidere quot modis dicitur unumquodque. Et hæc diuiſio conſequenter aſsignatur in [unoquoque prædicato] ideſt, in vnoquoque iſtorum nominum de pluribus prædicatorum, ad quod primum dicatur, ſicut, quid eſt primum ſignificatur huius nominis, idem, vel diuerſum. & quomodo ad illum omnia alia referātur, aliquid quidem inquantum habet illud, aliquid autem inquantum facit illud, uel ſecundum alios huiuſmodi modos.

part.4.

d ¶ Inducit concluſionem ex omnibus præcedentibus, ſcilicet quod huius ſcientiæ eſt ratiocinari de his communibus & de ſubſtantia: & hoc fuit unum quæſitum inter quæſtiones in Tertio diſputatas.

Ten.com. 5. parte.1.

d Palam ergo quod in quæſtionibus dictum eſt, quia uni eſt de his, & de ſubſtātia ſermonem habere: hoc autem erat unum dubitatorum.

Manifeſtum itaque quod in dubitationibus dictum eſt, unius eſſe tam de his, quàm de ſubſtantia rationem habere, hoc autem unum erat eorum, quę in dubitationibus diximus.

LECTIO IIII.

a ET philoſophi eſt de omnibus poſſe ſpeculari. Nam, ſi non philoſophi, quis eſt qui inueſtigat, ſi idem Socrates, & Socrates ſedens? aut ſi unum uni cōtrarium? aut quid eſt contrarium, aut quoties dicitur? Similiter autem & de talibus. Quoniam ergo unius, inquantum eſt unū, & entis, inquantum eſt ens, eædem ſecundum ſe paſsiones ſunt, ſed nō inquātum numeri, aut lineæ, aut ignis, palam, quia illius ſciētiæ & quid eſt in eis cognoſcere, & eorum accidentia. Et ideo non peccant, qui de eis intendebāt, quaſi non philoſophantes, ſed quia primum eſt ſubſtantia de qua nihil audiunt. Quare ſicut ſunt & numeri & inquantum numeri propriæ paſsiones ſunt, ut imparitas & paritas, & menſuratio, æqualitas, excedentia, & defectio, & ea, quę ſecundum ſe & adinuicem inſunt numeris. Similiter autem & ſolido, & mobili, & immobili, & leui & graui, ſunt alia propria, ſic entis, inquantum eſt ens, quædam propria, & ea ſunt, de quibus eſt Philoſophi perſcrutari ueritatem.

LECTIO IIII.

B *ET philoſophi eſt de omnibus poſſe ſpeculari. Si enim non philoſophi, quis erit, qui conſiderabit, ſi idem Socrates, & Socrates ſedens? aut ſi unū uni contrarium? aut quid eſt contrariū, aut quoties dicitur? Similiter de cæteris quoque huiuſcemodi. Cum itaque unius prout unius, & entis prout entis, hę per ſe paſſiones ſint, & nō prout numeri, aut lineę, aut ignis, patet quod illius ſcientię eſt, & quid eſt cognoſcere, & accidentia eis. Et non in hoc errant, qui de his conſiderant, tanquam non philoſophantes, ſed quoniam ſub-* C *ſtantia, de qua nihil ſciunt, prior eſt. Nam quemadmodum et numeri, prout numerus eſt, proprię paſſiones ſunt, ut imparitas, paritas, cōmenſuratio, ęqualitas, exceſſus, defectus, & hæc tum abſolutis, tum mutuo relatis inſunt numeris, ſimiliter ſolido, & immobili, & mobili, & leui & graui aliqua propria ſunt, ita & enti prout ens eſt, quædam propria ſunt. & hæc ſunt, de quibus ueritatem conſiderare Philoſophi eſt.*

D

LECTIO IIII.

part.1. ſolis parte ul le part.7. huius lect. Pars ſequ. part.3.

HIc oſtendit per rationes communes, q; de omnibus prædictis philoſophus debet conſiderare, & primo oſtēdit propoſitum. Secūdo, concluſionem inducit intentam, ibi: [Quod quidem igitur &c.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit propoſitum. Secundo, ex dictis infert quoddam corollarium, ibi: [Et propter hoc &c.] Oſtendit autē primum, tribus rationibus: ſecunda ibi. [Signum autem: &c.] tertia ibi [Amplius autem &c.] Prima ratio talis eſt. Omnes dubitationes, quæ poſſunt moueri, ſunt in aliqua ſcientia ſoluendæ: ſed de prædictis communibus mouentur quædam quæſtiones: ſicut de eodem & de diuerſo mouetur illa quæſtio: vtrum ſit idem Socrates: & Socrates ſedens: & de contrarijs A mouetur iſta quæſtio: vtrum vnum ſit contrarium vni, & quot modis dicuntur: ergo oportet, quòd in aliqua ſcientia iſta ſoluantur, quæ conſideret de eodem & contrario & alia prædictis. Et quòd hoc pertineat ad philoſophum, & ad nullum alium ſic probat. Eius eſt conſiderare primas paſſiones entis, cuius eſt conſiderare ens ſecundum quòd eſt ens: ſed prędicta omnia ſunt per ſe accidentia entis, & unius ſecundū quod huiuſmodi. (ſicut enim numerus, inquantum huiuſmodi, habet proprias paſſiones, ut ſuperfluum. ęquale, commenſuratum, & huiuſmodi, quorum quædam inſunt alicui numero abſolute, ut par & impar: quędam uni per cōparationem ad alterum, ut æquale: & etiam ſubſtantia habet proprias paſſiones [ut ſirmum] id eſt corpus & alia huiuſmodi. Similiter & ens inquantum ens, habet quædam propria, quæ ſunt communia prædicta) ergo conſideratio eorum pertinet ad philoſophum. Et ideo tradentes Philoſophiam non peccauerunt de his tractando tanquam [nō philoſophantes] id eſt tanquam iſta non pertineant ad conſiderationem philoſophiæ: ſed quia de his tractantes de ſubſtantia nihil audiunt, quaſi ſubſtanoę omnino obliuiſcantur, cum tamen ipſa ſit primum inter illa, de quibus Philoſophus debet conſiderare.

Ens. habet paſſiones.

b Signum autem. Dialectici nanque & Sophiſtæ eandem ſubinduunt figuram philoſopho, quia ſophiſtæ apparens eſt ſophia. Et Dialectici de omnibus diſputāt: omnibus autem commune ens eſt. Diſputant autem & de his, ſ. quia ſophiſtæ ſunt ea communia. Nam circa idem genus uerſatur & ſophiſtica & dialectica cum philoſophia. Sed differt ab hac quidem modo poteſtatis, ab illa uero uitæ prohæreſi. Eſt autē dialectica tentatiua, de quibus Philoſophia eſt ſciens: Sophiſtica quidem uiſa, ens uero non.

Signum autem eſt, quod Dialectici, & ſophiſtæ eandem quidem, quam Philoſophus, ſubeunt figuram. Sophiſtica enim apparens ſolum Sapientia eſt. Dialectici quoque de omnibus diſputant. ens uero commune omnibus eſt. Diſputant autem de his ſcilicet, eo quod hæc propria Philoſophiæ ſunt. E *circa idem enim genus, Sophiſtica, & Dialectica uerſatur cum Philoſophia, uerum Philoſophia ab hac quidem modo poteſtatis, ab illa uero electione uitę differt. Dialectica autem eſt tentatiua, de quibus Philoſophia eſt cognitiua: Sophiſtica uero apparens, exiſtens uero minime.*

b ¶ Hic ponit ſecundam rationem, ad idem oſtendendum, quæ eſt per ſignum, quæ talis eſt. Dialectici, & ſophiſtæ induunt figuram eādem Philoſopho, quaſi ſimilitudinem cum eo habentes: ſed Dialectici & ſophiſtæ diſputant de pdictis: ergo & philoſophi eſt ea conſiderare. Ad manifeſtationem autem primæ, oſtendit quomodo dialectica, & ſophiſtica cum philoſophia habeant ſimilitudinem, & in quo differunt ab ea. Conueniunt autem in hoc, quòd Dialecti eſt conſiderare de omnibus. Hoc autem eſſe non poſſet, niſi conſideraret omnia ſecundum quòd in aliquo uno conueniunt: quia unius ſcientiæ unum ſubiectum eſt, & unius artis una eſt materia, circa quam operatur. Cum igitur omnes res non conueniant niſi in ente, manifeſtum eſt, q; Dialecticę

c Amplius contrariorum alia coelementatio priuatio, & omnia referuntur ad ens & ad non ens, & ad unum & ad pluralitatē: vt ſtatus unius, & motus pluralitatis.

Item contrariorum altera coordinatio priuatio eſt, & cuncta ad ens & non ens, & unum & pluralitatem reducuntur, ueputa ſtatus quidem unius eſt, motus uero pluralitatis.

G d Entia uero & ſubſtantiam cōfitētur fere omnes ex contrarijs componi. Omnes enim principia contraria dicunt. Hi nanque impar & par, illi uero calidum & frigidum, alij finitum & infinitū, alij amorem & odium.

Entia uero, & ſubſtantiam ferè cūcti concedunt ex contrarijs compoſitā eſſe. omnes etenim principia aiunt eſſe contraria. quidam par & impar, quidā calidum & frigidum, quidam finem & infinitum, quidam amicitiam & contentionem.

H e Omnia vero alia reducta nidētur ad unum & pluralitatem. Sumatur ergo illa reductio a nobis. Principia uero & omnia, quæ de alijs, ad unum & ens, ut in genera ea cadunt.

Cætera quoque omnia uidentur reducta ad unum, & pluralitatem. accipiatur enim reductio a nobis. principia uero & omnino, quæ ab alijs, in hæc tanquam in genera cadunt.

F materia eſt ens, & ea, quæ ſunt entis, de quibus etiam Philoſophus conſiderat. Similiter etiam Sophiſtica habet quandam ſimilitudinem Philoſophię. Nam ſophiſtica eſt uiſa ſiue apparens ſapientia, non exiſtens. Quòd autem habet apparentiam alicuius rei, oportet quod aliquam ſimilitudinem cum illa habeat. & ideo oportet, quòd eadem Text. com. 6 par. 3. conſideret Philoſophus, Dialecticus, & Sophiſta. Differunt autem abinuicem. Philoſophus quidē a Dialectico ſecundum poteſtatem. Nam maioris uirtutis eſt conſideratio Philoſophi quam conſideratio Dialectici. par. 4. Philoſophus enim de prædictis communibus procedit demonſtratiue. Et ideo eius eſt habere ſcientiam de prædictis, & eſt cognoſcitiuus eorum per certitudinem. par. 5. Nam certa cognitio ſiue ſcientia eſt effectus demōſtrationis. Dialecticus autem circa omnia prędicta procedit ex probabilibus, unde non facit ſcientiam: ſed quandam opinionē. Et hoc ideo eſt, quia ens eſt duplex, ens ſcilicet rationis, & ens naturæ. Ens autem rationis dicitur proprie de illis intentionibus, quas ratio adinuenit in rebus conſideratis, ſicut intentio generis, ſpeciei & ſimilium, quæ quidem non inueniuntur in rerum natura: ſed conſiderationem rationis cōſequuntur. & huiuſmodi ſcilicet ens rationis eſt proprie ſubiectum logicæ. Huiuſmodi autem intentiones intelligibiles, entibus naturæ æquiparātur, eo ꝙ omnia entia naturę ſub conſideratione rationis cadūt. & ideo ſubiectum logicę ad omnia ſe extendit, de quibus ens naturæ prędicatur. Vnde concludit, ꝙ ſubiectum logicę ęquiparatur ſubiecto philoſophiæ, quod eſt ens naturę. Philoſophus igitur ex principijs ipſius procedit ad probandum ea, quæ ſunt conſideranda circa huiuſmodi communia accidentia entis. Dialecticus autem procedit ad ea conſideranda ex intentionibus ra- I tionis, quæ ſunt extranea a natura rerum. Et ideo dicitur, quòd Dialectica eſt tentatiua, quia tentare proprium eſt ex principijs extraneis procedere. A ſophiſta vero differt Philoſophus [pro hæreſi] ideſt electione, vel voluptate, ideſt deſiderio uitæ. Ad aliud enim ordinat uitam ſuam & actionem philoſophus & ſophiſta. Philoſophus quidem ad ſciendum ueritatem, ſophiſta uero ad hoc quòd uideatur ſcire, quāmuis neſciat. Licet autem dicatur, quòd philoſophia eſt ſcientia, non autem Dialectica & ſophiſtica, non tamen per hoc remouetur, quin Dialectica & Sophiſtica ſint ſcientiæ. Dialectica enim poteſt conſiderari ſecundum quòd eſt docens, & ſecundum quòd eſt utens. Secundum quidem quòd eſt docens, habet conſiderationem de iſtis intentionibus inſtituens modum, quo per eas procedi poſſit ad concluſiones in ſingulis ſcientijs probabiliter oſtendendas, & hoc demonſtratiue facit, & ſecundum hoc eſt ſcientia. Vtens uero eſt, K ſecundum quod modo adiuncto utitur ad concludendum aliquid probabiliter in ſingulis ſcientijs, & ſic recedit a modo ſciētię. Et ſimiliter dicendum eſt de ſophiſtica, quia prout eſt docēs tradit per neceſſarias, & demonſtratiuas rationes modum arguendi apparenter. Secūdum vero, quod eſt utens, deficit a proceſſu veræ argumentationis. Sed in parte Logicæ quę dicitur demonſtratiua ſolum doctrina pertinet ad Logicam, uſus uero ad philoſophiam, & ad alias particulares ſcientias, quæ ſunt de rebus naturę. Et hoc ideo, quia uſus demonſtratiuę conſiſtit in vtendo principijs rerum, de quibus fit demonſtratio, quę ad ſcientias reales pertinet non utendo intentionibus logicis. Et ſic apparet, quòd quædam partes logicæ habent ipſam ſcientiā & doctrinam, & vſum, ſicuti dialectica tentatiua, & ſophiſtica, quędam autem doctrinam & non uſum, ſicut demonſtratiua.

c ¶ Hic ponit tertiam rationem, quę talis eſt. Quæcunque reducuntur in unum & ens debent conſiderari a philoſopho, cuius eſt conſiderare unum & ens: ſed omnia contraria reducuntur ad unum & ens: ergo omnia contraria ſunt de conſideratione Philoſophi, cuius eſt conſiderare unum & ens. Quod autem omnia contraria reducantur ad unum & ens, oſtendit quidem primo quantum ad ens hoc modo. Inter duo contraria, quæ a Philoſophis principia ponuntur, ut in primo habitum eſt, Lect. 4. ſemper unum quidē eſt alteri correlatiuum; & ei coordinatum eſt, ut priuatio. Quod ex hoc patet, quia ſemper alterum contrariorum eſt imperfectum reſpectu alterius, & ſic quandam perfectionis priuationem alterius importat. Priuatio autem eſt quædam negatio, ut dictum eſt Lect. 3. ſupra, & ſic eſt non ens. Et ſic patet, quod omnia contraria reducuntur in ens & non ens. Similiter etiam oſtendit, quod reducuntur in unum & multitudinem per quoddam exemplum. Status enim ſiue quies reducitur in unitatem. Illud enim quieſcere dicitur, quod uno modo Tex.c.12 ſe habet nunc & prius, ut in vi. Phyſicor. traditur. Motus autem ad multitudinem pertinet, quia quod mouetur diuerſimode ſe habet nunc & prius, quod multitudinem importat. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit alio modo, quod contraria reducuntur ad ens, quia principia & principiata ſunt unius conſiderationis. Principia autem entium, inquantum huiuſmodi, confitentur philoſophi eſſe contraria. Lect. 10. Omnes enim dicunt entia & ſubſtantias entium ex contrarijs componi, ut in Primo Phyſicorum dictum eſt, & primo huius. Lect. 8. Et quamuis in hoc conueniant, quod entium principia ſint contraria, differunt tamen quantum ad contraria quæ ponunt. Quidam enim ponunt par & impar, ſicut Pythagorici. Et alij calorem & frigus, ſicut Parmenides. Quidam finem, ſiue terminum [& infinitum] ideſt finitum & infinitum ſicut idem Pythagoras. Nam pari & impari, finitum & infinitum attribuebant, ut in Primo habitum eſt. Alij concordiam & diſcordiam, ſicut Emped. Patet ergo, quod contraria reducuntur in conſiderationem entis. Deinde ulterius ibi.

e ¶ Dicit, quod ſicut prædicta contraria reducuntur ad ens, ita habent reduci ad unum & multitudinem. Quod apparet. Nam imparitas aliquid unitas habet propter indiuiſionem. Paritas autem ad naturam multitudinis pertinet propter ſuam diuiſionem. Sic autem finis ſiue terminus ad unitatem pertinet, quæ eſt terminus omnis reſolutionis. Infinitum autem pertinet ad multitudinem, quæ in infinitum augetur. Concordia etiam unitatis eſt manifeſta. Diſcordia uero multitudinis. Calor autem ad unitatem pertinet, inquantum habet vnire homogenea: Frigus autem ad multitudinem, inquantum habet ea ſeparare. Nec ſolum iſta contraria reducuntur ſic in unum & multitudinem, ſed etiam alia. Sed iſta reductio ſiue introductio ad unum & multitudinem accipiatur ſiue [ſumatur, ideſt ſupponatur nunc] a nobis, quia longum eſſet per ſingula contraria hoc diſcutere. Deinde oſtendit conſequenter, ꝙ omnia contraria reducuntur ad unum & ens. Conſtat enim, quod omnia tam principia, quam quæ ſunt [de alijs], id eſt principiata inducunt in unum & ens tanquam in genera, non ꝙ ſint uere genera, ſed ratione ſuæ communitatis quandam ſimilitudinem generum habent. Si igitur contraria omnia ſunt principia, uel ex principijs, oportet ꝙ ad unum & ens reducantur. Sic igitur patet, ꝙ dupliciter oſtendit, contraria reduci ad ens, primo ꝑ naturam priuationis, ſecundo per hoc quod contraria ſunt principia. Quod uero reducantur ad unum oſtendit per exemplum, & per quandam reductionem. Finaliter autem oſtendit, quod reducantur ad unum & ens inquantum ſunt genera.

Hic

f ¶ Hic oſtendit conuerſim, ſcilicet quòd iſta ſcientia conſiderat ens, quia conſiderat prædicta tali ratione. Omnia entia reducuntur ad contraria, quia uel ſunt contraria, vel ſunt ex contrarijs. Contraria uero reducuntur ad unum & multitudinem, quia unum & multitudo, ſunt principia contrariorum. Vnum autem & multitudo ſunt unius ſcientiæ, ſcilicet, Philoſophiæ: ergo & eius eſt conſiderare ens ſecũdum quòd eſt ens. Sciendum eſt tamẽ, quòd prædicta omnia in unius ſcientię conſiderationem cadunt, ſiue dicantur [ſecundum unum] ideſt vniuoce, ſiue non, ſicut fortaſſe verum eſt. Sed tamen quãuis unum dicatur multipliciter, omnia tamen alia ideſt omnes ſignificationes reducuntur ad unam primam ſignificationem. Et ſimiliter eſt etiam de contrariis, quæ dicuntur multipliciter, ſed omnes ſignificationes ad vnam primam reducuntur. Et propter hoc, ſi etiam unum & ens non eſt unum uniuerſale, quaſi genus exiſtens, ſicut ſupra ponebatur, ſiue dicamus quod vniuerſale ſit unum in omnibus ſecundum opinionem noſtram, ſiue quod ſit aliquid ſeparatum a rebus, ſecundum opinionem Platonis, ſicut fortaſſis non eſt uerum: tamen dicuntur ſecundum prius & poſterius, ſicut & aliæ ſignificationes reſeruntur ad unum primum, & aliæ ſe habent conſequenter reſpectu illius primi. Vtitur tamen aduerbio dubitandi, quaſi nunc ſupponens quæ inferius probabuntur. Sciendum tamen eſt quod hoc, quod dixit, omnia entia contraria eſſe uel ex contrarijs, non poſuit ſecundum ſuam opinionem, ſed accepit quaſi opinionem philoſophorum antiquorum. entia enim immobilia nec ſunt cõtraria, nec ex contrarijs: Vnde nec Plato circa ſenſibiles ſubſtantias immobiles poſuit contrarietatem. Fecit enim unitatem ex parte formæ. contrarietatem ex parte materiæ. Antiqui uero Philoſophi ſolummodo ſubſtantias ſenſibiles poſuerunt, in quibus neceſſe eſt contrarietatem eſſe ſecundum quod mobiles ſunt. Deinde cum dicit.

part. 8.

Text.c6.9. part.1.

par.2.

par.3.

f Palam igitur ex his, quia unius eſt ſcientiæ ens inquantum eſt ens, ſpeculari. Omnia nãque aut ex contrarijs, aut contraria. Principia uero contrariorum, unum & pluralitas, & ea unius ſcientiæ, ſiue ſecundum unum dicantur, ſiue non: ut forſan habet ueritas. Attamen, & ſi multipliciter dicatur unum, ad primum omnia dicentur, & contraria ſimiliter. Et propter hoc ſi ens & unum non eſt uniuerſale idem in omnibus, aut ſeparabile, ut forſan non eſt, ſed hoc quidem ad unum, illud uero ad ea, quæ conſequenter ſunt.

B

g Et propter hoc non eſt Geometriæ ſpeculari quid contrariũ aut perfectũ, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuerſum, niſi ex conditione.

C

h Quod quidem igitur unius ſciẽtiæ eſt ens, inquantum ens, ſpeculari, & quæ inſunt ei, inquantum ens, manifeſtum. Et quia non ſolum ſubſtantiarum, ſed accidentium eadem eſt theoria, & dictorum, & de priore & poſteriore, & de genere & ſpecie, & toto & parte, & talibus aliis.

LECTIO V.

Dicẽdum autem, utrũ unius, aut diuerſæ ſcientię, de uocatis in mathematicis dignitatibus & ſubſtantia.

D

b Palam autem quia unius eſt, & eius, quæ eſt philoſophi quæ de his perſcrutatio.

c Omnibus enim inſunt exiſtentibus, ſed non generi alicui ſeparatim ab aliis: & utuntur omnes, quia entis inquantum eſt ens. Vnumquodque enim genus eſt ens: intantum uero utuntur, inquantum eis eſt ſufficiens. Hoc aũt eſt, quãtũ cõtinet genus, de quo demõſtrationes ferunt. quare, quoniam manifeſtum eſt, q inquantum ſunt entia, inſunt omnibus (hoc enim eis eſt cõmune) de ente inquãtum eſt ens cognoſcentis, & de eis eſt ſpeculatio.

E

A

Manifeſtum itaque ex his etiam eſt, quòd unius ſcientię eſt ens, prout ens eſt, ſpeculari. Cuncta etenim, aut contraris, aut ex contrarijs. principia uero contrariorum, unum & pluralitas. hæc autem unius ſcientia, ſiue ſecundum unum dicantur, ſiue non: ſicuti fortaſſis & ueritas ſe habet. Et quamuis unum multipliciter dicatur, ad primum tamen cætera reducentur, & contraria ſimiliter. Ac propterea, & ſi ens, aut unum non eſt uniuerſale, & idem in omnibus, aut ſeparatum, ſicuti fortaſſis non eſt, hæc nihilominus ad unum, illa vero conſequenter.

Et propterea, nõ eſt Geometræ quid contrarium, aut perfectum, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuerſum ſit, ſpeculari, niſi ex ſuppoſito.

Quod igitur unius ſcientiæ eſt ens prout ens eſt, & quæ ei prout enti inſunt ſpeculari, manifeſtũ eſt, & quòd non ſolum ſubſtantiarum, uerum & eorum, quæ ſubſtantijs inſunt, eadem ſpeculatiua eſt, ac illorum quæ dicta ſunt: & de priori & poſteriori, & genere & ſpecie, & toto & parte, cæteriſque huiuſcemodi.

LECTIO V.

Dicendum autem eſt, utrum unius, an alterius ſcientię eſt de hiſce, quę in Mathematibus dignitates nominantur, & de ſubſtantia ſpeculari.

Patet itaque quòd unius eſt, et eius, quę Philoſophi eſt, conſideratio.

Omnibus enim entibus inſunt, ſed non alicui generi ſeparati ab alijs. & omnes quidẽ utuntur, quia entis, prout entis ſunt. vnumquodque autem genus ens. at catenus utuntur, quatenus eis ſatis eſt. hoc autem eſt, quantum illud cõtinet genus, de quo demonſtrationes afferunt. Quare, cùm pateat quòd, prout entia ſunt, eis inſunt (hoc namque eis commune eſt) illius de his ſpeculatio eſt, cuius eſt de ente, prout ens eſt cognoſcere.

g ¶ Inducit quoddam corollarium ex prædictis dicens, quod Geometriæ non eſt ſpeculari de prædictis, quæ ſunt accidentia entis inquantum eſt ens, ſcilicet quid eſt contrarium, aut quid eſt perfectum, & huiuſmodi: ſed ſi conſideret, hoc erit [ex conditione] ideſt ex poſitione, quaſi ſupponens ab alio priori philoſopho, a quo ſumit quantum eſt neceſſarium ad ſuam materiam. Et hoc quod dicitur de Geometria, ſimiliter eſt intelligendum in qualibet alia particulari ſcientia. Deinde cum dicit.

h ¶ Colligit quę ſunt ſupra oſtenſa dicens, manifeſtum eſſe, quòd ad unam ſcientiam pertinet conſiderare ens ſecundũ quòd eſt ens & ea, quæ per ſe illi inſũt. Et p hoc patet quòd illa ſcientia non ſolũ eſt conſideratiua ſubſtantiarum: ſed etiam accidentium, cum de utriſque ens prædicetur. Et eſt conſideratiua eorum: quæ dicta ſunt ſcilicet eiuſdem & diuerſi, ſimilis & diſſimilis, æqualis, & inæqualis negationis, & priuationis, & cõtrariorũ, quæ ſupra diximus, eſſe per ſe entis accidentia. Et non ſolum de conſideratiua iſtorum, de quibus oſtenſũ eſt ſigillatim proprijs rationibus, quæ cadunt in conſideratione huius ſcientię, ſed etiam conſiderat de priori & poſteriori, genere, & ſpecie, toto & parte: & alijs huiuſmodi pari ratione: quia hęc etiã ſunt accidentia entis, inquantum eſt ens. Lec.1.quarti lib.

LECTIO V.

a Hic ſoluit aliam quæſtionem in Tertio motam, ſcilicet utrum ad iſtam ſcientiam pertineat conſiderare prima principia demonſtrationis. Et diuiditur in duo. Primo oſtendit, quòd eius eſt cõſiderare uniuerſaliter de omnibus his principiis. Secundo ſpecialiter de primo eorũ. ibi: [Congruit autem &cæt.] Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem, quæ eſt. Vtrum unius ſcientiæ ſit cõſiderare de ſubſtantia, & de principiis, quę in ſcientiis Mathematicis uocãtur dignitates, aut eſt alterius, & alterius ſcientiæ conſiderare. Lect. ſequ. part.3. & ſe.2.& 3. Appropiat autem iſta principia magis mathematicis ſcientiis, quia certiores demonſtrationes habent, & manifeſtius iſtis principiis per ſe notis utuntur, omnes ſuas demonſtrationes ad hæc principia reſoluentes.

b ¶ Secundo ſoluit. quæ quidem ſolutio eſt, quia una ſcientia intendit de utriſque prædictis. Et hæc eſt Philoſophia, quæ præ manibus habetur.

c ¶ Tertio probat ſolutionem propoſitam, & circa hoc duo facit. Primo probat propoſitum. Secundo concluſionem principalem inducit. ibi. [Quoniam igitur, &cæt.] Probat Part.9. Lec. huius part. ſequ.

d Vnde nullus particulariter intendentiū nititur dicere aliquid de eis,ſi uera,aut non,neq; Geometra,neque Arithmeticus.

e Niſi Phyſicorum quidam merito hoc facientes. Soli nanque putantur de tota natura intendere & de ente. Sed quoniam eſt G adhuc Phyſico aliquis ſuperior. (Vnum enim aliquod genus eſt natura entis) ipſius uniuerſalis & circa ſubſtantiam primam theorizantis, & de his erit perſcrutatio. Eſt autem ſophia, ſapientia quædam phyſica, ſed non prima.

f Quicunque uero conantur dicentium dicere quid de ueritate, quo oportet modo recipere propter ignorantiam analyticorum H hoc faciunt. Oportet enim de his peruenire ſcientes; ſed nō audientes quærere.

g Quoniam igitur philoſophi, & de omni ſubſtantia ſpeculantis, inquantum congruit, & de omnibus ſyllogiſticis principijs eſt perſcrutari, palam.

Propter quod nemo eorum, qui particulariter conſiderant, conatur aliquid de his, ſiue quatenus uera, ſiue non, dicere, nec enim Geometra, nec Arithmeticus.

Sed naturalium quidam merito hoc facientes. ſoli nanque putabant & de tota natura, & de ente conſiderare. Cū G autem aliquis adhuc ſuperior Naturali ſit (natura nanque unum quoddam entis genus eſt) illius uniuerſalis, & circa primam ſubſtantiam ſpeculatiui profecto fuerit de his etiam conſideratio: eſt autem Naturalis ſapientia quadā, ſed non prima.

Quęcunque uero quidam eorum, qui de ueritate dicunt, quo nam modo oportet admitti, dicere conantur, propter i- H gnorantiam Reſolutiuorum hoc faciūt, oportet enim accedere hęc doctum, ſed nequaquam, dum audiunt quærere.

Quod itaque Philoſophi, & eius, qui de tota ſubſtantia, quo ad natura fert, ſpeculatur, etiam de principijs ſyllogiſticis eſt conſiderare, manifeſtum eſt.

LECTIO VI.

a CONgruit aūt maxime cognoſcētē circa unūquodq; I genus, habere dicere firmiſſima

LECTIO VI.

DEcet autē illū, qui maxime circa quodque genus cognoſcat, ut dicere habeat certiſſima rei pricipia, quaro

autem ſolutionem propoſitam dupliciter. Primo per rationem. Secundo per ſignum, ibi [Vnde nullus &c.] Ratio talis eſt. Quæcunque inſunt omnibus entibus, & non ſolum alicui generi entium ſeparatim ab alijs, hæc pertinent ad conſiderationem Philoſophi: Sed prędicta principia ſunt huiuſmodi: ergo pertinent ad conſiderationem

par. 4. philoſophi. Minorem ſic probat. Illa, quibus utuntur omnes ſcientiæ, ſunt entis inquantum huiuſmo

par. 5. di. Sed prima principia ſunt huiuſmodi: ergo pertinēt ad ens, inquantum eſt ens. Rationem autē, quare omnes ſcientiæ utuntur, ſic aſſignat, quia vnumquodque genus ſubiectum alicuius ſcientię, recipit prædicationem entis. Vtuntur autem principijs prædictis ſcientiæ particulares non ſecundum ſuam communitatem, prout ſe extendunt ad omnia entia, ſed quantū

Text. com. 8 part. 4. ſufficit eis. Et hoc ſecundum continentiam generis, quod in ſcientia ſubijcitur, de quo ipſa ſcientia demonſtrationes af-

par. 7. fert. Sicut ipſa philoſophia naturalis utitur eis, ſecundum quod ſe extendunt ad entia mobilia, & non ulterius. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat quod dixerat per ſignum. & primo inducit probationem. Secundo excludit quorundam errorē ibi [Sed quo-

par. seq. circa med. niam eſt adhuc] Dicit ergo primo. quod nullus intendens primo tradere ſcientiā alicuius particularis entis, conatus eſt aliquid dicere de primis principijs, utrū ſint vera, aut non: nec Geometra, aut Arithmeticus, qui tamen illis principijs plurimum vtuntur, ut ſupra dictum eſt. Vnde patet, quòd conſideratio dictorum principiorum ad hanc ſcientiam pertinet. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit errorem quorundam. & circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum, qui de prędictis ſe intromittebant cum ad eos non pertineret. Secundo eorum, qui de eis alio mo-

parte sequ. do volebant tractare quàm de eis ſit tractandum, ibi [Quicunq; autem utuntur &c.] Dicit ergo primo, quod quamuis nulla ſcientiarum particularium de prædictis principijs ſe intromittere debeat, quidam tamen Naturalium de his ſe intromiſerunt. Et hoc non ſine ratione. Antiqui enim non opinabantur aliquam ſubſtantiam eſſe pręter ſubſtantiam corpoream mobilem, de qua Phyſicus K tractat. Et ideo creditum eſt, quod ſoli determinent de tota natura, & per conſequens de ente. Et ita etiam de primis principijs, quæ ſunt ſimul conſideranda cum ente. Hoc autem falſum eſt, quia adhuc eſt quædam ſcientia ſuperior naturali. Ipſa enim natura, idest res naturalis habens in ſe principium motus in ſeipſa, eſt unum aliquod genus entis uniuerſalis. Non enim omne ens eſt huiuſmodi, cum probatum ſit in 8. phyſi. eſſe aliquod ens immo-

tex. com. 68 Lect. 11. bile. Hoc autem ens immobile ſuperius eſt & nobilius ente mobili, de quo conſiderat naturalis. Et, quia ad illam ſcientiam pertinet conſideratio entis communis, ad quam pertinet conſideratio entis primi, ideo ad aliam ſcientiam quàm ad Naturalē pertinet conſideratio entis communis, & eius etiam erit conſiderare huiuſmodi principia communia. Phyſica enim eſt quædam pars philoſophiæ: ſed non prima, quæ conſiderat ens cōmune, & ea, quæ ſunt eius inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit alium errorem circa modum tractandi huiuſmodi principia. Quidam enim tractabant de iſtis principijs uolentes ea demonſtrare, & quæcunque iſti dixerunt de ueritate prædictorum principiorum, quomodo oporteat ea recipere per omnem demonſtrationis, uel quomodo oporteat contingere ueritatem in omnibus iſtis ita ſe habere, hoc fecerunt propter ignorantiam, uel propter imperitiam [analyticorum] idest illius partis Logicę, in qua ars demōſtrandi traditur, quia oportet ſciētes de his peruenire. i. oīs ſcientia per demonſtrationem acquiſita ex his principijs cauſatur. Sed non oportet [audientes] idest diſcipulos inſtruendos in aliqua ſcientia quærere de his, ſicut de aliquibus demonſtrandis. Vel ſecundum aliam literam [oportet de his peruenire ſcientes] idest oportet quod qui acquirunt ſciētiā per demonſtrationē, perueniant ad cognoſcendum huiuſmodi principia communia, & non quod quærāt ea ſibi demonſtrari. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit conclusionem principaliter intentam, s. quod Philoſophi erit conſiderare de omni ſubſtantia, inquantū huiuſmodi, & de primis ſyllogiſmorum principijs. Ad huius autē euidentiam ſciendū, quod propoſitiones per ſe notæ ſunt, quæ ſtatim notis terminis cognoſcūtur, ut dicitur Primo Poſte. Hoc autem contingit in illis propoſitionibus, in quibus prædicatum ponitur in diffinitione ſubiecti, vel prædicatum eſt idem ſubiecto. Sed contingit aliquam propoſitionem, quantum in ſe eſt, eſſe per ſe notam, non tamen eſſe per ſe notam omnibus, qui ignorant diffinitionem prædicati & ſubiecti. Vnde Boetius dicit in lib. de Hebdo. quod quædam ſunt per ſe nota ſapientibus, quæ non ſunt per ſe nota omnibus. Illa autem ſunt per ſe nota omnibus, quorum termini in conceptionem omnium cadunt. Huiuſmodi autem ſunt communia, eo quod noſtra cognitio a communibus ad propria peruenit, ut dicitur in Primo Phy. Et ideo iſtæ propoſitiones ſunt prima demonſtrationum principia, quæ componuntur ex terminis Tex. c. 4. communibus ſicut totum & pars, ut omne totum eſt maius ſua parte: & ſicut æquale & inæquale, vt, Quæ uni & eidē ſunt æqualia. Et eadem ratio eſt de ſimilibus. Et, quia huiuſmodi communes termini pertinent ad conſiderationem Philoſophi, ideo hæc principia ſunt de conſideratione Philoſophi. Determinat autem ea Philoſophus nō demonſtrando, ſed rationes terminorum tradendo, ut quid totum & quid pars, & ſic de alijs. Hoc autē cognito, ueritas prædictorum principiorum manifeſta relinquitur.

LECTIO VI.

HIC oſtendit principaliter, quod ad primum Philoſophū pertinet conſiderare de primo demonſtrationis principio, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod eius eſt de ipſo conſiderare. Secūdo de ipſo tractare incipit ibi: [Principiū uero &c.] Circa primū tria facit. Primo oſtēdit, quod huius ſcientiæ eſt conſiderare de primo demonſtrationis principio. Secundo oſtendit quid ſit illud. ibi [Et firmiſſimum &c.] Tertio excludit quoſdam errores

par. 5. Lect. sequē. part. sequē. par. 5. huius lect.

rores circa idem principium. ibi: [Sunt autem quidam &c.] vtitur autem ad primum tali ratione. In vnoquoque genere, ille eſt maxime cognoſcitiuus, qui certiſſima cognoſcit principia: quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet: ſed Primus philoſophus eſt maxime cognoſcitiuus & certiſſimus in ſua cognitione: hæc.n. erat vna de conditionibus ſapientis, vt in procemio huius libri patuit, ſcilicet, q eſſet certiſſimus cognitor cauſarum. ergo Philoſophus debet conſiderare certiſſima & firmiſſima principia circa entia, de quibus ipſe conſiderat, ſicut de genere ſibi proprie ſubiecto.

part. 1. Par. ſeq. b ¶ Hic oſtendit qd ſit firmiſſimum ſiue certiſſimum principiũ, & circa hoc duo facit. Primo dicit quę ſint conditiones certiſſimi principij. Deinde adaptat eas vni principio. ibi [Quid vero ſit &c.] Ponit ergo primo tres conditiones firmiſſimi principij. Prima eſt, q circa hoc nõ poſſit aliquis mẽtiri ſiue errare. Et hoc patet, quia, cum homines non decipiantur niſi circa ea, quę ignorãt, ideo circa quod non poteſt aliquis decipi, oportet eſſe notiſſimum. Secunda conditio eſt ut ſit [non conditionale] ideſt non propter ſuppoſitionẽ habitũ, ſicut illa, quæ ex quodam condicto ponuntur. Vnde alia tranſlatio habet. Et non ſubijciantur ea, quæ ſunt certiſſima principia. Et hoc iõ, quia illud, quod neceſſarium eſt habere intelligentem quæcunque entium [hoc non eſt cõditionale] ideſt non eſt ſuppoſitum, ſed oportet per ſe eſſe notum. Et hoc ideo, quia ex quo ipſum eſt neceſſarium ad intelligẽdũ quodcunque, oportet q quilibet, qui alia eſt cognoſcens, ipſum cognoſcat. Tertia conditio eſt, ut non acquiratur per demõſtrationem, uel alio ſimili modo, ſed adueniat quaſi per naturam habenti ipſum, quaſi ut naturaliter cognoſcatur, & non per acquiſitionem. Ex ipſo enim lumine naturalis intellectus agentis prima principia fiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, ſed ſolum per hoc, quòd eorum termini innoteſcunt. Quod quidem fit per hoc, quòd a ſenſibilibus accipitur memoria, & a memoria experimentum, & ab experimento illorum terminorum cognitio, quibus cognitis, cognoſcuntur huiuſmodi propoſitiones communes, quæ ſunt artium & ſcientiarum principia. Manifeſtum eſt ergo, quod certiſſimum principium ſiue firmiſſimum, tale debet eſſe, ut circa id non poſſit errari, & q non ſit ſuppoſitum, & quòd adueniat naturaliter. Deinde cum dicit.

rei principia. Quare & de entibus, inquantum ſunt entia, omnium firmiſſima. Eſt autem hic Philoſophus ipſe.

b Et firmiſſimum omnium principiorum eſt, contra quod mentiri impoſſibile eſt, notiſſimum enim eſſe tale eſt neceſſe. Nam circa ea, quæ ignorant, decipiuntur omnes, & non conditionale. Quod enim neceſſarium habere quodcunque entium intelligentem, hoc non conditionale. Quod autem cognoſcere eſt neceſſarium quodcunque cognoſcentem, & uenire habenti eſt neceſſe. Quod quidem igitur tale principium omnium ſit firmiſſimum, palam.

c Quid uero ſit illud, poſt hoc dicamus. Idem enim ſimul eſſe, & nõ eſſe in eodem, ſecundum idem, eſt impoſſibile, & quæcunque alia determinaremus, utiq; ſint determinata ad logicas difficultates. Hoc autem omnium firmiſſimum eſt principium. Habet enim dictam determinationem. Impoſſibile namque quæcumque idem ſuſcipere eſſe, & non eſſe, quemadmodum quidem quidam putant dicere Heraclitum, non enim eſt neceſſe quæ aliquis dicit, hoc & ſuſcipere. Si vero non contingit ſimul ineſſe eidem contraria determinentur ergo nobis eadem poſitione conſueta. Contraria uero eſt opinio opinioni, quæ contradictionis. Palam, quia impoſſibile ſimul ſuſcipere eundem eſſe, & nõ eſſe idem. Simul enim habebit contrarias opiniones. qui de hoc eſt mentitus. Quare propter omnes demonſtrantes in hanc reducunt ultimam opinionem. Natura namque principium, & aliarum dignitatum hęc omnium.

A *& illum, qui de entibus, prout entia, omnium certiſſima, hic autem eſt Philoſophus.*

Omnium autem certiſſimum principium eſt, circa quod impoſſibile
B *eſt mentiri. Notiſſimum etenim, vt huiuſmodi ſit, neceſſe eſt, circa namque illa, quæ non cognoſcunt, decipiuntur omnes: Et non ex ſuppoſitione. quod enim neceſſe eſt illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non eſt ſuppoſitio: quod autem cognoſcere illum neceſſe eſt, qui aliquid cognoſcat, neceſſe eſt, vt veniat habens illud. Quòd igitur tale principium omnium certiſſimum eſt, patet.*

C

Quid autem illud ſit, deinceps dicamus. Idem enim ſimul ineſſe & non ineſſe eidem, & ſecundum idem, impoſſibile eſt. & quæcunque alia annotaremus, ſint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem omnium eſt principiorum certiſſimum, habet etenim dictam annotationem. Impoſſibile namque eſt quempiam idem putare eſſe & non eſſe, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. non enim neceſſe
D *eſt quæcunque quis dicat, ea etiam putare. Quòd ſi non contingit ineſſe eidem contraria, annotentur autem a nobis etiam huic propoſitioni conſueta, contraria vero opinio opinioni eſt, quæ contradictionis eſt. Et patet quòd impoſſibile eſt ſimul eundem idem arbitrari eſſe, & non eſſe. ſimul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonſtrantes ad hanc vltimam opinionem reducunt. natura etenim hæc, cæterarum quoque dignitatum omnium*
E *principium eſt.*

∴

c ¶ Oſtendit cui principio prædicta determinatio conueniat. & dicit, quòd huic principio cõuenit tanquam firmiſſimo, quod eſt impoſſibile eidem ſimul ineſſe & non ineſſe idem. Sed addendum eſt, & ſecundum idem. Et etiam alia ſunt determinanda circa hoc principium, quæcunque determinari contingit ad logicas difficultates; ſine quibus videtur contradictio cum nõ ſit. Quod autem prædicta huic principio conueniãt, ſic oſtendit. Impoſſibile enim eſt quæcunque [ſuſcipere] ſiue opinari quòd idem ſit ſimul & non ſit, quamuis quidam arbitrentur Heraclitum hoc opinatum fuiſſe. Verum eſt autem, quòd Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim neceſſarium eſt, quòd quicquid aliquis dicit, hæc mente ſuſcipiat vel opinetur. Si autem aliquis diceret, quòd contingeret aliquem opinari, idem ſimul eſſe, & non eſſe ſequitur hoc inconueniens, quòd contingit cõtraria eidem ſimul ineſſe. Et hæc [determinentur nobis,] ideſt oſtendantur quadam propoſitione conſueta & in logicis determinata. Oſtẽſum eſt enim in fine Perihermenias, quòd opiniones ſunt contrariæ, non quæ ſunt contrariorum, ſed quæ ſunt contradictionis, per ſe loquendo. Hę enim non ſunt contrariæ opiniones primo & per ſe, vt ſi vnus opinetur quòd Socrat. eſt albus, & alius opinetur quòd Socra. eſt niger. Sed quòd vnus opinetur, Socrat. eſt albus, & alius opinetur, Socrat. non eſt albus. Si igitur quis opinetur ſimul duo contradictoria eſſe vera, opinando ſimul idem eſſe & non eſſe, habebit ſimul contrarias opiniones. Et ita, contraria ſimul inerunt eidem: quod eſt Impoſſibile. non igitur contingit aliquem circa hæc interius mẽtiri, & quòd opinetur ſimul idem eſſe & non eſſe. Et propter hoc omnes demonſtrationes reducunt ſuas propoſitiones in hanc propoſitionem, ſicut in vltimam opinionem omnibus communem. ipſa enim eſt naturaliter principium & dignitas omnium dignitatum. Et ſic patent aliæ duæ conditiones, quia inquantum in hanc reducunt demonſtrantes omnia, ſicut in vltimum reſoluendo, patet quòd non habetur ex ſuppoſitione. Inquantum vero eſt naturaliter principium, ſic patet quòd aduenit habenti, & non habetur per acquiſitionem. Ad huius autem euidentiam ſciendum eſt, quòd cum duplex ſit operatio intellectus, vna, qua cognoſcit quodquid eſt, quæ vocatur indiuiſibilium intelligentia: alia, qua componit & diuidit, in vtroque eſt aliquod primum.

Tex. com. 9. part. 3 Primo Elenchorum c. 3.

In prima

d Sunt autem quidam, qui vt diximus dicebant contingere idem eſſe & nō eſſe,& exiſtimare ita. Vtuntur autē ratione hac multi eorū,qui de natura. Nos autem nunc accipimus, quaſi impoſſibili exiſtente ſimul eſſe & non eſſe, & per hoc oſtendemus, quòd firmiſſimum id prin-
G cipiorum eſt omnium.

e Dignantur autem & hoc demonſtrare quidam propter apædeuſiam. Eſt enim apædeuſia non cognoſcere, quorū oportet quærere demonſtrationem, & quorum non oportet. Totaliter quidem enim omnium eſſe demonſtrationem eſt impoſſibile. nam in infinitum procederet, vt nec ita foret demonſtratio. Si vero quorundam nō oporteret demonſtrationem quærere, quod dignantur ma-
H gis eſſe tale principium, non habent dicere.

f Eſt autem demonſtrare elenchice, & de hoc, quia impoſſibile, ſi ſolum aliquid dicit qui dubitat. Si vero nihil, deriſio eſt quærere rationem ad nullam habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis enim plantæ talis iam eſt. Elenchice autem demonſtrare, dico vtique differre, & demonſtrare. Quia demonſtrat
I quidem quod in principio. Alterius autem tali exiſtente cauſa, elenchus vtique erit, & non demonſtratio.

LECTIO VII.

a PRincipiū vero ad omnia talia nō velle, aut eſſe aliquid dicere, aut non eſſe. Hoc enim forſan vtique quis opi-

Sunt autem quidam, qui, vt diximus, ipſi quoque dicunt, contingere idem eſſe, & non eſſe, & ita arbitrari. Vtuntur autē hac oratione multi quoque eorum, qui de natura tractant. Nos autem nunc accepimus, tanquā impoſſibile ſit, de eodem ſimul eſſe & non eſſe, & per hoc monſtrauimus, quòd certiſſimum hoc cunctorum principiorum eſt.

Conantur autem quidam hoc quoque probare, propter ignorantiam. Eſt etenim ignorantia, neſcire quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorum non, etenim omnino impoſſibile eſt omnium eſſe demonſtrationem; in infinitum namque progrederetur; quare nec hoc modo eſſet demonſtratio. Si autem aliquorum non oportet quærere demonſtrationem, quod magis principium eſſe tale iudicarent, dicere non haberent.

Eſt autem etiam de hoc demonſtrare, redarguendo quòd impoſſibile eſt, dummodo aliquid dicat, qui dubitat. Quòd ſi nihil, ridiculum eſt quærere rationem ad eum, qui nullius habet rationem, quatenus nullam habet rationem, ſimilis namque plantæ talis eſt, prout talis eſt. Demonſtrare uero redarguendo, dico differre à demonſtratione, quia qui demonſtraret, videretur petere quod a principio, cum autem alia huiuſce cauſa ſit, redargutio, & non demonſtratio.

LECTIO VII.

PRincipium uero ad hæc omnia non petere ut aut eſſe aliquid, aut non eſſe dicat (hoc enim fortaſſis aliquis eſſe putaret quòd a principio*

In prima quidem operatione eſt aliquod primum, quod cadit in conceptione intellectus, ſcilicet hoc quod dico ens. nec aliquid hac operatione poteſt mente concipi, niſi intelligatur ens. Et quia hoc principium impoſsibile eſt eſſe & non eſſe ſimul, dependet ex intellectu entis, ſicut hoc principium. Omne totum eſt maius ſua parte, ex intellectu totius
parte 4. & partis: adeo hoc etiam principium eſt naturaliter primum in ſecunda operatione intellectus, ſcilicet componentis & diuidentis. Nec aliquis poteſt ſecundum hanc operationem intellectus aliquid intelligere, niſi hoc principio intellecto. Sicut enim totum & partes non intelliguntur niſi
parte 5. intellecto ente, ita nec hoc principium, Omne totum eſt maius ſua parte, niſi intellecto prædicto principio firmiſsimo. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quomodo circa prædictum principium ab aliquibus eſt erratum. & circa hoc duo facit. Primo tangit errorem illorum, qui contradicebant prædicto principio. Secundo eorum, qui ipſum demonſtrare vo-
parte 6. lebant. ibi. [Dignan-
part. ſequē. tur autem &c.] Dicit ergo, quòd quidam, ſicut dictū eſt de Heraclito, dicebāt, quòd contingit idem ſimul eſſe & non eſſe, & quòd contingit hoc exiſtimare. Et hac poſitione vtuntur multi naturales, vt infra pate-
Text. 26. 21. bit. Sed nos nunc accipimus ſupponendo prædictum principiū eſſe verum, ſcilicet quòd impoſsibile ſit idem eſſe & non eſſe, ſed ex ſui veritate oſtendimus quòd eſt certiſsimum. Ex hoc enim, quòd impoſsi-
Text. 28. 10. bile eſt eſſe & non eſſe, ſequetur, quòd impoſsibile ſit contraria ſimul ineſſe eidem, vt
Lectio 13. et præced. infra dicetur. Et ex hoc, quòd contraria non poſſunt ſimul ineſſe, ſequitur quòd homo non poſsit habere contrarias opiniones, & per conſequens, quòd non poſſit opinari contradictoria eſſe vera, vt oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit errorem quorundam, qui prædictum principium demonſtrare volebant. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quòd non poſsit demonſtrari ſimpliciter. Secundo, quòd aliquo modo poteſt demonſtrari. ibi. [Eſt autē demonſtrare &c.] Dicit ergo primo, quòd quidam dignum ducunt, ſiue volunt demonſtrare
eruditio-nis. prædictum principium. Et [hoc propter apędeuſiam,] ideſt ineruditionē ſiue indiſciplinationē. Eſt enim ineruditio, quòd homo neſciat quorum oportet quærere demonſtrationē, & quorū nō. Non enim poſſunt omnia demonſtrari. Si enim omnia demonſtrarentur, cum idem per ſeipſum non demonſtretur, ſed per aliud, oporteret eſſe circulū in demonſtrationibus. quod eſſe nō poteſt, quia ſic idem eſſet notius & minus notum, vt patet in pri-
Lectio 8. mo poſteriorum. Vel oporteret procedere in infinitum. Sed, ſi in infinitum procederetur, non eſſet demonſtratio: quia quæ-
F libet demonſtrationis concluſio redditur certa per reductionem eius in primum demonſtrationis principium: quod non eſſet, ſi in infinitum demonſtratio ſurſum procederet. Patet igitur, quòd non ſunt omnia demonſtrabilia. Et, ſi aliqua ſunt non demonſtrabilia, non poſſunt dicere, quòd aliquod principium ſit magis indemonſtrabile quam prædictum.

f ¶ Hic oſtēdit, quòd aliquo modo poteſt prędictū principium demonſtrari dicens, quod contingit prædictum principium demōſtrari argumētatiue. In græco habetur elenchice, quod melius transfertur redargutiue. Nam elenchus, eſt ſyllogiſmus ad contra dicendum. Vnde inducitur ad redarguendum aliquā falſam poſitionem. Et propter hoc, iſto modo oſtēdi poteſt, quòd impoſſibile ſit idem eſſe & non eſſe. Sed ſolum ſi ille, qui ex aliqua dubitatione negat illud principium, [dicit aliquid] ideſt aliquid nomine ſignificat. Si uero nihil dicat, deriſibile eſt quærere aliquā rationem ad illum, qui nulla vtitur ratione loquendo. Talis enim in hac diſputatione, qui nihil ſignificat, ſimilis erit plantæ. Animalia enim bruta etiam ſignificant aliquid per talia ſigna, differt enim demonſtrare ſimpliciter principium prædictum, & demonſtrare argumentatiue, ſiue elenchice. Quia, ſi aliquis vellet demonſtrare ſimpliciter prædictū principiū, uideretur petere principium, quia non poſſet aliquid ſumere ad eius demonſtrationem, niſi aliqua, quæ ex veritate huius principij dependerent, ut ex prædictis patet. Sed, quando demonſtratio non erit talis, ſcilicet ſimpliciter, tunc
* a. l. legit affirmatiue, ſed melior negatiue ait Alexan.
eſt argumentatio, ſiue elenchus & non demonſtratio. Alia litera ſic habet & melius. [Alterius autem, cum huius cauſa ſit, ar-
K gumentatio erit, & nō demonſtratio] ideſt: cum huiuſmodi proceſſus a minus notis ad hoc magis notum principium fiat cauſa alterius hominis, qui hoc negat, tunc poterit eſſe argumentatio, ſiue elenchus, & non demonſtratio, ſcilicet ſyllogiſmus contradicens et poterit eſſe, cum id, quod eſt minus notum ſimpliciter, eſt conceſſum ab aduerſario, ex quo poterit procedi ad prædictum principium oſtendendum quantum ad ipſum, licet non ſimpliciter.

LECTIO VII.

a HIC incipit elenchice diſputare contra negantes prædictum principium, & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eos, qui dicunt contradictoria ſimul eſſe uera. Secundo contra illos, qui dicunt quòd contingit ea ſimul eſſe falſa. ibi [Verum nec iterum &c.] Circa primum duo facit. Primo, diſputat contra prædictos errātes in communi. Secundo oſten- par. prima. Infra le. 16.

dit

nabitur, quòd a principio petere, ſed ſignificare quidē aliquid & ipſi & alij, hoc enim neceſſe eſt, ſi dicat aliquid. Si enim non, cum tali vtique non erit ſermo, nec ipſi ad ſeipſum, nec ad aliū. Siquis autem hoc dederit, erit demonſtratio, iam non erit aliquid diffinitum. Sed tñ non demonſtrās, ſed ſuſtinēs. Interimēs enim rōnem, ſuſtinet rationem.

b Primum quidem igitur manifeſtum, quod hoc quidem verū eſt quod ſignificat nomen eſſe, aut non eſſe hoc. Quare neque vtique omne ſic, & non ſic ſe habebit.

c Amplius, ſi homo ſignificat vnum, ſit hoc, animal bipes. Dico autem unū ſignificare hoc; ſi hoc eſt homo, ſi ſit aliquid homo, hoc eſt hominem eſſe. Nihil autē differt nec ſi plura quis dicat ſignificare, ſolum autem diffinita. Ponetur enim vtique rationibus alterum nomen. Dico autem, vt ſi non dicat hominem unum ſignificare, ſed multa, quorum unius quidem una ratio animal bipes. Sunt autem & aliæ plures, ſed diffinitæ numero. Ponetur enim utique proprium nomen ſecūdum unamquamq; rationem. Si autem nō ponatur, ſed infinita ſignificare dicat, palam, quia non utiq; erit ratio, nam non unum ſignificare, nihil ſignificare eſt. Non ſignificantibus autem nominibus, aufertur adinuicem diſputare: ſecundum ueritatem autem, & ad ſeipſum, nihil enim cōtingit intelligere, niſi intelligentem unū: ſi autem cōtingit, ponatur huic rei nomen. ſit itaque, ſicut a principio dictum eſt, ſignificans aliquid nomen & ſignificans unū.

d Nec ſic contingit hoīem eſſe ſignificare non eſſe hominem,

petere) ſed aliquid ſignificare & ſibi ipſi & alteri, hoc enim neceſſe eſt, ſiquidem aliquid dicat. Quod ſi non, tali non eſſet ſermo; nec ſibi ad ſeipſum, nec ad alium. Si autem aliquis hoc concedat, erit demonſtratio, iam enim erit aliquid determinatum, attamen
B *non qui demonſtrat, ſed qui ſuſtinet, cauſa eſt, tollens enim orationem, ſuſtinet orationem.*

* *Primo igitur manifeſtum eſt hoc ipſum verum eſſe, quod nomen eſſe hoc, aut non eſſe ſignificat. quare non vtique omne ita, & non ita ſe habet.*

Item ſi homo vnum ſignificat, ſit autem hoc animal bipes. dico autem vnum ſignificare hoc ſi hoc eſt homo,
C *ſi quid homo ſit, hoc eſt homini eſſe. Nihil autem differt, etiam ſi plura quis ſignificare dicat, ſolum ſint determinata; imponeretur etiam cuilibet orationi aliud nomen, dico autem vt puta, ſi non dicat hominem vnū ſignificare, ſed multa, quorum vnius quidem vna oratio, animal bipes, ſint autem cæteræ quoque plures, determinata vero numero. imponeretur etenim proprium nomen ſecundum quāque orationem. Quòd ſi non poneretur, ſed infinita ſignificare dicat, manifeſtum eſt quod non eſſet oratio.*
D *non vnū enim ſignificare, nihil eſt ſignificare, nominibus vero non ſignificātibus, periit ipſa vera diſputatio, & adinuicem, & ad ſeipſum. nihil enim intelligere contingit, nihil vnum intelligentes. Quòd ſi contingit, imponetur nomen huic rei, vnum. Nomen itaque, vt a principio dictum eſt, ſit aliquid ſignificans, & vnum ſignificans.*

E *Non poteſt igitur homini eſſe ſignificare id, quod non eſſe homini, ſi*

dit quomodo in ſpeciali ſit diſputandum contra diuerſos, ibi [Eſt autem non idem modus.] Circa primum duo facit. Primo diſputat rationem negantium prædictum principium. Secundo oſtendit quòd opinio Pythagoræ in idem redit cum prædicta poſitione ibi. [Eſt autem ab eadem &c.] Circa primum ponit ſeptem rationes. Secunda ibi [Omnino vero deſtruit.] Tertia ibi [Amplius ſi contradictiones.] Quarta ibi [Amplius autem circa omnia &c.] Quinta ibi: [Amplius igitur quomodo.] Sexta ibi [Vnde & maxime manifeſtum eſt.] Septima ibi [Amplius ſi quia maxime.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit ex quo principio oporteat procedere contra negantes primum principium. Secundo ex illo principio procedit. ibi [Primum quidem igitur manifeſtum &c.] Dicit ergo primo, quòd ad omnia talia inopinabilia non oportet accipere pro principio, quòd aliquis velit ſupponere hoc determinate eſſe [vel non eſſe] ideſt non oportet accipere pro principio aliquā propoſitionem, qua aſſeratur aliquid de re, uel negetur ab ra: hoc enim eſſet quærere principium, ut prius dictum eſt. Sed oportet accipere pro principio, quòd nomen ſignificet aliqd, & ipſi qui profert, inquantum ſe loquentem intelligit, & alij, qui eum audit. Si autem hoc non concedit, tunc talis non habebit propoſitum, nec ſecum, nec cum alio, vnde ſuperfluū erit cum eo diſputare. ſed, cum hoc dederit, iam ſtatim erit demonſtratio contra eum. Statim enim inuenitur aliquid diffinitum & determinatum, quod per nomē ſignificatur diſtinctū a ſuo contradictorio, vt infra patebit. Sed tamen hoc non erit demonſtrans prædictum principium ſimpliciter, ſed tantū erit ratio ſuſtinens contra negantes. Ille enim qui [deſtruit rationem] ideſt ſermonem ſuum, dicendo, quòd nomen nihil ſignificat, oportet quòd ſuſtineat, quia hoc ipſum quod negat, proferre non poteſt niſi loquendo & aliquid ſignificando. Deinde cum dicit.

b ¶ Procedit ex dicta ſuppoſitione ad propoſitum oſtendendum: & primo ſingulariter in uno, ſecundo generaliter in omnibus. ibi [Amplius ſi homo &c.] Dicit ergo primo, quòd ſi nomen aliquid ſignificet primo hoc erit manifeſtum, quòd hæc propoſitio erit uera, & eius contradictoria, quam negat, eſt falſa. Et ſic ad minus hoc habemus, quia non omnis affirmatio eſt uera cum ſua negatione. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit vlt de omnibus, ſ. quòd contradictoria non ſint
A ſimul vera. & circa hoc quatuor facit. Primo ponit quædam, q́ ſunt neceſſaria ad propoſitum concludendum. Secundo concludit propoſitum. ibi [Neceſſe itaque.] Tertiu probat quoddam, quod ſuppoſuerat. ibi [Nam eſſe hominem &c.] Quarto excludit quandam cauillationem. ibi [Si autem reſpondeatur.] Circa primum tria facit. Primo oſtēdit, quòd nomen vnum ſignificat. Secundo ex hoc oſtēdit vlterius, quòd hoc nomē homo ſignificet id, qđ eſt hominem eſſe, non autem id, quod eſt, non eſſe. ibi [Nec ſic contingit &c.] Tertio oſtendit, quòd homo & non homo ſignificat vnum. ibi [Si autem non ſignificat &c.] Dicit ergo primo, quòd ſi homo ſignificat aliqd vnū, ſit hoc vnum, animal bipes: hoc enim vnū dicitur nomen ſignificare, quòd eſt diffinitio rei ſignificatæ per nomen, vt ſi eſt hominis eſſe [animal bipes] ideſt, ſi hoc eſt q̇ q̇d eſt homo, hoc erit ſignificatum per hoc nomen homo. Si aūt dicat nomen plura ſignificat, aut ſignificabit finita, aut infinita: ſi autem finita, nihil differt [ſecundum aliā tranſlationem] ab eo, quod ponitur ſignificare vnū, quia ſignificat multas rationes diuerſarum rerū finitas, & ſingulis eorum poſſunt adaptari diuerſa nomina. Vt ſi homo ſignificet multa, & vnius eorum ſit ratio animal bipes, ponetur vnum nomen ſecundum hanc rationem, quod eſt homo: & ſi ſunt plures aliæ rationes, ponentur alia plura nomina, dummodo rationes illæ ſint finitæ. & ſic redibit primum, quòd nomen ſignificet vnum. Si autem nomen non ſignificat finitas rationes, ſed infinitas, manifeſtū eſt quòd nulla erat ratio, ſiue locutio, ſiue diſputatio. Quod ſic patet. Quod enim non ſignificat vnum, nihil ſignificat. Et hoc ſic probatur. Nomina ſignificant intellectus. ſi igitur nihil intelligitur, nihil ſignificatur. Sed ſi non intelligitur unum, nihil intelligitur. quia oportet, quòd qui intelligit ab alijs diſtinguat. Ergo, ſi non ſignificat vnum, non ſignificat. Sed, ſi nomina non ſignificant, tolletur diſputatio, & quæ eſt ſecundum ueritatem, & quæ eſt ad hominem. Ergo patet, quòd ſi nomina infinita ſignificent, non erit ratio, ſiue diſputatio. Sed ſi contingit intelligere unum, imponatur ei nomen, & ſic teneatur, quòd nomen ſignificet aliquid. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ſecundum, ſ. q̇ hoc nomen homo non ſignificet id, quod eſt homini non eſſe. Nomen enim ſignificans unū non ſolum ſignificat unum ſubiecto: quod ideo dr̄ unum, quia de uno, ſed id, quod eſt unum ſimpliciter, ſ. ſecundum rationem.

Si enim

Infra le. 10.
Infra lec. 9. parte 5.
part. 9. h. 2.
Lect. 8. ead.
lect. par. 5.
Infra le. 9. par prima.
In par. 2.
Infra le. 9.
Par. ſeq.
part. 4.
Lect. 4.
part 2.
part. 3.
Tex. 26. 12.
Parte ſeq. huius lec.
Infra pt. 6.
Infra pt. 7.
* Ex Alex. adde hæc. Præterea ſi hoc conceſſit, cōceſſit aliquid verū eſſe ſine demonſtratione: quare non omne vtiq; ſic, & non ſic ſe habet.
Infra pt. 4.
Infra pt. 5.

Si enim hoc vellemus dicere, ꝙ nomen ſignificat vnum, quia ſignificat ea, quæ verificantur de vno, ſic ſequeretur, ꝙ muſicũ, & album, & homo, vnum ſignificaret. qm̃ omnia verificantur de vno. Et ex hoc ſequeretur, ꝙ omnia eſſent vnum. quia, ſi album dr̃ de homine, & propter hoc eſt vnum cum eo, cum dicatur etiam de lapide, erit vnum cum lapide. Et quæ vni & eidem ſunt eadem, ſibiinuicem ſunt eadem. Vnde ſequeretur, ꝙ homo & lapis ſit vnum, & vnius rationis. Et ſic ſequeretur, ꝙ omnia nomina ſint uniuoca, id eſt unius rationis, uel
συνώνυμον ſynonyma ſecũdum aliam literam, id eſt omnino idem ſignificantia, re & ratione. Quàmuis autem eſſe & non eſſe uerificentur de eodem ſecundum negantes
part.5. principium primum, tamen oportet quòd aliud ſit hoc, quod eſt eſſe hominem, & hoc, quod eſt non eſſe, ſicut aliud eſt ratione album & muſicum, quàmuis de eodem uerificentur. Ergo patet, quòd eſſe & non eſſe, non erunt idem ratione & re, quaſi uno nomine ſignificatũ uni
part. 6. uoce. Sciendum eſt autem, quòd eſſe hominem, uel eſſe homini ſiue hominis, hic accipitur pro quod quid eſt hominis. Ex hoc ergo concluditur, ꝙ hoc, quod dico homo, nõ ſignificat hoc, quod dico hominem non eſſe, ſicut propriam
Tex. cõ. 12. rationem. Sed quia dixerat ſupra, ꝙ idẽ nomen poteſt plura ſignificare ſecundum diuerſas rationes, iõ
part.7. ſubiungit, niſi ſecundum æquiuocationem, ad determinandum, quòd homo uniuoce. non ſignificet eſſe hominẽ & non eſſe hominẽ, ſed æquiuoce poteſt utrunque ſignificare. ut ſi id, quod uocamus hominem in una lingua, uocent alij non hominem in alia lingua, non enim eſt noſtra diſputatio, ſi idem ſecundum nomen contingat eſſe & non eſſe, ſed ſi idem ſecundum rem. Deinde cum dicit.

e ¶ Probat tertium, ſ. quòd homo & non homo non ſignificat idem, tali ratione. Homo ſignificat hoc, quod eſt eſſe hoiem, & quod quid eſt homo. non homo autem ſignificat non eſſe hominem, & quod quid eſt non homo. Si ergo homo & non homo non ſignificant aliquid diuerſum, tunc id, quod eſt eſſe homini, non erit diuerſum ab hoc, quod eſt non eſſe homini, uel non eſſe hominem. & ita unum eorum prædicabitur de altero. & erunt etiam ſecundum rationem unum. Dum enim dicimus, aliqua unum ſignificare, intelligimus, quòd ſignificent rationem vnam, ſicut veſtis & indumentum. Si igitur eſſe hominẽ & non eſſe hominem ſunt hoc modo vnum, ſcilicet ſecundum rationem, vnum & idem erit illud, quod ſignificabit illud, quod eſt eſſe hominem, & id, quod eſt non eſſe hominem. Sed datum eſt, vel demonſtratum, quia diuerſum nomen eſt quod ſignificat vtrumque. Oſtenſum eſt enim, quòd, hoc nomen, homo, ſignificat hominem, & non ſignificat nõ eſſe hominem, ergo patet, quòd eſſe hominem, & non eſſe hominem, non ſunt vnum ſecundum rationem. Et ſic patet propoſitum, quòd homo & non homo diuerſa ſignificãt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit principale propoſitum ex prioribus ſuppoſitis tali ratione. Neceſſe eſt, quòd homo ſit animal bipes. quod patet ex præhabitis. Hæc enim eſt ratio, quam hoc nomen ſignificat. Sed quod neceſſe eſt eſſe, non contingit non eſſe. hoc enim ſignificat neceſſarium, ſcilicet non poſſibile nõ eſſe, vel non contingens non eſſe, vel impoſſibile non eſſe: ergo impoſſibile eſt ſiue non contingens, uel non poſſibile hominem non eſſe animal bipes. Sic ergo patet, quòd non cõtingit utrunque uerum eſſe affirmationem & negationem, ſcilicet quòd ſit animal bipes, & quòd non ſit animal bipes. Et eadem ratio ex ſignificationibus nominum ſumpta, poteſt accipi de non homine, quia neceſſe eſt non hominem eſſe, non animal bipes, cum hoc ſignificet nomen: ergo impoſſibile eſt eſſe animal bipes. Ea autem, quæ ſupra mõſtrata ſunt, ualent ad propoſitũ, quia ſi conſideretur, quòd homo & non homo idem ſignificarent, uel quod hoc nomen, homo, ſignificaret eſſe hominẽ, & non eſſe hominẽ, poſſet aduerſarius negare iſtã: neceſſe eſt hominem eſſe animal bipes. Poſſet enim dicere, ꝙ non magis neceſſarium eſt dicere hominem eſſe animal bipes, quàm non eſſe animal bipes, ſi hæc nomina homo & non homo idem ſignificarent: uel, ſi hoc nomen homo vtrumque ſignificet, ſcilicet id, quod eſt eſſe hominem: & id, quod eſt non eſſe hominẽ. Deinde cum dicit.

g ¶ Hic probat quoddam, quod ſuppoſuerat. Ad probandum autem, quod hoc nomen homo non ſignificat id, quod eſt non eſſe hominem, aſſumpſit, quòd id, quod eſt eſſe hominem. & id, quod eſt non eſſe hominem, ſint diuerſa, quàmuis verificentur de eodem. Et hoc intendit hic probare, tali ratione.

ſi homo ſignificat nõ ſolum de vno, ſed & vnum. Nõ. n. hoc dignamur vnum ſignificare quod de vno, qm̃ ſic itaque muſicus, & album, & homo, vnum ſignificarent. Quare vnum omnia erunt. ſynonyma namque. & nõ erunt eſſe & non eſſe idem, niſi ſecundum æquiuocationem. vt G ſi quem nos hominẽ vocamus, alij non hominem vocant. Dubitatum vero nõ hoc eſt, ſi cõtingit ſimul idem eſſe & non eſſe hominem, ſecundum nomẽ, ſed ſecundum rem.

e Si autem non ſignificet alterum homo & non homo, palã, quia non eſſe hominem nõ erit diuerſum ab eſſe hominẽ. quare erit hominem eſſe nõ hominem eſſe. unum. n. erunt: hoc. n. ſignificat eſſe vnum, vt veſtimẽtum & indumentũ, ſi ratio vna. Si vero erunt vnum, & vnum ſi- H gnificat hominem eſſe, & non hominem, ſed oſtenſum eſt, ꝙ alterum ſignificat.

f Neceſſe itaque ſi quidem eſt verum dicere, quia homo animal eſſe bipes, hoc. n. erat quod ſignificat homo. Sed ſi hoc neceſſe, non contingit non eſſe hoc ipſum animal bipes. Hoc. n. ſignificat neceſſe eſſe, impoſſibile non eſſe hominem. Non igitur contingit ſimul verum eſſe, dicere idem hominem eſſe, I & non eſſe hominem. Eadem autem ratio & non de eſſe hominem.

g Nam hominem eſſe, & non hominem eſſe, alterum ſignificat. ſiquidem album eſſe, & hominem eſſe, alterum, multum enim opponitur illud magis, quare ſignificat diuerſum. Si autem & album dixerit idem ſignificare, & vnum ratione, idẽ dicemus quod & prius dictum eſt, ꝙ vnum omnia ſunt, & non ſolum oppoſita. Si autem hoc nõ K contingit, contingit quod dictum eſt.

F *homo quidem non ſolum de vno, ſed etiam vnum ſignificat. Non enim hoc dicimus vnum ſignificare, quod de vno, hoc enim modo, muſicum etiam, & album, & homo vnum ſignificarent, quare vnum omnia erunt, vniuoca nanque. & non erit eſſe & non eſſe idem, niſi ſecundum æquiuocationem, ſicuti ſi quem nos hominem no-* G *minamus, alij nõ hominem vocarent. Quod autem dubitatur, non eſt hoc, ſi contingit ſimul idem eſſe, & non eſſe hominem nomine, ſed re.*

Si autem non alterum ſignificat homo & non homo, patet quòd nec non eſſe homini ab eo, quod eſt eſſe homini. quare homini eſſe, erit non homini eſſe. vnum nanque erit. hoc enim ſignificat vnũ eſſe, ſicut tunica & veſtis, ſi ratio vna. Si autem erit vnum, vnum ſignificat homini eſſe, & non homi- H *ni. verum monſtratum eſt quòd aliud ſignificat.*

Neceſſe igitur, ſi quid eſt verum dicere quòd homo, animal eſſe bipes, hoc enim erat, quod ſignificabat homo. Si autem neceſſe eſt, non poteſt idem non eſſe animal bipes. Hoc namque ſignificat ipſum neceſſe eſſe, quod impoſſibile eſt, non eſſe hominem. non contingit ergo ſimul verum eſſe, idem dicere hominem eſſe & I *non eſſe hominem. Eadem ratio eſt & de non eſſe hominem.*

Homini nanque eſſe & non eſſe homini, diuerſum ſignificat. ſiquidem & album eſſe & hominem eſſe, diuerſum, multo enim magis illud opponitur, quare diuerſum ſignificat. Si autem album aliquis dicat vnum & idem ſignificare, rurſus idem dicemus, quod & antea dictum eſt, quòd omnia unum ſunt, & non ſolum oppoſita. Quòd ſi hoc non contingit, K *accidit quod dictum eſt.*

Magis opponuntur eſſe hominem & non eſſe hominem, quam homo & album: ſed homo & album ſunt diuerſa ſecundum rationem. licet ſint idem ſubiecto: ergo & eſſe hominem & non eſſe hominem, ſunt diuerſa ſecundum rationem. Minorem ſic probat. Si.n. omnia, quæ dicuntur de eodem, ſunt vnum ſecundum ratione quaſi ſignificatio uno nomine, ſequitur, quod omnia ſunt vnum, ſicut ſupra dictum eſt, & expoſitum. Si ergo hoc non contingit, continget illud, quod dictum eſt, ſ. quod eſſe hominem, & non eſſe hominem, ſunt diuerſa. Et per conſequens ſequitur vltima concluſio ſupradicta, ſ. quod homo ſit animal bipes. & quod impoſſibile eſt ipſum eſſe non animal bipes. Deinde cum dicit.

parte.8.

h ¶ Excludit quandã cauillationem, per quam prædictus proceſſus poſſet impediri. Poſſet. n. aduerſarius interrogatus: an neceſſe ſit hominem eſſe animal bipes, non reſpondere affirmationem, uel negationem, ſed dicere, neceſſe eſt hominem eſſe animal bipes, & non eſſe animal bipes. Hoc autem excludit hic Philoſophus dicens, prædictam concluſionem ſequi, dummodo uelit reſpondere ad interrogatum ſimpliciter. Si autem interroganti ſimpliciter de affirmatione, velit addere negationem in ſua reſponſione, vt dictum eſt, non ad interrogatum reſponderet. Quod ſic probat. Contingit enim vnam & eandem rem eſſe hominem & albũ & mille alia huiuſmodi. Hic tamen ſi quæratur: vtrum homo ſit albus, reſpondendum eſt tantum id, quod uno nomine ſignificatur. nec ſunt addẽda alia omnia. Verbi gratia, ſi quæratur: vtrum hoc ſit homo, reſpondendũ eſt, quod eſt homo. Et non eſt addendum, quòd eſt homo & albus & magnus & ſimilia: quia oportet omnia quæ accidunt alicui, ſimul reſpondere, aut nullum: omnia autem ſimul non poſſunt, cum ſint infinita. Infinita enim eidem accidunt, ad minus ſecundum relationes ad infinita antecedentia & conſequentia, & infinita non eſt pertranſire. In reſpondeo ergo, nullum eorum, quæ accidunt quæſito eſt reſpondendum, ſed ſolum quod quæritur. Licet ergo ſupponatur millies quod ſit idem homo & non homo, cum tamen quæritur de homine, non eſt reſpondendum de non homine, niſi reſpondeantur omnia, quæ poſſunt homini accidere. Si enim hoc fieret non eſſet diſputandum, quia nunquam compleretur diſputatio, cum impoſſibile. ſit infinita pertranſire. Deinde cum dicit.

Text. c. 15. parte. 9.

i ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ ſumitur ex ratione prædicati ſubſtantialis & accidentalis, quæ talis eſt. Si affirmatio & negatio verificantur de eodem, ſequitur, quod nihil prædicabitur in quid, ſiue ſubſtantialiter, ſed ſolum per accidens. Et ſic in prædicatis per accidens, erit pro-

h Si reſpondeatur ad interrogatum. Si autem apponat interroganti ſimpliciter, & negationes non reſpondetur ad interrogatum, Nihil.n. prohibet idẽ & hominem & album: & alia mille ſecũdũ pluralitatem. Attamen interrogante, ſi verũ eſt dicere hominem hoc eſſe, aut non, reſpondendum eſt vnum ſignificatum, & non addendum quia & album & nigrum & magnum. Etenim impoſſibile infinita entia accidẽtia permeare. aut igitur omnia permeantur, aut nullum. Similiter etiam ſi millies eſt homo idẽ & non homo, non eſt correſpõdendum interroganti, ſi eſt homo: quia eſt ſimul & non homo, ſi non & alia quæcunque acciderunt ſunt correſpondentia, quæcunque ſunt, aut non ſunt. Si autẽ hoc non fecerit, non diſputat. C

i Omnino uero deſtruunt qui hoc dicunt ſubſtantiam, & quod quid erat eſſe. omnia namq; accidere dicere eis eſt neceſſe. & vere hominem eſſe, aut animal eſſe & nõ eſſe. Nam, ſi quid fuerit quod eſt hominis eſſe, hoc non erit nõ hominẽ eſſe, aut non eſſe hominem. etenim hæ ſunt negationes huius. Vnum enim erat quod ſignificabat nomen, & hoc erat alicuius ſubſtantia. Significare uero ſubſtantiam eſt, quod non aliud aliquid eſſe ipſi. Si autem fuerit quod eſt eſſe hominẽ ipſi quod non hominem eſſe, eſſe hominẽ aliud erit. Quare, dicere eos eſt neceſſe, quia nullius talis erit ratio, ſed omnia ſecundum accidẽs. Hic enim determinata eſt ſubſtantia & accidens. Accidit.n. album homini, quia eſt albus, ſed non quod uere album.

Si ad interrogatum reſpondeat. Si vero ſimpliciter interrogante, addat & negationes, non reſpondet ad interrogatum. nihil enim prohibet idem & hominem, & album, & alia infinita multitudine eſſe. Attamen interroganti: ſi vere eſt dicere hoc hominem eſſe, an non, id reſpondendum eſt, quod, vnum ſignificat, & non addendum, quod & albũ B *& magnum, impoſſibile namque eſt accidentia, cum infinita ſint percurrere, aut igitur omnia percurrat, aut nullum. Similiter & ſi infinities idem eſſet homo & non homo, interrogatus ſi homo eſt, non debet una cum eo, quod ſimul etiam non homo reſpondere, niſi cætera quoque, quæcunque acciderunt quæcunque eſt, aut non eſt reſpondeat. hoc autem ſi non fecerit, non diſputat.*

*Et qui hoc dicunt, omnino perimunt ſubſtantiam, & ipſum quid erat eſſe. neceſſe eſt namque eis dicere omnia accidere, & ipſum homini eſſe, aut animali eſſe non eſſe. Si enim quicquam erit ipſum homini eſſe, hoc non erit non homini eſſe, aut non eſſe homini, tametſi hæ ſunt eius negationes. unum nanque erat, quod ſignificabat, & hoc erat alicuius ſubſtantia. ſubſtantiam ve*D*ro ſignificare eſt quod non eſt ei eſſe aliud quippiam. Si autem ipſum homini eſſe erit ei ipſum non homini eſſe, aut ipſum non eſſe homini, aliud erit. Quare neceſſe eſt eis dicere quod nullius talis ratio erit, ſed omnia ſecundum accidens. hoc enim ſubſtantia & accidens differunt. Albedo etenim homini accidit, quoniam eſt quidem albus, ſed non eſt ipſa albedo.*

A cedere in infinitum. ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & primum. Circa hanc rationem duo facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat deſtructionem conſequentis ibi [Si vero omnia ſecundum accidens &c.] Circa primum ſic procedit dicens, quod illi, qui hoc dicunt ſcilicet affirmationem & negationem ſimul eſſe uera, omnino deſtruunt [ſubſtantiam] id eſt ſubſtantiale prædicatum, [& quod quid erat eſſe] id eſt quod prædicatur in eo quod quid. Neceſſe eſt. n. eis dicere [quòd omnia accidunt] id eſt per accidens prædicantur, & quod non ſit hominem eſſe, aut animal eſſe, & quod non ſit quod ſignificet quid eſt homo, aut quid eſt animal. Quod ſic probat. Si aliquid eſt quod eſt hominem eſſe, id eſt quod quid eſt homo ſubſtantialiter, ſcilicet de homine prædicatum, illud non erit non eſſe hominem, nec erit eſſe non hominem. Hu⁹ enim quod eſt, eſſe hominem, ſunt prædictæ duę negationes, ſcilicet non eſſe hominem, vel eſſe non hominem. Patet ergo, quod affirmatio & negatio non uerificantur de eodem, quia ſcilicet de eo, quod eſt eſſe hominem, non verificatur non eſſe hominem, uel eſſe non hominem. Conditionalem autem poſitã, quod ſi aliquid ſit quod quid eſt homo, quòd illud non ſit non eſſe hominẽ vel eſſe non hominem, ſic probat. Propoſitum eſt enim ſupra & probatum, quod hoc quod ſignificat nomen, eſt vnum. Et iterum eſt poſitum, quod illud, quod ſignificat nomen, eſt ſubſtantia rei, ſcilicet quod quid eſt res. Vnde patet, E quod aliquid ſignificat ſubſtantiam rei. & idem quod eſt ſignificatum, non eſt aliquid aliud. Si igitur illud quod eſt eſſe hominem. ſiue quod quid eſt homo fuerit, vel non eſſe hominem, uel eſſe non hominem, conſtat quidem quod erit alterum a ſe. Vnde oportet dicere, quod non ſit diffinitio ſignificans quod quid eſt eſſe rei. ſed ſequitur ex hoc, quod omnia prædicentur ſecundum accidens. In hoc enim diſtinguitur ſubſtantia ab accidente, id eſt prędicatum ſubſtantiale, ab accidentali, quia unumquodque eſt vere id, quod prędicatur ſubſtantialiter de eo: & ita non poteſt dici illud. quod prædicatur ſubſtantialiter. eſſe non vnum quia quælibet res nõ eſt niſi vna. Sed homo dicitur albus, quia albedo vel album accidit ei. Non autem ita, quod ſit id, quod vere eſt album, vel albedo. Ergo non oportet, quod id, quod prędicatur per accidens, ſit unum tantum, ſed multa poſſunt per accidens prędicari. Subſtantiale uero prędicatum eſt unum tantum. Et ſic patet, quod ita eſt eſſe hominem, quod non eſt non eſſe hominem. Si autem vtrumque fuerit, iam ſubſtantiale prędicatum non erit unum tantum, & ſic non erit ſubſtantiale ſed accidentale. Deinde cum dicit.

part. ſeq. huius lect.

K ¶ Deſtruit

k ¶ Deſtruit conſequens, oſtendens hoc eſſe impoſſibile, q aliquid nõ prædicetur ſubſtantialiter, ſed oĩa accidentaliter: quia, Lect.12 ſi oĩa per accidens prædicentur, non erit aliquid prædicatũ vniuerſale. Dr autem hic prædicatum vniuerſale, ſicut in Poſterioribus ſm q prædicatur de aliquo per ſe, & ſecundum q ipſum Tex.cõ.14. parte 2. eſt. Hoc autem eſt impoſſibile, quia, ſi ſem per aliquid prædicat de altero p accidẽs, oportet, q accidentalis prædicatio procedat in infinitum, quod eſt impoſſibile hac rõne. Prædicatio enĩ accidentalis nõ complectit niſi duos modos. Vnus modus ẽ, ſecundum q accidẽs de accidente prædicat per accidens. & hoc ideo, qa ambo accidunt eidẽ ſubiecto: ſicut albũ prædicat de muſico, qa ambo accidunt homini. Alius modus eſt, quo accidens prædicatur de ſubiecto, ſicut Socra. dr̃ muſicus, non quia ambo accidunt alicui alteri ſubiecto, ſed quia vnũ eorũ accidit alteri. Cũ igitur ſunt duo modi prædicationis p accidens, in neutro contingit eſſe prædicationem in infinitum. Conſtat.n. q illo modo, quo accidens p̃dicatur de accidẽte, nõ cõtingit abire in infinitum: quia oportet deuenire ad ſubiectum. Iam.n. dictũ ẽ, q hæc ẽ rõ p̃dicationis huius, quia ambo prędicant de vno ſubiecto. Et ſic deſcendendo a prædi- Tex.cõ.15. part. prima. cato ad ſubiectũ contingit inuenire pro termino, ipſum ſubiectum: ſed illo mõ part.2. p̃dicãdi per accidẽs quo accidens prædicat de ſubiecto, vt cũ dr̃, Socr. eſt albus, nõ contingit abire in infinitum i ſuperius aſcendendo a ſubiecto ad prædicatum, ita vt dicamus, quòd Socrati accidit albũ, & quod Socra. albo accidit aliqđ aliud. hoc enim non poſſet eſſe, niſi duobus modis. Vno modo, quia ex albo & Soc. fieret vnũ. & ſic ſicut Socr. eſt vnum ſubiectum albedinis, ita Soc. albus eſſet ſubiectum alterius accidentis. hoc autẽ non põt eſſe, quia non fit aliquid vnum ex omnibus, quibuſcunque prædicatis. Ex ſubiecto enim & accidente non fit vnum ſimpliciter, ſicut fit vnum ex genere & differentia. vnde non poteſt dici, q Soc. albus ſit vnum ſubiectum. Alius modus eſſet, quòd ſicut Socr. eſt ſubiectum albi, ita ipſi albo inſit aliqđ aliud accidens, vt muſicum. Sed hoc etiã non poteſt eſſe propter duo. Primo, quia non erit aliqua ratio, quare muſicum dicatur magis accidere albo, quam econuerſo. Vnde non erit ordo inter album & muſicum, ſed econuerſo, reſpicient ſe adinuicem. Secundo, quia ſimul cum hoc diffinitum eſt, vel determinatũ, quòd iſte eſt alius modus prædicandi per accidens, in quo accidens prædicatur de accidente, ab illo modo, quo accidens prædicatur de ſubiecto, vt muſicum de Socra. In illo autem modo, de quo nunc loquitur, non dicitur prædicatio accidentalis: quia accidens prædicetur de accidente, ſed illo modo, quo prius locuti ſumus. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd in accidentali prædicatione nõ eſt abire in infinitum. Quare patet, quòd non omnia prędicantur ſecundum accidens. Et vlterius, quòd aliquid erit ſignificans ſubſtantiã; & vlterius, quòd contradictio non verificatur de eodem. Sciẽdum autem eſt circa prędictam rationem, quod licet accidens non ſit ſubiectum alterius, & ſic non ſit ordo accidentis ad accidens quantum ad rationem ſubijciendi, eſt tamen ordo quantum ad rationem cauſæ & cauſati. Nam vnum accidens eſt cauſa alterius, ſicut calidum & humidum dulcis, & ſicut ſuperficies coloris. Subiectum enim per hoc, quòd ſubijcitur vni accidẽti, eſt ſuſceptiuum alterius.

k Si vero oĩa ſm accidẽs dicãtur, nullũ erit primũ vniuerſale. Si aũt ſp accidẽs de ſubiecto aliquo ſignificat p̃dicationẽ, in infinitũ ergo neceſſe eſt ire. ſed impoſſibile. neq.n. plura duob. cõplectitur. accidens. n. accñti nõ accidit, niſi qa ambo eidẽ accidũt. dico aũt, vt albũ muſico, & homo albo: quia homini ambo G accidunt, ſed nõ Socrates muſicus: itaq; ambo accidunt alicui alteri. Qm̃ igitur hæc quidẽ ita, illa vero illo mõ dicũtur accidẽtia, q̃cũq; ſic dicunt, vt albũ Socrati, nõ contingit infinita eſſe in ſuperius, vt Socrati albo alterum aliquid accidens. Non.n. fit vnum aliquid ex oĩbus, nec itaque albo erit aliqđ aliud accidẽs vt muſicus. Nihilenĩ magis hoc illi, quã illud huic accidit. Et ſimul determinatum eſt, qa hæc H quidẽ ita accidunt, hæc aũt vt muſicus Socrati, quæcunq; vero ſic non accidenti accidunt p accidens, ſed quæcũq; illo mõ: quare non oĩa ſecundum accidens dicuntur, erit igitur aliquid etiam, vt ſubſtantiam ſignificãs. Si autem hoc, oſtẽſum eſt, quia impoſſibile eſt ſimul prædicari contradictiones.

LECTIO VIII.

a AMplius, ſi cõtradictiones ſimul de eodem veræ ſunt I omnes, palã, qđ oĩa vnũ erunt. Erũt. n. idem triremis & murus & homo, ſi de oĩ aliquid aut affirmare, aut negare contingit. b Queadmodũ eſt neceſſe dicẽtib. rõnẽ Pytagoræ. Nã alicui, ſi videaĩ nõ triremis hõ, palã quia nõ triremis. Quare & eſt, ſi contradictoria vera. Et fit itaq; Anaxagoræ ſimul res oẽs eſſe, vt nihil vere ſit vnũ. Indefinitum igiĩ vĩrdicere. & putãtes dicere ens, K de non ente dicunt. Nam poteſtate ens, & non endelechia, indefinitum erit.

Si autem omnia ſecundum accidens dicuntur, nihil erit primum vniuerſale, Si autem accidens ſemper de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationem, neceſſe eſt in infinitum progredi. ſed impoſſibile eſt, plura enim quam duo non conueniunt, accidens. n. non eſt accidenti accidens, niſi quia vtrumque eidẽ accidit. dico autem veluti albũ eſt muG ſicum, & hoc album, quoniam vtrunq; homini accidit, ſed nõ ita Socrates muſicus, quoniam vtrunque alicui alteri accidit. Cum itaq; quædam ita, quædam aliter accidentia dicantur, quæcunque ita dicuntur, vt album Socrati, non poſſunt infinita ſurſum verſus eſſe, vt Socrati albo alterum aliquod quoque accidens, non enim fit aliquod unum ex omnibus, nec albo aliquid aliud accidens erit, vtputa muſicum, non enim magis hoc illi, quam illud huic accidit. Et ad hæc diſtinctum eſt, quod quædam H ita accidunt, quædam, vt muſicum Socrati. Quotcunq; vero hoc modo, non accidenti accidit accidens, ſed quotcunq; illo modo. quare non omnia ſecundum accidens dicentur, erit ergo aliquid tanquam ſubſtantiam ſignificans. quod ſi eſt, monſtratum eſt quod impoßibile eſt ſimul contradictiones prædicari.

LECTIO VIII.

ITem, ſi contradictiones ſimul veræ de eodem omnes, patet quod omnia erunt vnum, erit etenim idem & triremis, & paries, & homo, ſi de omni contingit quicquam affirmare, aut negare.

Sicuti illis neceſſe, qui Protagoræ opinionem ſequuntur, ſi enim cuiquã videatur homo non eſſe triremis, patet quod non erit triremis, ſed etiam eſt, ſi contradictio quidem vera eſt, & certe fit quod Anaxagoras aiebat, ſimul omnes res eſſe. ita vt nihil vere vnum ſit. Indefinitum itaq; videntur dicere: & K putantes de ente tractare, de non ente dicunt, quod enim potentia, & nõ actu eſt, illud eſt indefinitum.

LECT. VIII.

a POnit tertiam rationem, quæ ſumitur ex vno & diuerſo: & eſt ratio talis. Si affirmatio & negatio verificantur ſimul de eodem, omnia ſiunt vnum. Hoc autem eſt falſum, ergo & primum. Circa hanc rationem tria facit. Primo, ponit conditionalem, & exemplificat: quia ſcilicet ſequeretur, ſi contradictiones ſimul verificantur de eodem, quod idem eſſet triremis, ideſt, nauis habens tres ordines remorum, & murus, & homo. Secundo cum dicit

b ¶ Oſtendit quòd idem inconueniens ſequitur ad duas alias poſitiones. Primo ad opinionem Pythagoræ, qui dicebat, q quicquid alicui videtur, hoc totum eſt verum: quia ſi alicui videtur, q homo non ſit triremis, non erit triremis, & ſi alteri videtur quod ſit triremis, erit triremis. & ſic erunt contradictoria vera. Secũdo ad opinionem Anaxagoræ, q T.com.17. dicebat omnes res ſimul eſſe, quaſi nihil ſit vere vnum ab alijs determinatum, ſed omnia ſint vnum in quadam confuſione. Dicebat enim, quod quodlibet ſit in quolibet, ſicut in primo T.com.27. Phyſicorum oſtenſum eſt. Quod ideo accidebat Anaxagoræ, quia ipſe videtur loqui de ente indeterminato, ideſt, quod nõ eſt determinatum in actu. Et cum putaret loqui de ente perfecto, loquebatur de ente in potentia, ſicut infra patebit. Quod autem eſt in potentia, & non [endelechia] ideſt in actu, eſt indefinitum.

ind-finitum. Potentia.n.non finitur niſi per actū. Tertio cū dicit. A
c ¶ Probat conditionalem primo propoſitam eſſe veram. & primo quantum ad hoc, quod omnia affirmatiue dicta vnum eſſent. Secundo quantum ad hoc, quod affirmationes à ſuis negationibus non diſtinguerentur in veritate & falſitate, ibi [Et quia non eſt neceſſe &c.] Dicit ergo primo, quod illud primum eſt ab eis ſupponendum. ex quo ponunt affirmationem & negationem ſimul uerificari de eodem, quod de quolibet eſt affirmatio & negatio vera. Conſtat. n. quod de unoquoque magis uidetur prædicari negatio alterius rei, quam negatio propria. Inconueniēs enim eſſet, ſi alicui ineſſet ſua negatio, & non ineſſet negatio alterius rei, per quam ſignificatur, q illa res non ineſt ei. ſicut, ſi uerum eſt dicere, quod homo non eſt homo, multo magis eſt uerum dicere, q homo nō eſt triremis. Patet ergo, quòd de quocunque neceſſarium eſt prædicari negationem, quod prædicatur de eo affirmatio. Et ita per conſequens prædicabitur negatio, cum affirmatio & negatio ſint ſimul uera. aut ſi non prædicabitur affirmatio, prædicabitur negatio alterius magis quam negatio propria. Sicut. ſi triremis non prædicatur de homine, prædicabitur de eo non triremis, multo magis, quam nō homo. Sed ipſa negatio propria prædicatur, quia homo non eſt homo: ergo & negatio triremis prædicabitur de eo, ut dicatur, q homo non eſt triremis. Sed, ſi prædicatur affirmatio, prædicabitur negatio, cū ſimul uerificentur. ergo neceſſe eſt quod homo ſit triremis, & eadem ratione quodlibet aliud. Et ſic omnia erunt omnia. Hoc igitur contingit dicentibus hanc poſitionem, ſ. quod contradictio uerificetur de eodem. Deinde cum dicit.

part. 4.

c Sed dicenda eſt ipſis de omni affirmatio & negatio. Inconueniens enim, ſi unicuique ſua quidem negatio ineſt, quæ vero alterius quidem non ineſt ei. Dico autem, ut uerum eſt dicere hominem, quia non homo, palam q & non triremis. Ergo, ſi affirmatio, neceſſe & negationem. Si autem exiſtat affirmatio, negatio alia inerit magis quā illa, quæ ſua. B ergo & ſi illa ineſt, inerit quæ & ipſius triremis. ſi autem hoc, & affirmatio. Hoc ergo contingit hanc dicentibus rationem.

d Et quia non eſt neceſſe aut dicere, aut negare. Nam, ſi uerum eſt quia homo & non homo, palam quia nec homo, nec non homo erit. nam duorum duæ negationes. Si autem una ex utriſque C illa, & una utique erit oppoſita.

e Amplius aut circa omnia ita ſe habet, & eſt album; & non eſt album: & ens, & non ens, & circa alias dictiones et negationes modo ſimili, aut non, ſed circa quaſdam ſic, circa quaſdam autē non: & ſi quidem non circa omnes, hæ utique erunt confeſſæ. Si uero D circa omnes, iterum aut de quibuſcunque dicere & negare, & de quibuſcunque negare & dicere: aut de quibus quidem dicere & negare, ſed de quibuſcunque negare non de omnibus dicere. Et ſi ſic, erit aliquid firmiter non ens, & hæc erit firma opinio. Et ſi ipſum non firmū aliquid ſit & notum, notior utique erit dictio quam oppoſita negatio. Si uero negando ſimiliter & quæcunque contingit negare dicere, neceſſe E eſt de his aut diuidentem uerum dicere, ut quod album, & iterum q non album, aut non. Et ſiquidem non uerum, diuidentem dicere, non dicet ea, & non erit ni-

d ¶ Deducit aliud inconueniens, quod. ſ. non diſtinguatur negatio ab affirmatione in falſitate, ſed utraque ſit falſa. Dicit ergo, quod non ſolum prædicta inconuenientia ſequuntur ad prædictam poſitionem. ſed etiam ſequitur, quod non ſit neceſſarium [affirmare & negare] ideſt q non ſit neceſſarium, affirmationem uel negationem eſſe ueram ſed contingit utramque eſſe falſam: & ſic non erit diſtantia inter uerum & falſum. Quod ſic probat. Si uerum ſit, q aliquid ſit homo & non homo, uerum eſt q id non erit homo, nec erit non homo. Et hoc patet. horum enim duorum, quæ ſunt homo & nō homo, ſunt duæ negationes, ſ. nō

homo & nō homo: ſi aūt ex primis duobus fiat vna propoſitio, vt dicamus Soc. nō eſt homo. nec non hō, ſequitur q nec affirmatio, nec negatio ſit vera, ſed vtraque falſa. Deinde cum dicit.
e ¶ Ponit quartā rōnem, quæ ſumitur ex certitudine cognitionis. & eſt talis. Si affirmatio & negatio ſimul verificanſ aut ita eſt in

At vero dicenda eſt eis de omni aut affirmatio, aut negatio. inconueniens nāque eſt, ſi cui ſua quidem negatio inerit, alterius vero, quod non ineſt ei, non inerit. dico autem vt puta, ſi verum eſt dicere de homine, quod non eſt homo, manifeſtum eſt quod etiam non triremis eſt. Si affirmatio igitur, neceſſe eſt etiam negationem B ineſſe; quod ſi affirmatio non ineſt, negatio tamen inerit, magis quàm quæ ipſius eſt, ſi igitur & illa ineſt, inerit triremis negatio. & ſi hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationem dicunt.

Et quod non eſt neceſſe, aut affirmare, aut negare. nam ſi verum eſt quòd homo, & non homo, patet quòd nec homo, nec nō homo erit. duorum enim C duæ negationes. quod ſi illa ex vtriſque vna, & hæc vna perfecto oppoſita eſſet.

*Item aut in omnibus ita ſe habet, & eſt album, & non album; & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes & negationes ſimili modo, aut non, ſed circa aliquas, circa vero aliquas non. Et ſi non circa omnes, iſtæ vtique certæ eſſent. Quòd ſi circa om-D nes, rurſus, aut de quibuſcunque eſt affirmare, etiam negare eſt, & de quibuſcunque negare, etiam affirmare; aut de quibus quidem eſt affirmare, etiam negare eſt: de quibuſcunque vero negare, non de omnibus eſt affirmare. & ſi ita, eſſet aliquid vtique pro certo non ens, & hæc firma opinio, q ſi ipſum non eſſe, certum quid, & notum eſt, notior erit oppoſita affirmatio. Quòd ſi quodcunque eſt negare, ſimiliter etiam affirmare neceſſe ſit, aut verum eſt diuidendo dicere, vt puta album, & rurſus quod non al-E bum, aut non. Et, ſi non eſt verum diuidendo dicere, neque dicit hæc, nihilque prorſus ſunt illa ſane, quæ non ſunt, quo loquentur, aut * ambulabunt? Et, vt etiam antea dictum eſt, omnia*

oibus, aut ita eſt in quibuſdā, & in qbuſdā nō. Si aūt non eſt verū in oib. illæ, in qb. nō eſt verū. erūt [cōfeſſæ], i. ſimpliciter & abſolute concedendæ, vel [erunt certæ], i. certitudinaliter vere ſecundum aliam tranſlationē. i. in eis ita erit vera negatio, q affirmatio erit falſa, vel ecōuerſo. Si aūt hoc eſt verum in oibus, q contradictio verificetur de eodē. hoc contingit dupliciter. Vno mō, q de qbuſcūq; ſunt veræ affirmationes ſunt veræ negationes, & ecōuerſo. Alio mō, q de quibuſcūque verificanſ affirmationes verificētur negationes, ſed non ecōuerſo. Et ſi hoc ſecūdū ſit verū, ſequiſ hoc inconueniens, q aliquid firmiter vel certitudinaliter eſt non ens, & ita erit firma opinio, q ſcilicet eſt de negatiua. Et hoc ideo. quia negatiua ſemp ē vera, eo q quicunq; eſt affirmatiua uera, eſt ēt negatiua uera. Nō aūt affirmatiua ſemper erit uera quia poſitū eſt, q nō de quocūq; eſt uera negatiua, ſit uera affirmatiua, & ita negatiua erit firmior & certior q̄ affirmatiua. Quod videtur eſſe falſum, quia dato, q nō eſſe ſit certū & notū, tñ ſemper erit certior affirmatio q̄ negatio ei oppoſita, quia ueritas negatiuæ ſp dependet ex ueritate alicuius affirmatiuæ. Vnde nulla cōcluſio negatiua infert, niſi in pmiſſis ſit aliqua affirmatiua. Cōcluſio vero affirmatiua ex negatiua nō probaſ. Si aūt dicat primo modo, ſ. q de qbuſcūq; eſt affirmare, ita de eis eſt negare, ſimiliter de quibuſcūq; eſt

* al. intelligent.

negare, de eis eſt affirmare, ut ſ. affirmatio & negatio conuertantur. Hoc contingit dupliciter, quia, ſi ſemper negatio & affirmatio ſunt ſimul ueræ, aut erit diuiſim dicere de utraq; quòd ſit uera. v.g. q ſit diuiſim dicere, q hæc eſt uera. Homo eſt albus. & iterum hæc eſt vera Homo non eſt albus aut non eſt diuiſim utramq. dicere ueram. ſed ſolum coniunctim, ut dicamus, q hæc copulatiua ſit uera. Homo eſt albus & homo non eſt albus. Et ſiquidem dicamus hoc ſecundo modo ut. ſ. non ſit utraque uera diuiſim, ſed ſolum coniunctim, tunc ſequuntur duo inconuenientia, quorum primum eſt, q [non dicet ea], i. q non aſſeret nec affirmationem nec negationē, & q ambæ [erunt nihil], i.

quòd

quò l ambæ ſint falſæ, vel ſecundum aliam tranſlationem F [& non erit nihil] i. ſequitur q nihil ſit verum, nec affirmatio nec negatio. Et ſi nihil eſt verum, nihil poterit dici nec intelligi. Quomodo.n. aliquis pronũciabit vel intelliget non entia? q. d. nullo modo. Secundum inconueniens eſt, quia ſequitur quod omnia ſint unum, quod in priori rõne eſt dictum. Sequitur enim, quòd ſit idem homo & Deus & triremis, & etiam cõtradictiones eorum. ſ. non homo & non Deus & non triremis. Et ſic patet, q ſi affirmatio & negatio ſimul dicuntur de vnoquoque, tunc nihil differt vnum ab alio. Si enim vnũ ab alio differret, oporteret quod aliquid diceretur de vno, quod non diceretur de alio. Et ſic ſequeretur, quod aliquid eſſet verum determinate & propriũ huic rei, quod non conueniret alteri. & ſic non de quolibet verificaretur affirmatio uel negatio. Conſtat autem, quod ea,

T. com. 17. que nullo modo differũt, ſunt unum, & ita ſequetur omnia vnum eſſe. Si autẽ dicatur primo modo, ſcilicet q non ſolum coniunctim eſt dicere affirmationem & negationem, ſed etiã

par. prima. diuiſim, ſequuntur quatuor inconueniẽtia. quorum unum eſt, quod hæc poſitio [ſignificat ipſum dictum] i. deſt demonſtrat hoc eſſe uerum, quod immediate eſt dictum. Vnde alia litera habet. [Accidit quod dictum eſt], ſ. q omnia ſunt unum, quia ſic etiam ſimiliter affirmatio & negatio de unoquoque dicetur, & non erit differentia vnius ad aliud. Secundũ eſt quod oẽs verum dicerent, quia quilibet, vel dicit affirmationem uel negationem, & utraque eſt uera, & omnes mentientur quia cõtradictorium eius, quod quiſque dicit erit verum. Et idem etiam homo ſeipſum dicere falſum confitetur, quia cum dicit negationem eſſe ueram, dicit ſe falſum dixiſſe, cum dixit affirmationem. Tertiũ eſt, quia manifeſtum eſt, quòd adhuc non poterit eſſe perſcrutatio uel diſputatio non enim poteſt diſputari cum aliquo, qui nihil concedit. Ille.n. nihil dicit, quia nec dicit abſolute, quòd eſt ita nec dicit, quòd non eſt ita, ſed dicit quòd eſt ita, & non eſt ita. Et iterum ambo ea negat dicens, quod nec eſt ita, nec non ita, ſicut ex præcedenti ratione apparet. Si enim nõ omnia iſta neget, ſequitur quòd ipſe nouerit aliquid determinate uerum, quod eſt contra poſitum. Vel ſecundum quòd alia tranſlatio habet & planius. [Iam utique erit determinatum.] Quartum ſequitur per diffinitionem ueri & falſi. uerum enim eſt cũ dicitur eſſe quod eſt, uel non eſſe quod non eſt. Falſum autem eſt cum dicitur non eſſe, quod eſt, aut eſſe, quod non eſt. Ex quo patet per diffinitionem ueri & falſi, quòd quando affirmatio eſt vera, tunc negatio eſt falſa, tunc enim dicit non eſſe, quod eſt: & ſi negatio eſt uera, tunc affirmatio eſt falſa tunc enim dicitur eſſe de eo, quod non eſt. Non ergo contingit uere idem affirmare & negare. Sed forte aduerſarius ad hoc vltimum poterit dicere, quod hic eſt petitio principij. Qui enim ponit contradictionẽ ſimul eſſe veram, non recipit hanc diffinitionem falſi, ſ. quod falſum eſt dicere quod non eſt, eſſe vel quod eſt, non eſſe.

hil. non entia autem quomodo utiq; pronunciabunt, aut ibunt? Et oĩa vtiq; erũt vnũ, vt prius dictum eſt, & idẽ erit homo & Deus & triremis. & ipſorũ cõtradictionis. Similiter ſi de vno quoque, nihil differret aliud ab alio. Nãque ſi differret, erit hoc G **verum & proprium. Similiter aũt ſi diuidentem contingit verum eſſe, accidit quod dictũ eſt. Adhuc qa oẽs dicẽt verum, & oẽs mentientur, & idẽ ipſe ſeipſum falſum dicere cõfitetur. Simul aũt palam, quia de nullo eſt adhuc perſcrutatio. nihil eñ dicit. Hæc.n. eſt ita, dicit; ſed ita & non ita, & iterum hæc negat ambo: quia nec ita, nec non ita. Nam ſi nõ, iã vtique erit aliquid determinatum. Amplius, ſi qñ** H **eſt affirmatio vera, & negatio eſt falſa: & ſi hæc vera, affirmatio falſa: nõ erit vtiq; dicere ſimul idẽ affirmare & negare vere, ſed forſan dicet vtiq; aliquis hoc eẽ, qđ a principio poſitũ ẽ.**

vnum erunt & homo, Deus, triremis, ac eorum contradictoria idẽ erũt. Quod ſi de quocunque ſimiliter, nihil aliud ab alio differret, hoc verum & proprium erit. Similiter autem & ſi diuidentem uera dicere contingit, quod dictum eſt accidit. Et ad hæc, quod G *omnes uera dicerent, omnes que mentirentur, ipſaque ſeipſum mentiri concederet. Simul autem manifeſtum eſt, q de nullo eſt ad eum conſideratio, nihil enim dicit. neque enim ita, neque non ita ait, ſed ita & non ita. & rurſus his ambobus negationem, quod nec ita, neque non ita: nam ſi non, eſſet aliquid utique determinatum. Item, ſi cum affirmatio uera ſit, negatio falſa, & cum hæc uera ſit, affirmatio falſa eſt, non erit ſimul idem affirmare & negare uere. ſed dicent fortaſſis hoc eſſe, quod a* H *principio poſitum eſt.*

LECTIO IX.

a **AMplius igiť qũo aut habere exiſtimans, aut non habere, mẽtitus eſt: q aũt ambo, verum dicit? Nã, ſi verum dicit,** I **qd vtiq; erit qđ dr̃, quia talis eſt entium natura? Si vero nõ verũ dicit, magis verum dicit qui iſto modo exiſtimat, iam aliqualiter ſe habebunt entia, & verum utique erit, & non ſimul ẽt non verum. Si autem ſimiliter, & omnes mentientur, & vera dicunt, nec pronunciandum eſt, nec dicendũ eſt tali. Simul.n. hæc & nõ hæc dicit. ſi autẽ nihil ſuſcipiat, ſed ſimiliter exiſtimat, & nõ exiſtimat, & quid vtiq; habebit differenter a plantis?** K

LECTIO IX.

ITem utrum ille quidem, qui quamq; rem, aut aliquo modo ſe habere exiſtimat, aut non ſe habere mentitur, qui vero ambo, verum dicit? Namſi uerũ I *dicit, quid aliud, quod dicitur, eſt, niſi quod talis natura entium eſt? Quod ſi non iſte, ſed ille magis dicit verum, qui illo modo exiſtimat, iam aliquo modo ſe haberent exiſtentia, & hoc verum eſſet, & non ſimul etiam non verum. Quod ſi cuncti ſimiliter et mentiuntur, & verum dicunt, nec loqui, nec dicere quicquam tali homini poſſibile eſt. ſimul enim eadem, & non eadem dicit. Quod ſi nihil exiſtimat, ſed ſimiliter arbitratur & non arbitratur, qui dnam differat a plantis?* K

LECTIO IX.

a HIC ponit quintam rationem quæ ſumitur ex veritatis ratione, quæ talis eſt. Dictum eſt, quod affirmatio & negatio ſimul uera ponitur. ergo ille, qui ſuſcipit, ſiue opinatur [ſic ſe habere] ideſt affirmationem tantum [aut non ſic ſe habere], ſ. ille, qui opinatur negationem eſſe ueram tantum mentitus eſt: qui uero opinatur ambo ſimul, dicit verum. Cum igitur uerum ſit, quando ita eſt in re, ſicut eſt in opinione, uel ſicut ſignificatur uoce, ſequitur, q ipſum, quod dicit, erit aliqd determinatum in rebus, ſ. quia entium talis erit, qualis dicitur, ut non patiatur affirmationem & negationem ſimul. Vel ſecundum aliam literam [quia talis eſt entiũ natura] quaſi dicat, ex quo hoc quod dicitur, eſt determinate verum, ſequitur quod res habeat naturam talem. Si autem dicatur, q ille, qui extimat ſimul affirmationem & negationem, non opinatur uerum, ſed magis ille, qui extimat illo modo, quod vel tantũ affirmatio vel tantum negatio ſit uera, adhuc manifeſtum eſt, quod entia ſe habebunt in aliquo modo determinate. Vnde alia tranſlatio habet planius, quodammodo & hoc erit verum determinate, & non erit ſimul non verum. ex quo ſola affirmatio, uel negatio eſt uera. ſed, ſi omnes prædicti, ſ. & illi, qui dicunt utranque partẽ contradictionis, & illi, qui dicũt alterã [mentiuntur] & oẽs ẽt verum dicunt cum tali, qui hoc ponit, non eſt diſputandum, nec aliquid dicendum, vt diſputetur cum eo, vel ſecundum aliam, ideſt talis homo non aſſerit aliquid, nec affirmat. Sicut enim alia tranſlatio dicit, Nec aſſerere nec dicere aliquid huiuſmodi eſt, quia ſimiliter unumquodque & dicit & negat. Et ſi ipſe ſicut ſimiliter affirmat & negat exterius, ita & ſimiliter interius opinatur & non opinatur, & nihil ſuſcipit quaſi determinate uerum, in nullo videtur differre a plantis, quia etiam bruta animalia habent determinatas conceptiones. Alius textus habet [ab aptis natis.] Et eſt ſenſus. quia talis, qui nihil ſuſcipit, nihil differt in hoc, quod actu cogitat ab illis, qui apti nati ſunt cogitare & nondum

cogitant

cogitant actu.qui.n.apti nati ſunt cogitare de aliqua qõne, neutram partem aſſerunt & ſimiliter nec iſti. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſextam rationem, quæ ſumitur ab electione, & fuga. & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, excludit quandam cauillosam reſponſionem. ibi [Si autem non ſcientes &c.] Dicit ergo

Tex. cõ. 18. par. 2. parte ſeq.

primo, quod manifeſtũ eſt, quod nullus homo ſic diſponitur, ut credat affirmationem & negationem ſimul uerificari, nec illi qui hãc poſitionem ponũt, nec etiam alii. ſi enim idem eſſet ire domum & non ire, quare aliquis iret domum & nõ quieſceret, ſi putaret quod hoc ipſum quieſcere, eſſet ire domum? Patet ergo ex quo aliquis vadit & non quieſcit, quod aliud putat eſſe ire, & non ire. Et ſimiliter, ſi aliquis incedit per aliquam viam, quæ forte directe uadit ad puteum vel ad torrentem, non recte incedit per uiã illam, ſed videtur timere caſum in puteum, aut in torrentem. Et hoc ideo, quia incidere in torrentem uel puteum non putat eſſe ſimiliter bonum & non bonum, ſed abſolute putat eſſe nõ bonum.

par. 3.

Si autem putaret eſſe bonum, ſicut & nõ bonum, non magis vitaret quam eligeret. Cũ ergo vitet & nõ eligat, palam eſt, quod ipſe ſuſcepit, ſiue opinatus quod unũ ſit melius, ſcilicet non incidere in puteum, quod nouit eſſe melius.

par. 4.

Et ſi hoc eſt in non bono & bono, ſimiliter neceſſe eſt eſſe in aliis: ut videlicet opinetur quod hoc ſit homo, & illud non homo: & hoc ſit dulce & illud nõ dulce. Quod ex hoc patet, quia non omnia æqualiter quærit & opinatur, cum ipſe putet melius aquam bibere dulcem, quam non dulcẽ, & melius uidere hominem quam non hominem. Et ex iſta diuerſa opinione ſequitur quod determinate quærit unum, & non aliud. Oporteret ſiquidem quod ſimiliter vtraque quæreret, ſcilicet dulce & non dulce, hominem & non hominem, ſi exiſtimaret quod eſſent eadem contradictoria. Sed, ſicut dictum eſt, nullus eſt, qui non uideatur hoc timere, & illa non timere. Et ſic, per hoc ipſum quod homo afficitur diuerſimode ad diuerſa, dum quædam timet & quædam deſiderat, oportet quod non exiſtimet idem eſſe quodlibet & non eſſe. Sic ergo patet,

b Vnde & maxime manifeſtũ eſt, quia nullus ita diſponitur, nec aliorum, nec dicentiũ hanc rationem. Quare nanque uadit domum, & non quieſcit putans ire? nec ſtatim diluculo uadit in puteum, aut torrẽtem, ſi contingat, ſed uidetur timens, tãquam non ſimiliter putans non bonũ eſſe incidere & bonum. Palam ergo, quia hoc quidem melius exiſtimat, hoc autem nõ melius. Si autem hoc in bono & nõ bono, neceſſe eſt & ſic in aliis, & hoc quidem hominem, hoc autem non hominem, & hoc quidem dulce, illud uero non dulce putare eſt neceſſe. Non enim exiſtimant, quando putant melius eſſe aquam bibere, & hominem uidere: deinde ea quærit, quamuis oportebat, ſi idem erat ſimiliter homo & non homo. Sed, ſecundum quod dictum eſt, nullus eſt qui non uideatur hæc quidem timens, illa uero non. Quare, ſicut uidetur omnes exiſtimat habere ſimpliciter, ſed non circa omnia ſed circa melius & deterius.

c Si autem non ſcientes, ſed opinantes, multo magis curandum utique erit de ueritate, quemadmodum infirmo exiſtenti, quã ſano de ſanitate. etenim opinãs ad ſcientem, non ſalubriter diſponitur ad ueritatem.

d Amplius quia ſi maxime ſic ſe habent omnia, & non ſic, ſed magis, & minus ineſt in natura entium. Non enim ſimiliter dicemus eſſe duo paria & tria. neque ſimiliter mentitus eſt qui quatuor eſſe pente opinatus eſt, & qui mille. Si igitur non ſimiliter, palam, quia alter minus. quare magis uerum dicit. Si igitur quod magis affinius, erit utique aliquid uerũ, cui affinius quod magis uerum. Et utique ſi non eſt, ſed iam aliquid eſt firmius & uerius, & a ratione remoti, utiq; erimus incondita, & prohibente aliquid mente determinare.

Vnde & maxime manifeſtum eſt, quod nemo nec cæterorum, nec eorum, qui hanc orationem dicunt, ita affectus eſt. Cur enim Megara uadit, & non quieſcit ire putans, nec mox a diluculo ad puteum, aut ad præcipitium aliquod pergit? ſed uidetur uerens, tanquam non ſimiliter non bonum, & bonum eſſe putans cadere in illa. patet

B *itaq; quod hoc quidem melius eſſe putat, illud uero minime. Si autem hoc, neceſſe eſt, ut & hoc quidem hominẽ, illud uero non hominem, & hoc quidẽ dulce, illud uero non dulce putet. non enim æqualiter omnia quærit & putat cum melius eſſe bibere aquam, aut hominem* * *uiſitare arbitratus, deinde quærat ea, attamen oportebat, ſi ſimiliter eadem eſſent homo & non homo, ſed, ut dictum eſt, nemo eſt, qui non uideatur aliqua uerens, aliqua uero non. Quare, ut uidetur, omnes arbitrantur ſimpliciter ſe habere, etſi non circa om*

C *nia, ſaltem circa melius, & deterius.*

Quod ſi non ſcientes, ſed opinãtes, multo magis curandum eſſet de ueritate, ſicuti & infirmo exiſtenti quam ſano, de ſanitate. opinãs namque ad ſcientem, non ſane ad ueritatem diſpoſitus eſt.

D

Item, etſi quam maxime omnia ita & non ita ſe habeant, attamen ipſum magis & minus ineſt entium naturę, Non.n. ſimiliter paria eſſe duo ac tria dicemus, nec eodem modo mentitus eſt qui quatuor eſſe putet quinq; aut qui mille. Si itaq; non ſimiliter, patet quod alter minus. quare magis uerum dicit. Si igitur quod magis eſt, propinquius eſt, profecto erit aliquid uerũ, cui propinquius eſt, quod magis uerum eſt. Quod ſi non eſt, at iam ſaltem aliquid

E *eſt certius, & uerius. & ita ab illa intemperata oratione remoti erimus, quę prohibet quicquam mente determinare.*

*Videre.

A q oẽs opinantur ſe habere veritatẽ vel in affirmatiua tñ, vel in negatiua, & non utraq; ſimul. Et ſi non in oib. ſaltẽ in bonis & malis, uel in melioribus & in deterioribus. Ex hac.n. dña pueniit, q quædã quærunt, & quædã timentur. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit quandam cauillationem. Poſſet.n. aliquis dicere, q hoies quædam deſiderant tanquã bona & alia fugiũt tanquam nõ bona, non quaſi ſcientes veritatem, ſed quaſi opinantes, q nõ idem ſit bonum & non bonũ, licet idẽ ſit ſecundum rei ueritatem. ſed ſi hoc eſt verum, q hoies non ſunt ſcientes, ſed opinãtes, multo magis dñt curare ut addiſcant ueritatem. Qđ ſic patet, quia infirmus magis curat de ſanitate, quam ſanus. Ille aũt, qui opinat non verum, non diſponitur ſalubriter ad ueritatem in cõparatione ad ſcientem. hẽt.n. ſe ad ſciẽtem, ſicut infirmus ad ſanitatem. Defectus.n. ſciæ eſt opinio falſa, ſicut ęgritudo ſanitatis. Et ſic patet, q hoies dñt curare de ueritate inuenienda. Qđ nõ eſſet, ſi nihil eẽt uerum determinate, ſed ſimul aliquid uerum & non uerum. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit ſeptimã rõnem, q̃ ſumitur ex diuerſis gradib. falſitatis. Dicit ergo, q etſi maxime verũ ſit, q oia ſic ſe hẽant & non ſic.i. q affirmatio, & negatio ſint ſimul uera, & oĩa ſint ſimul uera, & falſa, ſed tñ in natura entium oportet, q aliquid ſit magis & minus uerũ. Conſtat.n. q nõ ſimiliter ſe hẽt ad ueritatẽ dicere q duo ſunt paria & tria ſũt paria: nec ſimiliter ſe hẽt ad mẽdaciũ dicere, q quatuor ſunt pẽte, i. quinq; & q ſint mille. Si.o. ſunt falſa ſimiliter, manifeſtum eſt qđ alterum eſt minus falſum. ſ. dicere quatuor eſſe quinque, q̃ dicere quatuor eſſe mille. Quod aũt eſt minus falſũ, eſt uero magis uel ppinquius uero, ſicut & minus nigrũ, qđ eſt albo ppinquius. Patet ergo, q alter eorũ magis dicit uerũ.i. magis appinquat ueritati ſ. ille, q dicit quatuor eſſe qnq;, ſed nõ eſſet aliqd affinius uero, uel ppinquius, niſi eſſet aliqd ſimpliciter uerũ, cui ppinquius uel affinius eſſet, magis uerũ & minus falſũ. Relinquit ergo, q aliqd oportet ponere eſſe abſolute uerũ, & nõ oĩa uera & falſa, qa ſeq̃ ex hoc, q cõtradicto ſit ſimul uera. Et ſi p pdictã rationẽ nõ ſeqt, q aliqd ſit abſolute uerũ, tñ iã hẽtur q aliquid

autem ſolutionem propoſitam dupliciter. Primo per rationem. Secundo per ſignum, ibi [Vnde nullus &c.] Ratio talis eſt. Quæcunque inſunt omnibus entibus & non ſolum alicui generi entium ſeparatim ab alijs, hæc pertinent ad conſiderationem Philoſophi: Sed prædicta principia ſunt huiuſmodi: ergo pertinent ad conſiderationem
part. 4. philoſophi. Minorem ſic probat. Illa, quibus utuntur omnes ſcientiæ, ſunt entis inquantum huiuſmo-
par. 5. di. Sed prima principia ſunt huiuſmodi: ergo pertinét ad ens, inquantum eſt ens. Rationem auté, quare omnes ſcientiæ utuntur, ſic aſſignat, quia vnumquodque genus ſubiectum alicuius ſcientię, recipit prædicationem entis. Vtuntur autem principijs prædictis ſcientiæ particulares non ſecundum ſuam communitatem, prout ſe extendunt ad omnia entia, ſed quantū
Text. com. 8 part. 4. ſufficit eis. Et hoc ſecundum continentiam generis, quod in ſcientia ſubijcitur, de quo ipſa ſcientia demonſtrationes af-
par. 7. fert. Sicut ipſa philoſophia naturalis utitur eis, ſecundum quod ſe extendunt ad entia mobilia, & non ulterius. Deinde cum dicit.

d ¶ Probat quod dixerat per ſignum. & primo inducit probationem. Secundo excludit quorundam erroré ibi [Sed quo-
par. ſeq. circa mod. niam eſt adhuc] Dicit ergo primo. quòd nullus intendens primo tradere ſcientiā alicuius particularis entis, conatus eſt aliquid dicere de primis principijs, vtrū ſint vera, aut non: nec Geometra, aut Arithmeticus, qui tamen illis principijs plurimum vtuntur, ut ſupra dictum eſt. Vnde patet, quòd conſideratio dictorum principiorum ad hanc ſcientiam pertinet. Deinde cum dicit.

d Vnde nullus particulatiter intendentiū nititur dicere aliquid de eis, ſi uera, aut non, neq; Geometra, neque Arithmeticus.

e Niſi Phyſicorum quidam merito hoc facientes. Soli nanque putantur de tota natura intendere & de ente. Sed quoniam eſt G adhuc Phyſico aliquis ſuperior. (Vnum enim aliquod genus eſt natura entis) ipſius uniuerſalis & circa ſubſtantiam primam theorizantis, & de his erit perſcrutatio. Eſt autem ſophia, ſapientia quædam phyſica, ſed non prima.

f Quicunque uero conantur dicentium dicere quid de veritate, quo oportet modo recipere propter ignorantiam analyticorum H hoc faciunt. Oportet enim de his peruenire ſcientes; ſed nō audientes quærere.

g Quoniam igitur philoſophi, & de omni ſubſtantia ſpeculantis, inquantum congruit, & de omnibus ſyllogiſticis principiis eſt perſcrutari, palam.

LECTIO VI.

a Congruit aūt maxime cognoſcētē circa unūquodq; I genus, habere dicere firmiſſima

e ¶ Excludit errorem quorundam. & circa hoc duo facit. Primo excludit errorem eorum, qui de prędictis ſe intromittebant cum ad eos non pertineret. Secundo eorum, qui de eis alio mo-
parte ſequ. do volebant tractare quàm de eis ſit tractandum. ibi [Quicunq; autem vtuntur &c.] Dicit ergo primo, quod quamuis nulla ſcientiarum particularium de prædictis principijs ſe intromittere debeat, quidam tamen Naturalium de his ſe intromiſerunt. Et hoc non ſine ratione. Antiqui enim non opinabantur aliquam ſubſtantiam eſſe prçter ſubſtantiam corpoream mobilem, de qua Phyſicus tractat. Et ideo creditum eſt, quod ſoli determinent de tota natura, & per conſequens de ente. Et ita etiam de primis principijs, quæ ſunt ſimul conſideranda cum ente. Hoc autem falſum eſt, quia adhuc eſt quædam ſcientia ſuperior naturali. Ipſa enim natura, idest res naturalis habens in ſe principium motus in ſeipſa, eſt vnum aliquod genus entis uniuerſalis. Non enim omne ens eſt huiuſmodi, cum probatum ſit in 8. phyſi. eſſe aliquod ens immo-
tex. co. m. 48 Lect. 11. bile. Hoc autem ens immobile ſuperius eſt & nobilius ente mobili, de quo conſiderat naturalis. Et, quia ad illam ſcientiam pertinet conſideratio entis communis, ad quam pertinet conſideratio entis primi, ideo ad aliam ſcientiam quàm ad Naturalé pertinet conſideratio entis communis, & eius etiam erit conſiderare huiuſmodi principia communia. Phyſica enim eſt quædam pars philoſophiæ: ſed non prima, quæ conſiderat ens cōmone, & ea, quæ ſunt eius inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

f ¶ Excludit alium errorem circa modum tractandi huiuſmo-

F di principia. Quidam enim tractabant de iſtis principijs uolentes ea demonſtrare, & quæcunque iſti dixerunt de ueritate prædictorum principiorum, quomodo oporteat ea recipere per uiam demonſtrationis, uel quomodo oporteat contingere ueritatem in omnibus iſtis ita ſe habere, hoc fecerunt propter ignorantiam, uel propter imperitiam [analyticorum] idest illius partis Logicę, in qua ars demōſtrandi traditur, quam oportet ſciétes de his peruenire. i. oīs ſcientia per demonſtrationem acquiſita ex his principijs cauſatur. Sed non oportet [audientes] idest diſcipulos. inſtruendos in aliqua ſcientia quærere de his, ſicut de aliquibus demonſtrandis. Vel ſecundum aliam literam [oportet de his peruenire ſcientes] idest oportet quod qui acquirunt ſciētiā per demonſtrationē, perueniant ad cognoſcendum huiuſmodi principia communia, & non quod quærāt ea ſibi demonſtrari. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit conclusionem principaliter intentam, ſ. quod Philoſophi erit conſiderare de omni ſubſtantia, inquantū huiuſmodi, & de primis ſyllogiſmorum principijs. Ad huius autē euidentiam ſciendū, quod propoſitiones per ſe notæ ſunt quæ ſtatim notis terminis cognoſcūtur, vt dicitur Primo Poſte. Hoc autem contingit in illis propoſitionibus, in quibus prædicatum ponitur in diffinitione ſubiecti, vel prædicatum eſt idem ſubiecto. Sed contingit aliquam propoſitionem, quantum in ſe eſt, eſſe per ſe notam, non tamen eſſe per ſe notam omnibus, qui ignorant diffinitionem prædicati & ſubiecti. Vnde Boetius dicit in lib. de Hebdo. quod quædam ſunt per ſe nota ſapientibus, quæ non ſunt per ſe nota omnibus. Illa autem ſunt per ſe nota omnibus, quorum termini in conceptionem omnium cadunt. Huiuſmodi autem ſunt communia, eo quod noſtra cognitio a communibus ad propria peruenit, ut dicitur in Primo Phy. Et ideo iſtæ propoſitiones ſunt prima demonſtrationum principia, quæ componuntur ex terminis Tex. c. 4.
communibus ſicut totum & pars, ut omne totum eſt maius ſua parte: & ſicut æquale & inæquale, vt, Quæ uni & eidē ſunt æqualia. Et eadem ratio eſt de ſimilibus. Et, quia huiuſmodi commu-
K nes termini pertinent ad conſiderationem Philoſophi, ideo hæc principia ſunt de conſideratione Philoſophi. Determinat autem ea Philoſophus nō demonſtrando, ſed rationes terminorum tradendo, ut quid totum & quid pars, & ſic de alijs. Hoc autē cognito, ueritas prædictorum principiorum manifeſta relinquitur.

Propter quod nemo eorum, qui particulariter conſiderant, conatur aliquid de his, ſiue quatenus uera, ſiue non, dicere, nec enim Geometra, nec Arithmeticus.

Sed naturalium quidam merito hoc facientes. ſoli nanque putabant & de tota natura, & de ente conſiderare. Cū G autem aliquis adhuc ſuperior Naturali ſit (natura nanque unum quoddam entis genus eſt) illius uniuerſalis, & circa primam ſubſtantiam ſpeculatiui profecto fuerit de his etiam conſideratio: eſt autem Naturalis ſapientia quædā, ſed non prima.

Quęcunque uero quidam eorum, qui de ueritate dicunt, quo nam modo oportet admitti, dicere conantur, propter i- H gnorantiam Reſolutiuorum hoc faciūt, oportet enim accedere hęc doctum, ſed nequaquam, dum audiunt quærere.

Quod itaque Philoſophi, & eius, qui de tota ſubſtantia, quo ad natura fert, ſpeculatur, etiam de principijs ſyllogiſticis eſt conſiderare, manifeſtum eſt.

LECTIO VI.

Decet autē illū, qui maxime circa quodque genus cognoſcat, ut dicere habeat certiſſima rei principia, quare

LECTIO VI.

HIC oſtendit principaliter, quod ad primum Philoſophū pertinet conſiderare de primo demonſtrationis principio, & a
circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod eius eſt de ipſo conſiderare. Secūdo de ipſo tractare incipit ibi: [Principiū uero &c.] Circa primū tria facit. Primo oſtēdit, quod huius ſcientiæ eſt conſiderare de primo demonſtrationis principio. Secundo oſtendit quid ſit illud. ibi [Et firmiſſimum &c.] Tertio excludit quoſdam errores par. 1. Lect. ſequē. part. ſequē. par. 5. huius lect.

rores circa idem principium. ibi: [Sunt autem quidam &c.] vtetur autem ad primum tali ratione. In vnoquoque genere, ille eſt maxime cognoſcitiuus, qui certiſſima cognoſcit principia: quia certitudo cognitionis ex certitudine principiorum dependet: ſed Primus philoſophus eſt maxime cognoſcitiuus & certiſſimus in ſua cognitione: hæc.n. erat vna de conditionibus ſapientis, vt in proœmio huius libri patuit, ſcilicet, quod eſſet certiſſimus cognitor cauſarum. ergo Philoſophus debet conſiderare certiſſima & firmiſſima principia circa entia, de quibus ipſe conſiderat, ſicut de genere ſibi proprie ſubiecto.

part. 2. Par. ſeq. b ¶ Hic oſtendit quod ſit firmiſſimum ſiue certiſſimum principiũ, & circa hoc duo facit. Primo dicit quę ſunt conditiones certiſſimi principij. Deinde adaptat eas vni principio. ibi [Quid vero ſit &c.] Ponit ergo primo tres conditiones firmiſſimi principij. Prima eſt, quod circa hoc nõ poſſit aliquis mentiri ſiue errare. Et hoc patet, quia, cum homines non decipiantur niſi circa ea, quę ignorãt, ideo circa quod non poteſt aliquis decipi, oportet eſſe notiſſimum. Secunda conditio eſt ut ſit [non conditionale] idest non propter ſuppoſitionẽ habitũ, ſicut illa, quæ ex quodam condicto ponuntur. Vnde alia tranſlatio habet. Et non ſubijciantur ea, quæ ſunt certiſſima principia. Et hoc iõ, quia illud, quod neceſſarium eſt habere intelligentem quæcunque entium [hoc non eſt cõditionale] idest non eſt ſuppoſitum, ſed oportet per ſe eſſe notum. Et hoc ideo, quia ex quo ipſum eſt neceſſarium ad intelligẽdũ quodcunque, oportet quod quilibet, qui alia eſt cognoſcens, ipſum cognoſcat. Tertia conditio eſt, ut non acquiratur per demõſtrationem, uel alio ſimili modo, ſed adueniat quaſi per naturam habenti ipſum, quaſi ut naturaliter cognoſcatur, & non per acquiſitionem. Ex ipſo enim lumine naturalis intellectus agentis prima principia ſiunt cognita, nec acquiruntur per ratiocinationes, ſed ſolum per hoc, quòd eorum termini innoteſcunt. Quod quidem fit per hoc, quòd a ſenſibilibus accipitur memoria, & a memoria experimentum, & ab experimento illorum terminorum cognitio, quibus cognitis, cognoſcuntur huiuſmodi propoſitiones communes, quæ ſunt artium & ſcientiarum principia. Manifeſtum eſt ergo, quod certiſſimum principium ſiue firmiſſimum, tale debet eſſe, ut circa id non poſſit errari, & quod non ſit ſuppoſitum, & quòd adueniat naturaliter. Deinde cum dicit.

rei principia. Quare & de entibus, inquantum ſunt entia, omnium firmiſſima. Eſt autem hic Philoſophus ipſe.

b Et firmiſſimum omnium principiorum eſt, contra quod mentiri impoſſibile eſt, notiſſimum enim eſſe tale eſt neceſſe. Nam circa ea, quæ ignorant, decipiuntur omnes, & non conditionale. Quod enim neceſſarium habere quodcunque entium intelligentem, hoc non conditionale. Quod autem cognoſcere eſt neceſſarium quodcunque cognoſcentem, & uenire habenti eſt neceſſe. Quod quidem igitur tale principium omnium ſit firmiſſimum, palam.

c Quid uero ſit illud, poſt hoc dicamus. Idem enim ſimul eſſe, & nõ eſſe in eodem, ſecundum idem, eſt impoſſibile, & quæcunque alia determinaremus, utiq; ſint determinata ad logicas difficultates. Hoc autem omnium firmiſſimum eſt principium. Habet enim dictam determinationem. Impoſſibile namque quæcunque idem ſuſcipere eſſe, & non eſſe, quemadmodum quidem quidam putant dicere Heraclitum, non enim eſt neceſſe quæ aliquis dicit, hoc & ſuſcipere. Si vero non contingit ſimul ineſſe eidem contraria determinentur ergo nobis eadem poſitione conſueta. Contraria uero eſt opinio opinioni, quæ contradictionis. Palam, quia impoſſibile ſimul ſuſcipere eundem eſſe, & nõ eſſe idem. Simul enim habebit contrarias opiniones, qui de hoc eſt mentitus. Quare propter omnes demonſtrantes in hanc reducunt ultimam opinionem. Natura namque principium, & aliarum dignitatum hęc omnium.

A

& illum, qui de entibus, prout entia, omnium certiſſima, hic autem eſt Philoſophus.

Omnium autem certiſſimum principium eſt, circa quod impoſſibile B *eſt mentiri. Notiſſimum etenim, vt huiuſmodi ſit, neceſſe eſt. circa namque illa, quæ non cognoſcunt, decipiuntur omnes: Et non ex ſuppoſitione. quod enim neceſſe eſt illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non eſt ſuppoſitio: quod autem cognoſcere illum neceſſe eſt, qui aliquid cognoſcat, neceſſe eſt, vt veniat habens illud. Quòd igitur tale principium omnium certiſſimum eſt, patet.*

C

Quid autem illud ſit, deinceps dicamus. Idem enim ſimul ineſſe & non ineſſe eidem, & ſecundum idem, impoſſibile eſt. & quæcunque alia annotaremus, ſint ad Logicas difficultates annotata. hoc autem omnium eſt principiorum certiſſimum, habet etenim dictam annotationem. Impoſſibile namque eſt quempiam idem putare eſſe & non eſſe, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. non enim neceſſe D *eſt quæcunque quis dicat, ea etiam putare. Quòd ſi non contingit ineſſe eidem contraria, annotentur autem a nobis etiam huic propoſitioni conſueta, contraria vero opinio opinioni eſt, quæ contradictionis eſt. Et patet quòd impoſſibile eſt ſimul eundem idem arbitrari eſſe, & non eſſe. ſimul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonſtrantes ad hanc vltimam opinionem reducunt. natura etenim hæc, cæterarum quoque dignitatum omnium* E *principium eſt.*

∴

c ¶ Oſtendit cui principio prædicta determinatio conueniat. Tex. com. 9. part. 1 Primo Elenchorum c. 1. & dicit, quòd huic principio cõuenit tanquam firmiſſimo, quod eſt impoſſibile eidem ſimul ineſſe & non ineſſe idem. Sed addendum eſt, & ſecundum idem. Et etiam alia ſunt determinanda circa hoc principium, quæcunque determinari contingit ad logicas difficultates, ſine quibus videtur contradictio cum nõ ſit. Quod autem prædicta huic principio conueniãt, ſic oſtendit. Impoſſibile enim eſt quæcunque [ſuſcipere] ſiue opinari quòd idem ſit ſimul & non ſit, quamuis quidam arbitrentur Heraclitum hoc opinatum fuiſſe. Verum eſt autem, quòd Heraclitus hoc dixit, non tamen hoc potuit opinari. Non enim neceſſarium eſt, quòd quicquid aliquis dicit, hæc mente ſuſcipiat vel opinetur. Si autem aliquis diceret, quòd contingeret aliquem opinari, idem ſimul eſſe, & non eſſe ſequitur hoc inconueniens, quòd contingit cõtraria eidem ſimul ineſſe. Et hæc [determinentur nobis,] idest oſtendantur quadam propoſitione conſueta & in logicis determinata. Oſtẽſum eſt enim in fine Perihermenias, quòd opiniones ſunt contrariæ, non quæ ſunt contrariorum, ſed quæ ſunt contradictionis, per ſe loquendo. Hę enim non ſunt contrariæ opiniones primo & per ſe, vt ſi vnus opinetur quòd Socrat. eſt albus, & alius opinetur quòd Socra. eſt niger. Sed quòd vnus opinetur, Socrat. eſt albus, & alius opinetur, Socrat. non eſt albus. Si igitur quis opinetur ſimul duo contradictoria eſſe vera, opinando ſimul idem eſſe & non eſſe, habebit ſimul contrarias opiniones. Et ita, contraria ſimul inerunt eidem: quod eſt impoſſibile. non igitur contingit aliquem circa hæc interius mẽtiri, & quòd opinetur ſimul idem eſſe & non eſſe. Et propter hoc omnes demonſtrationes reducunt ſuas propoſitiones in hanc propoſitionem, ſicut in vltimam opinionem omnibus communem. ipſa enim eſt naturaliter principium & dignitas omnium dignitatum. Et ſic patent aliæ duæ conditiones, quia inquantum in hanc reducunt demonſtrantes omnia, ſicut in vltimum reſoluendo, patet quòd non habetur ex ſuppoſitione. Inquantum vero eſt naturaliter principium, ſic patet quòd aduenit habenti, & non habetur per acquiſitionem. Ad huius autem euidentiam ſciendum eſt, quòd cum duplex ſit operatio intellectus, vna, qua cognoſcit quodquid eſt, quæ vocatur indiuiſibilium intelligentia: alia, qua componit & diuidit, in vtroque eſt aliquod primum.

In prima

In prima quidem operatione eſt aliquod primum, quod cadit in conceptione intellectus, ſcilicet hoc quod dico ens nec aliquid hac operatione poteſt mente concipi, niſi intelligatur ens. Et quia hoc principium impoſsibile eſt eſſe & non eſſe ſimul, dependet ex intellectu entis, ſicut hoc principium. Omne totum eſt maius ſua parte, ex intellectu totius parte 4. & partis: ideo hoc etiam principium eſt naturaliter primum in ſecunda operatione intellectus, ſcilicet componentis & diuidentis. Nec aliquis poteſt ſecundum hanc operationem intellectus aliquid intelligere, niſi hoc principio intellecto. Sicut enim totum & partes non intelliguntur niſi parte 5. intellecto ente, ita nec hoc principium, Omne totum eſt maius ſua parte, niſi intellecto prædicto principio firmiſsimo. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quomodo circa prædictum principium ab aliquibus eſt erratum. & circa hoc duo facit. Primo tangit errorem illorum, qui contradicebant prædicto principio. Secundo eorum, qui ipſum demonſtrare vo- parte 6. lebant. ibi. [Dignan- part. ſequẽ. tur autem &c.] Dicit ergo, quòd quidam, ſicut dictũ eſt de Heraclito, dicebãt, quòd contingit idem ſimul eſſe & non eſſe, & q contingit hoc exiſtimare. Et hac poſitione vtuntur multi naturales, vt infra patebit. Text.c6.21. Sed nos nunc accipimus ſupponendo prædictum principiũ eſſe verum, ſcilicet quòd impoſsibile ſit idem eſſe & non eſſe, ſed ex ſui veritate oſtendimus quòd eſt certiſsimum. Ex hoc enim, quòd impoſsi- Text.c6.10. bile eſt eſſe & non eſſe, ſequetur, quòd impoſsibile ſit contraria ſimul ineſſe eidem, vt Lectio 13.eſt infra dicetur. Et ex præced. hoc, quòd contraria non poſſunt ſimul ineſſe, ſequitur quòd homo non poſsit habere contrarias opiniones, & per conſequens, quòd non poſſit opinari contradictoria eſſe vera, vt oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Tangit errorem quorundam, qui prædictum principium demonſtrare volebant. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit q non poſsit demonſtrari ſimpliciter. Secundo, q aliquo modo poteſt demonſtrari. ibi. [Eſt autẽ demonſtrare &c.] Dicit ergo primo, quòd quidam dignum ducunt, ſiue volunt demonſtrare ἀπαιδευσία. prædictum principium. Et [hoc propter apędeuſiam,] ideſt ineruditionẽ ſiue indiſciplinationẽ. Eſt enim ineruditio, q homo neſciat quorum oportet quærere demonſtrationẽ, & quorũ nõ. Non enim poſſunt omnia demonſtrari. Si enim omnia demonſtrarentur, cum idem per ſeipſum non demonſtretur, ſed per aliud, oporteret eſſe circulũ in demonſtrationibus. quod eſſe nõ poteſt, quia ſic idem eſſet notius & minus notum, vt patet in primo poſteriorum. Lectio 8. Vel oporteret procedere in infinitum. Sed, ſi in infinitum procederetur, non eſſet demonſtratio: quia quælibet demonſtrationis concluſio redditur certa per reductionem eius in primum demonſtrationis principium: quod non eſſet, ſi in infinitum demonſtratio ſurſum procederet. Patet igitur, quòd non ſunt omnia demonſtrabilia. Et, ſi aliqua ſunt non demonſtrabilia, non poſſunt dicere, quòd aliquod principium ſit magis indemonſtrabile quam prædictum.

f ¶ Hic oſtẽdit, quòd aliquo modo poteſt prædictũ principium demonſtrari dicens, quod contingit prædictum principium demõſtrari argumẽtatiue. In græco habetur elenchice, quod melius transfertur redarguitiue. Nam elenchus, eſt ſyllogiſmus ad contra dicendum. Vnde inducitur ad redarguendum aliquã falſam poſitionem. Et propter hoc, iſto modo oſtẽdi poteſt, quòd impoſſibile ſit idem eſſe & non eſſe. Sed ſolum ſi ille, qui ex aliqua dubitatione negat illud principium, [dicit aliquid] ideſt aliquid nomine ſignificat. Si uero nihil dicit, deriſibile eſt quærere aliquã rationem ad illum, qui nulla vtitur ratione loquendo. Talis.n. in hac diſputatione, qui nihil ſignificat, ſimilis erit plantæ. Animalia enim bruta etiam ſignificant aliquid per talia ſigna, differt enim demonſtrare ſimpliciter principium prædictum, & demonſtrare argumentatiue, ſiue elenchice. Quia, ſi aliquis vellet demonſtrare ſimpliciter prædictũ principiũ, uideretur petere principium, quia non poſſet aliquid ſumere ad eius demonſtrationem, niſi aliqua, quæ ex ueritate huius principii dependerent, ut ex prædictis patet. Sed, quando demonſtratio non erit talis, ſcilicet ſimpliciter, tunc eſt argumentatio, ſiue elenchus & non demonſtratio. Alia litera ſic habet & melius. [Alterius autem, cum huius cauſa ſit, argumentatio erit, & nõ demonſtratio] ideſt: cum huiuſmodi proceſſus a minus notis ad hoc magis notum principium fiat cauſa alterius hominis, qui hoc negat, tunc poterit eſſe argumentatio, ſiue elenchus, & non demonſtratio, ſcilicet ſyllogiſmus contradicens ei poterit eſſe, cum id, quod eſt minus notum ſimpliciter, eſt conceſſum ab aduerſario, ex quo poterit procedi ad prædictum principium oſtendendum quantum ad ipſum, licet non ſimpliciter.

d Sunt autem quidam, qui vt diximus dicebant contingere idem eſſe & nõ eſſe, & exiſtimare ita. Vtuntur autẽ ratione hac multi eorũ, qui de natura. Nos autem nunc accipimus, quaſi impoſſibili exiſtente ſimul eſſe & non eſſe, & per hoc oſtendemus, quòd firmiſſimum id principiorum eſt omnium.

e Dignantur autem & hoc demonſtrare quidam propter apædeuſiam. Eſt enim apædeuſia non cognoſcere, quorũ oportet quærere demonſtrationem, & quorum non oportet. Totaliter quidem enim omnium eſſe demonſtrationem eſt impoſſibile. nam in infinitum procederet, vt nec ita foret demonſtratio. Si vero quorundam nõ oporteret demonſtrationem quærere, quod dignantur magis eſſe tale principium, non habent dicere.

f Eſt autem demonſtrare elenchice, & de hoc, quia impoſſibile, ſi ſolum aliquid dicit qui dubitat. Si vero nihil, deriſio eſt quærere rationem ad nullam habentem rationem, inquantum non habet rationem. Similis enim plantæ talis iam eſt. Elenchiee autem demonſtrare, dico vtique differre, & demonſtrare. Quia demonſtrat quidem quod in principio. Alterius autem tali exiſtente cauſa, elenchus vtique erit, & non demonſtratio.

LECTIO VII.

a PRincipiũ vero ad omnia talia nõ velle, aut eſſe aliquid dicere, aut non eſſe. Hoc enim forſan vtique quis opi-

Sunt autem quidam, qui, vt diximus, ipſi quoque dicunt, contingere idem eſſe, & non eſſe, & ita arbitrari. Vtuntur autẽ hac oratione multi quoque eorum, qui de natura tractant. Nos autem nunc accepimus, tanquã impoſſibile ſit, de eodem ſimul eſſe & non eſſe, & per hoc monſtrauimus, quòd certiſſimum hoc cunctorum principiorum eſt.

Conantur autem quidam hoc quoque probare, propter ignorantiam. Eſt enim ignorantia, neſcire quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorum non, etenim omnino impoſſibile eſt omnium eſſe demonſtrationem, in infinitum namque progrederetur; quare nec hoc modo eſſet demonſtratio. Si autem aliquorum non oportet quærere demonſtrationem, quod magis principium eſſe tale indicarent, dicere non haberent.

Eſt autem etiam de hoc demonſtrare, redarguendo quòd impoſſibile eſt, dummodo aliquid dicat, qui dubitat. Quòd ſi nihil, ridiculum eſt quærere rationem ad eum, qui nullius habet rationem, quatenus nullam habet rationem, ſimilis namque plantæ talis eſt, prout talis eſt. Demonſtrare uero redarguendo, dico differre à demonſtratione, quia qui demonſtraret, uideretur petere quod a principio, cum autem alia huiuſce cauſa ſit, redargutio, & non demonſtratio.

LECTIO VII.

PRincipium uero ad hæc omnia [a] *non petere ut aut eſſe aliquid, aut non eſſe dicat (hoc enim fortaſſis aliquis eſſe putaret quòd a principio*

[a] a. l. legit affirmatiue, ſed melior negatiue aut Alexan.

LECTIO VII.

a HIC incipit elenchice diſputare contra negantes prædictum principium, & diuiditur in duas partes. Primo diſputat contra eos, qui dicunt contradictoria ſimul eſſe uera. Secundo contra illos, qui dicunt quòd contingit ea ſimul eſſe falſa. ibi [Verum nec iterum &c.] Circa primum duo facit. Primo, diſputat contra prædictos erràtes in communi. Secundo oſtendit par. prima Infra le. 16

dit quomodo in ſpeciali ſit diſputandum contra diuerſos, ibi [Eſt autem non idem modus.] Circa primum duo facit. Primo diſputat rationem negantium prædictum principium. Secundo oſtendit quòd opinio Pythagoræ in idem redit cum prædicta poſitione ibi. [Eſt autem ab eadem &c.] Circa primum ponit ſeptem rationes. Secunda ibi [Omnino vero deſtruit.] Tertia ibi [Amplius ſi contradictiones.] Quarta ibi [Amplius autem circa omnia &c.] Quinta ibi: [Amplius igitur quomodo.] Sexta ibi [Vnde & maxime manifeſtum eſt.] Septima ibi [Amplius ſi quia maxime.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit ex quo principio oporteat procedere contra negantes primum principium. Secundo ex illo principio procedit. ibi [Primum quidem igitur manifeſtum &c.] Dicit ergo primo, quòd ad omnia talia inopinabilia non oportet accipere pro principio, quòd aliquis velit ſupponere hoc determinate eſſe [vel non eſſe] ideſt non oportet accipere pro principio aliquã propoſitionem, qua aſſeratur aliquid de re, uel negetur ab ea: hoc enim eſſet quærere principium, ut prius dictum eſt. Sed oportet accipere pro principio, quòd nomen ſignificet aliqd, & ipſi qui profert, inquantum ſe loquentem intelligit, & alij, qui eum audit. Si autem hoc non concedit, tunc talis non habebit propoſitum, nec ſecum, nec cum alio, vnde ſuperfluũ erit cum eo diſputare. ſed, cum hoc dederit, iam ſtatim erit demonſtratio contra eum. Statim enim inuenitur aliquid diffinitum & determinatum, quod per nomẽ ſignificatur diſtinctũ a ſuo contradictorio, vt infra patebit. Sed tamen hoc non erit demonſtrans prædictum principium ſimpliciter, ſed tantũ erit ratio ſuſtinens contra negantes. Ille enim qui [deſtruit rationem] ideſt ſermonem ſuum, dicendo, quòd nomen nihil ſignificat, oportet quòd ſuſtineat, quia hoc ipſum quod negat, proferre non poteſt niſi loquendo & aliquid ſignificando. Deinde cum dicit.

Infra le. 10. — Infra lec. 9. parte 5. — part. 9. h. l. — Lect. 8. ead. — lect. par. 5. — Infra le. 9. par. prima. — ibi par. 2. — Infra le. 9. — Par. ſeq. — Part. 4. Lect. 6. — part 2. — part. 3. — Text. c6. 11.

Parte ſeq. huius lec.

b ¶ Procedit ex dicta ſuppoſitione ad propoſitum oſtendendum: & primo ſingulariter in uno, ſecundo generaliter in omnibus. ibi [Amplius ſi homo &c.] Dicit ergo primo, quòd ſi nomen aliquid ſignificet primo hoc erit manifeſtum, quòd hæc propoſitio erit uera, & eius contradictoria, quam negat, eſt falſa. Et ſic ad minus hoc habemus, quia non omnis affirmatio eſt uera cum ſua negatione. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit vl'r de omnibus, ſ. quòd contradictoria non ſint

A nabitur, quòd a principio petere, ſed ſignificare quidẽ aliquid & ipſi & alij, hoc enim neceſſe eſt, ſi dicat aliquid. Si enim non, cum tali vtique non erit ſermo, nec ipſi ad ſeipſum, nec ad aliũ. Siquis autem hoc dederit, erit demonſtratio, iam non erit aliquid diffinitum. B Sed tñ non demonſtrãs, ſed ſuſtinẽs. Interimẽs enim rõnem, ſuſtinet rationem.

b Primum quidem igitur manifeſtum, quod hoc quidem verũ eſt quod ſignificat nomen eſſe, aut non eſſe hoc. Quare neque vtique omne ſic, & non ſic ſe habebit.

c Amplius, ſi homo ſignificat vnum, ſit hoc, animal bipes. Dico autem unũ ſignificare hoc; ſi hoc eſt homo, ſi ſit aliquid homo, C hoc eſt hominem eſſe. Nihil autẽ differt nec ſi plura quis dicat ſignificare, ſolum autem diffinita. Ponetur enim vtique rationibus alterum nomen. Dico autem, vt ſi non dicat hominem unum ſignificare, ſed multa, quorum unius quidem una ratio animal bipes. Sunt autem & aliæ plures, ſed diffinitæ numero. Ponetur enim utique proprium nomen ſecũdum unamquamq; rationem. Si autem nõ D ponatur, ſed infinita ſignificare dicat, palam, quia non utiq; erit ratio, nam non unum ſignificare, nihil ſignificare eſt. Non ſignificantibus autem nominibus, aufertur adinuicem diſputare: ſecundum ueritatem autem, & ad ſeipſum, nihil enim cõtingit intelligere, niſi intelligentem unũ: ſi autem cõtingit, ponatur huic rei nomen. ſit itaque, ſicut a principio dictum eſt, ſignificans aliquid nomen & ſignificans unũ.

d Nec ſic contingit hoĩem eſſe ſignificare non eſſe hominem, E

ſimul vera. & circa hoc quatuor facit. Primo ponit quædam, q̃ ſunt neceſſaria ad propoſitum concludendum. Secundo concludit propoſitum. ibi [Neceſſe itaque.] Tertio probat quoddam, quod ſuppoſuerat. ibi [Nam eſſe hominem &c.] Quarto excludit quandam cauillationem. ibi [Si autem reſpondeatur.] Circa primum tria facit. Primo oſtẽdit, quòd nomen vnum ſignificat. Secundo ex hoc oſtẽdit vlterius, quòd hoc nomẽ homo ſignificet id, qđ eſt hominem eſſe, non autem id, quod eſt, non eſſe. ibi [Nec ſic contingit &c.] Tertio oſtendit, quòd homo & non homo ſignificat vnum. ibi [Si autem non ſignificat &c.] Dicit ergo primo, quòd ſi homo ſignificat aliqd vnũ, ſit hoc vnum, animal bipes: hoc enim vnũ dicitur nomen ſignificare, quòd eſt diffinitio rei ſignificatæ per nomen, vt ſi eſt hominis eſſe [animal bipes] ideſt, ſi hoc eſt q' qd eſt homo, hoc erit ſignificatum per hoc nomen homo. Si aũt dicat nomen plura ſignificat, aut ſignificabit finita, aut infinita: ſi autem finita, nihil differt [ſecundum aliã tranſlationem] ab eo, quod ponitur ſignificare vnũ, quia ſignificat multas rationes diuerſarum rerũ finitas, & ſingulis eorum poſſunt adaptari diuerſa nomina. Vt ſi homo ſignificet multa, & vnius eorum ſit ratio animal bipes, ponetur vnum nomen ſecundum hanc rationem, quod eſt homo: & ſi ſunt plures aliæ rationes, ponentur alia plura nomina, dummodo rationes illæ ſint finitæ. & ſic redibit primum, quòd nomen ſignificet vnum. Si autem nomen non ſignificat finitas rationes, ſed infinitas, manifeſtũ eſt quòd nulla erat ratio, ſiue locutio, ſiue diſputatio. Quod ſic patet. Quod enim non ſignificat vnum, nihil ſignificat. Et hoc ſic probatur. Nomina ſignificant intellectus. ſi igitur nihil intelligitur, nihil ſignificatur. Sed, ſi non intelligitur unum, nihil intelligitur. quia oportet, quòd qui intelligit ab alijs diſtinguat. Ergo, ſi non ſignificat vnum, non ſignificat. Sed, ſi nomina non ſignificant, tolletur diſputatio, & quæ eſt ſecundum ueritatem, & quæ eſt ad hominem. Ergo patet, quòd ſi nomina infinita ſignificent, non erit ratio, ſiue diſputatio. Sed ſi contingit intelligere unum, imponatur ei nomen, & ſic teneatur, quòd nomen ſignificet aliquid. Deinde cum dicit.

Infra pt. 6. — Infra pt. 5.

d ¶ Oſtendit ſecundum, ſ. q' hoc nomen homo non ſignificet id, quod eſt homini non eſſe. Nomen enim ſignificans unũ non ſolum ſignificat unum ſubiecto: quod ideo di' unum, quia de uno, ſed id, quod eſt unum ſimpliciter, ſ. ſecundum rationem.

Si enim

petere) ſed aliquid ſignificare & ſibi ipſi & alteri. hoc enim neceſſe eſt, ſiquidem aliquid dicat. Quod ſi non, tali non eſſet ſermo; nec ſibi ad ſeipſum, nec ad alium. Si autem aliquis hoc non cedat, erit demonſtratio, iam enim erit aliquid determinatum, attamen B *non qui demonſtrat, ſed qui ſuſtinet, cauſa eſt, tollens enim orationem, ſuſtinet orationem.*

** Primo igitur manifeſtum eſt hoc ipſum verum eſſe, quod nomen eſſe hoc, aut non eſſe ſignificat. quare non vtique omne ita, & non ita ſe habet.*

* Ex Alex. adde hæc. Præterea q' hoc conceſſit, cõceſſit aliquid verũ eſſe ſine demonſtratione: quare non omne vtiq; ſic, & non ſic ſe habet.

Item ſi homo vnum ſignificat, ſit autem hoc animal bipes. dico autem vnum ſignificare hoc ſi hoc eſt homo, C *ſiquid homo ſit, hoc eſt homini eſſe. Nihil autem differt, etiam ſi plura quis ſignificare dicat, ſolum ſint determinata; imponeretur etiam cuilibet orationi aliud nomen, dico autem verbi gratia, ſi non dicat hominem vnũ ſignificare, ſed multa, quorum vnius quidem vna oratio, animal bipes, ſint autem cæteræ quoque plures, determinata vero numero. imponeretur etenim proprium nomen ſecundum quãque orationem. Quòd ſi non poneretur, ſed infinita ſignificare dicat, manifeſtum eſt quod non eſſet oratio.* D *non vnũ enim ſignificare, nihil eſt ſignificare. nominibus vero non ſignificãtibus, perit ipſa reuera diſputatio, & adinuicem, & ad ſeipſum. nihil enim intelligere contingit, nihil vnum intelligentes. Quòd ſi contingit, imponetur nomen huic rei, vnum. Nomen itaque, vt a principio dictum eſt, ſit aliquid ſignificans, & vnum ſignificans.*

Infra pt. 4. — Infra pt. 5.

E *Non poteſt igitur homini eſſe ſignificare id, quod non eſſe homini, ſi*

Si enim hoc vellemos dicere, ꝙ nomen ſignificat vnum, quia ſignificat ea, quæ verificantur de vno, ſic ſequeretur, ꝙ muſicũ, & album, & homo, vnum ſignificaret, quoniam omnia verificantur de vno. Et ex hoc ſequeretur, ꝙ omnia eſſent vnum, quia, ſi album dicitur de homine, & propter hoc eſt vnum cum eo, cum dicatur etiam de lapide, erit vnum cum lapide. Et quæ vni & eidem ſunt eadem, ſibiinuicem ſunt eadem. Vnde ſequeretur, ꝙ homo & lapis ſit vnum, & vnius rationis. Et ſic ſequeretur, ꝙ omnia nomina ſint uniuoca, ideſt unius rationis, uel

συνώνυμον synonyma ſecũdum aliam literam, ideſt omnino idem ſignificantia, re & ratione. Quàmuis autem eſſe & non eſſe uerificentur de eodem ſecundum negantes principium primum, tamen

part. 5. oportet quòd aliud ſit hoc, quod eſt eſſe hominem, & hoc, quod eſt non eſſe, ſicut aliud eſt ratione album & muſicum, quàmuis de eodem uerificentur. Ergo patet, quòd eſſe & non eſſe, non erunt idem ratione & re, quaſi uno nomine ſignificatũ uni

part. 6. voce. Sciendum eſt autem, quòd eſſe hominem, uel eſſe homini ſiue hominis, hic accipitur pro quod quid eſt hominis. Ex hoc ergo concluditur, ꝙ hoc, quod dico homo, nõ ſignificat hoc, quod dico hominem non eſſe, ſicut propriam

Tex. co. 12. rationem. Sed quia dixerat ſupra, ꝙ idẽ nomen poteſt plura ſignificare ſecundum diuerſas rationes, idẽ

part. 7. ſubiungit, niſi ſecundum æquiuocationem, ad determinandum, quod homo uniuoce. non ſignificet eſſe hominẽ & non eſſe hominẽ, ſed æquiuoce poteſt utrunque ſignificare, ut ſi id, quod uocamus hominem in una lingua, uocent alij non hominem in alia lingua, non enim eſt noſtra diſputatio, ſi idem ſecundum nomen contingat eſſe & non eſſe, ſed ſi idem ſecundum rem. Deinde cum dicit.

e ¶ Probat tertium, ſ. quòd homo & non homo non ſignificat idem, tali ratione. Homo ſignificat hoc, quod eſt eſſe hominem, & quod quid eſt homo. non homo autem ſignificat non eſſe hominem, & quod quid eſt non homo. Si ergo homo & non homo non ſignificant aliquid diuerſum, tunc id, quod eſt eſſe homo, non erit diuerſum ab hoc, quod eſt non eſſe homini, uel non eſſe hominem. & ita unum eorum prædicabitur de altero. & erunt etiam ſecundum rationem unum. Dum enim dicimus, aliqua unum ſignificare, intelligimus, quòd ſignificent rationem vnam, ſicut veſtis & indumentum. Si igitur eſſe hominẽ & non eſſe hominem ſunt hoc modo vnum, ſcilicet ſecundum rationem, vnum & idem erit illud, quod ſignificabit illud, quod eſt eſſe hominem, & id, quod eſt non eſſe hominem. Sed datum eſt, vel demonſtratum, quia diuerſum nomen eſt quod ſignificat vtrumque. Oſtenſum eſt enim, quòd, hoc nomen, homo, ſignificat hominem, & non ſignificat nõ eſſe hominem, ergo patet, quòd eſſe hominem, & non eſſe hominem, non ſunt vnum ſecundum rationem. Et ſic patet propoſitum, quòd homo & non homo diuerſa ſignificãt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit principale propoſitum ex prioribus ſuppoſitis tali ratione. Neceſſe eſt, quòd homo ſit animal bipes. quod patet ex præhabitis. Hæc enim eſt ratio, quam hoc nomen ſignificat. Sed quod neceſſe eſt eſſe, non contingit non eſſe. hoc enim ſignificat neceſſarium, ſcilicet non poſſibile non eſſe, vel non contingens non eſſe, vel impoſſibile non eſſe: ergo impoſſibile eſt ſiue non contingens, vel non poſſibile hominem non eſſe animal bipes. Sic ergo patet, quòd non cõtingit utrunque uerum eſſe affirmationem & negationem, ſcilicet quòd ſit animal bipes, & quòd non ſit animal bipes. Et eadem ratio ex ſignificationibus nominum ſumpta, poteſt accipi de non homine, quia neceſſe eſt non hominem eſſe, non animal bipes, cum hoc ſignificet nomen: ergo impoſſibile eſt eſſe animal bipes. Ea autem, quæ ſupra mõſtrata ſunt, ualent ad propoſitũ, quia ſi conſideretur, quòd homo & non homo idem ſignificarent, uel quod hoc nomen, homo, ſignificaret eſſe hominẽ, & non eſſe hominẽ, poſſet aduerſarius negare iſtã: neceſſe eſt hominem eſſe animal bipes. Poſſet enim dicere, ꝙ non magis neceſſarium eſt dicere hominem eſſe animal bipes, quàm non eſſe animal bipes, ſi hæc nomina homo & non homo idem ſignificarent: uel, ſi hoc nomen homo vtrumque ſignificet, ſcilicet id, quod eſt eſſe hominem: & id, quod eſt non eſſe hominẽ. Deinde cum dicit.

g ¶ Hic probat quoddam, quod ſuppoſuerat. Ad probandum autem, quod hoc nomen homo non ſignificat id, quod eſt non eſſe hominem, aſſumpſit, quòd id, quod eſt eſſe hominem. & id, quod eſt non eſſe hominem, ſint diuerſa, quàmuis verificentur de eodem. Et hoc intendit hic probare, tali ratione.

ſi homo ſignificat nõ ſolum de vno, ſed & vnum. Nõ. n. hoc dignamur vnum ſignificare quod de vno, quoniam ſic itaque muſicus, & album, & homo, vnum ſignificarent. Quare vnum omnia erunt. ſynonyma namque. & nõ erunt eſſe & non eſſe idem, niſi ſecundum æquiuocationem. vt ſi quem nos hominẽ vocamus, alij non hominem vocant. Dubitatum vero nõ hoc eſt, ſi cõtingit ſimul idem eſſe & non eſſe hominem, ſecundum nomẽ, ſed ſecundum rem. G

e Si autem non ſignificet alterum homo & non homo, palã, quia non eſſe hominem nõ erit diuerſum ab eſſe hominẽ. quare erit hominem eſſe nõ hominem eſſe. unum. n. erunt: hoc. n. ſignificat eſſe vnum, vt veſtimentum & indumentũ, ſi ratio vna. Si vero erunt vnum, & vnum ſignificat hominem eſſe, & non hominem, ſed oſtenſum eſt, ꝙ alterum ſignificat. H

f Neceſſe itaque ſi quidem eſt verum dicere, quia homo animal eſſe bipes, hoc. n. erat quod ſignificat homo. Sed ſi hoc neceſſe, non contingit non eſſe hoc ipſum animal bipes. Hoc. n. ſignificat neceſſe eſſe, impoſſibile non eſſe hominem. Non igitur contingit ſimul verum eſſe, dicere idem hominem eſſe, & non eſſe hominem. Eadem autem ratio & non de eſſe hominem. I

g Nam hominem eſſe, & non hominem eſſe, alterum ſignificat. ſiquidem album eſſe, & hominem eſſe, alterum, multum enim opponitur illud magis, quare ſignificat diuerſum. Si autem & album dixerit idem ſignificare, & vnum ratione, idẽ dicemus quod & prius dictum eſt, ꝙ vnum omnia ſunt, & non ſolum oppoſita. Si autem hoc nõ contingit, contingit quod dictum eſt. K

F *homo quidem non ſolum de vno, ſed etiam vnum ſignificat. Non enim hoc dicimus vnum ſignificare, quod de vno, hoc enim modo, muſicum etiam, & album, & homo vnum ſignificarent, quare vnum omnia erunt, vniuoca nanque. & non erit eſſe & non eſſe idem, niſi ſecundum æquiuocationem, ſicuti ſi quem nos hominem nominamus, alij nõ hominem vocarent. Quod autem dubitatur, non eſt hoc, ſi contingit ſimul idem eſſe, & non eſſe hominem nomine, ſed re.*

Si autem non alterum ſignificat homo & non homo, patet quod nec non eſſe homini ab eo, quod eſt eſſe homini. quare homini eſſe, erit non homini eſſe. vnum nanque erit. hoc enim ſignificat vnũ eſſe, ſicut tunica & veſtis, ſi ratio vna. Si autem erit vnum, vnum ſignificat homini eſſe, & non homini. verum monſtratum eſt quòd aliud ſignificat.

Neceſſe igitur, ſi quid eſt verum dicere quòd homo, animal eſſe bipes, hoc enim erat, quod ſignificabat homo. Si autem neceſſe eſt, non poteſt idem non eſſe animal bipes. Hoc namque ſignificat ipſum neceſſe eſſe, quod impoſſibile eſt, non eſſe hominem. non contingit ergo ſimul verum eſſe, idem dicere hominem eſſe & non eſſe hominem. Eadem ratio eſt & de non eſſe hominem.

Homini nanque eſſe & non eſſe homini, diuerſum ſignificat. ſiquidem & album eſſe & hominem eſſe, diuerſum, multo enim magis illud opponitur, quare diuerſum ſignificat. Si autem album aliquis dicat vnum & idem ſignificare, rurſus idem dicemus, quod & antea dictum eſt, quòd omnia unum ſunt, & non ſolum oppoſita. Quòd ſi hoc non contingit, accidit quod dictum eſt.

Magis

Magis opponuntur eſſe hominem & non eſſe hominem, quam homo & album: ſed homo & album ſunt diuerſa ſecundum rationem, licet ſint idem ſubiecto: ergo & eſſe hominem & non eſſe hominem, ſunt diuerſa ſecundum rationem. Minorem ſic probat. Si.n. omnia, quæ dicuntur de eodem, ſunt vnum ſecundum rationē quaſi ſignificatio uno nomine, ſequitur, ꝙ omnia ſunt vnum, ſicut ſupra dictum eſt, & expoſitum. Si ergo hoc non contingit, continget illud, quod dictum eſt, ſ. quod eſſe hominem, & non eſſe hominem, ſunt diuerſa. Et per conſequens ſequitur vltima concluſio ſupradicta, ſ. quod homo ſit animal bipes. & ꝙ impoſſibile eſt ipſum eſſe non animal bipes. Deinde cum dicit. parte.8.

h Si reſpondeatur ad interrogatum. Si autem apponat interroganti ſimpliciter, & negationes non reſpondetur ad interrogatum. Nihil.n. prohibet idē & hominem & album: & alia mille ſecūdū pluralitatem. Attamen interrogante, ſi verū eſt dicere hominem hoc eſſe, aut non, reſpondendum eſt vnum ſignificatum, & non addendum quia & album & nigrum & magnum. Etenim impoſſibile infinita entia accidētia permeare. aut igitur omnia permeantur, aut nullum. Similiter etiam ſi millies eſt homo idē & non homo, non eſt correſpōdendum interroganti, ſi eſt homo: quia eſt ſimul & non homo, ſi non & alia quæcunque acciderunt ſunt correſpondentia, quæcunque ſunt, aut non ſunt. Si autē hoc non fecerit, non diſputat.

B

Si ad interrogatum reſpondeat. Si vero ſimpliciter interrogante, addat & negationes, non reſpondet ad interrogatum. nihil enim prohibet idem & hominem, & album, & alia infinita multitudine eſſe. Attamen interroganti: ſi verē eſt dicere hoc hominem eſſe, an non, id reſpondendum eſt, quod, vnum ſignificat, & non addendum, quod & albū & magnum, impoſſibile namque eſt accidentia, cum infinita ſint percurrere, aut igitur omnia percurrat, aut nullum. Similiter & ſi infinities idem eſſet homo & non homo, interrogatus ſi homo eſt, non debet vna cum eo, quod ſimul etiam non homo reſpondere, niſi cætera quoque, quæcunque acciderunt quæcunque eſt, aut non eſt reſpondeat. hoc autem ſi non fecerit, non diſputat.

C

h ¶ Excludit quandā cauillationem, per quam prædictus proceſſus poſſet impediri. Poſſet.n. aduerſarius interrogatus: an neceſſe ſit hominem eſſe animal bipes, non reſpondere affirmationem, uel negationem, ſed dicere, neceſſe eſt hominem eſſe animal bipes, & non eſſe animal bipes. Hoc autem excludit hic Philoſophus dicens, prædictam concluſionem ſequi, dummodo uelit reſpondere ad interrogatum ſimpliciter. Si autem interroganti ſimpliciter de affirmatione, velit addere negationem in ſua reſponſione, vt dictum eſt, non ad interrogatum reſponderet. Quod ſic probat. Contingit enim vnam & eandem rem eſſe hominem & albū & mille alia huiuſmodi. Hic tamen ſi quæratur: verum homo ſit albus, reſpondendum eſt ſolum id, quod uno nomine ſignificatur, nec ſunt addēda alia omnia. Verbi gratia, ſi quæratur: vtrum hoc ſit homo, reſpondendū eſt, ꝙ eſt homo. Et non eſt addendum, quòd eſt homo & albus & nigrus & ſimilia: quia oportet omnia quæ accidunt alicui, ſimul reſpondere, aut nullum: omnia autem ſimul non poſſunt, cum ſint infinita. Infinita enim eidem accidunt, ad minus ſecundum relationes ad infinita antecedentia & conſequentia, & infinita non eſt pertranſire. In reſpondeo ergo, nullum eorum, quæ accidunt quæſito eſt reſpondendum, ſed ſolum quod quæritur. Licet ergo ſupponatur millies quod ſit idem homo & non homo, cum tamen quęritur de homine, non eſt reſpondendum de non homine, niſi reſpondeantur omnia, quæ poſſunt homini accidere. Si enim hoc fieret non eſſet diſputandum, quia nunquam compleretur diſputatio, cum impoſſibile ſit infinita pertranſire. Deinde cum dicit.

Text.c. 15. parte.9.

i Omnino uero deſtruunt qui hoc dicunt ſubſtantiam, & quod quid erat eſſe. omnia namq; accidere dicere eis eſt neceſſe. & vere hominem eſſe, aut animal eſſe & nō eſſe. Nam, ſi quid fuerit quod eſt hominis eſſe, hoc non erit nō hominē eſſe, aut non eſſe hominem. etenim hæ ſunt negationes huius. Vnum enim erat quod ſignificabat nomen, & hoc erat alicuius ſubſtantia. Significare uero ſubſtantiam eſt, ꝙ non aliud aliquid eſſe ipſi. Si autem fuerit quod eſt eſſe hominē ipſi quod non hominem eſſe, eſſe hominē aliud erit. Quare, dicere eos eſt neceſſe, quia nullius talis erit ratio, ſed omnia ſecundum accidēs. Hic enim determinata eſt ſubſtantia & accidens. Accidit.n. album homini, quia eſt albus, ſed non quod uere album.

Et qui hoc dicunt, omnino perimunt ſubſtantiam, & ipſum quod erat eſſe. neceſſe eſt namque eis dicere omnia accidere, & ipſum homini eſſe, aut animali eſſe non eſſe. Si enim quicquam erit ipſum homini eſſe, hoc non erit non homini eſſe, aut non eſſe homini, tametſi hæ ſunt eius negationes. vnum namque erat, quod ſignificabat, & hoc erat alicuius ſubſtantia. ſubſtantiam vero ſignificare eſt quod non eſt ei eſſe aliud quippiam. Si autem ipſum homini eſſe erit ei ipſum non homini eſſe., aut ipſum non eſſe homini, aliud erit. Quare neceſſe eſt eis dicere quod nullius. talis ratio erit, ſed omnia ſecundum accidens. hoc enim ſubſtantia & accidens differunt. Albedo etenim homini accidit, quoniam eſt quidem albus, ſed non eſt ipſa albedo.

D

i ¶ Ponit ſecundam rationem, quæ ſumitur ex ratione prædicati ſubſtantialis & accidentalis, quæ talis eſt. Si affirmatio & negatio verificantur de eodem, ſequitur, quod nihil prædicabitur in quid, ſiue ſubſtantialiter, ſed ſolum per accidens. Et ſic in prædicatis per accidens, erit procedere in infinitum. ſed hoc eſt impoſſibile: ergo & primum. Circa hanc rationem duo facit. Primo ponit conditionalem. Secundo probat deſtructionem conſequentis ibi [Si vero omnia ſecundum accidens &c.] Circa primum ſic procedit dicens, quod illi, qui hoc dicunt ſcilicet affirmationem & negationem ſimul eſſe uera, omnino deſtruunt [ſubſtantiam] ideſt ſubſtantiale prædicatum, [& quod quid erat eſſe] id eſt quod prædicatur in eo quod quid. Neceſſe eſt.n. eis dicere [quòd omnia accidunt] id eſt per accidens prædicantur, & quod non ſit hominem eſſe, aut animal eſſe, & quod non ſit quod ſignificet quid eſt homo, aut quid eſt animal. Quod ſic probat. Si aliquid eſt quod eſt hominem eſſe, ideſt quod quid eſt homo ſubſtantialiter, ſcilicet de homine prædicatum, illud non erit non eſſe hominem, nec erit eſſe non hominem. Hai⁹ enim quod eſt, eſſe hominem, ſunt prædictæ duę negationes, ſcilicet non eſſe hominem, vel eſſe non hominem. Patet ergo, quod affirmatio & negatio non uerificantur de eodem, quia ſcilicet de eo, quod eſt eſſe hominem, non verificatur non eſſe hominem, uel eſſe non hominem. Conditionalem autem poſitā, quod ſi aliquid ſit quod quid eſt homo, quòd illud non ſit non eſſe hominē vel eſſe non hominem, ſic probat. Propoſitum eſt enim ſupra & probatum, ꝙ hoc quod ſignificat nomen, eſt vnum. Et iterum eſt poſitum, ꝙ illud, quod ſignificat nomen, eſt ſubſtantia rei, ſcilicet quod quid eſt res. Vnde patet, part. ſeq. huius lect.

E

quod aliquid ſignificat ſubſtantiam rei. & idem quod eſt ſignificatum, non eſt aliquid aliud. Si igitur illud quod eſt eſſe hominem. ſiue quod quid eſt homo fuerit, vel non eſſe hominem uel eſſe non hominem, conſtat quidem quod erit alterum a ſe. Vnde oportet dicere, quod non ſit diffinitio ſignificans quod quid eſt eſſe rei, ſed ſequetur ex hoc, quod omnia prædicentur ſecundum accidens. In hoc enim diſtinguitur ſubſtantia ab accidente, ideſt prędicatum ſubſtantiale, ab accidentali, quia vnumquodque eſt vere id, quod prędicatur ſubſtantialiter de eo: & ita non poteſt dici illud. quod prædicatur ſubſtantialiter, eſſe non vnum quia quælibet res nō eſt niſi vna. Sed homo dicitur albus, quia albedo vel album accidit ei. Non autem ita, ꝙ ſit id, quod vere eſt album, vel albedo. Ergo non oportet, quod id, quod pręedicatur per accidens, ſit unum tantum, ſed multa poſſunt per accidens prędicari. Subſtantiale vero prędicatum eſt unum tantum. Et ſic patet, quod ita eſt eſſe hominem, quod non eſt non eſſe hominem. Si autem vtrumque fuerit, iam ſubſtantiale prędicatum non erit unum tantum, & ſic non erit ſubſtantiale ſed accidentale. Deinde cum dicit.

K ¶ Deſtruit

k ¶ Deſtruit conſequens, oſtendens hoc eſſe impoſſibile, q; aliquid nõ prædicetur ſubſtantialiter, ſed oĩa accidentaliter: quia, Lect. 14 ſi oĩa per accidens prædicentur, non erit aliquid prædicatũ vniuerſale. Dr̃ autem hic prædicatum vniuerſale, ſicut in Poſterioribus ſtm q; prædicatur de aliquo per ſe, & ſecundum q; ipſum Tex. cõ. 14. parte. 2. eſt. Hoc autem eſt impoſſibile, quia, ſi ſem per aliquid prædicatur de altero p accidẽs, oportet, q; accidentalis prædicatio procedat in infinitum, qđ eſt impoſſibile hac rõne. Prædicatio enim accidentalis nõ complectitur niſi duos modos. Vnus modus ẽ, ſecundum q; accidẽs de accidente prædicat per accidens. & hoc ideo, q̃a ambo accidunt eidẽ ſubiecto: ſicut albũ prædicat de muſico, q̃a ambo accidunt homini. Alius modus eſt, quo accidens prædicatur de ſubiecto, ſicut Socra. dr̃ muſicus, non quia ambo accidunt alicui alteri ſubiecto, ſed quia vnũ eorũ accidit alteri. Cũ igitur ſunt duo modi prædicationis p accidens, in neutro contingit eſſe prædicationem in infinitum. Conſtat.n. q; illo modo, quo accidens p̃dicatur de accidẽte, nõ cõtingit abire in infinitum: quia oportet deuenire ad ſubiectum. Iam.n. dictũ ẽ, q; hæc ẽ rõ p̃dicationis huius, quia ambo prædicant de vno ſubiecto. Et ſic deſcendendo a prædi- Tex. cõ. 15. part. prima. cato ad ſubiectũ contingit inuenire pro termino, ipſum ſubiectum: ſed illo mõ part. 2. p̃dicãdi per accidẽs quo accidens prædicat de ſubiecto, vt cũ dr, Socr. eſt albus, nõ contingit abire in infinitum i ſuperius aſcendendo a ſubiecto ad prædicatum, ita vt dicamus, quòd Socrati accidit albũ, & quod Socra. albo accidit aliqđ aliud. hoc enim non poſſet eſſe, niſi duobus modis. Vno modo, quia ex albo & Soc. fieret vnũ. & ſic ſicut Socr. eſt vnum ſubiectum albedinis, ita Soc. albus eſſet ſubiectum alterius accidentis. hoc autẽ non põt eſſe, quia non fit aliquid vnum ex omnibus, quibuſcunque prædicatis. Ex ſubiecto enim & accidente non fit vnum ſimpliciter, ſicut fit vnum ex genere & differentia. vnde non poteſt dici, q; Soc. albus ſit vnum ſubiectum. Alius modus eſſet, quòd ſicut Socr. eſt ſubiectum albi, ita ipſi albo inſit aliqđ aliud accidens, vt muſicum. Sed hoc etiã non poteſt eſſe propter duo. Primo, quia non erit aliqua ratio, quare muſicum dicatur magis accidere albo, quam econuerſo. Vnde non erit ordo inter album & muſicum, ſed econuerſo, reſpicient ſe adinuicem. Secundo, quia ſimul cum hoc diffinitum eſt, vel determinatũ, quod iſte eſt alius modus prædicandi per accidens, in quo accidens prædicatur de accidente, ab illo modo, quo accidens prædicatur de ſubiecto, vt muſicum de Socra. In illo autem modo, de quo nunc loquitur, non dicitur prædicatio accidentalis: quia accidens prædicetur de accidente, ſed illo modo, quo prius locuti ſumus. Sic igitur manifeſtum eſt, quòd in accidentali prædicatione nõ eſt abire in infinitum. Quare patet, quòd non omnia prædicantur ſecundum accidens. Et vlterius, quòd aliquid erit ſignificans ſubſtantiã; & vlterius, quòd contradictio non verificatur de eodem. Sciẽdum autem eſt circa prædictam rationem, quod licet accidens non ſit ſubiectum alterius, & ſic non ſit ordo accidentis ad accidens quantum ad rationem ſubijciendi, eſt tamen ordo quantum ad rationem cauſæ & cauſati. Nam vnum accidens eſt cauſa alterius, ſicut calidum & humidum dulcis, & ſicut ſuperficies coloris. Subiectum enim per hoc, quòd ſubijcitur vni accidẽti, eſt ſuſceptiuum alterius.

k Si vero oĩa ſtm accidẽs dicãtur, nullũ erit primũ vniuerſale. Si aũt ſp accidẽs de ſubiecto aliquo ſignificat p̃dicationẽ, in infinitũ ergo neceſſe eſt ire. ſed impoſſibile. neq.n. plura. duob. eõplectitur. accidens.n. accñti nõ accidit, niſi q̃a ambo eidẽ accidũt. dico aũt, vt albũ muſico, & homo albo: quia homini ambo accidunt, ſed nõ Socrates muſicus: itaq; ambo accidunt alicui G alteri. Qm̃ igitur hæc quidẽ ita, illa vero illo mõ dicũtur accidẽtia, q̃cũq; ſic dicunt, vt albũ Socrati, nõ contingit infinita eſſe in ſuperius, vt Socrati albo alterum aliquid accidens. Non.n. fit vnum aliquid ex oĩbus, nec itaque albo erit aliqđ aliud accidẽs vt muſicus. Nihilo enĩ magis hoc illi, quã illud huic accidit. Et ſimul determinatum eſt, q̃a hæc H quidẽ ita accidunt, hæc aũt vt muſicus Socrati, quæcunq; vero ſic non accidenti accidunt p accidens, ſed quæcũq; illo mõ: quare non oĩa ſecundum accidens dicuntur, erit igitur aliquid etiam, vt ſubſtantiam ſignificãs. Si autem hoc, oſtẽſum eſt, quia impoſſibile eſt ſimul prædicari contradictiones.

Si autem omnia ſecundum accidens dicuntur, nihil erit primum vniuerſale. Si autem accidens ſemper de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationem, neceſſe eſt in infinitum progredi. ſed impoſſibile eſt, plura enim quam duo non conueniunt, accidens.n. non eſt accidenti accidens, niſi quia vtrumque eidẽ accidit. dico autem veluti albũ eſt muſicum, & hoc album, quoniam vtrunq; homini accidit, ſed nõ ita Socrates muſicus, quoniam vtrunque alicui alteri accidit. Cum itaq; quædam ita, quædam aliter accidentia dicantur, quæcunque ita dicuntur, vt album Socrati, non poſſunt infinita ſurſum verſus eſſe, vt Socrati albo alterum aliquod quoque accidens, non enim fit aliquod vnum ex omnibus, nec albo aliquid aliud accidens erit, vtputa muſicum, non enim magis hoc illi, quam illud huic accidit. Et ad hęc diſtinctum eſt, quod quædam ita accidunt, quędam, vt muſicum Socrati. Quotcunq; vero hoc modo, non accidenti accidit accidens, ſed quotcunq; illo modo. quare non omnia ſecundum accidens dicentur, erit ergo aliquid tanquam ſubſtantiam ſignificans. quod ſi eſt, monſtratum eſt quod impoſſibile eſt ſimul contradictiones prædicari.

LECTIO VIII.

a AMplius, ſi cõtradictiones I ſimul de eodem veræ ſunt omnes, palã, qđ oĩa vnũ erunt. Erũt.n. idem triremis & murus & homo, ſi de oĩ aliquid aut affirmare, aut negare contingit. b Quẽadmodũ eſt neceſſe dicẽtib. rõnẽ Pytagoræ. Nã alicui, ſi videat nõ triremis hõ, palã quia nõ triremis. Quare & eſt, ſi contradictoria vera. Et fit itaq; Anaxagoræ ſimul res oẽs eſſe, vt nihil vere ſit vnũ. Indefinitum igit̃ vĩr dicere. & putãtes dicere ens, K de non ente dicunt. Nam poteſtate ens, & non endelechia, indefinitum erit.

LECTIO VIII.

ITem, ſi contradictiones ſimul veræ I de eodem omnes, patet quod omnia erunt vnum, erit etenim idem & triremis, & paries, & homo, ſi de omni contingit quicquam affirmare, aut negare.

Sicuti illis neceſſe, qui Protagoræ opinionem ſequuntur, ſi enim cuiquã videatur homo non eſſe triremis, patet quod non erit triremis, ſed etiam eſt, ſi contradictio quidem vera eſt, & certe fit quod Anaxagoras aiebat, ſimul omnes res eſſe. ita vt nihil vere vnum ſit. Indefinitum itaq; videatur dicere: & K putantes de ente tractare, de non ente dicunt, quod enim potentia, & nõ actu eſt, illud eſt indefinitum.

LECT. VIII.

a POnit tertiam rationem, quæ ſumitur ex vno & diuerſo: & eſt ratio talis. Si affirmatio & negatio verificantur ſimul de eodem, omnia ſunt vnum. Hoc autem eſt falſum, ergo & primum. Circa hanc rationem tria facit. Primo, ponit conditionalem, & exemplificat: quia ſcilicet ſequeretur, ſi contradictiones ſimul verificantur de eodem, quod idem eſſet triremis, ideſt, nauis habens tres ordines remorum, & murus, & homo. Secundo cum dicit:

b ¶ Oſtendit quòd idem inconueniens ſequitur ad duas alias poſitiones. Primo ad opinionem Pythagoræ, qui dicebat, q; quicquid alicui videtur, hoc totum eſt verum: quia ſi alicui videtur, q; homo non ſit triremis, non erit triremis, & ſi alicui videtur quod ſit triremis, erit triremis. & ſic erunt contradictoria vera. Secũdo ad opinionem Anaxagoræ, q. T. com. 37. dicebat omnes res ſimul eſſe, quaſi nihil ſit vere vnum ab alijs determinatum, ſed omnia ſunt vnum in quadam confuſione. Dicebat enim, quod quodlibet ſit in quolibet, ſicut in primo T. com. 27. Phyſicorum oſtenſum eſt. Quod ideo accidebat Anaxagoræ, quia ipſe videtur loqui de ente indeterminato, ideſt, quod nõ eſt determinatum in actu. Et cum putaret loqui de ente perfecto, loquebatur de ente in potentia, ſicut infra patebit. Quod autem eſt in potentia, & non [endelechia] ideſt in actu, eſt indefinitum.

ind-finitum. Potentia.n.non finitur niſi per actū. Tertio cū dicit.
c ¶ Probat conditionalem primo propoſitam eſſe veram. & primo quantum ad hoc, quod omnia affirmatiue dicta vnum eſſent. Secundo quantum ad hoc, quod affirmationes aliis negationibus non diſtinguerentur in veritate & falſitate, ibi [Et quia non eſt neceſſe &c.] Dicit ergo primo, quod illud primum eſt ab eis ſupponendum, ex quo ponunt affirmationem & negationem ſimul uerificari de eodem, quod de quolibet eſt affirmatio & negatio vera. Conſtat. n. quod de unoquoque magis uidetur prædicari negatio alterius rei, quam negatio propria. Inconueniēs enim eſſet, ſi alicui ineſſet ſua negatio, & non ineſſet negatio alterius rei, per quam ſignificatur, ꝙ illa res non ineſt ei: ſicut, ſi uerum eſt dicere, quod homo non eſt homo, multo magis eſt uerum dicere, ꝙ homo nō eſt triremis. Patet ergo, quòd de quocunque neceſſarium eſt prædicari negationem, quod prædicatur de eo affirmatio. Et ita per conſequens prædicabitur negatio, cum affirmatio & negatio ſint ſimul uera: aut ſi non prædicabitur affirmatio, prædicabitur negatio alterius magis quam negatio propria. Sicut, ſi triremis non prædicatur de homine, prædicabitur de eo non triremis, multo magis, quam nō homo. Sed ipſa negatio propria prædicatur, quia homo non eſt homo: ergo & negatio triremis prædicabitur de eo, ut dicatur, ꝙ homo non eſt triremis. Sed, ſi prædicatur affirmatio, prædicabitur negatio, cū ſimul uerificentur: ergo neceſſe eſt quod homo ſit triremis, & eadem ratione quolibet aliud. Et ſic omnia erunt onum. Hoc igitur contingit dicentibus hanc poſitionem, ſ. quod contradictio uerificetur de eodem. Deinde cum dicit.

part. 4.

d ¶ Deducit aliud inconueniens, quod. ſ. non diſtinguatur negatio ab affirmatione in falſitate, ſed utraque ſit falſa. Dicit ergo, quod non ſolum prædicta inconuenientia ſequuntur ad prædictam poſitionem. ſed etiam ſequitur, quod non ſit neceſſarium [affirmare & negare] idest ꝙ non ſit neceſſarium, affirmationem uel negationem eſſe ueram ſed contingit utramque eſſe falſam: & ſic non erit diſtantia inter uerum & falſum. Quod ſic probat. Si uerum ſit. ꝙ aliquid ſit homo & non homo, uerum eſt ꝙ id non erit homo, nec erit non homo. Et hoc patet. horum enim duorum, quæ ſunt homo & nō homo, ſunt duæ negationes, ſ. nō

A

e Sed dicenda eſt ipſis de omni affirmatio & negatio. Inconueniens enim, ſi unicuique ſua quidem negatio ineſt, quæ vero alterius quidem non ineſt ei. Dico autem, ut uerum eſt dicere hominem, quia non homo, palam ꝙ & non triremis. Ergo, ſi affirmatio, neceſſe & negationem. Si autem exiſtat affirmatio, negatio alia inerit magis quā illa, quæ ſua. ergo & ſi illa ineſt, inerit quæ & ipſius triremis: ſi autem hoc, & affirmatio. Hoc ergo contingit hanc dicentibus rationem.

B

d Et quia non eſt neceſſe aut dicere, aut negare. Nam, ſi uerum eſt quia homo & non homo, palam quia nec homo, nec non homo erit. nam duorum duæ negationes. Si autem una ex utriſque illa, & una utique erit oppoſita.

C

e Amplius aut circa omnia ita ſe habet, & eſt album; & non eſt album: & ens, & non ens, & circa alias dictiones et negationes modo ſimili, aut non, ſed circa quaſdam ſic, circa quaſdam autē non. & ſi quidem non circa omnes, hæ utique erunt confeſſę. Si uero circa omnes, iterum aut de quibuſcunque dicere & negare, & de quibuſcunque negare & dicere: aut de quibus quidem dicere & negare, ſed de quibuſcunque negare nōn de omnibus dicere. Et ſi ſic, ërit aliquid firmiter non ens, & hæc erit firma opinio. Et ſi ipſum non firmū aliquid ſit & notum, notior utique erit dictio quam oppoſita negatio. Si uero negando ſimiliter & quæcunque contingit negare dicere, neceſſe eſt de his aut diuidentem uerum dicere, ut quod album, & iterum ꝙ non album, aut non. Et ſiquidem non uerum, diuidentem dicere, non dicet ea, & non erit ni-

D

E

At vero dicenda eſt eis de omni aut affirmatio, aut negatio. inconueniens nāque eſt, ſi cui ſua quidem negatio inerit, alterius vero, quod non ineſt ei, non inerit. dico autem vtputa, ſi verum eſt dicere de homine; quod non eſt homo, manifeſtum eſt quòd etiam non triremis eſt. Si affirmatio igitur, neceſſe eſt etiam negationem ineſſe; quod ſi affirmatio non ineſt, negatio tamen inerit, magis quàm quæ ipſius eſt, ſi igitur & illa ineſt, inerit triremis negatio. & ſi hæc, etiam affirmatio. Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationem dicunt.

Et quod non eſt neceſſe, aut affirmare, aut negare. nam ſi verum eſt quòd homo, & non homo, patet quòd nec homo, nec nō homo erit. duorum enim duæ negationes. quòd ſi illa ex vtriſque vna, & hæc vna perfectio oppoſita eſſet.

*Item aut in omnibus ita ſe habet, & eſt album, & non album; & ens & non ens, & circa cæteras affirmationes & negationes ſimili modo, aut non, ſed circa aliquas, circa vero aliquas non. Et ſi non circa omnes, iſtæ vtique certæ eſſent. Quòd ſi circa omnes, rurſus, aut de quibuſcunque eſt affirmare, etiam negare eſt, & de quibuſcunque negare, etiam affirmare; aut de quibus quidem eſt affirmare, etiam negare eſt: de quibuſcunque vero negare, non de omnibus eſt affirmare. & ſi ita, eſſet aliquid vtique pro certo non ens, & hæc firma opinio, ꝙ ſi ipſum non eſſe, certum quid, & notum eſt, notior erit oppoſita affirmatio. Quòd ſi quodcunque eſt negare, ſimiliter etiam affirmare neceſſe ſit, aut verum eſt diuidendo dicere, vt puta album, & rurſus quod non album, aut non. Et, ſi non eſt verum diuidendo dicere, neque dicit hæc, nihilque prorſus ſunt illa ſane, quæ non ſunt, quo loquentur, aut * ambulabunt? Et, vt etiam antea dictum eſt, omnis*

homo & nō homo: ſi aūt ex primis duobus fiat vna propoſitio, vt dicamus Soc. nō eſt homo. nec non hō, ſequitur ꝙ nec affirmatio, nec negatio ſit vera. ſed vtraque falſa Deinde cum dicit.
e ¶ Ponit quartā rōnem, quæ ſumitur ex certitudine cognitionis. & eſt talis. Si affirmatio & negatio ſimul verificantur aut ita eſt in oībus, aut ita eſt in quibuſdā, & in qbuſdā nō. Si aūt non eſt verū in oīb. illæ, in qb. nō eſt verū. erūt [cōfeſſæ], i. ſimpliciter & abſolute concedendæ, vel [erunt certæ], i. certitudinaliter vere ſecundum aliam tranſlationē. i. in eis ita erit vera negatio, ꝙ affirmatio erit falſa, vel ecōuerſo. Si aūt hoc eſt verum in oībus, ꝙ contradictio verificetur de eodē hoc contingit dupliciter. Vno mō, ꝙ de qbuſcūque ſunt veræ affirmationes ſunt veræ negationes, & ecōuerſo. Alio mō, ꝙ de quibuſcūque verificant affirmationes verificētur negationes, ſed non econuerſo. Et ſi hoc ſecūdū ſit verū, ſequit hoc inconueniens, ꝙ aliquid firmiter vel certitudinaliter eſt non ens, & ita erit firma opinio, q ſcilicet eſt de negatiua. Et hoc ideo, quia negatiua ſemp ē vera, eo ꝙ quæcunq; eſt affirmatiua uera, eſt ēt negatiua uera. Nō aūt affirmatiua ſemper erit uera quæ poſitū eſt, ꝙ nō de quocūq; eſt uera negatiua, ſit uera affirmatiua, & ita negatiua erit firmior & certior q̄ affirmatiua. Quod videtur eſſe falſum, quia dato, ꝙ nō eſſe ſit certū & notū, tñ ſemper erit certior affirmatio q̄ negatio ei oppoſita, quia ueritas negatiuæ ſp dependet ex ueritate alicuius affirmatiuæ. Vnde nulla cōcluſio negatiua infert, niſi in pmiſſis ſit aliqua affirmatiua. Cōcluſio vero affirmatiua ex negatiua nō probat. Si aūt dicat primo modo, ſ. ꝙ de qbuſcūq; eſt affirmare, ita de eis eſt negare, ſimiliter de quibuſcūq; eſt negare, de eis eſt affirmare, ut ſ. affirmatio & negatio conuertantur. Hoc contingit dupliciter, quia, ſi ſemper negatio & affirmatio ſunt ſimul ueræ, aut erit diuiſim dicere de utraq; quòd ſit uera. v.g. ꝙ ſit diuiſim dicere, ꝙ hæc eſt uera. Homo eſt albus. & iterum hæc eſt vera Homo non eſt albus: aut non eſt diuiſim utramq. dicere ueram. ſed ſolum cōiunctim, ut dicamus, ꝙ hæc copulatiua ſit uera. Homo eſt albus & homo non eſt albus. Et ſiquidem dicamus hoc ſecundo modo, ut. ſ. non ſit utraque uera diuiſim, ſed ſolum coniunctim, tunc ſequuntur duo inconuenientia, quorum primum eſt, ꝙ [non dicet ea], i. ꝙ non aſſeret nec affirmationem nec negationē, & ꝙ ambæ [erunt nihil], i.

* al. intelligent.

quòd

quò l ambæ ſint falſæ , vel ſecundum aliam tranſlationem [& non erit nihil] i. ſequitur q nihil ſit verum , nec affirmatio nec negatio. Et ſi nihil eſt verum, nihil poterit dici nec intelligi. Quomodo .n. aliquis pronũciabit vel intelliget non entia ? q. d. nullo modo. Secundum inconueniens eſt , quia ſequitur quod omnia ſint unum , quod in priori rõne eſt dictum . Sequitur enim , quòd ſit idem homo & Deus & triremis, & etiam cõtra dictiones eorum. ſ. non homo & non Deus & non triremis . Et ſic patet , q ſi affirmatio & negatio ſimul dicuntur de vnoquoque , tunc nihil differt vnum ab alio . Si enim vnũ ab alio differret , oporteret quod aliquid diceretur de vno , quod non diceretur de alio Et ſic ſequeretur, quod aliquid eſſet verum determinate & propriũ huic rei , quod non conueniret alteri . & ſic non de quolibet verificaretur affirmatio uel negatio. Conſtat autem, quod ea, quæ nullo modo differũt, ſunt unum , & ita ſequitur omnia vnum eſſe. Si autẽ dicatur primo modo , ſcilicet q non ſolum coniunctum eſt dicere affirmationem & negationem , ſed etiã diuiſim , ſequuntur quatuor inconuenientia . quorum unum eſt , quod hæc poſitio [ſignificat ipſum dictum] ideſt demonſtrat hoc eſſe uerum, quod immediate eſt dictum. Vnde alia litera habet. [Accidit quod dictum eſt] , ſ. q omnia ſunt unum , quia ſic etiam ſimiliter affirmatio & negatio de unoquoque dicetur , & non erit differentia vnius ad aliud. Secundũ eſt quod oẽs verum dicerent, quia quilibet, vel dicit affirmationem uel negationem, & utraque eſt uera , & omnes mentientur quia cõtradictorium eius, quod quiſque dicit erit verum. Et idem etiam homo ſeipſum dicere falſum confitetur , quia cum dicit negationem eſſe ueram, dicit ſe falſum dixiſſe, cum dixit affirmationem. Tertiũ eſt , quia manifeſtum eſt, quòd adhuc non poterit eſſe perſcrutatio uel diſputatio non enim poteſt diſputari cum aliquo , qui nihil concedit. Ille .n. nihil dicit, quia nec dicit abſolute , quòd eſt ita nec dicit quòd non eſt ita, ſed dicit quòd eſt ita , & non eſt ita . Et iterum ambo ea negat dicens, quod nec eſt ita, nec non ita, ſicut ex præcedenti ratione apparet. Si enim nõ omnia iſta neget , ſequitur quòd ipſe nouerit aliquid determinate uerum, quod eſt contra poſitum . Vel ſecundum quòd alia tranſlatio habet & planius. [Iam utique erit determinatum.] Quartum ſequitur per diffinitionem ueri & falſi. uerum enim eſt cũ dicitur eſſe quod eſt, uel non eſſe quod non eſt. Falſum autem eſt cum dicitur non eſſe, quod eſt, aut eſſe, quod non eſt. Ex quo patet per diffinitionem ueri & falſi , quòd quando affirmatio

T. com. 19.

par. prima.

hil. non entia autem quomodo utiq; pronunciabunt, aut ibunt ? Et oĩa vtiq; erũt vnũ, vt prius dictum eſt , & idẽ erit homo & Deus & triremis. & ipſorũ cõtradictionis . Similiter ſi de vno quoque , nihil differret aliud ab alio. Nãque ſi differret, erit hoc verum & proprium . Similiter aũt ſi diuidentem contingit verum eſſe, accidit quod dictũ eſt . Adhuc qa oẽs diceẽt verum , & oẽs mentientur, & idẽ ipſe ſeipſum falſum dicere cõfitetur. Simul aũt palam , quia de nullo eſt adhuc perſcrutatio. nihil eñ dicit. Hæc .n. eſt ita , dicit; ſed ita & non ita, & iterum hæc negat ambo: quia nec ita, nec non ita. Nam ſi nõ , iã vtique erit aliquid determinatum. Amplius , ſi qñ eſt affirmatio vera , & negatio eſt falſa: & ſi hæc vera , affirmatio falſa: nõ erit vtiq; dicere ſimul idẽ affirmare & negare vere , ſed forſan dicet vtiq; aliquis hoc eẽ, qđ a principio poſitũ ẽ.

F G H

LECTIO IX.

a Amplius igiĩ qũo aut habere exiſtimans, aut non habere, mẽtitus eſt q aũt ambo, verum dicit ? Nã, ſi verum dicit, qd vtiq; erit qđ dr̃, quia talis eſt entium natura ? Si vero nõ verũ dicit, magis verum dicit qui iſto modo exiſtimat, iam aliqualiter ſe habebunt entia, & verum utique erit , & non ſimul ẽt non verum. Si autem ſimiliter, & omnes mentientur, & vera dicunt , nec pronunciandum eſt, nec dicendũ eſt tali. Simul .n. hæc & nõ hæc dicit. ſi autẽ nihil ſuſcipiat , ſed ſimiliter exiſtimat, & nõ exiſtimat, & quid vtiq; habebit differenter a plantis ?

I K

eſt vera, tunc negatio eſt falſa , tunc enim dicit non eſſe , quod eſt : & ſi negatio eſt uera , tunc affirmatio eſt falſa tunc enim dicitur eſſe de eo, quod non eſt. Non ergo contingit uere idem affirmare & negare. Sed forte aduerſarius ad hoc vltimum poterit dicere, quod hic eſt petitio principij . Qui enim ponit contradictionẽ ſimul eſſe veram, non recipit hanc diffinitionem falſi , ſ. quod falſum eſt dicere quod non eſt, eſſe: vel quod eſt, non eſſe.

vnum erunt & homo , Deus , triremis, ac eorum contradictoria: idẽ erũt. Quod ſi de quocunque ſimiliter, nihil aliud ab alio differret, hoc verum & proprium erit . Similiter autem & ſi diuidentem uera dicere contingit, quod dictum eſt accidit . Et ad hæc , quod omnes uera dicerent, omnes que mentirentur, ipſaque ſeipſum mentiri concederet. Simul autem manifeſtum eſt, q de nullo eſt ad eum conſideratio, nihil enim dicit, neque enim ita , neque non ita ait, ſed ita & non ita. & rurſus his ambobus negationem, quod nec ita, neque non ita: nam ſi non, eſſet aliquid utique determinatum. Item, ſi cum affirmatio uera ſit, negatio falſa , & cum hæc uera ſit, affirmatio falſa eſt, non erit ſimul idem affirmare & negare uere. ſed dicent fortaſſis hoc eſſe, quod a principio poſitum eſt.

LECTIO IX.

ITem, utrum ille quidem, qui quamq; rem, aut aliquo modo ſe habere exiſtimat, aut non ſe habere mentitur, qui vero ambo, verum dicit ? Nam ſi uerũ dicit, quid aliud, quod dicitur , eſt, niſi quod talis natura entium eſt ? Quod ſi non iſte, ſed ille magis dicit verum, qui illo modo exiſtimat , iam aliquo modo ſe haberent exiſtentia . & hoc verum eſſet, & non ſimul etiam non verum . Quod ſi cuncti ſimiliter et mentiuntur, & verum dicunt, nec loqui, nec dicere quicquam tali homini poſſibile eſt . ſimul enim eadem , & non eadem dicit . Quod ſi nihil exiſtimat , ſed ſimiliter arbitratur & non arbitratur, qui dnam differat a plantis ?

LECTIO IX.

a HIC ponit quintam rationem quæ ſumitur ex veritatis ratione , quæ talis eſt. Dictum eſt, quod affirmatio & negatio ſimul uera ponitur . ergo ille , qui ſuſcipit, ſiue opinatur [ſic ſe habere] ideſt affirmationem tantum [aut non ſic ſe habere], ſ. ille , qui opinatur negationem eſſe ueram tantum mentitus eſt: qui uero opinatur ambo ſimul, dicit verum . Cum igitur uerum ſit , quando ita eſt in re , ſicut eſt in opinione , uel ſicut ſignificatur uoce, ſequitur, q ipſum, quod dicit, erit aliqd determinatum in rebus , ſ. quia entium talis erit qualis dicitur , ut non patiatur affirmationem & negationem ſimul. Vel ſecundum aliam literam [quia talis eſt entiũ natura] quaſi dicat , ex quo hoc , quod dicitur, eſt determinate verum, ſequitur quod res habeat naturam talem. Si autem dicatur , q ille , qui exiſtimat ſimul affirmationem & negationem, non opinatur uerum, ſed magis ille , qui extimat illo modo, quod vel tantũ affirmatio vel tantum negatio ſit uera, adhuc manifeſtum eſt , quod entia ſe habebunt in aliquo modo determinate. Vnde alia tranſlatio habet planius . quodammodo & hoc erit verum determinate, & non erit ſimul non verum . ex quo ſola affirmatio, uel negatio eſt uera. ſed, ſi omnes prædicti, ſ. & illi, qui dicunt utranque partẽ contradictionis, & illi , qui dicũt alterã [mentiuntur] & oẽs ẽt verum dicunt cum tali , qui hoc ponit , non eſt diſputandum , nec aliquid dicendum, vt diſputetur cum eo, vel ſecundum aliam, ideſt talis homo non aſſerit aliquid, nec affirmat. Sicut enim alia tranſlatio dicit, Nec aſſerere nec dicere aliquid huiuſmodi eſt , quia ſimiliter unumquodque & dicit & negat. Et ſi ipſe ſicut ſimiliter affirmat & negat exterius , ita & ſimiliter interius opinatur & non opinatur , & nihil ſuſcipit quaſi determinate uerum, in nullo videtur differre a plantis , quia etiam bruta animalia habent determinatas conceptiones . Alius textus habet [ab aptis natis.] Et eſt ſenſus , quia talis , qui nihil ſuſcipit , nihil differt in hoc , quod actu cogitat ab illis , qui apti nati ſunt cogitare & nondum

cogitaut

cogitant actu.qui.n.apti nati ſunt cogitare de aliqua qõne, neutram partem aſſerunt & ſimiliter nec iſti. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit ſextam rationem, quæ ſumitur ab electione, & fuga. & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, excludit quandam cauillosam reſponſionem. ibi [Si autem non ſciẽtes &c.] Dicit ergo

Tex. cõ. 18. par. 2. parte ſeq.

primo, quod manifeſtũ eſt, quod nullus homo ſic diſponitur, ut credat affirmationem & negationem ſimul uerificari, nec illi qui hãc poſitionem ponũt, nec etiam alii. ſi enim idem eſſet ire domum & non ire, quare aliquis iret domum & nõ quieſceret, ſi putaret quod hoc ipſum quieſcere, eſſet ire domum? Patet ergo ex quo aliquis uadit & non quieſcit, quod aliud putat eſſe ire, & non ire. Et ſimiliter, ſi aliquis incedit per aliquam uiam, quæ forte directe uadit ad puteum uel ad torrentem, non recte incedit per uiã illam, ſed uidetur timere caſum in puteum, aut in torrentem. Et hoc ideo, quia incidere in torrentem uel puteum non putat eſſe ſimiliter bonum & non bonum, ſed abſolute putat eſſe nõ bonum.

par. 3.

Si autem putaret eſſe bonum, ſicut & nõ bonum, non magis uitaret quam eligeret. Cũ ergo uitet & nõ eligat, palam eſt, quod ipſe ſuſcepit, ſiue opinatur quod unũ ſit melius, ſcilicet non incidere in puteum, quod nouit eſſe melius.

par. 4.

Et ſi hoc eſt in non bono & bono, ſimiliter neceſſe eſt eſſe in aliis: ut uidelicet opinetur quod hoc ſit homo, & illud non homo: & hoc ſit dulce & illud nõ dulce. Quod ex hoc patet, quia non omnia æqualiter quærit & opinatur, cum ipſe putet melius aquam bibere dulcem, quam non dulcẽ, & melius uidere hominem quam non hominem. Et ex iſta diuerſa opinione ſequitur quod determinate quærit unum, & non aliud. Oporteret ſiquidem quod ſimiliter utraque quæreret, ſcilicet dulce & non dulce, hominem & non hominem, ſi exiſtimaret quod eſſent eadem contradictoria. Sed, ſicut dictum eſt, nullus eſt, qui non uideatur hoc timere, & illa non timere. Et ſic, per hoc ipſum quod homo afficitur diuerſimode ad diuerſa, dum quædam timet & quædam deſiderat, oportet quod non exiſtimet idem eſſe quodlibet & non eſſe. Sic ergo patet,

b Vnde & maxime manifeſtũ eſt, quia nullus ita diſponitur, nec aliorum, nec dicentiũ hanc rationem. Quare nanque uadit domum, & non quieſcit putans ire? nec ſtatim diluculo uadit in puteum, aut torrẽtem, ſi contingat, ſed uidetur timens, tãquam non ſimiliter putans non bonũ eſſe incidere & bonum. Palam ergo, quia hoc quidem melius exiſtimat, hoc autem nõ melius. Si autem hoc in bono & nõ bono, neceſſe eſt & ſic in aliis, & hoc quidem hominem, hoc autem non hominem, & hoc quidem dulce, illud uero non dulce putare eſt neceſſe. Non enim exiſtimant, quando putant melius eſſe aquam bibere, & hominem uidere: deinde ea quærit, quamuis oportebat, ſi idem erat ſimiliter homo & non homo. Sed, ſecundum quod dictum eſt, nullus eſt qui non uideatur hæc quidem timens, illa uero non. Quare, ſicut uidetur omnes exiſtimat habere ſimpliciter, ſed non circa omnia ſed circa melius & deterius.

c Si autem non ſcientes, ſed opinantes, multomagis curandum utique erit de ueritate, quemadmodum infirmo exiſtenti, quã ſano de ſanitate. etenim opinãs ad ſcientem, non ſalubriter diſponitur ad ueritatem.

d Amplius quia ſi maxime ſic ſe habent omnia, & non ſic, ſed magis, & minus ineſt in natura entium. Non enim ſimiliter dicemus eſſe duo paria & tria. neque ſimiliter mentitus eſt qui quatuor eſſe pente opinatus eſt, & qui mille. Si igitur non ſimiliter, palam, quia alter minus. quare magis uerum dicit. Si igitur quod magis affinius, erit utique aliquid uerũ, cui affinius quod magis uerum. Et utique ſi non eſt, ſed iam aliquid eſt firmius & uerius, & a ratione remoti, utiq; erimus incondita, & prohibente aliquid mente determinare.

A *Vnde & maxime manifeſtum eſt, quod nemo nec cæterorum, nec eorum, qui hanc orationem dicunt, ita affectus eſt. Cur enim Megara uadit, & non quieſcit ire putans, nec mox a diluculo ad puteum, aut ad præcipitium aliquod pergit? ſed uidetur uerens, tanquam non ſimiliter non bonum, & bonum eſſe putans cadere in illa. patet*

B *itaq; quod hoc quidem melius eſſe putat, illud uero minime. Si autem hoc, neceſſe eſt, ut & hoc quidem hominẽ, illud uero non hominem, & hoc quidẽ dulce, illud uero non dulce putet. non enim æqualiter omnia quærit & putat cum melius eſſe bibere aquam, aut hominem * uiſitare arbitratus, deinde quærat ea, attamen oportebat, ſi ſimiliter eadem eſſent homo & non homo, ſed, ut dictum eſt, nemo eſt, qui non uideatur aliqua uerens, aliqua uero non, Quare, ut uidetur, omnes arbitrantur ſimpliciter ſe habere, etſi non circa om*

C *nia, ſaltem circa melius, & deterius.*

Quod ſi non ſcientes, ſed opinãtes, multo magis curandum eſſet de ueritate, ſicuti & infirmo exiſtenti quam ſano, de ſanitate. opinãs namque ad ſcientem, non ſane ad ueritatem diſpoſitus eſt.

D

Item, etſi quam maxime omnia ita & non ita ſe habeant, attamen ipſum magis & minus ineſt entium naturę, Non.n. ſimiliter paria eſſe duo ac tria dicemus, nec eodem modo mentitus eſt qui quatuor eſſe putet quinq; aut qui mille. Si itaq; non ſimiliter, patet quod alter minus. quare magis uerum dicit. Si igitur quod magis eſt, propinquius eſt, profecto erit aliquid uerũ, cui propinquius eſt, quod magis uerum eſt. Quod ſi non eſt, at iam ſaltem aliquid

E *eſt certius, & uerius. & ita ab illa intemperata oratione remoti erimus, quę prohibet quicquam mente determinare.*

A ꝙ oẽs opinantur ſe habere ueritatẽ uel in affirmatiua tñ, uel in negatiua, & non utraq; ſimul. Et ſi non in oib. ſaltẽ in bonis & malis, uel in melioribus & in deterioribus. Ex hac.n. dñia puenit, ꝙ quædã quærunt, & quædã timentur. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quandam cauillationem. Poſſet.n. aliquis dicere, ꝙ homines quædam deſiderant tanquã bona & alia fugiũt tanquam nõ bona, non quaſi ſcientes ueritatem, ſed quaſi opinantes, ꝙ nõ idem ſit bonum & non bonũ, licet idẽ ſit ſecundum rei ueritatem. ſed ſi hoc eſt uerum, ꝙ homines non ſunt ſcientes, ſed opinãtes, multo magis dñt curare ut addiſcant ueritatem. Qđ ſic patet, quia infirmus magis curat de ſanitate, quam ſanus. Ille aũt, qui opinat non uerum, non diſponitur ſalubriter ad ueritatem in cõparatione ad ſcientem. hẽt.n. ſe ad ſciẽtem, ſicut infirmus ad ſanitatem. Defectus.n. ſciæ eſt opinio falſa, ſicut ęgritudo ſanitatis. Et ſic patet, ꝙ homines dñt curare de ueritate inuenienda. Qđ nõ eſſet, ſi nihil eẽt uerum determinate, ſed ſimul aliquid uerum & non uerum. Deinde cum dicit.

*Videre.

d ¶ Ponit ſeptimã rõnem, q̃ ſumit ex diuerſis gradib. falſitatis. Dicit ergo, ꝙ etſi maxime uerũ ſit, ꝙ oĩa ſic ſe hẽant & non ſic. i. ꝙ affirmatio, & negatio ſint ſimul uera, & oĩa ſint ſimul uera, & falſa, tñ in natura entium oportet, ꝙ aliquid ſit magis & minus uerũ. Conſtat.n. ꝙ nõ ſimiliter ſe hẽt ad ueritatẽ dicere ꝙ duo ſunt paria & tria eẽ paria: nec ſimiliter ſe hẽt ad mẽdaciũ dicere, ꝙ quatuor ſunt pẽte, i. quinq;, & ꝙ ſint mille. Si.n. ſunt falſa ſimiliter, manifeſtum eſt qđ alterum eſt minus falſum. ſ. dicere quatuor eſſe quinque, q̃ dicere quatuor eſſe mille. Quod aũt eſt minus falſũ, eſt uero magis uel ꝓpĩquius uero, ſicut & minus nigrũ, qđ eſt albo ꝓpinquius. Patet ergo, ꝙ alter eorũ magis dicit uerũ. i. magis ꝓpinquat ueritati ſ. ille, q dicit quatuor eſſe qnq;, ſed nõ eſſet aliqd affini' uero, uel ꝓpinquius, niſi eſſet aliqd ſimpliciter uerũ, cui ꝓpinquius uel affinius eſſet, magis uerũ & minus falſũ. Relinquit ergo, ꝙ aliqd oportet ponere eſſe abſolute uerũ, & nõ oĩa uera & falſa, qa ſeq' ex hoc, ꝙ cõtradictio ſit ſimul uera. Et ſi ꝑ pdictã rationẽ nõ ſeqt, ꝙ aliqd ſit abſolute uerũ, tñ iã hẽtur ꝙ aliquid

eſt verius & firmius ſiue certius alio. Et ſic non eodem mõ ſe habet ad veritatẽ, & certitudinem affirmatio & negatio. Et ita per hanc rationem & per alias præcedẽtes, erimus liberati uel remoti a ratione, i. opinione non miſta, i. non temperata. Vnde alius tex. habet, diſtẽperata. Tunc enim opinio eſt bene contẽperata, quando prædicatum non repu-

Tex. cõ. 19. par. 1. gnat ſubiecto. Cum aũt opinio implicat oppoſita, tunc non bene contẽperatur. Talis autẽ eſt prædicta poſitio, q̃ dicit contradictionem verificari. Itẽ prohibet ne mente aliquid poſſim' diffinire vel determinare. Prima.n. rõ diſtinctionis conſideratur in affirmatione & negatione. vnde, qui affirmationem & negationẽ vnum eſſe dicit, oẽm determinationem ſiue diſtictionem excludit. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit, ꝙ opinio Pythagoræ reducitur in eandem ſniam cum prędicta poſitione. Dicebat.n. Pythagoras, ꝙ oĩa, quæ uidetur alicui eſſe uera, oĩa ſunt vera. Et ſiquidem hęc poſitio eſt uera, neceſſe eſt primam poſitionem eſſe uerã. ſ. ꝙ affirmatio, & negatio, ſint ſimul vera. Et per conſequens, ꝙ oĩa ſint ſimul uera, & falſa, ſicut ex hac poſitione ſequitur,

par. 2. vt ſupra oſtenſum eſt. Quod ſic oſtendit: multi.n. hoĩes opinantur ſibiinuicem cõtraria: & putant, ꝙ illi, qui non eadem opinãtur, ꝙ ipſi mentiantur, & econuerſo. Si ergo quicquid alicui ur, hoc eſt uerum, ſequtur quod utriq; mẽtiãtur, & uerum dicant, quod idem ſit & non ſit. Et ſic ad opinionem Pythagoræ ſequitur, ꝙ contradictio ſimul verificetur. Similiter eẽ ſi hoc eſt uerum ꝙ contradictio ſimul uerificetur, neceſſariũ eſt opinionem Pytagoræ eſſe ueram. i. ꝙ omnia, quæ uid. ntur aliqui b. eſſe uera, ſint uera. Conſtat.n. ꝙ aliqui habẽt diuerſas opinones, quorum quidam ſunt mentientes, & quidam sũt uerum dicentes, quia opinatur ſibiinuicem oppoſita. Si ergo omnia oppoſita ſunt ſimul uera. quod ſequitur ſi cõtradictoria ſimul uerificentur, neceſſ. rio ſequitur, ꝙ omnes dicant uerum, & quod uidetur alicui ſit uerum. & ſic patet, ꝙ eiuſdem ſententię, uel intellectus, uel rationis, eſt utraque poſitio, quia ad unam ſequitur alia de neceſſitate. K

LECTIO X.

a POſtquam determinauit philoſophus, & poſuit rationes contra negantes primum principium, hic oſtendit quomodo diuerſimode eſt procedendum, quo ad diuerſos, qui ex diuerſis uijs in prædictum errorem deuenerunt. Et diuiditur in duas partes. Primo, oſtendit, ꝙ diuerſimode eſt procedendum contra diuerſos.

e Eſt autem, & ab eadem opinione & Pythagoræ ratio, & neceſſe ſimiliter ipſas ambas, aut eſſe, aut non eſſe. Nam, ſi quæ uidẽtur oĩa ſunt uera, & apparentia, neceſſe oĩa ſimul uera & falſa. Multi namq; contraria ſibiinuicem exiſtimant. & nõ eadem opinantes ſibiipſis mentiri putant. quare neceſſe idem eſſe, & non eſſe. Et ſi hoc eſt, neceſſe putat oĩa eſſe uera. oppoſita nanq; inuicem opinantur mentientes & uerum dicentes: igitur entia, ſi ſic ſe habent, verum dicunt omnes. Quod quidem igitur ab eodem ſunt intellectu utręque rationes, palam. G

LECTIO X.

EStautem non idem modus homeliæ ad omnes. Hi nãque perſuaſione egent. illi ui. Quicunq; enim dubitaſſe exiſtimauerunt, horum bene curabilis ignorantia; nõ enim ad orationem, ſed ad mentem obuiatio eſt eorum. Quicunque uero orationis cauſa dicunt, horũ argumentatio eſt medela, & eius, quę in uoce orationis, & eius, quę in nominibus. H

b Venit autem dubitantib. hæc opinio ex ſenſibilibus. Quæ quidem eius ꝙ ſimul contradictiones & contraria exiſtere uidentibus ex eodem facta contraria. Ergo, ſi non contingit fieri nõ ens, prędfuit ſimiliter res ambo ens, vt & Anax. miſtũ oẽ in omni air, & Democritus. Etenim inane & plenum ſimiliter ſecundum q̃cunq; exiſtere partem, quamuis hoc quidem horum eſſe nõ ens illud uero ens. I

F Secundo, incipit procedere alio modo q uã ſupra ibi [Venit.n. dubitantibus.] Dicit ergo primo, ꝙ non eſt idem modus [homiliæ] id eſt popularis allocutionis, uel [bonæ conſtructionis] ſecundum aliam tranſlationem, i. ordinatę diſpoſitionis [vel intercesſionis] ſicut in grę co habetur, i. perſuationis ad omnes prædictas poſitiones, ſcilicet de veritate contradictionis & ueritate eorum, quæ apparent. Dupliciter.n. aliqui incidunt in prædictas poſitiones. Quidã.n. ea dubitatione. Cũ enim eis occurrunt aliquæ ſophiſticæ rationes, ex quibus videantur ſequi p̃dictæ poſitiones, & eas neſciunt ſoluere, concedunt concluſionem. unde eorum ignorantia eſt facile curabilis. Nõ enim obuiandũ eſt eis, vel occurrendũ ad rationes, quas ponunt, ſed ad mentem, ut ſcilicet ſoluatur dubitatio de mentibus, per quam in huiuſmodi opiniones inciderunt. & tunc ab iſtis poſitionibus recedũt. Alij vero prædictas poſitiones proſequuntur, non propter aliquam dubitationem eos ad huiuſmodi inducentem, ſed ſolum [cauſa orationis] id eſt ex quadã proteruia, volentes huiuſmodi rationes impoſſibiles ſuſtinere propter ſeipſas, quia contraria earum demonſtrari non poſſunt. & horum medela eſt argumentatio uel arguitio [q̃ eſt in uoce orationis, & in nominibus] i. per hoc, quod ipſa uox orationis aliquid ſignificat. Significatio autem orationis, a ſignificatione nominum dependet. Et ſic oportet ad hoc principium redire, quod nomina aliquid ſignificant, ſicut ſupra philoſophus uſus eſt. Deinde cum dicit. parte ſeq. huius lect. ὁμιλίας

Ex eadem uero opinione, Protagoræ quoque oratio eſt. Et ſimiliter eſt neceſſe, ipſas ambas aut eſſe, aut non eſſe. Si enim omnia, de quibus opinãtur, quæque apparent, uera ſint, neceſſe eſt, omnia ſimul uera & falſa eſſe. ſiquidem multi contraria inuicem opinantur, ac eos, qui non opinantur eadem, G quæ ipſi, mentiri putant. quare neceſſe eſt idem eſſe & non eſſe. quod ſi eſt, neceſſe eſt omnia, de quibus opinantur, vera eſſe. oppoſita nanque opinantur qui mentiuntur, & qui uerum dicunt. ſi igitur ea, quę ſunt, ita ſe habent, uerum omnes dicunt. Quod itaque ambæ orationes ex eadem mente ſint, patet.

LECTIO X.

NOn eſt autem idem ad oẽs conueniendi modus. Quidam enim H perſuaſione, quidam uero ui indigent. Quicunque nanque, propterea quod dubitent, ita exiſtimarunt, horum ignorantia ſanabilis eſt. non enim ad ſermonẽ, ſed ad mentem eorum obuiatio eſt. Quicumque uero ſermonis gratia dicunt, horum ſanatio redargutio eſt, & eius ſermonis, qui in uoce, & eius, qui in nominibus.

Aduenit autem illis, qui dubitant, hęc opinio a ſenſibilibus, illa quidem, qua dicitur, ſimul contradictoria et contraria eſſe, uidentibus ex eodem contraria fieri. I ſi igitur non eſt poſſibile quod non eſt fieri, præextitit ſimiliter utrumque ens; ſicut & Anaxagoras omne in omni miſceri ait, atque Democritus. etenim hic quoque uacuum & plenum ſimiliter in quacumque parte eſſe, atqui horum hoc quidem ens, hoc uero non ens eſſe.

b ¶ Quia ſuperius obuiauit ſuper hoc ex ſignificatione nominum, hic incipit obuiare dubitantibus, ſoluendo eorum dubitationes. Et primo quantum ad illos, qui ponebant contradictoria eſſe ſimul vera. Secundo quantum ad illos, qui ponebant omnia apparentia eſſe vera. ibi [Similiter autem]. Lect. ſeq. circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem, quę mouet quoſdam ad concedendum contradictoria eſſe ſimul vera. Secundo ſoluit. ibi [Igitur ex his.] Dicit ergo, quod opinio parte ſeq. de hoc, quod contradictio ſimul verificetur, quibuſdam venit per modum dubitationis ex ſenſibilibus, in quibus apparet generatio & corruptio & motus. Videbatur enim, quod ex aliquo vno fiebant contraria. ſicut ex aqua fit & aer, qui eſt calidus, & terra, quæ eſt frigida. Sed omne quod fit, fit ex prius exiſtente. Quod enim non eſt, non contingit fieri, cum ex nihilo nihil fiat. Oportet ergo, quod res fuerit ſimul in ſe habens contradictionem, quia ſi ex vno & eodem fit calidum & frigidum, fit per conſequens calidum & non calidum. Propter hanc autem rationem Anaxa. dixit, quod

omnia

oĩa in omnibus miſcentur. Ex hoc.n. quod uidebat quodlibet ex quolibet fieri, putaba ꝙ nihil poſſet fieri ex alio, niſi ante fuiſſet ibi. Et hac rõni uſ acquieuiſſe Democritus. Poſuit.n. uacuum & plenum in qualibet parte corporis coniungi. Quæ q- dem ſe habent ſicut ens & non ens. Nam plenũ ſe habet ſicut ens, vacuum vero

Tex.cõ. 20. par. 3. ſicut non ens. Deinde cum dicit.

c Igitur ex his ad ſuſcipientes dicemus, quia modo quodam recte dicunt, & modo quodam ignorant. ens enim dupliciter dr̃. Eſt ergo quõ contingit fieri aliquid ex non ente, eſt aũt quõ non. Vnde & ſimul idẽ eſſe ens & non ens, ſed non ſecundum idem ens. Potentia nanque contingit idem eſſe contraria, perfecte vero non.

d Amplius autem dignificem⁹ ipſos exiſtimare & aliam ſubſtãtiam eſſe entium, cui nec motus exiſtit, nec corruptio, nec generatio omnino.

LECTIO XI.

a SImiliter autem & quę circa apparentia ueritas quibuſdam ex ſenſibilib. uenit. Verum.n. non pluralitate iudicari putant oportere, nec paucitate. Idem uero his guſtantib. dulce uidetur, illis uero amarũ. Quare, ſi oẽs laborauerint, aut oẽs deſipuerint, duo aũt, uel tres ſani ſint, aut intellectum habent hos quidem uideri laborare, & deſipere, alios uere non. Ampli⁹ aũt multis aliorum animalium contraria uideri, & nobis. at ipſi aũt unicuique ad ſeipſum nõ eadem ſm̃ ſenſum ſemper uideri. Quæ igitur horum uera, aut falſa, non manifeſtum; nihil.n. magis hæc quam illa uera, ſed ſimiliter. Propter quod Democritus ait, aut nihil eſſe uerum, aut nobis non manifeſtum.

c ¶ Soluit prędictã dubitationem dupliciter. Primo ſic dicẽs, ꝙ ſicut dictũ eſt, illis, qui ex dubitatione opinatur prædicta inconuenientia, obuiandum eſt ad mẽtem. Igitur [ad ſuſcipientes] .i. opinantes cõtradictoria ſimul verificari, [ex his] .i. prędicta ratione di-

parte 4. cimus, ꝙ quodammodo recte dicũt, & quodammodo ignorant qđ dicũt, inconuenienter loquentes. Ens.n. dupliciter dr̃. Ens actu, & ens in potentia. Cum igitur di-

Tex.cõ.21. part. prima. cunt, ꝙ ens non fit ex non ente, quodãmodo verũ dicunt, & quodammõ nõ. Nam ens fit ex non ente actu, ente uero in potentia. Vnde etiã aliquo mõ idem poteſt eſſe ſimul ens & nõ ens, & aliquo mõ non poteſt. Cõtingit.n. ꝙ idem ſit contraria in potentia, non tamen [perfecte] .i. in actu. Sic enim tepidum eſt in potentia calidum & frigidum, neutrum tamen io actu.

d ¶ Secundam ſolutionem ponit ibi, dicens, quod dignũ dicimus, quod ipſi ſuſcipiant vel opinentur aliquã ſubſtantiã eſſe, cui nec inſit motus, nec generatio, nec corruptio, quod probatũ

Tex.cõ. 33. eſt vij. phy. Talis aũt ſubſtantiæ non poterit concludi ex ratione prædicta, ꝙ inſint contraria, quia ex ea non fit aliquid. Et hęc ſolutio vr̃ procedere ſm̃ Platonicos, qui propter mutabilitatem ſenſibilium, coacti ſunt ponere ideas & immobiles, ſ. de quib. dentur diffinitiones, & fiant demonſtrationes, & certa ſcientia habeatur quaſi de his ſenſibilibus, propter eorum mutabilitatem & ammiſſionem contrarietatis, in eis certa ſcientia eſſe non poſſit. Sed prima ſolutio ſufficientior eſt.

LECTIO XI.

a POſtquam philoſ. ſoluit dubitationem, ex qua inducebant antiqui ad ponendum contradictoria ſimul eſſe uera: Hic remouet illa, ex quibus aliqui inducebantur ad ponendum oẽ, quod apparet, eſſe verum. Diuiditur aũt pars iſta in duas. Primo ponit dubitationes, ex quibus aliqui inducebantur ad prædictam poſitionem ponendam. Secundo remouet dubitationes prædictas, ibi. [Nos aũt & ad hanc orationem.] Circa primũ

Infra lect.13. duo facit. Primo ponit rationem eorum, ex qua mouebantur ad ponendum omne quod apparet eſſe uerum. Secundo aſſignat cauſam prædictæ rationes, ibi. [Omnino uero pp exiſtimare.]

Infra le.ſe. Dicit ergo primo, ꝙ ſicut opinio, quæ ponebat contradictoria

A ſimul eſſe vera, veniebat ex quibuſdam ſenſibilibus, in quibus contingit contradictoria fieri ex aliquo uno; Similiter [& ueritas, quæ eſt circa apparentia] idest opinio de ueritate apparentium, venit ex quibuſdam ſenſibilibus, illis ſcilicet qui non peruenientes, ſed dubitantes in hanc poſitionem inciduni. Et hoc

Ad illos itaque, qui ex his ita arbitrantur, dicemus quod quodammodo quidem uero dicunt, quodammodo uero ignorant. ens nanque dupliciter dicitur. quare aliquo modo quidem poſſibile eſt aliquid ex non ente fieri, aliquo uero modo non eſt. ſimulque idem ens & non ens eſſe, ſed non ſecũdum idem ens. potentia nanque contingit ſimul

B *idem contraria eſſe, actu uero minime.*

Item eos efflagitabimus aliam quoque ſubſtantiam entium exiſtimare, cui neque motus, neque corruptio, neque omnino generatio inſit.

LECTIO XI.

C *SImiliter autem ueritas in his quoque, quæ apparent quibuſdam ex ſenſibilibus aduenit. At enim uerum non pluralitate neque paucitate iudicari cenſere debent. idem autem quibuſdam guſtantibus dulce, quibuſdam amarum eſſe uidetur. quare, ſi omnes ægrotarent, aut omnes inſanirent, duo vero, uel tres ſani, aut mentis compotes eſſent, hi utique uideri poſſent ægrotare, ac inſanire, cęteri uero minime. Item multis aliorum animalium*

D *contrario apparent quam nobis, ac noſtrum cuique non eadem ad ſeipſum ſemper ſecundum ſenſum apparent. Qualia igitur horum uera uel falſa, non eſt manifeſtum. nihilominus enim magis hęc quam illa uera ſunt, ſed æqualiter; propter quod Democritus, aut nihil eſſe uerum, aut nobis ignotum ait.*

ideo, quia de eiſdẽ ſenſibilibus inueniuntur contrariæ opiniones diuerſorum. Et hoc tripliciter. Primo, quia quibuſdam guſtãtibus uidetur dulce, qđ aliis videtur amarũ eſſe. Et ſic homines de omnibus ſenſibilibus contrariam opinionem habẽt. Secundo, quia multa animalia contraria iudicant de ſenſibilibus nobis. Illud enim, quod uidetur ſapidum boui, vel aſino, mali ſaporis ab homine iudicatur. Tertio, quia idem homo in diuerſis temporib. diuerſimode iudicat de ſenſibilib. Quod enim nunc uidetur ſibi dulce, & ſapidum, alio tempore ſibi uidetur amarũ & inſipidum. Nec poteſt aſſignari ratio certa, per quam fiat manifeſtum, quæ opinionũ iſtarum ſit vera, aut quæ ſit falſa, quia non magis una earum videtur uera vni, quam alteri altera. ergo oportet, quod æqualiter ſint veræ, uel ęqualiter falſæ. Et ideo dixit Democritus, quod aut nihil eſt determinate uerum in rebus, aut ſi qd eſt rerum, non eſt nobis manifeſtum. Cognitionem.n. rerum accipimus per ſẽſus: Iudicium aũt ſẽſus non eſt certum, cũ non ſemper eodẽ modo iudicet. Vñ nulla certitudo uĩ nobis eſſe de veritate, vt poſſimus dicere, quod hæc opinio determinate eſt vera, & contraria determinate eſt falſa. Sed, quia poſſet aliquis dicere contra hanc opinionem, quod aliqua regula poteſt ſumi, per quam diſcernitur inter contrarias opinio-

E nes, quę earum ſit vera, vt videlicet dicamus, quod illud eſt verum iudicium de ſenſibilibus, quod dant ſani, non quod dant ægrotantes. Et de ueritate hoc eſt uerum iudicium, quod dant ſapientes & intelligentes, non autem quod dant inſipientes uel ſtulti: Ideo in principio remouet iſtam reſponſionem per hoc, quod iudicium certum de ueritate non conuenienter poteſt ſumi ex multitudine & paucitate, vt ſcilicet dicatur eſſe uerum quod multis uidetur, falſum autem quod uidetur paucis, cum quandoque illud, quod eſt pluribus opinabile, non ſit ſimpliciter verum. Sanitas autem & ægritudo, ſiue ſapientia & ſtultitia, non videntur differre niſi ſecundum multitudinem & paucitatem. Si enim omnes vel plures eſſent tales, quales ſunt illi, qui nunc reputantur deſipientes uel ſtulti, illi reputarentur ſapientes: & qui nunc reputantur ſapientes, reputarentur ſtulti.

Et ſimiliter eſt de ſanitate & ægritudine. Non ergo credendum eſt magis iudicio ſani & ſapientis de falſitate & veritate, quam iudicio infirmi & inſipientis.

LECTIO XII.

a Omnino uero propter exiſtimare prudentiam quidem ſenſum, & hunc autem eſſe alterationem, quod uidetur ſecundum ſenſum, ex neceſſitate uerum dicunt.

b Ex his .n. Empedocles & Democritus & aliorũ, ut eſt uerisimile dicere, unuſqſq; talib. opi- G nionib. facti ſũt rei. Etenĩ Empe. pmutãtes habitum pmutare dicit prudẽtiã. Ad *appatẽs .n. conſilium augere hoĩb. & in aliis dicit. Quia quãtum alteri trãſformati ſunt, tantũ ipſis & ſp ſapere altera affuit. Parmenides uero enuntiat eodem mõ. Vt .n. gcũq; habuerunt mẽbrorum cõplexionẽ multæ flexionis, & hoĩb. intellectus ineſt. Idem .n. eſt qđ gdẽ ſapit natura mẽbrorum hoĩb. & oĩb. & oĩ. Qđ .n. plus eſt, intelligẽ H tia. Anax. quoque pronuntiatione recordaĩ ad quoſdam ſociorum. Quia talia erant ipſis entia, qualia utique exiſtimauerũt. Dicunt autẽ & Homerum hãc habentem, quia fecit Hectorẽ tanquã in extaſi fuerit a plaga iacere aliud ſapientem, tanquam ſapiẽtes quidem & deſipiẽtes, ſed nõ ſm eãdem. Palam ergo, quod ſi uterque prudentiæ & entia, ſimul ſic, & non ſic ſe habent.

LECTIO XII.

ET ſimpliciter propterea quod ſenſum quidem prudentiam putãt, hanc uero alterationem eſſe, ꝙ ſecundum ſenſum apparet, neceſſario uerum eſſe aiunt.

Ex his enim & Empedocles, et Democritus, cæterorum quoque ſinguli, talibus opinionibus irretiti fuere. Empe G *docles etenim habitu mutato, prudentiam quoque mutari aiunt.*

,, *Ad præſens namque prudentia hominibus augetur.*

,, *In alijs quoque dicit.*

,, *Quatenus mutãtur, eatenus ſemper etiam altera ſapere eis aſſuit.*

,, *Parmenides quoque eodem aſſerit modo.*

,, *Vt enim cuique complexio membrorum flexibilium ſe habet,*

,, *Ita intellectus hominibus adeſt.*

Idem namq; eſt, quod ſapit mẽbrorũ H *natura hoĩbus, & omnibus, & omni. quod enim plus eſt, intelligentia eſt. Anaxagoræ autem ſnĩa ipſa quoque a quodam ſuorum neceſſariorum memoria tradita eſt, ꝙ talia eis entia erunt, qualia ea eſſe putauerint. Homerum ẽt talem aiunt opinionem habere uideri, quippe, qui faciat Hectorem, cum a uulnere inſaniret, iacere, aliud ſapientem, tanquam & inſanientes ſaperent quidem, ſed non eadem. Patet itaque, quod ſi utraq; prudentia eſt, entia quo* I *que ſimul ita, & non ita ſe habent.*

LECTIO XII.

a Oſtendit cauſam prędictæ poſitionis, & primo ea parte ſenſus. Secundo ex parte ſenſibilium. ibi [Huius autem opinionis cauſa &c.] Circa primum tria facit. Primo ponit cauſam prędictæ poſitionis ex parte ſenſus. Secundo recitat diuerſorum opiniones, qui in hanc cauſam concordauerunt. ibi [Ex his Empedoc. &c.] Tertio inuehit contra eos. ibi [Quare grauiſſimum.] Dicit ergo primo, quod antiqui hoc opinabantur, quod prudentia, ſiue ſapientia uel ſcientia non eſſet niſi ſenſus. non enim ponebant differentiã inter ſenſum & intellectum. Cognitio autem ſenſus fit per quandam alterationem ſenſus ad ſenſibilia. Et ita, quod ſenſus aliquid ſentiat, prouenit ex impreſſione rei ſenſibilis in ſenſum. & ſic ſemper cognitio ſenſus reſpondet naturæ rei ſenſibilis, ut uidetur. Oportet igitur ſecundũ eos, quod illud, quod uidetur ſecũ ſum ſenſum, ſit de neceſſitate uerum. Cum autem coniunxerimus, quod omnis cognitio eſt ſenſitiua, ſequitur quod omne quod alicui apparet quocunque modo, ſit uerum. Hæc autẽ ratio non ſolum deficit in hoc ꝙ ponit ſẽſum & intellectũ idem, ſed in hoc, ꝙ ponit iudicium ſenſus nũquam falli de ſenſibilibus. Fallit .n. de ſenſibilibus cõibus & per accidens, licet non de ſenſibilibus proprijs. niſi forte ex indiſpoſitione organi. Nec oportet ꝙ quamuis ſenſus alteret a ſenſibilib. ꝙ iudicium ſeolus ſit uerum ex conditionibus rei ſenſibilis. non .n. oportet ꝙ actio agentis recipiatur in patiente ſecundum modum agentis, ſed ſecundum modum patientis & recipientis. Et inde eſt, quod ſenſus non eſt quandoque diſpoſitus ad recipiendum formam ſenſibilis ſecundum quod eſt in ipſo ſenſibili, quare aliter aliquando iudicat quam rei ueritas ſe habeat. Deinde cum dicit.

(Margin: par. 4. huius lect. — pars prima. — parte seq. part. 3. — par. 2. — *a. l. praesens.)

b ¶ Recitat diuerſorum opiniones aſſentientium cauſis prædictis. Oĩa autem dicta eorũ, quæ inducit, tendunt ad duo. Quorum primum eſt, ꝙ intellectus ſit idem cum ſenſu. Aliud eſt, ꝙ omne, quod uidetur, ſit uerum. Dicit ergo, ꝙ ex prædictis rõnibus Emped. & Democritus & ſinguli aliorum ſunt facti rei ta- K libus opinionibus, ut [eſt dicere uerisimile] .i. ſicut uerisimiliter coniecturare poſſumus ex eorum dictis. Dicit .n. Emped ꝙ illi, qui permutant [habitum] ideſt diſpoſitionem corporis, permutant et prudentiã, quaſi intellectus, cuius eſt prudẽtia, ſequatur habitudinẽ corporis, ſicut & ſenſus. Nã prudentia creſcit in hominibus [ad apparens] .i. per hoc, ꝙ aliquid de nouo incipit apparere hoi, profectus ſcientiæ fit in hoie. Sed hoc fit per hoc, quod diſpõ corporis uariatur. Alia tranſlatio hẽt melius [Ad pſens. o. uoluntas uel conſiliũ augetur hominib.] q. d. ſm diſpõnes diuerſas pſentes, noua conſilia, ſiue nouæ uoluntates, ſiue nouæ prudentiæ hominib. augentur, quaſi conſilium ſiue uolũtas nõ ſequaẽ aliquam uim intellectiuã in hoie, q̃ ſit pter ſenſum. ſed ſolã diſpõnẽ corporis, q̃ variaĩ ſcđm pſẽtiã diuerſarũ rerũ. In aliis aũt libris ſuis dicit Emped. quod quantũ ad alterationẽ transformaẽ, i. ſcđm q̃titatẽ, qua hõ trãſformatur in alteram diſpõnem corporis, tãta eis eſt ſp cura inquit, i. ꝙ tot curæ, ſiue ſollicitudines, ſeu prudẽtię hoĩb. adueniunt. Qđ quidem eſt difficile. Alia tranſlatio melius ſic habet. [Quia quãtumcũque

F mutati fiant, intantum ſm ipſas ſemper ſapere alia ſtatutũ eſt ſiue ſultum.] Vel ipſis affuit ſcđm aliã literam, q. d. ꝙ quantũcumq; homo mutatur in diſpoſitione corporis, intantum ſemper alia ſapientia, quaſi alium intellectum & aliam ſapiẽtiã habens. Deinde ponit opinionẽ Parmenidis ad idẽ dicẽs, ꝙ Parmenides de rerum veritate enũtiat eodem mõ ſicut Empe. Dicit .n. ꝙ ſicut vnuſquiſque habet diſpoſitionẽ membrorum ualde circunflexorum, uel [multæ flexionis] ſecundum aliã literam, ita intellectus hoĩbus; q. d. ꝙ in membris hoĩs eſt multa varietas, & circũuolutio ad hoc, ꝙ talis membrorũ diſpõ adaptetur ad operationem intellectus, qui ſequitur membrorum complexionem ſecũdũ eum. Ipſe .n. dicit, ꝙ idem eſt [qđ curauit] .i. quod curã habet ſiue prudentiam de membris ex natura membrorum: & quod eſt [in oibus], .i. in ſingulis partibus uniuerſi: & quod eſt [in oi] .i. in toto uniuerſo. Sed tñ aliter nomiñatur in toto uniuerſo, & i ſingulis partibus uniuerſi, & ẽt in hoie. Et hoc in toto uniuerſo, dr̃ De'. In ſingulis aũt partibus uniuerſi, dr̃ natura. In homine aũt dr̃ itellectus. Et ſic hoc hẽt plus in homine quam in alijs partibus uniuerſi: quia in homine illa uirtus intelligit propter complexionem determinatam membrorum, non autem in alijs rebus. In quo etiam datur intelligi, quod intellectus ſequitur complexionem corporis, & per conſequens non differt a ſenſu. Alia tranſlatio planius habet ſic: Idem enim quod quidam ſapit membrorum, non eſt in hominibus, & omnibus, & omnium. Plus enim eſt intellectus. Deinde ponit opin. Anaxa. qui pronunciauit ad quoſdam ſuos ſocios: uel amicos reducendo eis ad memoriam, quia talia ſunt eis entia qualia ſuſcipiunt ſiue opinantur. Et hoc eſt ſecundum quod in illis dictis philoſophorum tangitur, ſ. quod ueritas ſequatur opinionem. Deinde ponit opinionem Homeri, de quo dicunt, quod uidebatur eandem opinionem habere. Fecit enim in ſua recitatione, Hectorem iacere quaſi in extaſi a plaga ſibi illata [aliud cunctantem] ideſt aliud cogitantem quam prius, uel aliena ſapientem ſecundum aliam tranſlationem, ſ. ab his, quæ prius ſapuerat, quaſi cunctantem quidem & non cunctantem, ideſt in illo ſtrato, in quo iacebat percuſſus, eſſet ſapiens & non ſapiens.

Sed non quantum ad eandem, quia quantum ad illa, quæ tunc ſibi uidebantur, ſapiens erat: quantum autem ad illa, quæ prius ſapuerat, & iam ſapere deſierat, non erat ſapiens. Alia tranſlatio ſic habet, Sapientes quidem & deſipientes. quaſi dicat, ſicut fuit de Hectore, qui ſapiebat aliena poſt plagam, ita contingit & de alijs, quod ſunt ſimul ſapientes, & deſipientes, non ſecundum eadem, ſed ſecundum diuerſa.

Ex omnibus aũt prædictis philoſophorũ opinionibus concludit concluſionẽ intentam, ſ. qđ ſi utræque ſint prudentiæ, ſ. ſecundum quas homo exiſtimat contraria mutata de una diſpoſitione in aliam, quod omne id quod exiſtimatur, ſit uerum. Non enim eſſet prudentia exiſtimare, falſum. Vnde ſequitur, quod entia ſimiliter ſe habeant ſic, & non ſic. Deinde cum dicit.

Qua

c ¶ Inuehit contra prædictos philoſophos dicens, quod grauiſſimum accidens eſt quod eis accidit. Nam, ſi illi, qui maxime viderunt verum, inquantum contingit ab homine poſſe videri, ſ. prædicti philoſophi, qui etiam ſunt maxime quærentes & amantes verum, tales opiniones, & tales ſententias proferunt de veritate, quo nõ eſt dignum prædictos philoſophos dolere de hoc, quod eorum ſtudiũ fruſtratur, ſi ueritas inuẽniri non poteſt? Alia litera habet [Quomodo nõ eſt dignum relinquere uel reſpuere philoſophari conantes] i. quod homo non adhæreat his, qui volunt philoſophari, ſed eos contemnat. Nam, ſi nullum uerum poteſt ab homine de ueritate ſciri, quærere ueritatem, eſt quærere illud, quod non poteſt homo habere, ſicut ille, qui proſequitur uel fugat volatilia. Quanto .n. magis proſequitur, tanto magis ab eo elongantur. Deinde cum dicit.

tex.5.

d ¶ Aſsignat cãm præmiſſæ opinionis ex parte ſenſibilium, ſ. quæ ẽa prædictæ opinionis ẽt ex parte ſenſibiliũ ponebatur. Nam, cũ ſenſibile ſit prius ſenſu naturaliter, oportet quod diſpoſitio ſenſuũ ſequatur ſenſibiliũ diſpoſitionẽ. Aſsignat aũt ex parte ſenſibiliũ duplicem cauſam, quarum ſecũda ponitur ibi [Amplius autem oium &c.] Dicit ergo primo, quod cauſa opinionis prædictorũ philoſophorum fuit, quia, cum ipſi intẽderent cognoſcere veritatem de entibus, & uiderent eis, quod ſola ſenſibilia entia eſſent, totius ueritatis doctrinam diiudicauerunt ex natura ſenſibilium rerum. In rebus autem ſenſibilibus multum eſt de natura infiniti, ſiue indeterminati, quia in eis eſt materia, quæ quantum eſt de ſe non determinatur ad vnum, ſed eſt in potentia ad multas formas, & eſt in eis natura entis ſimiliter ut diximus, uidelicet quod eſſe rerum ſenſibilium non eſt determinatum, ſed ad diuerſa ſe habens. Vnde non eſt mirum, ſi non determinatam cognitionem ingerit ſenſibus, ſed huic ſic, & alteri aliter. Et propter hoc prædicti philoſophi decenter ſiue uerifimiliter loquuntur ratione prædicta.

par.ſeq.

Non tamen uerum dicunt in hoc, quod ponunt nihil determinatum eſſe in rebus ſenſibilibus. Nam licet materia quantũ eſt de ſe indeterminate ſe habeat ad multas formas, tamen per formam determinatur ad unum modum eſſendi. Vnde, cum res cognoſcantur per ſuam formam magis quam per materiam, non eſt dicendum, quod non poſſit haberi de rebus aliqua determinata cognitio.

par.prima.

Et tamen quia uerifimilitudinem aliquam habet eorum opinio magis cõgruit dicere, ſicut ipſi dicebãt, quam ſicut dicit Epicharmus ad Xenophanẽ, qui forte dicebat oĩa immobilia & ne-

c Quare & grauiſſimum accidens eſt. Nam ſi qui maxime cõtingens uerum uiderunt (hi aũt ſunt maxime quærẽtes ipſam, & amãtes) tales habent opiniones & talia enuntiãt de ueritate, quõo non eſt dignum reſpuere philoſophari conantes? Nam uolãtia proſequi erit utique ueritatem inquirere.

B

d Huius autem opinionis cauſa eſt, quia de entibus quidem ueritatem intendebant. Entia uero putabant eſſe ſenſibilia ſolum. In his uero multa quæ indeterminati natura cõſiſtit, & quæ entis ſicut diximus. Propter quod decenter quidem dicunt, non uera autem dicunt. Sic enim congruit magis dicere, quam ſicut Epicharmus ad Xenophanem.

C

e Amplius autem oẽm uidentes hanc motam naturam, de permutante autem nihil uerum dicimus, circa uero omnino ſemper permutans, non contingere uerum dicere. Nam ex hac exiſtimatione pullulauit opinio dictorum ſumma, quæ eſt dicentium heraclizare, & qualem Cratylus habuit, qui tandem opinatus eſt nihil oportere dicere, ſed digitum mouebat ſolum, & Heraclitum increpauit dicentem, bis in eodem flumine non eſt intrare. ipſe enim exiſtimauit nec ſemel.

D

LECTIO XIII.

NOs autem & ad hanc rationem dicemus, quia permutans quando permutat, habet quandam ipſius ueram rationẽ non exiſtimari eſſe.

A

Quæ ex re difficillimum quod ſequitur eſt, ſi enim qui maxime poſſibile uerum uident, hi autem ſunt, qui maxime illud quærunt, & amant, hi tales opiniones habent, & talem de ueritate ſententiam ferunt, quomodo non ſecordia illis ſit, qui philoſophari conantur? nam quærere ueritatem non eſſet, niſi uolucres perſequi.

Cauſa uero huius opinionis his fuit, quia ueritatem quidem de entibus conſiderabant. entia uero ſola arbitrati ſunt ſenſibilia eſſe. In his autem magna indeterminati natura ineſt, & eius, quod ita ens eſt, ut præ diximus. quare uerifimiliter quidem. ſed non uere dicunt. ita enim magis conuenit dicere, quam ut Epicharmus in Xenophanem.

Item cum hanc omnem naturam moueri uiderent, de eo autem, quod mutatur, nihil uerificari, circa illud, quod omnino mutatur, nihil uerificari poſſe putabant. Ex hac enim exiſtimatione, ſumma illa eorum opinio pullulauit, qui ſe Heraclitum ſequi affirmabant, qualem & Cratylus habebat, qui tantam nihil putabat dicere oportere, ſed ſolum digitum mouebat, & Heraclitum, quod bis dixiſſet in eundem fluuium non eſſe intrare, reprehendebat. ipſe enim exiſtimabat ne ſemel quidem.

LECTIO XIII.

NOs autem ad hanc etiam rationem dicemus, quod id quod mutatur, cum mutatur, habet aliquam ueritatem non eſſe putare.

ceſſaria eſſe, & per certitudinem ſciri. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit ſecundam cauſam ex parte ſenſibilium ſumptam, dicens, quod philoſophi uiderunt omnem hanc naturam. i. ſenſibilem in motu eſſe. Viderunt etiam de permutante, i. de eo, quod mouetur, quod nihil uerum dicitur in quantum mutatur. Quod enim mutatur de albedine in nigredinem, nõ eſt album nec nigrũ, inquantum mutatur. Et ideo ſi natura rerum ſenſibilium ſemper permutatur, & [omnino] idest quantum ad omnia, ita quod nihil in ea eſt fixũ, non eſt aliquid determinate uerũ dicere de ipſa. Et ita ſequitur, quod ueritas opinionis uel propoſitionis non ſequatur modum determinatum eſſendi in rebus. Sed potius id, quod apparet cognoſcenti, ut hoc ſit eſſe uerum unumquodque quod eſt alicui apparere. Et quod iſta fuerit eorum ratio, ex hoc patet: nam ex hac ſuſceptione ſiue opinione pullulauit opinio dictorum philoſophorum [ſumma uel extrema] i. quæ inuenitur quid ſummum uel extremum huius ſententiæ, quæ dicebat [heraclizare] idest ſequi opinionem Heracliti, uel ſequentium Heraclitum ſecundum aliam literam, qui dicebant ſe opinionem Heracliti, qui ſequi poſuit omnia moueri, & per hoc nihil eſſe uerum determinate. Et hanc opinionem habuit Cratylus, qui ad ultimũ ad hanc dementiã deuenit, quod opinatus eſt quod non oportebat aliquid uerbo dicere, ſed ad exprimendũ quod volebat, mouebat ſolũ digitum. Et hoc iõ, quia credebat quod ueritas rei, quam uolebat enuntiare prius tranſibat, quam oratio finiretur. Breuiori autem ſpatio digitum mouebat. Iſte autem Cratylus reprehendit, uel increpauit Heraclitum. Heraclitus .n. dixit quod non poteſt homo bis intrare in eodem flumine, quia antequam intret ſecundo, aqua quæ erat fluminis, iam defluxerat. Ipſe autem exiſtimauit, quod nec ſemel poteſt homo intrare in eundem fluuium, quia ante etiam, quam ſemel intret, aqua fluminis defluit & ſuperuenit alia. Et ita non ſolum etiam non poteſt homo bis loqui de re aliqua antequam diſpoſitio mutetur, ſed etiam nec ſemel.

E

LECTIO XIII.

DIſputat contra prædicta, & primo quantum ad hoc, quod ponebant de mutabilitate rerum ſenſibilium. Secundo quantum ad hoc quod dicebatur de apparentia ſenſuum, ibi [De ueritate uero quod non eſt.] Circa primum ponit ſex rationes, quarum prima talis eſt. a Lect.ſeq.

Qui exiſtimat non eſſe de eo, quod non eſt, ueram opinionem hẽt, & ueram orationem profert ſi hoc enunciat. Sed quod mutatur, dum mutatur, non eſt, nec illud ad quod mutat, nec illud ex quo mutatur: ergo aliquid uere poteſt dici de eo quod

mutatur. Sic ergo poſſumus dicere contra prędictam rationem [vel orationem] .i. opinionem dicentem, quod de eo quod mutatur, nihil poteſt uerum dici, quia [permutans] .i. quod mutatur [quando permutata] .i. quando permutatur, habet quandã orationem, uel rationem veram [ante eis] .i. ſecundum prædictorum opinionem [nõ exiſtimari] idelt q non exiſtimetur aliquid ei ineſſe.

b Eſt etiam dubitatio. Abiiciẽs enim habet aliquid eius, quod abiicitur, & eius quod fit, iam neceſſe aliquid eſſe. Omninoque ſi corrumpitur, exiſtet aliquid ens. Et ſi fit, ex quo fit, & a quo generatur, neceſſe eſt eſſe, & hoc non eſſe in infinitum.

c Sed hęc prætermittentes ita dicamus, quia non idem eſt permutans ſecundum quantitatem & ſecundum qualitatem. Secundum quantitatem igitur ſit idẽ non manens. Sed ſecundum ſpeciem omnia cognoſcimus.

d Amplius autem dignum increpare ſic exiſtimantes, q ſenſibilium in minoribus numerũ ſcientes ſic habentem, de cœlo toto ſimiliter enunciauerunt. Nam circa nos ſenſibilis locus in generatione, & corruptione perſeuerat ſolum ens. Sed iſte vt dicatur nulla pars eſt omnis. Quare iuſtius utique propter illa hæc reliquiſſent quàm propter hæc de illis errauerunt.

e Amplius autem palam, quia ad hos eadem olim dictis dicemus. Quod enim eſt immobilis natura quædam, oſtendendum ipſis, & credendum eſt eis.

f Et etiam contingit ſimul dicentibus eſſe & non eſſe, quieſcere magis dicere omnia quã moueri. non eſt enim in quod aliquid permutetur; nam omnia inſunt omnibus.

LECTIO XIIII.

a DE ueritate autem, q non oẽ apparens uerum; primum quidem, quia neque ſenſus falſus proprij eſt; ſed phantaſia nõ idem ſenſui.

part. 2. b Secundam rationem ponit, quæ talis eſt. Omne quod permutatur, habet iam aliquid de termino ad quem permutatur. quia quod

part. 3. mutatur, dum mutatur, partim eſt in termino ad quem, & partim in termino a quo, vt probatur in vj. Phyſic. uel ſecundum aliam literam [abiiciens habet aliquid eius quod

Tex. cõ. 7. & 8. Tex. cõ. 23. abiicitur.] Et ex hoc datur intelligi quod

part. 4. in eo, quod mouetur, ſit aliquid de termino a quo: quia, quãdiu aliquid mouetur, tandiu terminus a quo abiicitur. non autem abiiceretur, niſi aliquid eius ineſſet ſubiecto mobili. Et eius, quod fit, neceſſe eſt iam aliquid eſſe, quia omne, quod fit, ſiebat, vt probatur vi. Phyſic. Patet etiã,

Te. com. 32. quod ſi aliquid corrumpitur, q adhuc

part. 5. aliquid ſit; quia ſi omnino non eſſet, iam eſſet omnino in corruptum eſſe, & non in corrumpi. Similiter autem ſi

part. 6. aliquid generatur, oportet quod ſit materia, ex qua generatur, & agens, a quo generatur. Hæc autẽ non eſt poſſibile procedere in infinitũ, quia, vt probatur in Secundo, nec in cauſis materialibus, nec

Tex. c. 5. & inde. Tex. cõ. 24. parte. 1. in agentibus in infinitum procedi. Sic igitur eſt magna dubitatio contra eos, qui dicunt, q de eo quod mouetur nihil poteſt vere dici, tũ quia in eo quod mouetur & generatur eſt aliquid de termino ad quem, tum quia in omni generatione & motu, oportet ponere aliquid ingenitum & immobile ex parte materiæ & agentis.

c ¶ Tertiam rationem ponit, & hęc ratio contradicit eis, quantum ad cauſam, ex qua opinionem ſumpſerunt, quia omnia ſenſibilia ſemper mouentur. Moti enim ſunt ad hoc dicendum ex his, quæ augentur. Viderunt enim quod aliquid per unum annum creſcit ſecundum modicam quantitatem, & crediderunt, quod motus augmenti eſſet continuus, ita quod quantitas, ſecundum quam attenditur augmentum, diuideretur proportionaliter ſecundum partes temporis: ita quod in qualibet parte fieret augmentum alicuius quantitatis, cuius proportio eſſet ad totam quantitatem, ſicut proportio partis temporis ad totum tempus. Vnde, cum iſte motus ſit inſenſibilis, exiſtimauerunt ſimiliter, quod ea, quæ uidentur quieſcere, mouentur, ſed motu inſenſibili. Dicit ergo contra illos, quod prætermiſſis illis, quæ dicta ſunt, patet, quod non eſt idem motus, ſecundum

F quantitatem, & ſecundum qualitatem, vel formam. Et quãuis concedatur eis, q motus ſecundum quantitatem ſit continuus in rebus, & quod omnia hoc motu ſemper inſenſibiliter moueantur, tamen ſecundum qualitatem, vel formam, non oportet q propter hoc ſemper omnia moueantur. Et ita poteſt haberi cognitio de rebus determinata; quia res magis cognoſcuntur per ſuã ſpeciem, quam per ſuam quantitatem.

Quanquam etiam ambiguum eſt. Abiiciens enim habet aliquid eius, q abiicit. et neceſſe eſt aliquid etiam eius, quod fit, eſſe. & ſimpliciter, ſi corrumpitur, erit aliquid ens. & ſi fit, neceſſe eſt eſſe, ex quo fit, & a quo generatur, & hoc non eſſe in infinitum.

G Sed his omiſſis, illa dicamus, q non eſt idem ſecundum quantitatem, & ſecundum qualitatem tranſmutari. detur itaque non permanere ſecundum quantitatem, attamen ſecundum formam omnia cognoſcimus.

Item dignum eſt reprehendere eos qui ita arbitrantur, quoniam, cum & ipſorum ſenſibilium pauciora numero ita ſe habere uiderent, de toto tamen cælo ſimiliter ſenſerunt. hic enim qui circa nos eſt, ſolum ſenſibilium locus in

H corruptione & generatione eſt, qui nulla, ut ita dicam, uniuerſi pars eſt. Vnde iuſtius fuiſſet propter illa, iſta etiam abſoluiſſe, quam propter iſta, illa condemnaſſe.

Item manifeſtum eſt quod & ad iſtos eadem dicemus, quæ olim dicta ſunt. quod enim eſt immobilis quædam natura oſtendendum, & perſuadendum eſt eis.

I At accidit eis, qui ſimul dicunt eſſe, & non eſſe, magis dicere, quieſcere cuncta, quam moueri. non enim eſt, in quo quicquam moueretur, nam omnia omnibus inſunt.

LECTIO XIIII.

DE ueritate uero, quod non omne, quod apparet, uerum ſit. Primo quidem neq; ſenſus proprij fallax eſt. ſed imaginatio non eſt idem, q ſenſus.

d ¶ Quartam rationem ponit dicens, q dignum eſt reprehendere, ſiue increpare [ſic exiſtimantes] .i. opinantes, ſ. q oia ſenſibilia ſunt ſemper in motu, propter hoc q paucorum ſenſibilium in minori numero ſic [habentem] .i. tam ſunt plura ſenſibilia immobilia ſunt, niſi quantum ad motum localem. Conſtat.n. q ſola ſenſibilia, quæ ſunt hic circa nos in ſphera actiuorũ & paſſiuorũ, ſunt in generatione, & corruptione. Hĩc aũt locus eſt quaſi nihil reſpectu uniuerſi. Nam tota terra non habet ſenſibilem quantitatem reſpectu ſupremæ ſpheræ. Ideo ſe habet ad eam ſicut centrum, ſicut aſtrologi probant per hoc quod ſemper ſex ſigna zodiaci ſuper terram apparent. Quod non eſſet, ſi terra aliquam partem cœli ſenſibiliter notabilem a nobis occultaret. Stultum fuit de tota natura ſenſibili iudicare propter illa parua, immo totum iuſtius fuiſſet, quod tota natura ſenſibilis fuiſſet diiudicata ſecundum motum cœleſtium corporũ, quæ multum excedunt alia in quantitate.

e ¶ Quintam rationem ponit dicens, q contra hoc dicenda ſunt ea, q ſupra ſunt dicta in hoc co ſe li. ſ. q ſit quædam natura immobilis [ſ.] natura primi motoris, ut

Te. com. 45. K probatum eſt in 8. phy. Et hoc eſt dicendum contra eos, & ipſi debẽt hoc credere, ſicut alibi probatum eſt. Et ideo non eſt uerum dicere q oĩa ſint ſemp in motu, & q nihil uero de aliquo, oſtit dici.

f ¶ Sextam rõnem ponit dicens, q illa poſitio qua ponunt oĩa moueri, repugnat primæ eorum poſitioni, qua ponunt contradictoria ſimul uerificari de eodem: quia, ſi aliquid ſimul eſt & non eſt, magis ſequitur q oĩa quieſcant, q q oĩa moueant. Nihil.n. permutatur ad hoc quod iam ineſt ei, ſicut quod iã eſt album non mutatur ad albedinẽ. Si autem idem contingit ſimul eſſe & non eſſe, oĩa inſunt oĩbus, ut ſupra probatum eſt, quia oĩa ſunt unum. Et ita non erit in quod poſſit aliquid permutari. Tex. cõ. 15.

LECTIO XIIII.

HIc incipit procedere contra ipſam rõnem de ueritate apparentium & circa hoc duo facit. Primo improbat hanc opinionem. Secundo inducit concluſionem intentam, ibi, [Igitur quia cunctorum.] Circa primum duo facit. Primo diſputat Infra le. part. 5.

Lect. seq. par. prima. ...it contra illos, qui prædictam poſitionem propter aliquam ra A tionem uel dubitationem poſuerunt. Secundo contra proteruientes, ibi: [Sunt autem quidem.] Circa primum ponit ſeptẽ rationes. Circa primam ſic dicit. Oſtenſum eſt, quod non omnia ſint mutabilia, ſed de ueritate quod non omne apparens ſit uerum, iſta conſiderandalunt: quorum primum eſt. ꝙ ſenſus non eſt ꝑprie cauſa falſitatis, ſed phantaſia, quæ non eſt idem ſenſui q.d. Diuerſitas iudiciorum, quæ datur de ſenſibilib. non ꝓuenit ex ſenſu, ſed ex phantaſia, ad q̃ propter aliquod impedimentum naturæ proueniunt deceptiones ſenſuum. Phantaſia autẽ non eſt eadem ſenſui, ut probatur Tertio de Anima, ſed eſt motus factus a ſenſu ſecundũ actum. Vnde quod ipſi attribuerunt ſenſui iſtam diuerſitatem iudiciorum, per q̃ unus iudicatur falſum ſentire de hoc, de quo alius uerum ſentit, non conuenienter faciũt. Alia translatio meli⁹ habet. [Et primum quidem, quia nec ſenſus falſus proprii eſt. Sed phantaſia non idem eſt ſẽſui, quaſi dicat, quod nullus ſenſus de ꝓprio obiecto decipitur, ſicut uiſus non decipitur de coloribus. Ex quo patet quod iudicium ſenſus de ſenſibili proprio eſt determinatum. unde oportet

par. 2.

Tex. cõ. 73.

part. 3.

Tex. cõ. 25. par. 4.

par. 5.

b Deinde dignum mirari ſi hoc dubitatur, utrum tantæ ſunt magnitudines, & colores tales, quales a remotis uidẽtur, aut quales de prope; & utrum qualia ſanis, aut qualia laborantib. Et grauiora, utrum qualia debilibus, aut qualia robuſtis. Et uera, utrum qualia dormientibus, aut qualia uigilantibus. Quod quidẽ enim B non putant palam. Nullus ergo ſi putauerit ſe de nocte Athenis eſſe ens in Libya, uadit ad Odion.

c Amplius autem de futuro, ut & Plato dicit nequaquam ſimiliter propria Medici opinio, & ignorãtis, uelut de futuro ſanus fore, aut non futuro.

d Amplius autem & non ſimiliter in ſẽſibilibus propria alicui & proprii, aut propinqui & eius quod ipſius. Et de coloribus quidem uiſus nõ guſtus, de chymis C uero, guſtus, ſed non uiſus.

e Quorũ unuſqſq; in eodẽ tpe circa idẽ numq̃ dicit ita & non ita ſimul hẽre. Sed nec in altero tpe circa paſſionem dubitauit, ſe circa id, cui accidit paſſio. Dico ãt, puta idem qdẽ uidebiť vinũ, aut mutatũ uinũ. aut corpe mutato, qñq; qdem dulce eſſe, quali

determinatam ueritatem eſſe in rebus. Et ſi obiiciatur, quod aliquando etiam circa ſenſibilia propria error accidit: reſpondet D quod hoc non eſt ex ſenſu, ſed ex phantaſia, per cuius indiſpoſitionem aliquando contingit, quod id, quod per ſenſum accipitur, aliter ad ipſam perueniat quam ſenſu percipiatur, ſicut patet in phreneticis, in quibus organum phantaſiæ eſt læſum.

b ¶ Secundam rationem ponit, circa quam ſic dicit. Dignum eſt admirari, ſi aliqui de hoc [quærunt] vel [dubitant] ſecundum aliam literam, utrum magnitudines tales ſint, quales uidentur a remotis, uel quales videntur a propinquis. Quaſi enim per ſe uerum eſt, quod ſenſus propinquas magnitudines iudicat tales les eſſe, quales ſunt, remotas autem minores quam ſint: quia ꝙ a remotiori uĩ, uidetur minus, ut in perſpectiua probatur. Et ſimile eſt, ſi quis dubitat; utrũ colores ſint tales quales uidentur a remotis, uel quales uidentur a propinquis. Conſtat.n. ꝙ uirt⁹ agentis quanto plus in remotis porrigitur in agendo, tanto deficientior eius inuenitur effectus. Ignis n. minus calefacit quę E diſtant, quam quæ ſunt propinqua. Vnde & color corporis ꝑfecti ſenſitiui, non ita immutat ꝑfecte in remoto, ut in propinquo diaphanum. Et propter hoc uerius eſt iudicium ſenſus de coloribus ſenſibilibus in propinquo, quam in remoto. Et ſimile eſt etiam, ſi quis dubitat, utrum aliqua talia ſint, qualia uidentur [laborantibus] i. infirmi. Sani n. habent organa ſenſuum bene diſpoſita, & ideo ſpecies ſenſibilium in eis recipiuntur prout ſunt, & propter hoc uerum eſt iudicium ſanorum de ſenſibilibus. Organa uero infirmorum ſunt indiſpoſita. Vnde non conuenienter immutantur a ſenſibilibus.

Et propter hoc eorum iudicium de eis non eſt rectum, ut patet in guſtu: cuius organum, quia in infirmis corruptis humoribus eſt infectum, ea, quæ ſunt boni ſaporis, eis inſipida uidẽtur. Et ſimile iterum eſt, utrum pondera ſint ita grauia ſicut

A videntur debilibus, uel ſicut uidentur robuſtis. Conſtat. n. quod robuſti de ponderibus iudicant ſm quod ſunt. non autem ita eſt in debilibus, in quibus difficultas ad ſuſtinendum pondus, non ſolum prouenit ex magnitudine ponderis, quemadmodum in robuſtis, ſed etiam ex paucitate uirtutis. Vnde etiam

Deinde admiratione dignum eſt, ſi hoc dubitant, utrum tanta ſint magnitudines, talesque colores, quales eminus, an quales cominus apparent, & utrum qualia ſanis, an qualia ægrotantibus. & grauiora, utrum qualia debilibus, an qualia robuſtis. & vera, utrũ qualia dormientibus, an qualia uigilantibus. Quod enim non arbitrantur, pa- B *tet. nemo etenim, ſi noctu exiſtimet ſe Athenis eſſe, cum in Libya ſit, ad Ariopagum uadit.*

Item de futuro (ut Plato quoque ait) non eſt profecto ſimiliter certa Medici, & ignari opinio: utputa de futuro ſano, aut non futuro.

Item in ipſiſmet ſenſibus non eſt ſimiliter certus, qui alieni eſt, & qui proprii, nec illius, qui prope eſt, & ipſiuſ- C *met: ſed de colore quidem uiſus, non guſtus, de ſapore guſtus, & non uiſus,*

Quorum nullus nunquam ait eodem tempore circa idem ſimul ita, & non ita ſe habere. At nec in alio tempore circa paſſionem dubitarint, ſed circa illud, cui paſſio accidit. dico autem ueluti idem quidem uinum, aut ipſum mutatum, aut corpore mutato, uideri poſſit quan-

parua pondera eis magna uidentur. Simile eſt ſi aliqui dubitant utrum ueritas ſic ſe habeat, ſicut uĩ dormientib. aut ſicut uĩ vigilantib. In dormientib. enim ligati ſunt ſenſus, & ita iudicium eorum de ſenſibilibus non poteſt eſſe liberum, ſicut eſt iudicium uigilantiũ, quorum ſenſus ſunt ſoluti. Supra autem dictũ eſt, quod mirandum eſt ſi dubitant, quia ex eorum actibus apparet ꝙ non dubitant, nec exiſtimant omnia prædicta iudicia æqualiter eſſe uera. ſi.n. aliquis exiſtens in Libya in ſomnis, videat ſe eſſe Athenis, vel aliquis exiſtẽs Pariſius, videat ſe eſſe in Virginia in ſomnis, a ſomno ſurgens non talia operatur, qualia operaretur ſi ĩ vigilia hoc percepiſſet. Iret.n. ad Odiõ, i. ad locum quẽdam, qui eſt Athenis, ſi in uigilia ſe Athenis eſſe uideret, quod non facit ſi hoc ſomniauit. Ergo patet quod non putat ſimiliter eſſe uerum, quod uidetur dormienti & uigilanti. Similiter poteſt argui de aliis

D quæſtionibus prædictis. Licet.n. ore etiam de talibus quærant, tamen de eis in mente non dubitant. Vnde patet rationem eſſe nullam, qua ponebant omne, quod uidetur, eſſe uerum. Hoc enim ponebant, quia diuerſarum opinionum non poteſt accipi quæ uerior ſit, ſicut ſupra dictum eſt.

c ¶ Tertiam rõnem ponit dicẽs, quod de futuris, ſicut Plato dicebat, nõ ſimiliter [eſt propria] i. principalis firma & uera & digna credi opinio medici, & ignorãtis medicinã ſicut de hoc futuro, qđ eſt, infirmatum ſanari, uel non ſanari. Nã Medicus, qui ſcit cãm ſanitatis, põt aliqua ſigna ſanitatis futuræ ꝑſcire, quæ neſcit artis medicinalis ignarus. Vnde patet, quod ſtulta eſt opinio qua creditur omnes opiniones ęqualiter eſſe veras.

d ¶ Quartã rõnẽ ponit, q̃a in ſenſibilib. non ſimiliter [eſt propria] i. vera & credibilis iudicat o ſenſus de alieno ſenſibili, & de proprio. Sicut viſus nõ ſimiliter iudicat de colorib. & guſt⁹. Sed credẽdũ eſt de colorib. iudicio viſ⁹. [Et de chymis] i. ſaporib. iudicio guſtus. Vñ, ſi viſus iudicet aliqd dulce eſſe, & guſtus percipit e eſſe amarũ credẽdũ eſt magis guſtui quam uiſui. Et ſimiliter ẽt nõ eſt æqualis põderis iudiciũ ſenſus de proprio ſenſibili, & de eo, qđ eſt proprio propinquum. Propinqua aũt propriis ſenſibilib. hic dũr ſenſibilia cõia, vt magnitudo, numerus, & huiuſmodi, circa quæ magis decipitur ſenſus q̃ circa ſenſibilia propria, minus tamen quam circa ſenſibilia alterius ſenſus, vel circa ea, q̃ ſunt ſenſibilia per accidens. Et ita patet, quod ſtultum eſt dicere omnia iudicia ęqualiter eſſe uera.

e ¶ Quintã rõnẽ ponit dicẽs, ꝙ nullus ſenſus in eodẽ tpe ſimul dicit circa idẽ ita ſe hẽre & non hẽre. in eodẽ.n. tpe nõ dicit uiſus aliqd eſſe albũ, & nõ albũ, nec bicubitũ & nõ bicubitũ, nec dulce & nõ dulce. Sed, quãuis in diuerſis tpibus, videatur iudiciũ ſenſus oppoſita de eodẽ iudicare, nũquã tñ dubiũ accidit ex iudicio circa paſſionẽ ipſã ſenſibilẽ, ſed circa paſſionis ſubm. v.g. de eodem ſubiecto, ſ. vino guſtui, qñq; vĩ quod eſt dulce,

& quandoque quod non eſt dulce. Quod prouenit uel propter mutationem corporis ſenſibilis, uel inſtrumenti, quod eſt infe ctum amaris homoribus. Et ſic quicquid guſtat, ei non dulce uidetur, uel propter mutationem ipſius uini. Sed nunquam guſtus mutat iudicium ſuum, quin ipſam dulcedinem talem iudicet eſſe, qualem percipit in dulci, quando iudicauit eã eſſe dulcem, ſed de ipſa dulcedine ſemper verum dicit, & ſemper eodem modo. Vnde, ſi iudiciũ

part.4. ſenſus eſt uerum, ſicut ipſi ponunt, ſequitur etiam, quod natura dulcis ex neceſſitate ſit talis, & ſic aliquid erit determinate uerum in rebus. Sequitur etiã, quod nunquam affirmatio uel negatio ſunt ſimul uera, quia

part.5. nunquam ſenſus ſimul dicit aliquid eſſe dulce & non dulce, ut dictum eſt.

f ¶ Sextam rationẽ ponit dicens, quod prædictæ rationes omnes uel opiniones, ſicut auferunt omnia ſubſtantialia prędicata, ut ſupra oſtenſum eſt, ita auferunt omnia prædicata neceſſaria. Sequitur.n. quod nihil de altero prędicatur ſubſtantialiter, aut neceſſario. Et quod non ſubſtantialiter, ex ſupra dictis patet. Quod autem non neceſſario,

Tex.cõ.13. Tex.cõ.26. par.1. ſic probatur, quia neceſſarium eſt, quod non contingit aliter ſe habere. Si ergo omne quod eſt, eſt ſic uel aliter ſecundum eos qui dicũt contradictoria ſimul eſſe uera, & oppoſitas opiniones, ſequitur quod nihil ſit neceſſarium in rebus.

g ¶ Septimam rõnẽ ponit dicens. Si omne apparẽs eſt verũ, nec aliquid eſt uerum, niſi ex hoc ipſo, qđ eſt apparens ſenſui, ſequẽt, quod nihil eſt, niſi inquantum ſenſibile eſt in actu. Sed, ſi ſolũ ſic aliquid eſt, ſ. inquantum eſt ſenſibile, ſequetur, quod nihil ſit, ſi non erunt ſenſus. Et per conſequens ſi non erunt aĩata uel animalia. Hoc autẽ eſt impoſſibile. Nam hoc poteſt eſſe uerum, quod ſenſibilia, inquantum ſenſibilia, non ſunt, i. ſi accipiantur prout ſunt ſenſibilia in actu, quod non ſunt ſine ſenſibus. Sunt.n. ſenſibilia in actu ſecundum quod ſunt in ſenſu. Et ſecundum hoc omne ſenſibile in actu eſt quędam paſſio ſentientis, quę non põt eſſe ſi ſentientia non ſunt. Sed quod ipſa ſenſibilia, q̃ faciunt hanc paſſionẽ in ſenſu nõ ſint: hoc eſt impoſſibile. Quod ſic patet. Remoto.n. poſteriori non remouetur prius, ſed res faciens paſſiones in ſenſu non eſt ipſemet ſenſus, quia ſenſus non eſt ſuimet, ſed alterius, quod oportet eſſe prius ſenſu naturaliter, ſicut mouens moto naturaliter eſt prius. Viſus.n. non uidet ſe, ſed colorem. Et ſi contra hoc dicatur, quod ſenſibile & ſenſus ſunt relatiua

doque autem non dulce. Sed qđ non dulce, quale eſt quando fuerit, nunquam mutauit, ſed ſemper de ipſo uerum dicit, & eſt, ex neceſſitate exiſtens tale dulce.

f Quamuis & hæc hę rationes omnes auferunt, quemadmodũ & ſubſtãtiam non eſſe, ullius, ita nec ex neceſſitate nihil. Neceſſarium.n. eſt quod non contingit aliter & aliter ſe habere. Quare & ſi quidem ex neceſſitate, non habebit ita & non ita. G

g Et ex toto, ſi eſt actu ſenſibile ſolum, nihil utique erit ſolum non exiſtẽtibus animatis, ſenſus enim non erit. Neque quidẽ igitur ſenſibilia eſſe, & neque ſenſationes forſan uerum. Sentientis enim paſſio eſt. Subiecta uero non eſſe, quę ſenſum faciunt, & ſine ſenſu impoſſibile. Nõ enim H ſenſus ſuimet, eſt, ſed aliquid alterum præter ſenſum, quod prius eſſe ſenſu neceſſe eſt. Mouens.n. moto prius eſt natura. Et utique ſi adinuicem dicantur hæc ipſa, nihil minus.

LECTIO XV.

a Svnt autem quidam, qui dubitant, huiuſmodi perſuaſorum, & has rationes ſolum dicẽtium. Quærunt.n. quis qui iudicat ſanum, & omnino circa ſingula recte iudicantem. Tales uero dubitationes ſimiles ſunt dubitationi: utrũ dormimus nunc, aut vigilamus? Poſſunt autẽ oẽs dubitatiões tales idem. Oĩum.n. rõnem hi dignificant eſſe. Principium.n. quęrunt, & hoc p demonſtrationem accipere. Quandoque uero q̃ nõ perſuaſi ſunt, manifeſti ſunt in actibus. Sed ſecundum q̃ quidem dixim⁹, hęc eorum paſſio eſt. Rõnem enim quærunt, quorum non eſt ratio. K

doque dulce, quandoque non dulce, ſed non ipſum dulce, cum quale eſt ſit, nunquam mutatum eſt, ſed ſemper uerificatur de eo. & quod futurum eſt, dulce, neceſſario tale eſt.

Attamen omnes illę orationes hoc perimunt. & quemadmodum ſubſtantiam non eſſe nullius. ita nec quicquam neceſſario eſſe. neceſſarium enim non cõtingit aliter, & aliter ſe habere. quare, ſi quid neceſſario eſt, non ita, & non ita habebit.

Et ſimpliciter, ſi ſenſibile ſolum eſſet, nihil eſſet profecto, cum animata non eſſent. ſenſus namque non eſſet. neque ſenſibilia itaque, neq; ſenſiones eſſe fortaſſis uerum eſſet. ſentiẽtis enim hæc paſſio eſt. Ipſa uero ſubiecta, quę ſenſum faciunt, non eſſe etiam abſque ſenſu, hoc impoſſibile eſt. Senſu, namque non ipſe eſt ſuipſius, ſed eſt aliqd aliud etiam præter ſenſum, quod neceſſe eſt prius ſenſu eſſe. mouens enim natura prius eſt moto. etſi ad ſemnicem dicuntur hęc ipſa, nihil minus.

LECTIO XV.

Svnt autem quidam eorum, quibus de his perſuaſum eſt, quique has orationes ſolum dicunt, qui dubitant. quęrunt etenim, quis eum, qui ſanus eſt, & omnino qui circa ſingula recte iudicarit, examinet. Tales autem dubitationes ſimiles ſunt, ac ſi quis dubitaret, utrum dormimus nunc, an uigilamus, tales namque cunctę dubitationes idem poſſunt. de omnibus etenim hi dignum ducunt rationem eſſe, principiũ namque (& hoc per demonſtrationem) accipere quærunt. Quod autem non eſt eis perſuaſum, ex eorum actionibus manifeſte apparet, ſed, ut diximus, iſte eorũ affectus eſt. rationem nãq; eorum quærũt, quorum non eſt ratio: demonſtrationis

F adinuicem dicta, & ita ſimul natura, & interempto uno interimitur aliud, nihilominus ſequitur propoſitũ: quia ſẽſibile in potentia non dr̃ relatiue ad ſenſũ quaſi ad ipſum referatur, ſed quia ſenſus refertur ad ipſum, ut in Quinto huius hẽtur. Tex.cõ.20. Patet igitur, quod impoſſibile eſt dici, quod ex hoc ſunt aliqua vera, quia ſenſui apparent. Quod ponit illi, q̃ ponũt omnia apparentia eſſe vera, ut ex prædictis patet.

LECT. XV.

Diſputat contra illos, qui prędictam rationem non ex rõne, ſed ex pertinacia ſuſceperunt. & circa hoc duo facit. Primo, ponit qualiter iſti mouentur ad hanc opinionem ponendam. Secundo, oſtẽdit qualiter eſt reſiſtẽdũ, ibi [Qui uero uim in ſolo verbo &c.] part. ſequ. huius lect. Dicit ergo primo, q̃ præter prædictos, qui in prædictam opinionẽ ex quibuſdam dubitationib. inciderunt, ſunt aliqui, qui iterrogãt [perſuaſos in his], ſ. opin oĩbus deceptos, ut eos in deceptione detineãt, & has ſolas rõnes hñt ad iſtam opinionem confirmandam. Alia trãſlatio hẽt. Sunt autẽ quidã, qui deficiũt, ſiue dubitant hmõi perſuaſorum has rõnes ſolum dicentium. Et eſt ſenſus, q̃ quidam deceptorum, qui prædictã opinionem tenent, has ſolas dubõnes tenẽt, & his rõnib. utuntur, q̃ infra dicentur. Sc.n. dicatur eis, q̃ inter contrarias opiniones credendũ eſt magis ſanis q̃ infirmis, & ſapientib. quã ignorantibus, & uigilantibus quã dormientibus, ipſi iterato quærunt, quo poſſit diiudicari ſanus per certitudinẽ ab infirmo, & uigilans a dormiẽte, & ſapiẽs a ſtulto. Et breuiter in oĩbus diuerſitatib. opinionum q̃õ põt diſcerni quis illorum iudicat recte in oĩbus, cũ quibuſdã uideat aliquis eſſe ſapiens, qui aliis uĩ ſtultus, & ſic de aliis. Sed iſtæ dubitationes ſtultæ ſunt. Similes.n. ſunt illi dubõni, qua dubitat, utrũ nũc dormiamus, an uigilemus. horum.n. oĩum diſtinctio p ſe nõ eſt. Oẽs aũt dubitationes prædictæ idẽ ualẽt, q̃a ex eadẽ radice procedunt. Volunt.n. iſti ſophiſtæ, q̃ oĩum pñt accipi rõnes demonſtratiuę. Patet.n. q̃ ipſi q̃rebãt accipere aliqd pricipiũ, q̃ eſſet eis quaſi regula ad diſcernẽdũ inter infirmũ & ſanũ, iter uigilãtẽ & dormiẽtẽ. Nec erãt cõtẽti iſtã regulã, qualitercũq; ſcire, ſed eã uolebãt p demõſtrationẽ accipere. Ergo, q̃ ipſi decepti ſũt, manifeſtũ ẽ in eorũ actib. ſm̃ q̃ dixim⁹. ex q̃b. apparet q̃ põ eorũ ſit falſa. Nã, ſi æqualiter efficax eẽt iudiciũ dormiẽtis & uigilãtis, eadẽ ſeq̃rent in actib. horum ex utroq; iudicio,

quod

quod patet eſſe falſum. Alia litera habet. Quicunque uero ꝙ non perſuaſi ſunt. Et eſt ſententia conuenientior præmiſſis. Ipſi enim licet hoc ponant & oretenus quærant, non tñ mente in hoc decipiuntur, ꝙ credant ſimiliter eſſe uerum iudiciũ dormiẽtis & uigilantis, quod ex eorum actibus patet, ut dictumeſt. Sed quia non ſiut decepti, ut in hoc dubitent, hæc [tñ eſt paſſio eorũ], i. infirmitas mentis, ꝙ quærunt rationem demonſtratiuã eorum, quorum non eſt demoſtratio. Nã [principium demonſtrationis nõ eſt demonſtratio], i. de eo demonſtratio eẽ nõ poteſt. Et hoc eſt eis facile ad credendũ, quia non eſt hoc difficile ſumere etiam per demõſtrationẽ.

part. 2.

Ratio. n. demonſtratiua probat ꝙ non omnia demonſtrari põt, quia ſic eſſet abire in infinitum. Deinde cum dicit.

part. 3.

b ¶ Diſputat contra illos, uel contra alios, qui nec hac ratione mouentur ad ponẽdum omnia apparentia eſſe uera, quia non poteſt per demonſtrationẽ accipi regula, per quã certitudinaliter poſſit diſcerni inter iudicantes uere, & nõ uere, ſed ſolũ ex quadam potentia rationem prædictam ponunt. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit, ꝙ tales proteruientes tendant ducere ad impoſſibile. Secundo qualiter reſiſtendum eſt eis apparẽter, ibi: [Verum ſi non omnia.] Tertio qualiter eis obuiandum eſt ſecundum ueritatem, ibi: [Et ſicut prædictum eſt &c.] Dicit ergo primo, ꝙ illi qui quærunt [uim in ſolo uerbo], ideſt qui nõ mouentur ex aliqua ratione, nec propter difficultatem alicuius dubitationis, nec propter defectũ demonſtrationis, ſed ſolũ uerbis innituntur, & credunt quod omnia poſſunt dicere, quæ improbari non poſſunt: iſti tales quærunt ducere ad aliquod impoſſibile. Volunt enim ad hoc ducere, ꝙ contraria ſint ſimul uera per hoc, quod omnia apparentia ſunt uera. Deinde cum dicit.

part. seq. — part. 4. huius Lec. — Tex. ch. 29.

c ¶ Docet ex eorum poſitione, eis reſiſtere, & prædictum inconueniens euitare dicens, quod niſi ponantur omnia, quæ ſũt, eſſe ad aliquid, non poteſt dici, quod omne apparens ſit uerum. Si enim ſint quædam in rebus, quæ ſecundum ſe habent eſſe abſolutum, non per relationis ſenſum, uel opinionem, non idem erit eis eſſe, quod apparere. Hoc enim dicit relationem ad ſenſum uel opinionem, quia apparens alicui apparet. Et ita oportebit, quod non apparens ſit uerum. Patet igitur, quod quicunque dicit omnia apparentia eſſe uera, facit omnia entia eſſe ad aliquid, ſcilicet in reſpectu ad opinionem, uel ſenſum. Et ideo contra prædictos ſophiſtas, qui quærunt uim

A in oratione, ſi aliquis dignetur eis [dare orationem]. i. concedere hanc poſitionẽ, quã ipſi ponũt, cuſtodiendum, ſiue obſeruandum eſt eis, ne deducantur ad concedendum contradictoria ſimul eſſe uera. Quia non eſt dicendum abſolute, ꝙ omne apparens eſt uerum, ſed quod apparet eſt uerum, cui apparet, & quantũ apparet, & quando apparet, & ſicut apparet. Hoc enim licitũ erat nobis apponere, ex quo res non habẽt eſſe abſolutum, ſed relatiuum tñ. Ideo autem hoc obſeruandum eſt uolentibus hanc poſitionem cõcedere, quia ſi aliqs concedat eis, ꝙ omne apparens eſt uerum, & ita non concedat cum prædictis determinationibus, ſicut dictum eſt, ſequetur, ꝙ ſtatim dicat contraria ſimul eſſe uera. Contingit enim quod idem ſm uiſum vẽ mel ppter ſimilem colorem mellis, & ſecundum guſtum non mel propter diſſimilem ſaporem. Et ſimiliter, cum duo oculi ſint diſſimiles, non eadẽ eſt uiſio, quæ fit per utrunque oculum, uel non eadem uidentur utrique uiſui, qui fit per utrunque oculum. Vt ſi pupilla unius oculi infecta ſit aliquo groſſo, uel nigro uapore, alia uero pura, uidebuntur per oculum infectum omnia nigra vel obſcura, per alium autem non. Ideo autem dico hoc eſſe cuſtodiendum uel obſeruandum, quia hoc eſt neceſſarium apud prædictos ſophiſtas, qui dicunt ex cauſis prædictis omne apparens eſſe uerum. Et ex hoc ſequi poteſt, quod omnia ſimiliter ſunt uera & falſa, propter hoc, quod non omnibus eadem apparent, nec etiam eadem ad ſeipſum, cum multoties idem homo ſecundum idem tempus iudicet cõtraria, ſecundum diuerſos ſenſus. Sicut uiſus iudicat eſſe vnum, quod tactus iudicat eſſe duo propter uariationem digitorum. Ex qua conuenit, quod idem tangibile per diuerſa inſtrumenta tangibilia ſcilicet tactus per diuerſos digitos, ad uim tactiuam peruenit ac ſi eſſent duo tangibilia. Nullatenus autem eidem homini ſecundum eundem ſenſum ſimiliter & in eodem tempore, uidetur quod hoc ſit verum, ſcilicet contraria ſimul eſſe. Ideo autem forſan eſt neceſſarium ſic reſpondere prædictis ſophiſtis, qui dicunt non propter dubitationem, ſed orationis cauſa, quaſi ex proteruia ipſam orationem propter ſeipſam concedentib. quia hoc non eſt uerum ſimpliciter, ſed huic uerum. Ex hoc enim non ſequitur, contradictoria ſimul eſſe uera. Eſſe enim huic uerũ, & non eſſe uerum illi, non eſt contradictorium. Deinde cum dicit.

Docet

Demonſtrationis enim principium non eſt demonſtratio. Hi quidem utique facile hoc credent. Eſt enim non difficile ſumere.

b Qui vero vim in ſolo uerbo quærunt, impoſſibile quærunt. Contraria nanque dicere digni ficant ſtatim contraria dicentes.

c Vtrum, ſi non omnia ſunt ad aliquid, ſed quædam ſecundum ſe, non erit utique omne quod apparet uerum. Nam quod apparet, alicui apparet. Quare qui omnia quæ apparent eſſe uera dicit, omnia quæ ſunt, facit ad aliquid. Propter quod & obſeruandum uim in ſermone quærentibus, ſimul autem & ſuſtinere ſermonem dignificantibus, quod non quod apparet, eſt, ſed quod apparet, cui apparet, & quando apparet, inquantum, & ut. Si autem ſuſtineant quidẽ ſermonem, non ſic autem ſubſtineant, accidet ipſis contraria cito dicere. Contingit enim ſecundum uiſum eiſdem mel apparere, guſtu vero non. Et oculis duobus exiſtentibus non eadem utrique uiſui, ſi ſunt diſſimiles. Quoniam ad dicentes pp iam dictas cauſas, quod apparet uerũ eſſe, & pp hoc ſimiliter oĩa eſſe uera & falſa. Neque. n. omnibus eadem apparere contingit. Nec enim accidunt ſemper eadẽ, ſed multoties contraria ſecundum idem tempus. Tactus enim duo dicit in digitorum uarietate, & uiſus vnum, at nullatenus idẽ, & ſecundum idem ſenſui, & ſimiliter, & in eodem tempore. Quare hoc vtique erit uerũ. Sed forſan ideo erat neceſſe dicere, non propter dubitationem, ſed orationis cauſa dicentibus, quia hoc non eſt verũ, ſed huic verũ. E

enim principium non eſt demonſtratio. His quidem facile hoc perſuadebitur non enim eſt difficile perceptu.

Qui uero in oratione ſolum uim quærunt, impoſſibile quærunt. contraria nanque dicere dignum cenſent, B *mox contraria dicentes.*

Si autem non ſunt omnia ad aliqd, ſed quædam ipſa per ſeipſa ſunt, non erit utique uerum omne, quod apparet. apparens enim alicui eſt apparẽs, quare qui dicit omnia uera, quæ apparent eſſe, omnia entia facit ad aliquid. Quare obſeruandum eſt his, qui uim in oratione quærunt, ſimulque reddere orationes dignum ducunt, quod non quod apparet eſt, ſed quod appa- C *ret, cui apparet, & quando apparet, & quatenus, et quomodo. Quod ſi reddant quidem orationem, non tamen ita reddant, accidet eis quamprimum contraria dicere. poteſt etenim eidem ſecundum uiſum quidem mel apparere, guſtu autem non. & cum oculi duo ſint, ſi ſint diſſimiles, non eadem utrique uiſui. Cæterum ad eos, q propter olim dictas cauſas, quod apparet uerum eſſe dicunt. & ob hoc omnia ſimiliter eſſe falſa & uera, nec ſane omnibus eadẽ apparere, nec eidem ſemper eadem, ſed plerunque contraria, etiam eodem tempore. tactus etenim duo di-* D *cit in digitorum uariatione, uiſus autem unum: ſed neque eodem ſenſu, & ſecundum idem, & eodem modo, & in eodem tempore. Quare hoc eſſet uerum profecto. Sed ob hoc fortaſſis his, qui non propter dubitationem, ſed orationis gratia dicunt, neceſſe eſt dicere quod hoc non ſit uerum, ſed huic uerum.*

d. Et ſicut prædictum, eſt neceſſe ad aliquid facere omnia, & ad opinionem & ſenſum. Quare nec factum eſt, nec erit nihil, nullo opinante. Si vero factum eſt, aut erit, palam quia nõ erunt omnia ad opinionem.

e Amplius ſi vnum ad vnum, aut ad determinatum. Et, ſi idẽ dimidiũ & çquale, ſed nõ æquale ad duplũ, neque dimidiũ ad æquale. Verum ad opinans, ſi idem eſt homo & opinatum, nun eſt homo opinans, ſed opinatum. Si verum vnumquodq; fuerit ad opinans, ad infinita erit ſpecie opinans.

f Igitur quia cunctorum eſt opinio firmiſſima, non eſſe ſimul veras oppoſitas dictiones: & quid accidit ita dicentibus, & quare ita dicunt, tot ſint dicta.

g Quoniam autem impoſſibile eſt contradictionem veram ſimul eſſe de eodẽ, palã quia nec contraria ſimul ineſſe eidẽ contingit. Contrariorum.n.alterum eſt priuatio. Non vero minus ſubſtantiæ priuatio negatio eſt ab aliquo genere determinato. Si igitur impoſſibile eſt ſimul affirmare & negare vere, impoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe, ſed vel quo ambo, vel quo alterum, alterum vero ſimpliciter, aut non.

LECTIO XVI.

VErum nec inter contradictiones quicquam mediũ eſſe contingit, ſed neceſſarium aut dicere aut negare vnum de vnoquoq; Palam autem primũ quidem diffinientibus quid verum eſt & falſum. Dicere nanq; ens non eſſe, aut non ens eſſe, falſum: ens autem eſſe & nõ ens non eſſe, verum eſt. Quare qui dixerit ita eſſe, aut non eſſe, verum dicet, aut mentietur. ſed neque ens dicet non eſſe, aut eſſe, neque non ens.

Et, ut antea dictum eſt, neceſſe eſt ad aliquid, et ad opinionem, & ad ſenſum omnia facere. Quare nec factum eſt, nec erit quicquam, ſi nemo prius opinatus ſit. quod ſi factum fuit, aut erit, patet quod non ad opinionem omnia ſunt.

Item ſi unum ad unum, aut ad determinatum, & ſi idem eſt & dimi-
G *dium & æquale, non tamen ad duplũ, quod æquale eſt: ad opinionem itaque, ſi idem eſt homo, & quod opinatum eſt, non eſt homo, quod opinatur, ſed quod opinatum eſt. Quod ſi vnumquodque ad illud erit, quod opinatur, infinita ſpecie quod opinatur erit.*

Quod igitur omnium certiſſima opinio eſt non eſſe ſimul ueras oppoſitas dictiones. & quid illis, qui ſic dicunt accidat, et cur ita dicunt, hac de
H *mum dicta ſint.*

Cum uero impoſſibile ſit contradictionem ſimul de eodem verificari, patet quod neque contraria ſimul eidẽ ineſſe contingit. contrariorum enim alterum non minus priuatio eſt. ſubſtantiæ uero priuatio negatio a quodã determinato genere eſt. Si impoſſibile itaque eſt ſimul affirmare, & negare uere, impoſſibile eſt etiam contraria ſimul ineſſe, ſed aut ambo ſecundum
I *aliquid, aut alterum ſecũdum aliquid, aut alteram ſimpliciter.*

LECTIO XVI.

AT uero nec inter contradictionẽ poſſibile eſt quicquam mediũ eſſe, ſed neceſſe eſt dicere, aut negare vnumquodque de uno. Manifeſtum autem eſt primo quidem definientibus quid uerum, quidue falſum eſt: dicere nanque ens non eſſe, aut hoc eſſe, fal
K *ſum: ens autem eſſe, & non ens non eſſe, uerum eſt. quare & qui dicit eſſe, aut non eſſe, uerum dicet, aut mentietur, ſed nec ens dicitur non eſſe, aut eſſe, nec non ens.*

d ¶ Docet reſiſtere ſophiſtis prædictis ſecundum veritatem, & non ſolum ad hominem, ſ. non concedendo falſam opinionem quam ipſi ponunt. Et hoc duabus rationibus, quarum prima ſic dicit. Sicut dictum eſt prius, ſi omne apparens eſt verum, neceſſe [eſt facere omnia ad aliquid], ſ. ad opinionem & ſenſum. Et ex hoc
part. 3. ſequitur hoc inconueniens, quòd nihil ſit, nec fiat nullo opinante. Si autem hoc falſum eſt, quia multa ſunt & fiunt, de quibus nulla eſt opinio, vel cognitio ſicut quæ ſunt in profundo maris, vel
parte 4. in viſceribus terræ, manifeſtum eſt, quod non omnia ſunt ad aliquid, id eſt ad opinionem & ſenſum. Et ita non omne apparens eſt verum.
e ¶ Ponit ſecundã rationem dicens, quod vnum non refertur niſi ad vnum, & nõ ad quodcunque v-
parte 5. num, ſed ad vnum determinatum. Sicut patet, quòd ſint idem ſubiecto dimidium & æquale, non tamen ad æquale dicitur duplũ, ſed
parte 6. magis ad dimidiũ. Aequale vero dicetur ad æquale. Et ſimiliter, ſi ipſe homo, qui eſt opinans, ſit etiam opinatus, non refertur homo ad opinans, inquantum eſt opinans, ſed inquantum eſt opinatum. Si igitur omnia entia, inquantum ſunt huiuſmodi, referuntur ad opinans inquantum opinans eſt, ſequetur, quod hoc, quod dico, opinans, non ſit vnum, cum ad vnum non referatur niſi vnum: ſed infinita ſecundum ſpeciem cum infinita referuntur ad ipſum quod eſt impoſſibile. Vnde non poteſt dici, quòd omnia relatiue dicantur ad opinans, nec per conſequens, quòd omne apparens uel opinans ſit verum. Deinde cum dicit.

Alia litera At vero nec cõtradictionis medium eſſe cõtingit part. 2.

f ¶ Concludit conclusionem ſuam intentam. & circa hoc duo facit. Primo ponit ipſam principalem concluſionẽ. Secundo inducit quoddam corollarium ex ea, ibi: [Si igitur impoſſibile.] Dicit ergo primo, quòd ex prædictis patet, quòd inter omnes opiniones vel ſententias iſta eſt firmiſſima, quæ dicitur, oppoſitas dictiones, ſiue propoſitiones, ſiue contradictiones non ſimul eſſe veras. Et etiam dictum eſt quæ inconuenientia accidunt dicentibus eas ſimul eſſe veras, & ex qua cauſa moti ſunt ad illa dicendum. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit corollarium, dicens ex dictis, quod quia impoſſi-
F bile eſt ſimul contradictionem uerificari de eodem, manifeſtum eſt, quod nec etiam contraria eidem ineſſe poſſunt, quia manifeſtum eſt, quod non minus in contrariis alterum eorum eſt priuatio, quam in aliis oppoſitis, licet utrunque contrariorum ſit natura aliqua, quod non eſt in affirmatione & negatione, vel in priuatione & habitu. Alterum enim eorum eſt imperfectũ reſpectu alterius, ſicut nigrũ reſpectu albi, & amarum reſpectu dulcis. Et ſic habet priuationem quandam adiunctam. Priuatio autem eſt [aliqua negatio ſubſtantiæ] ideſt in aliquo ſubiecto determinato. & eſt etiam ab aliquo genere determinato. Eſt.n. negatio infra genus. Non.n. omne non uidens dicitur cæcũ, ſed ſolum in genere uidentium. Sic igitur patet, quod contrarium includit priuationem; & priuatio eſt quædam negatio. Si igitur impoſſibile eſt ſimul affirmare & negare, impoſſibile eſt contraria ſimul ineſſe eidẽ ſimpliciter, ſed vel [ambo inſunt quo] ideſt ſecundum aliquid, ſicut, quando utrunque in potentia uel ſecundum partem, vel unum ſimpliciter & alterum ſimpliciter. Sicut quando unum eſt in actu & alterum eſt in potentia, uel unum ſecundum plures & principaliores partes, alterum tantum ſecundum aliquam partẽ, ſicut æthiops eſt niger ſimpliciter & albus dentes.

LECTIO XVI.

a POſtquam diſputauit contra ponentes contradictoria ſimul eſſe uera, hic diſputat contra ponentes eſſe medium inter contradictionẽ. Hi.n. dicunt non ſemper alteram partem contradictionis eſſe uerã. Et circa hoc duo facit. Primo diſputat contra ipſam poſitionem. Secundo cõtra quaſdam alias quæſtiones inopinabiles, hanc & ſuperiorẽ poſitionẽ comitãtes, ibi: [His aũt diffinitis. [Circa primũ duo facit.] Primo ponit rationes contra dictam poſitionem. Secundo oſtendit cauſam, quare aliqui moti ſunt ad poſitionem illã ponendã, ibi. [Fuerunt aũt quibuſdã &c.] Circa primũ ponit ſeptẽ rõnes, dicens primo, quod ſicut contradictoria non pñt ſimul eſſe uera, ita nec poteſt eẽ medium inter contradictionem, ſed de unoquoque neceſſarium eſt aut affirmare, aut negare. Et hoc manifeſtũ eſt primo ex diffinitione

nitione ueri, vel falſi. Non enim aliud eſt magis falſum quam dicere non eſſe quod eſt, aut eſſe quod non eſt. Et nihil aliud eſt magis verum quam dicere eſſe quod eſt, aut nõ eſſe quod non eſt. Patet igitur, quod quicunque dicit aliquid eſſe, aut dicit uerum aut dicit falſum: ſi dicit uerum, oportet illud eſſe, quia uerum eſt eſſe quod eſt ſi dicit falſum, oportet illud non eſſe, quia falſum nihil aliud eſt quam nõ eſſe quod eſt. Et ſimiliter ſi dicit hoc nõ eſſe, ſi dicit falſum oportet eſſe, ſi verum, oportet non eſſe, ergo de neceſſitate aut affirmatiua aut negatiua eſt uera. Et ille, qui ponit medium inter contradictoria, non dicit, quod neceſſe ſit dicere de ente eſſe vel nõ eſſe, neque quod neceſſe ſit de nõ ente. Et ita nec affirmans nec negans de neceſſitate dicit uerum vel falſum.

par. 2.

part. 3. Alia lit. intellectuale & intelligibile.

h ¶ Secundam rationem ponit: quæ talis eſt. Medium inter duo aliqua accipi poteſt uno modo, vel participatione utriuſque extremi, quod eſt medium in eodem genere, ſicut uiride vel pallidum inter album & nigrum: Alio modo, per abnegationem, quod etiam eſt diuerſum in genere, ſicut inter hominem & equum: quod nec eſt homo nec eſt equus, ut lapis. Si ergo inter contradictoria eſt medium, aut hoc erit primo modo, aut ſecundo. Si ſecundo modo, tunc nihil permutatur: quod ſic patet. Omnis enim permutatio eſt ex non bono in bonum: aut ex bono in non bonum. quare & cum eſt mutatio inter contraria, ut inter album & nigrum, eſt mutatio inter contradictorie oppoſita. Nam nigrum eſt non album, ut ex prædictis patet. Secundum autem prædicta non poſſit fieri mutatio ex non bono in bonum, vel econuerſo, ergo nulla eſſet mutatio. cum tamen ſemper hoc appareat vel uideatur, quod ex non bono in bonum fiat mutatio, vel econuerſo. Quod autem omnis talis mutatio tollatur ex prædicta poſitione facta, ſic patet.

Par. 4.

parte 5. Alia lit. Negatio & contrarium in ſunt, & in his erit ut in numeris nec par nec impar numerus erit.

b Amplius autem medium erit contradictionis, quemadmodum uiride nigri & albi, quemadmodum neutrum hominis & equi. Siquidem igitur ſic, nõ permutabitur. Nam ex bono in non bonum permutatur, aut ex hoc in bonum. nunc autem ſemper apparet. Non eſt enim permutatio niſi in contraria & media. Si autem eſt medium, & ſic utique erit aliqua in album, non ex non albo generatio. nũc autem non uidetur.

c Amplius omne ſententiale & intellectuale mens aut affirmat aut negat; hoc autem ex diffinitione palam, quia uerum dicit, aut mentitur. Quando quidem ſic componit dicens aut negãs, uerum dicit: quando autẽ non, ſic mentitur.

d Amplius autem præter omnes oportet eſſe contradictiones, niſi orationis cauſa dicatur. Quare nec uerum dicit aliquis, nec non uerum, & præter ens & non ens, erit. Quare, & præter generationem & corruptionem tranſmutatio quædam erit.

e Amplius in quibuſcunque generibus negatio contrarium ineſt, his erit ut in numeris, nec par, nec impar numerus. ſed impoſſibile. ex diffinitione uero palam.

f Amplius in infinitum uadet, & non ſolum hemiolia quæ ſunt

Non enim poteſt eſſe mutatio, niſi inter contraria & media quæ ſunt unius generis, nec poteſt eſſe mutatio de uno extremo in alterum, niſi per medium. Si igitur eſt medium inter contradictoria per abnegationem, idest alterius generis, nulla poterit eſſe mutatio de extremo in medium & ita, per conſequens de extremo in extremum. Si autem primo modo, ſcilicet, quod ſit medium in contradictione quaſi eiuſdem generis, participatione utriuſque, ſicut pallidum inter album & nigrum, ſequitur hoc inconueniens, quod ſit aliqua generatio, quæ terminetur ad album, & non fiat ex non albo: quia ad unum extremum non tantum fit mutatio ex alio extremo, ſed etiam ex medio. Hoc autem non uidetur eſſe uerum, ſcilicet, quod ſit aliqua generatio terminata ad album, quæ fiat ex non albo.

Et ſic patet, quod nullo modo poteſt eſſe medium in contradictione.

c ¶ Tertiam rationem ponit, quæ talis eſt. Intellectus in omni conceptione ſua, qua ſentit & intelligit, aut affirmat aliquid

A aut negat. Ex diffinitione autem ueri & falſi apparet, quod ſiue aliquis affirmet ſiue neget, oportet ut uerum dicat, aut mentiatur: quia, quando intellectus ſic componit uel affirmando, vel negando, ſicut eſt in re, dicit uerum: quando autem non ſic, mentitur. Et ita patet, quod ſemper oportet quod ſit uera uel affirmatio vel negatio: quia oportet quod aliqua opinio ſit vera, & omnis opinio affirmatio eſt vel negatio. Vnde oportet, quod ſemper affirmatio uel negatio ſit vera. Et ſic non eſt medium in contradictione.

Item medium inter contradictionem, aut erit quemadmodum fuſcum inter album & nigrum, aut quemadmodum neutrum inter hominem, & equum. Si itaque ita eſt, non mutabitur profecto. ex non bono namque, in bonum mutatur, aut ex hoc in non bonum. nunc uero ſemper apparet, non

B *enim eſt mutatio, niſi ad oppoſita, & media. quod ſi eſt medium, etiam ſic aliqua erit in album non ex non albo generatio. nunc autem non uidetur.*

Item omne intellectuale, aut intelligibile mens, aut affirmat, aut negat, hoc vero ex definitione patet, cum uerum dicat, aut mentiatur. cum enim ſic componens dicat, aut neget, uerum dicit: cum uero ſic, mentitur.

C

H

Item in omnibus contradictionibus eſſe oportet, niſi rationis gratia dicatur. quare neque uerum dicet aliquis, neque non verum, et præter ens, & non ens quiddam etiam præter generationem & corruptionem, tranſmutatio aliqua erit.

Item in quibuſcunque generibus negatio contrarium inducat, in his etiam erit, utpote in numeris, nec impar, nec non impar, numerus. ſed impoſſibile eſt. ex definitione autem eſt manifeſtum.

D

Item in infinitum procedet, & entia non ſolum ſexquialtera, ſed etiam

d ¶ Quartam rationem ponit, quæ talis eſt. Si in contradictione ponitur medium, oportet hoc in omnibus contradictionibus dicere, quod ſcilicet, præter omnes contradictiones ſit aliquid verum, quod eſt medium inter eas, niſi hoc dicat aliquis orationis cauſa, idest abſque omni ratione, ſolum quia placet ei ita dicere. Sed hoc non poteſt verum eſſe in omnibus, quia verum & non verum ſunt contradictoria quædam: Et ita ſequeretur, quod aliquis eſſet, qui nec verum diceret, nec non verum. Cum contradictorium pateat ex diffinitione veri & falſi. Similiter cum ens & non ens ſint contradictoria, ſequitur, quod aliquid ſit præter ens & non ens. Et ita erit quædam tranſmutatio præter generationem & corruptionem. Nam generatio eſt tranſmutatio ad eſſe, & corruptio ad non eſſe: ergo in nulla contradictione erit medium. Deinde cum dicit.

par. 5.

par. 6.

par. 7.

e ¶ Quintam rationem ponit dicens, quod negatio in quibuſdam generibus inſit, loco contrariæ differentiæ. Vel ſecundum aliam literam [negatio infert contrarium] quia alterum contrariorum, quæ neceſſe eſt eſſe in eodem genere, ex negatione rationem habet, ſicut patet de pari & impari, iuſto & iniuſto. Si igitur inter affirmationem & negationem eſſet aliquod medium, in omnibus iſtis contrariis eſſet aliquod medium, cum affirmationem & negationem manifeſte ſequantur. Sicut in numero, ſi eſſet aliquis numerus, qui nec eſſet par & impar. Hoc autem patet eſſe impoſſibile ex diffinitione paris & imparis. Nam par eſt quod poteſt diuidi in æqualia. impar vero quod non poteſt. Relinquitur ergo, quod inter affirmationem & negationem non poteſt eſſe medium. Deinde cum dicit

E

K

f ¶ Sextam rationem ponit, quæ talis eſt. Ponentes aliquid medium inter affirmationem & negationem, ponunt aliquod tertium præter illa duo, quæ ponunt omnes communiter dicentes nihil inter ea eſſe medium. Tria autem ad duo ſe habent in [hemiolia] idest in ſexquialtera proportione. Secundum igitur opinionem eorum, qui ponunt inter affirmationem & negationem medium, in primo aſpectu apparet, quod omnia [erunt hemiolia] idest in ſexquialtera proportione ad ea, quæ ponuntur, quia non ſolum erunt affirmationes & negationes, ſed etiam media. non ſolum autem hoc ſequetur, ſed

etiã ꝙ ſint in infinitũ plura. Conſtat.n. ꝙ omne, quod contingit affirmare, contingit negare. Contingit autem affirmare hæc tria eſſe, ſ. affirmationem, negationem, & medium, ergo contingit iſta tria negare. Et ſicut negatio eſt aliud ab affirmatione, ita aliud erit quoddam quartum, præter tria prædicta. Erit.n. eius ſubſtantia & ratio alia a prędictis ſicut & negationis alia ab affirmatione. Item iſta quatuor contingit negare, & horum negatio erit verum & ſic in infinitum. part.9. Erunt igitur plura in infinitum quam modo ponatur. Quod videtur inconueniens. Deinde cum dicit.

V.co. 28. Part.8. g ¶ Septimam rõnẽ ponit, quæ talis eſt. Si quis interrogaret, verũ hõ vel aliquid aliud ſit albũ, oportet ꝙ reſpondẽs vel aſſentiat, vel non aſſentiat. & ſi aſsẽtiat, planũ eſt, ꝙ dicit affirmationẽ eſſe verã. Si ãt nõ aſſentiat reſpõdẽdo nõ, cõſtat ꝙ negat. Nec negat aliquid aliud, ꝗ illud qđ ille interrogauit, & part.9. ipſa negatio eſt non eſſe, quia negatiua. Relinquitur igitur, ꝙ reſpondẽs ad quæſtionem, vel neceſſe habet concedere affirmationem, vel proferre negatiuam. Et parte 10. ita inter hæc duo nõ eſt medium. Deinde cum dicit.

Alia litera inquirere. h ¶ Oſtendit cauſam, quare quidam in hanc opinionem inciderit, & circa hoc tria facit. Primo.n. oſtendit quare quidã hanc opinionem poſuerunt. Secundo modũ diſputãdi cõtra eos: ibi [Principiũ aũt ad hos omnes.] Tertio ad quas opiniones philoſophorũ prædictæ opiniones ſequũtur. ibi. [Videtur autem Heracliti.] Dicit ergo primo, quòd prædicta opinio euenit quibuſdam, ſicut & aliç opiniones inopinabilium ex duplici cã. quarũ prima eſt, quia qñ aliqui non poſſunt ſoluere [orationes contentioſas] i. rationes litigioſas, ſiue ſophiſticas factas eis ab alijs, vel a ſeipſis, conſentiunt rationi probanti, & concedant concluſionem dicentes, uerum eſſe quod ſyllogizatum eſt. Et ulterius ipſam nituntur confirmare, aliquas alias rationes adinueniendo. Secunda eſt propter hoc, quod quidam uolunt inquirere rationem probantem de omnibus. Et ideo illa, quæ probari non poſſunt, nolunt concedere, ſed negant. Prima autem principia, quæ ſunt omnium conceptiones communes, probari nõ poſſunt: & ideo eas negant, per hoc in poſitiones inopinabi

Prima par. quæ ſeq. 5. 8. lec. huius part. 9. huius lect. part. 10.

parte 1.

Alia litera. Fere nanq; ipſæ rationes eædem Heraclito.

erũt ſed plura. Iterum enim eſt hoc negare ad dictionẽ & negationem, & hoc erit aliquid. Nã ſubſtantia eſt quædam eius alia.

g Amplius quando interroganti ſi eſt album, dicit quoniã non nihil aliud negauit quam ipſum eſſe. Negatio vero eſt quæ non eſſe. G

h Euenit aũt quibuſdam ea opinio, ſicut aliæ inopinabilium. Quoniam.n. ſoluere non poſſunt orationes contentioſas, annuentes orationi, confirmãt verũ eſſe quod eſt ſyllogizatũ. Hi quidem igitur ꝓpter talem cauſam dicũt. Illi vero propter omnium rationem inquirendam.

i Principium autem ad hos omnes ex diffinitione. Diffinitio vero fit ex ſignificare aliquid neceſſario res eſſe. Ratio namque, cuius nomen eſt ſignum, diffinitio eſt rei. H

K Videtur autem Heracliti quidem oratio, dicens omnia eſſe & non eſſe, omnia vera facere. Quæ uero Anaxagorç, eſſe aliquid medium contradictionis. quare omnia falſa. nam quando miſcentur, nec bonum, nec non bonum eſt miſtum. quare nihil eſt dicere uerum. I

LECTIO XVII.

His autem diffinitis, palam quia & vniuoce dicta, & de omnibus, impoſsibile eſt eſſe, ſicut quidam dicunt. Hi quidem dicentes nihil verum eſſe. Nihil enim prohibere dicunt ſic omnia eſſe, ſicut diametrum commenſurabilem eſſe: illi vero omnia uera. Fere nanque hæ orationes eædem ipſius Heracliti. Nam qui dicit, quòd omnia ſunt uera, & omnia falſa, extra orationes has vtrunque dicit. Quare, ſi ſunt impoſsibilia illa, & ea eſſe eſt impoſsibile. K

F *plura erunt. rurſus nanque hoc negare erit ad affirmationem & negationem. & hoc quicquam erit, ſubſtantia nanque eius eſt alia quædam.*

Item, cum aliquo interrogante, an album eſt, dicas quod non, nihil aliud negauit niſi ipſum eſſe, ipſum uero nõ eſſe negatio eſt.

Aduenit autem quibuſdam opinio iſta, ſicuti cæteræ quoque præter communem opinionem ſunt. cum enim nõ poſſint contentioſas rationes ſoluere, cedunt rationi, aſſentiuntque verum eſſe ſyllogizatum eſt. Quidam itaque ob talem cauſam dicunt. quidam uero, propterea quod omnium cauſam quærunt.

Principium uero ad hos omnes ex definitione. fit autem definitio ex eo, quod neceſſarium eſt, aliquid eos ſignificare. ratio enim cuius ſignum eſt nomen, definitio fit.

Videtur autem Heracliti quidem opinio, omnia eſſe & non eſſe dicens, uere omnia facere. Anaxagoræ uero, eſſe aliquod contradictionis medium, quare omnia falſa. cum enim miſcentur, neque bonum, neque non bonum eſt illud miſtum, quare nihil eſt dicere uerum.

LECTIO XVII.

His autem determinatis, manifeſtum eſt quod illa quoque, quæ uno modo, & de omnibus dicuntur, impoſſibile eſt eſſe, ut quidam aiunt. quidam quidem, nullum dicentes uerum eſſe: nihil enim prohibere ita cuncta eſſe aiunt, ut diametrum commenſurabilem eſſe: quidam uero omnia uera: fere enim rationes eorum eædem, quæ & Heracliti ſunt. Qui enim dicit quod omnia uera & omnia falſa, etiam ſeparatim utranque harũ orationum dicit, quare, ſi hæc impoſſibilia ſunt, illa quoque impoſſibilia eſſe neceſſe eſt.

les incidentes. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit ex quo principio debeat procedi contra tales opiniones, & dicit, quod ex diffinitione veri vel falſi, uel aliquorũ aliorum nominum, ſicut ex ſupra dictis rationibus patet. Neceſſe eſt.n. eis concedere diffinitiones rerum, ſi ponunt quod nomina aliquid ſignificent. Nam rõ, quam nomen ſignificat, ẽ diffinitio rei. Si autem non concedunt omnia ſignificare aliquid, tunc nõ differunt a plantis, ſicut ſupra dictum eſt. Deinde cum dicit.

K ¶ Oñdit ad quas opiniones prædictę poſitiones conſequuntur, & dicit, ꝙ ad poſitionem Heracliti, qui dicebat omnia moueri ſimul & per conſequens eſſe & non eſſe. Et quia id quod mouetur hẽ non eſſe admiſtum cum eſſe, ſequitur ꝙ omnia ſunt uera. Ad poſitionem uero Anaxa. ſequitur quod aliquid ſit medium contradictionis. Ipſe enim ponebat, quodlibet miſceri cum quolibet, propter hoc, quod quodlibet fit ex quolibet. De permiſto autem neutrum extremorum poteſt dici, ſicut colores medii nec ſunt albedo, nec nigredo. Vnde illud, quod eſt miſtum, nec eſt bonũ, nec non bonum: nec album, nec non album. Et ſic eſt aliquid medium contradictionis. Et per conſequens ſequitur omnia eſſe falſa, nihil enim ſecundũ communem opinionem ponimus niſi affirmationem & negationem. Vnde, ſi affirmatio & negatio ſunt falſa, ſequitur omnia falſa eſſe.

LECT. XVII.

Diſputat contra quaſdam poſitiones, quæ ad prædicta conſequuntur, & primo contra quaſdam qui deſtruunt principia phyſicæ, ibi. [Palam autem quia neque qui omnia &cæt.] Philoſophus enim primus debet diſputare contra negantes principia ſingularum ſcientiarum, quia omnia principia firmantur ſuper hoc principium, quod affirmatio & negatio non ſunt ſimul uera, & quod nihil eſt medium inter ea.

Illa aũt ſunt propriiſſima huius ſcientiæ, cum ſequantur rõnem entis, ꝙ eſt huius philoſophię primum ſubiectũ. Verũ aũt & falſum ptinent proprie ad conſiderationẽ Logici. Cõſequũtur.

tur.n.ens in ratione, de quo conſiderat Logicus. Nam uerum
Tex. com. 8. & falſum ſunt in mente, ut in Sexto huius habetur. Motus aũt
& quies ſunt proprie de conſideratione Naturalis, per hoc, ꝙ
natura diffinitur ꝙ eſt principium motus & quietis. Ad errore
aũt, quia accidit circa eſſe & non eſſe, ſequitur error circa ue
rum & falſum. Nam
part. 2. per eſſe & non eſſe, uerum & falſum diffinitur, ut ſupra habitum eſt. Nam uerũ eſt cum dicitur eſſe
Tex. cõ. 27. quod eſt, vel non eſſe quod non eſt. Fal
Tex. cõ. 29. ſum autem, econuer
part. 3. ſo: Similiter aũt ex errore, q eſt circa eſſe vel nõ eſſe, ſequitẽ error qui eſt circa moueri & quieſcere. Nam quod mouetur in quantũ huiuſmodi, nondum eſt. Qđ aũt quieſcit, eſt. Et iõ deſtructis erroribus circa eſſe & non eſſe, ex conſequenti deſtruuntur errores circa uerum & falſum, quietem & motum. Circa primum duo facit. Primo ponit opiniones falſas, circa uerum
part. 4. & falſum. Secundo reprobat eas, ibi [Am
part. seq. plius autẽ palã &c.] Dicit ergo ꝙ [diffinitis] idest determinatis prędictis, quę erant dicenda contra prædictas inopi
Alia litera. nabiles opiniones,
Firmatum. manifeſtum eſt, ꝙ
part. 5. impoſſibile, eſt quod quidam dixerunt, ꝙ [uniuoce] idest uno modo ſententiandũ eſt de omnib. ut dicamus omnia ſimiliter eſſe falſa, vel ſimiliter eſſe falſa, uel ſimiliter eſſe uera.
Alia lite. Quidam.n.dixerunt
Excipiant. nihil eſſe uerũ; ſed
Alia uero li te. Accipiſſe. omnia eſſe falſa, &
Alia litera quod nihil prohibet
petere. quin dicamus omnia ſic eſſe falſa, ſicut illa eſt falſa, diameter eſt commenſurabilis lateri quadrati, quod eſt falſum. Alii uero dixe
part. 6. runt qđ omnia ſunt uera. Et huiuſmodi orationes conſequuntur ad opinionem Heracliti, ſicut dictum eſt. Ipſe.n. dixit ſimul eſſe & non eſſe, ex quo ſequitur omnia eſſe vera. Et ne forte aliquis diceret, ꝙ præter has opiniones eſt etiam tertia, quæ dicit, quod omnia ſimul ſunt uera & falſa, quaſi tacitæ obiectioni reſpondens dicit, ꝙ qui hoc ponit, utrunque prædictorum ponit. Vnde, ſi duæ primæ opiniones ſunt impoſſibiles, illam tertiam oportet eſſe impoſſibilem. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit rationes cõtra prædictas opiniones, quarum prima talis eſt. Conſtat quaſdã eſſe contradictiones, quas impoſſibile
Lec. 7. eſt ſimul eſſe ueras, nec ſimul falſas, ſicut uerum & non verum ens & non ens. & hoc magis poteſt ſciri ex dictis. Si igitur harum contradictionum neceſſe eſt alteram eſſe ueram, & alterã falſam, non omnia ſunt uera, nec omnia ſunt falſa.

c ¶ Secundam rõnem ponit dicens, ꝙ ad [illas orationes].i. poſitiones, non [oportet quærere].i. petere concedendum aliqđ eſſe, vel non eſſe in reb. quemadmodum ſupra dictum eſt, qa hoc eſt petere principiũ. Sed hoc petendũ eſt, ꝙ detur noĩa aliquid ſignificare, quo non dato, diſputatio tollitur. hoc autem
Tex. cõ. 28. dato, oportet ponere diffinitiones, ſicut iam ſupra dictum eſt. Et iõ ex diffinitionib. contra eos diſputare oportet, & præci-

b Amplius autem palam, quia contradictiones ſunt, quas non eſt poſſibile ſimul eſſe ueras, nec falſas omnes. Et hoc quidẽ putabitur magis contingere ex dictis.

c Sed ad omnes tales orationes quærere oportet, quemadmodum in ſuperioribus orationibus dictum eſt, an eſſe aliquid, aut non eſſe, ſed ſignificare aliquid. Quare ex diffinitione diſputare oportet, accipientes qđ ſignificat uerũ, aut falſum. Sed ſi nihil aliud uerum dicere, quam negare falſum, impoſſibile omnia falſa eſſe. Neceſſe eſt enim contradictionis partem alteram eſſe ueram.

d Amplius, ſi omne aut dicere aut negare eſt neceſſe, utraque falſa eſſe eſt impoſſibile. Altera nanque pars cõtradictionis eſt falſa.

e Contingit autem quod famatum eſt omnibus, talibus rationibus ipſas ſeipſas deſtruere: Nam qui oĩa uera dicit, orationis ſuæ cõtrariam ueram facit: quare & ſuam non ueram. contraria enim non dicit ipſam eſſe ueram. Qui uero omnia falſa, & ipſe ſeipſum. Sed ſi auferant hic quidem contrariam, quia non uera ſola, ille uero ſuã propriam quia non falſa, nihilominus infinitas accidit eis quærere orationes ueras & falſas. nam qui ueram orationem dicit, uerus eſt. & hoc in infinitũ uadit.

Palam autem, quia neque

A pue in propoſito accipiendo diffinitionem falſi. Si autem non eſt aliud uerum, quàm illud affirmare, quod falſum eſt negare, & econuerſo, & ſimiliter falſum non aliud eſt, ꝙ affirmare id quod negare eſt uerum, & econuerſo, ſequitur, ꝙ impoſſibile ſit omnia eſſe falſa. quia neceſſe erit, uel affirmationem, uel negationem eſſe uerã.

Item patet, quod contradictiones ſunt, quas non poſſibile eſt ſimul ueras eſſe, neque falſas; etſi id uideri poſſit magis contingere ex iam dictis.

Verum ad omnes tales orationes B *petere oportet, ut in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt, non ſi ſit aliquid, aut non ſit, ſed ſi aliquid ſignificat. quare ex definitione diſputandum eſt, accipientibus quid uerum quidue falſum ſignificat. Si autem nihil aliud eſt, quàm quod uerum eſt affirmare, aut quod negare falſum eſt, impoſſibile eſt omnia falſa eſſe: neceſſe eſt enim alteram contradictionis partem ueram eſſe.*

Item, ſi omne aut affirmare, aut C *negare neceſſe eſt, impoſſibile eſt utraque falſa eſſe. altera enim contradictionis pars falſa eſt.*

Accidit autem, quod etiam publice fertur, his omnibus orationibus eas ſeipſas perimere. qui enim omnia uera dicit, contrariam quoque ſibi orationem ueram facit; quare ſuam ipſius non ueram. contraria namque, dicit eam non eſſe ueram. qua uero omnia falſa, & hæc ſeipſam. Quod ſi ex- D *cipiant illa quidem contrariam, quod ſola non uera eſt, hæc uero ſeipſam, quod ſola non falſa, nihilominus infinitas accidit eis petere orationes ueras, & falſas. qui enim dicit ueram orationem eſſe ueram, conſentit huic, quod uera eſt. hoc uero in infinitum procedet.*

Clarum autem eſt, quod nec illi,

Patet.n. ꝙ uerũ nihil eſt aliud ꝙ dicere eſſe quod eſt, uel non eſſe qđ nõ eſt. Falſum autẽ, dicere non eſſe qđ eſt, uel eſſe qđ non eſt. Et ideo patet, ꝙ uerum eſt dicere illud eſſe, qđ falſum eſt nõ eẽ: uel non eſſe, qđ falſum eſt eſſe. Et falſũ eſt dicere id eſſe, qđ uerum eſt non eſſe: uel non eſſe, qđ uerum eſt eſſe. & ita ex diffinitione ueri uel falſi, patet ꝙ non ſunt oĩa falſa. Et rõne eadẽ patet ꝙ nõ omnia ſunt uera.

d ¶ Tertiã rõnẽ ponit, quæ talis eſt. Cõſtat ex prædictis, ꝙ neceſſe eſt de quolibet, aut affirmare, aut negare, cũ nihil ſit medium in contradictione. igitur impoſſibile eſt oĩa falſa eſſe. Et eadẽ rõne probat, ꝙ impoſſibile eſt oĩa eſſe uera, per hoc ꝙ oñſum eſt, ꝙ non eſt ſimul affirmare & negare.

e ¶ Quartam rõnẽ ponit, quæ talis eſt. Ad oẽs prędictas orationes, i. poſitiones cõtingit hoc inconueniens, ꝙ ſeipſas deſtruunt. Et hoc [eſt famatum], i. famoſum ab omnibus dictum. Vnde alius text. hẽt [Accidit autẽ, & id uulgare.] Quod ſic probat. Ille.n. qui dicit omnia eſſe uera, facit opinionem cõtrariã ſuæ opinioni eſſe uerã: ſed cõtraria ſuæ opiniõis eſt, ꝙ ſua opinio non ſit uera: ergo qui dicit omnia eſſe uera, dicit ſuam opinionem non eſſe ueram, & ita deſtruit ſuã opinionem. Et ſimiliter manifeſtũ eſt, ꝙ ille, qui dicit oĩa eſſe falſa, di-
E cit & ſeipſum dicere falsũ. Et qa poſſet aliquis dicere, ꝙ dicẽs oĩa uera, excipit, aut aufert ab uniuerſalitate ſuã contrariam, & ſimiliter qui dicit oĩa eẽ falſa, excipit ſuã opinionẽ: ideo hanc rñſionẽ excludit, & dicit: ꝙ ſi ille, qui dicit oĩa eſſe uera, excipiat ſuam contrariã dicens ſolã eã eſſe non uerã, & dicens oĩa eſſe falſa excipiat ſuã opinionem dicens, ꝙ ipſa ſola nõ eſt falſa, nihilominus ſequitur, ꝙ contingat eis [quærere] i. repetere infinitas eſſe orationes ueras contra ponentes omnia eſſe falſa, & infinitas falſas contra ponentes omnia uera eſſe. ſi enim detur una opinio uera, ſequetur infinitas eſſe ueras. & ſi detur una opinio falſa ſequetur infinitas eſſe falſas. ſi.n. hæc poſitio, uel opinio eſt uera, Socrates ſedet, ergo & hæc erit uera: Socratem ſedere eſt uerum. & ſi illa eſt uera, ulterius hæc erit uera, Socratem ſedere eſſe uerum, eſt uerum, & ſic in infinitum. Semper enim qui dicit de oratione falſa, ꝙ ſit uera, uerus eſt. & qui dicit de oratione falſa, quod ſit uera, falſus eſt. Et hoc poteſt procedere in infinitum. Deinde cum dicit.

f ¶ Diſputat contra opiniones deſtruentes principia naturæ .ſ. motum & quietem, & circa hoc tria facit. Primo tangit falſitatem

tatem harum opinionum dicens, quod ex prædictis eſt manifeſtum, quod nec opinio dicens omnia moueri, nec opinio dicens omnia quieſcere, vera eſt.

g ¶ Secundo oſtendit has opiniones eſſe falſas. & primo oſtendit, quod opinio ſit falſa, quæ ponit omnia quieſcere, quia ſi omnia quieſcunt, tunc nihil remouetur a diſpoſitione, in qua aliquando eſt: & ideo quicquid eſt uerum, ſemper erit uerum: & quicquid eſt falſum, ſemp eſt falſum: ſed hoc uidetur inconueniens: transmutantur enim ueritas & falſitas propoſitionis, nec hoc eſt mirum, quia homo, qui opinatur, uel profert propoſitionem, aliquando nó erat, poſtmodum fuit, & iterum non erit. Secundo oſtendit eſſe falſam opinionem, quæ ponit oia moueri, duabus rationibus, quarum primam ponit, ibi.

h ¶ Quæ talis eſt. Si omnia mouentur, & nihil eſt quieſcés, nihil erit uerum in rebus, quia quod eſt uerum iam eſt, quod autem mouetur nondum eſt: ergo oportet omnia eſſe falſa: quod eſt impoſſibile, ut oſtenſum eſt.

parte 9.

parte 8.

par. 10.

qui omnia quieſcere dicunt, vera dicunt, nec qui omnia moueri.

g Nam ſi quieſcũt omnia, ſemper eadem vera, & falſa erunt. videtur autem hoc transmutatum. nam qui dicit, is quidem aliquando non erat, & iterum non erit.

h Si vero omnia mouentur, nihil erit verum: ergo omnia falſa, ſed hoc oſtenſum eſt, quia impoſſibile.

i Amplius autem ens permutari eſt neceſſe. nam ex aliquo in aliquid fit permutatio.

k Sed nec omnia quieſcũt, aut mouentur aliquando, ſemper autem nihil. Etenim eſt aliquid, quod ſemper mouet quę mouẽtur, & primum mouens immobile ipſum.

G a H b

qui omnia quieſcere dicunt, uerum dicunt, nec qui omnia moueri.

Etenim, ſi omnia quidem quieſcũt, ſemper eadem uera, et falſa erunt. apparet autem hoc transmutari, qui.n. hoc dicit, aliquando ipſa non erat, & rurſus non erit.

Si uero omnia mouentur, nihil erit uerum. cuncta ergo falſa. ſed demonſtratum eſt hoc impoſſibile eſſe.

Item neceſſe eſt ens transmutari: ex aliquo namque ad aliquid transmutatio.

At uero nec omnia quieſcunt, aut mouentur aliquando, ſemper uero nihil. Eſt enim quidam, quod ſemper mouet ea, quæ mouentur. & primum mouens, ipſum immobile eſt.

F ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis eſt. Omne quod permutatur, neceſſario eſt ens: quia omne quod permutatur, ex aliquo, in aliud permutatur: & omne quod in aliquo permutatur, ineſt ei quod permutatur. vnde non oportet dicere: quòd quicquid eſt, in re permutata, mutetur, ſed quod aliquid ſit manẽs, & ita nó omnia mouentur.

K ¶ Tertiam rationem ponit, excludens quandam falſam opinionem, quę poſſet occaſionari ex prædictis. Poſſet enim aliquis credere, quod quia nó oia mouentur, nec omnia quieſcunt, quod ideo omnia quandoque mouantur & quandoque quieſcunt. Et hoc remouens dicit, quod non eſt uerum, quòd omnia quandoque quieſcant, & quandoque moueantur: ſunt enim quædam mobilia, quæ ſemper mouentur, ſcilicet corpora ſupercœleſtia: & eſt quoddam mouens, ſcilicet primum, quod ſemper eſt immobile, & ſemper eodem modo ſe habet, ut probatum eſt Octauo Phyſicorum.

Commentariorum S. Thom. ſuper quartum Methaphyſic. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM, LIBER QVINTVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

A

PRincipium dicitur, aliud quidem unde aliquis rem moueat primum, ut longitudinis, & uiæ, hinc quidem principium ipſum. Econuerſo uero diuerſum: aliud unde optimè fiet unumquodque, ut doctrinæ. Nam non a primo, & rei principio inchoandum eſt aliquando, ſed unde opportunius diſcat. Aliud unde primum generatur in exiſtente, ut nauis ſedile, & domus fundamentum, & animalium alii cor, alii cerebrum, alii quodcunque talium ſuſcipiunt. Aliud autem, unde fit primum non exiſtente, & unde primum motus natus eſt initiari,

LECTIO I.

B

PRincipium, hoc quidem dicitur illud rei, a quo quis primum mouetur, vtputa magnitudinis, & viæ, hinc quidem hoc principium eſt. Ex oppoſito uero aliud principium eſt illud, unde quodque optime fiat, ut doctrinæ; non a primo, ac rei principio aliquando inchoandum eſt, ſed vnde quis facilius diſcat. Aliud autem, a quo primo inexiſtente fit.

C

vt nauis carina, & domus fundamentum. animalium quoque quidam cor, quidam cerebrum, quidam quodcunque tale contingit, putant. Aliud uero, a quo primo non inexiſtente fit, & a quo primo natura aptus eſt motus, & tranſmutatio inchoari. vt proles ex patre, & matre, & bellum ex contumelia. Aliud porro id, ad

1 IN præcedenti libro determinauit Philoſophus quid pertineat ad conſiderationem huius ſcientiæ, hic incipit determinare de rebus, quas ſcientia iſta conſiderat. Et quia ea, quæ in hac ſcientia conſiderantur, ſunt omnibus communia, nec dicuntur uniuoce, ſed ſecundum prius, & poſterius de diuerſis, ut in Quarto libro eſt habitum:

Tex. com. 2. Ideo prius diſtinguit intentiones nominum, quæ in huius ſcientiæ conſide-

Tex. com. 9 part. 1. ratione cadunt. Secundo incipit determinare de rebus, quæ ſub conſideratione huius ſcientiæ cadunt in Sexto libro, qui

Infra lec. 6. incipit, ibi: [Principia, & cauſæ.] Cuiuslibet autem ſcientiæ, eſt conſiderare ſubiectum, & paſſiones, & cauſas: & ideo hic quintus liber diuiditur in tres partes.

Primo determinat diſtinctiones nominum, quę ſignifi-

Infra lec. 7. cant cauſas. Secundo illorum nominum, quæ ſignificant ſubiectum huius ſcientiæ, vel partes eius, ibi: [Vnum

Infra lec. 18. dicitur alius ſecundum accidens.] Tertio nominum, quę ſignificant paſſiones entis inquantum eſt ens, ibi: [Perfectum uero dicitur &cætera] Prima in duas. Primo diſtinguit nomina ſignificantia cauſas. Secundo quoddam nomen ſignificans quoddam, quod conſequitur ad cauſam, ſcilicet neceſſarium. Nam cauſa eſt, ad quam de neceſſitate ſequitur aliud, ibi:

Infra lec. 6. [Neceſſarium dicitur ſine quo non contingit.] Prima diuiditur in duas. Primo diſtinguit nomina ſignificantia cauſas generaliter. Secundo diſtinguit quoddam nomen, quod ſignificat quandam cauſam in ſpeciali, ſcilicet hoc nomen na-

Infra lec. 5. tura: ibi: [Natura uero dicitur &cætera.] Prima diuiditur in tres. Primo diſtinguit hoc nomen Principium. Secun-

Lect. ſeq. do hoc nomen Cauſa, ibi: [Cauſa uero dicitur] Tertio hoc

Lect. 4. nomen Elementum. ibi: [Elementum uero dicitur] Procedit autem hoc ordine, quia hoc nomen principium, communius eſt quam cauſa.

Aliquid enim eſt principium, quod non eſt cauſa, ſicut principium motus dicitur terminus a quo. Et iterum cauſa eſt in plus quam elementum. Sola enim cauſa intrinſeca poteſt dici elementum. Circa primum duo facit. Primo ponit ſignifi-

par. ſeq. cationes huius nominis, Principium. Secundo reducit omnes ad unum commune, ibi: [Omnium igitur principiorum.]

Sciendum eſt autem, quod principium, & cauſa, licet

A ſint idem ſubiecto, differunt tamen ratione. Nam hoc nomen Principium, ordinem quendam importat: hoc vero nomen Cauſa, importat influxum quendam ad eſſe cauſati. Ordo autem prioris, & poſterioris, inuenitur in diuerſis: ſed ſecundum id quod primo eſt nobis notum, eſt ordo inuentus in motu locali, eo quod ille motus eſt ſenſui manifeſtior. Sunt autem trium rerum ordines ſeſe conſequentes, ſcilicet magnitudinis, motus, & temporis. Nam ſecundum prius, & poſterius in magnitudine, eſt prius, & poſterius in motu; & ſecundum prius, & poſterius in motu, eſt prius & poſterius in tempore, ut habetur quarto phyſicorum. Quia igitur principium dicitur, quod eſt in aliquo ordine: & ordo, qui attenditur ſecundum prius, & poſterius in magnitudine, eſt prius nobis notus: ſecundum autem quod res ſunt nobis notæ, ſecundum hoc a nobis nominantur: ideo hoc nomen, principium, ſecundum propriam ſui inquiſitionem ſignificat id, quod eſt

D primum in magnitudine, ſuper quam naſcitur motus. Et ideo dicit, quòd principium dicitur illud [Vnde aliquis rem primo moueat,] idest aliqua pars magnitudinis, a qua incipit motus localis. Vel ſecundum aliam literam, [Vnde aliquid rei primo mouebitur,] idest, ex qua parte rei aliquid incipit primo moueri. Sicut in longitudine & in via quacunque, ex illa parte eſt principium, unde incipit motus. Ex parte uero oppoſita, ſiue contraria, eſt [diuerſum uel alterum,] idest finis uel terminus. Sciendum eſt, quod ad hunc modum pertinet principium motus, & principium temporis, ratione iam dicta.

E Quia vero motus non ſemper incipit a principio magnitudinis, ſed ab ea parte vnde eſt vnicuique in promptu magis, vt moueatur, ideo ponit ſecundum modum dicens, quod alio modo dicitur principium motus [vnde vnumquodque fiet maxime optime,] idest unuſquiſque incipit optime moueri. Et hoc manifeſtat per ſimile in diſciplinis, ſcilicet in quibus non ſemper incipit aliquis addiſcere, ab eo quod eſt principium ſimpliciter & ſecundum naturam. ſed ab eo, unde aliquis facilius, ſiue opportunius [valet addiſcere,] ſcilicet ab illis, quæ ſunt magis nota quo ad nos. Quæ quandoque poſteriora ſunt ſecundum naturam. Differt autem hic modus a primo. nam in primo modo ex principio magnitudinis deſignatur principium motus. Hic autem ex principio motus, deſignatur

deſignatur principium in magnitudine. Et ideo, etiam in illis motibus, qui ſunt ſuper magnitudines circulares, non habentes principium, accipitur aliquod principium, a quo optime vel opportune mouetur mobile ſecundum ſuam naturam. Sicut in motu primi mobilis, principium eſt ab oriente.

F

& permutatio, vt puer ex patre, & matre, & bellum ex conuitio. Aliud, ſecundum cuius voluntatem, & mouentur mobilia, & mutantur mutabilia, vt ciuitatum principatus, & poteſtates, & imperia, & tyrannides. Principia dicuntur & artes, & architectonicæ maxime. Amplius unde cognoſcibilis res primum, & id principium rei dicitur, ut demonſtrationum ſuppoſitiones. Toties autem, & cauſæ dicuntur. Omnes enim cauſæ principia.

G

cuius electionem mouentur, quæ mouentur, & mutantur quæ mutantur, quemadmodum ciuitatum principatus, potentiæ, regna, & tyrannides principia dicuntur. etiam urtes. & ex his maxime architectonica. Item unde primum res cognita eſt, illud quoque principium rei dicitur. utputa demonſtrationum ſuppoſitiones. Toties autem cauſę quoque dicuntur omnes namque cauſæ principia.

H

b Omnium igitur principiorum eſt commune primũ omne unde aut eſt, aut fit, aut cognoſcitur. Horum autem hæc quidem inexiſtentia ſunt, illa vero extra. Quapropter, natura principium, & elementum eſt, & mens, & præuoluntas, & ſubſtantia, & quod eſt cuius cauſa. Multorum enim, & cognitionis, & motus principium eſt bonum & malum.

Omnibus igitur principijs commune eſt eſſe primum, unde aut eſt, aut fit aut cognoſcitur. Horum uero quędã intrinſecus, quędam extrinſecus ſunt. Quare natura quoque principium eſt, & elementum. mens etiam & electio, & ſubſtantia, & quod cuius cauſa. multis etenim & cognitionis, & motus principium ipſum bonum, & malum.

I

In motibus etiam noſtris, non ſemper incipit homo moueri a principio uiæ, ſed quandoque a medio, uel a quocunque termino, unde eſt ei opportunum primo moueri. Ex ordine autem, qui conſideratur in motu locali, fit nobis etiam notus ordo in alijs motibus, & ideo ſequũtur ſignificationes principij, quæ ſumuntur ſecundum principium in generatione vel fieri rerum.

par. 2. Quod quidem principium dupliciter ſe habet. Aut enim eſt [inexiſtens] ideſt, intrinſecum, vel [Non eſt inexiſtens] ideſt, extrinſecum. Dicitur ergo primo modo principium, illa pars rei, quæ primo generatur, & ex qua generatio rei incipit, ſicut in naui fit primo ſedile, vel carina, quæ eſt quaſi nauis fundamentum, ſuper quod omnia ligna nauis compaginantur. Similiter quod primo in domo fit, eſt fundamentum. In animali vero, primo fit cor ſecundum quoſdam, & ſecundum alios cerebrum, aut aliud tale membrum. Animal enim diſtinguitur a non animali, ſenſu & motu. Principium autem motus, apparet eſſe in corde. Operationes, autem ſenſus, maxime manifeſtantur in cerebro. Et ideo, qui conſiderauerunt animal ex parte motus, poſuerunt cor principium eſſe in generatione animalis. Qui autem conſiderauerunt animal ſolum ea parte ſenſus, poſuerunt cerebrum eſſe principium, quamuis etiam ipſius ſenſus, primum principium ſit in corde, etſi operationes ſenſus perficiantur in cerebro. Qui autem conſiderauerunt animal inquantum agit, uel ſecundum aliquas eius operationes, poſuerunt membrum adaptatum illi operationi, vt hepar, vel aliud huiuſmodi eſſe primam partem generatam in animali.

Tertio de animali. ca. & inde. ſum. & ui. paulo poſt prin. Secundum autem Philoſophi ſententiam, prima pars eſt cor, quia a corde, omnes virtutes animæ per corpus diffunduntur. Alio autem modo dicitur principium, unde incipit rei K generatio, quod tamen eſt extra rem, & hoc quidem manifeſtatur in tribus.

Primo quidem, in rebus naturalibus, in quibus principium generationis dicitur, vnde primum natus eſt motus incipere in his, quæ fiunt per motum, ſicut in his, quæ acquiruntur per alterationem, uel per aliquem alium motum huiuſmodi. Sicut dicitur homo, fieri magnus vel albus. vel vnde incipit permutatio, ſicut in his, quæ non per motum, ſed per ſolam ſiunt mutationem, vt patet in factione ſubſtãtiarum, ſicut puer eſt ex patre & matre, qui ſunt eius principiũ, & bellum ex conuitio, quod concitat animos hominũ ad bellum. Secundo etiã manifeſtat in rebus agibilibus, ſiue moralibus, aut politicis, in quibus dicitur principium id, ex cuius uoluntate uel propoſito mouentur, & mutantur alia, & ſic dicuntur principatus in ciuitatibus illi, qui obtinent poteſtates, & imperia, vel etiam tyrannides in ipſis. nam ex eorum uoluntate fiunt, & mouentur omnia, in ciuitatibus.

Dicuntur autem poteſtates habere homines, qui in particularibus officiis in ciuitatibus pręponuntur, ſicut iudices, & huiuſmodi. Imperia autem illi, qui vniuerſaliter quibuſcunque imperant, ut reges. Tyrannides autem obtinent, qui per violentiam, & præter iuris ordinẽ ad ſuam utilitatem ciuitates, & regnum detinent. Tertium exemplum ponit in artificialibus, quia artes etiam, ſimili modo principia eſſe dicuntur artificiatorum, quia ab arte incipit motus ad artificii conſtructionem. Et inter has, maxime dicuntur principia architectonicæ, quæ a principio [nomen habẽt] id eſt, principales artes dictæ. Dicuntur enim artes architectonicæ, quę aliis artibus ſubſeruientib imperant, ſicut gubernator nauis, imperat naui factiuæ, & militaris equeſtri. Ad ſimilitudinem autem ordinis, qui in motibus exterioribus conſideratur, attenditur etiam quidam ordo in rerum cognitione, & præcipue, ſecũdum quod intellectus noſter quandam ſimilitudinem motus habet, diſcurrens de principiis in concluſiones. Et ideo alio modo dicitur principium, unde res primo innoteſcit, ſicut dicimus principia demonſtrationum [eſſe ſuppoſitiones], ideſt dignitates, & petitiones. His etiam modis & cauſę dicuntur quædam principia, (Nam omnes cauſæ ſunt quædam principia.) Ea cauſa enim incipit motus ad eſſe rei, licet non eadem ratione cauſa dicatur, & principium, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Reducit omnes prædictos modos ad aliquid commune & dicit, quod commune in omnibus dictis modis eſt, ut dicatur principium illud, quod eſt primum, aut in eſſe rei, ſicut prima pars rei dicitur principium: aut in fieri rei, ſicut primũ mouens dicitur principium: aut in rei cognitione. Sed quamuis omnia principia in hoc, ut dictum eſt, conueniant, differunt tamen, quia quędam ſunt intrinſeca, quædam extrinſeca, ut ex prædictis patet. Et ideo natura poteſt eſſe principium & elementũ, quę ſunt intrinſeca. natura quidem: ſicut illud a quo incipit motus. Elementum autem ſicut pars prima in generatione rei. [Et mens] ideſt, intellectus. [Et pręuoluntas], ideſt propoſitum, dicuntur principia, quaſi extrinſeca. Et iterum quaſi intrinſecum dicitur principium [ſubſtantia rei], ideſt, forma, quę eſt principium in eſſendo, cum ſecundum eam res ſit in eſſe. Et ſecundum etiam prædicta finis cuius cauſa fit aliquid, dicitur etiam eſſe principium. Bonum enim quod habet rationem finis in proſequendo, & malum in uitando, in multis ſunt principia cognitionis & motus, ſicut in omnibus, quę aguntur propter finem. In naturalibus enim & moralibus & artificialibus, præcipue demonſtrationes ex fine ſumuntur.

LECTIO

L E C T I O II.

L E C T I O II.

CAuſa uero dicitur uno quidem modo ex quo fit aliquid, vt in exiſtente, vt æs ſtatuæ. & argentum phiale, & horum genera. Alio uero ſpẽs, & exemplum: hæc autem ratio ipſius quod quid erat eſſe, & huius genera. ut diapaſon. duo ad ad unum, & totaliter numerus, & partes, quę in ratione. Amplius unde principium permutationis primum, aut quietis. ut conſiliator eſt cauſa, & pater pueri, & omnino efficiens facti, & permutans permutati. Amplius, vt finis; hoc autem eſt, quod eſt cuius cauſa, vt ambulandi ſanitas: nam quare ambulauit, dicimus, vt ſanetur, & dicentes ita, putamus reddidiſſe cauſam. & quæcunque mouente alio fiunt infra finem, vt attenuatio, aut purgatio, aut pharmacia, aut organa, hęc nanque omnia finis cauſa fiunt. differunt autem ab inuicem tamquam entia hęc quidem, vt organa: illa vero, vt opera. ergo cauſæ fere toties dicuntur.

L E C T I O II.

CAuſa uero uno modo dicitur, ex qua in exiſtente aliquid fit, ut ęs ſtatua, & argentum pateræ, & horum genera. Alio uero forma, & exemplar. hac autem eſt ratio ipſius quid erat eſſe, & horum genera. vt ipſius diapaſon, duo ad unum, & ſimpliciter numerus, & partes, quę in ratione ſunt. Item, unde principium mutationis primum, aut quietis; ut qui conſuluit cauſa, & pater prolis, & ſimpliciter faciens eius, quod factum eſt, & tranſmutacium tranſmutati. Item ut finis. hęc autem eſt cuius cauſa. vt ambulandi, ſanitas. propter quid enim ambulat, dicimus ut ſanetur. & cum ita dicamus, putamus cauſam reddidiſſe. & quęcunque inter illud mouens, & finem media fiunt. ut ſanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut inſtrumenta. omnia etenim hęc finis gratia ſunt. differunt uero abinuicem, eo quod hac quidem inſtrumenta, illa vero ut opera ſunt. Cauſæ itaque fere toties dicuntur.

Lec. ſeq. p. 2 lect. ſeq. in pri. — Hic philoſophus diſtinguit, quot modis dr̃ cauſa, & circa hoc duo facit. Primo aſsignat ſpecies cauſarum. Secundo modo cauſarũ, ibi [modi uero cauſarũ.] Circa primũ duo facit. Primo enumerat diuerſas ſpecies cauſarum. Secundo, reducit eas ad quatuor, ibi [Omnes vero cauſæ dictę.] Circa primũ duo facit. Primo, enumerat diuerſas ſpecies cauſarum. Secundo, manifeſtat quædam circa ſpecies prædictas, ibi. [Accidit aũt multoties &c.] (Tex. com. 2. par. 1.) Dicit ergo primo, quòd vno modo dicitur cauſa id, ex quo fit aliquid, & eſt ei [in exiſtens] i. intus exiſtens. Quod quidem dr̃ ad drĩam priuationis, & etiã cõtrarii. Nã ex contrario, vel priuatione dr̃ alqd fieri, ſicut ex non inexiſtente, vt album ex nigro, uel album ex non albo. Statua autem fit ex ęre, & phiala ex argento, ſicut ex inexiſtẽte. nam, cũ ſtatua fit, non tollitur ratio æris: nec ſi fit phiala, tollitur ratio argẽti. Et ideo æs ſtatuæ, & argentum phialæ, ſunt cauſa per modum materiæ. (Par. ſeq.) [Et horum genera] quia cuiuſcũque materia eſt ſpecies, aliqua materia eſt eius genus, ſicut ſi materia ſtatuæ eſt æs, eius materia erit metallum, & miſtum & corpus, & ſic de aliis. Alio autem modo dicitur cauſa, ſpecies & exemplum, ideſt, exemplar, & hæc eſt cauſa formalis, quæ comparatur dupliciter ad rem. Vno modo ſicut forma intrinſeca rei, & hæc dicitur ſpecies. Alio modo ſicut extrinſeca à re, ad cuius tamen ſimilitudinem rei fieri dicitur, & ſecundum hoc exemplar rei dicitur forma. Per quem modum ponebat Plato ideas eſſe formas. Et quia vnumquodque conſequitur naturam, vel generis, vel ſpeciei per formam ſuam, natura autem generis, vel ſpeciei eſt id, quod ſignificat diffinitio dicens, quid eſt res, ideo forma eſt ratio ipſius [quod quid erat eſſe] ideſt, diffinitio, per quam ſcitur quid eſt res. Quamuis enim in diffinitione ponantur aliquæ partes materiales, tamen id, quod eſt principale in diffinitione, oportet, quòd ſit ex parte formæ. Et ideo hæc eſt ratio, quare forma eſt cauſa, quia perficit rationem quidditatis rei. Et ſicut id, quod eſt genus materię, eſt etiam materia, ita etiam genera formarum ſunt formæ rerum, ſicut forma conſonantię diapaſon, eſt proportio duorum ad vnum. Quando enim duo ſoni ſe habent ad inuicem in dupla proportione, tunc eſt inter eos conſonantia diapaſon, vnde dualitas eſt forma eius, nam proportio dupla, ex dualitate rationem habet. Et, quia numerus eſt genus dualitatis, ideo, vt vniuerſaliter loquamur, etiam numerus eſt forma diapaſon, vt ſcilicet dicamus, quod diapaſon eſt ſecundum proportionem numeri ad numerum. Et non ſolum tota diffinitio comparatur ad diffinitum, vt forma, ſed etiam partes diffinitionis, quæ ſcilicet ponuntur in diffinitione in recto. Sicut enim animal greſsibile bipes eſt forma hominis, ita animal & greſsibile & bipes. Ponitur autem interdum materia in diffinitione, ſed in obliquo, ut cum dicitur, quod anima eſt actus corporis organici phyſici, potentia uitam habentis. Tertio modo dicitur cauſa vnde primum eſt principiũ permutationis, & quietis, & hęc eſt cauſa mouens uel efficiens. Dicit autem motus, aut etiam quietis, quia motus naturalis, & quies naturalis in eandem cauſam reducuntur: & ſimiliter quies violenta & motus violẽtus, ex eadẽ enim cauſa ex qua mouetur aliquid ad locum, quieſcit in loco. [Sicut conſiliator eſt cauſa] nam ex conſiliatore incipit motus in eo, qui ſecundum conſilium agit ad rei conſeruationem. Et ſimiliter [pater eſt cauſa filii.] In quibus duobus exemplis, duo principia motus tetigit, ex quibus omnia fiunt, ſcilicet propoſitum in conſiliatore, & naturam in patre. Et uniuerſaliter omne faciens eſt cauſa facti per hunc modum, & permutans permutati. Sciendum eſt autẽ quod ſecundum Auicennam quatuor ſunt modi cauſæ efficiẽtis, ſcilicet perficiens, diſponens, adiuuans, & conſilians. Perficiens autem dicitur cauſa efficiens, quæ ultimam rei perfectionem cauſat, ſicut quod inducit formam ſubſtantialem in rebus naturalibus, vel artificialem in artificialibus vt ædificator domus. Diſponens autem, quod non inducit vltimam formam perfectiuam, ſed tantummodo præparat materiam ad formam, ſicut ille, qui dolat ligna & lapides, dicitur domum facere. Et hæc non proprie dicitur efficiens domus, quia id, quod ipſe facit, non eſt domus niſi in potentia. Magis tamen proprie erit efficiens, ſi inducat vltimam diſpoſitionem, ad quam ſequitur de neceſſitate forma, ſicut homo generat hominem non cauſans intellectum, qui eſt ab extrinſeco. adiuuans autem dicitur cauſa, ſecundum quod operatur ad principalem effectum. In hoc tamen differt ab agente principali, quia principale agens agit ad finem proprium: adiuuans autem ad finem alienum, ſicut qui adiuuat Regem in bello, operatur ad finem regis: Et hęc eſt diſpoſitio cauſæ ſecundariæ ad primam. Nam cauſa ſecunda operatur propter finem primę cauſæ in omnibus agentibus, per ſe ordinatis, ſicut militaris propter finem ciuilis. Conſilians autem differt ab efficiente principali, inquantum dat finem, & formam agendi.

Et hæc eſt habitudo primi agentis per intellectum, ad omne agens ſecundum, ſiue ſit naturale, ſiue intellectuale. Nam primum agens intellectuale in omnibus dat finem, & formam agendi ſecundo agenti, ſicut architector nauis nautis operanti. & primus intellectus toti naturæ. Ad hoc autem genus cauſæ reducitur quicquid facit aliquid quocumque modo eſſe, non ſolum ſecundum eſſe ſubſtantiale, ſed ſecundum accidentale, quod contingit

tingit in omni motu. & ideo non ſolum dicit, quod faciens ſit cauſa facti, ſed etiam mutans mutati. Quarto modo dicitur cauſa, Finis. Hoc autem eſt, cuius cauſa aliquid fit, ſicut ſanitas eſt cauſa ambulandi. Et quia de fine videbatur minus quod eſſet cauſa propter hoc, quod eſt vltimum in eſſe, vnde etiam ab aliis prioribus

part. 2. philoſophis, hæc cauſa eſt prætermiſſa,

Tex. com. 7. vt in primo libro præhabitum eſt, ideo ſpecialiter probat de fine, quod ſit cauſa. Nam hæc quæſtio: quare, vel propter quid, quærit de cauſa. Cum autem quæritur: quare, vel propter

part. 3. quid, quis ambulat, conuenienter reſpondentes dicimus vt ſanetur. & ſic reſpondentes opinamur reddere cauſam. Vnde patet, quod finis eſt cauſa. Non ſolum autem vltimum, propter

part. 4. quod efficiens operatur, dicitur finis reſpectu præcedentium, ſed etiam omnia intermedia, quę ſunt inter primum agens, & vltimum finem, dicuntur finis reſpectu præcedentium. & eodem modo. dicuntur cauſa unde principium motus reſpectu ſequentium: ſicut inter medicinam, quæ eſt primum agens

part. 5. in hoc ordine, & ſanitatem, quæ eſt vltimus finis, ſunt iſta media, ſcilicet attenuatio, quæ eſt propinquiſſima ſanitati in his, qui ſuperabundant in humoribus, & purgatio, per quam acquiritur attenuatio, [& pharmacia], idest medicina laxatiua, & ex qua purgatio cauſatur, & [organa], ideſt inſtrumenta, quibus medicina vel pharmacia pręparatur & miniſtratur. Huiuſmodi etiam omnia ſunt propter finem, & tamen vnum eorum eſt finis alterius. nam attenuatio eſt finis purgationis, & purgatio pharmaciæ.

Hęc autem intermedia poſita, differunt adinuicem in hoc, quod quædam eorum ſunt organa, ſicut inſtrumenta; quibus medicina præparatur & miniſtratur, & ipſa medicina miniſtrata, qua natura vtitur vt inſtrumento: quædam vero ſunt opera ideſt operationes, ſiue actiones, vt purgatio & attenuatio. Concludit ergo. q[cauſę toties dicuntur], i. quatuor modis. Et addit [fere] propter modos cauſarum, quos infra ponet. Vel etiam ideo, quia ille eædem ſpecies, non eadem ratione in omnibus inueniuntur.

b ¶ Ponit quædam, quæ conſequuntur circa cauſas ex prædictis, & ſunt tria: quorum primum eſt, quod quia cauſa multis modis dicitur, contingit multas cauſas eſſe vnius rei, non ſecundum accidens, ſed ſecundum ſe. Quod enim ſecundum accidens, vt multę ſint cauſæ vnius rei, hoc difficile non videbatur, quia rei, quæ eſt cauſa per ſe alicuius effectus, multa poſſunt accidere, quæ omnia illius effectus poſſunt etiam cauſa per accidens dici. Sed quod cauſę per ſe ſint multæ vnius, hoc fit manifeſtum ex hoc, quod cauſæ multipliciter dicuntur. Statuæ enim cauſa per ſe & non per accidens, eſt factor ſtatuæ, & æs, ſed non eodem modo. hoc enim eſt impoſſibile, quòd eiuſdem ſecundum idem genus, ſint multæ cauſę per ſe eodem ordine, licet poſſint eſſe plures cauſæ hoc modo, quòd vna ſit proxima, alia remota: vel ita, quòd neutrum ſit cauſa ſufficiens, ſed vtroque coniunctim, ſicut patet in multis, qui trahunt nauem. Sed in propoſito, diuerſis modis iſta duo ſunt cauſa ſtatuæ: æs quidem vt mate-

E ria, artifex vero vt efficiens. Secundum ponit ibi.

c ¶ Dicit, q etiam contingit, quod aliqua duo ad inuicem ſibi ſunt cauſæ, quod impoſſibile eſt in eodem genere cauſæ. Manifeſtum vero fit multipliciter dictis cauſis. Sicut dolor ex inciſione vulneris, eſt cauſa ſanitatis, vt efficiens, ſiue principium mot'. Sanitas autem eſt cauſa illius doloris, vt finis. Secúdum eum idem genus cauſæ, aliquid eſſe cauſã & cauſatum eſt impoſſibile. Alia litera habet melius [laborare cauſa eſt eneatæ], ideſt bonę diſpoſitionis, quę cauſatur ex labore moderato, qui ad digeſtionẽ confert: & ſuperfluos humores conſumit. Sciendum eſt autem, quod cum ſint quatuor cauſę ſuperius poſitę, earum duæ ſibi inuicem correſpondent, & aliæ duę ſimiliter. Nam efficiens & finis ſibi correſpondent inuicé, quia efficiens eſt principium motus, finis autem terminus. Et ſimiliter materia & forma. nam forma dat eẽ, materia autem recipit.

Eſt igitur efficiens cauſa finis, finis autem cauſa efficientis. Efficiens eſt cauſa finis quantum ad eſſe quidẽ, quia mouendo perducit efficiens ad hoc, quod ſit finis. Finis autem eſt cã efficientis, non q̃tũ ad eſſe. ſed quantũ ad rationem cauſalitatis. Nam efficiens eſt cauſa inquantum agit, non autem agit niſi cauſa finis. Vnde ex fine, habet ſuam cauſalitatem efficiens. Forma autem & materia ſibinuicé ſunt cauſa quantum ad eſſe. Forma q quidem materiæ, inquantum dat ei eſſe actu, materia uero formæ, inquantum ſuſtentat ipſam. Dico autem vtrunque horum ſibi inuicem eſſe cauſam eſſendi, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid. nam forma ſubſtãtialis dat eſſe materiæ ſimpliciter, forma autem accidentalis ſecundum quid, prout etiam forma eſt. Materia etiam quandoque non ſuſtentat formam ſecundum eſſe ſimpliciter, ſed ſecundum quod eſt forma huius, habens eſſe in hoc, ſicut ſe habet corpus humanum ad animam rationalem. Tertium ponit ibi. 858.

d ¶ Dicit. quod idem, contrariorum contingit eſſe cauſam Qd

K etiam difficile videbatur uel impoſſibile, ſi ſimpliciter ad utrũque referatur. Sed diſſimiliter eſt cauſa utriuſque. Illud enim, quod per ſui præſentiam eſt cauſa huius, quando eſt abſens [cauſamur] i. accuſamus ipſum [de contrario], ideſt dicimus ipſum eſſe cauſam contrarii. Sicut patet, q gubernator per ſui pręſentiam eſt cauſa ſalutis nauis, dicimus eius abſentiam eſſe cauſam perditionis. Ne autem putetur, q hoc ſit referendum ad diuerſa genera cauſarum, ſicut & priora duo, io ſubiũgit q utrunque iſtorum reducitur ad idem genus cauſæ, ſ. ad cauſam mouentem. Eodem enim modo oppoſitum eſt cauſa oppoſiti, quo hæc eſt cauſa huius.

b Accidit autem multoties dictis cauſis, multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſecundum accidẽs, ut ſtatuæ, effector ſtatuæ, & æs, non ſecundum aliud aliquid, ſed inquantum ſtatua. Verũ non eodem modo, ſed hoc quidem vt materia, illud vero, ut unde motus.

c Et adinuicem cauſæ ſunt, ut dolor cauſa eſt ſanitatis, & ſanitas cauſa eſt dolendi: ſed non eodem modo. Verum hoc quidẽ, vt finis, illud uero, ut principiũ motus.

d Amplius autem idem quãdoque contrariorum eſt cauſa. Qđ enim pręſens, huius eſt cauſa, hoc abſens, cauſamur quandoque de contrario. Vt abſentia gubernatoris de perditionis nauis, cuius erat, præſentia cauſa ſalutis. Vtraque uero & pręſentia & priuatio cauſæ ſunt quaſi mouentes.

At, cum multifariam cauſæ dicantur, accidit multas quoq; eiuſdem non ſecundum accidens cauſas eſſe, ut ſtatua & ars ſtatuaria, & ipſum æs, non ſecundum aliud quippiam, ſed prout ſtatua eſt; non tamen eodem modo, ſed hoc quidem ut materia, illa uero ut unde motus.

G *Et inuicem cauſas eſſe, vt laborare bonæ habitudinis, hęc vero laborandi. non tamen eodem modo, ſed hęc quidem, ut finis, illud uero ut principium motus.*

Item, idem aliquãdo contrariorum cauſa eſt. quod enim cum adſit, alicuius cauſa eſt, idem cum abſit, cauſam contrarij nonnunquam dicimus. ut abſentiam gubernatoris, naufragij, cuius præſentia ſalutis cauſa erat. ambæ autem,

H *& pręſentia, & priuatio, tanquã mouentes cauſę ſunt.*

LECTIO III.

a OMnes uero cauſę dictæ, in quatuor modos cadunt manifeſtiſſimos. Nam elementa

LECTIO III.

OMnes autem nunc dictę cauſæ, in quatuor incidunt manifeſtiſſimos modos; elementa etenim ſylla-

I

LECTIO III.

a HIc philoſophus reducit omnes cauſas ĩ quatuor modos cauſarum prędictos, dicens, quod omnia, quæ dicuntur cauſæ incidunt in prædictos quatuor modos. Dicũtur. n. [elementa] ideſt literæ cauſę ſyllabarum, & materia artificialium

dicitur

dr̄ eſſe cauſa factorum per artem,& ignis,& terra & huiuſmo di omnia ſimplicia corpora dicuntur eſſe cauſæ corporum mi ſtorum. Et partes dicuntur eſſe cauſa totius.[Et ſuppoſitiones] idest propoſitiones præmiſſæ, ex quibus propoſitis ſyllogizatur,dicuntur eſſe cauſa concluſionis,& in omnibus iſtis eſt una ratio cauſæ,ſecundum quod dr̄ cauſa illud,ex quo fit aliquid, quod eſt ratio cauſæ materialis. Sciendum eſt autem, quod propoſitiones dicuntur eſſe materia concluſionis,non quidem ſecundum quod ſub tali forma exiſtunt, vel ſecundum uirtutem earum, (Sic enim magis ſe habent in ratione cauſę efficientis) ſed quantum ad terminos,ex quibus componuntur. Nam ex terminis præmiſſarum componitur concluſio. ſ. ex maiori & ex minori extremitate. Inter ea autem, ex quibus res integrantur, aliquid ſe habet per modum ſubiecti, Sicut partes & alia, quę prædicta ſunt. Alia vero ſe habent vt [quod quid erat eſſe],ſcilicet totum,& compoſitio, & ſpecies,quæ pertinent ad rationem formę, ſecundum quam quidditas rei completur. Sciendum eſt enim,quod quandoque una res ſimpliciter eſt alicuius materia,ſicut argentum phialæ; & tunc forma correſpondens tali materiæ poteſt dici ſpecies.Quandoque autem plures ſimul adunatæ ſunt materia alicuius rei, quod quidem contingit tripliciter. Quandoque enim adunantur ſecundum ordinem tantum, ſicut homines in exercitu, vel domus in ciuitate,& ſic pro forma reſpondet totum, quod deſignatur nomine exercitus vel ciuitatis. Quandoque autem nō ſolum adunantur ordine, ſed contactu, & colligatione, ſicut apparet in partibus domus, & tunc reſpondet pro forma compoſitio.

Quandoque autem ſuper hoc additur alteratio componentium,quod contingit in mixtione, & tunc forma eſt ipſa mixtio,quę tamen eſt quædam compoſitionis ſpecies. Ex quolibet autem trium horum ſumitur quod quid eſt rei, ſ. ex compoſitione, & ſpecie, & toto, ſicut patet, ſi diffiniretur exercitus, domus, & phiala. Sic ergo habemus duos modos cauſę.

Secundum autem aliam rationem dr̄ cauſa ſperma,& medicus,& conſiliator,& uniuerſaliter omne faciens,ex eo.ſ. quod ſunt principia motus & quietis: unde iam hoc eſt aliud genus cauſæ propter aliam rationem cauſandi. Ponit autem ſperma in hoc genere cauſæ, quia ſecundum eius ſententiam ſper-

ſyllabarum, & materia artificialium,& ignis,& terra,& talia omnia corporum, & partes totius, & ſuppoſitiones cōcluſionis,ut ex quo cauſę ſunt. harum autem hęc quidem quaſi ſubiectum,ut partes. Illa uero,ut quod quid erat eſſe,ut totum,compoſitio, & ſpecies. Sperma uero, & medicus,& conſiliator,& omnino efficiens,omnia ſunt unde principium permutationis, aut ſtatus. Alia uero,ut finis & bonum aliorum. Nam quod cuius cauſa,optimum,& finis aliorum uult eſſe,nihil autem differt dicere ſiue bonum,ſiue apparens bonum. Cauſæ igitur hę ſunt, & tot ſpecies.

b Modi uero cauſarum, numero quidem ſunt multi, capitulatim uero,& hi pauciores Dicuntur enim cauſæ multipliciter. Et earum conſpecialium prius, & poſterius altera alia, ut ſanitatis medicus, & artifex; diapaſon duplum, & numerus, & ſemper quæ ſingularium ſunt continentia. Amplius autem, ut accidens, & horum genera, uelut ſtatuæ aliter polycletus, & aliter ſtatuæ factor, quia accidit ſtatuæ factori polycletum eſſe: & continentia accidens,ut homo cauſa ſtatuæ,aut & totaliter animal,quia polycletus homo eſt & animal. Sunt etiam & accidentium aliis remotiora, & propinquiora. ut ſi album & mu-

barum, & materia factibilium, & ignis,& terra, & omnia huiuſcemodi corporum.partes quoque totius,et ſuppoſitiones concluſionis cauſę ſunt, ut ex quo. Harum uero hęc quidem tanquam ſubiectum, ut partes, hęc uero tanquam quod quid erat eſſe, ut totum,& compoſitio, & forma.ſemen uero, & medicus, & conſiliator, & ſimpliciter efficiens,omnia unde tranſmutationis,aut ſtatus principium. Cętera uero tanquam finis, & bonum aliorum. quod enim cuius cauſa optimum, & finis aliorum uult eſſe. nil autem differat, bonum id, an apparens bonum dicatur. Hę itaque cauſę, ac tot ſpecies ſunt.

Modi autem cauſarum numero quidem multi ſunt, in pauciores autem reducuntur. Dicuntur etenim cauſę etiam earum, quę eiuſdem ſpeciei ſunt multipliciter, prius uidelicet, & poſterius alia, quam alia. ut ſanitatis medicus, & artifex: & ipſius diapaſon duplum, & numerus: & illa ſemper, quę continent quodcunque particularium. Item ut ipſum accidens, & eorum genera,ut ſtatuę, aliter Polycletus,& aliter ſtatuarius, quia accidit ſtatuario Polycleto eſſe. Et ea, quę continent accidens. ut homo cauſa ſtatuę, aut ſimpliciter animal, quoniam Polycletus homo, homo autem animal eſt. Eſt autem accidentium quoque aliud alio remotius, & propinquius. utputa, ſi albus, & muſicus dicantur ſtatuę cauſa, & non ſolum Polycletus, aut ho-

ma vim habet actiuam, menſtruum autem mulieris cedit in materiam concepti. Quarta uero ratio cauſandi eſt ſecundum quod aliqua dicuntur cauſę per modum finis & boni reſpectu aliorum. Illud enim, cuius cauſa fit aliquid,eſt optimum inter alia [& vult eſſe], id eſt habet aptitudinem, ut ſit aliorum finis. Quia uero poſſet aliquis obiicere, quod non ſemper bonum eſt finis, eum quandoque aliqui inordinate agentes malum finem ſibi conſtituant, ideo reſpondens q nihil ad propoſitū differt dicere, quod ſimpliciter ſit bonum, uel apparens bonum. Qui enim agit, agit per ſe loquendo propter bonum. hoc enim intendit. Per accidens autem propter malum,inquantum accidit ei, quod exiſtimat bonum eſſe, nullus enim agit propter aliquid intendens malum. Sciendum autem eſt, quod licet finis ſit ultimus in eſſe in quibuſdam, in cauſalitate tamen eſt prior ſemper. unde dicitur cauſa cauſarum, quia eſt cauſa cauſalitatis in omnibus cauſis. Eſt enim cauſa cauſalitatis efficientis, ut iam dictum eſt. Efficiens autem eſt cauſa cauſalitatis, & materiæ & formæ. Nam facit per ſuum motum materiam eſſe ſuſceptiuam formæ, & formam ineſſe materiæ. Et per conſequens etiam finis eſt cauſa cauſalitatis & materiæ & formæ. Et ideo potiſſimæ demonſtrationes ſumuntur a fine in illis, in quibus agitur aliquid propter finem, ſicut in naturalibus, in moralibus, & artificialibus. Concludit igitur, quod prædicta ſunt cauſæ, & quod cauſæ ſecundum tot ſpecies diſtinguuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſtinguit modos cauſarum. Eſt autem diſtinctio cauſæ per ſpecies, & per modos. Nam diſtinctio per ſpecies eſt penes diuerſas rationes cauſandi. & ideo eſt quaſi diuiſio per differentias eſſentiales, ſpecies conſtituentes. Diuiſio autem per modos eſt penes diuerſas habitudines cauſæ ad cauſatum. & ideo eſt in his, quæ habent eandem rationem cauſandi, ſicut per ſe, & per accidens, remotum, & propinquum. unde eſt quaſi per differentias accidentales non diuerſificantes ſpeciem. Dicit ergo, quod multi ſunt modi cauſarum, ſed pauciores inueniuntur, quando [capitulatim], id eſt quodam compendio comprehenduntur. Per ſe enim & per accidens ſunt duo modi, tamen reducuntur ad unum capitulum, ſecundum quod eſt eadem conſideratio de utroque. & ſimiliter eſt de aliis

ſicum cauſa dicuntur ſtatuæ, & non ſolum Polycletus, aut homo. Præter omnia autem & propriè dicta & ſecundum accidēs, hæc quidem ut potentia dicuntur, illa uero ut agentia. ut ædificationis ædificator, aut ædificās. Similiter autem dicentur, & in quibus cauſæ ſunt cauſæ dictis. ut huius ſtatuæ, aut ſtatuæ, aut omnino imaginis, aut ęris, aut æris huius, aut omnino materię. & in accidentibus ſimiliter. Amplius autem complexa, & ea & illa dicentur, ut nec Polycletus, nec ſtatuæ factor, ſed Polycletus ſtatuæ factor. Attamē ea omnia ſunt pluralitate ſex, ſed dupliciter dicta. Aut enim ut ſingulare, aut ut genus. Et ſecundum ſe, aut ſecundum accidens, aut ut genus accidentis. Aut ut ea complexa, aut ſimpliciter dicta. Amplius autem ut agentia, aut ſecundum potentiam. Differunt autem intantum, quod agentia quidem ſingularia ſimul ſunt, & non ſunt cum his, quorum ſunt cauſæ, ut hic medens, cum hoc conualeſcente, & hic ædificator cum hoc ædificio: quæ uero ſunt ſecundum potentiam, non ſemper. Corrumpitur enim non ſimul ædificium & ædificator.

mo. Præter omnes autem, quæ proprie dicuntur, quęue ſecundum per accidens, alię ut potentia dicuntur, aliæ ut agentes. ut ædificus extruendi ædificator, aut ędificans ędificator. Similiter autem illę quoque dicuntur de his, quorum cauſæ ſunt. ut huius ſtatuę, aut ſtatuę, aut ſimpliciter imaginis. aut huius ęris, aut ęris, aut ſimpliciter mate-
G *rię, & de accidentibus ſimiliter. Item hæ, & illæ coniunctę dicentur. utputa non Polycletus, nec ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius. Attamē hæ omnes multitudine quidem ſex ſunt: dicuntur autem dupliciter, aut enim ut ſingulare, aut ut genus eius aut ut accidens aut ut genus accidentis: aut ut coniuncta. aut ſimpliciter dicta, item tanquā agentes, aut ſecundum potentiam. Differunt autem, eo quod agentes quidē, & ſingulares ſimul ſunt, & non ſunt tam ipſe, quam illa, quorum cauſę ſunt*
H *ueluti hic medicans huic conualeſcenti. & hic ædificator huic, quod ędificatur. Quod uero ſecundum potentiam, non ſemper. corrumpitur enim non ſimul domus, & ædificator.*

I

modis oppoſitis. Cauſæ enim multis modis dicuntur, non ſolum quantum ad diuerſas ſpecies cauſæ, ſed etiam quantum ad cauſas conſpeciales, quę ſcilicet reducuntur ad vnam ſpeciem cauſæ. Dicitur enim vna prior, & altera poſterior. Prius autem & poſterius in cauſis inuenitur dupliciter. Vno modo, in cauſis diuerſis numero adinuicem ordinatis, quarum vna eſt prima & remota, & alia ſecunda & propinqua. ſicut in cauſis efficientibus, homo generat hominem, ut cauſa propinqua, & poſterior, Sol autem, ut cauſa prior & remota. & ſimiliter poteſt conſiderari in alijs ſpeciebus cauſarum. Alio modo, in vna & eadem cauſa numero ſecundum ordinem rationis, qui eſt inter vniuerſale & particulare. Nam vniuerſale, naturaliter eſt prius, particulare poſterius. Prætermittit autem primum modum, & accipit ſecundum. In ſecundo enim modo, immediate effectus ab vtraque cauſa exiſtit, ſcilicet priori & poſteriori, quod in primo non conuenit. Vnde dicit, quod ſanitatis cauſa eſt medicus, & artifex in genere cauſæ efficientis. Artifex quidem ut uniuerſale & prius, medicus vero, ut particulare ſiue ſpeciale & poſterius. Similiter etiam in cauſis formalibus dupliciter eſt cauſa formalis, vt diapaſon duplū, vel proportio dupla, uel dualitas eſt cauſa formalis, ut ſpeciale & poſterius. Numerus autem uel proportio numeri ad numerum uel ad vnum, vt uniuerſale & prius. Et ita [ſemper ea quæ continent ſingularia], ſcilicet uniuerſalia dicuntur cauſę priores. Alia diuiſio eſt cauſarum, ſecundum quod aliquid dicitur, eſſe cauſa per ſe & per accidens. Sicut enim cauſa per ſe diuiditur in uniuerſale & particulare, ſiue in prius & poſterius, ita etiam cauſa per accidens. Vnde non ſolum ipſæ cauſę accidentales dicuntur cauſæ per accidens, ſed etiam ipſarum genera. Vt ſtatuę factor, ſtatuæ cauſa eſt per ſe. Polycletus autem per accidens eſt cauſa, inquantum accidit ei factorem ſtatuæ eſſe. Et ſicut Polycletus eſt cauſę ſtatuæ per accidens, ita omnia uniuerſalia [continentia accidens], ideſt cauſam per accidens, dicuntur per accidens cauſæ, ſicut homo & animal, quæ ſub ſe continent Polycleti, qui eſt homo & animal. Et ſicut cauſarum per ſe quædam ſunt propinquæ, quædam remotæ, ut dictum eſt, ita & inter cauſas per accidens. Nam Polycletus eſt cauſa ſtatuæ magis propinqua, quam album & muſicum.

Magis enim remotus modus prędicationis per accidens eſt, cum accidens prædicatur de accidente, quam cum accidens prædicatur de ſubiecto. Accidens enim non prædicatur de accidente niſi quia ambo prædicantur de ſubiecto. Vnde magis remotum eſt, ut attribuatur vni accidenti, quod eſt alterius, ſicut muſico, quod eſt ædificatoris, quam quod attribuatur ſubiecto quod eſt accidentis, ſicut Polycleto quod eſt

F ædificatoris. Sciendum autem eſt, quod aliquid pōt dici cauſa per accidens alterius dupliciter: Vno mō ex parte cauſæ, quia .ſ. illud, quod accidit cauſæ, dr̄ cauſa per accidens, ſicut ſi album dicatur cauſa domus. Alio modo ex parte effectus, vt .ſ. aliquid dicatur cauſa per accidens alicuius, quod accidit ei quod eſt effectus per ſe. Qđ quidem poteſt eſſe tripliciter. Vno modo, quia habet ordinem neceſſarium ad effectum. ſicut remotio impedimēti habet ordinē neceſſarium ad effectum. Vnde remouens prohibens dr̄ mouens per accidens, ſiue illud accidens ſit contrarium, ſicut cholera prohibet frigiditatem, vnde ſcamonea dr̄ infrigidare per accidens, non quia cauſet frigiditatem, ſed quia tollit impedimētū frigiditatis quod eſt ei cōtrariū .ſ. cholerā: ſiue et ſi non ſit contrariū ſicut colūna. ipedit motum lapidis. Vnde remoues columnam dr̄ per accidens mouere lapidem ſuperpoſitum. Alio modo, quando accidēs habet ordinem ad effectum, non tamen neceſſarium, nec vt in pluribus, ſed vt in paucioribꝰ, ſicut inuentio theſauri ad foſſionem in terra. & hoc modo fortuna & caſus dicūtur cauſæ per accidens. Tertio, quando nullum ordinē habent niſi forte ſecundum exiſtimationem, ſicut ſi aliquid dicat ſe eſſe cauſam terræ motus, quia eo intrāte domum accidit terræ motus. Tertia diſtinctio eſt ſecundum quod præ omnibus his vel pręter omnia hæc, quę dicuntur eſſe ſecundum ſe, ſiue per ſe, & ſecundum accidens, quædam ſunt cauſę in potentia, quędam vt agentia, ideſt in actu. Sicut ædificationis cauſa eſt ædificator in potentia. hoc enim ſonat habitum vel officium. Vel ædificans actu. Et eiſdem modis, quibus diuiduntur cauſæ, poſſunt diuidi cauſata, in quibus vel quorum cauſę ſunt cauſæ. Poteſt enim diuidi cauſatum per prius & poſterius ſiue particulare & uniuerſale. ſicut ſi dicamus, quod ſtatuæ factor eſt cauſa huius ſtatuæ quod eſt poſterius, aut ſtatuæ quod eſt vniuerſalius & prius
K aut imaginis, quod eſt adhuc vniuerſalius. Et ſimiliter aliquid eſt cauſa formalis huius æris, aut æris, quod eſt uniuerſalius: aut materiæ quod eſt adhuc vniuerſalius: Et ſimiliter poteſt dici in accidentibus, ſ. in effectibus per accidens. Nam ſtatuæ factor, qui eſt cauſa ſtatuæ, eſt etiam cauſa grauis, uel albi, uel rubei, quæ accidunt ex parte materiæ, & non ſunt ab hoc agente cauſata.

Vlterius ponit quartam diſtinctionem cauſæ, quæ eſt in ſimplex & in compoſitum, ut ſimplex cauſa dicatur ſecundum quod accipitur cauſa ſtatuæ per ſe ſolum, ut ſtatuæ factor, ſiue per accidens tantum, ſcilicet Polycletus.

Compoſita autem ſecundum quod utrunque ſimul accipitur vt dicatur cauſa ſtatuæ Polycletus ſtatuæ factor. Eſt autem alius modus, quo cauſę poſſunt dici compoſitæ, ſm̄ quod plures cauſæ concurrunt ad unius rei conſtitutionem, ſicut plures homines

homines adtrahendum nauem, uel plures lapides, ut ſint materia domus. ſed hoc prætermiſit, quia nullum illorum eſt cauſa, ſed pars cauſæ. His autem modis poſitis, colligit iſtorum modorum numerum dicens, quod iſti modi cauſarum ſunt ſex, & uariantur dupliciter, & ita efficiuntur duodecim. Hi enim modi ſex ſūt, aut ſingulare, aut genus quod ſuperius dixit prius, & Tex. com. 4. part. 2. poſterius. Et ſecundum ſe & per accidens, ad quod etiā reducitur genus accidentis. Nam genus accidentis eſt cauſa per accidens. Et iterum per complexum & ſimplex. Hi autem ſex modi ulterius diuiduntur per potentiam, & per actum, & ſūt duodecim. Ideo autem oportet, omnes iſtos modos per potentiam, & actum diuidi, quia potentia & actus diuerſificant habitudinem cauſæ ad effectum. Nam cauſę in actu particulares ſunt ſimul, & tolluntur cum ſuis effectib*, ſicut hic medicans cum hoc conualeſcente, & hic ædificans cum hoc ædificato. non enim poteſt aliquid actu ædificari, niſi ſit actu ædificans. Sed cauſæ ſecundum potentiam, non ſemper remouentur cum effectibus, ſicut domus & ędificator non ſimul corrumpuntur. In quibuſdam tamē contingit, quod remota actione efficientis, tollitur ſubſtantia effectus: ſicut in his, quorum eſſe eſt in fieri. uel quorum cauſa non ſolum eſt effectus cauſa fiendi, ſed eſſendi. Vnde remota illuminatione Solis ab aere, tollitur lumen. Dicit autem cauſas ſingulares, quia actus ſingularium ſunt, ut in primo huius habitum eſt. In prooem.

LECTIO IIII.

a ELementum uero dicitur, ex quo aliquid componitur primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem: ut uocis elementa, ex quibus componitur uox, & in quæ diuiditur ultima; illa uero non in alias uoces ab eis ſpecie diuerſas. ſed & ſi diuidantur, particulæ ſunt conformes, ut aquæ particulæ ſunt aqua, ſed non ſyllabæ. Similiter autem, & corporum elementa dicūt dicentes, in quæ diuiduntur corpora ultima, & illa non in alia ſpecie differentia corpora, & ſiue vnum, ſiue plura talia, ea elementa dicuntur. Similiter uero, & quę ſunt diagrammatum elementa. & ex toto quæ ſunt demonſtrationum. Nam primę demōſtrationes in pluribus demonſtrationib. exiſtentes, eſſe demonſtrationum elementa dicuntur. Sunt autem tales ſyllogiſmi primi per vnum medium ex tribus terminis.

LECTIO IIII.

a HIC diſtinguit hoc nomen, elementum. circa quod duo facit. Primo aſſignat diuerſos modos elementi. Secundo oſtendit quid in omnibus ſit commune ibi. [Omnium autem commune.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo elementum proprie dicatur. Secundo quomodo dicatur tranſumptiue ibi. Et transferentes elementum &cæt.] Ponit ergo primo quandam elementi deſcriptionem, ex qua colligi poteſt, quod quatuor ſunt de ratione elementi. Quorum primum eſt, ut ſit cauſa ſicut ex quo; per quod patet, quod elementum ponitur in genere cauſæ materialis. Secundum eſt, quod ſit principium ex quo aliquid fiat primo. cuprum enim eſt ex quo fit ſtatua, non tamen eſt elementum, quia habet aliquam aliam materiam ex qua fit. Tertium eſt, quod ſit inexiſtens ſiue intrinſecum: per quod differt elementum ab omni eo, ex quo fit aliquid ſicut ex tranſeunte, ſiue ſit priuatio, aut contrarium, ſiue materia contrarietati & priuationi ſubiecta, quę eſt ma ... tranſiens. Text 3. fi. par. ſeq. pri.

Vt cum dicimus, quod homo muſicus fit ex homine non muſico, uel muſicum ex non muſico. Elementa enim oportet manere in his quorum ſunt elementa. Quartum eſt, quod habeat aliquam ſpeciem, quæ non diuidatur in diuerſas ſpecies. per quod differt elementum a materia prima, quæ nullam ſpeciem habet.

A Et etiam ab omnibus materiis, quæ in diuerſas ſpecies reſolui poſſunt, ſicut ſanguis & huiuſmodi. Propter hoc dicit, quod elementum eſt, ex quo aliquid componitur quantum ad primum. Primo, quantum ad ſecundum: Inexiſtente, quantum ad tertium; Indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem, quantum ad quartum.

LECTIO IIII.

ELementum dicitur, ex quo componitur primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem. ut uocis elementa, ex quibus componitur uox, & in qua ultima diuiditur; B *illa uero non amplius in alias uoces ab ipſis ſpecie diuerſas: ſed & ſi diuidantur, particulę tamen eorum eiuſdem ſpeciei ſunt, ut aquæ particula, aqua, ſed non ſyllabę. Similiter etiā corporum elementa dicunt, ea dicētes ultima, in quę corpora diuiduntur, illa uero non amplius in alia ſpecie differentia corpora. & ſiue unum, ſiue plura huiuſcemodi ſint, hęc elementa aiunt. Similiter* autem figurationū quę elementa dicuntur, ac ſimpliciter demonſtrationum. primę enim demonſtrationes, quæ in pluribus demonſtra-* C *tionibus inſunt, hę elemēta demonſtrationum dicuntur, ſunt autem tales primi *ex tribus per unum medium ſyllogiſmi.*

Hanc autem diffinitionem manifeſtat in quatuor, quibus utimur nomine elementi. Dicimus enim, ipſas literas eſſe elementa vocis, quia ex eis omnis uox componitur, & primo. Quod ex hoc patet: quia omnes voces in literas reſoluuntur, ſicut in ultima. Quod eſt enim ultimum in reſolutione, oportet eſſe primum in compoſitione. Literę autem non reſoluūtur ulterius in alias uoces, ſpē diuerſas. Sed, ſi aliquo modo diuidantur, particulæ, in quas fit diuiſio, erunt [conformes] i. vnius ſpeciei, ſicut omnes particulæ aquæ ſūt aqua. Diuiditur autem litera ſecundū tempora prolationis, prout litera longa dr habere duo tempora, breuis vero vnum. Nec tamē partes, in quas ſic diuiduntur literæ, ſunt diuerſæ ſecundum ſpeciem uocis. Non eſt autē ita de ſyllaba, nā eius partes ſunt diuerſę ſm ſpeciem. Alius. n. ſo- *deſignationum. *a. l. trium mediorum.

D nus eſt ſecundum ſpeciem. quem facit uocalis & conſonans, ex quibus ſyllaba componitur.

Secundum exemplum ponit in corporibus naturalibus, in quibus etiam quædam dicimus elementa quorundam. Illa. n. dicuntur corporum eſſe elementa, in quæ ultimo reſoluuntur omnia corpora mixta: & per conſequens ea ſunt, ex quibus primo componuntur huiuſmodi corpora. Ipſa autem corpora, quæ elementa dicuntur, non diuiduntur in alia corpora ſpecie differentia, ſed in partes conſimiles, ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua. Et quicunque poſuerunt tale corpus eſſe vnum, ſ. in quod omnia reſoluuntur, & ipſum non reſoluitur in alia, dixerunt unum eſſe elementum. Quidam uero aquam, quidam autem aerem, quidam autem ignem. Qui uero poſuerunt plura talia corpora, dixerunt etiam eſſe elementa plura. Sciendum eſt, quod cum in diffinitione elementi ponatur, quod non diuiditur in diuerſa ſecundum ſpeciem, non eſt intelligendum de E partibus, in quas aliquid diuiditur diuiſione quantitatis. ſic enim lignum eſſet elementum, quia quælibet pars ligni eſt lignum. Sed de diuiſione, quę fit ſecundum alterationem, ſicut corpora mixta reſoluuntur in ſimplicia. Tertium exemplum ponit in demonſtrationibus, & in quibus etiam utimur nomine elementi, ſicut dr liber elementorum Euclidis. Et dicit quod modo ſimili, & propinquo dictis, dicuntur elementa, quę [ſunt diagrammatum] id eſt, deſcriptionum geometralium elementa.

Et non ſolum hoc poteſt dici in Geometria, ſed uniuerſaliter in omnibus demonſtrationibus. Illæ. n. demonſtrationes, quæ conſtant in tribus terminis tantum, dicuntur eſſe aliorum elementa. nam ex his componuntur aliæ demonſtrationes, & in ea reſoluuntur.

Quod ſic patet. Secunda. n. demonſtratio accipit pro principio concluſionem primę demonſtrationis inter cuius terminos intelligitur medium, quod fuit primæ demonſtrationis principium. Et ſic ſecunda demōſtratio, erit ex quatuor terminis, prima ex trib. tantum. Tertia uero ex quinque. Quarta ex ſex. E

ſic quælibet demonſtratio vnum terminum addit. In quo manifeſtum eſt demonſtrationes primas in poſtremis includi, vt ſi ſit hæc demonſtratio prima. Omne b. eſt a. omne c. eſt b. ergo omne c. eſt a. hoc includitur in hac, Omne c. eſt a. omne d. eſt c: ergo omne d. eſt a. Et ulterius iſta in alia, quæ concludit omne e. eſt a, vt quaſi videatur eſſe ad hanc vltimam concluſionẽ vnus ſyllogiſmus, ex pluribus ſyllogiſmis compoſitus plura media habens. vt dicatur ſic, Omne b eſt a, & omne c ẽ b, & omne d eſt c, & omne e eſt d: ergo omne e eſt a.

Prima igitur demonſtratio, quæ habebat unum medium & ſolum tres terminos, eſt ſimplex & non reſoluitur in aliam demonſtrationem. Sed omnes aliæ reſoluũtur in ipſam. Et ideo ſyllogiſmi primi, qui fiunt ex terminis tribus per vnum medium, elementa dicuntur. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quomodo elementum dicatur tranſumptiue, dicens, quod ex hac præmiſſa ratione & ſignificatione elementi tranſtulerunt quidam hoc nomen elemẽtum ad ſignificandum aliquid, quod eſt vnum & paruum, & ad multa vtile. Ex hoc enim quod elementum eſt indiuiſibile in diuerſas ſpecies, acceperunt q fit vnum: ex eo vero, q eſt primum, quod ſit ſimplex: ex eo vero q ex elementis alia componuntur, acceperunt quod ſit vtile ad multa. Vnde hanc rationem elementi conſtituerunt, vt elementum dicerent omne illud, quod eſt paruũ in quantitate & ſimplex, quaſi ex alijs non compoſitum, & indiuiſibile in diuerſa. Hac autem ratione elementi conſtituta, K per tranſumptionem conuingebat eis, ut duos modos elementorum adinuenirent, quorum primus eſt, vt ea, quæ ſunt maxime vniuerſalia, dicerent elementa. Vniuerſale enim eſt vnum ſecundum rationem, & eſt ſimplex, quia eius diffinitio nõ componitur ex diuerſis & eſt in multis, & ſic eſt ad multa vtile, ſiue ſit in omnibus, ſicut vnum & ens: ſiue in pluribus ſicut alia genera. Per eandem vero rationem contingebat eis ſecundo, quod punctum & vnitatem dicerent eſſe principia, vel elementa, quia vtrumque eorum eſt vnum ſimplex, & ad multa vtile.

Sed in hoc a vera ratione elementi defecerunt, quia vniuerſalia non ſunt materia, ex quib. componuntur particularia, ſed prædicant eorum ſubſtantiam. Similiter & punctus non eſt materia linearum: non enim lineæ ex punctis componitur. Hac autem tranſumptiua elementi ratione conſtituta, pa-

Poſt. 1.

Tex. com. 5. parte 2.

Alia litera habet. Connaſci & annaſci ut embryo.

D. 107.

b Et transferentes elementum vocant hinc quodcũque unum ens & paruum, quod ad multa eſt utile. Quapropter paruum, & ſimplex & indiuiſibile dr̃ elementum. Vnde euenit maxime vniuerſalia elementa eſſe. quia vnumquodque eorum vnũ ens & ſimplex multis ineſt, aut omnibus, aut plurimis. Et unum & punctum principia quibuſdam videntur eſſe. Quoniam ergo uocata genera ſunt uniuerſalia, & indiuiſibilia (una.n. eſt eorũ ratio) elemẽta genera dicunt aliqui. & magis quam differẽtiã, quoniam vniuerſale magis genus. nam cui differentia ineſt, & genus id ſequitur; ſed cui gen⁹, non omnino differentia. Omnium autem commune eſt elementum cuiuslibet, quod primum eſt cuique.

LECTIO V.

a Natura uero dicitur uno quidem modo generatarum generatio. ut ſi quis porrigens dicat. v. Vno uero modo ex quo generatur primum generatum in exiſtente. Amplius unde motus primus ĩ quolibet natura entium, & eſt in eo inquantum id exiſtit. naſci uero dicuntur quæcunque augmentum habent per alterum in tangendo, & ſimul, & aliquid eſſe apte, ut embryo. Differt autem connaſcentia a tactu. Hic enim nihil præter tactum diuer-

F et ſolutio cuiuſdam quæſtionis in 3. libr. diſputatæ, ſcil cet quid ſit magis elementum, utrum genus uel ſpecies, & utrum genus magis quam differentia.

Tex. co. 10.

Patet enim conſequi, quod genera magis ſunt elementa, quia genera magis ſunt uniuerſalia & indiuiſibilia. Non enim eſt ratio eorum & diffinitio, quam oporteat componi ex genere & differentia, ſed diffinitiones proprie dantur de ſpeciebus. Et ſi aliquod genus diffinitur, non diffinitur inquantum eſt genus, ſed inquantũ eſt ſpecies: & ideo ſpecies diuiditur in diuerſa. & propter hoc non habent rationẽ elementi. Genus autem non diuiditur in diuerſa, & ideo dixerunt genera eſſe elementa magis quam ſpecies. Alia tranſlatio hẽt [una enim eſt eorum ratio], id eſt indiuiſibilis, quia genera, & ſi non habeãt diffinitionem, tamen id quod ſignificatur per nomen generis, eſt quædam conceptio intellectus ſimplex, cuius ratio dici poteſt. Et ſicut genus eſt magis elementum quam ſpecies, quia eſt ſimplicius, ita etiam magis quam differentia, licet ipſa ſimplex ſit, quia genus eſt uniuerſalius.

Quod ex hoc patet, quia cuicunque ineſt differentia, ineſt genus cum per ſe differentiæ non tranſcendant genus, non tamen oportet quod ad omne id ſequatur differentia, cui cõuenit genus. Vltimo autem dicit, quod omnibus prædictis modis elementi hoc eſt commune, eſſe primum in vno quoque, ſicut dictum eſt.

Hinc autem transferentes appellant etiam elementum, quod unum & paruum exiſtens, ad plura utile ſit. Quare & paruum, & ſimplex, & indiuiſibile, elementum dicitur. Vnde euenit, quæ maxime uniuerſalia ſunt elementa eſſe. quoniam cum unumquodque eorum unum, & ſimplex ſit, in multis, aut omnibus, aut quamplurimis ineſt. Et unum, & punctum G *principia quibuſdam eſſe uidetur. Cum itaque illa, quæ genera uocantur, uniuerſalia, & indiuiſibilia ſint (una enim eſt ipſorum ratio) genera quidam dicunt elementa, & magis quam differentiã, quoniam genus magis uniuerſale eſt. cuicunque enim differentia ineſt, genus quoque ſequitur illud; cui uero genus, non utique differentia. Omnibus uero commune eſt, illud cuiuſque eſſe elementum, quod primum cuique ineſt.*

H

LECTIO V.

NATVRA vero dicitur, vno quidem modo naſcentium generatio. ut ſi quis I *producta uoce dicat. y. Alio uero ex quo primo inexiſtente generatur quod gignitur.*

Item; vnde primus motus inunoquoque eorum, quæ natura ſunt, in eo ſecundum quod ipſum eſt; naſci autem dicuntur, quæcunque incrementum per aliud habent, tangendo, & connaſcendo, aut adnaſcendo, ſicuti embryones. Differt autem connaſcentia a tactu, hic enim

LECTIO V.

K HIC diſtinguit hoc nomen natura. cuius quidem conſideratio, licet non uideatur ad primum philoſophum, ſed magis ad Naturalem pertinere: ideo tamen hic hoc nomen natura diſtinguitur, quia natura ſecundum ſui quandam acceptionem, de omni ſubſtantia dicitur, ut patebit. & per conſequens, cadit in conſideratione philoſophi primi, ſicut & ſubſtantia uniuerſalis. Circa hoc autem duo facit. Primo diſtinguit diuerſos modos, quibus natura dicitur. Secundo reducit omnes ad unum primum, ibi: [Ex dictis igitur.] Circa primum duo facit. Primo, ponit quinque modos principales. Secundo, ponit duos alios adiunctos duobus ultimis. ibi [Natura autem prima materia.] Dicit ergo primo, quod natura dicitur uno modo generatio generatorum. uel ut alia litera habet melius, Naſcentium. Non enim omnia generata, naſcentia dici poſſunt, ſed ſolum in uiuentibus, ſicut in plantis, ſiue in animalibus, & in partibus eorum.

Infra par. 3.

par. 6.

Non

Non autem generatio rerum non viuentium poteſt dici natura proprie loquendo ſecundum communem vſum vocabuli, ſed ſolum generatio viuentium, vt dicatur natura ipſa natiuitas vel ipſa naſcentia, quod ipſum nomen ſonare videtur [vt ſi quis porrigens dicat naturam] Litera iſta corrupta eſt. Quod ex alia tranſlatione patet, quę ſic habet [vt ſi quis producens dicat ypſilo.] Phyſis enim, quod apud Græcos naturam ſignificat, ſi progeneratione viuentium accipiatur, habet primum .y. productũ: ſi vero pro principio, ſicut communiter vtitur, habet primum .y. breue. Poſſet tamen per hanc literam intelligi, ꝙ hoc nomẽ, natura, de generatione uiuentium dicatur, ſecundum quandam porrectionem, i. extenſionem. Ex hoc autem quod ipſa natiuitas primo natura dicta eſt, ſecundus eſt modus ſecũdus, vt. ſ. generationis principium, ex quo aliquid generatur, ſiue ex quo illud, qđ naſcitur, generatur primo ſicut ex intrinſeco principio, hoc dicatur natura.

Infra par. 3.

Alia litera habet pro tangi ſimul ter naſci & unum eſſe ſecundum cō tinuum, & quantum. par. 2.

Et per ſimilitudinem natiuitatis ad alios mot⁹ vlterius proceſſit huius nominis ſignificatio, vt natura tertio modo dicatur id, vnde eſt principium motus in quolibet entium ſecundum naturam, dummodo ſit in eo inquantum huiuſmodi, & non per accidens. ſicut in Medico, qui infirmatur, ineſt principium ſanationis, ſcilicet ars medicinæ, non tamen inquantum eſt infirmus, ſed inquantum Medicus. Sanatur autem non inquantum eſt Medicus, ſed inquantum infirmus. Et ſic principium motus non eſt in eo inquantum mouetur. Et hęc eſt diffinitio naturæ poſita in 2. Phyſicorum.

Tex. com. 5. Et quia de naſcentibus mentionem fecit, oſtendit quid ſit proprie naſci, vt habet alia litera, loco cuius hęc litera improprie habet generari. Differt enim generatio in viuentibus a generatione inanimatorum, quia inanimatum generatur non vt coniunctum ſiue unitum generanti, vt ignis ab igne, & aqua ab aqua. In viuentibus autem fit generatio per quandam vnionem ad generationis principium. Et quia additio quanti ad quantum facit augmentum, ideo in generatione uiuentium vr eſſe quoddam augmentum, ſicut eſt cũ ex arbore naſcitur fructus, aut folium. Et ideo dicit, ꝙ naſci dicuntur quæcunque [augmentum habent], i. quoddam augmentum cum generationis principio. Differt autem hoc augmentum a ſpecie motus, quæ augmentum dicitur, qua mouentur iam nata. Nam in augmento aliquid augetur in ſeipſo per hoc, ꝙ id, quod additur, tranſit in ſubſtantiam eius, cui adiungitur, ſicut nutrimentum in ſubſtantiã nutriti. Id autem quod naſcitur, apponitur ei, ex quo naſcitur, tanquam alterum & diuerſum, non ſicut in eius ſubſtantiam tranſiens.

Et ideo dicit, quod habet augmentum [per diuerſum] ſiue per alterum q. d. quod hoc augmentum fit per appoſitionem alicuius alterius, vel diuerſi. Sed appoſitio augmentum faciens poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſo[tangendo], id-

A ſium eſſe neceſſe eſt. Inſimul vero aptè exiſtentibus eſt aliquid vnum idem in ambobus, quod facit pro tactu ſimul apte eſſe, & vnum eſſe ſecũdum quãtitatem & continuitatem, ſed non ſecũdum qualitatem. Amplius autẽ natura dr̃, ex quo primo aut eſt aut fit aliquid entium natura, B cum informe ſit & immutabile a ſua propria poteſtate, vt ſtatuę & vaſorum æneorum, æs natura dr̃; & ligneorum, lignum. Similiter autem in aliis. Ex his. n. vnumquodq; ſaluata prima materia. hoc n. modo & exiſtentiũ natura elementa dicunt naturã: alii ignem, alii terram, alii aquã, alii aerem, alii aliquid aliud tale dicẽtes, alii quædam horum, alii omnia ea. Amplius alio modo dr̃ natura, exiſtentium natura ſubſtantia, ut dicentes naturã C primam eſſe compoſitionem, vt Empedocles dicit, quod natura nullius eſt entium, ſed ſolum mixto, & permutatio permixtorum natura in hoĩbus nominatur. Quapropter, & quæcũque natura ſunt, aut fiunt, iã exiſtente ex quo apta nata ſunt, fieri, aut eſſe, nõ dicimus naturam habere, ſi nõ habent ſpeciem & formam. Ergo natura quidem quod ex utriſque eſt, ut animalia & eorum partes.

nihil aliud preter tactum neceſſe eſt eſſe. in connaſcentibus uero eſt quiddam unum in ambobus idem. quod propter id, quod ſe contingant, facit ut connaſcantur, & unum ſecundum continuationem & quantitatem, non ſecundum qualitatem, ſint. Item natura dicitur, ex quo primo inordinato exiſtente, & immobili ex ſua potentia, B aut eſt, aut fit aliquid eorum quæ natura ſunt, ut ſtatuę, uaſorumque æneorum æs natura dicitur, ligneorum uero lignum. ſimiliter autem & de cæteris. ex his enim unumquodque eſt, prima materia ſalua: hoc enim modo & eorum, quæ natura ſunt, elementa dicunt eſſe naturam, quidam ignem, quidam terram, quidam aerem, quidam aquam, quidam aliquid aliud tale dicentes, & quidam aliqua horum, quidam uero hæc omnia. Alio item modo natura dicitur ſubſtantia C eorum, quę natura ſunt, ſicuti qui dicunt naturam eſſe primam compoſitionem. aut, ſicut Empedocles dicit, quod nullius entium natura eſt, ſed mixtio ſolum, & mixtorum permutatio eſt, natura uero ab hominibus nominatur. Quare & quæcunque natura ſunt, aut fiunt, iam exiſtente, ex quo aptum eſt fieri, aut eſſe, nondum dicimus naturam habere, ſi ſpeciem, & formam non habeant. Natura igitur, quod ex ambobus his eſt, ut animalia, & partes eorum.

D

eſt per ſolum contactum. Alio modo per hoc [quod eſt ſimul], idest aliqua duo ſimul producuntur adinuicem coaptata, ſicut brachium & truus & [aliquid eſſe apte] idest quod aliquid adaptetur ad alterum iam præexiſtens, ſicut capilli capiti, & dentes gingiuis. Loco autem huius, alia litera habet melius connaſci & adnaſci. In hac autem generatione uiuentiũ non ſolum fit appoſitio per tactum, ſed etiã per quandam coaptationem ſiue connaſcentiam, ut patet i embryonibus, qui non ſolum tanguntur in matrice, ſed etiam alligatur in principio ſuæ generationis. Oſtendit autem quid interduo prædicta differat dicens, [quod conflatio] idest colligatio ſiue connaſcentia, ut alia litera habet, differt a tactu, quia in tactu non eſt neceſſariũ aliquid eſſe preter tangentia, quod ea faciat vnum. In colligatis autem, ſiue coaptatis, ſiue connatis uel adnatis oportet eſſe quid vnum in ambobus [quod pro tactu] id eſt loco tactus faciat ea ſimul [apta eſſe], idest coaptata uel ligata, ſiue ſimul naſci. Intelligẽdum eſt autem, ꝙ id, quod facit ea vnum, facit eſſe vnum ſecundũ quãtitatem & continuitatem, & non ſecundum qualitatem, quia ligamentum non alterat ligata a ſuis diſpoſitionibus. Ex hoc autem apparet, quia quod naſcitur, ſemper eſt coniunctum ei, ex quo naſcitur: ideo natura nunquam dicit principium extrinſecum, ſed ſecundum omnes ſuas acceptiones dicit principium intrinſecum.

Ex hac autem tertia ratione naturæ, ſequitur quarta. Si enim principium motus rerum naturalium natura dicitur, principiũ autem motus rerum naturalium quibuſdã uidebatur eſſe materia, conſequens fuit, ut materia natura diceretur, quæ quidẽ eſt principium rei, & quantũ ad eſſe: & quantum ad fieri. Ipſa etiam abſque omni forma conſideratur, nec a ſeipſa mouetur, E ſed ab alio.

Et ideo dicit, quod natura dicitur ex quo aliquod entiũ primo eſt, aut fit. Quod ideo dicit, quia materia eſſendi & fiendi eſt principium. Ex quo dico [exiſtẽte inordinato] i. abſque formis. Vnde litera habet [Cum informe ſit] In quibuſdam enim ipſe ordo habetur pro forma ſi ut in exercitu & ciuitate. Ex quo dico [immutabili ex ſua poteſtate] idest quod moueri non poteſt per ſuam poteſtatem, ſed ſecundum poteſtatem ſui ſuperioris agentis. Nam materia non mouet ſeipſam ad formam, ſed mouetur a ſuperiori exteriori agente. Sicut ſi diceremus ꝙ materiam ſtatuæ & vaſorum æreorum, & ligna ligneorum, ſi huiuſmodi vaſa naturalia corpora eſſent. Similiter eſt in omnibus aliis, quę ex materia ſunt uel fiunt. vnumquodque enim eorum fit ex ſua materia, ea ſaluata. Diſpoſitiones autem formæ non ſaluantur in generatione. Vna enim forma introducitur altera abiecta. Et propter, hoc formæ uidebantur eſſe quibuſdam accidentia, & ſola materia ſubſtantia & natura, vt dicitur ſecundo Phyſicorum. Et hoc ideo, quia ſimiliter Tex. cõ. 7.

b Natura autem prima materia & hæc dupliciter, aut quæ ad id prima, aut ex toto prima ut operum æreorum, ad ipſa quidem primum æs, totaliter uero forſan aqua, ſi omnia liqueſcentia aqua. Et ſpecies & ſubſtãtia. Hæc autem finis generationis. Metaphora uero iam & omnino omnis ſubſtãtia natura dicitur propter hanc, quia & natura ſubſtantia quædam eſt.

Natura uero hæc prima materia, et hęc dupliciter, aut quę ad ipſum prima, aut ſimpliciter prima, utputa operum aneorum ad ipſa quidem ęs primum, ſimpliciter autem aqua fortaſſis, ſi omnia quidem liquabilia aqua. Et forma, & ſubſtantia. hæc autem eſt generationis finis. Metaphorice uero omnino omnis ſubſtantia natura propter G *hanc dicitur, quoniam, & natura eſt aliqua ſubſtantia.*

c Ex dictis igitur prima natura & proprie dicta, eſt ſubſtantia, quę principium motus habentium in ſe inquantum ea. Materia nanque quia huius eſt ſuſceptibilis, eſſe dicitur natura. Et generationes, & generari, quia ſũt ab ea, motus & principium motus natura exiſtentium idipſum eſt exiſtens, aut poteſtate aut per fectione.

Ex dictis itaque prima, & quę proprie dicitur natura, eſt ſubſtantia eorum, quę in ſeipſis, ut ipſa ſunt motus principium habent, materia enim, eo q huiꝰ eſt ſuſceptiua, dicitur natura. generationes autem, ac ipſum naſci eo q ab hac motus ſunt, principium quoque motus eorum, quę natura ſunt, hęc eſt, inexiſtens quodammodo, aut H *potentia, aut actu.*

LECTIO VI.

a Neceſſarium dicitur, ſine quo contingit eſſe, aut uiuere quaſi concauſali. Vt ſpirare, & cibus animalium eſt neceſſarium, nam ſine his eſſe, eſt impoſſibile.

LECTIO VI.

Neceſſarium dicitur, ſine quo non contingit uiuere tanquam concauſa. ut reſpirare, & alimentum animali neceſſarium eſt, impoſſibile enim eſt abſque his animal eſſe.

I

exiſtimabant formam & materiam in rebus naturalibus, ſicut F in rebus artificialibus, in quibus formę ſunt accidentia, & ſola materia ſubſtantia. Vnde iſto modo. Naturales dixerunt elementa eſſe materiam exiſtentium ſecundum naturam, uel aquam, vel aerem, vel ignem, aut terram, quam nullus elementum naturalium poſuit ſolũ, ſed aliqui nõ naturales, ut in primo li. eſt habitum. Quidam aũt poſuerunt aliqua eorum eſſe elementa & naturã rerum, ſicut Parmenides. Quidam vero omnia quatuor, ſicut Emp. Quidam vero aliquid aliud, ſicut Heraclitus uaporem. Quia uero motus rerum naturalium magis cauſatur ea forma quã ex materia, ideo ſupuenit quintus modus, quo ipſa forma dicitur natura. Et ſic alio modo natura dicitur [ipſa ſubſtantia], idest forma rerum exiſtentium ſecundum naturã, ſicut naturam rerũ dixerunt eſſe ipſam cõpoſitionem mixtorum, ſicut Empe. dixit q non eſt aliquid entium abſolutum, ſed ſolũmodo commutatio, ſeu relaxatio, uel commutatio permixtorum, ſed alam tranſlationẽ natura apud homines dicitur. Dicũtur enim quæ ſunt permixtiones, diuerſę naturam diuerſam habere. Ad ponendum autem formam eſſe naturam, hac ratione inducebantur, quia quæcunque ſunt & ſiunt naturaliter non dicuntur habere naturam, exiſtente materia, ex qua nata ſunt fieri, uel eſſe, niſi habeant ſpeciem propriam, & formam, per quam ſpeciem conſequantur. Videtur autem nomen ſpeciei ponit pro forma ſubſtantiali, & forma pro figura, quæ conſequitur ſpeciem, & eſt ſignum ſpeciei. Si igitur forma eſt natura nec aliquid poteſt dici habere naturam, niſi quando habet formam: illud ergo, quod compoſitum eſt ex materia & forma [dicitur eſſe natura], idest ſecundum naturam, ut animalia & partes eorum, ſicut caro & os & huiuſmodi. Deinde cum dicit.

part. 2. — Alia litera liquabilia. — part. 3. — Alia litera. Hæc eſt inexiſtens. — Alia litera, aut actu. — Tex. com. 6. part. 1.

b ¶ Ponit duos modos adiunctos duobus vltimis pręcedentibus, quorum primus additur quarto modo, quo materia dicebatur natura. Et dicit, quod materia dicitur natura non quæcunque, ſed prima. Quod poteſt intelligi dupliciter, aut quantum ad id, quod eſt genus, aut ex toto uel ſimpliciter prima. ſicut operum artificialium, quę ſiunt ex ære prima materia ſecundum genus illud eſt æs. Prima vero ſimpliciter eſt aqua. Nam omnia, quę liqueſcunt calido, & indurantur frigido, ſunt aquea magis, vt dicitur quarto Meteororum. Secundus modus adiacet quinto modo prædicto, quo forma dicebatur natura. Et ſecundum hunc modum, non ſolum forma partis dicitur natura, ſed ſpecies ipſa, quæ eſt forma totius. Vt ſi dicamus, quod hominis natura non ſolum eſt anima, ſed humanitas & ſubſtantia, quam ſignificat diffinitio. Secundum hoc enim Boetius dicit, quod natura eſt vnumquodque informans ſpecifica differentia. Nam ſpecifica differentia eſt, quę complet ſubſtantiã rei, & dat ei ſpeciem. Sicut autem forma vel materia dicebatur natura, quia eſt principium generationis, quæ ſecundum primam nominis impoſitionem natura dicitur, ita ſpecies, & ſubſtantia dicitur natura, quia eſt finis generationis.

Nam generatio terminatur ad ſpeciem generati, quę reſultat ex unione formæ & materiæ. Et ex hoc ſecundum quandam metaphoram & nominis extenſionem omnis ſubſtantia dr natura, quia natura, quam diximus, quæ eſt generationis terminus, ſubſtantia quædam eſt, Et ita cum eo, quod natura dr, omnis ſubſtantia ſimilitudinem habet. Et hunc modum etiam poni. Boetius. Ratione autem huiuſmodi diſtinguitur hoc nomẽ natura inter nomina cõia. Sic enim commune eſt ſicut & ſubſtantia. Deinde cum dicit.

Boetius.

c ¶ Reducit omnes modos prędictos ad vnum. Sciendũ eſt autem quod reductio aliorũ modorum ad vnũ primum, fieri poteſt dupliciter. Vno mõ ſecundum ordinẽ rerum. Alio modo ſecundum ordinẽ, qui attendit quantum ad nominis impoſitionem. Nomina. n. imponuntur a nobis ſecũdum q nos intelligimus, quia nomina ſunt intellectuum ſigna. Intelligimus autẽ quandoque priora ex poſterioribꝰ Vnde aliquid per priꝰ apud nos ſortitur nomen, cui res nominis per poſterius conuenit: & ſic eſt in propoſito. Quia enim formæ & virtutes rerum ex actibus cognoſcuntur, per prius ipſa generatio vel natiuitas, naturæ nomen accepit, & vltimo forma. Sed ſecundum rerum ordinem, formę prius competit ratio naturæ, quia, vt dictũ eſt, nihil dr habere naturam, niſi ſecundum q habet formam. vnde patet ex dictis, q [primo & proprie natura dr ſubſtantia] i. forma rerum habentium in ſe principium motus inquantum huiuſmodi. Materia enim dr eſſe natura, quia eſt formæ ſuſceptibilis. Et generationes habẽt nomen naturæ, quia ſunt motus procedentes a forma, & iterũ ad formas. Et idipſum. i. forma eſt principium motus rerum exiſtentium ſecundum naturam, aut in actu, aut in potentia. Forma. n. non ſemper facit motum in actu, ſed quandoque in potentia tantum, ſicut quando impeditur motus naturalis ab aliquo exteriori prohibente: uel etiam quando impeditur actio naturalis ex materiæ defectu.

LECTIO VI.

Tex. com. 7.

K Poſtquam philoſophus diſtinxit nomina, quę ſignificãt cauſas, hic diſtinguit nomen, quod ſignificat aliquid pertinẽs ad rationem cauſę, ſ. neceſſarium. Cauſa. n. eſt, ad quam de neceſſitate ſequitur aliud. Et circa hoc ergo duo facit. Primo diſtinguit modos neceſſarij.

Secundo reducit omnes ad vnum primum, ibi [Et ſecũdum hoc neceſſarium.] Ponit aũt in prima parte quatuor modos neceſſarii. Primus eſt ſecundum q dr aliquid neceſſarium, ſine quo non põt aliquid uiuere, aut eſſe; quod licet nõ ſit principalis cauſa rei, eſt tamen quædam concauſa. Sicut reſpirare eſt neceſſariũ aiali reſpirãti, quia ſine reſpiratione uiuere non põt. Ipſa. n. reſpiratio, etſi non ſit cauſa uitæ, eſt tamen concauſa, inquantum cooperatur ad cõtemperamentum caloris, ſine quo non eſt uita. Et ſimiliter eſt de cibo, ſine quo animal viuere non poteſt, inquantum cooperatur ad reſtaurationem deperditi, & impedit totalem conſumptionem humidi radicalis, q eſt cauſa uitæ. Igitur huiuſmodi dicuntur neceſſaria, quia ſine his impoſſibile eſt eſſe. Secundum modum ponit ibi.

Infra. par. 3.

Dicit

b ¶ Dicit quod ſecundo modo dicuntur neceſſaria, ſine quib. non poteſt eſſe, vel fieri bonum aliquod, vel vitari aliquod malum, vel expelli: ſicut [bibere pharmacum [ideſt medicinam laxatiuam, dicimus eſſe neceſſarium, non quia ſine hoc viuere animal non poſſit, ſed ad expellendum, ſcilicet hoc malum, quod eſt infirmitas, part. 4. vel etiam vitādum. Eſt enim hoc neceſſarium [ut non laboret] ideſt ut non infirmetur aliquis. Similiter [nauigare ad Aeginam] ſcilicet ad illum locum eſt neceſſarium, nō part. 5. quia ſine hoc non poſſit homo eſſe, ſed quia ſine hoc non poteſt acquirere aliquod bonum, i. pecuniam. Vnde dicitur, quod neceſſaria eſt talis nauigatio, ut aliquis pecuniam recipiat. Tertium modum ponit ibi.

Alia litera inculpabi- le.

c ¶ Dicit, quod id, quod infert uiolentiam, & etiam ipſa uiolentia, neceſſarii nomen accepit. Nam uiolentia neceſſaria dicitur, & quod vim patitur, dicitur de neceſſitate id facere, ad quod cogitur.

Quid autem ſit faciens vim, manifeſtat in naturalibus, & in uoluntariis. In naturalibus quidē eſt impetus, ſiue inclinatio ad aliquem finem, cui reſpōdet voluntas in natura rationali. Vnde & ipſa naturalis inclinatio appetitus dr. Vtrumque autem, ſ. & impetum naturalis inclinationis, & propoſitum voluntatis, contingit impediri, & prohiberi. Impediri quidem, in proſecutione motus iam incepti. Prohiberi autem, ne ēt motus incipiat. Illud ergo dicitur eſſe violentum [quod eſt præter impetum] ideſt præter inclinationem rei naturalis, & eſt [impediens præuoluntatem] ideſt, propoſitum in proſecutione motus uoluntarii iam incepti, & prohibens etiam ne incipiat. Alia litera habet: & hoc eſt ſecundum animum, i. ſecundum impetum. Violentia enim eſt, cum aliquid agit ſecundum impetum exterioris agentis, contra uoluntatē ipſius paſſi. Violentum autem eſt ſecundum impetum uim faciens. Ex hac autem uiolenti diffinitione, duas concluſiones inducit: quarum prima eſt, quod omne uiolentum eſt triſte, ſiue flebile.

Quod probat per cuiuſdā poetæ, ſiue doctoris dictū dicēs, quod oīs res neceſſaria, ſiue violenta eſt triſtis, ſiue lamentabilis. Neceſſitas enim eſt quædam violentia, ſicut Sophocles Poeta dicit. Violentia me facere coegit ea, i. neceſſitas. Dictum eſt enim, quod violentia eſt impediens voluntatem. Ea autem, q̄ uoluntati ſuæ contraria, contriſtant. Triſtitia enim eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt. Secunda concluſio eſt, quòd neceſſitas recte dicitur, quod eſt inculpabilis, & irreprehenſibilis. Dicitur enim, quod neceſſitas magis meretur veniam, quam increpationem. Et hoc ideo, quia non culpamur niſi de his, quæ uoluntarie facimus, de quibus etiam rationabiliter increpamur. Neceſſitas autem violentiæ eſt contraria voluntati, & excogitationi, ut dictum eſt. & ideo rationabilius di-

b Et ſine quibus homini bonū non contingit eſſe, aut fieri, aut aliquid malum expellere, aut priuari. Veluti bibere pharmacum neceſſarium, ut non laboret: & Aeginam nauigare, ut pecuniā recipiat.

c Amplius uim faciens. & vis. Sed hoc eſt p̄ter impetum & p̄ter uolūtatē impediens, & prohibens, uim enim faciens neceſſarium dicitur. Quapropter triſte etiam, ſicut Euenus ait. omnis enim res neceſſaria lamentabilis eſt facta. et uis neceſſitas q̄dam, ut Sophocles dicit. Sed uis ea me facere cogit. et uidetur neceſſitas aliquid inculpabile eſſe recte. Contrarium enim eſt motui ſecundum præuoluntatem, & ſecundum excogitationem.

d Amplius quod non contingit aliter ſe habere, neceſſarium dicimus ſic ſe habere.

e Et ſecundum hoc neceſſarium, alia dicuntur omnia neceſſaria. Vim enim patiens neceſſarium, dicitur aut facere, aut pati tunc, quando non contingit ſecundum impetum propter coagens, quaſi ea neceſſitate exiſtente, propter quam non contingit aliter. et in concauſalib. uiuendi, & boni ſimiliter. Nam cum non cōtingit, hic quidem bonum, illic uero uiuere, & eſſe ſine aliquibus, ea neceſſaria. & cauſa neceſſitas quædam eſt hæc.

A cuur, quod violenta non ſunt culpabilia. Quartum modum ponit ibi.

d ¶ Dicit, quod neceſſarium etiam dicimus ſic ſe habere, q non contingit aliter ſe habere, & hoc eſt neceſſarium abſolute. Prima autem neceſſaria ſunt ſecundum quid. Differt autem neceſſarium abſolute ab aliis neceſſariis, quia neceſſitas abſoluta competit rei ſecundū id, quod eſt intimum, & proximum ei, ſiue ſit forma, ſiue materia, ſiue ipſa rei eſſentia. ſicut dicimus animal neceſſe eſſe corruptibile, quia hoc conſequitur eius materiam, inquantum ex contrariis componitur. Dicimus etiā animal neceſſario eſſe ſenſibile, quia conſequitur eius formā: & animal neceſſario eſſe ſubſtantiam animatam ſenſibilem, quia eſt eius eſſentia. Neceſſarium autem ſecundum quid & non abſolute eſt, cuius neceſſitas dependet ex cauſa extrinſeca. Cauſa autē extrinſeca eſt duplex, ſcilicet finis, & efficiens. Finis autem eſt, vel ipſum eſſe abſolutum, & ab hoc fine, neceſſitas ſumpta pertinet ad primum modum: vel bene eſſe, ſiue aliqđ bonum habere, & ab hoc fine ſumitur neceſſitas ſecundi modi. Neceſſitas autem, quæ eſt a mouente exteriori, pertinet ad tertium modum. Nam violentia eſt, quando aliquid mouetur ab exteriori agente ad aliud, ad quod ex propria natura aptitudinem non habet. Si enim ſecundum ſuam naturam ordinetur ad hoc, quod recipiat motum ab exteriori agente, tunc motus non erit violentus, ſed naturalis. Sicut patet de motu cœleſtium orbium a ſubſtantiis ſeparatis, & de motu inferiorum corporum a ſuperioribus. Deinde cum dicit.

Et ſine quibus bonum non contingit, aut eſſe, aut fieri, ſine aliquid mali repellere, aut eo priuari. vt bibere potionem medicatam neceſſarium eſt, vt non ægrotet. & in Aeginam nauigare, vt pecuniam recipiat.

Item violentum, & vis. hoc autem eſt, quod præter propoſitum, & electionem obſtat, & probibet, violentum enim neceſſarium dicitur. quare etiam triſte, vt Euenus quoque ait. omnis nanque neceſſaria res triſtis eſt, & uis neceſſitas quædam eſt. quemadmodum Sophocles dicit. Etiam uis me cogit hæc facere. Et recte neceſſitas uidetur ineuitabile quiddam eſſe. contrarium enim voluntario, & ſecundum cogitationem motui eſt.

C *Item, quod non contingit aliter ſe habere, neceſſe dicimus ita ſe habere.*

Et ſecundum hoc neceſſarium, cætera quoque omnia dicuntur quodammodo neceſſaria. nam & ipſum neceſſarium aut agere, aut pati tunc dicitur, cum non contingat propter illud quod vim infert, ſecundum propoſitum fieri, tanquam illa exiſtente neceſſitate, propter quam non contingit aliter. Et in eis, quæ concauſæ uiuendi, & boni ſunt, ſimiliter. cum D *enim non contingat hic quidem ipſum bonum, hic vero ipſum uiuere, & eſſe ſine quibuſdam, hæc neceſſaria, & hæc cauſa neceſſitas quædam eſt.*

e ¶ Reducit omnes modos ad unum, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quod omnes modi neceſſitatis, qui in rebus E inueniuntur, ad hunc vltimum modum pertinent. Secundo, oſtendit, quod ſecundum vltimum modum accipitur neceſſarium in demonſtratiuis, ibi; [Amplius demonſtratio.] Tertio, infert quoddam corollarium ex præmiſſis, ibi: [Horum quidem itaque,] Dicit ergo primo, quod ſecundum illum vltimum modum neceſſarii, omnes alii modi aliqualiter dicuntur. Quod primo oſtendit in tertio modo. Illud enim, quod vim patitur, de neceſſitate dicitur aliquid facere, vel pati, propter hoc, quod non contingit ſecundum proprium impetum aliquid agere, propter violentiam agentis, quę eſt quædam neceſſitas, propter quam non contingit aliter ſe habere. Et ſimiliter oſtendit hoc in primo, & ſecundo modo, in quibus neceſſitas ſumitur ex cauſis viuendi, vel eſſendi ſimpliciter: quantum ad primum modum, vel ex cauſis boni, quantum ad ſecundum modum. Sic enim in aliis modis neceſſarium dicebatur, ſine quo non poterat eſſe ex vna parte bonum, & ex alia parte viuere & eſſe. Et ſic illa cauſa, ſine qua non contingit viuere, part. ſeq. par. 7.

vel

vel eſſe, vel bonum habere, vel malo carere, neceſſitas dicitur, quaſi ea hoc ſit prima ratio neceſſarij, qua impoſſibile eſt aliter ſe habere. Deinde cum dicit. F

f ¶ Oſtendit, quod ſecundum vltimum modum accipitur neceſſarium in demonſtratiuis, & quantum ad concluſiones, & quantum ad principia. Demonſtratio enim dicitur eſſe neceſſariorum, & dicitur eſſe ex neceſſariis. Neceſſariorum (part. 8.) quidem eſſe dicitur, quia illud, quod ſimpliciter demonſtratur, non contingit aliter ſe habere. Dicitur (part. 9.) autem ſimpliciter demonſtratum ad eius differẽtiam, quod demonſtratur in demonſtratione, quæ eſt ad aliquem, & non ſimpliciter: quod in quarto libro dixit demonſtrare ad hominem arguentem. In talibus enim demonſtrationibus, quæ ſunt ad aliquem, contingit etiã impoſſibile concludi ex aliquibus impoſſibilibus poſitis. Sed, quia cauſæ (Tex. com. 7. part. 1.) concluſionis in demonſtrationib⁹ ſunt præmiſſæ, cum demonſtratio ſimpliciter ſcire faciat, quod non eſt niſi per cauſam, oportet etiam principia, ẽa quibus eſt ſyllogiſmus, eſſe neceſſaria, quæ impoſſibile ſint aliter ſe habere. Nam ex cauſa non neceſſaria, non poteſt ſequi effectus neceſſarius. Deinde cum dicit.

g ¶ Concludit ex præmiſſis tres concluſiones ſeinuicem ſequentes. quarum prima eſt, quod ex quo in demonſtrationibus præmiſſæ ſunt cauſæ concluſionis. & vtraq; ſunt neceſſaria, ſequit, quod aliqua ſunt neceſſaria dupliciter. Quædam quidem, quorum altera ſit cauſa neceſſitatis, quædam vero, quorum nulla ſit cauſa neceſſitatis, & talia ſunt neceſſaria propter ſeipſa. Et hoc eſt contra Democritum, qui dicebat, ꝙ (Tex. com. 15) neceſſariorum non ſunt quærendæ cauſæ, vt habetur in 8. Phyſic. Secunda concluſio, quia cum oporteat eſſe vnum primum neceſſarium, a quo alia neceſſitatem habent, quia in cauſis non eſt procedere in infinitum, ut in ſecundo oſtenſum eſt, oportet (Tex. com. 5. & inde.) hoc primum neceſſarium, quod etiam maxime proprie eſt neceſſarium, quia eſt omnibus modis neceſſarium, ꝙ ipſum ſit ſimplex. Ea enim, quę ſunt compoſita ſunt mutabilia, & ita pluribus modis ſe poſſunt habere. Quæ autem pluribus modis habere ſe poſſunt, poſſunt ſe habere aliter, & aliter: quod eſt contra rationem neceſſarij. Nam neceſſarium eſt, quod eſt impoſſibile aliter ſe habere. Vnde oportet, quod primum neceſſariũ non aliter, & aliter ſe habeat, & per conſequens nec pluribus modis. Et ita oportet ipſum eſſe ſimplex. Tertia concluſio eſt, quod cum violentum ſit quod mouetur ab aliquo exteriori agente præter naturam propriã, principia autem neceſſaria ſunt ſimplicia, & immobilia, ut oſtenſum eſt, neceſſarium eſt, ut ſi ſunt aliqua ſempiterna, & immobilia, ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, ꝙ in illis nõ ſit aliquid violentum, nec præter naturam. Et hoc dicit, ne deceptio accidat io nomine neceſſitatis, cum dicitur de ſubſtantiis immaterialibus, nec per hoc intelligitur aliqua violentia in eis eſſe.

f Amplius demonſtratio neceſſariorum eſt: quia non contingit aliter ſe habere quod demonſtratum eſt ſimpliciter. Huius autem cauſa eſt quæ prima ſunt, ſi impoſſibile eſt aliter ſe habere, ex quibus eſt ſyllogiſmus.

Item demonſtratio neceſſariorum eſt: quoniam non contingit aliter ſe habere, ſi ſimpliciter demonſtratum eſt. Huius uero cauſa ipſa prima, ſi impoſſibile eſt aliter ſe habere, ex quibus ſit ſyllogiſmus.

G

g Horum quidem itaque altera cauſa eſſendi neceſſaria eſt: aliorum vero nulla, ſed propterea alia ſunt ex neceſſitate. Quare primum & proprie neceſſarium ipſum ſimplex eſt. hoc.n. habere non contingit pluribus modis. Quare nec aliter & aliter, iam enim plus haberet. Ergo, ſi qua ſunt ſempiterna, & immobilia, nihil illis eſt violentum, nec præter naturam.

Quorundam itaque alia eſt cauſa, ut neceſſaria ſint; quorundam uero nihil, ſed propter hęc, alia neceſſario ſunt. Quare & proprie neceſſarium eſt, quod ſimplex eſt. hoc enim non poteſt multipliciter ſe habere. quapropter nec aliter, & aliter; etenim multipliciter ſe haberet. Si igitur aliqua perpetua, & immobilia ſunt, nihil in eis uiolentum, aut præter naturam eſt.

H

LECTIO VII.

VNum dicitur aliud autem ſecundum accidens, aliud ſecundum ſe. Secundum accidẽs quidem, vt Coriſcus & muſicus, & Coriſcus muſic⁹. Idẽ.n. eſt dicere Coriſcus, & muſicus & Coriſcus muſicus: & muſicũ & iuſtũ: & muſicus iuſtus Coriſcus. Oĩa nanq; ea vnũ dñr ſm accidens. Iuſtum quidem & muſicum, quia vni ſubſtantiæ accidunt, muſicus vero & Coriſcus. quia alterum alteri accidit. Similiter autem & modo quodã muſicus. Coriſcus cum Co-

I

LECTIO VII.

VNum dicitur uno modo ſecundum accidens, altero per ſe. Secundum accidens quidem, ut Coriſcus & muſicum, & Coriſcus muſicus. idẽ enim eſt dicere Coriſcus, & muſicũ, & Coriſcus muſicus: & muſicum & iuſtum, & muſicus iuſtus Coriſcus. Cuncta etenim hęc unum dicuntur ſecundum accidens. iuſtum quidem & muſicum, quoniam uni ſubſtantię accidunt, muſicum uero & Coriſcus, quoniam alterum alteri accidit. ſimiliter etiam quodammodo muſicus Coriſcus cum Coriſco unum eſt, quoniam altera partium earum, quæ

LECTIO VII.

POſtquam Philoſophus diſtinxit nomina, quæ ſignificant cauſas, hic diſtinguit noĩa, quę ſignificãt id, ꝙ eſt ſubiectũ aliquo modo in iſta ſcientia. Et diuiditur in duas partes. Primo ponit ſiue diſtinguit nomina, quæ ſignificant ſubiectum huius ſcientiæ. Scdo ea, quæ ſignificant partes ſubiecti, ibi; (In. leſre. 11.) [Eadem dicuntur] Subiectum aũt hui⁹ ſcientiæ põt accipi, vel ſicut communiter in tota ſcientia conſideratum, cuiuſmodi eſt ens, & unũ vel ſicut id, de quo eſt principalis intentio, ut ſubſtantia. Et ideo primo diſtinguit hoc nomẽ vnũ, ſecundo hoc nomẽ ens, ibi: [Ens dicitur &c.] (Infr. lec. 9.) Tertio, hoc nomen ſubſtantia, ibi. (Inf. lec. 10.) [Subſtantia dicitur &c.] Circa primum duo facit. Primo diſtinguit unum in per ſe, & per accidens, & oſtendit quot modis dicitur unũ per accidens. Secundo, quot modis dicitur vnum per ſe, ibi: [ſecundum ſe uero vnum &c.] Dicit ergo quod unum dicitur & per ſe, & per accidens. (part. ſeq.) Per accidens autem onum docet conſiderare primo in terminis ſingularib. & hoc dupliciter. Vno modo ſecundum quod accidens comparatur ad ſubiectum. Alio modo ſecundum ꝙ unum accidens comparatur ad aliud. In utroque autem iſtorum tria eſt accipere, ſ. unum compoſitum, & duo ſimplicia. Si enim unum per accidens accipiatur ſecundum comparationem accidentis ad ſubiectum, ſic ſunt illa tria, primum eſt Coriſcus, ſecundum eſt muſicus tertium Coriſcus muſicus: & hæc tria ſunt unum per accidens. nam idem ſubiecto eſt Coriſcus, & muſicus. Et ſimiliter quando comparatur accidens ad accidens, tria eſt accipere, quorũ primum eſt muſicum, ſecundum eſt iuſtum, tertium eſt muſicus iuſtus Coriſcus. Et omnia prædicta dicuntur eſſe vnum ſm accidens, tamen alia & alia ratione.

K Iuſtum enim & muſicum, quæ ſunt duo ſimplicia in ſecunda acceptione, dicuntur unum per accidens quia accidunt uni ſubiecto. Muſicus uero & Coriſcus, quæ ſunt duo ſimplicia in prima acceptione, dicuntur unum per accidens, quia [alterum eorum,] ſcilicet muſicum [accidit alteri,] ſcilicet Coriſco. Et ſimiliter quantum ad aliquid muſicus Coriſcus cum Coriſco, quod eſt compoſitum cum uno ſimplicium in prima acceptione, dicuntur unum per accidens, quia inter partes iſtas, quæ ſũt in hac oratione, i. in hoc termino complexo, ſ. Coriſcus muſicus, altera pars termini complexi, ſ. muſicus accidit alteri parti per ſe ſignatæ, ſcilicet Coriſco.

Et eadem ratione poteſt dici, ꝙ muſicus Coriſcus eſt unũ cum iuſto Coriſco, quę ſunt duo cõpoſita in ſecunda acceptione, quia ambæ partes utriuſque compoſiti accidunt uni, i. Coriſco. Si enim idem eſt muſicus & muſicus Coriſcus, & iuſtus & iuſtus Coriſcus, cuicunque accidit muſicum accidit muſicus Coriſcus, & quicquid accidit Coriſco accidit Coriſco iuſto.

Vnde

Vnde, ſi muſicum accidit Coriſco, ſequitur, quod muſicus Coriſcus accidat iuſto Coriſco. Et ſic nihil differt dicere muſicum Coriſcum accidere iuſto Coriſco, quàm muſicum accidere Coriſco. Quia vero huiuſmodi prædicata per accidens, per prius prædicantur de ſingularibus, & per poſterius de vniuerſalibus, cum tamen econuerſo ſit de prædicatis per ſe, manifeſtat cõſequenter in terminis vniuerſalibus, quod in ſingularib. oſtenderat, dicens, quod ſimiliter accipitur unum per accidens, ſi aliquod accidens dicatur cũ aliquo nomine alicuius generis, vel cuiuſcunque vniuerſalis. ſicut accipitur vnum per accidens in prædictis, quando accidens adiungitur nomini ſingulari, ſicut cũ dicitur, ꝙ homo, & muſicus homo ſunt unũ per accidens, licet quantum ad aliquid differant. Singulares. n. ſubſtantiæ, nec ſunt in ſubiecto, nec de ſubiecto prædicantur. vnde tantum ſubſtant, & nihil eis ſubſtat. Subſtantiæ quidem vniuerſales dicuntur de ſubiecto, ſed non ſunt in ſubiecto. vnde non ſubſtant accidentibus, & eis aliquid ſubſtat. Cum ergo accidens adiungitur particulari ſubſtantiæ, nõ poteſt eſſe alia ratio dicti, niſi quia accidẽs ineſt ſubſtantiæ particulari, vt quia muſicũ ineſt Coriſco, cũ dicitur Coriſcus muſicus: ſed, cum dicitur homo muſicus, poteſt eſſe duplex ratio dicti: aut enim hoc dicitur, quia muſicum accidit homini, per quod ſignificatur ſubſtantia & ex hoc competit ſibi, quod poſſit ſubſtare accidenti. Aut hoc ideo dicit, quia ambo, ſcilicet homo, & muſicus inſunt alicui ſingulari, ſicut Coriſco, ſicut muſicum dicebatur iuſtum. quia eidem ſingulari inſunt. & eodem modo, ſcilicet per accidens. Sed forſan hoc non eodem modo, ſed vniuerſalis ſubſtantia ineſt ſingulari ut genus, ſicut hoc nomen animal: aut ſi nõ ſit genus, ſaltem eſt in ſubſtantia ſubiecti, ideſt, vt ſubſtantiale prædicatũ, ſicut hoc nomen homo. Sed aliud, ſcilicet muſicum non eſt, vt genus vel eſſentiale prædicatum, ſed ut habitus, vel paſſio ſubiecti, vel qualecunque accidens. Ponit autem hæc duo habitũ, & paſſionem, quia quædam accidentia ſunt manentia in ſubiecto, ſicut habitus, qui ſunt difficile mobiles: quædam autẽ ſunt accidentia pertranſeuntia & non manentia, ſicut paſſiones. Patet igitur, quod iſti ſunt modi, quibus aliqua dicuntur unum per accidens. Deinde cum dicit.

infra lect. 8. part. 5. infra ibid. par. 4. infra lect. 8. part. 5. Lect. 8. part. 2.

b ¶ Ponit modos vnius per ſe. & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quot modis dicitur vnum. Secundo, quot modis dicuntur multa, ibi: [Palam, & quia multa.] Circa primum duo facit. Primo diſtinguit modos unius naturaliter, ideſt, ſecundum conditiones in rebus inuentas. Secundo vero logice, ideſt, ſecundum intentiones logicales, ibi. [Amplius autem alia &c.] Circa primum duo facit. Primo diſtinguit modos unius. Secundo, vero ponit quandam proprietatem conſequentem ad vnum, ibi. [Vni uero eſſe, eſt principium.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos unius, ſecundo reducit eos omnes ad unum, ibi [Vniuerſaliter enim quæcunque.] Ponit autem in prima parte, quinque modos vnius. Quorum primus eſt, ꝙ eorum, quæ ſm̃ ſe dicuntur unũ, quędam dñr unũ eſſe [natura continuitatis] ideſt, eſſendo continua, vel [in eo quod ſunt

Coriſco vnum, quia altera partium altera accidit earum, quæ ſunt in oratione. vt muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus, iuſto Coriſco, quia vtriuſque pars eidem vni accidit. Nihil enim differt, quàm Coriſco muſicum accidere. Similiter autem ſiue in genere, ſiue in vniuerſalis alicuius nominibus dicatur accidens, vt quia homo idẽ & muſicus homo. aut enim, quia homini vni exiſtenti ſubſtantiæ accidit muſicũ, aut quia ambo ſingularium alicui accidunt, ut Coriſco: tamen non eodem modo ambo inſunt Sed hoc quidẽ forſan, ut genus, & ſubſtantia. illud vero vt habitus, aut paſſio ſubſtantiæ. Ergo quæcunque ſecundum accidens dicuntur vnum, hoc modo dicuntur.

Tex. com. 8. part. 2.

b Secundum ſe vero vnum dictorũ alia dicuntur natura continuitatis, vt onus vinculo, & lignum cũ viſco. Et linea, & ſi flexa ſit, continua autem, vna dicitur. ſicut & partium ſingulę, vt tibia & brachium. Ipſorum autẽ magis unum natura continua, quàm arte. Continuum vero dicitur, cuius motus vnus ſecundum ſe, & non poſſibile aliter. vnus autem vnius indiuiſibilis. indiuiſibilis autem ſecundum tempus.

in oratione ſunt, alteri accidit. utputa muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco, quoniam utriuſq; pars una eidem uni accidit. nihil enim differt, aut Coriſco muſicum accidere, aut iſti hoc. Similiter autem, tam ſi de genere, quam ſi de aliquo uniuerſaliũ nominum accidens dicatur. ut puta, quod idem homo, & muſicus homo. B *aut enim homini, qui una eſt ſubſtantia, muſicum accidit, aut quoniam ambo alicui ſingularium accidunt, ueluti Coriſco. non tamen eodem modo ambo inſunt, ſed hoc quidem ut genus fortaſſis. & ut in ſubſtantia, illud uero. ut habitus, aut paſſio ſubſtantię. Quęcunque itaque ſecundum accidens unum dicuntur, hoc modo dicuntur.*

Illorum vero, quæ per ſe vnum di- C *cuntur, hæc quidem dicuntur, eo quod continua ſunt, ut faſcis uinculo, & ligna uiſco. linea quoque etiam, ſi curua ſit. ſed continua una dicitur. ſicut & partium etiam unaquęque, crus, & brachium. Ex his autem ipſis illa magis unum ſunt, quę natura, quam arte cõtinua ſunt. Continuum uero dicitur, cuius unus per ſe motus, & non poteſt aliter eſſe. unus vero, qui indiuiſibilis. indiuiſibilis autem ſecundũ tempus.*

A continua,] ſicut dicit alia tranſlatio. Sed continua dicuntur aliqua dupliciter. Quædam enim ſunt continua, ſicut dicit alia litera per aliud, quædam ſecundum ſe. Proſequitur ergo primo continua, ſecundum aliud dicens, quod continua per aliud ſunt, ſicut onus lignorum continuum eſt ratione ligaminis, vel uinculi. & hoc modo ligna adinuicem coniuncta, dicuntur unum per viſcum. Quod etiam cõtingit dupliciter. quia quandoq; continuatio alligatorũ, ſit ſecundum lineã rectam, quandoque autem ſecundum lineam indirectam, ſicut eſt linea reflexa angulum continẽs, quę ſit ex contactu duarum in una ſuperficie, quarum applicatio nõ eſt directa. Per hunc enim modum partes animalis dicunt vnum & continuum. Sicut tibia, quæ habet reflexionem & angulum continet ad genu, dicitur una, & continua, & ſimiliter brachium. Sed, cum talis continuatio, ꝙ eſt per aliud, poſſit eſſe, vel fieri naturaliter & arte, magis vnum ſunt, quæ ſunt continua per naturam, quam quę ſunt continua per artem: quia in his quę ſunt continua ꝑ naturã, illud vnum, per quod ſit continuatio, non eſt extraneum a natura rei, quæ per ipſum continuatur. ſicut accidit in his, quæ ſunt unum per artificium, in quib. uinculum, vel viſcus,

D

vel aliquid tale eſt omnino extraneum a natura colligatorum. Et ita ea, quæ ſunt naturaliter colligata, prius accedunt ad ea, quæ ſunt ſecundum ſe continua, quæ ſunt maxime vnum. Et ad euidentiam huius diffinit continuum dicens, quod continuum dicitur id, cuius eſt ſecundum ſe unus motus tantum, & non eſt poſſibile aliter. Non enim poſſibile eſt in continuo, ut diuerſę partes diuerſis motibus moueantur, ſed totum continuum mouetur vno motu. Dicit autẽ [ſecũdũ ſe] quia poſſibile eſt vt continuum moueatur vno modo per ſe, & vno alio, vel pluribus per accidens. ſicut ſi homo mouetur in naui per ſe cõtra motum nauis, mouetur nihilominus motu nauis per accidens. Ad hoc autem, quod ſit unus motus, oportet quod ſit indiuiſibilis, & hoc dico ſecundum tempus, vt videlicet ſimul dum mouetur una pars continui, moueatur & alia. non enim

E contingit in continuo, quod una pars moueatur & alia quieſcat, vel quod vna quieſcat, & alia moueatur, ut ſic motus diuerſarum partium continui ſint in diuerſis partibus temporis. Ideo autem hic diffinit Philoſophus cõtinuum per motum & non per unitatem termini, ad quem partes continui coniungũtur, ſicut in Prędicamentis, & in lib. Phyſi. habetur, quia ex iſta diffinitione poteſt ſumi diuerſus gradus unitatis in diuerſis continuis, ſicut poſtea patebit, non autem ea diffinitione ibi data. Sciendum eſt autem, quod hoc, quod hic dicitur, ꝙ motus continui, indiuiſibilis eſt ſecundum tempus, non eſt contrarium ei, quod probatur in vj. Phy. ſ. quod tempus motus diuiditur ſecundum partes mobilis.

Cap. de quantitate, & co. com. 1. Lect. 5. Lect. 7. Te. com. 38.

Hic enim loquitur Philoſophus quantum ad motum abſolute, quia ſcilicet, non ante incipit moueri una pars continui, quam alia: ibi autem loquitur referendo ad aliquod ſignum, quod ſignatur in magnitudine, per quam ſit motus. Illud enim ſignum, quod eſt prior pars magnitudinis, in priori tempore

tran-

F

tranſeuntur, licet etiam illa priori parte temporis, aliæ partes mobilis continue moueantur.

c ¶ Proſequitur de illis, quæ ſunt ſecundum ſe continua dicens, quod illa ſunt ſecundum ſe continua, quæ non dicuntur vnum per contactum. quod ſic probat. Illa enim, quæ ſe tangunt, ut duo ligna,

par. 3. non dicuntur unum lignum, nec unum aliquid aliud. quod pertineat ad genus continui. Et ſic patet, quod alia eſt unitas continuorum, & alia tangentium. Quæ enim ſunt ſe tangentia, non hñt unitatem continuitatis per ſeipſa, ſed per aliquod uinculum, quod ea coniũgit. Sed illa, quæ sũt continua, dicuntur unum ſecundum ſe, quamuis habeant reflexionem.

Duæ enim lineæ reflexæ, continuantur ad unum communem terminum, qui eſt punctus in loco ubi conſtituitur angulus. Sed iſtæ magis ſunt unum,

Tex. com. 9. par. 4. quæ per ſe ſunt cõtinua ſine reflexione. Cuius ratio eſt, quia linea recta nõ poteſt habere, niſi vnũ motum in omnibus partibus ſuis. Linea uero reflexa põt habere unum motum, & duos motus. Poteſt enim intelligi linea reflexa tota moueri in unã partẽ, & iterum poteſt intelligi, quod una parte quieſcente alia pars, quę cũ parte quieſcente cõtinet angulum, ap-

Tex. com. 5. parte 5. propinquet p ſuum motum ad partem quieſcentem, ſicut quando tibia, uel crus applicatur ad coxam, quæ hic dr̃ femur. Vnde utrum que eorum, ſ. tibia vel coxa ſunt magis unum [quã ſchelos] ut habetur in græco, i. quam id, qđ eſt compoſitum ex tibia, & coxa. Sciendum autem, quod litera, quæ habet curuitatem loco reflexionis, falſa eſt. Cõſtat enim, quod partes lineæ curuę, angulum non cõtinentes, oportet, quod ſimul moueantur, & ſimul quieſcat, ſicut

c Secundum ſe autẽ continua, quæcunque nõ tactu ſunt vnũ. Nam, ſi ponis ſe tangentia ligna, non dices, hæc unum eſſe, nec lignum, nec corpus, nec aliud continuum ullum. Quæ itaque omnino ſunt continua, unum dicuntur, quamuis reflexionẽ habeant. Adhuc magis, quæ nõ habent reflexionem, ut tibia, aut crus, uel femur, quia contingit non unum eſſe motum cruris. Et recta quam reflexa magis unum. Reflexam uero & angulum habentem. unam, & non unam dicimus, quia contingit & non ſimul eſſe motum eius, & ſimul. Rectę uero ſemper ſimul, & nulla pars habens magnitudinem, hæc quidem mouetur, hæc uero quieſcit, quemadmodum reflexe.

Secundum ſe autem continua, quęcunque non tactu vnum ſunt. ſi enim ponens inuicem tangentia ligna, non dices ea vnum: neque lignum, neque corpus, nec aliquid continuum eſſe. Igitur & illa quæcunque omnino continua ſunt, vnum dicuntur, etiam ſi habeant flexionem. & adhuc magis, quæ non habent, ut tibia, aut femur,

G *quàm crus: quoniam contingit unum non eſſe motum cruris. & recta magis, quàm curua, vnum eſt: curuam vero, & angulum habentem & vnã, & non vnam dicimus, quoniam contingit & non ſimul eius motum, & ſimul eſſe: recta verò ſemper ſimul, nullaque particula magnitudinem habens, hęc quidem quieſcit, hęc vero mouetur, quemadmodum curua.*

d Amplius alio modo dicitur, eo ꝙ ſubiectum ſit ſpecie indifferens. Indifferens uero, ut quorum indiuiſibilis ſpecies ſecundum ſenſum. ſubiectum autem primum, aut ultimum ad finẽ. Vinum enim unum dicitur, & aqua una inquantum indiuiſibile ſecundum ſpeciem. Et liquores omnes unum dicuntur, ut oleum, uinum, & fluida, quia omnium ultimum ſubiectum idem. nã aqua, aut aere omnia hæc fiunt.

H *Alio item modo vnum dicitur, cum ſubiectum ſit forma indifferens. Indifferens autem, quorum forma indiuiſibilis ſecundum ſenſum eſt: ſubiectum uero, aut primum, aut ultimum ad finem. etenim uinum unum, & aqua una dicitur, quatenus indiuiſibilis ſecundum formam eſt: liquoreſque omnes, ut oleum, uinum, & liquabilia unum dicũtur, quoniam omnium ultimum ſubiectum idem eſt, aqua namque, & aer hęc omnia ſunt.*

I

e Dicuntur autem unũ, & quorum genus unum differens oppoſitis differentiis. & hæc dicũtur omnia unum quod ſubiicitur differentiis. ut homo, canis, & equus, unum quidem, quia omnia animalia, & modo propinquiſſimo, ſicut materia una. Hęc autem, quãdoque quidem ita unum dicuntur, quandoq; uerò genere ſuperiore, quod idem dicitur, ſi ſint ultimæ ſpecies generis ſuperiores his. Vt iſoſceles, & iſopleurus, ſunt una & eadem figura, quia ambo triangulus, ſed trianguli non iidem.

K *Dicuntur autem unum, & quorum unum genus differens oppoſitis differentiis. ac cuncta hæc unum dicuntur, quoniam unum eſt genus ſubiectum differentiis. ut homo, equus: canis, unum quid, quoniam omnia animalia, & quodam ſimili modo, ſicuti materia una. Hęc autem quandoque quidem ita unum dicuntur, quandoque uero ſuperiore genere, quod idem dicitur, ſi ultimæ generis ſpecies ſunt, illa autem ſuperiora ipſis. utputa triangulus duorum ęqualium laterum una & eadem figura cum triangulo trium ęqualium laterum eſt. ambo etenim trianguli, ſed non iidem trianguli.*

partes lineę rectę. quod non accidit in reflexa, ut dictum eſt. Secundum modum ponit ibi.

d ¶ Dicit quod ſecundo modo dicitur unum, non tantum ratione continuæ quantitatis, ſed ex eo, quod ſubiectum totum eſt indifferens forma ſecundum ſpeciem. Quędam enim eſſe poſſunt cõtinua, quę tamen in ſubiecto ſunt diuerſa ſecundum ſpeciem, ſicut, ſi coniungatur aurum argento, uel aliqua huiuſmodi. Et tunc talia duo erunt vnum, ſi attendatur ſola quantitas, non autem ſi attendatur natura ſubiecti. Si vero eorũ ſubiectum continuum ſit unius formæ ſecundum ſpeciem, erit vnum & ſecundum rationem quantitatis, & ſecundum rationem naturæ. Subiectum autem dicitur eſſe indifferens ſecundũ ſpeciem, quãdo eadem ſpecies ſenſibilis nõ diuiditur, ita quod ſint diuerſæ formæ ſenſibiles in diuerſis partibus ſubiecti, ſicut quandoque contingit, quod vnius corporis ſenſibilis vna pars eſt alba, & alia nigra. Hoc autem ſubiectum indifferens, poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſubiectum primum. Alio modo ſubiectum finale, ſiue vltimum, ad quod peruenitur in fine diuiſionis. Sicut patet, quod totum vinum dicitur unum eſſe, quia partes eius communicant in vno primo ſubiecto, quod eſt indifferens ſecũdum ſpeciem. Et ſimiliter eſt de aqua. Omnes enim liquores ſiue humores dicuntur unum, in uno ultimo. Nam oleum & vinum. & omnia huius, reſoluuntur ultimo in aquam vel aerem, qui in omnibus eſt radix humiditatis. Tertium modum ponit ibi.

e ¶ Dicit quod aliqua dicuntur vnum, quorum genus eſt unum oppoſitis differentiis diuiſum: Et ille modus habet aliquam ſimilitudinem cum præcedenti. Ibi enim aliqua dicebantur eſſe vnum, quia genus ſubiectum eſt unũ: hic etiam aliqua dicuntur eſſe unum, quia eorum genus, quod eſt ſubiectum, differentiis eſt unũ, ſicut homo & equus & canis dicũtur unũ: quia communicant in animali, quaſi in uno genere ſubiecto differentiis. Differt tamen hic modus a prædicto, quia in illo modo ſubiectum erat unum nõ diſtinctum per formas: hic autem genus ſubiectum eſt vnum, diſtinctum per diuerſas differentias quaſi per diuerſas formas. Et ſic patet, quod propinquiſſimo modo dicuntur aliqua eſſe vnum genere, & ſimiliter ſicut aliqua dicuntur eſſe unum materia. Nam illa etiam, quæ dicuntur eſſe unum materia, diſtinguuntur per formas. Genus enim licet non ſit materia, quia non prædicaretur de ſpecie, cum materia ſit pars, tamen ratio generis ſumitur ab eo, quod eſt materiale in re, ſicut ratio differentiæ ab eo, quod eſt formale.

Non

Non enim anima rationalis, eſt differentia hominis, cum de homine non prædicetur, ſed habens animam rationalem, quod ſignificat hoc nomen rationale. & ſimiliter natura ſenſitiua non eſt genus hominis, ſed pars. Habens etiam naturam ſenſitiuam, quod nomine animalis ſignificatur, eſt hominis genus.

f Amplius autem vnum dicuntur, quorumcunque ratio, quæ quod quid erat eſſe dicit, indiuiſibilis eſt ad aliam ſignificantẽ quid erat eſſe rei. Ipſa enim ſecundum ſe omnis ratio diuiſibilis. ſic enim augmentatum & diminutum vnum ſunt, quia ratio vna, ſicut in ſuperficiebus, quæ ſpeciei vna.

Item unum ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat eſſe dicens, indiuiſibilis ad aliam eſt, quod quid erat eſſe rei ſignificantem, ipſa enim per ſeipſam omnis ratio diuiſibilis. ſic enim & auctum & diminutum vnum eſt quoniam ratio una; quemadmodum in ſuperficiebus eſt ipſius ſpeciei una.

B

g Omnino vero quorum intelligentia indiuiſibilis intelligens quid erat eſſe, & non poteſt ſeparari, neque tempore, neque loco, neque ratione, maxime hæc vnum: & horum quæcunque ſubſtantia.

Et omnino quorumcunque intellectio, quę quod quid erat eſſe intelligit indiuiſibilis eſt, neque ſeparare poteſt nec tempore, nec loco, nec ratione, hęc maxime unum ſunt. & horum, quęcunque ſubſtantiæ ſunt.

Tex. co. 12. part. 6. Similis ergo & propinquus modus eſt quo aliqua ſunt unũ materia, & vnum genere. Sed ſciendum eſt, quod vnum ratione generis dicit̃ dupliciter. Quandoque enim aliqua dicuntur ita unum in genere, ſicut dictum eſt, quia ſcilicet eorum unum eſt genus qualitercunque.

part. 7. Quandoq. vero non dicuntur aliqua eſſe vnum in genere, niſi in genere ſuperiori, quod cum adiunctione vnitatis, vel identitatis prædicatur de vltimis ſpeciebus generis inferioris, quando ſunt aliquæ aliæ ſuperiores ſpecies ſupremi generis, in quarum una infinitæ ſpecies conueniunt.

par. 8. Sicut figura eſt unũ genus ſupremũ, continens ſub ſe multas ſpecies, ſcilicet circulum, triãgulum, quadratum, & huiuſmodi. Et triangulus etiã continet diuerſas ſpecies ſcilicet æquilaterum, qui dicitur iſopleuros: & triangulum duorum æqualium laterum, qui dicitur æquitibiarum, vel iſoſceles. Iſti igitur duo trianguli dicuntur una figura, quod eſt genus remotum: ſed non vnus triangulus, quod eſt genus proximum. Cuius ratio eſt, quia hi duo trianguli non differunt per differentias, quibus diuiditur figura. differunt autem per differentias, quibus diuiditur triangulus. Idem autem dicitur, a quo aliquid non differt differentia. Quartum modum ponit ibi.

f ¶ Dicit quod unum etiam dicuntur quæcunque ita ſe hñt, quod diffinitio vnius, quæ eſt ratio ſignificans quid eſt eſſe, nõ diuiditur a diffinitione alterius, quæ ſignificat etiam quid eſt eſſe eius. Ipſa enim diffinitio ſcilicet, ſecundum ſe, oportet ꝙ ſit diuiſibilis, cum conſtet ex genere & differentia. Sed poteſt eſſe quod diffinitio vnius ſit indiuiſibilis a diffinitione alterius, quando duo habent unam diffinitionem, ſiue illæ diffinitiones ſignificent totum hoc, quod eſt in diffinito, ſicut tunica, & indumentum: & tunc ſunt ſimpliciter unum, quorum diffinitio eſt vna, ſiue illa communis diffinitio non totaliter comprehendat rationem duorum, quæ in ea conueniunt. ſicut bos & equus conueniunt in una diffinitione animalis: vnde nunquam ſunt vnum ſimpliciter. ſed ſecundum quid, inquantum ſcilicet, vtrunque eorum eſt animal. Et ſimiliter augmentum & diminutio conueniunt in vna diffinitione generis, quia vtraq; eſt motus ſecundum quantitatem. Similiter in omnibus ſuperficiebus eſt vna diffinitio huius ſpeciei, quæ eſt ſuperficies. Quintum modum ponit ibi.

g ¶ Dicit quod [omnino] ideſt perfecte & maxime ſunt vnũ, quorum intellectus intelligens quidditatem eorum, eſt omnino indiuiſibilis, ſicut ſimplicia, quæ non componuntur ex

A principiis materialibus, & formalibus. Vnde intellectus accipiens quidditatem eorũ, non comprehendit ea, quaſi componens diffinitionem eorum ex diuerſis principiis, ſed magis per modum negationis: ſicut punctus eſt cuius pars non eſt, vel etiã per modum habitudinis ad compoſita, ſicut ſi dicatur, ꝙ unitas eſt principium numeri. D. 546. Et, quia talia habent intellectum indiuiſibilẽ in ſeipſis, ea aũt, q̃ ſũt quocũq; mõ uñá, pñt intelligi ſeparatim, ideo ſequitur ꝙ hmõi ſunt inſeparabilia, & ſm tempus, & ſm locum & ſecundum rõnẽ. Et propter hoc ſũt maxime unum, præcipue illud, quod eſt indiuiſibile in genere ſubſtantiæ. Nã quod eſt indiuiſibile in genere accidẽtis, & ſi ipſum in ſe non ſit compoſitũ, eſt tamen alteri cõpoſitum. i. ſubiecto in quo eſt. Indiuiſibilis aũt ſubſtantia, neque ſecundum ſe compoſita eſt, nec alteri componitur. Vel ly ſubſtãtia, poteſt eſſe ablatiui caſus, & tunc eſt ſenſus, ꝙ licet aliqua dicantur unum, quia ſunt indiuiſibilia ſecundum locum uel tempus, vel rationem, tamen inter ea illa maxime dicuntur unum, quę non diuiduntur ſecundum ſubſtantiã & redit in eundem ſenſum cum priore.

LECTIO VIII.

C

VNiuerſaliter enim quęcunque non habent diuiſionem, inquantum non habent, ſic vnum dicuntur. Vt ſi inquantum homo non habet diuiſionem, vnus homo; ſi vero inquãtum animal, vnum animal: & ſi inquãtum magnitudo, una magnitudo. Plura quidem igitur vnum dicuntur per alterum aliquid facere, aut pati, aut habere, aut aliquid eſſe vnum. Quæ autem vnum primo dicuntur, quorum ſubſtantia vna: vna vero aut continuatione, aut ſpecie, aut ratione. Etenim numeramus vt plura, aut quæ nõ continua, aut quorum non una ſpecies, aut quorum ratio non vna.

LECTIO VIII.

VNiuerſaliter nanq; quotcunque non habent diuiſionem, quatenus non habent, eatenus unum dicuntur, utputa ſi, prout homo non habet diuiſionem, unus eſt homo, quod ſi prout animal, unum animal, quod ſi prout magnitudo, una magnitudo. Plurima itaque unum dicuntur, eo quod aliquid unum aut agunt, aut patiuntur, aut habent, aut ad aliquid unum ſunt. Quę uero primo unum dicuntur, illa ſunt, quorum ſubſtantia una, una uero

D *aut continuatione, aut forma, aut ratione, numeramus etenim tanquam plura, aut quæ non continua ſunt, aut quorum forma non eſt, una, aut quorum ratio non eſt una.*

LECTIO VIII.

HIc Philoſophus reducit oẽs modos ad unũ primum, & circa hoc duo facit. Primo ponit reductionẽ prędictam. Secundo ibi per modos poſitos Per. ſeq. ponit alium modum unitatis, ibi [Amplius autem &c.] dicit ergo primo. ꝙ ex hoc patet, quòd illa, quæ ſunt penitus indiuiſibilia, maxime dicuntur unum, quia ad hunc modum oẽs alii modi reducuntur, quia uniuerſaliter hoc eſt uerum, quod q̃cũque non hñt diuiſionem, ſcd̃m hoc dicuntur unum, inquantũ

E diuiſionem non habent. Sicut quæ non diuiduntur in eo quod eſt homo, dicuntur unum in homine, ſicut Soc. & Plato. Et quę non diuiduntur in rõne animalis, dicuntur unum in animali. Et quæ non diuiduntur in magnitudine uel menſura, dicunt̃ vnum ſecundum magnitudinem, ſicut continua. Et ex hoc poteſt accipi et numerus, & diuerſitas modorum unius ſuprapoſitorum, quia unum, aut eſt indiuiſibile ſimpliciter, aut indiuiſibile ſcd̃m quid: ſi quidem ſimpliciter, ſic eſt ultimus modus qui eſt principalis. Si aũt eſt indiuiſibile ſcd̃m quid, aut ſecundum quantitatem tñ, aut ſm naturam. ſi ſm quantitatem, ſic eſt primus modus: ſi ſm naturam, aut quantũ ad ſubiectum, aut quantum ad diuiſionem, q̃ ſe tenet ex parte formæ; ſi quantum ad ſubiectum, vel quantum ad ſubiectũ reale, & ſic eſt ſecundus modus, uel quantum ad ſubiectum rationis, & ſic eſt tertius modus. Indiuiſibilitas autem formæ, quæ eſt indiuiſibilitas rationis, ideſt diffinitionis, facit quartum modum.

Ex his autem modis, alterius aliqui alii modi deriuantur. Plurima autem ſunt, quæ dicuntur unum, ex eo quod faciunt unum, ſicut plures homines dicuntur unum, ex hoc quod

trahunt

trahunt nauem. Et etiam dicuntur aliqua unum, ex eo quod vnum patiuntur, ſicut multi homines ſunt vnus populus, ex eo quod ab uno Rege reguntur: Quædam vero dicuntur unum ex eo, quod habent aliquid unum, ſicut multi poſſeſſores vnius agri ſunt unum in dominio eius. Quædam etiam dicunt

par. 2. vnum ex hoc, quod ſunt aliquid vnum, ſicut multi homines albi dicuntur vnū, quia quilibet eorū albus eſt. ſed reſpectu omnium illorū modorum ſecundariorum, primo dicūtur unum illa, quæ ſunt unum ſecundū ſuam ſubſtantiam, de quibus ſupra dictum eſt in quinque modis ſuprapoſitis. Vna namque ſubſtātia eſt, aut ratione continuitatis, ſicut in primo modo: aut propter ſpeciem ſub-

Tex. co. 12. par. 3. iecti, ſicut ſecundo modo, & etiam in tertio, prout unitas generis aliquid habet ſimile cum unitate ſpeciei, aut etiā propter ratinoē, ſicut in quarto & in quinto modo. Et qđ adhuc ex his modis aliqua dicantur vnū, patet per oppoſitū. Aliqua enim ſunt numero plura, uel numerantur ut plura, quia non ſunt cōtinua, uel quia non habēt ſpeciem unā: vel quia non conueniunt in una ratione. Deinde cū dicit.

b¶ Addit alium modum a ſupradictis, qui non ſumuntur ex ratione indiuiſionis ſic prędictæ. ſed magis ex ratione diuiſionis. & dicit, qđ quandoque aliqua dicuntur unum propter ſolam continuitatem, quandoque uero non, niſi ſit aliquod totū & perfectum; quod quidem contingit, quando

...10? habet aliquam unā ſpeciem, non quidē ſicut ſubiectum homogeneum dicitur vnum ſpecie, quod pertinet ad ſecundum modum poſitum prius: ſed ſecundum quod ſpecies in quadam totalitate conſiſtit, requirens determinatum ordinem partium. ſicut patet, quod non dicimus unum aliquid, ut artificiatum, quando uidemus partes calciamenti qualitercunque compoſitas, niſi forte ſecundum quod accipitur unum pro continuo: ſed tunc dicimus eſſe unum omnes partes calciamenti, quando ſic ſunt compoſitæ, quod ſit calciamentum, & habeat aliquam unam ſpeciem, ſcilicet calciamenti. Et ex hoc patet, quod linea circularis eſt maxime una, quia non ſolum habet continuitatem, ſicut linea recta, ſed etiam habet totalitatem, & perfectionem, quod non habet linea recta. Perfectum eſt enim & totum, cui nihil deeſt, quod quidem contingit lineæ circulari, non enim poteſt ſibi fieri additio, ſicut ſit lineæ rectæ. Deinde cum dicit.

c¶ Ponit quandam proprietatem conſequentem unum, & dicit, quod ratio unius eſt in hoc, quod ſit principium alicuius numeri. Quod ex hoc patet, quia unum eſt prima mēſura nu-

F meri, quo omnis numerus menſuratur. Menſura autem habet rationem principii, quia per menſuram res menſuratæ cognoſcuntur. Res autem cognoſcuntur per ſua propria principia. Et ex hoc patet, quod unum eſt principium noti uel cognoſcibilis circa quodlibet, & eſt in omnibus principium cognoſcendi. Hoc tamen vnum, quod eſt principium cognoſcendi, non eſt idem in omnibus generibus. In genere enim conſonantiarum eſt vnum, quod eſt dieſis, qđ eſt minimum in cōſonantiis. Dieſis enim eſt ſemitoniū minus. Diuiditur enim tonus in duo ſemitonia inæqualia, quorum unus dicitur dieſis. In vocibus autem vnum primum & minimum, eſt litera uocalis, aut conſonās, & magis uocalis quam conſonans ut in x. dicetur.

Et in grauitatibus, ſiue ponderibus eſt aliquid minimum, quod eſt menſura, ſcilicet vncia, vel aliquid aliud huiuſmodi.

Et in motibus eſt vna prima menſura, quæ menſurat alios motus, ſcilicet motus ſimpliciſſimus, & velociſſimus, ſicut eſt motus diurnus.

In omnibus tamen iſtis hoc eſt cōmune, quod illud, quod eſt prima mēſura, eſt indiuiſibile ſecundum quantitatem, uel ſecundum ſpeciem. Qđ igitur eſt in genere quantitatis unum, & primum, oportet, quod ſit indiuiſibile, & ſecundum quantitatem. Si autem ſit omnino indiuiſibile, & ſecundum quantitatem, & non habeat poſitionem, dicitur vnitas. Punctus vero eſt id, qđ eſt omnino indiuiſibile ſecundū quantitatem, & tamen ha-

K bet poſitionem. Linea uero eſt, quod eſt diuiſibile ſecundum vnam dimenſionem tantum. Superficies uero ſecundum duas, corpus autem eſt omnibus modis diuiſibile ſecundum quantitatem, ſcilicet ſecundum tres dimenſiones, & hę deſcriptiones conuertuntur. Nam omne, quod duabus dimenſionibus diuiditur, eſt ſuperficies, & ſic de aliis. Sciendum eſt autem, quod eſſe menſuram, eſt propria ratio vnius, ſecundum quod eſt principium numeri. Hoc aūt nō eſt idem cum uno, quod cōuertitur cum ente, vt in quarto dictum eſt. Ratio. n. illius unius in ſola indiuiſione conſiſtit; huiuſmodi autem vnius in menſuratione. Sed tamen hęc ratio menſurę, licet primo conueniat vni, quod eſt principium numeri, tamen per quandam ſimilitudinem deriuatur ad vnum in aliis generibus, ut in decimo huius philoſophus oſtendet, & ſecundum hoc ratio menſuræ inuenitur in quolibet genere. Hæc autem ratio menſuræ conſequitur rationem indiuiſionis, ſicut habitum eſt. Et ideo vnum non omnino æquiuoce dicitur de eo, quod conuertitur Lect. 2. Tex. co. & inde.

b Amplius autem, eſt quidem ut quodcunque unum continuitate dicimus eſſe, ſi ſit quantum & cōtinuum: eſt autem ut nō. ſi nō aliquod totum ſit. hoc autem ſi nō ſpeciem habeat unam. Vt uidentes utique non dicemus ſimiliter unum qualitercunque partes compoſitas calciamenti, niſi propter continuitatem: ſed ſi ſit ut calciamentum ſit, & ſpeciem habeat aliquam, iam unum. Quapropter & quę circuli maxime una linearū, quia tota & perfecta eſt.

Item eſt quidem, ut quodcunque dicamus continuitate unum eſſe, modo quantum & continuum ſit: eſt autem ut non aliquid totum ſit. hoc autem, ſi non habeant formam unam. non enim dicemus ſimiliter unum, cum viderimus partes calciamenti quomodocunque compoſitas, propter continuitatem: ſed ſi ita ut calciamentum ſit, ac quan- G *dam formam habeat, tunc unum. Quare maxime linearum circuli linea, una eſt, quoniam tota & perfecta eſt.*

c Vni uero eſſe, eſt principium alicui numero eſſe. Prima nanque menſura principium. Nam quo primo cognoſcimus, hoc eſt prima mēſura cuiuslibet generis. Principium ergo cognoſcibilis circa quodlibet, unum. non idem autem in omnibus generibus vnum. hoc quidem enim eſt dieſis, illis autem uocalis, aut conſonans, grauitatis autem alterum, & in motu aliud. Vbique uero vnum aut quantitate, aut ſpecie diuiſibile. Secūdum quantum quidem igitur, & inquantum quantum, indiuiſibile. quod quidem omnino & ſine poſitione, dicitur unitas: quod autem omnino & poſitionem habens, pūctum; Qđ autem ſecundum unum linea: quod autem ſecundum duo, ſuperficies. Omnino vero & tripliciter diuiſibile ſecundum q̄titatem, corpus. Facta autē conuerſione, dualiter quidem diuiſibile ſuperficies, unice autem linea, nullatenus diuiſibile ſecundum quantitatē punctus & unitas. Hoc quidē non habens poſitionem, unitas: illud uero habens poſitionem, punctus.

Vni autem eſſe, principium alicui numero eſſe. prima enim menſura principium eſt. quo nanque primo cognoſcimus, hoc prima cuiuſque generis menſura. Principium itaq; ſcibilis circa u- H *numquodque, ipſum unum, non eſt autem idem in cunctis generibus vnū. ſed hic quidem dieſis, hic vero vocalis aut muta, grauitatis autem aliud, et motus aliud. Vbique autem ipſum vnum, aut quantitate, aut forma indiuiſibile. Illud igitur, quod ſecundum quantum, et prout quantum, indiuiſibile eſt, quod quidē omnino, & ſine poſitione eſt, dicitur vnitas, quod uero omnino, & poſitionē habens, punctum, quod autem ſecundū vnum, linea: quod vero ſecundum duo, ſuperficies: quod autem omnino, & in-* I *tria ſecundum quantum diuiſibile, corpus. & econuerſo, in duo quidem diuiſibile, ſuperficies eſt, quod vero in vnū, linea: quod autē nequaquam ſecūdum quantitatem diuiſibile eſt, punctum, & vnitas eſt. quæ quidem ſine poſitione, vnitas; quod vero habet poſitionem, punctum.*

tigur cum ente, & de eo quod eſt principium numeri, ſed ſecundum prius & poſterius. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit aliam diuiſionem vnius, quæ eſt magis logica dicens, quod quædam ſunt vnum numero, quædam ſpecie, quædam genere, quædam analogia. Numero quidem ſunt unum, quorum materia eſt

D.7.1. vna. Materia enim ſecũdum quod ſtat ſub dimenſionibus ſignatis, eſt principium indiuiduationis formæ. Et propter hoc, ex materia habet ſingulare, quod ſit unum numero ab aliis diuiſum. Specie autem dicuntur vnũ, quorum vna [eſt ratio] ideſt diffinitio. Nã nihil proprie diffinitur, niſi ſpecies, cum omnis diffinitio ex genere, & differentia conſtet. Et ſi aliquod gen⁹ diffinitur, hoc eſt, inquantũ eſt ſpecies. Vnum vero genere ſunt, quę conueniũt in figura [prædicationis] ideſt, quę habent vnum modum

part. 5. prædicandi. Alius enim eſt modus, quo prædicatur ſubſtantia: & quo prædicatur qualitas, vel actio, ſed omnes ſubſtantiæ habent vnũ modum prædicandi, in quantum prędicantur non, vt in ſubiecto exiſtentes. Proportione vero, vel analogia ſunt vnum, quæcunque in

Tex. cõ. 13. part. 2. hoc conueniunt, quod hoc ſe habet ad illud ſicut aliud ad aliud. Et hoc quidẽ poteſt accipi duobus modis, vel in eo, quod aliqua duo habent diuerſas habitudines ad vnum, ſicut ſanatiuum de vrina dictum, habitudinem ſignificat ſigni ſanitatis. De medicina vero, quia ſignificat habitudinem cauſę reſpectu eiuſdem. vel in eo, quod eſt eadem proportio duorum ad diuerſa, ſicut tranquillitatis ad mare, & ſerenitatis ad aerem. Tranquillitas enim eſt quies maris, & ſerenitas aeris. In iſtis autem modis vnius, ſemper poſterius ſequitur ad præcedens, & non conuertitur. Quæcunque enim ſunt vnum numero, ſunt ſpecie vnum, & non conuertitur, & idem patet in aliis. Deinde cum dicit.

e ¶ Ex modis vnius accipit modos multorũ. & dicit, quod multa dicuntur per oppoſitum ad vnum. Et ideo quot modis dicitur vnum, tot modis dicuntur multa, quia quoties dicitur unum oppoſitorum, toties dicitur & reliquum. Vnde, aliqua dicũtur multa propter hoc, quod non ſunt continua. quod eſt per oppoſitum ad primum modum vnius. Alia dicuntur multa propter hoc, quod materiam habent diuiſam ſecundum ſpeciem, ſiue intelligamus de [materia prima] ideſt, proxima: aut de finali ſiue ultima, in quam, vltimo fit reſolutio. Per diuiſionem quippe proximæ materiæ dicuntur multa, vinum & oleum: per diuiſionem uero materię remotę, vinum & lapis. Et ſi materia accipiatur tã pro materia naturę, quàm pro materia rationis .i. pro

d Amplius autem alia ſecundũ numerum ſunt vnum, alia ſecũdum ſpeciem, alia ſecundum genus, alia ſecundum analogiam. Numero quidem, quorum materia vna. Specie, quorum ratio eſt vna. Genere, quorum eadem figura prædicationis. Secundum proportionem, quæcunque ſe habent vt aliud ad aliud. Semper itaque poſteriora, pręcedentia ſequuntur. Vt quæcunque numero, ſpecie vnum, ſed quęcunque ſpecie, non omnia numero; ſed genere omnia unum, quæcunque & ſpecie: quæcunque vero genere, non omnia ſpecie. Sed proportione, & quæcunque vnum proportione, non omnia genere.

e Palam autem, & quia multa oppoſita dicentur vni. Nam alia non exiſtendo continua, alia in habendo materiam diuiſibilem ſecundum ſpeciem, aut primam, aut vltimam: alia in habendo rationes plures, quod quid erat eſſe dicentes.

LECTIO IX.

a ENS dicitur, hoc quidem ſecundum accidens, illud vero ſecundum ſe.

b Secundum accidens quidem vt iuſtum muſicum eſſe dicim⁹ & hominem muſicum, & muſicum hominem: ſimiliter autem dicentes, ut muſicum ædificare, quia accidit ędificatori muſicum eſſe, aut muſico ędificatorẽ. hoc enim eſſe hoc, ſignificat accidere hoc huic. Sic autem & in dictis, quando hoĩem muſicum dicimus, & muſicum hominem, aut album muſicum, aut hunc album.

A genere, quod habet ſimilitudinem materiæ, hic modus multitudinis ſumitur per oppoſitum ad ſm & tertium modum vnius. Alia uero dicuntur multa, quæ habent rationes, quod quid eſt eſſe dicentes plures. Et hoc ſumitur per oppoſitum ad quartum modum. Quod autem opponitur quinto modo, non dum habet rationem pluralitatis, niſi ſecũdũ quid: & in potentia. Non enim ex hoc quod aliquid eſt diuiſibile, propter hoc eſt multa niſi in potentia.

LECTIO IX.

a HIc Philoſoph⁹ diſtinguit quot modis dr̃ ens. & circa hoc tria facit. Primo, diſtinguit ens in ens per ſe, & per accidens. Secundo, diſtinguit modos entis per accidens, ibi, [Secũdum accidens quidẽ &c.] Tertio, modos entis per ſe, ibi: [Secũdũ ſe vero.] Dicit ergo, quod ens dr̃ quoddam ſecundum ſe, & quoddam ſecundum accidens. Sciendum tñ eſt, quod illa diuiſio entis, nõ eſt eadem cum illa diuiſione, qua diuiditur ens in ſubſtantiam & accidens. Quod ex hoc patet. quia ipſe poſtmodũ ens ſm ſe diuidit in decem prædicamenta, quorum nouem ſunt de genere accidentis. Ens igitur diuiditur in ſubſtantiam, & accidens, ſecundum abſolutã entis conſiderationẽ, ſicut ipſa albedo in ſe conſiderata dr̃ accidens, & hõ ſubſtantia. Sed ens ſm accidens prout hic ſumitur, oportet accipi per comparationem accidentis ad ſubſtantiam. Quæ quidem comparatio ſignificatur hoc uerbo. Eſt, cum dr̃, hõ eſt albus. vnde hoc totum hõ eſt albus, eſt ens per accidẽs. Vnde patet, quod diuiſio entis ſecundũ ſe, & ſecundum accidens, attendit ſm quod aliquid prædicatur de aliquo per ſe, vel per accidens. Diuiſio uero entis in ſubſtantiam & accidens. attenditur ſecũdum hoc. quod aliquid in natura ſua eſt uel ſubſtantia vel accidens. Deinde cum dicit.

b Oſtendit quot modis dr̃ ens per accidẽs. & dicit quod trib. quorũ unus eſt, qñ accidens prædicatur de accidente, ut cũ dr̃ iuſt⁹ eſt muſicus. Secundus, cum accidens prędicatur de ſubiecto, ut cũ dr̃, hõ eſt muſicus. Tertius, cum ſubiectum prædicatur de accidente, ut cũ dr̃ muſicus eſt hõ. Et quia ſupius iã manifeſtauit, quo cã per accñs differt a cã per ſe, idõ nunc conſequenter per cãm per accidens manifeſtat ens per accidens. dicit, quod ſicut aſſignantes cãm per accidens, dicimus quod muſicus ædificat, eo quod muſicum accidit ædificatori, vel econuerſo: conſtat enim [quod hoc eſſe hoc] .i. muſicum ædificare, nihil aliud ſignificat, quam [hoc accidere huic,] ita eſt etiam in prædictis modis entis per accidens, qñ dicimus hoĩem eſſe muſicum, accidens, prædicando de ſubiecto, uel muſicũ eſſe hoĩem, prædicando

Item alia numero, alia genere, alia ſpecie, alia analogia unum ſunt. Numero quidem, quorum materia una. Specie uero, quorum ratio una. Genere autem, quorum eadem prædicationis figura. Secundum analogiam uero, quęcunque ſe habent, ut ad aliud. Semper autem poſteriora ſequuntur præcedentia. utputa quæcunque numero, ſpecie quoque unum ſunt: quęcunque uero ſpecie, non etiam numero. ſed genere cuncta unum ſunt, quæcunque etiam ſpecie: quęcunque autem genere, non omnia ſpecie, ſed ſecundum analogiam; quæcunque uero analogia unum, non omnia genere.

B

Manifeſtum autem etiam eſt, quod multa quoque uni oppoſite dicuntur. C quędam enim, eo quod non ſint continua, quędam uero, eo quod diuiſibilem ſecundum ſpeciem materiã habeant, aut primam, aut ultimam. quædam autem eo quod rationes, quod quid erat eſſe dicentes, plures ſint.

LECTIO IX.

ENs dicitur, aliud ſecundum accidens, aliud per ſe.

D

Secundum accidens quidem, ut iuſtum muſicum eſſe dicimus, & hominem muſicum, ac muſicum hominem: ſimiliter dicentes. at cum dicimus muſicum ędificare, quia accidit ędificatori muſico eſſe, aut muſico ędificatori, hoc etenim hoc eſſe dicere ſignificat hoc huic accidere. Ita igitur de his, quę dicta ſunt, cũ hominem dicimus muſicum eſſe, & muſicũ hominẽ, aut albũ muſicũ, ſiue hunc album, hoc quidẽ, quoniã ambo eidem accidunt;

E

hoc quidem, quia ambo eidem accidunt; illud vero, quia enti accidit hoc; aliud autem muſicum hominem, quia huic muſicum accidit. Sic autem dr̃ & album eſſe, quia cui accidit, ille eſt. Quæ quidem igitur ſecundũ accidens eſſe dicuntur, ſic dñr, aut eo quod eidem enti ambo inſunt, aut quia enti illud ineſt, G aut quia ipſum eſt, cui ineſt, de quo ipſum prædicatur.

c Secundum ſe uero eſſe dicuntur, quæcunque ſignificãt figuras prædicationis. Quoties.n. dicit toties eſſe ſignificat. Qm̃ ergo prædicatorum, alia quid eſt ſignificant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia qñ, horum unicuique idem eſſe ſignificat. nihil.n. refert homo cõualeſcens eſt, aut homo conua- H leſcit: vel hõ uadens eſt aut ſecans, vel hominem uadere, aut ſecare. Similiter autem & in alijs.

d Amplius autem & eſſe ſignificat, quia uerum, non eſſe, quia non uerum, ſed falſũ. Similiter in affirmatione, & negatio-

cẽdo ſubiectũ, de accidẽte: uel albũ eſſe muſicũ, uel ecõuerſo, ſ. muſicũ eſſe album, prædicãdo accidẽs de accidẽte. In omnibus enim his, eſſe, nihil aliud ſignificat, quam accidere. [Hoc quidem,] ſcilicet quando accidens de accidente prædicatur, ſignificat, quòd ambo accidentia accidunt eidem ſubiecto. [Illud vero] ſcilicet cum accidens prędicatur de ſubiecto, dicitur eſſe [quia enti] ideſt ſubiecto: accidit accidens. Sed muſicum eſſe hominem dicimus, [quia huic] ſcilicet prædicato accidit muſicum, quod ponitur in ſubiecto. Et eſt quaſi ſimilis rõ prædicandi, cum ſubiectum prædicatur de accidẽte, & accidẽs
Tex.cõ.13. part.3. de accidẽte. Sicut.n. ſubiectum prædicat de accidente ea rõne, qa pdicat ſubiectũ de eo, cui accidit accidens i ſubiecto poſitum, ita accidens prædicatur de accidente, quia prædicatur de ſubiecto accidentis. Et propter hoc, ſicut dr̃ muſicũ eſt homo, ſimiliter dicitur muſicum eſſe album, quia ſcilicet illud, cui accidit eſſe muſicum, ſcilicet ſubiectum, eſt album. Patet igitur, quòd ea, quæ di-
part.4. cuntur eſſe ſecundũ accidens, dicuntur pluri ratione, aut eo [quod ambo] ſcilicet ſubiectum, & prædicatũ inſunt eidem, ſicut cum accidens prædicatur de accidente: aut [quia illud] ſcilicet prædicatum, ut muſicum [ineſt enti] ideſt ſubiecto, quod dicitur eſſe muſicum, & hoc eſt, cum accidens prædicatur de ſubiecto: aut [quia illud] ſcilicet ſubiectum in prædicato poſitum eſt illud, cui ineſt accidens de quo accidente illud, ſcilicet ſubiectum prędicatur. Et hoc eſt, ſcilicet cum ſubiectum prędicatur de accidente, ut cum dicimus, muſicum eſt homo. Deinde cum dicit.

e ¶ Diſtinguit modum entis per ſe. & circa hoc tria facit: Primo, diſtinguit ens, quod eſt extra animam per decem prędicamenta, quod eſt ens perfectum. Secundo ponit alium modum entis, ſecundum quod eſt tantum in mente. ibi. [Amplius autẽ
Inf.part.4. & eſſe ſignificat.] Tertio diuidit ens per potentiam, & actum: & ens ſic diuiſum eſt communius, quam ens perfectum. Nam ens in potentia, eſt ens ſecundum quid tantum, & imperfectũ.
part.4. ibi. [Amplius eſſe ſignificat & ens.] Dicit ergo primo. quod illa dicuntur eſſe ſecundum ſe, quæcunque ſignificant figuras prędicationis. Sciendum eſt enim, quod ens non poteſt hoc modo contrahi ad aliquid determinatum, ſicut genus contrahitur ad ſpecies per differentias. Nam differentia, cum non participet genus, eſt extra eſſentiam generis.

Nihil autem poſſet eſſe extra eſſentiam entis, quod per additionem ad ens aliquam ſpeciem entis conſtituat. Nam quod
Tex. co.10. eſt extra ens, nihil eſt, & differentia eſſe non poteſt. Vñ in Tertio huius probauit Philoſophus, quod ens genus eſſe non põt. Vnde oportet, q ens contrahatur ad diuerſa genera ſecundum diuerſum modum prędicandi, qui conſequitur diuerſum modum eſſendi. quia [quoties ens dicitur,] ideſt quot modis aliquid prędicatur, [toties eſſe ſignificatur] ideſt tot modis ſignificatur aliquid eſſe. Et propter hoc ea, in qua diuiditur ens primo, dicuntur eſſe prędicamenta, quia diſtinguuntur ſecundum diuerſum modum prædicandi. Quia igitur eorum, quę prædicantur, quędam [ſignificant quid] ideſt ſubſtantiam, quędam quale, quędam quantum, & ſic de aliis oportet, quod unicuique modo prædicandi, eſſe ſignificet idem, ut cum dicitur homo eſt animal, eſſe, ſignificat ſubſtantiam. Cum autem dici-

illud uero, quoniam enti accidit. Hoc autem muſicum hominem, quoniam huic muſicum accidit. ita etiam dicitur album eſſe, quoniam cui accidit, illud eſt. Quę igitur ſecundum accidens eſſe dicuntur, ita dicuntur, aut quoniã eidem enti ambo inſunt, aut quoniam illud enti ineſt, aut quoniam ipſum eſt, cui ineſt, de quo ipſum prędicatur.

Per ſe vero eſſe dicuntur, quęcunque ſignificant prędicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipſum eſſe ſignificant. Cum ergo eorum, quę prędicantur, quędam ipſum quid eſt ſignificant, quędam quale, quędam quantum, quędam ad aliquid, quędam facere, aut pati, quędam ubi, quędam quando, horum cuique idem ipſum eſſe ſignificat. nihil enim differt, homo conualeſcens eſt, aut homo conualeſcit, & homo ambulans, uel incedens eſt, aut homo ambulat uel incedit. ſimiliter in aliis quoque.

Item ipſum eſſe, & ipſum eſt ſignificat: quod uerum eſt: ipſum uero non eſſe, quod non uerum, ſed falſum: ſimiliter tam in affirmatione,

F tur homo eſt albus, ſignificant qualitatem, & ſic de aliis. Sciendum enim eſt, quod prędicatum ad ſubiectum tripliciter ſe poteſt habere. Vno modo, cum eſt id, quod eſt ſubiectum, ut cum dico Socr. eſt animal. Nam Socr. eſt id, quod eſt animal. & hoc prædicatum dicitur ſignificare ſubſtantiam primam, quæ eſt ſubſtantia particularis, de qua omnia prædicãtur. Secundo modo, vt prædicatum ſumatur, ſecũdum quod ineſt ſubiecto, quod quidem prædicatũ vel ineſt ei per ſe, & abſolute, ut conſequens materiam, & ſic eſt quantitas: uel ut conſequens formam, & ſic eſt qualitas: uel ineſt ei nõ abſolute, ſed in reſpectu ad aliud, & ſic eſt ad aliquid. Tertio modo, ut prędicatum ſumatur ab eo, quod eſt extra ſubiectũ, & hoc duppliciter. Vno modo ut ſit omnino extra ſubiectũ quod quidem ſi non ſit menſura ſubiecti, prædicatur per modũ habitus, ut cũ dicitur Socr. eſt calciatus, vel veſtitus. Si autẽ ſit menſura eius, cũ menſura extrinſeca ſit uel tẽpus, uel locus, ſumitur prędicamentũ, uel ex parte & ſic erit qñ: vel ex loco, & ſic erit vbi: non conſiderato ordine partium in loco, quo conſiderato, erit ſitus. Alio modo ut id, a quo ſumit prædicamentum, ſecundum aliquid ſit in ſubiecto, de quo prædicatur. Et ſi quidem ſecundum principium, ſic prædicatur ut agere. Nam actionis principium in ſubiecto eſt: I ſi vero ſecundum terminum, ſic prędicabitur, ut in pati. nam paſſio in ſubiectum patiens terminatur. Quia vero quędam prædicantur, in quibus manifeſte non apponitur hoc uerbum eſt, ne crędatur, quod illæ prædicationes non pertineant ad prædicationem entis, ut cum dicitur: homo ambulat, ideo conſequenter hoc remouet dicens, quod in omnibus huiuſmodi prædicationibus ſignificatur aliquid eſſe. Verbũ enim quodlibet reſoluitur in hoc verbum eſt, & participium. nihil enim differt dicere homo conualeſcens eſt, & homo conualeſcit, & ſic de aliis. Vnde patet, quod quot modis prædicatio fit, tot modis ens dicitur. Nec eſt verum, quod Auic. dicit, quod prædicata, quæ ſunt in generibus accidentis, principaliter ſignificant ſubſtantiam, & per poſterius accidens ſicut hoc quod dico album, & muſicum. Nam album, ut in prædicamentis dicitur, ſolam qualitatem ſignificat. Hoc autem nomen album ſi- K gnificat ſubiectum ex conſequenti, inquantum ſignificat albedinem per modum accidentis. Vnde oportet, quod ex conſequenti includat in ſui ratione ſubiectum. Nam accidentis eſſe eſt ineſſe. Albedo enim & ſi ſignificet accidens, non tamen per modum accidentis, ſed per modum ſubſtantiæ. unde nullo modo conſignificat ſubiectum. Si enim principaliter ſignificaret ſubiectum, tunc prædicata accidentalia non ponerentur a philoſopho ſub ente ſecundum ſe, ſed ſub ente ſecundum accidens. Nam hoc totum, quod eſt homo albus, eſt ens, ſecundum accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit alium modum entis, ſecundum quod eſſe & eſt, ſignificant compoſitionem propoſitionis, quam facit intellectus componens, & diuidens. Vnde dicit, quod eſſe ſignificat veritatem rei. Vel ſicut alia tranſlatio melius habet, [quod eſſe ſignificat] quia aliquod dictum eſt verum. vnde ueritas propoſitionis poteſt dici ueritas rei per cauſam. Nam ex eo, quod res eſt, uel non eſt, oratio uera vel falſa eſt. Cum enim dicimus aliquid eſſe, ſignificamus propoſitionem eſſe ueram. Et cum

dicimus

dicimus non eſſe, ſignificamus non eſſe veram, & hoc ſiue in A affirmando, ſiue in negando. in affirmando quidem, ſicut dicimus, quod Socrates eſt albus: quia hoc uerum eſt. In negando uero, ut Socra. non eſt albus, quia hoc eſt verum ſcilicet, ipſum eſſe non album. Et ſimiliter dicimus: quod non eſt diameter incommenſurabilis lateri quadrati, quia hoc eſt falſum ſcilicet, non eſſe ipſum non commenſurabilem. Sciendum eſt autem, quod iſte ſecundus modus comparatur ad primum, ſicut effectus

par.8. ad cauſam. Ex hoc enim, quòd aliquid in rerum natura eſt, ſequitur ueritas & falſitas in propoſitione, quam intellectus ſignificat per hoc uerbū, Eſt, prout eſt uerbalis copula. Sed, quia aliquid quod eſt in ſe non ens, intellectus conſiderat ut quoddam ens, ſicut negationē & hmōi, ideo quandoque dicitur eſſe de aliquo hoc ſecundo modo, & non primo. Dicitur enim, ꝙ cæcitas eſt ſecundo modo, ex eo ꝙ uera eſt propoſitio, qua dicitur aliquid eſſe cæcum, nō tamē

Tex.com.15. part.2. dicitur, ꝙ ſit primo modo uera. Nam cæcitas non habet aliquod eſſe in rebus ſed magis eſt priuatio alicuius eſſe. Accidit autem vnicuique rei, quòd aliquid de ipſa uere affirmetur intellectu, uel uoce. nam res non refertur ad ſcientiā, ſed econuerſo. Eſſe

Ibi par.2. vero, quod in ſui natura vnaquæque res habet, eſt ſubſtantiale. Et ideo, cum dicitur, Socrates eſt, ſi ille, eſt, primo modo

par.3. accipiat, eſt de prædicato ſubſtantiali. Nam ens eſt ſuperius ad unumquodque entiū, ſicut animal ad hominem. Si autem accipiatur ſecundo modo, eſt de prædicato accidentali. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit diſtinctionem entis per actum & potentiam dicens: quòd ens & eſſe ſignificant aliquid dicibile, vel effabile in potentia, uel dicibile in actu. In omnibus. n. prædictis terminis, quæ ſignificant decem prædicamenta aliquid dicitur in actu & aliquid in potentia. Et ex hoc accidit, ꝙ vnumquodq; prædicamentum per actum & potentiam diuiditur. Et ſicut in rebus, quæ extra animam ſunt, dicitur aliquid in actu & aliquid in potentia, ita in actibus aiæ & priuationibus, quæ ſunt res rationis tm̄. Dicitur. n. aliquis ſcire, quia pōt uti ſcientia, & quia utitur: ſimiliter quieſcens, quia iā ineſt ei quieſcere, & quia poteſt quieſcere. Et non ſolum hoc eſt in accidentibus, ſed etiam in ſubſtātiis. Etenim mercuriū], i. imaginē Mercurii dicimus eſſe in lapide in potentia, & medium lineæ dr̄ eſſe in linea in potentia. Quælibet. n. pars continui, eſt potentialiter in toto. Linea vero inter ſubſtantias ponitur ſecundum opinionē ponentiū mathematica eſſe ſubſtantias, ꝙ nondū reprobauerat. Frumentū ēt, qn̄ nōdū eſt perfectū, ſicut qn̄ eſt in herba, dr̄ eſſe in potentia. Quando uero aliquid ſit in potentia, & quando nondum eſt in potentia, determinandum eſt in aliis, ſcilicet in Nono huius.

ne, vt quod eſt. Socrates muſicus, quia hoc uerum: aut quod non eſt Socrates albus, quia uerum eſt. Hoc autem non eſt, Diameter incomenſurabilis, quia falſum.

e Amplius eſſe ſignificat, & ens, hoc quidem poteſtate dicibili: B illud vero actu Horum enim dictorum terminorum eſſe dicimus, & quod poteſtate eſt dicibile terminorum & quod eſt actu. Et ſcire ſimiliter, & potens vti ſcientia, & utens. Et quieſcēs, & cui iam ineſt quies, & potens quieſcere. Similiter autem & in ſubſtantijs. Et enim mercurium in lapide dicimus eſſe, & medietatem lineæ, & frumentum nōdum perfectum, Quando vero potens, & quando non, in alijs C determinandum.

LECTIO X.

SVbſtantia dicitur, & ſimplicia corpora: vt terra, & ignis, & aqua, & quæcunque talia: & uniuerſaliter corpora, & ex his conſtantia, & animalia, & dæmonia, & partes horū. Hæc autem omnia dicuntur ſubſtantia, quia nō de ſubiecto dicuntur, ſed de his alia. D

b Alio uero modo quodcūque fuerit cauſa exiſtendi inexiſtens in talibus, quæcunque non dicuntur de ſubiecto, ut anima in animali.

c Amplius quæcunque particulæ exiſtentes ſunt in talibus, terminantes, & hoc aliquid ſignificantes, quibus deſtructis, deſtruitur totum. vt ſuperficie corpus, ut quidam dicunt, & ſuperficies linea, & totaliter numerus videtur quibuſdam eſſe talis. Nam eo E deſtructo nihil eſſe, & determinare omnia.

quàm in negatione, vtputa, quod Socrates muſicus eſt, quoniam verum hoc eſt: aut quod Socrates non albus, quoniam verum. quod autem diameter non ſit incommenſurabilis, quoniam falſum eſt.

Itē ipſum eſſe, & ipſum ens, quoddam eorum, quæ dicta ſunt, potentia dici poſſe ſignificat, quoddā actu. videns etenim dicimus eſſe, & quod potentia, ut dicitur, videt, & quod actu, ipſum quoque ſciens ſimiliter, & quod poteſt vti ſcientia, & quod iam utitur ac ēt quieſcens, tū illud, cui iam ineſt quies, tum quod quieſcere poteſt. Similiter autem in ſubſtantijs. et enim Mercurium in lapide dicimus eſſe, & lineæ mediante, ac triticum, quod nondum maturum eſt. quando vero poſſibile, & quando non, in alijs determinandum eſt.

LECTIO X.

SVbſtantia dicuntur, & ſimplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & quæ talia ſunt, & vniuerſaliter corpora, & quę ex his conſiſtunt animalia, & dęmonia, ac eorum particulę. hęc vero omnia dicuntur ſubſtantia, quoniam non dicuntur de ſubiecto, ſed de eis cętera.

Alio vero modo quodcunque fuerit cauſa exiſtentia, talibuſque inexiſtens, quæ non dicuntur de ſubiecto, vt anima animali.

Item quæcunque particulæ inexiſtentes ſunt in talibus, definientes, & quod quid ſignificantes, quibus peremptis, totum perimitur, vt ſuperficie, corpus, vt quidam aiunt, & linea ſuperficies, & vniuerſaliter numerus videtur quibuſdam talis eſſe. eo etenim perempto nihil eſſe, & omnia terminare.

LECTIO X.

a HIc oſtēdit quot modis dicitur ſubſtantia. & circa hoc duo facit. Primo ponit diuerſos modos ſubſtantiæ. Secundo reducit omnes ad duos. ibi [Accidit itaque.] Circa primum ponit quatuor modos, quorum primus eſt ſecundum quod ſubſtantiæ particulares dicuntur ſubſtantiæ, ſicut ſimplicia corpora, vt terra, ignis, & aqua & huiuſmodi. Et uniuerſaliter omnia corpora, etiam ſi nō ſint ſimplicia, ſicut miſta ſimilium partium, vt lapis, ſanguis caro, & huiuſmodi. Et iterum animalia, quæ conſtant ex huiuſmodi corporibus ſenſibilibus, & partes eorum, vt manus & pedes & huiuſmodi, [& dæmonia,] ideſt idola, quæ in templis poſita, colebantur pro diis. Vel dæmonia dicit quæ dam animalia rationabilia ſm̄ Platonicos, quę Apuleius ſic diffinit. Dæmones ſunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo paſſiua, tempore æterna. Hæc enim omnia prędicta dicuntur ſubſtantia, quia non dicuntur de alio ſubiecto, ſed alia dicuntur de his. Et hæc eſt deſcriptio primæ ſubſtantię in prædicamentis. Secundum modum ponit ibi.

Inf. par.5.

b ¶ Dicit, quòd alio modo dicitur ſubſtantia, quę eſt cauſa eſſendi prædictis ſubſtantiis, quę non dicuntur de ſubiecto, non quidem extrinſeca, ſicut efficiens, ſed intrinſeca eis, ut forma. Sicut dicitur anima ſubſtantia animalis. Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit tertiū modū ſm̄ opin. Platonicorum & Phytagoricorū dicens, ꝙ quæcunque particulæ ſunt in prædictis ſubſtantiis, quæ ſunt termini earū & ſignificāt hoc aliquid ſm̄ opinionē eorū, in quib. deſtructis deſtruit̄ totū, dr̄r ēt ſubſtantię. Sicut ſuperficie deſtructa deſtruitur corpus, ut quidā dicunt, & deſtructa linea, deſtruitur ſuperficies. Patet etiam, quòd ſuperficies eſt terminus corporis, & linea terminus ſuperficiei. Et ſecundum dictorum poſitionem, linea eſt pars ſuperficiei. & ſuperficies pars corporis. Ponebant enim corpora componi ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis, & lineas ex punctis. Vnde ſequebatur, quòd punctum ſit ſubſtantia lineæ, & linea ſuperficiei, &

ſic de aliis. Numerus autem ſecundum hanc poſitionem videtur eſſe ſubſtantia totaliter omnium rerum, quia remoto numero nihil remanet in rebus: quod enim non eſt unum, nihil eſt. Et ſimiliter quæ non ſunt plura, non ſunt. Numerus etiam inuenitur terminare omnia, eo quòd omnia menſurantur per numerum. Iſte autem modus non eſt uerus. Nam hoc, quod communiter inuenitur in omnibus, & ſine quo res eſſe non pôt nõ oportet ꝙ ſit ſubſtantia rei, ſed poteſt eſſe aliqua proprietas cõſequẽs rei ſubſtantiam, uel principium ſubſtantiæ. Prouenit etiam eis error ſpecialiter quantum ad unum, & numerum, eo ꝙ non diſtinguebant inter unum, qđ cõuertitur cũ ente, & unũ, quod eſt principium numeri. Quartum modum ponit ibi. F

par. 4. d Amplius quod quid erat eſſe, cuius ratio eſt diffinitio, & hæc ſubſtantia videtur vniuſcuiuſque.

par. 5. e Accidit itaque ſecundũ duos modos ſubſtantiam dici ſubiectum ultimum, quod non adhuc de alio dicitur: & quodcunque hoc aliquid ens, & ſeparabile fuerit. Tale vero vniuſcuiuſque forma & ſpecies. G

Item quod quid erat eſſe; cuius ratio definitio eſt, & hoc vniuſcuiuſque ſubſtantia dicitur.

*Accidit igitur duobus modis ſubſtantiam dici, & ipſum vltimum ſubiectũ, quod non dicitur de alio: & id, quod cum * quod quid ſit, etiam ſeparabile fuerit, tale uero cuiuſque forma & ſpecies.*

parte 1. d ¶ Dicit, quod etiã quidditas rei, quam ſignificat deffinitio, dr ſubſtantia uniuſcuiuſque. Hæc autem quidditas, ſiue rei eſſentia, cuius diffinitio eſt ratio, differt a forma, quã dixit eſſe ſubſtantiam in ſecundo modo, ſicut differt humanitas ab anima. Nam forma eſt pars eſſentiæ, uel quidditatis rei: ipſa autem quidditas, vel eſſentia rei, includit omnia eſſentialia principia. Et ideo genus, & ſpecies dicuntur eſſe ſubſtantia eorum de quibus prædicantur, hoc viltimo modo. Nam genus & ſpecies non ſignificant tantũ formam, ſed totam rei eſſentiam. Deinde cũ dicit.

e ¶ Reducit dictos modos ſubſtantiæ ad duo dicens, ꝙ ex prędictis modis conſiderari pôt, ꝙ ſubſtantia duobus modis dicitur, quorum unus eſt, ſecundum ꝙ ſubſtantia dicitur id, quod vltimo ſubijcitur in propoſitionibus, ita ꝙ de alio non prædicentur, ſicut ſubſtantia prima. Et hoc eſt quod eſt hoc aliquid, quaſi per ſe ſubſiſtens, & quod eſt ſeparabile, quia eſt ab omnibus diſtinctum, & non communicabile multis. & quantum ad hæc tria, differt ſubſtantia particularis ab vniuerſali. Primo quidem, quia ſubſtantia particularis non prædicatur de aliquo inferiori, ſicut vniuerſalis. Secundo, quia ſubſtantia uniuerſalis non ſubſiſtit niſi ratione ſingularis, quæ per ſe ſubſiſtit. Tertio, quia ſubſtantia uniuerſalis eſt in multis, non autem ſingularis, ſed eſt ab omnibus ſeparabilis & diſtincta. Sed etiam forma & ſpecies uniuſcuiuſque rei, [dicitur tale] ideſt ſubſtantia. In quo includit & ſecundum & quartum modum. Eſſentia enim & forma in hoc conueniunt, quod ſecundum vtrunque dicitur eſſe illud, quo aliquid eſt: ſed forma refertur ad materiam quam facit eſſe in actu: quidditas autem refertur ad ſuppoſitum, quod ſignificatur ut habens talem eſſentiam. vnde ſub uno comprehenduntur [forma & ſpecies,] ideſt ſub eſſentia rei. Tertium autem modum prætermittit, quia falſus eſt, uel quia reducibilis eſt ad formam, quæ habet rationem termini. Materiam uero, quæ ſubſtantia dicitur, prætermittit, quia non eſt ſubſtantia in actu. Includitur tamen in primo modo, quia ſubſtantia particularis non habet, quòd ſit ſubſtantia, & quod ſit indiuidua in rebus materialibus, niſi ex materia. K

LECTIO XI.

a EAdem dicuntur, ſecundum accidens quidem, vt album & muſicum idem, quia eidem accidunt: & homo & muſicum, * quia alterum alteri accidit. Sed & muſicum homo, quia muſicum homini accidit. Et utrique hoc, & horum utrunque illi. H Etenim homini muſico, & homo & muſicus idem dicitur, & his illud. Quapropter & omnia ea uniuerſaliter non dicuntur. non enim uerum dicere, quia omnis homo idem, & muſicũ. nam vniuerſalia ſecũdum ſe exiſtunt, & accidentia non ſecundum ſe, ſed in ſingularibus ſimpliciter dicuntur. Idem enim videtur Socr. muſicus, & Socr. eſſe: nam Soc. non in multis. Quapropter non omnis Socra. dicitur, quemadmodum omnis homo. Et hæc quidem ſic dicuntur eadem. I

LECTIO XI.

EADEM vero, quædam ſecundum accidens dicuntur. vt album & muſicum idem, quoniam eidem accidunt: ac homo & muſicum, quoniam alterum alteri accidit. muſicus uero homo, quoniam muſicum homini accidit, utrique uero hoc, & huic utrunque illorum: etenim homini muſico & homo, & muſicum idem dicitur, & his illud. Quare omnia hæc uniuerſaliter non dicuntur, non enim eſt uerum dicere, quod omnis homo idem et muſicum, uniuerſalia nanque per ſe exiſtũt accidentia uero non per ſe, ſed de ſingularibus ſimpliciter dicuntur. idem.n. videtur Socrates, & Socrates muſicus eſſe. Socrates enim non de multis, quare non dicitur omnis Socrates, ſicuti omnis homo, quædam igitur ita dicũtur eadem.

LECTIO XI.

POſtquam Philoſophus diſtinxit nomina, quæ ſignificant ſubiectum huius ſcientiæ, hic diſtinguit nomina, quæ ſignificant partes eorum, quæ ſunt ſubiecta huius ſcientiæ. & diuiditur in partes duas. In prima diſtinguit nomina quæ ſignificant partes vnius. In ſecunda nomina, quæ ſignificant partes entis, & hoc ibi [Poteſtas dicitur.] Infr. le. 14. Subſtantia enim quæ etiam poſita eſt ſubiectum huius ſcientiæ, eſt vnum ſolum prædicamentum, non diuiſum in multa prædicamenta. * hoc aliquid. Prima diuiditur in duas. In prima diſtinguit nomina, quæ ſignificant partes unius. In ſecunda, nomina, quæ ſignificant aliquod conſequens ad rationem vnius, ſcilicet prius & poſterius. 7. com. 12. Infra lect. 13 Nam vnum eſſe, eſt principium eſſe, vt ſupra dictum eſt, & hoc ibi [Priora & poſteriora dicuntur.] Prima diuiditur in duas. In prima diſtinguit nomina, quæ ſignificant primas partes vnius & eius oppoſiti, ſcilicet multitudinis. In ſecunda diſtinguit nomina, quæ ſignificant quaſdam ſecundarias partes. ibi [Oppoſita dicuntur.] Infra le. 12. Partes autem unius ſunt idem, quod eſt unum in ſubſtantia: & ſimile quod eſt vnum in qualitate: & æquale, quod eſt vnũ in quantitate. Et econtrario partes multitudinis ſunt diuerſum, diſſimile, & inæquale. Circa primum duo facit. Primo diſtinguit hoc nomen, idem, & ea, quæ ei opponuntur. Secundo diſtinguit hoc nomen, ſimile, & diſſimile oppoſitum eius. ibi [Similia dicuntur.] Ibidem. part. 1. De æquali autem, & eius oppoſito mentionem hic non facit, quia in eis multiplicitas non eſt ita manifeſta. Circa primum tria facit. Primo, diſtinguit hoc nomen, idem. Secundo, hoc nomen, diuerſum, ibi. [Diuerſa uero dicuntur] Tertio, hoc nomen, differens. ibi [Differentia uero.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos eiuſdem per accidens, ſecundo eiuſdem per ſe. ibi [Alia uero ſecundum ſe,] Lect. ſeq. part. 1. ibi par. 2. Dicit ergo, quòd aliqua dicuntur eadem per accidens tribus modis. Vno modo, ſicut duo accidentia, ut album & muſicũ dicuntur idem, quia accidunt eidem ſubiecto. Secundo modo, quando prædicatum dicitur idem ſubiecto, inquãtum de eo prædicatur, ut cum dicitur homo eſt muſicus, quæ dicũtur idẽ, quia accidit [muſicum homini] i. prædicatum ſubiecto. Tertio modo dicuntur idem per accidẽs, quando ſubiectum dicitur eſſe idem accidenti quaſi de eo prędicatũ, ut cum dr muſicus eſt homo, ſignificat ꝙ homo ſit idẽ muſico: Quod.n. prædicatur de aliquo, ſignificatur idem eſſe illi. Et hæc ratio identitatis eſt, quia ſubiectum accidit prædicato. Præter hos autem modos eiuſdem per accidens, in quibus ſumitur accidens per ſe & ſubiectum per ſe, ſunt alij modi, in quibus accipitur accidens cum ſubiecto compoſitum. Et in hoc uariantur duo modi, quorum unus ſignificatur, quando accidens ſimpliciter prædicatur de compoſito ex accidente & ſubiecto. & tunc ſignificatur hoc, ſcilicet

accidens

accideos eſſe idem vtrique ſimul accepto, ſicut muſico homini, muſicum. Alius modus ſignificatur, quando compoſitum prædicatur de ſubiecto ſimplici, vt cum dicitur, homo eſt homo muſicus. Tunc enim [illi] ideſt ſubiecto ſimplici ſignificatur eſſe idem horum vtrunque ſimul acceptum, ſcilicet hoc, quod dicitur, homo muſicus. Et ſimilis ratio eſt, ſi accidens accipitur vt ſimplex & ſubiectum cũ compoſitiune. vt ſi dicamus, muſicus eſt hõ muſicus: aut econuerſo, q̃a & homini muſico, q̃d eſt compoſitũ, dicunt idẽ per accidens & homo & muſicũ, quando hæc duo de illo vno prædicantur, & econuerſo. Ex hoc autem concludit vlterius concluſionem, quod in omnibus prædictis modis prædicandi, in quibus idem per

part. 1. accidens prædicatur, noo prædicatur aliquod nomen vniuerſaliter. non enim eſt verum dicere, q̃ omnis homo ſit idẽ muſico, quod ſic patet.

part. 2. Ea enim ſola de vniuerſalibus prædicantur uniuerſaliter, quæ ſecundum ſe inſunt eidem. Propter hoc enim modus prædicãdi, qui eſt vniuerſaliter prædicare, conuenit cum conditione ſubiecti, quod eſt uniuerſale, quia prædicatum per ſe de ſubiecto prædicat. Sed accidentia non prædicantur ſecundum ſe de uniuerſalibus, ſed ratione ſingularium, & ideo de uniuerſalibus non prædicantur uniuerſaliter: ſed de ſingularibus prædicantur ſimpliciter, quia idem uidetur eſſe ſubiecto Soc. & Soc. muſicus, non tamen D prędicantur de ſingulari uniuerſaliter, quia de nullo poteſt prędicari aliquid uniuerſaliter quod non eſt uniuerſale. Socr. autem non eſt uniuerſale. nã non eſt in multis: & ideo non prædicatur uniuerſaliter aliquid de Socrate ut dicatur, omnis Socr. ſicut omnis homo. Igitur quæ diximus, ſic dicuntur eadem, ſcilicet per accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit modos eiuſdem per ſe, & dicit quòd aliqua dicuntur eadem ſecundum ſe eiſdem modis, quibus dicitur unum per ſe. Omnes enim modi, quibus aliqua vnum per ſe dicuntur, reducuntur ad duos, quorum unus eſt ſecundum quod dicuntur unum illa, quorum materia eſt una, ſiue accipiamus materiam eandem ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundum numerum, ad quod pertinet ſecundus & tertius modus unius. Alio modo dicuntur unum, quorum ſubſtantia eſt una, uel ratione continuitatis, quod pertinet ad primum modum, uel propter unitatem & indiuiſibilitatem rationis, quod pertinet ad quartum & quintum. unde & his modis dicuntur aliqua eſſe idem. Ex E hoc autem ulterius concludit, quòd identitas eſt unitas uel unio, aut ex eo, quòd illa, quæ dicuntur idem, ſunt plura ſecundum eſſe, & tamen dicuntur idem inquantum in aliquo uno conueniunt: Aut quia ſunt unum ſecundum eſſe, ſed intellectus vtitur eo ut pluribus ad hoc, quòd relationem intelligat. Nam non poteſt intelligi relatio niſi inter duo extrema, ſicut cum dicitur aliquid eſſe idem ſibiipſi. tunc enim intellectus utitur eo, quod eſt unum ſecundum rem, ut duobus, alias eiuſdem ad ſeipſum relationem deſignare non poſſet. Vnde patet, quòd ſi relatio ſemper requirit duo extrema, & in huiuſmodi relationibus non ſunt duo extrema ſecundum rem, ſed ſecundum intellectum ſolum; relatio identitatis non erit relatio realis, ſed rationis tantum, ſecundum quod aliquid dicitur idem ſimpliciter. Secus autem eſt, quando aliqua duo dicuntur eſſe idem uel genere, uel ſpecie: ſi enim identitatis relatio eſſet res aliqua præter illud, quod dicitur idem, res etiam, quæ relatio eſt, cum ſit idem ſibi, pari ratione haberet aliam relationem,

A quæ ſibi eſſet idem, & ſic in infinitum, non eſt autem poſſibile in rebus in infinitum procedere. Sed in his, quæ ſunt ſecundum intellectum, nihil prohibet. nam cum intellectus reflectatur ſuper ſuum actum, intelliget ſe intelligere. & hoc ipſum poteſt etiam intelligere, & ſic in infinitum.

b Alia vero ſecundum ſe, quemadmodum & vnũ. Etenim quorum materia una, aut ſpecie, aut numero, eadem dicũtur: & quorum ſubſtantia una, Quare palã, quia identitas vnio quædam eſt plurium eſſendi, aut quando vtitur uno ut pluribus: ueluti quando dicit idem eidem idem: nam ut duobus vtitur eodem.

Quædam vero per ſe, ſicuti & vnum. etenim quorum materia, aut ſpecie, aut numero vna, eadem dicuntur; & quorum ſubſtantia vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam eſſentię eſt aut plurium, aut cum vt pluribus vtatur. vt puta cum dicat ipſum ſibi ipſi idem. vt duobus enim ipſo vtitur.

LECTIO XII.

a Diuerſa vero dicuntur, quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ: & omnino oppoſite eidem dicitur diuerſum.

C

b Differentia vero dicuntur, quęcunque diuerſa ſunt, idem aliquid entia, & non ſolum in numero, ſed ſpecie, aut genere, aut proportione. Amplius quorum diuerſum genus, & contraria, & quæcunque habent in ſubſtantia diuerſitatem.

LECTIO XII.

Diuerſa vero dicuntur, quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantia. & omnino diuerſum dicitur oppoſitè ad id, quod idem dicitur.

Differentia vero dicuntur, quæcunque diuerſa ſunt, cum idem quid ſint, modo non ſint idem numero, ſed aut ſpecie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuerſum genus, & contraria, & quæcunque diuerſitatem in ſubſtantia habent,

LECTIO XII.

Hic oſtẽdit quot modis dicitur diuerſum. & dicit quod diuerſa dicuntur aliqua tripliciter. Dicuntur enim aliqua diuerſa ſpecie, quorum ſpecies ſunt plures, ſicut aſinus & bos. Quædam vero dicuntur diuerſa numero, quia differunt ſecundum materiam, ſicut duo indiuidua unius ſpeciei. Quędam vero dicuntur diuerſa ſecundum [rationem ſubſtantiæ] id eſt ſecundum diffinitionem declarantem ſubſtantiam rei. Contingit enim quædam eſſe idem numero, ſcilicet ſubiecti, ſed diuerſa ratione, ſicut Socrates & hoc album. Et quia plures modi diuerſitatis accipi poſſunt, ſicut quòd dicatur diuerſum genere, & diuerſum propter continui diuiſionem, ideo ſubiungit, quòd diuerſum dicitur oppoſitum totaliter ad idẽ. Cuilibet enim modo eius, quod eſt idem, opponitur aliquis modus eius, quod eſt diuerſum. Et propter hoc, quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuerſum. Et tamen alij mo D di unius, uel eius quod eſt idem, poſſunt reduci ad iſtos hic tactos. Diuerſitas enim generis includitur in diuerſitate ſpeciei. Diuerſitas uero continuitatis in diuerſitate materiæ, eo q̃ partes quantitatis ſe habent per modum materiæ ad totum. Deinde cum dicit.

b ¶ Hic diſtinguit, quot modis dicitur hoc nomen differens. Aſſignat autem duos modos, quorum primus eſt, quòd aliquid proprie dicitur differens ſecundum quod aliqua duo quæ ſunt [aliquid idẽ entia] id eſt in aliquo vno conuenientia, ſunt diuerſa: ſiue conueniant in aliquo uno ſecundum numerum, ſicut Socr. ſedens a Socr. non ſedente: ſiue conueniant in aliquo uno ſpecie, ſicut Socr. & Plato in homine: ſiue in aliquo uno genere, ſicut homo & aſinus in animali. ſiue in aliquo uno, ſecundum proportionem, ſicut quantitas & qualitas in ente. Ex quo patet, q̃ differens quidem omne eſt diuerſum, ſed non conuertitur. Nam illa diuerſa, quæ in nullo conueniunt, non poſſunt proprie dici differentia, quia non differunt aliquo alio, ſed ſeipſis. Differens E autem dicitur, quod aliquo alio differt. Secundus modus eſt prout differens communiter ſumitur pro diuerſo, & ſic differentia dicuntur etiam illa, quæ habent diuerſum genus, & in nullo cõicant. Docet aũt quibus conueniat eſſe differens ſecũdum primũ modũ, qui eſt proprius. Cum. n. oporteat ea quæ proprie dicuntur differentia, in uno aliquo conuenire, ea vero, quæ conueniunt in ſpecie, non diſtinguuntur niſi per accidentales differentias, ut Socra. albus uel iuſtus, Plato niger uel muſicus: Quæ uero conueniunt in genere & ſunt diuerſa ſecundum ſpeciem, differunt differentiis ſubſtantialibus: illa propriiſſime dicuntur differentia quę ſunt eadem genere & diuerſa ſecundum ſpeciem. Omne autem genus diuiditur in contrarias differentias, non autem omne genus diuiditur in contrarias ſpecies. Coloris enim ſpecies ſunt contrarię. ſ. album, nigrum: & differentiæ etiam, ſ. congregatiuum, & diſgregatiuum. Animalis autem differentiæ quidem ſunt contrariæ, ſ. rationale, & irrationale: ſed ſpecies animalis, ut homo & equus &c. non ſunt contrarię. Illa igitur, quæ propriiſſime dicuntur differen- D. 50t

tia,ſunt quæ vel ſunt ſpecies contrariæ , ſicut album & nigrum : vel ſunt ſpecies vnius generis non contrariæ,ſed habentia cõtrarietatem in ſubſtantia , ratione contrarij differentiarũ , quæ ſunt de ſubſtantia ſpecierum:Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit , quot modis dicitur ſimile . Circa hoc autem duo facit. Nam primo aſſignat , quot modis dicitur ſimile.Secundo, quot modis dicitur diſſimile . ibi. [Oppoſite vero.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit,quot modis dicitur ſimile.Secundo, quomodo dicatur aliquid maxime ſimile ibi [Et ſecundum quæ alterari.] Ponit autem tres modos ſimilitudinis . Conſtat enim quòd vnum in qualitate, facit ſimile. Paſsio autem eſt affinis qualitati, eo quòd præcipue paſsio in mutatione qualitatis, quæ eſt alteratio , attenditur. vnde & quædam ſpecies qualitatis eſt paſſio & paſsibilis qualitas. Et propter hoc, ſimilitudo non ſolũ attenditur ſecũdum conuenientiã in qualitate,ſed ſecundum cõuenientiam in paſſione . Quod quidem poteſt eſſe dupliciter , aut ex parte paſsionis , aut ex parte eius , ad quod paſsio terminatur . Sic igitur tripliciter aliqua ſunt ſimilia . Vno modo, quia patiuntur idem , ſicut duo ligna,quæ comburuntur, poſſunt dici ſimilia Alio modo ex hoc ſolo, q; patiũtur aliqua plura,ſimilia dicuntur , ſiue patiantur idem , ſiue diuerſa, ſicut duo homines,quorum vnus fuſtigatur,& alter incarceratur,dicuntur ſimiles in patiendo.Tertio modo dicuntur ſimilia , quorum vna eſt qualitas,ſicut duo albi,& duo ſydera in cœlo habentia ſimilem ſplendorem,aut virtutem.Deinde cum dicit.

part.3. — Infra gt. 4. fin. — part.4. — part. 4. fin. — part.5. — part.6. — part.7.

d ¶ Oſtendit, vnde aliquid maxime dicatur ſimile. Quando enim ſunt plures contrarietates , ſecundum quas attenditur alteratio,illud,quod ſecundum plures illarum contrarietatum eſt alicui ſimile dicitur magis proprie ſimile. Sicut allium , quod eſt calidum & ſiccum, dicitur magis proprie ſimile igni,quàm ſaccharum,quod eſt calidum & humidum. Et idem eſt inter duo, quorum vtrunque eſt ſimile alicui tertio,ſecundum vnã qualitatem tantum, illud , quod eſt ſimile ſecundum qualitatem magis ſibi propriam,magis proprie dicitur ſimile ei, ſicut aer magis proprie ſimilis eſt igni,quam terra. Aer enim aſsimulat igni in calore,quæ eſt qualitas ſibi propria , magis quàm ſiccitas , in qua aſsimilatur ſibi terra.Conſequenter dicit , quòd diſſimilia dicuntur per oppoſitum ad ſimilia.Deinde cum dicit.

e ¶ Hic diſtinguit ſecundarias partes pluralitatis, quæ ſ.continentur ſub differenti & diuerſo,quæ ſunt partes primæ . & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quot modis dicuntur oppoſita. Secundo,quot modis dicuntur contraria,ibi : [Contraria dicuntur.] Tertio,quot modis dicuntur diuerſa ſpecie,ibi: [Diuerſa vero ſpecie.] Circa primũ duo facit. Primo. n. dicit,quot modis dicuntur oppoſita.quia quatuor modis , ſ. contradictoria,contraria,priuatio & habitus , & ad aliquid . Aliquid enim contraponitur alteri , vel opponitur aut ratione dependentiæ, qua dependet ab ipſo.& ſic ſunt oppoſita relatiue: Aut ratione remotionis, quia.ſ.vnum remouet alterum : quod quidem con-

Infra gt. 7. — Infra gt. 10.

F tingit tripliciter,aut enim totaliter remouet,nihil relinquens, & ſic eſt negatio:aut relinquit ſubiectum ſolum,& ſic eſt priuatio. aut relinquit ſubiectum & genus, & ſic eſt contrarium. Nam contraria non ſunt ſolum in eodem ſubiecto , ſed etiam in eodem genere. Secundo ibi.

c Similia dicuntur , quæ idem ſunt paſſa . & plura idem patientia aut diuerſa . & quorum qualitas vna.

Similia dicuntur,& quę idem paſſa ſunt.& quę plura eadem quã diuerſa paſſa ſunt.& quorum qualitas una.

d Et ſecundũ quæ alterari contingit horum contrariorum , quod plura habet , aut magis proprium , hoc eſt ſimile. Oppoſite vero ſimilibus , diſſimilia .

Ac ſecundum quæcunque contrariorum alterari contingit id,quod plura his,aut magis propria habet , ſimile illi eſt.Oppoſite uero ſimilibus, diſſimi G *lia dicuntur.*

e Oppoſita dicuntur contraria contradictio , & ad aliquid , & priuatio,& habitus.

Oppoſita dicuntur,contradictio,contraria,ad aliquid,priuatio & habitus.

f Et ex quibus & in quæ vltima, vt generationes & corruptiones:& quæcunque non contingunt ſimul adeſſe amborum ſuſceptibili , ea opponi dicuntur , aut ea ex quibus ſunt . nam pallidum & album, ſimul eidem non inſunt. vnde ex quibus ſunt hæc opponuntur .

*Et ea, ex quibus,& in quę ultima , ut generationes & corruptiones , & quæcunque ſuſceptiuo amborum non contingit ſimul adeſſe , hęc opponi dicuntur,aut ipſa,aut ex quibus ſunt, fu*H*ſcum nanque & album ſimul eidem non inſunt. quare ea , ex quibus ſunt, opponuntur ipſis.*

g Contraria dicuntur, quæ nõ poſſunt ſimul adeſſe eidem differentium ſecundum genus : & quæ plurimum differunt eorũ, quæ ſunt in eodem genere : & quæ plurimum differunt eorũ , quæ ſunt in eodem ſuſceptibili : & quæ plurimum differunt eorum, quę ſub eadem poteſtate: & quorum differentia maxima,aut ſimpliciter , aut ſecundũ genus,aut ſecundum ſpeciẽ.

Contraria dicuntur , quæ non poſſunt ſimul eidem adeſſe , cum eorum ſint , quę ſecundum genus differunt. & quę plurimum differunt , cum in eodem genere ſint . quæue plurimum differunt , cum in eodem ſuſceptiuo ſint. ac etiam quę plurimum differunt, cum eorum ſint , quę ſub eadem potentia ſunt. & quorum differentia maxi- I *ma,aut ſimpliciter, aut ſecundum genus,aut ſecundum ſpeciem.*

f ¶ Ponit duos modos, ſecundum quos poteſt cognoſci , q; aliqua ſunt oppoſita , quorum primus eſt per comparationem ad motum.nam in quolibet motu vel mutatione , terminus a quo , opponit termino ad quẽ . Et iden , ex quibus eſt motus , & in quæ eſt motus , ſunt oppoſita,ut patet in generationibus . Nam generatio albi eſt ex non albo , & ignis ex non igne . Secundo modo , per comparationem ad ſubiectum . Nam illa , quę non poſſunt inesse ſimul eidem ſuſceptibili , oportet quod adinuicem opponantur , uel ipſa , uel ea , ex quibus ſunt . non enim poteſt idem corpus ſimul eſſe album & nigrum , quia ſunt contraria.Homo vero & aſinus non poſſunt de eodem dici , quia habent in ſuis rationibus differentias oppoſitas , ſcilicet rationale & irrationale. Et ſimiliter pallidum & album, quia pallidum componitur ex nigro , quod eſt oppoſitum albo . Et notandum, quod ſignanter dicit eidem ſuſceptibili,quia quædam non poſſunt alicui eidem ſubiecto ſimul ineſſe, non propter oppoſitionem,quam habeant adinuicem, ſed quia ſubiectum non eſt ſuſceptibile vtriuſque , ſicut albedo & muſica non poſſunt ſimul ineſſe aſino.poſſunt autem ſimul ineſſe homini.

g ¶ Hic oſtendit , quot modis contraria dicuntur . & circa hoc tria facit . Quorum primum eſt . quòd aſſignat modos, quibus aliqua principaliter dicuntur contraria , inter quos ponit vnum primum improprium , ſcilicet quòd aliqua dicuntur contraria, quæ non poſſunt ſimul adeſſe eidem , licet differant ſecundum genus. Proprie enim contraria quæ ſunt vnius generis ſicut ſi diceretur , quòd grauitas & motus circularis non ſunt in eodem ſubiecto . Alium modum ponit proprium , ſe-K cundum quod contraria dicuntur in aliquo conuenientia . Conueniunt enim contraria in tribus,ſcilicet in eodem genere, in eodem ſubiecto,& in eadem poteſtate. Et ideo notificat ſecundum illa tria illa,quæ ſunt vere contraria dicens, quod illa , quæ plurimum differunt eorum,quæ ſunt in eodem genere, dicuntur contraria, ſicut album & nigrum in genere coloris:& iterum illa , quæ plurimum differunt in eodem ſuſceptibili exiſtentia , ſicut ſanum & ægrum in animali : & iterum,quæ plurimum differunt in eadem poteſtate contenta , ſicut congruum & incongruum in grammatica. Poteſtates enim rationabiles ad oppoſita ſunt . Dicit autem [plurimum] ad differentiam mediorum inter contraria , quæ etiam conueniunt in eodem genere , ſubiecto , & poteſtate , non tamen ſunt plurimum differentia . Vnde ſubiungit vniuerſalem rationem , ſecundum quam aliqua dicuntur contraria, quia ſcilicet eorum differentia eſt maxima , uel ſimpliciter , uel in eodem genere, vel in eadem ſpecie. ſimpliciter quidem , ſicut in motu locali extre-

li extrema ſunt maxime diſtantia, ſicut punctus orientis & occidentis, quæ ſunt extrema diametri totius orbis. in eodem genere ſicut ſpecificæ differentiæ, quæ diuidunt genus, in eadem ſpecie, ſicut accidentales differentiæ contrariæ, per quæ differunt indiuidua eiuſdem ſpeciei. Secundum ponit ibi.

par. 8. h ¶ Et oſtendit qualiter aliqua ſecūdario modo dicuntur contraria, propter hoc quod habent habitudinem ad ea, quę principaliter ſunt cōtraria, ſcilicet quia uel habent contraria in actu, ſicut ignis & aqua dicuntur contraria, quia alterum eſt calidum & alterū frigidum. Vel quia ſunt ſuſceptibilia cōtrariorum in potentia, ſicut ſanatiuū & ægrotatiuum. Vel quia ſunt actiua uel paſſiua cōtrariorum

par. 9.

par. 10. Alia. l. ſubiunicem. in potentia, vt calefactiuum & infrigidatiuum, calefactibile & infrigidabile. Vel quia ſunt contrariorum agentia & patientia in actu. ſicut calefaciens & infrigidans, calefactū & infrigidatum. Vel quia ſunt expulſiones, ſiue abiectiones, ſiue acceptiones contrariorū, uel etiā habitus aut priuationes eorum. Nā priuatio albi oppoſita eſt priuationi nigri, ſicut habitus habitui. Patet ergo quod tangit triplicem habitudinem circa contraria. Vna, quæ eſt ſubiecti in actu uel in potentia. Alia, quæ eſt actiui & paſſiui in actu & potentia.

Tex. co. 16. par. 1. Tertia, quæ eſt generationis & corruptionis vel ſecundum ſe, vel quātum ad eorum terminos, qui ſunt habitus & priuatio. Tertium ponit ibi.

par. 2. i ¶ Et oſtendit, qua de cauſa prædicta dicuntur multipliciter. Quia enim vnum & ens dicuntur multipliciter, oportet quod ea, quæ dicuntur ſecundum ea, multipliciter dicantur, ſicut idē & diuerſum, quæ conſequuntur vnum & multa, & contrarium quod ſub diuerſo continetur. Et ita oportet, quod diuerſum diuidatur ſecundum decem prædicamenta. ſicut ens & unum.

K ¶ Hic oſtendit quot modis dicantur aliqua diuerſa ſpecie: & ponit quinque modos: quorum primus eſt, quando aliqua ſunt in eodem genere, & non ſunt ſubalterna: ſicut ſcientia & albedo ſub qualitate: licet non contra ſe diuidantur oppoſitis differentiis. Secundus eſt, quando ſunt in eodem genere: & diuiduntur contra inuicem per aliquam differentiam, ſiue differentiæ ſint contrariæ, ſiue non, ubi bipes & quadrupes. Tertius modus eſt, quando ſua ſubiecta habent contrarietatem, vtpote quæ diuiduntur per differentias contrarias, ſiue ipſa ſint contraria, ut album & nigrum, quæ diuiduntur per con

A gregatiuum & diſgregatiuum: ſiue non, vt homo, & aſinus, quæ diuiduntur per rationale, & irrationale. Contraria enim oportet eſſe diuerſa ſpecie, uel omnia, uel illa, quæ principaliter dicuntur eſſe contraria. Quartus modus eſt, quando ſunt diuerſæ ſpecies vltimæ, eędemque ſpecialiſſimæ in aliquo genere, vt homo & equus. Magis enim proprie dicuntur ſpecie differe, quę ſolum ſpecie differunt, quam quæ ſpecie & genere. Quintus modus eſt, quando aliqua accidētia ſunt in eodem ſubiecto, & tamen differunt ab inuicem, eo quòd, impoſſibile eſt, plura accidentia vnius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe. Eadem vero ſpecie dicuntur per oppoſitum ad prędicta.

h Alia vero contraria dicuntur, hæc quidem talium habitu: alia talium ſuſceptione: alia exiſtendo, aut actiua aut paſſiua talium, alia agentia, alia patientia, aut expulſiones, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes talium.

Cęteru vero contraria dicūtur, quędam, eò quòd talia habent: quędam, eo quòd ſuſceptiua talium ſunt: quędam, eo quòd actiua aut paſſiua talium ſunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut ſumptiones, aut habitus, aut priuationes ſunt horum, ac talium.

B

i Sed quoniam ens & vnū multipliciter dicūtur, ſequi eſt neceſſe, & alia quæcunque ſecundum ea dicuntur. Quare idem, & diuerſum, & cōtrarium, eſt diuerſum ſecundum unamquanque categoriam.

Cum autem unum & ens multipliciter dicatur, neceſſe eſt, vt cætera quoque, quæcunque ſecundum hęc dicuntur, ſequantur. quare & idem, & diuerſum, & contrarium vt ſecundum vnumquodque prędicamentum diuerſum ſit.

k Diuerſa vero ſpecie dicuntur quæcunque eiuſdem generis exiſtentia non ſunt ſubalterna. & quæcunque ſub eodem genere exiſtentia differentiam habent, & quæcunque in ſubſtantia contrarietatem habent. Contraria enim diuerſa ſunt ſpecie ab inuicem, aut omnia, aut dicta primū. Et quorumcunque in finali generis ſpecie rationes diuerſæ. ut homo & equus indiuidua genere, & rationes eorum diuerſæ. Et quæcunque in eadem ſubſtantia differentiam habent. Eadem uero ſpecie, oppoſite his dicta.

C

Diuerſa vero ſpecie dicuntur, quęcunque, cum eiuſdem ſint generis, nō ſunt ſubalterna. & quęcunque, cùm in eodem genere ſint, differentiam habent. & quęcunque in ſubſtantia contrarietatem habent. Contraria quoq; diuerſa ſpecie inuicem ſunt, aut omnia, aut quę primo dicuntur, & quorum in vltima generis ſpecie rationes diuerſę. ut homo & equus indiuidua genere, rationes vero eorum diuerſa. & quæcunque, cùm in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habent. Eadem vero ſpecie ſunt, quęcunque his oppoſite dicuntur.

D

LECTIO XIII.

a PRiora & poſteriora dicuntur, quædam quidem tanquam exiſtēte aliquo primo & principio in ſingulo genere, quod propinquius principio aliquo determinato, aut ſimpliciter & natura, aut ad aliquid, aut ad vbi, aut ab aliquibus.

LECTIO XIII.

PRiora, & poſteriora dicuntur, vno quidem modo tanquam aliquo primo & principio in quoque genere exiſtente, quod propinquius eſt principio cuidam determinato, aut ſimpliciter & natura, aut ad aliquid, aut vbi, aut ab aliquibus.

E

b Vt hoc quidem ſecundum locum in exiſtendo propinquius, aut natura alicui determinato,

Vt puta quędam ſecundum locum, eò quòd propinquiora ſunt alicui loco natura determinato, medio videli-

LECTIO XIIII.

POſtquam diſtinxit nomina, quę ſignificant partes vnius, hic diſtinguit nomina ſignificantia ordinem, ſcilicet prius & poſterius. Vnum enim quendam ordinem importat, eo quòd vni eſſe eſt principium eſſe, vt ſupra dictum eſt. Tex. com. 1. Et circa hoc duo facit. Primo aſsignat rationem communē prioris & poſterioris. Secundo diſtinguit diuerſos modos prioris & poſterioris ſecundum communem rationem, par. ſeq. huius lect. ibi: [Vt hoc quidem ſecundum locum.] Dicit ergo primo, quod ſignificatio prioris dependet a ſignificatione principij. Nam principium in unoquoque genere eſt id, quod eſt primum in genere: Prius autem dicitur, quod eſt propinquius alicui determinato principio. Huiuſmodi autē ordo principij & eius, quod eſt principio propinquum, poteſt attendi multipliciter. Aut enim aliquid eſt principium & primum ſimpliciter ſecundum naturam, ſicut pater eſt principium filij. Aut eſt principium [ad aliquid,] id eſt per ordinem ad aliquid extrinſecum, ſicut dicitur id, quod eſt ſecundum ſe poſterius, eſſe prius quantum ad aliquid, uel quantum ad cognitionem vel perfectionem vel dignitatem, uel aliquo tali modo. Vel etiam dicitur aliquid eſſe principium, & prius, quantum ad vbi. Aut etiam aliquibus aliis modis. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſtinguit modos diuerſos, quibus dicitur aliquod prius, & poſterius. Et quia prius & poſterius dicuntur in ordine ad principium aliquod, principium autem eſt, ut ſupra dictum eſt, Lect. 1. quod eſt primum in eſſe, aut in fieri, aut in cognitione: ideo pars iſta diuiditur in partes tres. In prima dicit, quomodo dicitur aliquid eſſe prius ſecundum motum & quantitatem. Nam

loco, ut medio, aut ultimo, aut ſicut euenit. Quod uero remotius, poſterius.

e ²Alia ſecundũ tempus. Hæc quidem enim eo, ꝙ remotiora ab ipſo nunc, ut in factis. Priora nã que troica medis, quia remotiora ab ipſo nunc. Alia affiniora ipſi nunc: vt in futuris. Prius enim Nemea Pythion, quia propinquius nunc: & ipſo nunc vt principio & primo vſi ſunt.

d Alia ſecundum motum. Propinquius enim primo mouenti eſt prius vt puer viro, principiũ autem & id quoddam ſimpliciter eſt. Alia ſecundum poteſtatem, excedens enim poteſtate, prius eſt, & quod eſt potentius. Tale uero eſt, cuius ſecundum præuoluntatem ſequi eſt neceſſe alterum, & poſterius, quia nõ mouente illo non moueatur, & mouẽte moueatur, & eſt præuoluntas principium.

c Alia ſecũdum ordinem, & ea ſunt quæcũque ad aliquid unum determinatum diſtant ſecundũ rationem, vt paraſtata & tritoſtata, & paranitæ netis. Hic quidem enim qui ſumitur, illic autem quæ media principium. Ergo ea priora dicuntur hoc modo.

f Alio vero modo quod cognitione eſt prius, vt ſimpliciter prius. Horum autẽ aliter & quæ ſecundum rõnem, & quæ ſecundum ſenſum. Nã ſecundum rõnem uniuerſalia priora, ſecundum autem ſenſum ſingularia.

F

cet, aut vltimo, aut ad quoduis. Quod uero remotius, eſt poſterius.

Quedã ſcd̃m tempus. aliqua. n. eo quod remotiora a nunc ſunt: vt de eis, quę facta ſunt. quę n. in Troia fuerunt priora ſunt his, quę apud Mediã facta

G *ſunt. quoniam remotius a nunc diſtant. Aliqua uero, eo ꝙ propinquiora ipſi nunc ſunt: ut de futuris. prius. n. feſtũ, qd apud Nemeã futurũ eſt, q̃ qd apud Delphos, quoniã propinquius ipſi nũc eſt, ut principio, et primo ipſo nũc poſito.*

Quędam ſecundum motum, quod. n. propinquius primo mouente eſt, prius eſt: ut puer viro. etenim quoddã et hoc ſimpliciter principiũ eſt. Quędã ſcd̃m potentiã. quod. n. excellit potẽtia, et fortius eſt, prius eſt. tale vero eſt, cuius electionẽ ut alterũ, & quod poſterius eſt

H *ſequatur neceſſe eſt, ita vt non mouente illo, non moueatur, & mouente moueatur. electio enim principium eſt.*

Quędam ſecundum ordinem. hęc vero ſunt, quęcunq; ab aliquo vno determinato proportionaliter diſtant. vt in tripudijs qui ſecundum locum obtinet, prior eſt eo, qui tertiũ tenet, & paranete, quam nete. illic. n. tripudij ductor, hic vero media principium eſt. Hęc ita que hoc modo priora dicuntur.

I

Alio uero modo, quod cognitione prius, tanquã & ſimpliciter prius. Horum aũt aliter ea, quę ſecundũ rationẽ, atq; ea, quę ſecundum ſenſum. Secundum enim rationem vniuerſalia priora, ſecundum vero ſenſum ſingularia.

ordo in motu, ſequitur ordinem in quantitate. Per prius enim, & poſterius in magnitudine, eſt & prius & poſterius in motu, vt dr̃ in 4. Phyſicorum. Secundo, oſtendit quõ aliquid dr̃ prius altero in cognitione, ibi: [Alia uero modo.] Tertio, quõ dr̃ aliquid altero prius in eſſendo, i. ſecundũ naturã, ibi: [Alia uero ſecundum naturam.]

Lect. 19. T. com. 3. part. 6. part. 9. ſeq. par. 5. h9 le.

Circa primũ duo facit. Primo oſtendit quõ aliquid ſit prius & poſterius ſecundũ quantitatẽ, in rebus continuis. Secundo quõ in rebus diſcretis, ibi: [Alia ſecundum ordinẽ.]

part. 3.

Alia l: habet. Hoc autẽ eo ꝙ propinquius nunc, vt in futuris. Alia l. ſed corrupte. Prius. n. Menelaus Pyrrho, in græ. .n. hr̃ ſicut in hac lr̃a. part. 4.

Et circa primũ, ponit tres modos. Primus modus attenditur ſecundum ordinẽ in loco, ſicut aliquid dr̃ eſſe prius ſecundum locum in hoc, ꝙ eſt propinquius alicui loco determinato, ſiue ille locus determinatus accipiatur ut mediũ in aliqua magnitudine, ſiue ut extremũ. Põt. n. in ordine locali accipi ut principiũ centrum mundi, ad quod ſe ſtatur grauia: vt ſic ordinemus elementa, dicẽtes terrã eſſe primũ, aquam ſecundũ &c. Et põt ẽt accipi ut principium etiam ipſum cęlũ, ut ſi dicamus ignẽ eſſe primũ, aerẽ ſecundũ, & ſic deinceps.

part. 5.

Propinquitas autem ad principium in loco, quicquid ſit illud, põt eſſe dupliciter. Vno modo, ſecundũ ordinẽ naturalem ſicut aqua propinquior eſt medio naturaliter quam aer, aer uero propinquior extremo, i. cœlo. Alio mo [ſicut euenit], i. ſecũdum quod ordinantur aliqua in loco a caſu, uel a qua cunque cã præter naturam, ſicut in lapidibus ſuperpoſitis inuicem in aceruo, ſupremus eſt prior uno ordine, & alio eſt prior infimus. Et ſicut id, quod eſt propinquius principio, eſt prius, ita quod remotius a principio, eſt poſterius.

part. 6.

e ¶ Secundus modus attenditur ſecundum ordinem tp̃is, quẽ ponit dicens, ꝙ alia dicuntur priora ſecundum tp̃s, & diuerſimode. Quædam namque dicuntur priora, eo ꝙ ſunt remotiora a præſenti nunc, ut accidit [in factis]. i. in præteritis. Bella. n. troiana dicuntur priora bellis Medis & Perſicis, quibus Xerſes Rex Perſarum & Medorum Græciam expugnauit, quia remotiora ſunt a præſenti nunc. Quædam uero dicuntur priora, quia ſunt affiniora uel propinquiora ipſi nunc. ſicut dr̃ ꝙ prius eſt Menelaus Pyrrho, quia propinquius alicui nunc præſenti, reſpectu cuius vtrunque erat futurum. Vr̃ autem hæc litera falſa eſſe, quia utrunque erat præteritũ, tp̃e Ariſt. quando hæc ſunt ſcripta. In Græco aũt hr̃ ꝙ prius eſt Nemea Pythion, quę quidem erãt duæ nundinæ. uel duo feſta: quorum unum erat propinquius iſti nunc, quo hæc ſcripta ſunt, cum tamẽ utrumque eſſet futurũ.

νέμεα πυθίων

Patet autẽ, ꝙ in hoc utimur ipſo nunc, ut principio & primo in tp̃e, quia per propinquitatem uel remotionem reſpectu eius, dicimus, aliquid eſſe prius uel poſterius. Et hoc neceſſarium eſt dicere ſecundum ponentes æternitatem temporis, non enim põt accipi hac poſitione facta, aliquod principium in tp̃e, niſi ab aliquo nunc, quod eſt medium præteriti & futuri, ut ex utraque parte tempus in infinitum procedat.

d ¶ Tertius modus eſt ſecundum ordinem in motu. & hoc primo ponit quantum ad naturalia dicens, ꝙ aliqua dicuntur eſſe priora ſecundum ordinem in motu. Illud. n. quod eſt propinquius primo mouenti, eſt prius, ſicut puer eſt prius viro, quia eſt propinquior primo. ſ. generanti. & hoc etiam prius dicitur per propinquitatem ad aliquod principium. id. n. i. mouens & generans, eſt principium quodammodo, non qualitercunq;, ſicut in loco accidebat, ſed ſimpliciter & ſecundum naturam. Secundo, ponit hunc ordinem motus etiam in rebus voluntarijs dicens, ꝙ quædam priora dicuntur ſm poteſtatẽ, ſicut hoĩes, qui ſunt in poteſtatibus conſtituti. Ille. n. qui excedit poteſtate, & qui eſt potentior, dr̃ eſſe prior. Et hic eſt ordo dignitatis. Patet autẽ, ꝙ hic ordo etiã eſt ſm motum, quia potentius & poteſtate excedens, eſt ſm [cuius præuoluntatẽ]. i. propoſitum, neceſſe eſt ſequi aliquid, quod eſt eo poſterius in mouendo, ita. ſ. ꝙ nõ mouente illo potentiori, uel priori, non moueatur poſterius, & mouente, moueatur, ſicut ſe habet princeps in ciuitate: nam ex eius imperio mouentur alij ad exequendum imperata, eo vero non imperante, non mouentur: & patet ꝙ hoc ẽt prius dr̃ propter propinquitatem ad aliquod principiũ: Nam [præuolũtas]. i. propoſitum imperantis, hic accipitur vt principium, cui propinquiores ſunt, & per conſequens priores, per quos propoſitum & imperiũ principis ad ſubditos defertur. Deinde cũ dicit.

c ¶ Ponit modum ſecundũ ordinem in rebus diſcretis dicens: ꝙ alia dicuntur priora ſecundum ordinem qui inuenitur in aliquibus rebus tantommodo quodam ordine aſſociatis ſibi, non per continuitatem, ut in præcedentibus accidebat: huiuſmodi autem ſunt quę diſtant ab aliquo uno determinato ſecundum aliquam rationem determinatam, vt paraſtata, tricoſtata. Paraſtata eſt prius tricoſtata. Paraſtata dicitur ille, qui ſtat iuxta aliquem, puta Regem: Tricoſtata autem eſt ille, qui ſtat tertius ab eo. Vnde alia litera habet. [Præſtans, tertio ſtante prius eſt.] Patet autem ꝙ alia ratio diſtantiæ eſt diſtare, vt ſecundum, vel tertium. Et ſimiliter paranitę ſunt priores netis. In chordis. n. Hypatæ dicuntur quæ ſunt graues. Netæ vero acutæ dicuntur, mediocres aũt uocantur Meſæ. Paranetæ aũt dicuntur quæ ſunt iuxta netas, meſis propinquiores.

K

Patet ẽt ꝙ hic dicitur ẽt eſſe aliqd prius per propinquitatem ad aliquod principium. Sed differenter in utroq; prædictorum exemplorum, quia in illis, ſ. paraſtata & tricoſtata, accipitur principium id, quod eſt uerum initium & extremum. ſ. ille qui eſt ſummus inter alios, vel vertex aliorũ, vt Rex vel aliquis alius talis. Sed in chordis accipitur vt principiũ medium, & media chorda, quæ dicitur meſa, cui propinquiores dicuntur paranetæ, & per hoc priores dicuntur netes. Iſta ergo dicuntur priora per hunc modum, ſcilicet per ordinem quantitatis uel continuæ vel diſcretæ. Secundo ibi.

f ¶ Oſtendit quomodo aliquid dicitur prius altero in cognitione. Illud autem prius eſt cognitione, quod etiam prius eſt ſimpliciter, non ſecundum quid, ſicut erat in loco: nam res per ſua principia cognoſcitur. Sed cum cognitio ſit duplex, ſcilicet intel-

lectus

lectus uel rationes & ſenſus, aliter dicimus aliqua priora ſecundum rationem, & aliter ſecundum ſenſum. Ponit autem tres modos, ſecundum quos aliquid eſt prius ratione, ſiue cognitione intellectiua, quorum primus eſt, ſecundum quod uniuerſalia ſunt priora ſingularibus, licet in cognitione ſenſitiua accidat econuer-
part.7. ſo. Illa enim ſingularia ſunt priora. Ratio enim eſt uniuerſalium, ſenſus autem ſingularium. Vnde ſenſus non cognoſcit uniuerſalia niſi per accidens, inquantum cognoſcit ſingularia,
part.8. de quibus uniuerſalia prædicantur. cognoſcit enim hominem inquantum cognoſcit Socratem, qui eſt homo. econtrario autem intellectus cognoſcit Socra-
part.9. tem, inquantum cognoſcit hominem. Semper autem quod eſt per ſe, eſt prius eo, quod eſt per accidens. Secundum modum ponit ibi.
g ¶ Dicit, quod ſecundum rationem prius eſt [accidens quam totum] id eſt quam compoſitum ex ſubiecto, & accidente, & muſicus homo cognoſci non poteſt ſine ratione huius partis, quod eſt muſicum. Eodem modo quæcunque alia ſimplicia ſunt priora ſecundum rationem compoſitis,
part.10. cum in ſenſu ſit econuerſo. Nam ſenſui primo compoſita offeruntur. Tertium modum ponit ibi.
h ¶ Dicit quod priora dicuntur etiam ſecundum rationem paſſiones, ſicut rectitudo habetur prior læuitate. Rectitudo. n. eſt per ſe paſſio lineæ, læuitas autem ſuperficiei, linea uero naturaliter eſt prior
T. com. 17. part. 1. ſuperficie. Secundum autem ſenſum, prior eſt ſuperficies linea, & paſſiones compoſitorum, paſſionibus ſimplicium. Hæc igitur dicuntur priora per hunc modum, ſcilicet per ordinem cognoſcendi. Deinde cum dicit.
i ¶ Ponit modos, quibus dicitur aliquid prius ſecundum ordinem in eſſendo, & circa hoc duo facit.
Primo ponit tres modos, quibus dicitur aliquid eſſe prius in eſſendo. Secundo reducit eos ad unum ibi: [Modo itaque quo-
part. ſeq. dam. [Dicit ergo primo, quod quædam dicuntur eſſe priora [ſecundum naturam & ſubſtantiam], i. ſecundum naturalem ordinem in eſſendo. Et hoc tripliciter. Primo ratione communitatis, aut dependentiæ, ſecundum quod priora dicuntur quæ poſſunt eſſe ſine aliis, &
In poſt prædic. cap. de prior. illa non poſſunt eſſe ſine eis. Et hoc eſt prius, a quo non conuertitur eſſendi conſequentia, ut dicitur in prædicamentis. Et [hac diuiſione]. i. iſto modo prioris & poſterioris contra alios diui-
A ſo, vſus eſt Plato. Voluit enim quod propter hoc uniuerſalia eſſent priora in eſſendo quam ſingularia, & ſuperficies quam corpora, & lineæ quam ſuperficies, & numerus quam omnia alia. Secundus modus attenditur ſecundum ordinem ſubſtantiæ ad accidens. Quia enim ens multipliciter dicitur, & non uniuoce, oportet quod omnes ſignificationes entis reducantur ad unam primam ſecundum quam dicitur ens, quod eſt ſubiectum aliorum entium, per ſe exiſtens. & propter hoc primum ſubiectum dicitur eſſe prius. Vnde ſubſtantia prius eſt accidente. Tertius modus attenditur ſecundum diuiſionem entis in actum & potentiam. Nam uno modo dicitur aliquid eſſe prius ſecundum potentiam, & alio modo ſecundum actum: ſecundum potentiam quidem, dimidium enim eſt prius re ipſa & quælibet pars toto, & materia [quam ſubſtantia] .i. quam forma. Hæc enim omnia ſic comparantur ad ea, reſpectu quorum ſic dicuntur priora, ue potentia ad actum. ſecundum actum uero dicuntur prædicta eſſe poſteriora. Nam prædicta non efficiuntur in actu niſi per diſſolutionem. reſoluto enim toto in partes incipiunt partes eſſe in actu. Deinde cum dicit.
K ¶ Concludit quod omnes modi prioris & poſterioris poſſunt reduci ad hos ultimos modos, & præcipue ad primum, prout prius dicitur quod poteſt eſſe ſine aliis & non econuerſo. Quædam enim poſſunt eſſe ſine aliis ſecundum generationem, per quem modum totum eſt prius partibus. quia quando iam totum generatum eſt, partes non ſunt in actu, ſed in potentia. Quædam uero contingit eſſe ſine aliis ſecundum corruptionem, ſicut pars ſine toto, quando eſt iam totum corruptum & diſſolutum in partes: Et ſimiliter etiam alii modi prioris, & poſterioris, ad hunc modum reduci poſſunt. Conſtat enim quod priora non dependent a poſterioribus, ſicut econuerſo. Vnde omnia priora aliquo modo poſſunt eſſe ſine poſterioribus, & non econuerſo.

LECTIO XIIII.

POſtquam diſtinxit nomina ſignificantia partes unius, hic incipit diſtinguere nomina ſignificantia partes entis. & primo ſecundum quod ens diuiditur per actum & potentiam. Secundo, prout diuiditur ens in decem prædicamenta, ibi: Quantum uero dicitur quod eſt diuiſibile.

---

g Et ſecundum rationem accidens toto prius. ut muſicum, muſico homine. non eſt. n. ratio tota ſine parte. & non contingit muſicum eſſe, non exiſtente aliquo muſico.

h Amplius priora dicuntur priorum paſſiones, vt rectitudo læuitate. hoc enim lineæ ſecundum ſe paſſio, illud uero ſuperficiei. Alia quidem ſic dicuntur priora & poſteriora.

B

i Alia vero ſecundum naturam & ſecundum ſubſtantiam, quæcunque contingit eſſe ſine aliis, & alia non ſine illis: qua diuiſione uſus eſt Plato. Et quoniam eſſe multipliciter dicitur, primum quidem ſubiectum prius, propter quod ſubſtantia prius. Deinde aliter quæ ſunt poteſtate & perfectione. Nam alia poteſtate priora, alia perfectione, ut ſecundum poteſtatem quidem dimidietas, toto: & pars, toto: & materia, quam ſubſtantia. Secundum perfectionem uero, poſterius. nam diſſoluta, ſecundum actum erunt.

C

k Modo itaque quodam omnia prius & poſterius dicta ſecundum hæc dicuntur. Alia namque ſecundum generationem, quæ ſine aliis eſſe contingit, ut totum partibus. Alia ſecundum corruptionem ut pars toto. ſimiliter autem & alia.

D

LECTIO XIIII.

a POteſtas dicitur alia quidem principium motus aut mutationis in diuerſo inquantum diuerſum. ut ædificatiua poteſtas, eſt quæ non exiſtit in ædificato. ſed ars medicinalis eſt potentia, & exiſtit in ſanato, ſed non inquantum ſanatum eſt. Ergo totaliter principium permutationis aut motus, dicitur poteſtas in diuerſo, inquantum diuerſum.

E

Et ſecundum rationem accidens toto prius. vt muſicum homine muſico. non enim erit ratio tota abſque parte. tametſi non contingit muſicum eſſe, ſi non ſit aliquis muſicus.

Item priores dicuntur paſſiones priorum, vt rectitudo leuitate. iſta enim lineæ per ſe paſſio, hæc vero ſuperficiei. quædam igitur ita priora & poſteriora dicuntur.

Quædam uero ſecundum naturam, & ſubſtantiam, quæcunque contingunt abſque aliis eſſe, iſta vero ſine illis minime; qua diuiſione vſus eſt Plato. Cum autem ipſum eſſe multipliciter dicatur, primo quidem ſubiectum eſt prius, propter quod ſubſtantia prior. Deinde aliter quæ ſecundum potentiam, & quæ ſecundum actum. quædam. n. ſecundum potentiam priora ſunt, quædam vero ſecundum actum veluti ſecundum potentiam quidem dimidia quam tota, & particula quam totum, & materia quam ſubſtantia. ſecundum actum vero poſterior, diſſoluta etenim ſecundum actum erit.

Quodam modo igitur omnia, quæcunque prius, & poſterius dicuntur ſecundum hæc dicuntur. Quædam enim ſecundum generationem contingit abſque aliis eſſe, vt totum partibus. quædam vero ſecundum corruptionem, vt pars toto. ſimiliter etiam cætera.

LECTIO XIIII.

POtentia dicitur, quædam quidem principium motus, aut tranſmutationis in altero, aut prout alterum eſt. vt ædificatiua potentia eſt, quæ non ineſt in ædificato. ſed ars medendi cum ſit potentia, inerit utique in eo, qui ſanatur, ſed non prout ſanatur. Quædam igitur omnino principium tranſmutationis, aut motus dicitur potentia in altero, aut prout alterum eſt.

Circa primum diſtinguit hoc nomen potentia uel poteſtas. Nomen autem actus prætermittit, quia eius ſignificationem ſufficienter explicare non poterat, niſi prius natura formarum eſſet manifeſta, quod faciet in Octauo & Nono. vnde ſtatim in Nono ſimul determinat de potentia & actu. Diuiditur ergo pars iſta in partes duas. In prima oſtendit, quot modis dicitur potentia. In ſecunda, reducit omnes ad unum primũ ibi: [Quæ uero ſecundum potentiã.] Circa primum duo facit. Primò, diſtinguit hoc nomen, potentia. Secundo, hoc nomen, impotentia, ibi [Impotentia autem.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos potentiæ. Secũdo modos poſſibilis, ibi: [Dicta uero poteſtate.] Ponit ergo in prima parte quatuor modos potentiæ, uel poteſtatis. Quorum primus eſt, quòd potentia dicitur principium motus, & mutationis in alio inquantũ eſt aliud. Eſt enim quoddam principium motus uel mutationis in eo quod mutatur, ipſa, ſcilicet materia: uel aliquod principium formale: ad quod cõſequitur motus, ſicut ad formam grauia uel leuis ſequitur motus ſurſum aut deorſum: ſed huiuſmodi principium non poteſt dici de potentia actiua, ad quam pertinet motus ille. Omne enim quod mouetur, ab alio mouetur. Neque aliquid mouet ſeipſum niſi per partes, inquantum una pars eius mouet aliam, ut probatur in Octauo Phyſicorum. Potentia igitur ſecundum quod eſt principium motus in eo in quo eſt, non comprehenditur ſub potentia actiua, ſed magis ſub paſſiua. Grauitas enim in terra non eſt principium ut moueat, ſed magis ut moueatur. Potentia igitur actiua motus, oportet quod ſit in alio ab eo quod mouetur, ſicut ædificatiua poteſtas non eſt in ædificato, ſed magis in ædificante. Ars autem medicinalis, quamuis ſit potentia actiua, quia per eam Medicus curat, contingit tamen quòd ſit in aliquo ſanato, non inquantum eſt ſanatum, ſed per accidens inquantum accidit eundem eſſe Medicum & ſanatũ. Sic igitur uniuerſaliter loquendo, poteſtas dicitur uno modo, principium mutationis aut motus in alio, inquantum eſt aliud. Secundum modum ponit ibi.

part. 5. Lect. ſeq. part. 3. Alia litera. Adhuc autẽ ut bene hoc efficiat aut ſecũdum uoluntatem. Quandoque .n. ſolum ut ique ambulantes aut loquentes, nõn bene autem, aut nõ ut uellent, eos dicimus poſſe loqui aut ambulare. part. 4. Inf par. 14. Infra par. 9 In hac. lect. Infra par. 5. Alia litera. potens. par. 5. Tex. cõ. 18.

b ¶ Dicit quod quodã alio modo dicitur poteſtas principium motus uel mutationis ab altero, inquantum eſt aliud. & hæc eſt potentia paſſiua, ſecundum quam patiens aliquid patitur. Sicut.n. omne agens & mouens, aliud a ſe mouet, & in aliud a ſe agit, ita omne patiẽs ab alio patitur: & omne motum ab alio mouetur. Illud enim principium, per quod alicui competit ut moueatur uel patiatur ab alio, dicitur potentia paſſiua. Poſſe autẽ pati ab alio dicitur dupliciter. Aliquando quidem, quicquid ſit illud, quod aliquid põt pati, dicimus ipſum eſſe poſſibile ad illud patiendum, ſiue ſit bonũ, ſiue malum. Aliquando uero non dicitur aliquid potẽs ex eo, quod põt pati aliquod malũ, ſed ex hoc, quod põt pati aliquod excellentius. Sicut, ſi aliquis poteſt uinci, non dicimus potentem: ſed ſi aliquis põt doceri uel adiuuari, dicimus eum potentẽ. Et hoc ideo, quia poſſe pati aliquẽ defectũ quandoque attribuitur impotentiæ, & poſſe non pati idẽ, attribuitur potentiæ, ut

b Alia diuerſo inquantum diuerſum. Nam ſecundum quam patiens patitur aliquid, quando que quidem ſi quodcunque pati ſit poſſibile, dicimus eſſe potens pati. Quandoque uero non ſecundum omnem paſſionem, ſed ſi ſecũdum excellentiorem.

c Amplius alia bene hoc perficiendi, aut ſecundum præuoluntatem. Nam quandoque ſolum progredientes, aut dicentes, nõ bene uero, aut non ut maluerunt, non dicimus poſſe dicere, aut vadere. ſimiliter autem & in pati.

d Amplius quicunque habitus ſecundum quos impaſſibilia omnino, & immutabilia, aut non facile in peius mobilia, poteſtates dicuntur. Franguntur autem & conteruntur, curuantur & omnino corrumpuntur, non per potentiam, ſed per non potentiam & alicuius defectionem. Impaſſibilia uero talium quæ uix, & paulatim patiuntur propter potentiam, & poſſe aliquo modo habere.

e Dicta vero poteſtate toties, & poſſibile dicetur uno quidem modo, quod habet motus principium, aut mutationis. Etenim ſtatiuum poſſibile quoddam in diuerſo, inquantum eſt diuerſum. Alio uero modo, ſi quidẽ ab eo aliud poteſtatem habet talem.

F

Quędam vero ab altero, aut prout alterum eſt: ſecundum quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Quandoque igitur, ſi quodcunque pati poſſibile eſt, dicimus illud poße pati: quandoque vero non ſecundum omnem paſſionem, ſed ſi ad melius.

G *Item qua eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut ſecundum electionem. aliquando enim eos, qui ſolũ ambularunt, aut dixerunt, non autem bene, nec vt propoſuerunt. non dicimus poße dicere, aut ambulare, ſimiliter quoque de pati.*

Item quicunque habitus, ſecundum quos impaſſibilia omnino. aut immutabilia ſint, aut nõ facile ad deterius mo- H *ueantur, potentię dicuntur. franguntur nanque, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter poße, ſed propter non poſſe, & in aliquo deficere. Impaſſibilia vero a talibus ſunt, quę propter potentiam & poſſe, & aliquatenus ſe habere vix & parum patiuntur.*

Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoque vno quidem modo dicetur, quod motus, aut tranſmutationis principium habet. etenim ſedatiuum potens quid eſt in altero, aut prout alterum eſt. Alio vero, ſi quid eius aliud talem potentiam habet. I

infra dicetur. Alia tamen litera habet [Aliquando autem nõ ſecundum omnem paſſionem, ſed utique in contrarium] Quod quidem ſic debet intelligi. Improprie. n. dicitur pati, quicquid recipit aliquam perfectionem, ab aliquo, ſicut intelligere dicitur quoddam pati. Proprie autem pati dicitur quod recipit aliquid cum ſui tranſmutatione ab eo, quod eſt ei naturale. vnde & talis paſſio dicitur eſſe abijciens a ſubſtãtia. hoc autẽ non põt fieri niſi per aliquod cõtrarium. Vnde, quando aliquid patitur ſecundũ quod eſt contrariũ ſuę naturæ, vel conditioni propriæ, pati dicitur. Secundũ quod etiã ægritudines paſſiones dicuntur. Quãdo vero aliquis recipit id quod eſt ei cõueniens ſecundum ſuam naturam, magis dicitur perfici quã pati. Tertiũ modũ ponit ibi.

c ¶ Dicit, quod alia poteſtas dicitur, quæ eſt principium faciendi aliquid non quocũque modo, ſed bene: aut ſecundum [præuoluntatem]. i. ſecũdum quod homo diſponit. Quãdo. n. aliqui progrediuntur vel loquuntur, ſed nõ, bene, aut non ſecundum quod volunt, dicuntur non poſſe, loqui, aut progredi. Et [ſimiliter eſt in pati.] Dicitur enim aliquid poſſe pati illud, quod bene poteſt pati. Sicut dicuntur aliqua ligna combuſtibilia, quia de facili comburuntur, & incombuſtibilia, quæ non poſſunt de facili comburi. Quartum modum ponit ibi.

d ¶ Dicit, quod etiã poteſtates dicuntur omnes habitus, ſiue formæ, vel diſpoſitiones, quibus aliqua dicuntur, vel redduntur omnino impaſſibilia. vel immobilia, aut non de facili mobilia in peius. Quod enim in peius mutentur, ſicut quod frangantur, uel curuentur, vel conterantur, vel qualitercunque corrumpantur, non ineſt corporibus per aliquam potentiam ſed magis per impotentiam & defectum alicuius principij: quod corrumpenti reſiſtere non poteſt. nunquam enim corrumpitur aliquid niſi propter victoriam corrumpentis ſupra ipſum. Quod quidem contingit ex debilitate propriæ uirtutis. Illa K vero, quæ non poſſunt tales defectus pati, aut [uix aut paulatim,] ideſt tarde. uel modicum patiũtur, accidit eis propter potentiã, & in eo quod habent [aliquo modo poſſe] ideſt cum quadam perfectione, ut non ſuperentur a contrarijs. Et per hunc modum dicitur in Prædicamentis, quod durum uel ſanatiuum ſignificat potẽtiam naturalem non patiendi a corrumpentibus, Molle autem & ægrotatiuum impotentiam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit modos poſſibilis correſpondentes prædictis modis poteſtatis. primo autem modo poteſtatis reſpondent duo modi poſſibilis. Secundum poteſtatem enim actiuam aliquid dicitur potens agere. dupliciter Vno modo, quia ipſe per ſeipſum agit immediate. Alio modo, quia agit mediante altero, cui potentiam ſuam communicat. ſicut Rex agit per Balliuum. Dicit ergo, quod cum potentia tot modis dicatur, poſſibile etiam & potens pluribus modis dicatur. Vno quidem modo, quod habet principium actiuum mutationis in ſeipſo [ſicut ſtatiuum uel ſiſtitiuum] ideſt id quod facit aliud ſtare, dicitur eſſe potens ad ſiſtendum aliquid aliud diuerſum ab eo. Alio uero modo, quando ipſe non immediate operatur, ſed aliud habet ab eo talem poteſtatem, ut poſſit immediate agere.

Secundo

f Alio ſi habet ꝑmutari in quolibet ſecundum poteſtatē, ſiue in peius, ſiue in melius. etenim corruptibile, eſſe videtur poſſibile corrūpi: aut vtiq; non corrumpi, ſi erat impoſſibile. nunc aūt quandā diſpoſitionē habet, & cām talis paſſionis & principium. Aliquādo quidē igitur ꝑ habere aliquid videtur, aliquādo B per priuari, tale eſſe. Sed, ſi priuatio eſt habitus aliquo modo in habendo, omnia vtique erunt aliquid. Ens vero dictum ęquiuoce. Quare in habendo priuationem aliquam & principium; eſt poſſibile: & habendo huiuſmodi priuationem, ſi contingit habere priuationem.

f Alio in non habendo ipſius poteſtatem aut principium in C alio, inquantum eſt aliud, corruptiuum.

h Amplius antē ea omnia aut ex ſolo accidere fieri, aut non fieri, aut bene. nam In inanimatis eſt talis poteſtas, vt in organis. Alia enim dicunt poſſe ſonate lyram, alia non, ſi eſt non bene ſonans.

i Impotētia autem, eſt priuatio porentiæ, & talis principij ſublatio quædam, qualis dicta eſt, aut D omnino, aut in apto nato, aut quando aptum natum eſt iā habere, non enim ſimiliter dicunt impoſſibile generare puerum, & virum, & eunuchum.

k Amplius autem ſecundū potentiam vtranque, eſt impotentia oppoſita ei, quæ ſolum mobili, & ei quę bene mobili,

Alio vero, ſi quid ad quodcunque tranſmutetur, ſiue in peius, ſiue in melius potentiā habeat. etenim quod corrumpitur, videtur poſſibile eſſe corrūpi. aliter non corrumperetur, ſi impoſſibile eſſet. nunc autem habet quandā diſpoſitionem, cauſam, & principium huiuſcemodi paſſionis. quandoque: n. propterea quod habet, quandoq; propterea quod priuatur, tale videtur eſſe. Quòd ſi priuatio habitus quodāmodo eſt, omnia, propterea quòd habent, profecto aliquid erunt, æquiuoce autē dicimus ipſum ens. Quare, propterea quòd habet habitum quēdam, & principium, poſſibile eſt, & propterea ꝙ habet huius priuationem, ſi poſſibile eſt priuationem habere.

Alio autem modo, propterea quòd non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuum.

Item hæc omnia, aut eo quòd ſolum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eo quòd bene. etenim inanimatis etiam talis potentia ineſt, vt inſtrumentis, aliquam enim poſſe ſonare lyram aiunt, aliquam minime, ſi non bene ſonans eſt.

Impotentia vero, potentiæ priuatio eſt, & quædam talis principij ablatio, quale diximus, aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus eſt habere, aut & cum natura aptus ſit iam habere, non enim ſimiliter dicent impoſſibile eſſe puerum generare, & virū eunuchum.

Item vtrique potentię, eſt impotentia appoſita, & ei, quę ſolum motiua, & ei, quę bene motiua eſt.

f ¶ Secundo ponit ſecundum modum, rñdentem ſecundo modo potentiæ, ſ. potentiæ paſſiuæ dicens, quòd alio modo a ꝑdicto, dr̄ poſſibile, ſiue potens, quod pōt mutari in aliquid, quicquid ſit illud, ſ. ſiue poſſit mutari in peius, ſiue in melius. Et ſecundum hoc, aliquid dr̄ corruptibile, quia [pōt corrūpi,] quod eſt in peius mutari: part. 6. vel non corruptibile, quia pōt nō corrumpi, ſi ſit impoſsibile illud ipſum corrumpi. Oportet autē illud, quod eſt poſsibile ad aliquid patiendum, habere in ſe quandam diſpoſitionem, quæ ſit cauſa, & principium talis paſsionis. Et illud principium vocatur potentia paſsiua. Principium autem paſsionis, poteſt ineſſe alicui paſsibili dupliciter. Vno modo per hoc, quòd habet aliquid, ſicut homo eſt poſsibilis pati infirmitatem propter abundantiam alicuius inordinati humoris in ipſo. part. 7. Alio vero modo, eſt aliquid potens pati per hoc, quòd priuat aliquo, quod poſſet repugnare paſsioni: part. 8. ſicut ſi homo dicatur potēs, infirmari ꝓpter ſubtractionem fortitudinis, & virtutis naturalis. Et hæc duo oportet eſſe in quolibet potente pati. Nunquam enim aliquid pateretur, part. 9. niſi eſſet in eo ſubiectum, quod eſſet receptiuum diſpoſitionis, vel formæ, quę per paſsionem inducitur, & niſi eſſet debilitas virtutis in patiente ad reſiſtendum actioni agentis. part. 10. Hi enim duo modi principij patiendi, poſſunt reduci in vnum quia poteſt priuatio ſignificari vt habitus. Et ſic ſequetur, quòd priuari ſit habere priuationem. Et ita vterque modus erit in aliquid habendo. Quòd autem priuatio poſsit ſignificari vt habitus, & vt aliquid habitum, ex hoc contingit, quòd ens æquiuoce dicitur. & ſecundum vnum modum & priuatio & negatio dicitur ens, vt habitum eſt in principio E
Lect. 1. Quarti. Et ſic ſequitur, quòd etiam negatio & priuatio poſſunt ſignificari, vt habitus. Et ideo poſſumus vniuerſaliter dicere, quòd aliquid poſsibile ſit pati propter hoc, quòd habet in ſe quendam habitum & quoddam principium paſsionis, cum etiam priuari ſit habere aliquid, ſi contingat priuationem habere.

g ¶ Tertium modum ponit hic, & reſpondet quarto modo potentiæ, ſecundum quod potentia dicebatur ineſſe alicui, quod non poteſt corrumpi, vel in peius mutari. Dicit ergo, quòd alio modo dicitur poſsibile vel potens, inquantum non habet poteſtatem vel principium aliquod ad hoc, quòd corrumpatur. Et hoc dico ab alio, inquantum eſt aliud, quia ſecundum hoc aliquid dicitur potens & virtuoſum, quod ab exteriori vinci non poteſt vt corrumpatur.

h ¶ Quartum modum ponit, qui reſpondet tertio modo potentiæ, ſecundum quem, dicebatur potentia ad bene agendum, vel patiendum. Dicit ergo ſecundum prædictos modos, qui pertinent ad agendum, vel patiendum poteſt dici aliquid potens, vel ex eo ſolum quòd aliquid accidit fieri, vel non fieri, vel ex eo quod accidit etiam bene fieri. Sicut etiam dicitur potens agere, quia poteſt bene & faciliter agere, vel quia poteſt agere ſimpliciter. Et ſimiliter potens pati & corrumpi, quia de facili hoc pati poteſt. Et iſte modus poteſtatis, etiam inuenitur in rebus inanimatis, [vt in organis], id eſt in lyra, & muſicis inſtrumentis. Dicitur enim, quòd aliqua lyra poteſt ſonare, quia bene ſonat: alia non poteſt ſonare, quia nō bene ſonat. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit quot modis dicitur impotentia, & circa hoc duo facit. Primo, diſtinguit hoc nomen, impotentia. Secundo, hoc nomen, impoſsibile, ibi: [Impoſsibilia vero.] Circa primū duo facit. Primo. n. oſtendit communem rationem huius nominis, impotentia. Secundo oſtendit, quot modis dicatur ibi. [Amplius aūt.] Dicit ergo primo, ꝙ impotentia eſt priuatio potentiæ. Ad rationem aūt priuationis, duo requiruntur, quorum primum eſt remotio habitus oppoſiti. Id autē, quod opponitur impotentiæ, eſt potentia. Vnde cum potentia ſit quoddam principium, impotentia erit ſublatio quædā talis principij, qualis dicta eſt eſſe potentia. Secundum, quod requiritur, eſt quòd priuatio proprie dicta, ſit circa determinatum ſubiectum & determinatum tempus. Improprie autem ſumitur abſque determinatione ſubiecti, & temporis: non enim cęcum proprie dicitur, niſi quod eſt aptum natum habere viſum, & quando eſt natum habere viſum. Impotentia autem ſic dicta, dicit remotionē potentiæ [aut omnino], id eſt vniuerſaliter, vt ſcilicet omnis remotio potentiæ impotentia dicatur, ſiue ſit aptum natum habere, ſiue non: aut dicitur remotio in eo, quod eſt aptum natum habere quandocunque, aut ſolum tunc, quando aptum natum eſt habere. Nō enim ſimiliter accipitur impotentia, cum dicimus, puerum non poſſe generare, & cum virum & eunuchum ſimul. Puer enim dicitur impotens generare, quia ſubiectum eſt aptum ad generandum, nō tamen pro illo tempore. Vir autem eunuchus dicitur impotens ad generandum, quia pro illo tempore eſſet quidem aptus, non tamen poteſt, quia caret principijs activis generationis. Vnde hic magis ſaluatur ratio priuationis. Mulus autem, vel lapis dicitur impotens ad generandum, quia non poteſt, nec etiam habet aptitudinem in ſubiecto exiſtenē. Deinde cum dicit.

k ¶ Dat intelligere impotentiæ modos per oppoſitum ad modos potentiæ: Sicut enim potentia eſt duplex, ſ. actiua & paſsiua & rurſum vtraque aut ad agendum & patiendum ſimpliciter, aut ad bene agendum & patiendum, ita ſecundum vtranque potentiam, eſt impotentia oppoſita. Et [ſolum mobili & Alia litera motiua. bene

eīdo ſubiectū, de accidēte: uel albū eſſe muſicū, uel ecōuerſo, ſ muſicū eſſe album, prædicando accidēs de accidēte. In omnibus enim his, eſſe, nihil aliud ſignificat, quam accidere. [Hoc quidem,] ſcilicet quando accidens de accidente prædicatur, ſignificat, quod ambo accidentia accidunt eidem ſubiecto. [Illud vero] ſcilicet cum accidens prędicatur de ſubiecto, dicitur eſſe [quia enti] idest ſubiecto accidit accidens. Sed muſicum eſſe hominem dicimus, [quia huic] ſcilicet prædicato accidit muſicum, quod ponitur in ſubiecto. Et eſt quaſi ſimilis rō prædicandi, cum ſubiectum prædicatur de accidēte, & accidēs de accidēte. Sicut.n. ſubiectum prædicatur de accidente ea rōne, qa pdicat ſubiectū de eo, cui accidens i ſubiecto poſitum, ita accidens prædicatur de accidente, quia prædicatur de ſubiecto accidentis. Et propter hoc, ſicut dr muſicum eſt homo, ſimiliter dicitur muſicum eſſe album, quia ſcilicet illud, cui accidit eſſe muſicum, ſcilicet ſubiectum, eſt album. Patet igitur, quod ea, quæ dicuntur eſſe ſecundū accidens, dicuntur triplici ratione, aut eo [quod ambo] ſcilicet ſubiectum, & prædicatū inſunt eidem, ſicut cum accidens prædicatur de accidente: aut [quia illud] ſcilicet prædicatum, ut muſicum [ineſt enti] idest ſubiecto, quod dicitur eſſe muſicum, & hoc eſt, cum accidens prædicatur de ſubiecto: aut [quia illud] ſcilicet ſubiectum in prædicato poſitum eſt illud, cui ineſt accidens de quo accidente illud, ſcilicet ſubiectum prędicatur. Et hoc eſt, ſcilicet cum ſubiectum prędicatur de accidente, ut cum dicimus, muſicum eſt homo. Deinde cum dicit.

Tex.cō.13. part.3.

e ¶ Diſtinguit modum entis per ſe. & circa hoc tria facit. Primo, diſtinguit ens, quod eſt extra animam per decem prędicamenta, quod eſt ens perfectum. Secundo ponit alium modum entis, ſecundum quod eſt tantum in mente. ibi. [Amplius autē

Inf.part.4. & eſſe ſignificat.] Tertio diuidit ens per potentiam, & actum: & ens ſic diuiſum eſt communius, quam ens perfectum. Nam ens in potentia, eſt ens ſecundum quid tantum, & imperfectū.

part.4. ibi. [Amplius eſſe ſignificat & ens.] Dicit ergo primo. quod illa dicuntur eſſe ſecundum ſe, quæcunque ſignificant figuras prędicationis. Sciendum eſt enim, quod ens non poteſt hoc modo contrahi ad aliquid determinatum, ſicut genus contrahitur ad ſpecies per differentias. Nam differentia, cum non participet genus, eſt extra eſſentiam generis.

Nihil autem poſſet eſſe extra eſſentiam entis, quod per additionem ad ens aliquam ſpeciem entis conſtituat. Nam quod

Tex. co.10. eſt extra ens, nihil eſt, & differentia eſſe non poteſt. Vñ in Tertio huius probauit Philoſophus, quod ens genus eſſe non pōt. Vnde oportet, ꝙ ens contrahatur ad diuerſa genera ſecundum diuerſum modum prędicandi, qui conſequitur diuerſum modum eſſendi. quia [quoties ens dicitur,] idest quot modis aliquid prędicatur, [toties eſſe ſignificatur] idest tot modis ſignificatur aliquid eſſe. Et propter hoc ea, in quæ diuiditur ens primo, dicuntur eſſe prędicamenta quia diſtinguuntur ſecundum diuerſum modum prędicandi. Quia igitur eorum, quę prædicantur, quędam [ſignificant quid] idest ſubſtantiam, quędam quale, quędam quantum, & ſic de aliis oportet, quod unicuique modo prædicandi, eſſe ſignificet idem, ut cum dicitur homo eſt animal, eſſe, ſignificat ſubſtantiam. Cum autem dici

hoc quidem, quia ambo eidem accidunt; illud vero, quia enti accidit hoc; aliud autem muſicum hominem, quia huic muſicum accidit. Sic autem dr̄ & album eſſe, quia cui accidit, ille eſt. Quæ quidem igitur ſecundū accidens eſſe dicuntur, ſic dñr, aut eo quod eidem enti ambo inſunt, aut quia enti illud ineſt, G aut quia ipſum eſt, cui ineſt, de quo ipſum prædicatur.

c Secundum ſe uero eſſe dicuntur, quæcunque ſignificāt figuras prædicationis. Quoties.n. dicit toties eſſe ſignificat. Qm̄ ergo prædicatorum, alia quid eſt ſignificant, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia facere, alia pati, alia ubi, alia qñ, horum unicuique idem eſſe ſignificat. nihil.n. refert homo cōualeſcens eſt, aut homo conua H leſcit: vel hō uadens eſt aut ſecans, vel hominem uadere, aut ſecare. Similiter autem & in aliis.

d Amplius autem & eſſe ſignificat, quia uerum, non eſſe, quia non uerum, ſed falsū Similiter in affirmatione, & negatio-

F *illud uero, quoniam enti accidit. Hoc autem muſicum hominem, quoniam huic muſicum accidit. ita etiam dicitur album eſſe, quoniam cui accidit, illud eſt. Quę igitur ſecundum accidens eſſe dicuntur, ita dicuntur, aut quoniā eidem enti ambo inſunt, aut quoniam illud enti ineſt, aut quoniam ipſum eſt, cui ineſt, de quo ipſum pędicatur.*

Per ſe vero eſſe dicuntur, quęcunque ſignificant prędicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipſum eſſe ſignificant. Cum ergo eorum, quę prędicantur, quędam ipſum quid eſt ſignificant, quędam quale, quędam quantum, quędam ad aliquid, quędam facere, aut pati, quędam ubi, quędam quando, horum cuique idem ipſum eſſe ſignificat. nihil enim differt, homo conualeſcens eſt, aut homo conualeſcit, & homo ambulans, uel incedens eſt, aut homo ambulat uel incedit. ſimiliter in aliis quoque.

Item ipſum eſſe, & ipſum eſt ſignificat quod uerum eſt: ipſum uero non eſſe, quod non uerum, ſed falſum: ſimiliter tam in affirmatione,

tur homo eſt album, ſignificant qualitatem, & ſic de aliis. Sciendum enim eſt, quod prędicatum ad ſubiectum tripliciter ſe poteſt habere. Vno modo, cum eſt id, quod eſt ſubiectum, ut cum dico Socr. eſt animal. Nam Socr. eſt id, quod eſt animal. & hoc prædicatum dicitur ſignificare ſubſtantiam primam, quæ eſt ſubſtantia particularis, de qua omnia prædicātur. Secundo modo, ut prædicatum ſumatur, ſecūdum quod ineſt ſubiecto, quod quidem prædicatū vel ineſt ei per ſe, & abſolute, ut conſequens materiam, & ſic eſt quantitas: uel ut conſequens formam, & ſic eſt qualitas: uel ineſt ei nō abſolute, ſed in reſpectu ad aliud, & ſic eſt ad aliquid. Tertio modo, ut pdicatum ſumatur ab eo, quod eſt extra ſubiectū, & hoc dupliciter. Vno modo ut ſit omnino extra ſubiectū quod quidem ſi non ſit menſura ſubiecti, prædicatur per modū habitus, ut cū dicitur: Socr. eſt calciatus, vel veſtitus. Si autē ſit menſura eius, cū menſura extrinſeca ſit uel tēpus, uel locus, ſumitur prędicamentū, uel ex parte & ſic erit qñ: vel ex loco, & ſic erit vbi: non conſiderato ordine partium in loco, quo conſiderato, erit ſitus. Alio modo ut id, a quo ſumitur prædicamentum, ſecundum aliquid ſit in ſubiecto, de quo prædicatur. Et ſi quidem ſecundum principium, ſic I prædicatur ut agere. Nam actionis principium in ſubiecto eſt; ſi vero ſecundum terminum, ſic prędicabitur, ut in pati. nam paſſio in ſubiectum patiens terminatur. Quia vero quędam prædicantur, in quibus manifeſte non apponitur hoc uerbum eſt, ne credatur, quod illæ prædicationes non pertineant ad prædicationem entis, ut cum dicitur: homo ambulat, ideo conſequenter hoc remouet dicens, quod in omnibus huiuſmodi prædicationibus ſignificatur aliquid eſſe. Verbū enim quodlibet reſoluitur in hoc verbum eſt, & participium. nihil enim differt dicere homo conualeſcens eſt, & homo conualeſcit, & ſic de aliis. Vnde patet, quod quot modis prædicatio fit, tot modis ens dicitur. Nec eſt verum, quod Auic. dicit, quod prædicata, quæ ſunt in generibus accidentis, principaliter ſignificant ſubſtantiam, & per poſterius accidens ſicut hoc, quod dico album, & muſicum. Nam album, ut in prædicamentis dicitur, ſolam qualitatem ſignificat. Hoc autem nomen album ſi K gnificat ſubiectum ex conſequenti, inquantum ſignificat albedinem per modum accidentis. Vnde oportet, quod ex conſequenti includat in ſui ratione ſubiectum. Nam accidentis eſſe eſt ineſſe. Albedo enim & ſi ſignificet accidens, non tamen per modum accidentis, ſed per modum ſubſtantiæ. vnde nullo modo conſignificat ſubiectum. Si enim principaliter ſignificarent ſubiectum, tunc prædicata accidentalia non ponerentur a philoſopho ſub ente ſecundum ſe, ſed ſub ente ſecundum accidens. Nam hoc totum, quod eſt homo albus, eſt ens, ſecundum accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Ponit alium modum entis, ſecundum quod eſſe & eſt, ſignificant compoſitionem propoſitionis, quam facit intellectus componens, & diuidens. Vnde dicit, quod eſſe ſignificat veritatem rei. Vel ſicut alia tranſlatio melius habet, [quod eſſe ſignificat] quia aliquod dictum eſt verum. vnde ueritas propoſitionis poteſt dici ueritas rei per cauſam. Nam ex eo, quod res eſt, uel non eſt, oratio uera vel falſa eſt. Cum enim dicimus aliquid eſſe, ſignificamus propoſitionem eſſe ueram. Et cum

dicimus

dicimus non eſſe, ſignificamus non eſſe verum. & hoc ſiue in affirmando, ſiue in negando. in affirmando quidem, ſicut dicimus, quod Socrates eſt albus: quia hoc uerum eſt. In negando uero, ut Socra. non eſt albus, quia hoc eſt verum ſcilicet, ipſum eſſe non album. Et ſimiliter dicimus: quod non eſt diameter incommenſurabilis lateri quadrata, quia hoc eſt falſum ſcilicet, non eſſe ipſum non commenſurabilem. Sciendum eſt autem, quod iſte ſecundus modus comparatur ad primum, ſicut effectus ad cauſam. Ex hoc enim, quòd aliquid in rerum natura eſt, ſequitur ueritas & falſitas in propoſitione, quam intellectus ſignificat per hoc uerbũ, Eſt, prout eſt uerbalis copula. Sed, quia aliquid quod eſt in ſe non ens, intellectus conſiderat ut quoddam ens, ſicut negationẽ & hmõi, ideo quandoque dicitur eſſe de aliquo hoc ſecundo modo, & non primo. Dicitur enim, ꝙ cæcitas eſt ſecundo modo, ex eo ꝙ uera eſt propoſitio, qua dicitur aliquid eſſe cæcum, nõ tamẽ dicitur, ꝙ ſit primo modo uera. Nam cæcitas non habet aliquod eſſe in rebus ſed magis eſt priuatio alicuius eſſe. Accidit autem vnicuique rei, quòd aliquid de ipſa uere affirmetur intellectu, uel uoce. nam res non refertur ad ſcientiã, ſed econuerſo. Eſſe vero, quod in ſui natura vnaquæque res habet, eſt ſubſtantiale. Et ideo, cum dicitur, Socrates eſt, ſi ille, eſt. primo modo accipiat, eſt de prædicato ſubſtantiali. Nam ens eſt ſuperius ad unumquodque entiũ, ſicut animal ad hominem. Si autem accipiatur ſecundo modo. eſt de prædicato accidentali.

part.2.

Deinde cum dicit.

Tex.cõ.15. part.2.

Ibi part.2.

par.3.

e ¶ Ponit diſtinctionem entis per actum & potentiam dicens: quod ens & eſſe ſignificant aliquid dicibile, vel effabile in potentia, uel dicibile in actu. In omnibus. n. prædictis terminis, quæ ſignificant decem prædicamenta aliquid dicitur in actu & aliquid in potentia. Et ex hoc accidit, ꝙ vnumquodq; prædicamentum per actum & potentiam diuiditur. Et ſicut in rebus, quæ extra animam ſunt, dicitur aliquid in actu & aliquid in potentia. ita in actibus aiæ & priuationibus, quæ ſunt res rationis tm̃. Dicitur. n. aliquis ſcire, quia põt uti ſcientia, & quia utitur: ſimiliter quieſcens, quia iã ineſt ei quieſcere, & quia poteſt quieſcere. Et non ſolum hoc eſt in accidentibus, ſed etiam in ſubſtãtiis. Etenim mercuriũ], i. imaginẽ Mercurii dicimus eſſe in lapide in potentia, & medium lineæ dr̃ eſſe in linea in potentia. Quælibet. n. pars continui, eſt potentialiter in toto. Linea vero inter ſubſtantias ponitur ſecundum opinionẽ ponentiũ mathematica eſſe ſubſtantias, ꝙ nondũ reprobauerat. Frumentũ ẽt, qđ nõdũ eſt perfectũ, ſicut qñ eſt in herba, dr̃ eſſe in potentia. Quando uero aliquid ſit in potentia, & quando nondum eſt in potentia, determinandum eſt in alijs, ſcilicet in Nono huius.

ne, vt quod eſt. Socrates muſicus, quia hoc uerum: aut quod non eſt Socrates albus, quia uerum eſt. Hoc autem non eſt, Diameter incomenſurabilis, quia falſum.

e Amplius eſſe ſignificat, & ens, hoc quidem poteſtate dicibili: illud vero actu Horum enim dictorum terminorum eſſe dicimus, & quod poteſtate eſt dicibile terminorum & quod eſt actu. Et ſcire ſimiliter, & potens vti ſcientia, & utens. Et quieſcẽs, & cui iam ineſt quies, & potens quieſcere. Similiter autem & in ſubſtantijs. Et enim mercurium in lapide dicimus eſſe, & medietatem lineæ, & frumentum nõdum perfectum, Quando vero potens, & quando non, in alijs determinandum.

LECTIO X.

SVbſtantia dicitur, & ſimplicia corpora: vt terra, & ignis, & aqua, & quæcunque talia: & uniuerſaliter corpora, & ex his conſtantia, & animalia, & dæmonia, & partes horũ. Hæc autem omnia dicuntur ſubſtantia, quia nõ de ſubiecto dicuntur, ſed de his alia.

b Alio uero modo quodcũque fuerit cauſa exiſtendi inexiſtens in talibus, quæcunque non dicuntur de ſubiecto, ut anima in animali.

c Amplius quæcunque particulæ exiſtentes ſunt in talibus, terminantes, & hoc aliquid ſignificantes, quibus deſtructis, deſtruitur totum. vt ſuperficie corpus, ut quidam dicunt, & ſuperficies linea, & totaliter numerus videtur quibuſdam eſſe talis. Nam eo deſtructo nihil eſſe, & determinare omnia.

quãm in negatione, vtputa, quod Socrates muſicus eſt, quoniam verum hoc eſt: aut quod Socrates non albus, quoniam verum. quod autem diameter non ſit incommenſurabilis, quoniam falſum eſt.

Itẽ ipſum eſſe, & ipſum ens, quodd am eorum, quæ dicta ſunt, potentia dici poſſe ſignificat, quoddã actu, videns etenim dicimus eſſe, & quod potentia, ut dicitur, videt, & quod actu, ipſum quoque ſciens ſimiliter, & quod poteſt vti ſcientia, & quod iam utitur ac ẽt quieſcens, tũ illud, cui iam ineſt quies, tum quod quieſcere poteſt. Similiter autem in ſubſtantijs. et enim Mercurium in lapide dicimus eſſe, & linea medi ante, ac triticum, quod nondum maturum eſt. quando vero poſſibile, & quando non, in alijs determinandum eſt.

LECTIO X.

SVbſtantia dicuntur, & ſimplicia corpora, vt terra, ignis, aqua, & quæ talia ſunt, & vniuerſaliter corpora, & quę ex his conſiſtunt animalia, & dęmonia, ac eorum particulę. hęc vero omnia dicuntur ſubſtantia, quoniam non dicuntur de ſubiecto, ſed de eis cętera.

Alio vero modo quodcunque fuerit cauſa exiſtentia, talibuſque inexiſtens, quæ non dicuntur de ſubiecto, vt anima animali.

Item quæcunque particulæ inexiſtentes ſunt in talibus, definientes, & quod quid ſignificantes, quibus peremptis, totum perimitur, vt ſuperficie, corpus, vt quidam aiunt, & linea ſuperficies, & vniuerſaliter numerus videtur quibuſdam talis eſſe. eo etenim perempto nihil eſſe, & omnia terminare.

LECTIO X.

Tex. par.5.

a HIc oſtẽdit quot modis dicitur ſubſtantia. & circa hoc duo facit. Primo ponit diuerſos modos ſubſtantiæ. Secundo reducit omnes ad duos. ibi [Accidit itaque.] Circa primum ponit quatuor modos, quorum primus eſt ſecundum quod ſubſtantiæ particulares dicuntur ſubſtantiæ, ſicut ſimplicia corpora, vt terra, ignis, & aqua & huiuſmodi. Et uniuerſaliter omnia corpora, etiam ſi nõ ſint ſimplicia, ſicut miſta ſimilium partium, vt lapis, ſanguis caro, & huiuſmodi. Et uerum animalia, quæ conſtant ex huiuſmodi corporibus ſenſibilibus, & partes eorum, vt manus & pedes & huiuſmodi, [& dæmonia,] ideſt idola, quæ in templis poſita, colebantur pro diis. Vel dæmonia dicit quædam animalia rationabilia ſm Platonicos, quæ Apuleius ſic diffinit. Dæmones ſunt animalia corpore aerea, mente rationalia, animo paſſiua, tempore æterna. Hæc enim omnia prędicta dicuntur ſubſtantia, quia non dicuntur de alio ſubiecto, ſed alia dicuntur de his. Et hæc eſt deſcriptio primæ ſubſtantię in prædicamentis. Secundum modum ponit ibi.

b ¶ Dicit, quòd alio modo dicitur ſubſtantia, quę eſt cauſa eſſendi prædictis ſubſtantiis, quę non dicuntur de ſubiecto, non quidem extrinſeca, ſicut efficiens, ſed intrinſeca eis, ut forma. Sicut dicitur anima ſubſtantia animalis.

Deinde cum dicit.

c ¶ Ponit tertiũ modũ ſm opin. Platonicorum & Phytagoricorũ dicens, ꝙ quæcunque particulæ ſunt in prædictis ſubſtantiis, quæ ſunt termini earũ & ſignificãt hoc aliquid ſm opinionẽ eorũ, in quib. deſtructis deſtruit totũ, dñr ẽt ſubſtantię. Sicut ſuperficie deſtructa deſtruitur corpus, ut quidã dicunt, & deſtructa linea, deſtruitur ſuperficies. Patet etiam, quòd ſuperficies eſt terminus corporis, & linea terminus ſuperficiei. Et ſecundum dictorum poſitionem, linea eſt pars ſuperficiei. & ſuperficies pars corporis. Ponebant enim corpora componi ex ſuperficiebus, & ſuperficies ex lineis, & lineas ex punctis. Vnde ſequebatur, quòd punctum ſit ſubſtantia lineæ, & linea ſuperficiei, &

accidens eſſe idem vtrique ſimul accepto, ſicut muſico homini, muſicum. Alius modus ſignificatur, quando compoſitum prædicatur de ſubiecto ſimplici, vt cum dicitur, homo eſt homo muſicus. Tunc enim [illi] idest ſubiecto ſimplici ſignificatur eſſe idem horum vtrunque ſimul acceptum, ſcilicet hoc, quod dicitur, homo muſicus. Et ſimilis ratio eſt, ſi accidens accipitur vt ſimplex & ſubiectum cũ cõpoſitione. vt ſi dicamus, muſicus eſt hõ muſicus: aut econuerſo, quia & homini muſico, qđ eſt compoſitũ, dicunt idẽ per accidens & homo & muſicũ, quando hæc duo de illo vno prædicantur, & econuerſo. Ex hoc autem concludit vlterius concluſionem, quod in omnibus prædictis modis prædicandi, in quibus idem per accidens prædicatur, non prædicatur aliquod nomen vniuerſaliter. non enim eſt verum dicere, ꝙ omnis homo ſit idẽ muſico, quod ſic patet. Ea enim ſola de vniuerſalibus prædicantur vniuerſaliter, quæ ſecundum ſe inſunt eidem. Propter hoc enim modus prædicãdi, qui eſt vniuerſaliter prædicari, conuenit cum conditione ſubiecti, quod eſt vniuerſale, quia prædicatum per ſe de ſubiecto prædicatur. Sed accidentia non prædicantur ſecundum ſe de uniuerſalibus, ſed ratione ſingularium, & ideo de uniuerſalibus non prædicantur uniuerſaliter: ſed de ſingularibus prædicantur ſimpliciter, quia idem uidetur eſſe ſubiecto Soc. & Soc. muſicus, non tamen prędicantur de ſingulari uniuerſaliter, quia de nullo poteſt prędicari aliquid uniuerſaliter quod non eſt uniuerſale. Socr. autem non eſt uniuerſale. nã non eſt in multis: & ideo non prædicatur uniuerſaliter aliquid de Socrate ut dicatur, omnis Socr. ſicut omnis homo. Igitur quæ diximus, ſic dicuntur eadem, ſcilicet per accidens, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

par. 1.

part. 2.

b ¶ Ponit modos eiuſdem per ſe, & dicit quòd aliqua dicuntur eadem ſecundum ſe eiſdem modis, quibus dicitur unum per ſe. Omnes enim modi, quibus aliqua vnum per ſe dicuntur, reducuntur ad duos, quorum unus eſt ſecundum quod dicuntur unum illa, quorum materia eſt una, ſiue accipiamus materiam eandem ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundum numerum, ad quod pertinet ſecundus & tertius modus unius. Alio modo dicuntur unum, quorum ſubſtantia eſt una, uel ratione continuitatis, quod pertinet ad primum modum, uel propter unitatem & indiuiſibilitatem rationis, quod pertinet ad quartum & quintum. unde & his modis dicuntur aliqua eſſe idem. Ex hoc autem ulterius concludit, quòd identitas eſt unitas uel unio, aut ex eo, quòd illa, quæ dicuntur idem, ſunt plura ſecundum eſſe, & tamen dicuntur idem inquantum in aliquo uno conueniunt: Aut quia ſunt unum ſecundum eſſe, ſed intellectus vtitur eo ut pluribus ad hoc, quòd relationem intelligat. Nam non poteſt intelligi relatio niſi inter duo extrema, ſicut cum dicitur aliquid eſſe idem ſibiipſi. tunc enim intellectus utitur eo, quòd eſt unum ſecundum rem, ut duobus, alias eiuſdem ad ſeipſum relationem deſignare non poſſet. Vnde patet, quòd ſi relatio ſemper requirit duo extrema, & in huiuſmodi relationibus non ſunt duo extrema ſecundum rem, ſed ſecundum intellectum ſolum; relatio identitatis non erit relatio realis, ſed rationis tantum, ſecundum quod aliquid dicitur idem ſimpliciter. Secus autem eſt, quando aliqua duo dicuntur eſſe idem uel genere, uel ſpecie: ſi enim identitatis relatio eſſet res aliqua præter illud, quod dicitur idem, res etiam, quæ relatio eſt, cum ſit idem ſibi, pari ratione haberet aliam relationem,

A quæ ſibi eſſet idem, & ſic in infinitum, non eſt autem poſſibile in rebus in infinitum procedere. Sed in his, quæ ſunt ſecundum intellectum, nihil prohibet. nam cum intellectus reflectatur ſuper ſuum actum, intelliget ſe intelligere. & hoc ipſum poteſt etiam intelligere, & ſic in infinitum.

b Alia vero ſecundum ſe, quemadmodum & vnũ. Etenim quorum materia una, aut ſpecie, aut numero, eadem dicũtur: & quorum ſubſtantia una, Quare palã, quia identitas vnio quædam eſt plurium eſſendi, aut quando vtitur uno ut pluribus: ueluti quando dicit idem eidem idem: nam ut duobus vtitur eodem.

Quædam vero per ſe, ſicuti & vnum. etenim quorum materia, aut ſpecie, aut numero vna, eadem dicuntur; & quorum ſubſtantia vna. Quare patet, quòd identitas vnitas quædam eſſentię eſt aut plurium, aut cum vt pluribus vtatur. vt puta cum dicas ipſum ſibi ipſi idem. vt duobus enim ipſo vtitur.

LECTIO XII.

a Diuerſa vero dicuntur, quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ: & omnino oppoſite eidem dicitur diuerſum.

C

b. Differentia vero dicuntur, quęcunque diuerſa ſunt, idem aliquid entia, & non ſolum in numero, ſed ſpecie, aut genere, aut proportione. Amplius quorum diuerſum genus, & contraria, & quæcunque habent in ſubſtantia diuerſitatem.

LECTIO XII.

Diuerſa vero dicuntur, quorum aut ſpecies plures, aut materia, aut ratio ſubſtantiæ. & omnino diuerſum dicitur oppoſitè ad id, quod idem dicitur.

Differentia vero dicuntur, quæcunque diuerſa ſunt, cum idem quid ſint, modo non ſint idem numero, ſed aut ſpecie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuerſum genus, & contraria, & quæcunque diuerſitatem in ſubſtantia habent.

LECTIO XII.

Hic oſtẽdit quot modis dicitur diuerſum. & dicit quòd diuerſa dicuntur aliqua tripliciter. Dicuntur enim aliqua diuerſa ſpecie, quorum ſpecies ſunt plures, ſicut aſinus & bos. Quædam vero dicuntur diuerſa numero, quia differunt ſecundum materiam, ſicut duo indiuidua unius ſpeciei. Quędam vero dicuntur diuerſa ſecundum [rationem ſubſtantiæ] id eſt ſecundum diffinitionem declarantem ſubſtantiam rei. Contingit enim quædam eſſe idem numero, ſcilicet ſubiecti, ſed diuerſa ratione, ſicut Socrates & hoc album. Et quia plures modi diuerſitatis accipi poſſunt, ſicut quòd dicatur diuerſum genere, & diuerſum propter continui diuiſionem, ideo ſubiungit, quòd diuerſum dicitur oppoſitum totaliter ad idẽ. Cuilibet enim modo eius, quod eſt idem, opponitur aliquis modus eius, quod eſt diuerſum. Et propter hoc, quot modis dicitur idem, tot modis dicitur diuerſum. Et tamen alij mo-

D

di unius, uel eius quod eſt idem, poſſunt reduci ad illos hic tactos. Diuerſitas enim generis includitur in diuerſitate ſpeciei. Diuerſitas uero continuitatis in diuerſitate materiæ, eo ꝙ partes quantitatis ſe habent per modum materiæ ad totum. Deinde cum dicit.

b ¶ Hic diſtinguit, quot modis dicitur hoc nomen differens. Aſſignat autem duos modos, quorum primus eſt, quòd aliquid proprie dicitur differens ſecundum quod aliqua duo quæ ſunt [aliquid idẽ entia], in aliquo vno conuenientia, ſunt diuerſa: ſiue conueniant in aliquo uno ſecundum numerum, ſicut Socr. ſedens a Socr. non ſedente: ſiue conueniant in aliquo uno ſpecie, ſicut Socr. & Plato in homine: ſiue in aliquo uno genere, ſicut homo & aſinus in animali: ſiue in aliquo uno, ſecundum proportionem, ſicut quantitas & qualitas in ente. Ex quo patet, ꝙ differens a omnę eſt diuerſum, ſed non conuertitur. Nam illa diuerſa, quæ in nullo conueniunt, non poſſunt proprie dici differentia, quia non differunt aliquo alio, ſed ſeipſis. Differens D. 508.

E

autem dicitur, quod aliquo alio differt. Secundus modus eſt prout differens communiter ſumitur pro diuerſo, & ſic differentia dicuntur etiam illa, quæ habent diuerſum genus, & in nullo cõicant. Docet aũt quibus conueniat eſſe differens ſecũdum primũ modũ, qui eſt proprius. Cum. n. oporteat ea quæ proprie dicuntur differentia, in uno aliquo conuenire, ea vero, quæ conueniunt in ſpecie, non diſtinguuntur niſi per accidentales differentias, ut Socra. albus uel iuſtus, Plato niger uel muſicus: Quæ uero conueniunt in genere & ſunt diuerſa ſecundum ſpeciem, differunt differentiis ſubſtantialibus: illa propriiſſime dicuntur differentia quę ſunt eadem genere & diuerſa ſecundum ſpeciem. Omne autem genus diuiditur in contrarias differentias, non autem omne genus diuiditur in contrarias ſpecies. Coloris enim ſpecies ſunt contrarię, ſ. album, nigrum: & differentiæ etiam, ſ. congregatiuum, & diſgregatiuum. Animalis autem differentiæ quidem ſunt contrariæ, ſ. rationale, & irrationale: ſed ſpecies animalis, ut homo & equus &c. non ſunt contrarię. Illa igitur, quæ propriiſſime dicuntur differen-

tia, ſunt quæ vel ſunt ſpecies contrariæ, ſicut album & nigrum: vel ſunt ſpecies vnius generis non contrariæ, ſed habentia cõtrarietatem in ſubſtantia, ratione contrarij differentiarũ, quæ ſunt de ſubſtantia ſpecierum. Deinde cum dicit.

F tingit tripliciter, aut enim totaliter remouet, nihil relinquens, & ſic eſt negatio: aut relinquit ſubiectum ſolum, & ſic eſt priuatio. aut relinquit ſubiectum & genus, & ſic eſt contrarium. Nam contraria non ſunt ſolum in eodem ſubiecto, ſed etiam in eodem genere. Secundo ibi.

c Similia dicuntur, quæ idem ſunt paſſa. & plura idem patientia aut diuerſa. & quorum qualitas vna.

Similia a dicuntur, & quę idem paſſa ſunt. & quę plura eadem quã diuerſa paſſa ſunt. & quorum qualitas una.

d Et ſecundũ quæ alterari contingit horum contrariorum, quod plura habet, aut magis proprium, hoc eſt ſimile. Oppoſite vero ſimilibus, diſſimilia.

Ac ſecundum quæcunque contrariorum alterari contingit id, quod plura his, aut magis propria habet, ſimile illi eſt. Oppoſite uero ſimilibus, diſſimi G *lia dicuntur.*

e Oppoſita dicuntur contraria contradictio, & ad aliquid, & priuatio, & habitus.

Oppoſita dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio & habitus.

f Et ex quibus & in quæ vltima, vt generationes & corruptiones: & quæcunque non contingunt ſimul adeſſe amborum ſuſceptibili, ea opponi dicuntur, aut ea ex quibus ſunt. nam pallidum & album, ſimul eidem non inſunt. vnde ex quibus ſunt hæc opponuntur.

Et ea, ex quibus, & in quę ultima, ut generationes & corruptiones, & quæcunque ſuſceptiuo amborum non contingit ſimul adeſſe, hęc opponi dicuntur, aut ipſa, aut ex quibus ſunt, fu H *ſcum nanque & album ſimul eidem non inſunt. quare ea, ex quibus ſunt, opponuntur ipſis.*

g Contraria dicuntur, quæ nõ poſſunt ſimul adeſſe eidem differentium ſecundum genus: & quæ plurimum differunt eorũ, quæ ſunt in eodem genere: & quæ plurimum differunt eorũ, quæ ſunt in eodem ſuſceptibili: & quæ plurimum differunt eorum, quę ſub eadem poteſtate: & quorum differentia maxima, aut ſimpliciter, aut ſecundũ genus, aut ſecundum ſpeciẽ,

Contraria dicuntur, quæ non poſſunt ſimul eidem adeſſe, cum eorum ſint, quę ſecundum genus differunt. & quę plurimum differunt, cum in eodem genere ſint. quæue plurimum differunt, cum in eodem ſuſceptiuo ſint. ac etiam quę plurimum differunt, cum eorum ſint, quę ſub eadem potentia ſunt. & quorum differentia maxi- I *ma, aut ſimpliciter, aut ſecundum genus, aut ſecundum ſpeciem.*

c ¶ Oſtendit, quot modis dicitur ſimile. Circa hoc autem duo facit. Nam primo aſſignat, quot modis dicitur ſimile. part. 3. Secundo, quot modis dicitur diſſimile. ibi. [Oppoſite vero.] Infra gt. 4. fin. Circa primum duo facit. part. 4. Primo oſtendit, quot modis dicitur ſimile. Secundo, quomodo dicatur aliquid maxime ſimile ibi [Et ſecundum quæ alterari.] part. 4. fin. Ponit autem tres modos ſimilitudinis. Conſtat enim quòd vnum in qualitate, facit ſimile. part. 5. Paſsio autem eſt affinis qualitati, eo quòd pręcipue paſsio in mutatione qualitatis, quæ eſt alteratio, attenditur. part. 6. vnde & quadam ſpecies qualitatis eſt paſſio & paſſibilis qualitas. Et propter hoc, ſimilitudo non ſolũ attenditur ſecũdum conuenientiã in qualitate, ſed ſecundum cõuenientiam in paſſione. part. 7. Quod quidem poteſt eſſe dupliciter, aut ex parte paſsionis, aut ex parte eius, ad quod paſsio terminatur. Sic igitur tripliciter aliqua ſunt ſimilia. Vno modo, quia patiuntur idem, ſicut duo ligna, quæ comburuntur, poſſunt dici ſimilia. Alio modo ex hoc ſolo, quod patiũtur aliqua plura, ſimilia dicuntur, ſiue patiantur idem, ſiue diuerſa, ſicut duo homines, quorum vnus fuſtigatur, & alter incarceratur, dicuntur ſimiles in patiendo. Tertio modo dicuntur ſimilia, quorum vna eſt qualitas, ſicut duo albi, & duo ſydera in cœlo habentia ſimilem ſplendorem, aut virtutem. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, vnde aliquid maxime dicatur ſimile. Quando enim ſunt plures contrarietates, ſecundum quas attenditur alteratio, illud, quod ſecundum plures illarum contrarietatum eſt alteri ſimile dicitur magis proprie ſimile. Sicut alliũ, quod eſt calidum & ſiccum, dicitur magis propriè ſimile igni, quam ſaccharum, quod eſt calidum & humidum. Et idem eſt inter duo, quorum vnunque eſt ſimile alicui tertio, ſecundum vnã qualitatem tantum, illud, quod eſt ſimile ſecundum qualitatem magis ſibi propriam, magis propriè dicitur ſimile ei, ſicut aer magis propriè ſimilis eſt igni, quàm terra. Aer enim aſsimulat igni in calore, quæ eſt qualitas ſibi propria, magis quàm ſiccitas, in K qua aſsimilatur ſibi terra. Conſequenter dicit, quod diſsimilia dicuntur per oppoſitum ad ſimilia. Deinde cum dicit.

e ¶ Hic diſtinguit ſecundarias partes pluralitatis, quæ ſ. continentur ſub differenti & diuerſo, quæ ſunt partes primæ. & circa hoc tria facit. Infra gt. 7. Primo oſtendit, quot modis dicuntur oppoſita. Secundo, quot modis dicuntur contraria. ibi: [Contraria dicuntur.] Infra gt. 10. Tertio, quot modis dicuntur diuerſa ſpecie, ibi: [Diuerſa vero ſpecie.] Circa primũ duo facit. Primo. n. dicit, quot modis dicuntur oppoſita. quia quatuor modis, ſ. contradictoria, contraria, priuatio & habitus, & ad aliquid. Aliquid enim contraponitur alteri, vel opponitur aut ratione dependentiæ, qua dependet ab ipſo, & ſic ſunt oppoſita relatiue: Aut rationis remotionis, quia. ſ. vnum remouet alterum: quod quidem con-

f ¶ Ponit duos modos, ſecundum quos poteſt cognoſci, quod aliqua ſunt oppoſita, quorum primum eſt per comparationem ad motum. nam in quolibet motu vel mutatione, terminus a quo, opponitur termino ad quẽ. Et ideo, ea quibus eſt motus, & in quæ eſt motus, ſunt oppoſita, ut patet in generationibus. Nam generatio albi eſt ex non albo, & ignis ex non igne. Secundo modo, per comparationem ad ſubiectum. Nam illa, quę non poſſunt ineſſe ſimul eidem ſuſceptibili, oportet quod adinuicem opponantur, uel ipſa, uel ea, ex quibus ſunt. non enim poteſt idem corpus ſimul eſſe album & nigrum, quia ſunt contraria. Homo vero & aſinus non poſſunt de eodem dici, quia habent in ſuis rationibus differentias oppoſitas, ſcilicet rationale & irrationale. Et ſimiliter pallidum & album, quia pallidum componitur ex nigro, quod eſt oppoſitum albo. Et notandum, quod ſignanter dicit eidem ſuſceptibili, quia quædam non poſſunt alicui eidem ſubiecto ſimul ineſſe, non propter oppoſitionem, quam habeant adinuicem, ſed quia ſubiectum non eſt ſuſceptibile vtriuſque, ſicut albedo & muſica non poſſunt ſimul ineſſe aſino. poſſunt autem ſimul ineſſe homini.

g ¶ Hic oſtendit, quot modis contraria dicuntur. & circa hoc tria facit. Quorum primum eſt. quòd aſſignat modos, quibus aliqua principaliter dicuntur contraria, inter quos ponit vnum primum improprium, ſcilicet quòd aliqua dicuntur contraria, quæ non poſſunt ſimul adeſſe eidem, licet differant ſecundum genus. Propriè enim contraria quæ ſunt vnius generis ſicut ſi diceretur, quòd grauitas & motus circularis non ſunt in eodem ſubiecto. Alium modum ponit proprium, ſecundum quod contraria dicuntur in aliquo conuenientia. Conueniunt enim contraria in tribus, ſcilicet in eodem genere, in eodem ſubiecto, & in eadem poteſtate. Et ideo notificat ſecundum illa tria illa, quæ ſunt vere contraria, dicens, quod illa, quæ plurimum differunt eorum, quæ ſunt in eodem genere, dicuntur contraria, ſicut album & nigrum in genere coloris: & iterum illa, quæ plurimum differunt in eodem ſuſceptibili exiſtentia, ſicut ſanum & ægrum in animali: & iterum, quæ plurimum differunt in eadem poteſtate contenta, ſicut congruum & incongruum in grammatica. Poteſtates enim rationales ad oppoſita ſunt. Dicit autem [plurimum] ad differentiam mediorum inter contraria, quæ etiam conueniunt in eodem genere, ſubiecto, & poteſtate, non tamen ſunt plurimum differentia. Vnde ſubiungit vniuerſalem rationem, ſecundum quam aliqua dicuntur contraria. quia ſcilicet eorum differentia eſt maxima, uel ſimpliciter, uel in eodem genere, vel in eadem ſpecie. ſimpliciter quidem, ſicut in motu locali extre-

ſi extrema ſunt maxime diſtantia, ſicut punctus orientis & occidentis, quæ ſunt extrema diametri totius orbis. in eodem genere ſicut ſpecificæ differentiæ, quæ diuidunt genus. in eadem ſpecie, ſicut accidentales differentiæ contrariæ, per quæ differunt indiuidua eiuſdem ſpeciei. Secundum ponit ibi.

par. 8. h ¶ Et oſtendit qualiter aliqua ſecundario modo dicuntur contraria, propter hoc ꝙ habent habitudinem ad ea, quę principaliter ſunt cõtraria, ſcilicet quia uel habent contraria in actu, ſicut ignis & aqua dicuntur contraria, quia alterum eſt calidum & alterũ frigidum. Vel quia ſunt ſuſceptibilia cõtrariorum in potentia, ſicut ſanatiuũ & ægrotatiuum. Vel quia ſunt actiua uel paſſiua cõtrariorum in potentia, vt calefactiuum & infrigidatiuum, calefactibile & infrigidabile. Vel quia ſunt contrariorum agentia & patientia in actu. ſicut calefaciens & infrigidans, calefactũ & infrigidatum. Vel quia ſunt expulſiones, ſiue abiectiones, ſiue acceptiones contrariorũ, uel etiã habitus aut priuationes eorum. Nã priuatio albi oppoſita eſt priuationi nigri, ſicut habitus habitui. Patet ergo ꝙ tangit triplicem habitudinem circa contraria. Vna, quæ eſt ſubiecti in actu uel in potentia. Alia, quæ eſt actiui & paſſiui in actu & potentia. (par. 9.) (part. 10. Alia. l. ſubſtantiam.)

Tex. co. 16. part. 1. Tertia, quæ eſt generationis & corruptionis vel ſecundum ſe, vel quãtum ad eorum terminos, qui ſunt habitus & priuatio. Tertium ponit ibi.

par. 2. i ¶ Et oſtendit, qua de cauſa prædicta dicuntur multipliciter. Quia enim vnum & ens dicuntur multipliciter, oportet quod ea, quæ dicuntur ſecundum ea, multipliciter dicantur, ſicut idẽ & diuerſum, quæ conſequuntur vnum & multa, & contrarium quod ſub diuerſo continetur. Et ita oportet, quod diuerſum diuidatur ſecundum decem prædicamenta, ſicut ens & unum.

K ¶ Hic oſtendit quot modis dicantur aliqua diuerſa ſpecie: & ponit quinque modos: quorum primus eſt, quando aliqua ſunt in eodem genere, & non ſunt ſubalterna: ſicut ſcientia & albedo ſub qualitate: licet non contra ſe diuidantur oppoſitis differentiis. Secundus eſt, quando ſunt in eodem genere: & diuiduntur contra inuicem per aliquam differentiam, ſiue differentiæ ſint contrariæ, ſiue non, ubi bipes & quadrupes. Tertius modus eſt, quando ſua ſubiecta habent contrarietatem, vtpote quæ diuiduntur per differentias contrarias, ſiue ipſa ſint contraria, ut album & nigrum, quæ diuiduntur per con-

h Alia vero contraria dicuntur, hæc quidem talium habitu: alia talium ſuſceptione: alia exiſtendo, aut actiua aut paſſiua talium, alia agentia, alia patientia, aut expulſiones, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes talium.

i Sed quoniam ens & vnũ multipliciter dicũtur, ſequi eſt neceſſe, & alia quæcunque ſecundum ea dicuntur. Quare idem, & diuerſum, & cõtrarium, eſt diuerſum ſecundum unamquanque categoriam.

k Diuerſa vero ſpecie dicuntur quæcunque eiuſdem generis exiſtentia non ſunt ſubalterna. & quæcunque ſub eodem genere exiſtentia differentiam habent. & quæcunque in ſubſtantia contrarietatem habent. Contraria enim diuerſa ſunt ſpecie ab inuicem, aut omnia, aut dicta primũ. Et quorumcunque in finali generis ſpecie rationes diuerſæ. ut homo & equus indiuidua genere, & rationes eorum diuerſæ. Et quæcunque in eadem ſubſtantia differentiam habent. Eadem uero ſpecie, oppoſite his dicta.

LECTIO XIII.

a PRiora & poſteriora dicuntur, quædam quidem tanquam exiſtẽte aliquo primo & principio in ſingulo genere, qđ propinquius principio aliquo determinato, aut ſimpliciter & natura, aut ad aliquid, aut ad vbi, aut ab aliquibus.

b Vt hoc quidem ſecundum locum in exiſtendo propinquius, aut natura alicui determinato,

A gregatiuum & diſgregatiuum: ſiue non, vt homo, & aſinus, quæ diuiduntur per rationale, & irrationale. Contraria enim oportet eſſe diuerſa ſpecie, uel omnia, uel illa, quæ principaliter dicuntur eſſe contraria. Quartus modus eſt, quando ſunt diuerſæ ſpecies vltimæ, eędemque ſpecialiſſimæ in aliquo genere, vt homo & equus. Magis enim proprie dicuntur ſpecie differe, quę ſolum ſpecie differunt, quam quæ ſpecie & genere. Quintus modus eſt, quando aliqua accidentia ſunt in eodem ſubiecto, & tamen differunt ab inuicem, eo quòd, impoſſibile eſt, plura accidentia vnius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe. Eadem vero ſpecie dicuntur per oppoſitum ad prędicta.

Cętera vero contraria dicũtur, quædam, eò quòd talia habent: quędam, eo quòd ſuſceptiua talium ſunt: quędam, eo quòd actiua aut paſſiua talium ſunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut ſumptiones, aut habitus, aut priuationes ſunt horum, ac talium.

B

Cum autem unum & ens multipliciter dicatur, neceſſe eſt, vt cætera quoque, quæcunque ſecundum hęc dicuntur, ſequantur. quare & idem, & diuerſum, & contrarium vt ſecundum vnumquodque prędicamentum diuerſum ſit.

Diuerſa vero ſpecie dicuntur, quę cunque, cum eiuſdem ſint generis, nõ ſunt ſubalterna. & quęcunque, cùm C *in eodem genere ſint, differentiam habent. & quęcunque in ſubſtantia contrarietatem habent. Contraria quoq; diuerſa ſpecie inuicem ſunt, aut omnia, aut quę primo dicuntur, & quorum in vltima generis ſpecie rationes diuerſę. ut homo & equus indiuidua genere, rationes vero eorum diuerſæ. & quæcunque, cùm in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habent. Eadem vero ſpecie ſunt, quęcunque his oppoſite dicuntur.*

D

LECTIO XIII.

PRiora, & poſteriora dicuntur, vno quidem modo tanquam aliquo primo & principio in quoque genere exiſtente, quod propinquius eſt principio cuidam determinato, aut ſimpliciter & natura, aut ad aliquid, aut vbi, aut ab aliquibus.

E

Vt puta quędam ſecundum locum, eò quòd propinquiora ſunt alicui loco natura determinato, medio videli-

LECTIO XIIII.

POſtquam diſtinxit nomina, quę ſignificant partes vnius, hic diſtinguit nomina ſignificantia ordinem, ſcilicet, prius & poſterius. Vnum enim quendam ordinem importat, eo quòd vni eſſe eſt principium eſſe, vt ſupra dictum eſt. Tex. com. 1. Et circa hoc duo facit. Primo aſsignat rationem communẽ prioris & poſterioris. Secundo diſtinguit diuerſos modos prioris & poſterioris ſecundum communem rationem, per ſeq. huius lect. ibi: [Vt hoc quidem ſecundum locum.] Dicit ergo primo, ꝙ ſignificatio prioris dependet a ſignificatione principij. Nam principium in unoquoque genere eſt id, quod eſt primum in genere: Prius autem dicitur, quod eſt propinquius alicui determinato principio. Huiuſmodi autẽ ordo principij & eius, quod eſt principio propinquum, poteſt attendi multipliciter. Aut enim aliquid eſt principium & primum ſimpliciter ſecundum naturam, ſicut pater eſt principium filij. Aut eſt principium [ad aliquid,] ideſt per ordinem ad aliquid extrinſecum, ſicut dicitur id, quod eſt ſecundum ſe poſterius, eſſe prius quantum ad aliquid, uel quantum ad cognitionem vel perfectionem vel dignitatem, uel aliquo tali modo. Vel etiam dicitur aliquid eſſe principium, & prius, quantum ad vbi. Aut etiam aliquibus aliis modis. Deinde cum dicit.

b ¶ Diſtinguit modos diuerſos, quibus dicitur aliquod prius, & poſterius. Et quia prius & poſterius dicuntur in ordine ad principium aliquod, principium autem eſt, ut ſupra dictum eſt, Lect. 1. quod eſt primum in eſſe, aut in fieri, aut in cognitione: ideo pars iſta diuiditur in partes tres. In prima dicit, quomodo dicitur aliquid eſſe prius ſecundum motum & quantitatem. Nam

ordo in motu, ſequitur ordinem in quantitate. Per prius enim, & poſterius in magnitudine, eſt & prius & poſterius in motu, vt dē in 4. Phyſicorum. Secundo, oſtendit quō aliquid dr̄ prius altero in cognitione, ibi: [Alia uero modo.] Tertio, quō dr̄ aliquid altero prius in eſſendo, i. ſecundū naturā, ibi: [Alia uero ſecundum naturam.]

F

loco, ut medio, aut ultimo, aut ſicut euenit. Quod uero remotius, poſterius.

e Alia ſecundū tempus. Hæc quidem enim eo, ꝙ remotiora ab ipſo nunc, ut in factis. Priora nāque troica medis, quia remotiora ab ipſo nunc. Alia affiniora ipſi nunc: vt in futuris. Prius enim Nemea Pythion, quia propinquius nunc: & ipſo nunc vt principio & primo vſi ſunt.

G

d Alia ſecundum motum. Propinquius enim primo mouenti eſt prius vt puer viro, principiū autem & id quoddam ſimpliciter eſt. Alia ſecundum poteſtatem, excedens enim poteſtate, prius eſt, & quod eſt potentius. Tale uero eſt, cuius ſecundum præuoluntatem ſequi eſt neceſſe alterum, & poſterius, quia nō mouente illo non moueatur, & mouēte moueatur, & eſt præuoluntas principium.

H

e Alia ſecūdum ordinem, & ea ſunt quęcūque ad aliquid unum determinatum diſtant ſecundū rationem, vt paraſtata & tritoſtata, & paranitæ netis. Hic quidem enim qui ſumitur, illic autem quæ media principium. Ergo ea priora dicuntur hoc modo.

I

f Alio vero modo quod cognitione eſt prius, vt ſimpliciter prius. Horum autē aliter & quæ ſecundum rōnem, & quæ ſecundum ſenſum. Nā ſecundum rōnem uniuerſalia priora, ſecundum autem ſenſum ſingularia.

cet, aut vltimo, aut ad quoduis. Quod uero remotius, eſt poſterius.

Quedā ſcd̄m tempus. aliqua. n. eo quod remotiora a nunc ſunt: vt de eis, quę facta ſunt. quæ n. in Troia fuerunt priora ſunt his, quæ apud Mediā facta ſunt. quoniam remotius a nunc diſtant. Aliqua uero, eo ꝙ propinquiora ipſi nunc ſunt: ut de futuris. prius. n. feſtū, qđ apud Nemeā futurū eſt, q̄ qđ apud Delphos, quoniā propinquius ipſi nūc eſt, ut prīcipio, et primo ipſo nūc poſito.

Quędam ſecundum motum, quod. n. propinquius primo mouente eſt, prius eſt: ut puer viro. etenim quoddā et hoc ſimpliciter principiū eſt. Quedā ſcd̄m potentiā. quod. n. excellit potētia, et ſortius eſt, prius eſt. tale uero eſt, cuius electionē, ut alterū, & quod poſterius eſt ſequatur neceſſe eſt, ita vt non mouente illo, non moueatur, & mouente moueatur. electio enim principium eſt.

Quędam ſecundum ordinem hęc vero ſunt, quęcunq; ab aliquo vno determinato proportionaliter diſtant. vt in tripudijs qui ſecundum locum obtinet, prior eſt eo, qui tertiū tenet, & paranete, quam nete. illic. n. tripudij ductor, hic vero media principium eſt. Hęc ita que hoc modo priora dicuntur.

Alio uero modo, quod cognitione prius, tanquā & ſimpliciter prius. Horum aūt aliter ea, quę ſecundū rationē, atq; ea, quę ſecundum ſenſum. Secundum enim rationem vniuerſalia priora, ſecundum vero ſenſum ſingularia.

Lect. 59. T. com. 3. part. 6. part. 9. ſeq. par. 5. hᵘ le.

Circa primū duo facit. Primo oſtendit quō aliquid dr̄ prius & poſterius ſecundū quantitatē, in rebus continuis. Secundo quō in rebus diſcretis, ibi: [Alia ſecundum ordinē.] Et circa primū, ponit tres modos. Primus modus attenditur ſecundum ordinē in loco, ſicut aliquid dr̄ eſſe prius ſecundum locum in hoc, ꝙ eſt ꝓpinquius alicui loco determinato, ſiue ille locus determinatus accipiatur ut mediū in aliqua magnitudine, ſiue ut extremū. Pōt. n. in ordine locali accipi ut principiū centrum mundi, ad quod ſe ſitur grauia, vt ſic ordinemus elementa, dicētes terrā eſſe primū, aquam ſecundū &c. Et pōt ēt accipi ut principium etiam ipſum cęlū, ut ſi dicamus ignē eſſe primū, aerē ſecundū, & ſic deinceps. Propinquitas autem ad principium in loco, quicquid ſit illud, pōt eſſe dupliciter. Vno modo, ſecundū ordinē naturalem ſicut aqua propinquior eſt medio naturaliter quam aer, aer uero ꝓpinquior extremo, i. cœlo. Alio mo [ſicut euenit] i. ſecūdum quod ordinatur aliqua in loco a caſu, uel a quacunque cā præter naturam, ſicut in lapidibus ſuperpoſitis inuicem in aceruo, ſupremus eſt prior uno ordine, & alio eſt prior infimus. Et ſicut id, quod eſt propinquius principio, eſt prius, ita quod remotius a principio, eſt poſterius.

part. 3.

Alia l. habet Hoc autē eo ꝙ propinquius nunc, vt in futuris Alia l. ſed corrupte. Prius. n. Menelaus Pyrrho, in græ. n. hr̄ ſicut in hac lr̄a. part. 4.

part. 5.

part. 6.

e ¶ Secundus modus attenditur ſecundum ordinem tp̄is, quē ponit dicens, ꝙ alia dicuntur priora ſecundum tp̄s, & diuerſimode. Quædam nanque dicuntur priora, eo ꝙ ſunt remotiora a præſenti nunc, ut accidit [in factis] i. in pręteritis. Bella. n. troiana dicuntur priora bellis Medis & Perſicis, quibus Xerſes Rex Perſarum & Medorum Græciam expugnauit, quia remotiora ſunt a præſenti nunc. Quædam uero dicuntur priora, quia ſunt affiniora uel propinquiora ipſi nunc. ſicut dr̄ ꝙ prius eſt Menelaus Pyrrho, quia propinquius alicui nunc præſenti, reſpectu cuius vtrunque erat futurum. Vr̄ autem hæc litera falſa eſſe, quia utrunque erat præteritū, tp̄e Ariſt. quando hæc ſunt ſcripta. In Græco aūt hr̄ ꝙ prius eſt Nemea Pythion, quę quidem erāt duæ nundinæ, uel duo feſta: quorum unum erat propinquius illi nunc, quo hæc tempora ſunt, cum tamē utrunque eſſet futurū. Patet autē, ꝙ in hoc utimur ipſo nunc, ut principio & primo in tp̄e, quia per propinquitatem uel remotionem reſpectu eius, dicimus, aliquid eſſe prius uel poſterius. Et hoc neceſſarium eſt dicere ſecundum ponentes æternitatem temporis, non enim pōt accipi hic poſitione facta, aliquod principium in tp̄e, niſi ab aliquo nunc, quod eſt medium præteriti & futuri, ut ex utraque parte tempus in infinitum procedat.

νέμεα πυθιων

d ¶ Tertius modus eſt ſecundum ordinem in motu. & hoc primo ponit quantum ad naturalia dicens, ꝙ aliqua dicuntur eſſe priora ſecundum ordinem in motu. Illud. n. quod eſt propinquius primo mouenti, eſt prius, ſicut puer eſt prius viro, quia eſt propinquior primo, ſ. generanti. & hoc etiam prius dicitur per propinquitatem ad aliquod principium. id. n. mouens & generans, eſt principium quodammodo, non qualitercunq;, ſicut in loco accidebat, ſed ſimpliciter & ſecundum naturam. Secundo, ponit hunc ordinem motus etiam in rebus voluntarijs dicens, ꝙ quædam priora dicuntur ſm̄ poteſtatē, ſicut hoīes, qui ſunt in poteſtatibus conſtituti. Ille. n. qui excedit poteſtate, & qui eſt potentior, dr̄ eſſe prior. Et hic eſt ordo dignitatis. Patet aūt, ꝙ hic ordo etiā eſt ſm̄ motum, quia potentius & poteſtate excedens, eſt ſm̄ [cuius præuoluntatē] i. propoſitum, neceſſe eſt ſequi aliquid, qđ eſt eo poſterius in mouendo, ita ſ. ꝙ nō mouente illo potentiori, uel priori, non moueatur poſterius, & mouente, moueatur, ſicut ſe habet princeps in ciuitate; nam ex eius imperio mouentur alij ad exequendum imperata, eo vero non imperante, non mouentur: & patet ꝙ hoc ē prius dr̄ ꝓꝑ propinquitatem ad aliquod pricipiū. Nam [præuolūtas] i. propoſitum imperantis, hic accipitur vt principium, cui propinquiores ſunt, & per conſequens priores, per quos propoſitum & imperiū principis ad ſubditos defertur. Deinde cū dicit.

e ¶ Ponit modum ſecundū ordinem in rebus diſcretis dicens: ꝙ alia dicuntur priora ſecundum ordinem qui inuenitur in aliquibus rebus tantummodo quodam ordine aſſociatis ſibi, non per continuitatem, ut in præcedentibus accidebat: huiuſmodi autem ſunt quę diſtant ab aliquo uno determinato ſecundum aliquam rationem determinatam, vt paraſtata, tricoſtata. Paraſtata eſt prius tricoſtata. Paraſtata dicitur ille, qui ſtat iuxta aliquem, puta Regem: Tricoſtata autem eſt ille, qui ſtat tertius ab eo. Vnde alia litera habet. [Præſtans, tertio ſtante prius eſt.] Patet autem ꝙ alia ratio diſtantiæ eſt diſtare, vt ſecundum, vel tertium. Et ſimiliter paranitę ſunt priores netis. In chordis. n. Hypatæ dicuntur quæ ſunt graues. Netæ vero acutæ dicuntur, mediocres aūt uocantur Meſæ. Paranetæ aūt dicuntur quæ ſunt iuxta netas, mediis propinquiores. Patet ēt ꝙ hic dicitur ēt eſſe aliqđ prius per propinquitatem ad aliquod principium. Sed differenter in vtroq; prædictorum exemplorum, quia in illis, ſ. paraſtata & tricoſtata, accipitur principium id, quod eſt uerum initium & extremum, ſ. ille qui eſt ſummus inter alios, vel vertex aliorū, vt Rex vel aliquis alius talis. Sed in chordis accipitur vt principiū medium, & media chorda, quæ dicitur meſa, cui propinquiores dicuntur paranetæ, & per hoc priores dicuntur netes. Iſta ergo dicuntur priora per hunc modum, ſcilicet per ordinem quantitatis uel continuæ vel diſcretæ. Secundo ibi.

f ¶ Oſtendit quomodo aliquid dicitur prius altero in cognitione. Illud autem prius eſt cognitione, quod etiam prius eſt ſimpliciter, non ſecundum quid, ſicut erat in loco: nam res per ſua principia cognoſcitur. Sed cum cognitio ſit duplex, ſcilicet intel

lectus

K

lectus uel rationes & ſenſus, alter dicimus aliqua priora ſecundum rationem, & alter ſecundum ſenſum. Ponit autem tres modos, ſecundum quos aliquid eſt prius ratione, ſiue cognitione intellectiua, quorum primus eſt, ſecundum quod uniuerſalia ſunt priora ſingularibus, licet in cognitione ſenſitiua accidat econuer-

part. 7. ſo. Hi enim ſingularia ſunt priora. Ratio enim eſt uniuerſaliũ, ſenſus autem ſingularium. Vnde ſenſus non cognoſcit uniuerſalia niſi per accidens, inquantum cognoſcit ſingularia,

part. 8. de quibus uniuerſalia prædicantur. cognoſcit enim hominem inquantum cognoſcit Socratem, qui eſt homo. econtrario autem intellectus cognoſcit Socra-

part. 9. tem, inquantum cognoſcit hominem. Semper autem quod eſt per ſe, eſt prius eo, quod eſt per accidẽs. Secundum modum ponit ibi.

g ¶ Dicit, quod ſecũdum rationem prius eſt [accidens quam totum] idest quam compoſitum ex ſubiecto, & accidente, & muſicus homo cognoſci non poteſt ſine ratione huius partis, quod eſt muſicũ. Eodem modo quæcunque alia ſimplicia ſunt priora ſecundũ rationem cõpoſitis,

part. 10. cum in ſenſu ſit ecõuerſo. Nam ſenſui primo compoſita offeruntur. Tertium modum ponit ibi.

h ¶ Dicit quod priora dicuntur etiam ſecundum rationẽ paſſiones, ſicut rectitudo habetur prior læuitate. Rectitudo. n. eſt per ſe paſſio lineę, læuitas autem ſuperficiei, linea uero naturaliter eſt prior

T. com. 17. part. 1. ſuperficie. Secundum autem ſenſum, prior eſt ſuperficies linea, & paſſiones compoſitorum, paſſionibus ſimplicium. Hæc igitur dicuntur priora per hunc modum, ſcilicet per ordinem cognoſcendi. Deinde cum dicit.

i ¶ Ponit modos, quibus dicitur aliquid prius ſecundum ordinem in eſſendo, & circa hoc duo facit.

Primo ponit tres modos, quibus dicitur aliquid eſſe prius in eſſendo. Secundo reducit eos ad unum ibi: [Modo itaque quo-

part. ſeq. dam. [Dicit ergo primo, ꝙ quædam dicuntur eſſe priora [ſecundum naturam & ſubſtantiam], i. ſecundum naturalem ordinẽ in eſſendo. Et hoc tripliciter. Primo ratione communitatis, aut de-

In poſt prædic. cap. de priori. pendentiæ, ſecundum ꝙ priora dicuntur quæ poſſunt eſſe ſine alijs, & illa non poſſunt eſſe ſine eis. Et hoc eſt prius, a quo non conuertitur eſſendi conſequentia, ut dicitur in prædicamentis. Et [hac diuiſione] i. iſto modo prioris & poſterioris contra alios diui-

A ſo, vſus eſt Plato. Voluit enim ꝙ propter hoc uniuerſalia eſſent priora in eſſendo quã ſingularia, & ſuperficies quã corpora, & lineę quàm ſuperficies, & numerus quam omnia alia. Secundus modus attenditur ſecundum ordinem ſubſtantiæ ad accidens. Quia enim ens multipliciter dicitur, & non uniuoce, oportet ꝙ omnes ſignificationes entis reducantur ad unam primam ſecundum quã dr̃ ens, quod eſt ſubiectum aliorum entium, per ſe exiſtens. & ꝑꝑ hoc primum ſubiectũ dr̃ eſſe prius. Vnde ſubſtantia prius eſt accidente. Tertius modus attenditur ſecundum diuiſionem entis in actum & potentiam. Nam uno modo dr̃ aliquid eſſe prius ſecundum potentiã, & alio modo ſecundũ actum: ſecundũ potẽtiam quidem, dimidium rei eſt prius re ipſa & quælibet pars toto, & materia [quã ſubſtantia]. i. quã forma. Hęc enim omnia ſic cõparantur ad ea, reſpectu quorum ſic dicuntur priora, ut potentia ad actum. ſecundum actum uero dicuntur prædicta eſſe poſteriora. Nam prædicta non efficiũtur in actu niſi ꝑ diſſolutionem, reſoluto enim toto in partes incipiunt partes eſſe in actu. Deinde cum dicit.

K ¶ Concludit ꝙ oẽs mod' prioris & poſterioris poſſunt reduci ad hos ultimos modos, & præcipue ad primũ, prout prius dr̃ quod põt eſſe ſine alijs & non econuerſo. Quędam enim põt eſſe ſine alijs ſecundũ generatiõnẽ, per que modũ totũ eſt prius partib. quia quando iam totũ generatũ eſt, partes nõ ſunt in actu, ſed in potentia. Quædam uero contingit eſſe ſine alijs ſecũdum corruptionẽ, ſicut pars ſine toto, quando eſt iam totum corruptum & diſſolutum in partes: Et ſimiliter etiam alij modi prioris, & poſterioris, ad hunc modum reduci poſſunt. Conſtat enim quod priora non dependent a poſterioribus, ſicut econuerſo. Vnde omnia priora aliquo modo poſſunt eſſe ſine poſterioribus, & non econuerſo.

g Et ſecundum rationem accidens toto prius. ut muſicum, muſico homine. non eſt. n. ratio tota ſine parte. & non contingit muſicum eſſe, non exiſtente aliquo muſico.

Et ſecundum rationem accidens toto prius. vt muſicum homine muſico. non enim erit ratio tota abſque parte. tametſi non contingit muſicum eſſe, ſi non ſit aliquis muſicus.

h Amplius priora dicuntur priorum paſſiones, vt rectitudo læuitate. hoc enim lineę ſecundum ſe paſſio, illud uero ſuperficiei. Alia quidem ſic dicuntur priora & poſteriora.

B *Item priores dicuntur paſſiones priorum, vt rectitudo leuitate. iſta enim lineę per ſe paſſio, hęc vero ſuperficiei. quædam igitur ita priora & poſteriora dicuntur.*

i Alia vero ſecundum naturam & ſecundum ſubſtantiam, quæcunque contingit eſſe ſine aliis, & alia non ſine illis: qua diuiſione uſus eſt Plato. Et quoniam eſſe multipliciter dicitur, primũ quidem ſubiectũ prius, propter quod ſubſtantia prius. Deinde aliter quæ ſunt poteſtate & perfectione. Nã alia poteſtate priora, alia perfectione, ut ſecundũ poteſtatem quidem dimidietas, toto: & pars, toto: & materia, quam ſubſtantia. Secundum perfectionem uero, poſterius. nam diſſoluta, ſecundum actũ erunt.

Quædam uero ſecundum naturam, & ſubſtantiam, quæcunque contingunt abſque alijs eſſe, iſta vero ſine illis minime; qua diuiſione vſus eſt Plato. Cum autem ipſum eſſe multipliciter dicatur, primo quidem ſubiectum eſt prius, propter quod ſubſtãtia prior. Deinde aliter quę ſecundum potentiã,
C *& quę ſecundum actum. quædam. n. ſecundum potentiam priora ſunt, quædam vero ſecundum actum veluti ſecundum potentiam quidem dimidia q̃ tota, & particula quàm totum, & materia quàm ſubſtantia. ſecundum actum vero poſterior, diſſoluta etenim ſecundum actum erit.*

k Modo itaque quodam omnia prius & poſterius dicta ſecundũ hæc dicuntur. Alia namque ſecũdum generationem, quæ ſine alijs eſſe contingit, ut totum partibus. Alia ſecundum corruptionem ut pars toto. ſimiliter autem & alia.

Quodam modo igitur omnia, quęcunque prius, & poſterius dicuntur ſecundum hęc dicuntur. Quędam
D *enim ſecundum generationem contingit abſque alijs eſſe, vt totum partibus. quędam vero ſecundum corruptionem, vt pars toto. ſimiliter etiam cętera.*

LECTIO XIIII.

a Poteſtas dicitur alia quidẽ principiũ motus aut mutationis in diuerſo inquantum diuerſum. ut ædificatiua poteſtas, eſt quæ non exiſtit in ædificato. ſed ars medicinalis eſt potentia, & exiſtit in ſanato, ſed non inquantum ſanatũ eſt. Ergo totaliter principium permutationis aut motus, dicitur poteſtas in diuerſo, inquantum diuerſum.

LECTIO XIIII.

Potentia dicitur, quędam quidem principium motus, aut tranſmutationis in altero, aut prout alterum eſt. vt ędificatiua potentia eſt, quę
E *non ineſt in ędificato. ſed ars medendi cum ſit potentia, inerit utique in eo, qui ſanatur, ſed non prout ſanatur. Quędam igitur omnino principium tranſmutationis, aut motus dicitur potentia in altero, aut prout alterum eſt.*

LECTIO XIIII.

Poſtquam diſtinxit nomina ſignificantia partes unius, hic incipit diſtinguere nomina ſignificantia partes entis. & primo ſecundum ꝙ ens diuiditur per actum & potentiam. Secundo, prout diuiditur ens in decem prædicamenta, ibi: Quantum uero dicitur quod eſt diuiſibile.

Circa primum diſtinguit hoc nomen potentia uel poteſtas. Nomen autem actus prætermittit, quia eius ſignificationem ſufficienter explicare non poterat, niſi prius natura formarum eſſet manifeſta, quod facit in Octauo & Nono. vnde ſtatim in Nono ſimul determinat de potentia & actu. Diuiditur ergo pars iſta in partes

par. 1. duas. In prima oſtendit, quot modis dicitur potentia. In ſe-

Lect. ſeq. cunda, reducit omnes ad unum primū ibi: [Quæ uero ſecundum potentiā.] Circa primum duo facit. Primò, diſtinguit hoc nomen, potentia. Secundo, hoc nomen, impotentia, ibi. [Impotentia autem.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos potentiæ. Secūdo modos poſſibilis ibi: [Dicta uero poteſtate.] Ponit ergo in prima parte quatuor modos potentiæ, uel poteſtatis. Quorum primus eſt, quòd potentia dicitur principium motus, & mutationis in alio inquantū eſt aliud. Eſt enim quoddam principium motus uel mutationis in eo quod mutatur, ipſa, ſcilicet materia: uel aliquod principium formale: ad quod cō ſequitur motus, ſicut ad formam grauis uel leuis ſequitur motus ſurſum aut deorſum: ſed huiuſmodi principium non poteſt dici de potentia actiua, ad quam pertinet motus ille. Omne enim quod mouetur, ab alio mouetur. Neque aliquid mouet ſeipſum niſi per partes, inquantum una pars

par. 3. Alia litera. Adhuc autē ut bene hoc efficiat aut ſecūdum uoluntatem. Quandoque .n. ſolum uiſ que ambulantes aut loquentes, nōn bene autem, aut nō ut uellent, nō dicimus poſſe loqui aut ambulare.

part. 4. Inf par. 14. Infra par. 9 In hac. lect.

Infra par. 5. Alia litera. potens. par. 5.

Tex. cō. 18.

b Alia diuerſo inquantum diuerſum. Nam ſecundum quam patiens patitur aliquid, quandoque quidem ſi quodcunque pati ſit poſſibile, dicimus eſſe potens pati. Quandoque uero non ſecundum omnem paſſionem, ſed ſi ſecūdum excellentiorem.

c Amplius alia bene hoc perficiendi, aut ſecundum præuoluntatem. Nam quandoque ſolum progredientes, aut dicentes, nō bene uero, aut non ut maluerunt, non dicimus poſſe dicere, aut vadere. ſimiliter autem & in pati.

d Amplius quicunque habitus ſecundum quos impaſſibilia omnino, & immutabilia, aut non facile in peius mobilia, poteſtates dicuntur. Franguntur autem & conteruntur, curuantur & omnino corrumpuntur, non per potentiam, ſed per non potentiam & alicuius defectionem. Impaſſibilia uero talium quæ uix, & paulatim patiuntur propter potentiam, & poſſe aliquo modo habere.

e Dicta vero poteſtate toties, & poſſibile dicetur uno quidem modo, quod habet motus principium, aut mutationis. Etenim ſtatiuum poſſibile quoddam in diuerſo, inquantum eſt diuerſum. Alio uero modo, ſi quidē ab eo aliud poteſtatem habet talem.

eius mouet aliam, ut probatur in Octauo Phyſicorum. Potentia igitur ſecundum quod eſt principium motus in eo in quo eſt, non comprehenditur ſub potentia actiua, ſed magis ſub paſſiua. Grauitas enim in terra non eſt principium ut moueat, ſed magis ut moueatur. Potentia igitur actiua motus, oportet q ſit in alio ab eo quod mouetur, ſicut ædificatiua poteſtas non eſt in ædificato, ſed magis in ædificante. Ars autem medicinalis, q̃uis ſit potentia actiua, quia per eam Medicus curat, contingit tamen quòd ſit in aliquo ſanato, non inquantum eſt ſanatum, ſed per accidens inquantum accidit eidem eſſe Medicum & ſanatū. Sic igitur uniuerſaliter loquendo, poteſtas dicitur uno modo, principium mutationis aut motus in alio, inquantum eſt aliud. Secundum modum ponit ibi.

b ¶ Dicit q quodā alio modo dicitur poteſtas principium motus uel mutationis ab altero, inquantum eſt aliud. & hæc eſt potentia paſſiua. ſecundum quam patiens aliquid patitur. Sicut .n. omne agens & mouens, aliud a ſe mouet, & in aliud a ſe agit, ita omne patiēs ab alio patitur: & omne motum ab alio mouetur. Illud enim principium, per quod alicui competit ut moueatur uel patiatur ab alio, dicitur potentia paſſiua. Poſſe autē pati ab alio dicitur dupliciter. Aliquando quidem, quicquid ſit illud, qđ aliquid pōt pati, dicimus ipſum eſſe poſſibile ad illud patiendum, ſiue ſit bonū, ſiue malum. Aliquando uero non dr̄ aliquid potēs ex eo, q pōt pati aliqđ mali. ſed ex hoc, q pōt pati aliquod excellentius. Sicut, ſi aliquis poteſt uinci, non dicimus potentem: ſed ſi aliquis pōt doceri uel adiuuari, dicimus eum potentē. Et hoc ideo, quia poſſe pati aliquē defectū qñq; attribuitur impotentiæ, & poſſe non pati idē, attribuitur potentiæ, ut

F infra dicetur. Alia tamen litera habet [Aliquando autem nō ſm oēm paſſionem, ſed vtiq; in contrarium] Quod quidem ſic debet intelligi. Improprie .n. dicitur pati, quicquid recipit aliquam perfectionem, ab aliquo, ſicut intelligere dicitur quoddam pati. Proprie autem pati dicitur quod recipit aliquid cum ſui tranſmutatione ab eo, quod eſt ei naturale. vnde & talis paſſio dicitur eſſe abijciens a ſubſtātia. hoc aūt non pōt fieri niſi per aliquod cōtrarium. Vnde, qñ aliquid patitur ſecundū qđ eſt contrariū ſuę naturæ, vel conditioni propriæ, pati dicitur. Secundū quod etiā ægritudines paſſiones dicuntur. Quādo vero aliquis recipit id quod eſt ei cōueniens ſm ſuam naturam, magis dicitur perfici quā pati. Tertiū modū ponit ibi.

Quędam vero ab altero, aut prout alterum eſt: ſecundum quam profecto quod patitur, aliquid patitur. Quandoque igitur, ſi quodcunque pati poſſibile eſt, dicimus illud poſſe pati: quandoque vero non ſecundum omnem paſſionem, ſed ſi ad melius.

G *Item qua eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut ſecundum electionem. aliquando enim eos, qui ſolū ambularunt, aut dixerunt, non autem bene, nec vt propoſuerunt. non dicimus poſſe dicere, aut ambulare, ſimiliter quoque de pati.*

Item quicunque habitus, ſecundum quos impaſſibilia omnino. aut immutabilia ſint, aut nō facile ad deterius mo-

H *neantur, potentię dicuntur. franguntur nanque, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter poſſe, ſed propter non poſſe, & in aliquo deficere. Impaſſibilia vero a talibus ſunt, quę propter potentiam & poſſe, & aliquatenus ſe habere vix & parum patiuntur.*

Cum autem potentia tot modis dicatur, potens quoque vno quidem mo-

I *do dicetur, quod motus, aut tranſmutationis principium habet. etenim ſedatiuum potens quid eſt in altero, aut prout alterum eſt. Alio vero, ſi quid eius aliud talem potentiam habet.*

c ¶ Dicit, q alia poteſtas dicitur, quæ eſt principium faciendi aliquid non quocūq; modo, ſed bene: aut ſecundum [præuoluntatem]. i. ſecūdum q homo diſponit. Quādo .n. aliqui progrediuntur vel loquuntur, ſed nō, bene, aut non ſecundum quod volunt, dicuntur non poſſe loqui, aut progredi. Et [ſimiliter eſt in pati.] Dicitur enim aliquid poſſe pati illud, quod bene poteſt pati. Sicut dicuntur aliqua ligna combuſtibilia, quia de facili comburuntur, & incombuſtibilia, quæ non poſſunt de facili comburi. Quartum modum ponit ibi.

d ¶ Dicit, q etiā poteſtates dicuntur omnes habitus, ſiue formæ, vel diſpoſitiones, quibus aliqua dicuntur, vel redduntur omnino impaſſibilia. vel immobilia, aut non de facili mobilia in peius. Quod enim in peius mutentur, ſicut quod frangantur, uel curuentur, vel conferantur, vel qualitercunque corrumpantur, non ineſt corporibus per aliquam potentiam ſed magis per impotentiam & defectum alicuius principij: quod corrumpēti reſiſtere non poteſt. nunquam enim corrumpitur aliquid niſi propter victoriam corrumpentis ſupra ip-

K ſum. Quod quidem contingit ex debilitate propriæ uirtutis. Illis vero, quæ non poſſunt tales defectus pati, aut [uix aut paulatim,] ideſt tarde. uel modicum patiūtur, accidit eis propter potentiā, & in eo q habent [aliquo modo poſſe] ideſt cum quadam perfectione, ut non ſuperentur a contrarijs. Et per hunc modum dicitur in Prædicamentis, q durum uel ſanatiuum ſignificat potētiam naturalem non patiendi a corrumpentibus, Molle autem & ægrotatiuum impotentiam. Deinde cum dicit.

e ¶ Ponit modos poſſibilis correſpondentes prædictis modis poteſtatis. primo autem modo poteſtatis reſpondent duo modi poſſibilis. Secundum poteſtatem enim actiuam aliquid dicitur potens agere. dupliciter Vno modo, quia ipſe per ſeipſum agit immediate. Alio modo, quia agit mediante altero, cui potentiam ſuam communicat. ſicut Rex agit per Balliuum. Dicit ergo, quod cum potentia tot modis dicatur, poſſibile etiam & potens pluribus modis dicatur. Vno quidem modo, quod habet principium actiuum mutationis in ſeipſo [ſicut ſtatiuum uel ſiſtitiuum] ideſt id quod facit aliud ſtare, dicitur eſſe potens ad ſiſtendum aliquid aliud diuerſum ab eo. Alio uero modo, quando ipſe non immediate operatur, ſed aliud habet ab eo talem poteſtatem, ut poſſit immediate agere.

f ¶ Secundo ponit ſecundum modum, rñdentem ſecundo modo potentiæ, .i. potentiæ paſſiuæ dicens. quòd alio modo à prædicto, dr̃ poſsibile, ſiue potens, quod pôt mutari in aliquid, quicquid ſit illud, .i. ſiue poſsit mutari in peius, ſiue in melius. Et ſecundum hoc, aliquid dr̃ corruptibile, quia [pôt corrũpi,] quod eſt in peius mutari: vel non corruptibile, quia pôt nô corrumpi, ſi ſit impoſsibile illud .i. ipſum corrumpi. Oportet autẽ illud, quod eſt poſsibile ad aliquid patiẽdum, habere in ſe quandam diſpoſitionem, quæ ſit cauſa, & principium talis paſsionis. Et illud principium vocatur potentia paſsiua. Principium autem paſsionis, poteſt ineſſe alicui paſsibili dupliciter. Vno modo per hoc, quòd habet aliquid, ſicut homo eſt poſsibilis pati infirmitatem propter abundantiam alicuius inordinati humoris in ipſo. Alio vero modo, eſt aliquid potens pati per hoc, quòd priuat aliquo, quod poſſet repugnare paſsioni: ſicut ſi homo dicatur potẽs, infirmari ꝓpter ſubtractionem fortitudinis, & virtutis naturalis. Et hæc duo oportet eſſe in quolibet potente pati. Nunquam enim aliquid pateretur, niſi eſſet in eo ſubiectum, quod eſſet receptiuum diſpoſitionis, vel formæ, quę per paſsionem inducitur, & niſi eſſet debilitas virtutis in patiente ad reſiſtendum actioni agentis. Hi enim duo modi principij patiendi, poſſunt reduci in vnum, quia poteſt priuatio ſignificari vt habitus. Et ſic ſequetur, quòd priuari ſit habere priuationem. Et ita vterque modus erit in aliquid habendo. Quòd autem priuatio poſsit ſignificari vt habitus, & vt aliquid habitum, ex hoc contingit, quòd ens æquiuoce dicitur. & ſecundum vnum modum & priuatio & negatio dicitur ens, vt habitum eſt in principio Quarti. Et ſic ſequitur, quòd etiam negatio & priuatio poſſunt ſignificari, vt habitus. Et ideo poſſumus vniuerſaliter dicere, quòd aliquid poſsibile ſit pati propter hoc, quòd habet in ſe quendam habitum & quoddam principium paſsionis, cum etiam priuari ſit habere aliquid, ſi contingat priuationem habere.

part. 6. part. 7. part. 8. part. 9. part. 10. Lect. 1.

g ¶ Tertium modum ponit hic, & reſpondet quarto modo potentiæ, ſecundum quod potentia dicebatur ineſſe alicui, quod non poteſt corrumpi, vel in peius mutari. Dicit ergo, quòd alio modo dicitur poſsibile vel potens, inquantum non habet poteſtatem vel principium aliquod ad hoc, quod corrumpatur. Et hoc dico ab alio, inquantum eſt aliud, quia ſecundum hoc aliquid dicitur potens & virtuoſum, quod ab exteriori vinci non poteſt vt corrumpatur.

h ¶ Quartum modum ponit, qui reſpondet tertio modo potentiæ, ſecundum quem, dicebatur potentia ad bene agendum, vel patiendum. Dicit ergo ſecundum prædictos modos, qui pertinent ad agendum, vel patiendum poteſt dici aliquid potens, vel ex eo ſolum quòd aliquid accidit fieri, vel non fieri, vel ex eo quod accidit etiam bene fieri. Sicut etiam dicitur potens agere, quia poteſt bene & faciliter agere, vel quia poteſt agere ſimpliciter. Et ſimiliter potens pati & corrumpi, quia de facili hoc pati poteſt. Et iſte modus poteſtatis, etiam inuenitur in rebus inanimatis, [vt in organis], ideſt in lyra, & muſicis inſtrumentis. Dicitur enim, quòd aliqua lyra poteſt ſonare, quia bene ſonat: alia non poteſt ſonare, quia nô bene ſonat. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit quot modis dicitur impotentia, & circa hoc duo facit. Primo, diſtinguit hoc nomen, impotentia. Secundo, hoc nomen, impoſsibile, ibi: [Impoſsibilia vero.] Circa primũ duo facit. Primo. n. oſtendit communem rationem huius nominis, impotentia. Secundo oſtendit, quot modis dicatur ibi. [Amplius aũt.] Dicit ergo primo, ꝙ impotentia eſt priuatio potentiæ. Ad rationem aũt priuationis, duo requiruntur, quorum primum eſt remotio habitus oppoſiti. Id autẽ, quod opponitur impotentiæ, eſt potentia. Vnde cum potentia ſit quoddam principiũ, impotentia erit ſublatio quædã talis principij, qualis dicta eſt eſſe potentia. Secundum, quod requiritur, eſt quòd priuatio proprie dicta, ſit circa determinatum ſubiectum & determinatum tempus. Improprie autem ſumitur abſque determinatione ſubiecti, & temporis: non enim cæcum proprie dicitur, niſi quod eſt aptum natum habere viſum, & quando eſt natum habere viſum. Impotentia autem ſic dicta, dicit remotionẽ potentiæ [aut omnino], ideſt vniuerſaliter, vt ſcilicet omnis remotio potentiæ impotentia dicatur, ſiue ſit aptum natum habere, ſiue non: aut dicitur remotio in eo, quod eſt aptum natum habere quandocunque, aut ſolum tunc, quando aptum natum eſt habere. Nõ enim ſimiliter accipitur impotentia, cum dicimus, puerum non poſſe generare, & cum virum & eunuchum ſimul. Puer enim dicitur impotens generare, quia ſubiectum eſt aptum ad generandum, nõ tamen pro illo tempore. Vir autem eunuchus dicitur impotens ad generandum, quia pro illo tempore eſſet quidem aptus, non tamen poteſt, quia caret principijs actiuis generationis. Vnde hic magis ſaluatur ratio priuationis. Mulus autem, vel lapis dicitur impotens ad generandum, quia non poteſt, nec etiam habet aptitudinem in ſubiecto exiſtenẽ. Deinde cum dicit.

k ¶ Dat intelligere impotentiæ modos per oppoſitum ad modos potentiæ: ſicut enim potentia eſt duplex, ſ. actiua & paſsiua: & iterum vtraque aut ad agendum & patiendum ſimpliciter, aut ad bene agendum & patiendum, ita ſecundum vtranque potentiam, eſt impotentia oppoſita. Et [ſolum mobili & bene

A

f Alio ſi habet ꝑmutari in quolibet ſecundum poteſtatẽ, ſiue in peius, ſiue in melius. etenim corruptibile, eſſe videtur poſſibile corrũpi: aut vtiq; non corrumpi, ſi erat impoſſibile. nunc aũt quandã diſpoſitionẽ habet, & cãm talis paſsionis & principium. Aliquãdo quidẽ igitur ꝑ habere aliquid videtur, aliquãdo per priuari, tale eſſe. Sed ſi priuatio eſt habitus aliquo modo in habendo, omnia vtique erunt aliquid. Ens vero dictum ęquiuoce. Quare in habendo priuationem aliquam & principium, eſt poſſibile: & habendo huiuſmodi priuationem, ſi contingit habere priuationem.

Alio vero, ſi quid ad quodcunque tranſmutetur, ſiue in peius, ſiue in melius potentiã habeat. etenim quod corrumpitur, videtur poſſibile eſſe corrũpi. aliter non corrumperetur, ſi impoſſibile eſſet. nunc autem habet quandã diſpoſitionem, cauſam, & principium huiuſcemodi paſſionis. quandoque. n. propterea quod habet, quandoq; propterea quod priuatur, tale videtur eſſe. Quòd ſi priuatio habitus quodãmodo eſt, omnia, propterea quòd habent, profecto aliquid erunt, æquiuoce autẽ dicimus ipſum eas. Quare, propterea quòd habet habitum quẽdam, & principium, poſſibile eſt, & propterea ꝙ habet huius priuationem, ſi poſſibile eſt priuationem habere.

B

f Alio in non habendo ipſius poteſtatem aut principium in alio, inquantum eſt aliud, corruptiuum.

Alio autem modo, propterea quòd non habet eius potentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuum.

C

h Amplius autẽ ea omnia aut ex ſolo accidere fieri, aut non fieri, aut bene. nam in inanimatis eſt talis poteſtas, vt in organis. Alia enim dicunt poſſe ſonare lyram, alia non, ſi eſt non bene ſonans.

Item hæc omnia, aut eo quòd ſolum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eo quòd bene. etenim inanimatis etiam talis potentia ineſt, vt inſtrumentis, aliquam enim poſſe ſonare lyram aiunt, aliquam minime, ſi non bene ſonans eſt.

i Impotẽtia autem, eſt priuatio potentiæ, & talis principij ſublatio quædam, qualis dicta eſt, aut omnino, aut in apto nato, aut quando aptum natum eſt iã habere, non enim ſimiliter dicunt impoſsibile generare puerum, & virum, & eunuchum.

Impotentia vero, potentiæ priuatio eſt, & quædam talis principij ablatio, quale diximus, aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus eſt habere, aut & cum natura aptus ſit iam habere, non enim ſimiliter dicent impoſſibile eſſe puerum generare, & virũ eunuchum.

D

k Amplius autem ſecundũ potentiam vtranque, eſt impotentia oppoſita ei, quæ ſolum mobili, & ei quę bene mobili,

Item vtrique potentię, eſt impotentia oppoſita, & ei, quę ſolum motiua, & ei, quę bene motiua eſt.

E

bene mobili,]ideſt potentiæ actiuæ, quæ eſt ad mouendum ſim F pliciter, uel bene mouendum: & potentiæ paſſiuæ, quæ eſt ad-mouer: ſimpliciter, vel bene moueri. Deinde cum dicit.

l ¶ Oſtendit quot modis dicitur impoſſibile. & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit modos impoſſibilis. Secundo reducit illos modos ad unum, ibi: [Quæ uero ſecundum.]

parte 11. Infr.par.14. Circa primum tria facit. Primo dicit, quod uno modo dicuntur aliqua impoſſibilia ſecũdum quòd

Impoſſibile quid. habent impotentiam prædictam, quæ opponitur potentiæ. & huiuſmodi modus in quatuor diuiditur, ſicut & impotentia: ideo cum dicit. [Alio modo.] Ponit alium modum, quo dicuntur aliqui impoſſi-

parte 12. & part.13. bilia, non propter priuationem alicuius potentiæ, ſed propter repugnantiam terminorum in propoſitionibus. Cum enim poſſe dicatur in ordine ad eſſe, ſicut ens dicitur non ſolum quod eſt in rerum natura, ſed ſecundum compoſitionem propoſitionis, prout eſt in ea uerum uel fal-

parte 13. ſum, ita poſsibile & impoſſibile dicitur, non ſolum propter potentiam, uel impotentiam rei: ſed propter ueritatem & falſitatem compoſitionis, uel diuiſio-

parte 14. nis in propoſitionibus. Vnde impoſsibile dicitur, cuius contrarium eſt uerum de neceſsitate. ut diametrum quadrati eſſe commenſurabilem eius lateri, eſt impoſsibile, quia hoc tale eſt falſum, cuius contrarium non ſolum eſt uerum, ſed etiam neceſſarium: quod quidem eſt non commenſurabile eſſe. Et propter hoc eſſe commenſurabile, eſt ſalſum de neceſſitate, & hoc eſt im-

Text.co.18. part. prima. poſsibile. Tertio ibi.

m ¶ Manifeſtat quid ſit poſsibile oppoſitum impoſsibili ſecundo modo dicto. Impoſsibile enim opponitur poſsibili ſecundo modo dicto, ſicut dictum eſt. Dicit ergo, quòd poſsibile contrarium huic ſecundo impoſsibili eſt, cuius contrarium de neceſsitate eſt falſum, ſicut ſedere hominem eſt poſsibile, quia non ſedere, quod eſt eius oppoſitum, non eſt de neceſsitate ſalſum. Ex quo patet, quòd ille modus poſsibilis in tres modos diuiditur. Dicitur enim uno modo poſsibile quod falſum eſt, ſed non ex neceſsitate: ſicut hominem ſedere, dum non ſedet, quia eius oppoſitum non eſt uerum ex neceſsitate. Alio modo dicitur impoſſibile quod eſt uerum, ſed non de neceſsitate, quia eius oppoſitum non eſt falſum de neceſsitate. ſicut Socratem ſedere dum ſedet. Tertio modo dicitur poſsibile, quia licet non ſit uerum, tamen contingit in proximo verum eſſe. Deinde cum dicit.

n ¶ Oſtendit quomodo potentia ſumatur metaphorice, & dicit, quod in Geometria dicitur potentia ſecundũ metaphoram. Potentia.n. lineæ in Geometria dr̃ quadratum lineæ per hanc ſimilitudinem, quia ſicut ex eo quod eſt in potentia, fit illud quod eſt in actu, ita ex ductu alicuius lineæ in ſeipſam reſultat quadratum ipſius. Sicut ſi diceremus, quod ternarius poteſt in nouenarium, quia nouenarius conſurgit ex ductu ternarij in ſeipſum. Nam ter tria, ſunt nouem. Sicut autem impoſſibile ſecũdo modo acceptum, non dicitur ſecundũ aliquam impotentiã, ita & modi poſsibilis ultimo poſiti, non dicuntur ſecundum aliquam potentiam, ſed ſecundum ſimilitudinem, uel ſecundum modum ueri & falſi. Deinde cum dicit.

o ¶ Reducit omnes modos poſſibilis & impoſsibilis ad unũ primũ, & dicit quòd poſsibilia quæ dicuntur ſecundum potentiam, omnia dicuntur per reſpectũ ad unã primam potentiam, quæ eſt prima potentia actiua, de qua ſupra dictum eſt, quod eſt principium mutationis in alio inquantũ eſt aliud. Nam omnia alia poſſibilia dicuntur per reſpectũ ad iſtam potentiam. Aliquid enim dicitur poſsibile per hoc, quod aliquid aliud habet potentiam actiuã in ipſum, ſecundum quod dicitur poſsibile ſecundum potentiam paſſiuam. Quædam uero dicuntur poſſibilia in non habẽdo aliquid aliud talem potentiam in ipſa, ſicut quæ dicuntur potentia, quia non poſſunt corrũpi ab exterioribus agẽtibus. Quædam vero potẽtia [in ſic habendo] ideſt in hoc, quòd habent potentiam, ut bene, aut faciliter agant uel patiantur. Et ſicut omnia poſſibilia quæ dicuntur ſecundum aliquam potentiam, reducuntur ad unam primam potentiam, ita omnia impoſſibilia, quæ dicuntur ſecundum aliquam impotentiam, reducuntur ad unam primam impotentiam, quæ eſt oppoſita primæ potentię. Patet igitur, quòd propria diffinitio potentię primo modo dictę, eſt: principium permutationis in alio inquantum eſt aliud, quod eſt ratio potentię actiuę.

l Impoſſibilia vero hæc quidem ſecundum impotentiam eam dicuntur, alia alio modo, vt poſſibile & impoſſibile. Impoſſibile quidem, cuius contrarium de neceſſitate eſt verum. vt diametrum commenſurabilẽ eſſe, impoſſibile, quia falſum tale, cuius contrarium non ſolum verum, ſed & neceſſe, non G cõmenſurabile eſſe. Ergo commenſurabile nõ ſolum falſum, ſed ex neceſſitate falſum.

Impoſſibilia quoque quædam ſecundum hanc impotẽtiam dicuntur, quædam alio modo, vti poſſibile, & impoſſibile, impoſſibile quidem, cuius contrarium neceſſario uerum eſt, veluti diametrum commenſurabilem eſſe, impoſſibile eſt, quoniam falſum huiuſcemodi eſt, & cuius contrarium nõ ſolum uerum, ſed neceſſarium quoque eſt, vt incommenſurabilis ſit, commenſurabile igitur non ſolum falſum, ſed neceſſario etiam falſum eſt.

m Contrarium vero huic poſſibile, quando non neceſſe eſt contrarium falſum eſſe. vt ſedere hominẽ poſſibile. non enim ex neceſſitate non ſedere falſum. Ergo poſſibile & vno modo ſic dictum eſt quod non ex neceſſitate falſum ſignificat: Alio modo verum eſſe: alio con- H tingens verum iam.

Ipſum uero poſſibile huic contrarium, cum non ſit neceſſarium, contrarium falſum eſſe, vt ſedere hominẽ poſſibile eſt, non enim neceſſario non ſedere falſum eſt, poſſibile itaque vno quidem modo ſignificat, vt dictum eſt, quod non neceſſario falſum eſt: alio vero, ipſum verum eſſe: alio autem, contingens verum eſſe iam.

n Secundum metaphoram autem quæ in Geometria dicitur potentia. Hæc quidem igitur poſſibilia non ſecundum potentiam.

Metaphorice autem, quæ in Geometria, potentia dicitur. Hæc igitur poſſibilia, non ſecundum potentiam.

o Quę vero ſecundum potentiam omnia dicuntur ad primã vnam. & ea eſt principium mutationis in alio, inquantũ aliud. Alia namque dicuntur poſſibilia, hæc quidem eorũ in haben- I do aliquid aliud talem potentiam: illa vero in non habendo: alia in ſic habendo. Similiter autem & impoſſibilia. Quare propria diffinitio primæ potentiæ erit principium permutationis in alio, inquantum aliud.

Quæ autem dicuntur ſecundum potentiam, omnia ad primam vnam dicuntur, hæc autem eſt principiũ tranſmutationis in altero, prout alterum eſt: cætera nanque poſſibilia dicuntur, quædam eo quòd eorum aliquid talem potẽtiam habet: quædam, eo quod non habent: quædam, eo quòd ſic habent. Similiter etiam impoſſibilia. Quare propria primę potentię definitio profecto erit, principium tranſmutatiuum in altero, prout alterum eſt.

LECTIO XV.

a QVantum vero dr̃ quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorum vtrunque aut K ſingulum, vnum aliquid & hoc aliquid, aptum natum eſt eſſe.

QVantum dicitur, quod eſt in ea quę inſunt diuiſibile, quorum utrunque, aut ſingulum vnum quid, & quod quid aptum eſt eſſe.

LECTIO XV.

a QVoniam ens non ſolum diuiditur in potentiam & actũ, ſed etiam in decem prædicamenta, poſtquam Philoſophus diſtinxit hoc nomen, potentia, hic incipit diſtinguere nomina, quæ ſignificant prædicamenta, & primo nomen

men quantitatis. Secundo nomen qualitatis, ibi: [Quale aūr.] Tertio diſtinguit modos ad aliquid, ibi : [Ad aliquid dicuntur.] Alia vero prędicamenta prætermiſit, quia ſunt determinata ad aliquod genus rerū naturalium, vt patet præcipue de agere & pati, & de vbi & qñ. Circa primum tria facit. Primo, ponit rōnem quantitatis dicens, quod quantum dicitur quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt. Quod quidē dicitur ad differentiā diuiſionis miſtorum. Nam corpus miſtum reſoluitur in elementa, quæ non ſunt actu in miſto, ſed virtute tantū. Vnde, non eſt ibi tm̄ diuiſio quantitatis, ſed oportet quod adſit aliqua alteratio, per quam miſtum reſoluitur in elementa. Et iterum addit, quòd vtrunque aut ſingulum eſt natum eſſe, [vnum aliquid,] hoc eſt aliquid demonſtratum. Et hoc dicit ad remouendum diuiſionem in partes eſſentiales, quæ ſunt materia & forma. Nam neutrum eorū aptū natū eſt eſſe vnū aliquid per ſe. Secundo ibi.

Lect. seq.
Lect. 17.

part. 2.

Alia litera habet magnitudinis vero quæ quidem ad vnū continua, longitudo: quæ aūt ad duo, latitudo: quæ aūt ad tria profunditas.

part. 3.

b ¶ Ponit ſpecies quantitatis, inter quas primę ſunt duę, ſcilicet multitudo ſiue pluralitas, & magnitudo ſiue menſura. Vtrunque autem eorum habet rationem quanti, inquantum multitudo numerabilis eſt, & magnitudo eſt menſurabilis. Menſuratio enim ꝓprie pertinet ad quātitatem. Diffinitur autē multitudo ſic. Multitudo eſt, quod eſt diuiſibile ſecundum potentiam in partes non continuas. Magnitudo autem, quod eſt diuiſibile in partes continuas. Quod quidem contingit tripliciter, & ſecundum hoc ſunt tres ſpecies magnitudinis. Nam ſi ſit diuiſibile ſecundum vnam tantum dimenſionem in partes continuas, erit longitudo. Si autem in duas, latitudo. Si autem in tres, profunditas. Vlterius autem, quando pluralitas vel multitudo eſt finita, dicitur numerus. Longitudo autem finita, dicitur linea. Latitudo finita, corpus. Si enim eſſet multitudo infinita, non eſſet numerus, quia quod infinitum eſt, numerari non poteſt. Similiter, ſi eſſet longitudo infinita, non eſſet linea. Linea enim, eſt longitudo menſurabilis. Et propter hoc in ratione lineæ ponitur, quòd eius extremitates ſunt duo puncta. Simile eſt de ſuperficie & corpore. Tertio ibi.

part. 4.

c ¶ Diſtinguit modos quantitatis, & circa hoc tria facit. Primo, diſtinguit quantum in id, quod eſt quantum per ſe, ſicut linea: & in id, quod eſt quantum per accidens, ſicut muſicum. Secundo ibi.

part. 5.

d ¶ Diſtinguit quantum per ſe, quod quidem duplex eſt. Quædam. n. ſignificantur per modum ſuſtinere & ſubiecti, ſicut linea, vel ſuperficies, vel numerus. Quolibet enim illorum ſubſtantialiter eſt quantum, quia in diffinitione cuiuſlibet ponitur quantitas. Nam linea eſt quantitas continua ſecundum longitudinem, diuiſibilis finita, & ſimiliter eſt de alijs. Quædam vero per ſe pertinent ad genus quantitatis ; & ſignificantur

b Multitudo ergo, quātum aliquid, ſi fuerit numerabilis : magnitudo, ſi fuerit menſurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quod eſt diuiſibile poteſtate in non cōtinua : magnitudo aūt, quod in continua. Menſura vero, alia in vnum continuum longitudine : alia in duo latitudine: alia in tria profunditate. B Horum autem pluralitas quidē finita, numerus: ſed longitudo, linea: latitudo, ſuperficies: & profundum corpus.

c Amplius autem alia dicuntur ſm̄ ſe quanta, alia ſecundum accidens : vt linea quantum aliqd ſecundum ſe, muſicum vero ſecundum accidens.

C d Eorum vero, quę ſunt ſecundum ſe, alia ſecundum ſubſtantiam ſunt, vt linea quantum qd : nam in ratione quid eſt dicente, quantum quid exiſtit. Alia paſſiones & habitus talis ſunt ſubſtantiæ : vt multum & paucum, & productum & breue, latum & ſtrictum, profundum & humile, graue & leue, & alia talia. Sunt autem magnum & paruum, & maius & minus, ſecundum ſe & ad inuicem dicta, quanti paſſiones ſecundum ſe. D Transferuntur etiam & ad alia, ea nomina.

e Secundum accidens vero dictarum quantitatum aliæ ſic dicuntur, ſicut dictum eſt, quia muſicum quantum eſt, & albū per eſſe quantum aliquid cui inſunt. Alia vt motus & tempus. etenim hęc quanta quæ-

Multitudo igitur quantum quid, ſi numerabilis eſt : magnitudo vero, ſi menſurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quæ potentia diuiſibilis eſt in non continua : magnitudo vero, quæ in continua. Magnitudinis autem, quæ quidem ad vnum continua eſt, longitudo ; quæ vero ad duo, latitudo; quæ autem ad tria, profunditas eſt. Horum autem multitudo quidem finita numerus, longitudo vero linea, latitudo autem ſuperficies, profunditas vero, corpus eſt.

Item alia per ſe quanta quædam dicuntur, alia ſecundum accidens. vt puta linea quidem quantum quiddam per ſe eſt, muſicum vero ſecundum accidens.

Earum vero, quæ per ſe ſunt: quædam ſecundum ſubſtantiam ſunt: vt linea quantum quiddam. in diffinitione namque, quod quid eſt dicenti. quantum quiddam ineſt. quædam paſſiones, & habitus huiuſmodi ſubſtātię ſunt ; vt multum & paucum, lōgum & breue, latum & ſtrictum, profundum & humile, graue & leue, & cætera quęque huiuſcemodi. Sunt autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam ſecundum ſe paſſiones, transferuntur autem & ad alia iſta nomina.

Eorum autem, quæ ſecundum accidens dicuntur quanta, quoddam ita dicitur, vt prædictum eſt, quòd muſicum, & album quantum eſt ; eo quod illud, cui inſunt, quantum quid eſt. Quędam, vt motus & tempus. & hæc enim quanta quædam & continua.

A per modum habitus, vel paſſionis talis ſubſtantiæ, ſcilicet lineæ quæ eſt ſubſtantialiter quantitas, vel aliarum ſimilium quantitatum, ſicut multum & paucum, ſignificantur vt paſſiones numeri, & productum & breue, vt paſſiones lineæ, & latum & ſtrictum, vt paſſiones ſuperficiei : & profundum & humile ſiue altum, vt paſſiones corporis : & ſimiliter graue & leue, ſecundum opinionem illorum, qui dicebant multitudinem ſuperficiorum, vel atomorum eſſe cauſam grauitatis in corporibus, paucitatem vero eorundem, cauſam leuitatis. Sed ſecundum veritatem graue & leue non pertinent ad qualitatem, ſed ad quantitatem, vt infra ponet. Et ſimiliter eſt de alijs talibus. Quędam etiā ſunt, quæ cōiter cuiuſlibet quantitatis continuę paſſiones ſunt, ſicut magnum & paruum, maius & minus, ſiue hæc dicantur [ſecundum ſe] idest abſolute, ſiue dicantur [adinuicē,] ſicut aliquid dr̄ magnum & paruum reſpectiue, ſicut in prędicamentis habetur. Illa autē nomina, quę ſignificant paſſiones quantitatis per ſe, transferuntur etiam ad alia quàm ad quātitates. Dicitur. n. albedo magna & parua, & alia huiuſmodi. Sciendum autem eſt, quod quantitas inter alia accidentia propinquior eſt ſubſtantiæ. Vnde quidam quantitates eſſe ſubſtantias putant, ſ. lineam & numerum, & ſuperficiem & corpus. Nam ſola quantitas habet diuiſionem in partes proprias poſt ſubſtantiam. Albedo enim non poteſt diuidi, & per conſequens nec intelligitur indiuiduari, niſi per ſubiectum. Et inde eſt, quòd in ſolo quantitatis genere aliqua ſignificantur vt ſubiecta, alia vt paſſiones. Tertio ibi.

Lect. seq.

E e ¶ Diſtinguit modos quantitatis per accidens, & ponit duos modos quantitatis per accidens, quorum vnus eſt ſecundum quod aliqua dicuntur quanta per accidens ex hoc ſolo, quòd ſunt accidentia alicuius quanti, ſicut album & muſicum per hoc, quod ſunt accidentia alicuius ſubiecti, quod eſt quantum. Alio modo dicuntur aliqua quanta per accidens, non ratione ſubiecti in quo ſunt, ſeu eo quòd diuiduntur ſecundum quantitatem ad diuiſionem alicuius quantitatis, ſicut motus & tempus, quæ dicuntur quædam quanta & continua, propterea quod ea, quorum ſunt, ſunt diuiſibilia, & ipſa diuiduntur ad diuiſionem eorum. Tempus enim eſt diuiſibile & continuum propter motum, motus autem propter magnitudinem, non quidem propter magnitudinem eius, quod mouetur, ſed propter magnitudinem eius, in quo aliquid mouetur : ex eo enim quod illa magnitudo eſt quanta, & motus eſt quantus. & propter hoc quod motus eſt quantus, ſequitur tempus eſſe quantum. Vnde hæc non ſolum per accidens quantitates dici poſſunt, ſed magis per poſterius, inquantum quantitatis diuiſionem ab aliquo priori ſortiuntur. Sciendum eſt autem, quòd Philoſophus in Prædicamentis

dicamentis poſuit tempus quantitatem per ſe, cum hic ponat ipſum quantum per accidens, quia ibi diſtinxit ſpecies quantitatis ſecundum diuerſas rationes menſuræ. Aliam enim rationem menſuræ habet tempus, quod eſt menſura extrinſeca. & magnitudo, quæ eſt menſura intrinſeca, & ideo ponitur ibi vt alia ſpecies quantitatis. hic autem conſiderat ſpecies quantitatis, quantum ad ipſum eſſe quantitatis. Et ideo illa, quæ non habent eſſe quantitatis niſi ex alio, non ponit hic ſpecies quantitatis, ſed quantitates per accidens, vt motum, & tempus. Motus autem non habet aliam rationem menſuræ, quàm tempus, & magnitudo. Et ideo nec hic, nec ibi ponitur quantitatis ſpecies. Locus autem ponitur ibi ſpecies quantitatis, non hic, quia habet aliam rationem menſuræ, ſed non aliud eſſe quantitatis.

(margin: V. com. 19. part. 2.)

dam dicuntur & continua, quia illa ſunt diuiſibilia, quorũ ſunt hæ paſſiones. Dico autem non quod mouetur, ſed quo motũ eſt. nam per eſſe quantum illud, & motus eſt quantus. Tempus vero per ipſum, ſcilicet motũ.

nua dicuntur, eo quòd illa diuiſibilia ſunt, quorum hæ ſunt paſſiones, dico autem non quod mouetur, ſed quo motum eſt; etenim quoniam illud quantum eſt, & motio eſt quanta, tempus autem, propter illam.

LECTIO XVI.

QVale vno quidem modo dicitur differentia ſubſtantiæ. vt quale quid homo? quia animal bipes, equus quadrupes: & circulus qualis? quia quædam figura, quia agonion eſt, quaſi differentia ſecũdum ſubſtantiã qualitate exiſtẽte. Vno quidem itaque modo hæc dicitur qualitas differentia ſubſtantiæ.

b Alio vero modo, vt immobilia & mathematica ſicut numeri quales quidem ſunt. quemadmodum compoſiti: & non ſolũ ad vnum entes, ſed quorum imitatio ſuperficies & ſolidum. hi vero ſunt quoties quanti, aut quoties quot quanti, & totaliter quod præter quantitatem exiſtit ſubſtantia. Nam ſubſtantia cuiuſlibet, quod ſemel. Vt ipſorum ſex, non bis tres ſunt, ſed ſemel. Sex enim ſemel ſex.

c Amplius quæcunque paſſiones ſunt earum, quę mouentur, ſubſtantiarum, vt calor & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque talia; ſecundum quæ dicuntur mutari corpora permutãtium.

d Amplius ſecundũ veritatẽ & vitium, & oĩno bonũ & malũ.

G *LECTIO XVI.*

QVale dicitur vno modo differentia ſubſtantiæ, vtputa quale animal homo, quoniam bipes, equus vero quadrupes, & circulus qualis? quædam figura, quoniam abſque angulis eſt, tanquàm differentia, quæ ſecundum ſubſtantiam, qualitas ſit, vno itaque modo qualitas dicitur ſubſtantiæ differentia.

H

Alio, vt immobilia, & mathematica, veluti numeri quales quidam ſunt, vt qui compoſiti: & non ſolum, qui ad vnum ſunt, ſed hi, quorum imitatio ſuperficies & ſolidum: hi autem ſunt, qui, quoties quanti, aut quoties quanti quoties, & omnino quod in ſubſtantia, præter quantum exiſtit. ſubſtantia namque cuiuſque eſt quod ſemel, vtputa ipſorum ſex, non qui bis, vel ter, ſed qui ſemel, ſex enim ſemel, ſex ſunt.

I

Item quæcunque ſubſtantiarum, quæ mouentur paſſiones, vt caliditas & frigiditas, albedo & nigredo, grauitas & leuitas, & quæcunque ſimilia, ſecundum quæ dicuntur alterari corpora, ipſis mutatis.

Item, ſecundum virtutem & malitiam, & omnino bonum & malum.

LECTIO XVI.

(margin: part. 2.)

HIc diſtinguit modos qualitatis, & circa hoc duo facit. Primo ponit quatuor modos qualitatis. Secundo reducit eos ad duos, ibi. [Fere vero ſecundum duos modos.] Dicit ergo primo, quod vnus modus qualitatis eſt ſecundum quod qualitas dicitur [differentia ſubſtantiæ,] idest differentia, per quam aliquid ab altero ſubſtantialiter differt, quæ intrat in diffinitionem ſubſtantiæ. Et propter hoc dicitur, quòd differentia prædicatur in quale quid. Vt ſi quæratur, quale animal eſt homo? reſpondemus, quòd bipes: & quale animal equus? reſpondemus quòd quadrupes: & qualis figura eſt circulus? reſpondemus quòd agonion, idest ſine angulo, ac ſi ipſa differentia ſubſtantiæ qualitas ſit. Vno igitur modo ipſa differentia ſubſtantiæ qualitas dicitur. Hunc autem modum qualitatis Ariſt. in prædicamentis prætermiſit, quia non continetur ſub prædicamento qualitatis de quo ibi agebat. Hic autem agit de ſignificationibus huius nominis qualitas. Secundo ponit ibi.

(margin: Inf. part. 5. Alia litera melior. ſecũdum quantitatem. — part. 3. — part. 4.)

b ¶ Dicit, quòd alius modus qualitatis vel qualis, eſt ſecundum quod immobilia & mathematica dicuntur qualia. Mathematica enim abſtrahunt a motu, vt in Sexto huius dicetur. Mathematica.n. ſunt numeri & magnitudines, & in vtriſque vtimur nomine qualis. Dicimus enim ſuperficies eſſe quales, inquãtum ſunt quadratæ, vel triangulares. Et ſimiliter numeri dicuntur quales, inquantum ſunt compoſiti. Dicuntur autem numeri compoſiti: qui communicant in aliquo numero menſurante eos, ſicut ſenarius numerus & nouenarius menſurantur ternario, & non ſolum ad vnitatem comparationem habent, ſicut ad menſuram communem. Numeri autem incompoſiti, vel primi in ſua proportione dicuntur, quos non menſurat alius numerus communis, niſi ſola vnitas. Dicuntur etiam numeri quales ad ſimilitudinem ſuperficiei [& ſolidi,] idest cor-

F poris. Secundum quidem imitationem ſuperficiei, inquantum numerus ducitur in numerum uel eundem, vel alium, ut cum dicitur, bis tria, vel ter tria. Et hoc eſt quod dicit [quoties quanti.] Nam deſignatur quaſi una dimenſio in hoc, quod dicitur [tria] quaſi uero ſecunda dimenſio, hoc quod dicitur [bis tria] vel etiam [ter tria.] Ad imitationem uero ſolidi, quando eſt duplex ductus, vel eiuſdem numeri in ſeipſum, uel diuerſorum numerorum in vnum, vt cum dicitur ter tria ter, uel bis tria bis, vel bis tria quater. Et hoc eſt quod dicit [Quoties quot quanti.] Sic enim conſideratur in numero quaſi tres dimenſiones ad modum ſolidi. In hac autem numerorum ordinatione, aliquid cõſideratur per modum ſubſtantiæ, ſicut hoc quod dico tria, vel quecunque numerus, qui in aliũ ducitur. Aliquid uero per modum quantitatis, ſicut ipſe ductus unius numeri in alterum, uel in ſeipſum, vt cum dico bis tria, binarius ſignificatur per modum quantitatis menſurantis, ternarius vero per modum ſubſtantiæ. Id ergo, quòd exiſtit in ſubſtantia numeri præter ipſam quantitatem, quæ eſt numeri ſubſtantia, dicitur qualitas eius, vt hoc quod ſignificatur per hoc, quod dicitur bis uel ter. Alia litera habet [ſecundum quantitatem] & tunc ſubſtantia numeri dicitur ipſe numerus ſimpliciter prolatus, vt quod dico tria. Quantitas autem, ſecundum quam attenditur eius qualitas, dicitur ipſa multiplicatio numeri in numerum. Et huic concordat litera ſequẽs,

K quæ dicit, quòd ſubſtantia cuiuslibet numeri eſt id quod ſemel dicitur. Sicut ſubſtantia ſenarij eſt quod dicitur ſemel ſex, non quod dicitur bis tria, uel ter duo, ſed hoc pertinet ad eius qualitatem. Dicere enim numerum eſſe ſuperficialem vel ſolidum ſiue quadratum, ſiue cubitum, ſignificat eum eſſe qualem. Hic autem modus qualitatis, eſt quarta ſpecies in prædicamentis poſita. Tertio ponit ibi.

c ¶ Dicit, quòd etiam qualitates dicuntur paſſiones ſubſtantiarum mobilium, ſecundum quas corpora per alterationem mutantur, ut calidum, & frigidum, & huiuſmodi. Et hic modus pertinet ad tertiam ſpeciem qualitatis in prædicamentis poſitam. Quartum ponit ibi.

d ¶ Dicit, quòd qualitas ſiue quale, dicitur quarto modo ſecundum quod aliquid diſponitur per uirtutem & uitium, uel qualitercunque per bonum & malum, ſicut per ſcientiam & ignorantiam, ſanitatem & ægritudinem, & huiuſmodi, & hæc eſt prima ſpecies qualitatis in prædicamentis poſita. Prætermittit autem inter hos modos ſecundam qualitatis ſpeciem, quia magis comprehenditur ſub potentia, cum non ſignificetur niſi ut principium paſſioni reſiſtens, ſed propter modum denominandi, ponitur in prædicamentis inter ſpecies qualitatis. Secundum

eundum autem modum eſſendi, magis continetur ſub potentia, ſicut & ſupra poſuit. Deinde cum dicit.

a ¶ Reducit quatuor poſitos modos ad duos dicens, quòd quale dicitur aliquid fere ſecundum duos modos, inquantum alij duo de quatuor reducuntur ad alios duos. Horum autem vnus principaliſſimus eſt primus modus, ſecundum quẽ differentia ſubſtantiæ dicitur qualitas, quia per eum aliquid ſignificatur informatum & qualificatum. Et ad hunc modum reducitur qualitas, quæ eſt in numeris & in mathematicis alijs, ſicut quædam pars: huiuſmodi. n. qualitates ſunt quaſi quædam differentiæ ſubſtantiales mathematicorum, nam ipſa ſignificantur per modum ſubſtantiæ, potius quàm alia accidentia, vt 10 cap. de quantitate dictum eſt. Sunt autem huiuſmodi qualitates differentiæ ſubſtantiarum, aut non motarum, aut non inquantum ſunt motæ. Et hoc dicit, vt oſtendat quantum ad propoſitum non differre: vtrum mathematica ſint quædam ſubſtantiæ per ſe exiſtentes ſecundum eſſe, vt dicebat Plato a motu ſeparatæ, ſiue ſint in ſubſtantijs mobilibus ſecundum eſſe, ſed ſeparatæ ſecundum rationem. Primo enim modo eſſent qualitates non motorum: ſecundo autem, motorum, ſed non inquantum ſunt mota. Secundus modus principalis eſt, vt paſſiones motorum, inquantum mota, & etiam differentiæ motuum, dicantur qualitates. Quæ quidem dicuntur differentiæ motuum, quia alterationes differunt ſecundum huiuſmodi qualitates, ſicut calefieri & infrigidari, ſecundum calidum & frigidum. Et ad hunc modum reducitur ille modus, ſecundum quem vitium & virtus dicitur qualitas, hic enim modus eſt quaſi quædam pars illius. Virtus enim & vitium oſtendunt quaſdam differentias motus & actus, ſecundum bene & male. Nam virtus E eſt, per quam ſe aliquis habet bene ad agendum & patiendum. Vitium autem, ſecundum quod male. Et ſimile eſt de alijs habitibus, ſiue intellectualibus, ut ſcientia, ſiue corporalibus ut ſanitas. Sed tamen bene & mala maxime pertinet ad qualitatem in rebus animatis, & præcipue in habentibus [prohæreſim] id eſt electionem. Et hoc ideo, quia bonum habet rationem finis. Ea vero, quæ agunt per electionem, agunt propter finem. Agere autem propter finem, maxime competit rebus animatis. Res enim inanimatæ agunt, uel mouentur propter finem, non tanquam cognoſcentes finem, neque tanquam ſe agentes ad finem, ſed potius ab alio diriguntur, qui eis naturalem inclinationem dedit, ſicut ſagitta dirigitur in finem a ſagittante. Res autem irrationales animatæ cognoſcunt quidem finem & appetunt ipſum appetitu animali, & mouent ſeipſa localiter ad finem, tanquam iudicium habentes de fine: ſed appetitus finis, & eorum, quæ ſunt propter finem, determinatur eis ex naturali inclinatione. Propter quod ſunt magis acta, quàm agentia. Vnde nec in eis eſt iudicium liberum. Rationalia vero, in quibus ſolum eſt electio, cognoſcunt finem & proportionem eorum, quæ ſunt in finem ipſum. Et ideo, ſicut ſeipſa mouent ad finem, ita etiam ad appetendum finem, vel ea quæ ſunt propter finem, ex quo eſt in eis electio libera.

Alia litera & horũ vno principaliſſimo.

par. 5.

Tex. cõ. 20. par. prima.

c Fere vero ſecũdum duos modos dicitur quale, & * horum quodã maxime ſecundum priorem. Nam prima qualitas ſubſtantiæ differẽtia, eius vero quædam & quæ in numeris qualitas pars. nam differentia quædam ſubſtantiarum eſt, ſed aut non motorum, aut non in quantum mota. B Hæ autem paſſiones motorum inquantum ſunt mota, & motuum differentiæ. Virtus autem & vitium, paſſionũ pars quædam eſt. Differentias enim oſtendunt motus & actus, ſecundum quos faciunt vel patiuntur bene, aut praue, quæ ſunt in motu. Poſſibile nanque ſic moueri aut agere, bonum: quod vero non ſic ſed contrarie, prauum. Maxime vero bonum & malum ſignificant quale in animatis, & C horum maxime in habentibus prohæreſim.

Fere itaque ſecundum duos modos dici poſſit ipſum quale, & horum vnũ maxime proprium, prima etenim qualitas ſubſtantiæ differentia eſt, huius autem pars, & quę in numeris qualitas eſt, etenim differentia quędam ſubſtantiarum eſt. ſed non aut eorum, quę mouentur, aut non prout mouentur: hę autem paſſiones eorum, quę mouentur, prout mouentur, ſunt & motuum differentię. Virtus autem, & malitia paſſionum quędam partes ſunt. differentias enim motus, & actionis quaſdam manifeſtant ſecundum quas bene, vel male agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu ſunt. Quod enim hoc modo poteſt moueri, aut agere, bonum, quod vero illo modo & contrario, prauum. Maxime autem bonum & malum ſignificant qualitatem in illis, quę animata ſunt, & in illis maxime, quæ habent electionem.

LECTIO XVII.

a AD aliquid dicuntur alia per ſe, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & totaliter multiplicatum ad multiplicati partem, & D continens ad contentum. Alia, vt calefactiuum ad calefactibile, & ſectiuum ad ſecabile, & omne actiuum ad paſſiuum. Alia, ut menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum.

LECTIO XVII.

AD aliquid dicuntur quædam, vt duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad multiplicati partem, & exceedens ad exceſſum. Quædam, vt calefactiuum ad calefactibile, & ſectiuum ad ſecabile, & omnino actiuum ad paſſiuum. Quędam, vt menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſibile ad ſenſum.

LECT. XVII.

a HIC determinat Philoſophus de ad aliquid. & circa hoc duo facit. Primo ponit modos eorum, quæ ſunt ad aliquid ſecundum ſe. Secundo eorum, quæ ſunt ad aliquid, ratione alterius, ibi: [Illa vero quia ſua genera] Circa primum duo facit. Primo enumerat modos eorum, quæ ſecundum ſe ad aliquid dicuntur. Secundo proſequitur de eis, ibi: [Dicuntur autem prima.] Ponit ergo tres modos eorum, quæ ad aliquid dicuntur, quorum primus eſt, ſecundum numerum & quantitatem. ſicut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem & [multiplicatum,] id eſt multiplex ad partem [multiplicati,] id eſt ad ſubmultiplex, [& continens ad contentum.] Accipitur autem continens pro eo, quod excedit ſecundum quantitatem. Omne enim excedens ſecundum quantitatem, continet in ſe illud quod exceditur. eſt enim hoc & adhuc amplius, ſicut quinque continent in ſe quatuor, & tricubitum continet in ſe bicubitum. Secundus modus eſt, prout aliqua dicuntur ad aliquid ſecundum actionem & paſſionem, vel potentiam actiuam & paſſiuam, ſicut calefactiuum ad calefactibile, quod pertinet ad actiones naturales, & ſectiuum ad ſectibile, quod pertinet ad actiones artificiales, & vniuerſaliter omne actiuum ad paſſiuum. Tertius modus eſt, ſecundum quod menſurabile dicitur ad menſuram. accipitur autem hic menſura & menſurabile, non ſecundum quantitatem. hoc enim ad primum modum pertinet, in quo vtrunque ad vtrunque dicitur: nam duplum dicitur ad dimidium, & dimidium ad duplum. Sed ſecundum menſurationem eſſe & veritatis. Veritas enim ſcientiæ menſuratur a ſcibili. Ex eo enim, quòd res eſt uel non eſt, oratio ſcita, vera vel falſa eſt, & non e conuerſo. Et ſimiliter eſt de ſenſibili & ſenſu. Et propter hoc, non mutuo dicuntur menſura ad menſurabile & e conuerſo, ſicut in alijs modis, ſed ſolum menſurabile ad menſuram. & ſimiliter etiam imago dicitur ad id, cuius eſt imago, tanquam menſurabile ad menſuram. veritas enim imaginis menſuratur ex re, cuius eſt imago. Ratio autem iſtorum modorum hæc eſt, Cum enim relatio, quæ eſt in rebus, conſiſtat in ordine quodam vnius rei ad aliam, oportet tot modis huiuſmodi relationes eſſe, quot modis contingit vnam rem ad aliam ordinari. Ordinatur autem vna res ad aliam, vel ſecundum eſſe, prout eſſe vnius rei dependet ab alia, & ſic eſt tertius modus: vel ſecundum virtutem actiuam & paſſiuam, ſecundum quod vna res ab alia recipit, vel alteri confert aliquid, & ſic eſt ſecundus modus. Vel

Infra par. 6.

parte 1.

ſecundum

ſecundum quod quantitas vnius rei, poteſt menſurari per aliam, & ſic eſt primus modus. Qualitas autem rei, inquantum huiuſmodi, non reſpicit niſi ſubiectum in quo eſt. Vnde ſecundum ipſam, vna res non ordinatur ad aliam, niſi ſecundum quod qualitas accipit rationem potentiæ paſſiuæ, vel actiuæ, prout eſt principium actionis vel paſſionis. Vel ratione quantitatis, vel alicuius ad quantitatem pertinentis. ſicut dicitur aliquid albius alio: vel ſicut dicitur ſimile, quod habet vnam aliquam qualitatem. Alia vero genera magis conſequuntur relationem, quàm poſſint relationem cauſare. Nam quando, conſiſtit in aliquali relatione ad tempus. Vbi vero, ad locum. Poſitio autem, ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Deinde cum, dicit.

pars. b ¶ Proſequitur tres modos enumeratos. & primo proſequitur primum. Secundo proſequitur ſecundum ibi [Actiua vero & paſſiua.] Tertio tertium, ibi [Ergo ſecundum numerum:]. Circa primum, duo facit. Primo ponit relationes, quæ conſequuntur numerum abſolute. Secundo, ponit relationes, quæ conſequuntur vnitatem abſolute, ibi: [Et amplius æquale.] Dicit ergo, quòd primus modus relationum, qui eſt ſecundum numerum, diſtinguitur hoc modo, quia vel eſt ſecundum comparationem numeri ad numerum, vel numeri ad vnum, & ſecundum comparationem ad vtrunque dupliciter, quia vel eſt ſecundum comparationem numeri indeterminate ad numerum, aut ad vnum determinate. Et hoc eſt quod dicit, quòd prima, quæ dicuntur ad aliquid ſecundum numerum, aut dicuntur [ſimpliciter,] id eſt vniuerſaliter vel indeterminate, aut determinate. Et vtrolibet modo [ad eos,] ſcilicet numeros. [Aut ad vnum,] id eſt ad vnitatem. Sciendum eſt autem, quòd omnis menſuratio, quæ eſt in quantitatibus continuis, aliquo modo deriuatur a numero. Et ideo relationes, quæ ſunt ſecundum quantitatem continuam, etiam attribuuntur numero. Sciendum eſt etiam, quòd proportio numeralis, diuiditur primo in duas, ſcilicet æqualitatis, & inæqualitatis. Inæqualitatis autem ſunt duæ ſpecies, ſcilicet excedens, & exceſſum, & magis & minus. Inæquale autem excedens in quinque ſpecies diuiditur. numerus enim maior quandoque reſpectu minoris eſt multiplex, quando ſcilicet aliquoties continet ipſum, ſicut ſex continet duo ter. & ſi quidem contineat ipſum bis, dicitur duplum, ſicut duo ad vnum, vel quatuor ad duo. Si ter, triplum, ſi quater, quadruplum. & ſic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum numerum minorem ſemel, & inſuper vnam aliquam partem eius, & tunc dicitur ſuperparticularis. Et ſiquidem contineat totum & medium, vocatur ſexquialterum, ſicut tria ad duo. Si autem tertium, ſexquitertius, ſicut quatuor ad tria. Si quartam, ſexquiquartus, ſicut quinque ad quatuor, & ſic inde. Quandoque numerus maior continet minorem totum ſemel, & inſuper non ſolum vnam partem, ſed plures partes. & ſic dicitur ſuperpartiens. Et ſi quidem contineat duas partes, dicitur ſuperbipartiens, ſicut quinque ſe habent ad tria. Si vero tres, dicitur ſupertripartiens, ſicut ſeptem ſe habent ad quatuor. Si autem quatuor, ſic eſt ſuperquadripartiens, & ſic ſe habet nomen ad quinque. Et ſic inde. Quandoque vero numerus maior continet totum minorem pluries, & inſuper aliquam partem eius, & tunc dicitur multiplex ſuperparticularis. Et ſi quidem contineat ipſum bis & mediam partem eius,

Infra pt. 5. Infra pt. 4. Infra par. 9.

F dicitur duplum ſexquialterum, ſicut quinque ad duo. Si autem ter & mediam partem eius, vocabitur triplum ſexquialterum, ſicut ſe habent ſeptem ad duo. Si autem quater & dimidiam partem eius, dicitur quadruplum ſexquialterum, ſicut nouem ad duo. Poſſent etiam ex parte ſuperparticularis huiuſmodi proportionis ſpecies ſumi. vt dicatur duplex ſexquitertius, quando maior numerus habet minorem bis & tertiam partem eius, ſicut ſe habent ſeptem ad tria: vel duplex ſexquiquartus, ſicut nouem ad quatuor, & ſic de alijs. Quandoque etiam numerus maior habet minorem totum plures, & etiam plures partes eius, & tunc dicitur multiplex ſuperpartiens. Et ſimiliter proportio poteſt diuidi ſecundum ſpecies multiplicitatis, & ſecundum ſpecies ſuperpartientis, ſi dicatur duplum ſuperbipartiens, quando habet maior numerus totum minorem bis & duas partes eius, ſicut octo ad tria. Vel etiam duplum ſuperbipartiens, ſicut vndecim ad tres. Vel etiam duplum ſupertripartiens, ſicut vndecim ad quatuor. Habet enim totum bis, & tres partes eius. Et totidem ſpecies ſunt ex parte inæqualitatis eius, qui exceditur. Nam numerus minor dicitur ſubmultiplex. ſubparticularis, ſubpartiens, ſubmultiplex ſubparticularis: ſubmultiplex, ſubpartiens, & ſic de alijs. Sciendum autem, quòd prima ſpecies proportionis, ſcilicet multiplicitas conſiſtit in comparatione vnius numeri ad vnitatem. Quælibet enim eius ſpecies inuenitur primo I in aliquo numero reſpectu vnitatis: Duplum enim primo inuenitur in binario reſpectu vnitatis. & ſimiliter proportio tripla in ternario reſpectu vnitatis, & ſic de alijs. Primi autem termini, in quibus inuenitur aliqua proportio, dant ſpeciem ipſi proportioni. vnde in quibuſcunque alijs terminis conſequenter inueniatur, inuenitur in eis ſecundum rationem primorum terminorum. ſicut proportio dupla primo inuenitur inter duo & vnum. vnde ex hoc proportio recipit rationem & nomen. Dicitur enim proportio dupla, proportio duorum ad vnum. & propter hoc, ſi etiam vnius numerus reſpectu alterius numeri ſit duplus, tamen hoc eſt ſecundum quòd minor numerus accipit rationem vnius, & maior rationem duorum. ſex enim ſe habent in dupla proportione ad tria, inquantum tria ſe habent ad ſex, vt vnum ad duo. & ſimile eſt in tripla proportione, & in omnibus alijs ſpeciebus multiplicitatis. K & ideo dicit, quòd illa relatio dupli, eſt per hoc, quòd numerus determinatus, ſcilicet duo, [refertur ad vnum,] id eſt ad vnitatem. ſed hoc, quod dico multiplex, importat relationem numeri ad vnitatem; ſed non alicuius determinati numeri, ſed numeri in vniuerſali. Si enim determinatus numerus acciperetur binarius, vel ternarius, eſſet vna ſpecies multiplicitatis, vt dupla uel tripla. Sicut autem duplum ſe habet ad duo, & triplum ad tria, quæ ſunt numeri determinati, ita multiplex ad multiplicitatem, quia ſignificat numerum indeterminatum. Aliæ autem proportiones non poſſunt attendi ſecundum numerum ad vnitatem, ſcilicet neque proportio ſuperparticularis, neque ſuperpartiens, neque multiplex ſuperparticularis, neque multiplex ſuperpartiens. Omnes enim hæ proportionum ſpecies, attenduntur ſecundum quòd maior numerus continet minorem ſemel, vel aliquoties, & inſuper vnam vel plures partes eius. Vnitas autem partem habere non poteſt. & ideo nulla harum proportionum poteſt inueniri ſecundum comparationem numeri ad vnitatem; ſed ſecundum comparationem

b Dicuntur autem prima quidem ſecundum numerum, aut ſimpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vt duplum ad dimidium, vt numerus determinatus. Multiplex vero ſecundum numerum ad vnum, ſed non determinatum, vt hunc aut hunc. Sed hemiolium ad ſubhemiolium, ſecundum numerum ad numerum determinatum. Et ſuperparticulare ad ſubparticulare ſecundum indeterminatum, vt multiplex ad numerum. Continens autem ad contentum omnino indeterminatum ſecundum numerum. Numerus enim commenſurabilis. Secundum non commenſurabilem autem numerum dicuntur. Continens enim ad contentum tantum quid eſt, & amplius, H ſed hoc indeterminatum. quodcunque enim euenit, aut æquale eſt, aut non æquale. Hæc igitur ad aliquid omnia ſecũdum numerum dicuntur, & numeri paſſiones.

Dicuntur autem prima quidem ſecundum numerum, aut ſimpliciter, aut determinate ad eos, aut ad vnum. vtputa duplum quidem ad vnum numerus determinatus. multiplex vero ſecundum numerum ad vnum, non tamen determinatum, vt hunc vel hunc, ſexquialterum vero ad ſubſexquialterum ſecundum nu- G *merum ad numerum determinatum; ſuperpartiens autem ad ſuperpartientem ſecundum indeterminatum, ſicuti multiplex ad vnum: excedens autem ad exceſſum, omnino indeterminatum ſecundum numerum. numerus enim commenſurabilis, ſecundum vero incommenſurabilem numerum dicitur. excedens enim ad exceſſum tantum eſt, & vltra. hoc vero indeterminatum eſt, quodcunque enim contingit, eſt aut æquale, aut non æquale. Hæc itaque ad aliquid omnia ſecundum numerum dicuntur, & numeri paſſiones ſunt.*

rationem numeri ad numerum. Et ſic eſt duplex, uel ſecundum numerum determinatum, uel ſecundum numerum indeterminatum. Si autem ſecundum numerum determinatum, ſic [eſt hemiolum] ideſt ſexquialterum, aut [ſubhemiolum] ideſt ſuperſexquialterum. Proportio enim ſexquialtera primo conſiſtit in his terminis,
par. 3. ſcilicet ternario, & binario, & ſub ratione eorum in omnibus alijs inuenitur. Vnde quod dicitur hemiolum, uel ſexquialterum, importat relationem determinati numeri ad determinatum numerũ, ſcilicet triũ ad duo. Quod uero dicitur ſuperparticulare, refertur ad ſubparticulare, non ſecundum determinatos numeros, ſicut etiam multiplex refertur ad vnum, ſed
par. 4. ſecundum numerum indeterminatum. Primæ enim ſpecies inæqualitatis ſuperius numeratæ, accipiuntur ſecundum indeterminatos numeros, ut multiplex, ſuperparticulare, ſuperpartiens &c. Species uero illorum, accipiuntur ſecundum numeros determinatos, ut duplum, triplum, ſexquialterũ, ſexquitertium, & ſic de alijs. Contingit enim aliquas quãtitates continuas habere proportionem adinuicem, ſed non ſecundum aliquem numerum, nec determinatum, nec indeterminatum. Omnium enim quantitatum continuarum
par. 5. eſt aliqua proportio: non tamen eſt proportio numeralis, quorumlibet enim duorum numerorum eſt una menſura communis, ſcilicet vnitas, quæ aliquoties ſumpta, quemlibet numerum reddit. Non autẽ quarumlibet quantitatum continuarum inuenitur eſſe una menſura communis, ſed ſunt quædam quantitates continuæ incommenſurabiles: ſicut diameter quadrati eſt incommenſurabilis lateri. Et hoc ideo, quia non eſt proportio eius ad latus, ſicut proportio numeri ad numerum, uel numeri ad unum. Cum ergo dicitur in quantitatibus, quòd hæc eſt maior illa, uel ſe habet ad illam ut continens ad contentum, non ſolum hæc ratio non attenditur ſecundum aliquam determinatam ſpeciem numeri, ſed nec etiam quod ſit ſecundum numerum, quia omnis numerus eſt alteri commenſurabilis, omnes enim numeri habent unam communem menſuram, ſcilicet vnitatem: ſed continens & contentum non dicuntur ſecundum aliquam commenſurationem numeralem. Continens enim ad contentum dicitur, quod eſt tantum, & adhuc amplius, & hoc eſt indeterminatum, utrum ſit commenſurabile, uel non commenſurabile. Quantitas enim qualiſcunque accipiatur, uel eſt æqualis uel inæqualis. Vnde ſi non eſt æqualis, ſequitur quòd ſit inæqualis & continens, etiam ſi non ſit commenſurabilis. Patet igitur, quòd omnia prædicta dicuntur ad aliquid ſecundum numerum, & ſecundũ paſſiones numerorũ quæ ſunt commenſuratio, proportio, & huiuſmodi. Deinde cum dicit.

c Et amplius æquale, & ſimile, & idem ſecundum alium modum, hæc enim ſecundum unũ dicuntur omnia. Eadem nãque, quorum una eſt ſubſtantia. Similia uero, quorum qualitas eſt una. Aequalia uero, quorum quantitas eſt una. Vnum uero, eſt numeri principium & metrum. Quare ea omnia dicuntur ad aliquid, ſecundum numerum quidem, non tamen eodem modo.

d Actiua vero & paſſiua ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam ſunt, & actiones potẽtiarum, vt calefactiuum ad calefactibile, quia poteſt, & iterum calefaciens ad calefactum, & ſecãs ad ſectum, tãquàm agentia. Eorum vero, quæ ſunt ſecundum numerum, non ſunt actiones, niſi quemadmodum in alijs dictum eſt: quæ autem ſecundum motum actiones non exiſtunt. Iſtorum autem, quæ ſecundum potentiam: & ſecũdum tempus iã dicuntur ad aliquid, vt faciens ad quod fit: & facturum ad faciẽdum. Sic enim pater filij dicitur pater. Hoc quidem enim fecit, illud autẽ paſſum quid eſt. Amplius quædam ſecundum priuationem potentiæ, ut impoſſibile: & quęcunque ſic dicuntur, ut inuiſibile.

e Ergo ſecundum numerum & potentiam dicta ad aliquid, oĩa ſunt ad aliquid, eo ꝙ ipſum, qđ eſt alterius, dicitur quid eſt, ſed non eo ꝙ aliud ad aliud. Menſurabile vero, & ſcibile, & intellectuale, eo ꝙ aliud dicitur ad ipſum, ad aliquid dicuntur, ſed

Et adhuc ęquale, ſimile, & idem ſecundum alium modum. ſecundum vnum etenim omnia dicuntur. Eadem enim ſunt, quorum ſubſtantia vna. Similia vero, quorum qualitas vna. Aequalia autem, quorum quantitas vna. ipſum vero vnum numeri principium, & menſura. vnde hęc
B *omnia ad aliquid dicuntur, ſecundum numerum quidem, non tamen eodem modo.*

Actiua vero, & paſſiua ſecundum actiuam & paſſiuam potentiam, & potentiarum actiones. vtputa calefactiuum ad calefactibile, quoniam poſſunt. & rurſus calefaciens ad id, quod calefit, & ſecans ad id, quod ſecatur, vt agentia. Eo-
C *rum autem, quæ ſecundum numerum ſunt, non ſunt actiones, niſi quemadmodum in alijs dictum eſt, ſed ſecundum motum actiones non exiſtunt. Eorum vero, quæ ſecundum potentiam, etiam ſecundum tempora iam dicuntur ad aliquid. veluti quod fecit, ad id, quod factum eſt: & id, quod facturum eſt, ad id, quod faciendum eſt. ſic enim pater quoque filij pater dicitur. hoc enim fecit, at illud paſſum quid eſt. Item quędam ſecundum priuationem potentiæ. vt impoſſibile: & quęcunque ita dicuntur, vt inuiſibile.*

D

Quæcunque igitur ſecundum numerum, & potentiam ad aliquid dicuntur, cuncta ſunt ad aliquid, eò quòd ipſum, quod eſt alterius, dicitur ipſum, quod eſt, ſed non eò quòd aliud ad illud. Menſurabile autem, & ſcibile, & intelligibile, eò quòd aliud ad illud dicitur. Nam in-

A c ¶ Ponit relatiua quæ accipiuntur ſecundum vnitatem, & non per comparationem numeri ad vnum, vel ad numerum, & dicit quòd alio modo a prædictis dicuntur relatiuè, æquale, ſimile, & idem. hæc enim dicuntur ſecundum vnitatem. Nam eadem ſunt, quorum ſubſtantia eſt vna. Similia, quorum qualitas eſt vna. Aequalia, quorum quantitas eſt vna. Cũ autem vnum ſit principiũ numeri & menſura, patet etiã quòd hæc dicuntur ad aliquid [ſecundum numerum,] ideſt ſecundum aliquid, ad genus numeri pertinens, non eodem modo tamen hæc vltima cum primis. Nam primæ relationes, erant ſecundum numerum ad numerum, vel ſecundum numerum ad vnum, hoc autem ſecundum vnum abſolute. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequitur de ſecundo modo relationum, quæ ſunt in actiuis, & paſſiuis, & dicit, quòd huiuſmodi relatiua ſunt relatiua dupliciter. Vno modo, ſecundum potentiam actiuam & paſsiuam, & ſecundo modo ſecundum actus harum potentiarum; qui ſunt agere & pati, ſicut calefactiuum dicitur ad calefactibile ſecundum potentiam actiuam & paſsiuam. Nam calefactiuum eſt, quod poteſt calefacere. Calefactibile vero, quod poteſt calefieri. Calefaciens autem ad calefactum, & ſecans ad id, quod ſecatur, dicuntur relatiuè ſecundum actus prędictarum potentiarum. Et differt iſte modus relationum a præmiſsis. Quæ enim ſunt ſecundum numerum, non ſunt aliquæ actiones niſi ſecundum ſimilitudinem, ſicut multiplicare, diuidere, & huiuſmodi, ut etiam in
E alijs dictum eſt, ſcilicet in 2 Phyſic. Vbi oſtendit, quòd mathematica abſtrahunt a motu, & ideo in eis eſſe non poſſunt huiuſmodi actiones, quæ ſecundum motum ſunt. Sciendum etiam eſt, quòd eorum relatiuorum, quæ dicuntur ſecundum potentiã actiuam & paſsiuam, attenditur diuerſitas ſecundum diuerſa tempora. Quædam enim horum dicuntur relatiue ſecundum tempus præteritum, ſicut quod fecit ad illud quod factum eſt, ut pater ad filium, quia ille genuerit, ille genitus eſt, quæ differunt ſecundum feciſſe, & paſſum eſſe. Quædam uero ſecundum tempus futurum, ſicut facturus refertur ad faciendum. Et ad hoc genus relationum reducuntur illæ relationes, quæ dicuntur ſecundum priuationem potentiæ, ut impoſsibile & inuiſibile. Dicitur enim aliquid impoſsibile huic uel illi, & ſimiliter inuiſibile. Deinde cum dicit. Text. c6. 18.

e ¶ Proſequitur de tertio modo relationũ: & dicit, quòd in hoc differt iſte tertius modus a præmiſsis, quòd in præmiſsis unumquodque dicitur relatiue ex hoc, quòd ipſum ad aliud refertur, non ex eo quòd aliud referatur ad ipſum. Duplum enim refertur ad dimidium, & econuerſo: & ſimiliter pater ad filium, & econuerſo.

econuerſo. Sed hoc tertio modo aliquid dicitur relatiuè, ex eo ſolum quòd aliquid refertur ad ipſum, ſicut patet quòd ſenſibile & ſcibile vel intelligibile dicuntur relatiue, quia alia referuntur ad illa. Scibile enim dicitur aliquid, propter hoc, quod habetur ſcientia de ipſo. & ſimiliter ſenſibile dicitur aliquid quod poteſt ſentiri. vnde non dicitur relatiuè propter aliquid quòd ſit ex eorum parte, quòd ſit qualitas, vel quantitas, vel actio, vel paſſio, ſicut in præmiſſis relationibus accidebat, ſed ſolū propter actiones aliorum, quę tamen in ipſa non terminantur. Si enim videre eſſet actio videntis perueniens ad rem viſam, ſicut calefactio peruenit ad calefactibile, ſicut calefactibile refertur ad calefaciens, ita viſibile refertur ad videntem. Sed videre & intelligere, & huiuſmodi (part. 6. Text. co. 25.) actiones, vt in Nono huius dicetur, manent in agentibus, & non tranſeunt in res paſſas, vnde viſibile, & ſcibile non patitur aliquid ex hoc, quòd intelligitur vel videtur. & propter hoc non ipſamet referuntur ad alia, ſed alia ad ipſa. & ſimile eſt in omnibus alijs, in quibus relatiue aliquid dicitur propter relationem alterius ad ipſum, ſicut dextrum, & ſiniſtrum in columna. Cum enim dextrum & ſiniſtrum deſignent principia motuū in rebus animatis, columnæ, & alicui inanimato attri- (Text. co. 31. part. prima.) bui non poſſunt, niſi ſecundum quod animata aliquo modo ſe habeant ad ipſam. ſicut columna dicitur dextra, quia homo eſt et ſiniſter. Et ſimile eſt de imagine reſpectu exemplaris, & denario, quo ſit pretium emptionis: in omnibus autem his, tota ratio referendi in duobus extremis, pendet ex altero. & ideo omnia huiuſmodi quodammodo ſe habent, vt menſurabile & menſura. Nam ab eo quælibet res menſuratur a quo ipſa dependet. Sciendum eſt autem, quòd quamuis ſcientia ſecundum nomen videatur referri ad ſcientē, & ad ſcibile: (dicitur enim ſcientia ſcientis, & ſcientia ſcibilis, & intellectus ad intelligentem & intelligibile,) tamē intellectus ſecundū quod ad aliquid dicitur, non ad hoc, cuius eſt, ſicut ſubiecti dr. Sequeretur enim quod idem relatiuum, bis diceretur. conſtat. n. quoniam intellectus dicitur ad intelligibile, ſicut ad obiectum. Si autem diceretur ad intelligentem, bis diceretur ad aliquid. Et cum eſſe relatiui ſit ad aliud quodammodo ſe habere, ſequeretur, quod idem haberet duplex eſſe. Et ſimiliter de viſu patet. quod non dicitur ad videntem, ſed ad obiectum quod eſt color [vel aliquid aliud tale.] Quod dicit propter ea, quæ videntur in nocte non per proprium colorem, vt habetur in ſecundo de Ani- (Lectio 3.) ma. Quamuis & hoc rectè poſſet dici, ſcilicet quod viſus ſit videntis. Refertur autem viſus ad videntem, non inquantum eſt F viſus, ſed inquantum eſt accidens vel potentia videntis. Relatio enim reſpicit aliquid extra, non autem ſubiectum, niſi inquantum eſt accidens. Et ſic patet, quod iſti ſunt modi quibus aliqua dicuntur ſecundum ſe ad aliquid. Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit tres modos, quibus aliqua dicuntur ad aliquid, non ſecundum ſe, ſed ſecundum aliud. Quorum primus eſt, quando aliqua dicuntur ad aliquid propter hoc, quod ſua genera ſunt ad aliquid, ſicut Medicina dicitur ad aliquid, quia ſcientia eſt ad aliquid. Dicitur enim quod Medicina eſt ſcientia ſani & ægri, & iſto modo refertur ſcientia per hoc, quod eſt accidens. Secundus modus eſt, quando aliqua abſtracta dicuntur ad aliquid, quia concreta habentia illa abſtracta, ad aliud dicuntur, ſicut æqualitas & ſimilitudo dicuntur ad aliquid, quia ſimile & æquale ad aliquid ſunt. Aequalitas autem & ſimilitudo ſecundum nomen non dicuntur ad aliquid. Tertius modus eſt, quando ſubiectum dicitur ad aliquid ratione accidentis, ſicut homo vel album dicitur ad aliquid, quia vtrique accidit duplum eſſe. Et hoc modo caput dicitur ad aliquid, eo quod eſt pars.

non eo quòd illa ad aliud. Nam intellectuale ſignificat quod ipſius eſt intellectus. Non eſt autem intellectus ad hoc, cuius eſt intellectus. Bis enim idem diceretur. Et ſimiliter alicuius viſus eſt viſus, & non cuius eſt viſus, (quàmuis ſit verum hoc dicere) ſed ad colorem, aut ad aliquid tale. Illo vero modo bis diceretur, quia eſt viſus cuius eſt viſus. Ergo ſecundum ſe dicta ad aliquid, ſic dicuntur.

telligibile ſignificat quod eius eſt intellectus. Non eſt autem intellectus ad illud, cuius intellectus eſt: idem enim profecto bis dictum eſſet. ſimiliter & viſus cuiuſdam eſt viſus, non cuius eſt viſus (etſi verum eſt hoc dicere) ſed ad colorem, aut aliquid aliud tale, illo vero modo bis idem diceretur, quòd viſus eſt, cuius eſt viſus. Eorum igitur, quæ per ſe ad aliquid dicuntur, quædam ita dicuntur.

G

f Illa vero, quia ſua genera ſunt talia. vt Medicina ad aliquid, quia ſuum genus ſcientia videtur ad aliquid eſſe. Amplius quæcunque ſecundum habentia dicuntur ad aliquid, vt æqualitas, quia æquale: & ſimilitudo quia ſimile. Alia vero ſecundum accidens, vt homo ad aliquid, quia ei accidit duplum eſſe: & hoc eſt ad aliquid, vt album, quia ei accidit album eſſe & duplum eſſe.

H

Quædam ſi genera eorū talia ſunt, vtputa Medendi ars eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt, quoniam genus eius ſcientia videtur eorum eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Item ſecundum quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent, vt æqualitas, quoniam ipſum æquale: & ſimilitudo, quoniam & ipſum ſimile. Aliqua vero ſecundum accidens dicuntur, vt homo aliquid, quoniam accidit ei duplo eſſe. hoc autem eorum eſt, quę ad aliquid ſunt, aut album, ſi eidem accidit duplo, & albo eſſe.

LECTIO XVIII.

I

a PErfectum vero dicitur, vnum quidem, extra quod non eſt accipere vllam quidem particulā, vt tempus perfectum ſingulorū, extra quod nō eſt accipere tempus aliquod, quod ſit huius tēporis pars. Et quæ ſunt ſecundū virtutē & eius quod bene, nō habentia hyperbolem ad genus. vt perfectus Medicus, & perfectus Fiſtulator, quando ſecūdum ſpeciem propriæ virtutis in nullo deficiunt. Sic autem trāsferētes ad mala dicimus ſy-

K

LECTIO XVIII.

PErfectum dicitur vno quidem modo, extra quod non eſt vllam accipere particulam, vtputa tempus ipſum, vniuſcuiuſque perfectum eſt, extra quod non eſt vllum accipere tempus, quod pars huius temporis ſit. Et quod ſecundum virtutem, & quod eſt eius, quod bene, non habens exceſſum ad genus, vt perfectus muſicus, & perfectus tibicen, cum ſecundum propria virtutis ſpeciem in nullo deficiant. Ita etiam in malis transferentes dicimus calumniatorem perfectum,

LECT. XVIII.

a POſtquam Philoſophus diſtinxit nomina, quæ ſignificant cauſas, & ſubiectum, & partes ſubiectorum huius ſcientię, hic incipit diſtinguere nomina, quæ ſignificant ea, quæ ſe habent per modum paſsionis, & diuiditur in duas partes. In prima diſtinguit nomina ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. In ſecunda diſtinguit nomina, quæ pertinent ad entis defectum, ibi: [Falſum dicitur vno modo.] Circa primum duo facit. Primo diſtinguit nomina ſignificantia ea, quæ pertinent ad perfectionem entis. Secundo, pertinentia ad totalitatem. (Infra le. 22. part. 3.) Perfectum enim & totum aut ſunt idem, aut fere idem ſignificant, vt dicitur in 3. Phyſi. ſecunda ibi. [Ex aliquo eſſe dicitur.] (Infra le. 22. Tex. cō. 64. Lect. ſeq.) Circa primum duo facit. Primo, diſtinguit hoc nomen perfectum. Secundo, diſtinguit quædam nomina, quæ ſignificant quaſdam perfectiones perfecti, ibi: [Terminus dicitur.] Circa primum duo facit. Primo ponit modos, quibus aliqua dicuntur perfecta ſecundum ſe. Secundo modos, quibus aliqua dicuntur perfecta per reſpectum ad alia, ibi. [Alia uero.] Circa primum duo facit. Primo, ponit tres modos quibus aliquid ſecundum ſe dicitur perfectum. (Infra le. 22. Lec. par. 4.) Secundo, oſtendit quomodo ſecundum hos modos, aliqua diuerſimode perfecta dicuntur, ibi: [ſecundum ſe dicta quidem igitur.] Dicit ergo primo, quod perfectum uno modo dicitur, extra quod

non

Infra par.4. non eſt accipere aliquam eius particulam. ſicut homo dicitur perfectus, quando nulla deeſt ei pars. Et dicitur tempus perfectum, quando non eſt accipere extra aliquid, quod ſit temporis pars. ſicut dicitur dies perfectus, quando nulla pars diei deeſt. Alio modo dicitur aliquid perfectum ſecundum virtutem. & ſic dicitur aliquid perfectum quod non habet [hyperbolem] ideſt, ſuperexcellentiam, vel ſuperabundantiam ad hoc, quod aliquid bene fiat ſecundum genus illud. Et ſimiliter nec defectum, hoc enim dicimus bene ſe habere, vt dicitur in 2. Ethic. quod nihil habet, nec plus, nec minus, quam debet habere. Et ſic dicitur perfectus Medicus, & perfectus fiſtulator, quando non deficit ei aliquid, quod pertineat ad ſpeciem propriæ virtutis, ſecundum quam dicitur, quod hic eſt bonus medicus, & ille bonus fiſtulator. Virtus enim cuiuslibet eſt, quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Secundum autem hunc modum, vtimur tranſlatiue, nomine perfecti etiam in malis. dicimus. n. perfectum [ſycophantam] i. calumniatorem: & perfectum latronem, quando in nullo deficit ab eo, quod competit eis, inquantum ſunt tales. Nec eſt mirum, ſi in iſtis, quæ magis ſonant defectum, vtimur nomine perfectionis, quia etiam cum ſint mala, vtimur in eis nomine Bonitatis per quandam ſimilitudinem. Dicimus enim bonum furem, & bonum calumniatorem, quia ſic ſe habent in ſuis operationibus, licet malis, ſicut boni in bonis. Et quod aliquid dicatur perfectum per comparationem ad virtutem propriam, prouenit, quia virtus eſt quædam perfectio rei. Vnumquodque enim tunc eſt perfectum, quando nulla pars magnitudinis naturalis, quæ competit ei ſecundum ſpeciem propriæ virtutis, deficit ei. Sicut autem quælibet res naturalis habet determinatam menſuram naturalis magnitudinis ſecundum quantitatem continuam, vt dicitur in 2. de Anima, ita etiam quælibet res habet determinatam quantitatem ſuæ virtutis naturalis. equus enim habet quantitatem dimenſiuam determinatam ſecundum naturam cum aliqua latitudine. eſt enim aliqua quantitas, vltra quam nullus equus protenditur in magnitudine. & ſimiliter eſt aliqua quantitas, quam non tranſcendit in paruitate. Ita etiam ex vtraque parte determinatur aliquibus terminis, quantitas virtutis equi. Nam aliqua eſt virtus equi, qua maior in nullo equo inuenitur. & ſimiliter eſt aliqua tam parua, qua nulla eſt minor. Sicut igitur primus modus perfecti accipiebatur ex hoc, quod nihil rei deerat de quantitate dimenſiua ſibi naturaliter determinata, ita hic ſecundus modus accipitur ex hoc, quod nihil deeſt alicui de quantitate virtutis ſibi debitæ, ſecundum naturam. Vterque autem modus perfectionis attenditur ſecundum interiorem perfectionem.

Loc. vj. *a. l. magnitudinis. part. 2. part. 3. part. 4. Tex. c. 41.

b ¶ Tertium modum ponit per reſpectum ad exteriora: dicens, quod illa dicuntur tertio modo perfecta [quibus ineſt finis] ideſt, quæ iam conſecuta ſunt ſuum finem, ſi tamen ille finis fuerit [ſtudioſus] ideſt, bonus. ſicut homo, quando iam conſequitur beatitudinem. Qui autem conſequitur finem ſuum in malis, magis dicitur deficiens, quam perfectus: quia malum eſt priuatio perfectionis debitæ. In quo patet, quod mali quando ſuam perficiunt voluntatem, non ſunt feliciores ſed miſeriores. Quia vero omnis finis eſt quoddam vltimum, ideo per quandam ſimilitudinem transferimus nomen perfectionis ad ea, quæ perueniunt ad vltimum, licet illud ſit malum. Sicut dicitur aliquid perfecte perdi vel corrumpi, quando nihil deeſt de corruptione, vel perditione rei. & per hanc metaphoram, mors dicitur finis, quia eſt vltimum. Sed finis non ſolum habet, quod ſit vltimum, ſed etiam quod ſit cuius cauſa ſit aliquid. Quod non contingit morti vel corruptioni. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quomodo aliqua diuerſimode ſe habeant, ad prædictos modos perfectionis. & dicit, quod quædam dicuntur ſecundum ſe perfecta, & hoc dupliciter. Alia quidem vniuerſaliter perfecta, quia nihil omnino deficit eis abſolute, nec aliquam habent [hyperbolem] i. excedentiam, quia a nullo videlicet penitus in bonitate exceduntur; nec aliquid extra accipiunt, quia nec indigent exteriori bonitate. Et hæc eſt conditio primi principii, ſcilicet Dei, in quo eſt perfectiſſima bonitas, cui nihil deeſt de omnibus perfectionibus, in ſingulis generib. inuentis. Alia dicuntur perfecta in aliquo genere, ex eo, quod quantum ad illud genus pertinet, nec [habent hyperbolem] ideſt, excedentiam, quaſi aliquid eis deficiat eorum, quæ illi generi debentur: nec aliquid eorum, quæ ad perfectionem illius generis pertinent, eſt extra ea, quaſi ea careant. ſicut homo dicitur perfectus, quando iam adeptus eſt beatitudinem.

E Et ſicut fit hæc diſtinctio, quantum ad ſecundum modum perfectionis ſupra poſitum, ita poteſt fieri quantum ad primum, vt tangitur in principio Cœli, & Mundi. Nam quodlibet corpus particulare eſt quantitas perfecta ſecundum ſuum genus, quia habet tres dimenſiones, quibus non ſunt plures. Sed mundus dicitur perfectus vniuerſaliter, quia omnino nihil extra ipſum eſt. Deinde cum dicit. Tex. com. 3

d ¶ Ponit modum, ſecundum quem aliqua dicuntur perfecta per reſpectum ad aliud, & dicit, quod alia dicuntur perfecta [ſecundum ipſa] ideſt, per comparationem ad perfecta, quæ ſunt ſecundum ſe perfecta: Vel ex eo, quod faciunt aliquid perfectum aliquo priorum modorum. ſicut medicina eſt perfecta, quæ facit ſanitatem perfectam. Aut ex eo, quod habent aliquid perfectum, ſicut homo dicitur perfectus, qui habet perfectam ſcientiam. Aut repræſentando tale perfectum: ſicut illa, quæ habent ſimilitudinem ad perfecta: ut, imago dicitur perfecta, quæ repræſentat hominem perfecte. Aut qualitercunque aliter referantur ad ea, quæ dicuntur per ſe perfecta primis modis.

ſycophantam perfectum, & latronem perfectum: quoniam & bonos dicimus eos. vt latronem bonum, ſycophantam bonum. Eſt enim virtus perfectio quædam. Quodlibet. n. perfectum, & ſubſtantia omnis tunc perfecta, quando ſecundum ſpeciem propriæ virtutis in nulla deficit parte ſecundum naturam* menſuræ.

Et furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus, utputa furem bonum, & calumniatorem bonum. Virtus quoque quædam perfectio eſt. unumquodque namque tunc perfectum eſt, cunctaque ſubſtantia tunc perfecta, cum ſecundum ſpeciem propriæ uirtutis nulla deſit particula magnitudinis, naturalis.

B

b Amplius quibus eſt finis ſtudioſus, ea dicuntur perfecta. etenim ſecundum habere finem perfecta. Quare quoniam finis vltimorum aliquis eſt, & ad praua transferentes dicimus perfecte perdi, & perfecte corrumpi, quoniam nihil deeſt corruptioni, & malo, ſi in vltimo eſt. Quapropter mors ſecundum metaphoram dicitur finis, quia ambo vltima. Finis autem & cuius cauſa vltimum.

Item, quibus finis ſtudioſus eſt, ea perfecta dicuntur. etenim ſecundum quod habent finem, perfecta dicuntur. Quare cum finis ultimorum quippiam eſt, ad praua quoque transferentes, dicimus perfecte interemptum eſſe, & perfecte corruptum eſſe, cum nil corruptionis, aut mali deſit, ſed in ultimo ſit. propter quod & mors metaphorice dicitur finis, quoniam ultima. finis autem & quod cuius gratia, ultimum.

C

c Secundum ſe dicta quidem igitur perfecta totiens dicuntur. Alia quidem, quia ſecundum bene in nullo deficiunt, nec hyperbolem habent, nec extra aliquid accipiunt. Alia omnino, ſecundum, quod non habent hyperbolem in vnoquoque genere, nec aliquid eſt extra.

Quæcunque igitur per ſe perfecta dicuntur, toties dicuntur. Quædam, eo quod ſecundum bene in nullo deficiunt, nec habent in aliquo genere exceſſum, nec eſt quicquam extra. Quædam, eo quod omnino in unoquoque genere exceſſum non habent, nec quicquam eſt extra.

D

d Alia vero iam ſecundum ipſa, aut in faciendo aliquid tale, aut habendo, aut cognoſcendo tali, aut aliqualiter dici primo dicta perfecta.

Cætera uero iam ſecundum ipſa, eo quod aut aliquid tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali, aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta ſunt, perfecta dicuntur.

LECTIO XIX.

HIC proſequitur de nominibus, quæ ſignificant conditiones perfecti. Perfectum aũt, vt ex præmiſsis patet, eſt terminatum & abſolutum, non dependens ab alio, & non priuatum, ſed habens ea quæ ſibi ſm ſuũ genus cõpetunt. Et
Tex. cō. 53. parte 1. ad. primū. ideo primo ponit hoc nomẽ terminus. Secundo hoc qđ dr̃, per ſe, ibi: [Et ſecundũ quod dicitur.] Ter-
Infra par. 4. Lect. ſeq. par. 5. tio hoc nomen habitus, ibi: [Habitus
par. 2. vero dicitur.] Circa primum tria facit. Primo ponit rationem termini dicẽs, quod terminus dicitur quod eſt vltimum cuiuslibet rei: ita quod nihil de primo terminato eſt extra ipſum terminum. & omnia quæ ſunt eius, continentur intra ipſum. Dicit autem [primi] quia cõtingit quod
par. 3. id, quod eſt vltimũ primi, eſt principiũ ſecundi. ſicut nunc quod eſt vltimum præteriti, eſt principium futuri.
b ¶ Secundo ponit
* Et quod eſt per ſe. quatuor modos, quibus dicitur terminus: quorum primus eſt ſecundum quod in quaĺibet ſpecie magnitudinis finis magnitudinis, vel habentis magnitudinem, dicitur terminus. ſicut punctus dicitur terminus lineæ, & ſuperficies corporis, vel etiam lapidis habẽtis quantitatem. Secundus modus eſt ſimilis primo ſecundum quod vnum extremum motus, vel actionis, dicitur terminus, hoc ſcilicet, ad quod eſt motus, & non a quo. ſicut terminus generationis eſt eſſe, nõ autem non eſſe, quãuis quandoque ambo extrema motus dicantur terminus, largo modo, ſcilicet a quo, & in quod.
part. 3. prout dicim' quod omnis mot' eſt inter duos terminos. Tertius modus dicitur terminus, cuius cauſa fit aliquid: hoc enim eſt vltimum intentionis, ſicut terminus ſecundo modo dictus eſt vltimũ motus vel operationis. Quartus modus, eſt ſecundum quod ſubſtantia rei, quæ eſt eſſentia, & diffinitio ſignificans quod quid eſt res, dicitur terminus. eſt enim terminus cognitionis. Incipit enim cognitio rei ab aliquibus ſignis exterioribus, quibus peruenitur ad cognoſcendam rei diffinitionem. Quo cum peruẽtum fuerit, habetur perfecta cognitio de re. Vel dicitur terminus cognitionis diffinitio, quia infra ipſam continentur ea, per quę ſcitur res. ſi autẽ mutetur vna differentia, vel addatur, vel ſubtrahatur, iam non erit eadem diffinitio. Si autem eſt terminus
F cognitionis, oportet qđ ſit rei terminus, quia cognitio fit per aſsimilationem cognoſcentis ad rem cognitam.
c ¶ Concludit comparationem termini ad principium dicens, quod quoties dr̃ principium, toties dr̃ terminus, & adhuc amplius: quia omne principium eſt terminus, ſed non terminus oĩs eſt principium. Id enim ad quod motus eſt, terminus eſt, & nullo modo principium eſt. Illud vero a quo eſt motus, eſt principium & terminus, vt ex prædictis patet.
d ¶ Hic determinat de per ſe. & circa hoc tria facit. Primo determinat de hoc quod dr̃ ſecũdum quod quod eſt cõius quã ſecũdum ſe. Secundo concludit modos eius, quod dicitur ſecundum ſe ibi.
part. ſeq. [Quare ſecundum ſe.] Tertio, quia vtrunque dictorum modorum ſecũdũ aliquem modum ſignificat diſpoſitionem, determinat de nomine diſpoſitionis ibi: [diſpoſitio.].
Lect. ſeq. par. 1. Circa primum ponit quatuor modos eius quod dicitur ſecundum quod, quorum primus eſt, prout [ſpecies,] id eſt forma, [& ſubſtantia rei] id eſt eſſentia, eſt id, ſecundum quod aliquid eſt: dicitur ſicut ſecundum Platonicos [per ſe bonum] id eſt idea boni eſt illud, ſecundum quod aliquid bonum eſt. Secundus modus eſt, prout ſubiectũ, in quo primo aliquid natum eſt fieri, dicitur ſecundum quod, ſicut color primo fit in ſuperficie, & ideo dicitur quod corpus eſt coloratum ſecundum ſuperficiem. Hic autẽ modus differt a prædicto, quia prædict' pertinet ad formã, & hic pertinet ad materiam. Tertius modus eſt, prout vniuerſaliter quælibet cauſa dr̃ ſecundum quod. Vnde toties dicitur ſecundũ quod, quoties & cauſa. Idẽ enim eſt quærere ſecundum quod venit, & cuius cã venit: ſimiliter ſecundum quod paralogizatum, aut ſyllogizatum eſt, qua cauſa facti ſunt ſyllogiſmi. Quartus modus eſt, prout ſecundũ quod, ſignificat poſitionem & locum. ſicut dicitur, iſte ſtetit ſecundum hunc, id eſt iuxta hunc & ille [vadit ſecundum hunc] id eſt iuxta hunc, quæ oĩa ſignificant poſitionem & locum. Et hoc manifeſtius in græco idiomate apparet. Deinde cum dicit.
e ¶ Concludit ex prędictis, quatuor modos dicendi per ſe, vel ſecundum ſe, quorum Primus eſt, quando diffinitio ſignificans quid eſt eẽ vniuſcuiuſq; dicitur ei ineſſe ſecundum ſe. ſicut Callias & quod quid erat eſſe Calliã, id eſt & eſſentia rei, ita ſe habent

LECTIO XIX.

a Terminus dicitur quod eſt cuiuslibet vltimum & extra quod nihil eſt accipere *primi, & infra quod omnia *primi.

b Et quęcunque fuerit ſpecies magnitudinis, aut habentis magnitudinem. Et finis cuiuſque. tale vero ad quod motus, & actus, & non a quo. & quãdoque ambo, & a quo & in quod. Et cuius cauſa. Et ſubſtantia cuiuslibet, & quod quid erat eſſe cuiuſq;. cognitionis enim hic terminus. ſed ſi cognitionis, & rei.

c Quare palã, quia quoties principia dicuntur, toties terminus, & adhuc ampli'. Principium n. terminus quidem eſt; ſed terminus non omnis principium.

d *Et ſecundum quod, dicitur multipliciter. Vno quidem modo ſpecies & ſubſtantia cuiuſq; rei, vt ſecundum quod bonum, per ſe bonum. Alio vero, in quo primum aptum natum eſt fieri, vt color in ſuperficie. Primo quidem ergo dictum ſecũdum quod ſpecies eſt. Secundo autem, vt materia cuiuſque, & ſubiectum cuiuſque primum. Omnino vero ipſum ſecundum quod pariter, & cauſa exiſtit. Nam ſecundum quod venit, aut cuius cauſa venit dicitur, & ſecundum quod paralogizatum eſt, aut ſyllogizatũ eſt, aut qua cauſa ſyllogiſmi ſunt, aut paralogiſmi. Amplius ſecundum quod, ſecundum poſitionem dicitur, vt ſecundum quod ſtetit, aut ſecundum quod vadit. Ea nanque omnino poſitionẽ ſignificant & locum.

e Quare ſecundum ſe, dici multipliciter eſt neceſſe. Vnum

LECTIO XIX.

Terminus dicitur, quod vltimum cuiuſque eſt, extra quod nihil eſt accipere primum, & intra quod omnia primum.

G *Et quod magnitudinis forma, aut magnitudinem habentis. Et cuiuſque finis. tale vero eſt, ad quod motus, & actus, non a quo. quandoque autẽ ambo, & a quo, & ad quod. Et cuius cauſa. Et ſubſtantia vniuſcuiuſque, at quod quid erat eſſe vnicuique. cognitionis enim hoc terminus eſt. quod ſi cognitionis, rei quoque eſt.*

Quare patet, quod quoties dicitur principium, toties etiam terminus, & adhuc amplius. principium nanque terminus quidem: ſed non omnis termi-
H *nus principium.*

Secundum quod, multipliciter dicitur. Vno modo, forma & ſubſtantia cuiuſque rei, vt ſecundum quod bon', ipſum bonum. Alio, in quo primo fieri aptum eſt, vt color in ſuperficie. Quod igitur primo dictum eſt ſecundum quod, ipſa forma eſt. ſecundo vero, tanquam cuiuſque materia, & primum cuiuſque ſubiectum. Et omnino ipſum ſecundum quod, toties dictum erit, quoties dicitur cauſa. ſecundum quod enim venit, aut qua cauſa venit, dicitur. & ſe-
I *cundum quod paralogizatum, ſiue ſyllogizatum eſt, & quæ ſyllogiſmi, ſiue paralogiſmi cauſa eſt. Item, ſecũdum quod, dicitur, quod ſecundum poſitionem eſt. ſecundum quod ſtetit, aut ſecũdum quod vadit. etenim hæc omnia poſitionem, & locum ſignificant.*

K

Quare, & ſecundum ſe multipliciter vt dicatur neceſſe eſt: Vno

habent, quod vnum ineſt ſecundum ſe alteri. Non autem ſolũ tota diffinitio dr̃ de diffinito ſecundum ſe, ſed aliquo modo etiam quæcunque inſunt in diffinitione dicente quid eſt, prædicantur de diffinito ſecundum ſe. ſicut Callias eſt animal ſecundum ſe. animal.n. ineſt in ratione Calliæ. nam Callias eſt quẽdam animal, & poneretur in eius diffinitione, ſi ſingularia diffinitionem hẽre poſſent. Et hi duo modi ſub vno comprehenduntur. Nam eadem rõne, diffinitio & pars diffinitionis per ſe de vnoquoque prædicãtur. Eſt.n. hic prim⁹ modus per ſe, qui ponit̃ in lib. Poſteriorũ, & rñdet primo modo eius, quod dr̃, ſecundum quod, ſuperius poſito. Secund⁹ modus eſt, qñ aliquid oſtenditur eſſe in aliquo, ſicut in primo ſubiecto, cum ineſt ei per ſe. Quod quidem contingit dupliciter, quia vel primũ ſubiectum accidẽns eſt ipſum totum ſubiectum de quo prędicatur. Sicut ſuperficies dr̃ colorata vel alba ſm̃ ſeipſam. Primum.n. ſubiectũ coloris eſt ſuperficies, & ideo corpus dr̃ coloratum rõne ſuperficiei. Vel etiam aliqua pars eius, ſicut homo dr̃ uiuens ſm̃ ſe, quia aliqua pars eius eſt primum ſubiectum vitæ. ſ. aĩa. Et hic eſt ſecundus modus dicendi per ſe ĩ Poſterioribus poſit⁹, quando ſ. ſubiectum ponitur in diffinitione prædicati. Subiectum.n. primum, & proprium ponitur in diffinitione accidentis ꝓprij. Terti⁹ modus eſt, prout ſecundum ſe eſſe dr̃ illud, cuius non eſt aliqua alia cauſa. ſicut oẽs propoſitiones immediatæ, quæ. ſ. per aliquod medium non probantur. Nam medium in demonſtrationibus propter quid, eſt cauſa, ꝙ prædicatum inſit ſubiecto. Vnde licet homo habeat multas cauſas, ſicut animal & bipes, quæ ſunt cauſæ formales eius, tamẽ huius propoſitionis, homo eſt homo, cum ſit immediata, nihil eſt cauſa. Et propter hoc homo eſt homo, ſecundum ſe. Et ad hunc modum reducitur quartus modus dicendi per ſe in poſterioribus poſitus, quãdo effectus prædicatur de cauſa. vt cum dr̃, Interfectus interiit ꝓp interfectionem, vel infrigidatum infriguit, vel refriguit ꝓpter refrigerium. Quartus modus eſt, prout illa dicuntur ſecundum ſe ineſſe alicui, quæ ei ſoli, inquantum ſoli, inſunt. Quod dicit ad differentiam priorum modorum, in quibus non dicebatur ſecundum ſe ineſſe ex eo, ꝙ eſt ſoli ineſſe: quamuis etiam ibi aliquid ſoli ineſſet, vt diffinitio diffinito. Hic autem ſecundum ſe dr̃ ratione ſolitudinis. Nam hoc quod dico ſecundum ſe, ſignificat aliquid ſeparatum, ſicut dicitur homo ſecundum ſe eſſe, quando ſolus eſt. Et ad hunc reducitur tertius modus in poſterioribus poſitus, & quartus modus dicẽdi, ſecundum quod, qui poſitionem importabat.

7. com. 20. par. 1. Diuiſione boris

Tex. co. 25. par. 2.

enim ſecundum ſe, quod quid erat eſſe vnicuique. ut Callias, & quod quid erat eſſe Calliam. Alia uero quæcunque in eo, qđ quid eſt, exiſtunt vt animal Callias ſecundum ſe. nam in ratione ineſt animal. animal enim quoddam eſt Callias. Amplius autem ſi in ipſo oſtẽſum eſt primo, aut in eius aliquo. ut ſuperficies alba ſecundum ſe, & uiuũ ſm̃ ſe homo. anima nãque pars eſt quędam hominis, in qua prima eſt ipſum uiuere. Ampli⁹ cuius non eſt alia cauſa; hominis enim multæ ſunt cauſæ, animal bipes. Attamen ſecundum ſe, homo eſt homo. Amplius quæcunque ſoli inſunt, & inquantum ſoli, eo quod ſeparatum, ſecundum ſe.

LECTIO XX.

a Diſpoſitio dicitur habẽtis partes, ordo aut ſecunſium locum, aut ſecundum potentiam, aut ſecũdum ſpeciem. Poſitionem enim oportet quã dã eſſe. ſicut & ipſum, hoc nomen diſpoſitio oſtendit.

b Habitus uero dr̃, uno qdem modo tanquam actio quędam habentis & habiti, ut actus quidam, aut motus. nam quando hoc quidem facit, illud uero fit, eſt factio intermedia. Et ita inter habentem indumentum, & habitũ indumentum, intermedius eſt habitus. Ergo palã, quia non cõuenit habere habitum.

A

LECTIO XX.

QVIA vno modo ſecundum quod, poſitionem ſignificat, ideo conſequenter philoſophus proſequitur de nomine diſpoſitionis, & ponit rationem communem huius nominis diſpoſitio, dicens, Quod diſpoſitio nihil eſt aliud, quam ordo partium in habente partes. Ponit autem modos, quibus dicitur diſpoſitio, qui ſunt tres. Quorũ primus eſt, ſecũdum ordinem partium in loco. & ſic diſpoſitio, ſiue ſitus eſt quoddam prædicamentũ. Secundus modus eſt, prout ordo partiũ attenditur ſm̃ potentiam, ſiue uirtutem, & ſic diſpoſitio ponitur ĩ prima ſpecie qualitatis. Dicitur enim aliquid hoc mõ eſſe diſpoſitum, vtputa ſecundum ſanitatem, uel ęgritudinem, ex eo, quod partes ei⁹ habent ordinẽ in uirtute actiua, vel paſſiua. Tertius modus eſt, prout ordo partium attenditur ſecũdum ſpeciem, & figuram totius. & ſic diſpoſitio ſiue ſitus ponitur differentia in genere quantitatis. Dicitur enim quod quantitas, alia eſt habens poſitionem, ut linea, ſuperficies, corpus, & locus; alia non habens, ut numerus, & tempus. Oſtendit etiam, quod hoc nomẽ, diſpoſitio, ordinem ſignificet, ſignificat enim poſitionẽ ſicut ipſa nominis impoſitio demonſtrat. De ratione autẽ poſitionis eſt ordo.

b ¶ Hic proſequitur de nomine habitus. & primo diſtinguit ipſum nomen habitus. Secundo, quædam nomina, q̃ habent propinquam conſiderationem ad hoc nomen. ibi [Paſſio dicitur.] Ponit ergo primo duos modos, quibus hoc nomẽ dicitur. Quorum primus eſt aliquid medium inter habentem & habitum. Habere enim, licet non ſit actio, ſignificat tamen per modum actionis. & ideo inter habentem & habitum intelligitur habitus eſſe medius, & quaſi actio quædam. ſicut calefactio intelligitur eſſe media inter calefactum, & calefaciens, ſiue illud medium accipiatur ut actio, ſicut quando calefactio accipitur actiue: ſiue vt motus, ſicut quando calefactio accipitur paſſiue. Quando enim hoc facit, & illud ſit, eſt media factio. In gręco habetur protheſis, quod factionem ſignificat. Et ſiquidem vlterius procedatur ab agente in patiens, eſt medium factio actiua, quæ eſt actus facientis: ſi uero procedatur a facto in facientem, ſic eſt medium factio paſſiua, quæ eſt motus facti. Ita etiam inter hominem habentem veſtem, & veſtem habitam eſt medius habitus. quia, ſi conſideretur procedendo ab homine ad ueſtem, erit ut actio, prout ſignificatur in hoc, quod dicitur habere: ſi vero econuerſo, erit ut paſſio motus, prout ſignificatur in hoc, quod dicitur haberi.

Par. 2.

Par. 3.

nanque modo, ſecundum ſe eſt, quod erat eſſe cuilibet, ut Callias, & quod quid erat eſſe Calliam. Alio uero, quæcunque in eo, quod quid eſt, inſunt. vtputa Callias, ſecundum ſe animal eſt. in ratione enim animal ineſt. Callias enim quoddam animal eſt. Item ſi in ſeipſo primo ſuſcepit, aut in aliquo ſui. vtputa ſuperficies alba ſecundum ſe, & homo ſecundum ſe uiuens. anima nanque pars quædam hominis eſt, in qua prima ipſum viuere eſt. Item cuius non eſt aliqua alia cauſa. hominis nanque multæ cauſæ ſunt, animal, bipes. attamen ſecundum ſe homo eſt homo. Item quæcunque ſoli, prout ſoli inſunt. quare quod ſeparatum eſt, ſecundum ſe eſt.

B

C

LECTIO XX.

Diſpoſitio dicitur ordo partes habentis, aut ſecundum locum, aut ſecundum potentiam, aut ſecundum formam. poſitionem enim quandam eſſe oportet, ſicut ipſum etiam diſpoſitionis nomen ſignificat.

D *Habitus autem dicitur vno modo, tanquam quidam habentis, & habiti actus, ſicuti actio quędam aut motus. nam cum hoc quidem efficit, illud uero ſit, eſt media effectio. ita & habentis veſtem, & veſtis habitæ eſt medius habitus. Hunc itaque habitum, quod non contingit habere manifeſtum eſt. in infinitum enim progrederetur, ſi ha-*

E

in infinitum enim uadit, ſi habiti fuerit habere habitum. Alio uero modo habitus diſpoſitio dicitur, ſecundum quam bene & male diſponitur diſpoſitum, & aut ſecũdum ſe, aut ad aliud, ut ſanitas eſt habitus quidam, & diſpoſitio eſt talis. Amplius habitus quidē dicitur ſi eſt pars diſpoſitionis talis. Quapropter & partium uirtus habitus eſt quidam.

G

biti eſſet habitum habere. Alio modo habitus dicitur diſpoſitio, ſecundum quam bene uel male diſponitur diſpoſitum, & aut ſecundum ſe, aut ad aliud ut ſanitas quidam habitus eſt. diſpoſitio etenim talis eſt. Item habitus dicitur, ſi particula talis diſpoſitionis ſit. quare partium quoque uirtus, quidam habitus eſt.

e Paſſio dicitur vno quidē modo qualitas, ſecundum quam alterari contingit, ut album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quęcunque ſunt talia. Alio uero modo, horum actiones & alterationes. Amplius horum magis nociuæ alterationes & motus, & maxime lamētabiles & nociuę. Amplius magnitudines exultationum & lamentationum paſſiones dicuntur.

H

Paſſio dicitur uno quidē modo qualitas, ſecundum quam alteri contingit. ut album & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunq; alia ſimilia. Alio uero horum actiones & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxia alterationes & motus, & maxime quæ triſtes et noxia ſunt. Item calamitatum & triſtium magnitudines paſſiones dicuntur.

d Priuatio dicitur uno qdē mō ſi non habet aliquid aptorum natorum haberi, & ſi non ſit id natũ habere. ut oculis priuari dicitur planta. Alio uero, ſi aptum natũ habere, aut ipſum, aut genus, non habet. ut aliter hō cæcus uiſu priuari dr̃, & talpa. hoc quidem ſecundum genus, illud uero ſm ſe. Amplius ſi aptũ natum, & qñ aptum natum eſt habere, & non habet. Cæcitas.n. priuatio quædam eſt. ſed cæcus non eſt ſecundum omnem ætatem, ſed in qua aptum natum

I

Priuatio dicitur uno modo, ſi non habeat aliquid eorum, quæ apta ſunt haberi, etiam ſi ipſum non ſit natura aptum habere. ut planta dicitur oculis priuari. Alio modo, ſi cum aut ipſum, aut genus eius aptum habere ſit, non habeat. ut puta aliter cæcus homo uiſu priuatur, et aliter talpa, hæc quidem ſecundum genus, ille uero ſecundum ſe. Item ſi cum aptum ſit, & quando ſit aptum habere, non habeat. cæcitas nanque priuatio quædam eſt, cæcus autem non ſecundum omnem ætatem, ſed ſi, in qua aptus eſt habere, non habet.

Quamuis autem habitus intelligatur eſſe medius inter hominem & ueſtem, inquantum habet eam, tamen manifeſtum eſt, quod non contingit inter ipſum habitum & habentem eſſe aliud medium, quaſi adhuc ſit alius habitus medius inter habentem & ipſum medium habitum. ſic enim procederetur in infinitum, ſi dicatur quod conuenit habere habitum [habiti,] id eſt rei habitæ. Homo enim habet [rem habitam,] id eſt ueſtem: ſed illum habitum rei habitæ, non habet homo alio modio habitu. Sicut homo faciens facit factum factione media, ſed ipſam mediam factionem non facit aliqua alia factione

Tex.c6.26. part.3.

media. Et propter hoc etiam relationes, quibus ſubiectum refertur ad aliud, non referuntur ad ſubiectũ aliqua alia relatione media, nec etiam ad oppoſitum. ſicut paternitas neque ad patrem, neque ad filium refertur aliqua alia relatione media: & ſi aliquæ relationes mediæ dicantur, ſunt rationis tantum, & non

Tex.c6.37. part.4.

rei. Habitus autem ſic acceptus, eſt vnũ prædicamentum. Secundo modo dicitur habitus diſpoſitio, ſecundum quam aliquid diſponitur bene & male, ſicut ſanitate aliquid diſponitur bene, ægritudine male. Vtroque autem ſcilicet ægritudine & ſanitate aliquid diſponitur bene vel male dupliciter, ſcilicet aut ſecundum ſe, aut per reſpectum ad aliqd. Sicut ſanum eſt, qđ eſt bene diſpoſitum ſecundum ſe: robuſtum autem, quod eſt bene diſpoſitum ad aliquid agendum. Et ideo ſanitas eſt habitus quidam, quia eſt talis diſpoſitio, qualis dicta eſt. Et non ſolum habitus dicitur diſpoſitio totius, ſed etiam diſpoſitio partis, quæ eſt pars diſpoſitionis totius. ſicuti bonę diſpoſitiones partium animalis, ſunt partes bonæ habitudinis in toto animali.

Et uirtutes etiam partium animæ, ſunt quidam habitus, ſicut temperantia concupiſcibilis, & fortitudo iraſcibilis, & prudentia rationalis.

K

e ¶ Hic proſequitur de illis, quæ conſequuntur ad habitum. & primo de his quæ ſe habent ad ipſum per modum oppoſitionis. Secundo de eo, quod ſe habet ad ipſum per modum effectus, ſcilicet de habere, quod ab habitu denominatur, ibi

Tex.ſe. pel.

[Habere multipliciter dicitur.] habitui autem opponitur aliquid, ſcilicet paſſio, ſicut imperfectum perfecto. Priuatio autem oppoſitione directa. Vnde primo determinat de paſſione. Secundo de priuatione ibi [Priuatio dicitur.] Ponit ergo primo quatuor modos, quibus paſſio dicitur. Vno modo dicitur qualitas, ſecundum quam fit alteratio. ſicut album & nigrum & huiuſmodi. & hæc eſt tertia ſpecies qualitatis. Proba-

Tex.c6.24.

tum enim eſt in vii. Phyſicor. quod in ſola tertia ſpecie qualitatis, poteſt eſſe alteratio. Secundus modus eſt, ſecundum quod huiuſmodi actiones qualitatis & alterationis. quæ fiunt ſecundum eas, dicuntur paſſiones. & ſic paſſio eſt unum prædicamē-

F

tum, vt calefieri & infrigidari & huiuſmodi. Tertio modo dicuntur paſſiones, & non qualibet alterationes, ſed quæ ſunt nociuæ, & ad malum terminatæ, & quę ſunt lamentabiles ſiue triſtes. Non enim dr̃ aliquid pati ſecundum hunc modum, qđ ſanatur, ſed quod infirmatur, vel etiam cuicunque aliquod nocumentum accidit. & hoc rationabiliter. Patiens enim per actionem agentis ſibi contrarij, trahitur a ſua diſpoſitione naturali, in diſpoſitionem ſimilem agenti. & ideo magis proprie dr̃ pati cum ſubtrahitur aliquid de eo, quod ſibi congruebat, & dum agitur in ipſo contraria diſpoſitio, quam quando fit econtrario. tunc enim magis dicitur perfici, quando fit econtrario. Et quia illa, quę ſunt modica, quaſi nulla reputantur, ideo, Quarto modo dicuntur paſſiones non quæcunq; nociuæ alterationes, ſed quæ habēt magnitudinem nocumenti ſicut magnitudines calamitatis & magnæ triſtitiæ. Quia etiam excedens letitia fit nociua, cum quandocunque propter exceſſum letitię aliqui mortui ſunt & infirmati: & ſimiliter ſuperabundātia proſperitatis in nocumentum vertitur his, qui ea bene uti neſciunt: ideo alia litera habet [Magnitudines lamentationum & exultationum paſſiones dicuntur.] Cui concordat alia litera, q̃ dicit, magnitudines dolorum & proſperorum. Sciendum eſt autem, ꝙ quia hæc tria. ſ. diſpoſitio, habitus, & paſſio, non ſignificant genus prædicamenti niſi ſecundum vnum modum ſignificationis, vt ex præhabitis patet, ideo non ponit ea cum alijs partibus entis, ſ. quantitate, qualitate, & ad aliquid. In illis enim, vel omnes, uel plures modi ad genera prędicamenti, ſignificata per illa nomina, pertinebant.

d ¶ Hic diſtinguit modos, quibus dr̃ priuatio. & quia priuatio includit in ſua ratione negationem, & aptitudinem ſubiecti, ideo primo diſtinguit modos priuationis ex parte aptitudini.

par. ſeq.

Secundo ex parte negationis. ibi [Et quoties.] Et circa primum ponit quatuor modos. Primus modus eſt, ſecundum ꝙ aptitudo conſideratur ex parte rei priuatæ, non ex parte ſubiecti. Dr̃ enim hoc modo priuatio, quando ab aliquo non habetur id, quod natum eſt haberi, licet hoc quod ipſo caret, non ſit natũ habere. ſicut planta dr̃ priuari oculis, quia oculi nati ſunt haberi, licet non a planta. In his uero, quæ a nullo nata ſunt haberi, non poteſt dici aliquid priuari, ſicut oculus viſu penetrante per corpora opaca.

Secundus modus attenditur ſm aptitudinem ſubiecti. hoc enim modo dr̃ priuari hoc ſolum quod natum eſt illud habere, aut ſecundum ſe, aut ſecundum genus ſuum: Secundum ſe, ſicut homo cæcus dr̃ priuari viſu, quem natus eſt habere ſecũdum ſe. Talpa autem dr̃ priuari uiſu, non quia ipſa ſecundum ſe ſit nata habere uiſum, ſed quia genus eius. ſ. animal. natũ eſt habere

habere viſum. Multa enim ſunt, a quibus aliquid non impeditur ratione generis, ſed ratione differentię. Sicut homo nõ impeditur, quin habeat alas ratione generis, ſed ratione differentiæ. Tertius modus attenditur ex parte circunſtã natum. Vnde hoc modo dr̃ aliquid priuari aliquo, ſi non habet ipſum habitum, cum natum ſit habere. Sicut caecitas, quæ eſt quędam priuatio, & tamen animal non dr̃ cæcum ſecundum omnem ætatem, ſed ſolum ſi non habet uiſum in illa ætate, in qua natum eſt habere. unde canis non dr̃ cœcus ante nonum diem. Et ſicut eſt de hac circumſtantia qñ, ita eſt & de aliis circũſtantiis, ſ. [in quo] vt ĩ loco, ſicut nox dr̃ priuatio lucis in loco ubi nata eſt eſſe lux. non a cauernis, ad quas lumen ſolis pertingere non poteſt. [Et ſecundum quid,] Sicut homo non dr̃ edentulus, ſi nõ habet dẽtes in manu, ſed ſi non habet ſecundum illam partem, ſecundum quã natus eſt habere. [Et ad quod] ſicut homo non dr̃ paruus, vel deficiẽtis ſtaturæ, ſi non eſt magnus reſpectu montis, vel reſpectu cuiuſcunque alterius rei, ad cuius comparationẽ non eſt natus habere magnitudinem: Et ſic homo nõ dicitur tardus eſſe motu, ſi non curratita velociter, ſicut lepus uel ventus: vel ignorans, ſi non intelligit, ſicut de⁹. Quartus modus eſt ſecundum quod ablatio cuiuſlibet rei per uiolentiam, dicitur priuatio. Violentum enim, eſt cõtra impetum naturalem, vt habitum eſt ſupra. Et ita ablatio per uiolentiam eſt reſpectu eius quod quis natus eſt habere. Deinde cum dicit.

par. 3. — *ignitum. — Tex. co. 38. par. prima. — Troiani. — Lect. 9.

e ¶ Diſtinguit modos priuationis ex parte negationis. Gręci .n. vtuntur hac præpoſitione a. in compoſitionibus ad deſignã das negationes & priuationes. ſicut nos utimur hac præpoſitione, in. Dicit ergo, quod quoties dicuntur negationes deſignatę ab hac ꝓpoſitione, a, poſita in principio dictionis per compoſitionem, toties dicuntur & priuationes. Dicitur .n. inæquale uno modo, quod non hꝫ ęqualitatem, ſi aptum natum eſt hẽre: & inuiſibile, ꝙ non habet colorem; & ſine pede, qđ non hẽt pedes. Secundo modo dicuntur huiuſmodi negationes nõ per hoc, qđ eſt omnino non habere, ſed per hoc, quod eſt praue uel turpiter habere. ſicut dicitur non habere colorem, quia habet malum colorem uel turpem; & non habere pedes, quia habet prauos uel turpes. Tertio modo, ſignificatur aliquid priuatiue uel negatiue, ex hoc, quod eſt parum habere, ſicut dr̃ in gręco A pyron, i. non ignitum, ubi eſt modicum de igne. Et hic modus quodammodo continetur ſub ſecundo, quia parum habere, eſt quodammodo praue, uel turpiter habere. Quarto

A modo dicitur aliquid priuatiue uel negatiue, ex eo quod non eſt facile. vel non bene. ſicut aliquid dicitur inſecabile, non ſolum quia non ſecatur, ſed quia non facile, aut non bene. Quinto modo dicitur aliquid negatiue uel priuatiue, ex eo quod eſt omnino non habere. Vnde monoculus non dicitur cœcus, ſed ille qui in ambobus oculis caret viſu. Ex hoc inducit quoddam corollarium, ſcilicet quod inter bonum, & malum, iuſtum, & iniuſtum eſt aliqđ medium. Nõ enim ex quocunque defectu bonitatis, efficitur aliquis malus, ſicut Stoici dicebãt, ponentes omnia peccata eſſe paria. Sed quãdo multum a uirtute recedit, & in cõtrarium habitum inducitur. Vnde in 2. Eth. dicitur, ex eo quod homo recedit parum a medio uirtutis, nõ uituperatur.

f ¶ Hic ponit quatuor modos eius, qđ eſt habere, quorum primus eſt, ſecundum quod habere aliquid eſt ducere illud ſecundũ ſuã naturam in rebus naturalibus, aut ſecundum ſuum impetum in rebus uoluntariis. & hoc modo febris dicitur habere hominem, quia homo traducitur a naturali diſpoſitione in diſpoſitionem febrilem. & hoc modo habent tyranni ciuitates, quia ſecundum uoluntatẽ & impetum tyrannorum, res ciuitatum agitur: & hoc etiam modo induti dicuntur habere veſtimentum quia ueſtimentum coaptatur induto, ut accipiat figuram eius. & ad hunc modum reducitur etiam habere poſſeſſionem, quia homo re poſſeſſa vtitur ſecundũ ſuam uoluntatem.

Secund⁹ modus eſt prout illud, in quo exiſtit aliquid, ut in proprio ſuſceptibili, dicitur habere illud: ſicut æs habet ſpeciem ſtatuæ, & corpus habet infirmitatem. Et ſub hoc modo comprehenditur habere ſcientiam, quantitatem, & quodcunque accidens, uel quancunque formam. Tertius modus eſt, ſecundum quod continens dicitur habere contentum, & contentum haberi a continente, ſicut dicimus quod lagena [habet humidum] id eſt humorem aliquem, vt aquam vel uinum, & quod ciuitas habet homines, & nauis nautas. Et ſecundum hunc modum etiam dicitur, quod totum habet partes. Totum enim cõtinet partem, ſicut & locus locatum. In hoc enim differt locus a toto, quia locus eſt diuiſus a locato, non autem totum a partibus. vnde locatum eſt ſicut pars diuiſa, vt habetur in 4. Phyſic. E Quartus modus eſt, ſecundum quod aliquid dicitur habere alterum, ex eo quod prohibet ipſum operari, uel moueri ſecundum ſuum impetum: ſicut columnæ dicuntur habere corpora ponderoſa impoſita ſuper eas, quia prohibent ea deſcendere deorſum ſecundum inclinationem. & hoc etiã modo Poetæ dixerũt, ꝙ Athlas hẽt cœlum. Fingunt enim Poetæ, quod Athlas eſt Tex. co. 16

eſt habere, ſi nõ habet. Similiter autem & in quo, & ſecundum quid, & ad quod, & ut, ſi non habet aptum natum. Amplius cuiuſque per uim ablatio, priuatio dicitur.

e Et quoties ab eo ꝙ. a. priuatiua particula negationes dicuntur, toties, & priuationes dicuntur. B Nam inæquale nõ habere æqualitatem, aptum quidem natũ dr̃. Inuiſibile uero, & eo quod non habere omnino colorem, & eo qđ turpiter. Et ſine pede, & non habere omnino pedes, & ex eo ꝙ turpes. Amplius & eo ꝙ parũ habeat, ut nõ* ignitum. Hoc aũt eſt turpiter aliquo modo habere. Amplius non facile, aut non bene, ut inſecabile, non ſolum quia non ſecatur, ſed quia non facile, aut quia non bene. Ampli⁹ non habere omnino. Cæcus. n. C non dicitur monoculus, ſed qui ambobus non habet uiſum. Propter quod nõ omnis homo bonus aut malus, aut iuſtus, aut iniuſtus eſt, ſed eſt medium.

f Habere multipliciter dr̃. Vno quidem modo deducere ſecundum ſuam naturam, aut ſecundum ſuum impetum. propter ꝙ febris dicitur habere hominem, & *tyranni ciuitatem, & ueſtimentum induti. D Alio in quo utique aliquid extiterit, ut ſuſceptibili, ut æs habet ſpẽm ſtatuæ, & infirmitatẽ corpus. Alio, ut con tinens contentum. nam in quo eſt, contentum aliquod haberi ab hoc dr̃, ut lagenã habere humidum dicimus, & ciuitatem hoĩes, & naues nautas, ſic aũt &

Similiter ſi in quo, et ſecundum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus ſit, non habent. Item uiolenta cuiuſque ablatio priuatio dicitur.

Et quoties negationes ub in, uel ſimili negatione incipientes dicuntur, toties etiam priuationes dicentur. Inæquale nanque dicitur, eo quod non habeat ęqualitatem, aptum exiſtens habere inuiſibile vero, eo quod non habeat omnino colorem, et quod exigue & impes, eo quod & non habeat omnino pedes, & quod debiles. Item, cum paruum quid habeat. vt cum dicimus oliuam exoſſem. hoc autem eſt, eo quod exile quiddam habet. Item, cum non facile, aut non bene ut inſecabile, non ſolum eo quod non ſecetur, ſed etiam eo quod non facile, nec bene. Itẽ, cum omnino non habent, cæcus nanque dicitur, non qui unoculus eſt, ſed qui utriuſque oculi uiſu caret. Quare non omnis, bonus uel malus, aut iuſtus vel iniuſtus, ſed etiam intermedium eſt.

∴

Habere multipliciter dicitur. Vno modo, cum quid ſecundum ſuam naturam, aut ſuam inclinationem agat. quare dicitur. quod febris hominem habet, & tyranni ciuitates, & induti veſtem. Alio modo, in quo quid tanquam ſuſceptiuo exiſtit. vt æs habet ſtatuę formam, & corpus ægritudinem. Alio modo, vt continens ea, quæ contenta ſunt. in quo nunque contentum quiddam eſt, haberi ub eo dicitur, vt vas habere humidum dicimus, & vrbem homines, & nauem nautas. ſic & totum partes habet. Item, quod prohibet

eſt quidam gigas, qui ſuſtinet coelum, ne cadat ſuper terram. Quod etiam quidam naturales dicunt, qui ponebant, quod coelum quandoque corrumpetur, & reſolutum cadet ſuper terram. Quod patet præcipue ex opinione Emp. qui poſuit mundum infinities corrumpi, & infinities generari. habuit aũt poetica fictio ex veritate originẽ. Athalas q idẽ magnus aſtrologus, ſubtiliter motus cæleſtium corporum perſcrutatus eſt, ex quo fictio proceſſit φ ipſe coelum fulciret. Differt autẽ hic modus a primo. nam in primo habens, habitum cogebat ſequi ſecundum ſuum impetũ, & ſic erat cauſa motus violenti. Hic autem habens prohibet habitũ moueri motu naturali, vnde eſt cauſa quietis violente. Ad hunc autẽ modũ reducitur tertius modus, quo cõtinens dicitur habere cõtenta, ea ratione, quia cõtẽta ſuo proprio impetu ſingula ſepararentur ab inuicem, niſi continens prohiberet. ſicut patet in lagena continente aquam, quæ prohibet partes ab inuicem ſeparari. Dicit autem in fine, φ eſſe in aliquo ſimiliter dicitur ſicut & habeᵹ, & modi eſſendi in aliquo cõſequuntur ad modos habendi. Octo autem modi eſſendi in aliquo in 4. phy. poſiti ſunt, quorum duo ſcilicet, ſecundum quod totum integrale eſt in partibus, & econuerſo, duo etiam ſcilicet, ſecundum φ totum vniuerſale eſt in partibus & econuerſo, & alius modus, ſm quod locatum eſt in loco, conſequuntur ad tertium modum habendi, ſecũdum, quod totum habet partes, & locus locatum. Modus autẽ ſecundum quod aliquid dicitur eſſe in aliquo, vt in efficiẽte, vel mouẽte, ſicut quæ ſunt regni in rege, conſequitur primum modum habendi hic poſitum. Modus autem eſſendi in, ſecundum quod forma eſt in materia, reducitur ad ſecundum modum habendi hic poſitum. Modus autem quo aliquid eſt in fine, reducitur ad modum habendi quartum hic poſitum, uel etiam ad primum, quia ſecundum finem mouentur & quieſcunt ea, quæ ſunt ad finem.

Tex. c6.29. part. 1.

Tex. c6.3.

totum habere partes. Amplius & prohibens ſecundum ſuum impetum aliquid mouere, aut operari, habere dicitur hoc ipſũ, vt columnæ ponderoſa ſuperpoſita. ut poetę Athlantem faciunt habere cœlum, tanquam caſurũ ſuper terram, quemadmodum Phyſiologorum quidam dicũt. Hoc autem modo, continens dicitur quæ continet habere, quaſi ſeparata ſecundum ſuum impetum ſingula. G Et in aliquo aliqd eſſe, ſimili modo dicitur & conſequenter ipſi habere.

F aliquid ſecundum ſuam inclinationem moueri, aut agere, habere dicitur. hoc ipſum, ut & columnæ impoſita onera. & ut poetæ Atlantem faciunt cęlum habere, tanquam, niſi ipſe teneret, caſurum ſuper terram, vt quidam phyſiologorum tradunt. hoc autem modo & continens dicitur, quę continet habere, tanquã ſepararetur ſecundum ſuam inclinationem unumquodque. G In aliquo etiam eſſe ſimiliter & conſequenter, ſicuti habere dicitur.

LECTIO XXI.

a EX aliquo eſſe dr̃, vno quidem modo ex quo eſt, ut materia. & hoc dupliciter, aut ſm genus primũ, aut ſm ultimã ſpẽm. ut ſunt quędã tanquã oĩa liquabilia ex aqua, eſt autẽ ueluti ex ære ſtatua. Alio uero ex primo mouẽte principio. ut, ex quo pugna ex conuitio. id. n. eſt principiũ pugnæ. Alio ex cõpoſito ex materia & forma. ut ex toto partes, & ex Iliade verſus, & ex domo lapides. finis. n. eſt forma: perfectum vero habens finẽ. Hoc autem tanquam ex parte ſpeciei ſpecies. ut homo ex bipede, & ſyllaba ex elemento. aliter enim hoc, & ſtatua ex ære. nam ex ſenſibili materia eſt compoſita ſubſtantia. Sed & ſpecies ex ſpeciei materia, hæc quidem igitur ſic dicuntur. Alia uero ſi ſecundum partem aliquam horũ aliquis exiſtit modorum. ut ex patre & matre puer. & ex terra plantę, quia ex aliqua parte eorum, alia uero prius quidem tempore. ut ex die nox, ex ſerenitate hyems, quia hoc, poſt hoc. Horum autem, alia quia habent

LECTIO XXI.

H EX aliquo eſſe, uno modo dicitur ex quo, ut ex materia eſt. & hoc dupliciter, aut ſecundum primum genus, aut ſecundum ultimam ſpeciem. ut pata, omnia liquabilia quodam modo quidem ex aqua ſunt, quodam modo uero ex ære ſtatua eſt. Vno modo dicitur, ex primo mouente principio. ut ex quo pugna? ex conuicio. quia hoc pugnæ principium. Vno modo ex compoſito ex materia, & forma. ſicuti ex toto partes, & uerſus ex Iliade, & lapides ex domo. finis nanque eſt forma: perfectum uero, quod habet finem. Quędam uero tanquam ex parte formæ. I ut homo ex bipede, & ſyllaba ex elemento. aliter nanque hoc, atque ſtatua ex ære. ex ſenſibili nanque materia compoſita ſubſtantia eſt. forma quoque ex materia. Quędam itaque ita dicantur. quędam, ſiquis horum modorum ſecundum aliquam partem ſit. ut ex patre, & matre proles, & ex terra plantę, quia ex aliqua eorum partę. Vno modo, poſt quod tempore, ut ex die nox, & ex ſereno tempeſtas. quoniam hoc poſt illud. K Horum autem quędam, eo quod habent mutuam

LECTIO XXI.

Infra par. 3.

a HIC incipit proſequi de his, quę pertinent ad rationem totius & partis, & primo de his, quæ pertinent ad partem. Secundo de his, quæ pertinent ad totum. ibi [Totum dicitur.] Et quia ex partibus conſtituitur totum, ideo circa primum duo facit. Primo oſtendit quot modis dr̃ aliquid eſſe ex aliquo. Secũdo quot modis dr̃ pars. ibi [Pars dr̃ uno quidem modo] Circa primum tria facit. Primo ponit modos, quibus aliud ex aliquo fieri, dr̃ proprie & primo. Secundo quo mõ fit aliquid ex aliquo, ſed non primo. ibi [Alia vero ſi ſecundum partem.] Tertio, quo mõ fit aliquid ex aliquo non proprie. ibi [Alia uero.] Circa primum ponit quatuor modos. Quorum primus eſt, ſm φ aliquid dr̃ eſſe ex aliquo ut ex materia. quod quidem contingit dupliciter. vno modo, ſm φ accipitur [materia primi generis] i. cõis, ſicut aqua ẽ materia omnium liquabiliũ, φ omnia dicuntur eſſe ex aqua. Alio mõ [ſm ſpẽm ultimam] i. ſpecialiſſimam: ſicut hæc ſpẽs, quæ eſt ſtatua, dr̃ fieri ex ære. Secũdo mõ dr̃ aliquid fieri ex alio, ut [ex primo principio mouẽte] ſicut pugna ex conuitio, quod eſt principium mouẽs animum conuitiati ad pugnandum. Et ſic & dr̃, quod domus eſt ex ædificante, & ſanitas ex medicina. Tertio modo dr̃ fieri ex aliquo, ſicut ſimplex [ex compoſito ex materia & forma.] Et hoc eſt in uia reſolutionis. ſicut dicimus quod partes ſiunt ex toto, & uerſus ex Iliade .i. ex toto tractatu Homeri de Troia. Reſoluitur .n. Ilias in uerſus, ſicut totum in partes. Et ſimiliter dr̃, φ lapides fiunt ex domo. Rõ autẽ huius eſt: quia forma eſt finis in generatione. Perfectum .n. dicitur qđ habet finem, ut ſupra habitum eſt. vnde patet, quod perfectum eſt qđ hẽt formam.

Quando igitur ex toto perfecto fit reſolutio partiũ, eſt motus quaſi a forma ad materiam, ſicut econuerſo, qñ partes cõponũtur, eſt motus a materia in formã. Et ideo hæc prępoſitio, Ex, quæ principium deſignat, utrobiq; cõpetit, & in uia compoſitionis, quia determinat principium materiale: & in uia reſolutionis, quia ſignificat principiũ formale. Quarto mõ dr̃ aliquid fieri ex aliquo ſicut ſpẽs ex parte ſpẽi.] Pars aũt ſpẽi põt accipi dupliciter, aut ſm rõnem, aut ſm rem. ſecundum rõnem, ſicut bipes eſt pars hoĩs, quia eſt pars diffinitionis eius, quãuis ſm rem non ſit pars, quia aliter non prædicaretur de toto. toti. n. hoĩ competit habere duo pedes. Secundum rem uero, ſicut [ſyllaba eſt ex elemento] .i. ex litera. ſicut ex parte ſpẽi. hic autem quartus modus differt a primo. Nã dicebat aliqd eſſe ex parte materiæ, ſicut ſtatua ex ære. nam ex ſubſtãtia, φ eſt ſtatua, eſt cõpoſita ex ſenſibili materia tanquam

quam ex parte ſubſtantiæ. Sed hęc ſpecies componitur ex parte ſpeciei. Sunt enim partium, quędam partes ſpeciei, & quædam partes materiæ. Partes quidem ſpeciei dicuntur a quibus dependet perfectio ſpeciei, & ſine quibus eſſe non poteſt ſpecies. unde & tales partes in diffinitioue totius ponuntur, ſicut anima, & corp' in diffinitione animalis, & angulus in diffinitione trianguli, & litera in diffinitione ſyllabæ. Partes uero materiæ dicuntur, ex quibus ſpēs nō dependet, ſed quodammodo accidunt ſpeciei, ſicut accidit ſtatuę, q fiat ex ære, uel ex quacunq; materia. Accidit etiam circulo, quod diuidatur in duos ſemicirculos: & angulo recto q angulus acut' ſit eius pars. unde huiuſmodi partes non ponuntur in diffinitione totius ſpeciei, ſed potius econuerſo, ut in ſeptimo huius erit manifeſtū. Sic ergo patet, q ſic quædam dicuntur ex aliquo fieri primo, & proprie. Aliqua vero dicuntur ex aliquo fieri non primo, ſed ſecundum partem. Et hoc ſecūdum: [quæcunque prędictorum modorum,] ſicut puer dr̄ fieri ex patre, ſicut principio motiuo, & matre, ſicut ex materia: quia quædam pars patris mouet, ſ. ſperma, & quędam pars matris eſt materia, ſ. meſtruū. Et plantæ ſunt ex terra, non tamen quędam ex toto, ſed ex aliqua eius parte. Alio uero modo dr̄ fieri aliquid ex aliquo non proprie, ſ. ex hoc ipſo, q importat ſolum ordinem, & ſic aliquid fieri dr̄ ex aliquo, poſt quod fit, ſicut [noa fit ex die] i. poſt diem, & [himber ex ſerenitate] i. poſt ſerenitatem. Hoc autem dicitur dupliciter. Quandoque. n. inter ea, quorum unum dicitur fieri ex altero, attenditur ordo ſecundum motum, & non ſolum ſecundum tempus, quia uel ſunt duo extrema eiuſdem motus, ut cū dicitur, q album fit ex nigro: uel conſequuntur aliqua extrema motus, ſicut nox & dies conſequuntur diuerſa ubi, ſolis. Et ſimiliter hiems & æſtas. Vnde in quibuſdam dicitur hoc fieri poſt hoc, quia habent tranſmutationem adiuuicem, ut in prædictis patet. Quandoque uero attenditur ordo ſm tempus tm̄, ſicut dr̄ q [ex ęquinoctio fit nauigatio,] i. poſt æquinoctium. Hæc. n. duo extrema, non ſunt duo extrema unius motus, ſed ad diuerſos motus pertinent. Et ſimiliter dr̄, ex Dionyſiis ſunt Thargelia, quia ſunt poſt Dionyſia. Hæc autem ſunt quædam feſta, quæ apud gentiles celebrabant, quorum unum erat prius & aliud poſterius.

b ¶ Hic ponit quatuor modos, quibus aliquid dicitur eſſe pars. Primo mō, pars dicitur in quam diuiditur aliquid, ſecundum quantitatem, & hoc dupliciter. Vno. n. modo quantumcunque fuerit quantitas minor, in quam quantitas maior diuiditur, dicitur eius pars. Semper enim id, quod aufertur a quantitate, di-

A citur pars eius, ſicut duo aliquo modo ſunt partes trium. Alio modo dicitur ſolum pars quantitas minor, quę menſurat maiorem. Et ſic duo non ſunt pars trium, ſed ſic duo ſunt pars quatuor, quia bis duo ſunt quatuor. Secundo modo dicuntur partes, in quæ diuiditur aliquid ſine quantitate. Et per hunc modum ſpecies dicuntur eſſe partes generis. Diuiditur enim in ſpecies, nō ſicut quātitas in partes quantitatiuas: nam tota quantitas non eſt in una ſuarum partium: genus autem eſt in qualibet ſpecierum. Tertio modo dicuntur partes, in quas diuidit, aut ex quibus componitur aliquod totum, ſiue ſit ſpēs, ſiue aliquid habens ſpeciem, ſ. indiuiduum. Sunt enim (ſicut dictum eſt) quædam partes ſpeciei, & quædam partes materiæ, q̄ ſunt partes indiuidui. Aes. n. ē pars ſphęræ æreæ, aut cubi ærei, ſicut materia in qua ſpecies eſt recepta. Vnde æs non eſt pars ſpeciei, ſed pars habentis ſpeciem. Eſt aūt cubus corpus contentum ex ſuperficieb. quadratis: angulus autem eſt pars triāguli ſicut ſpeciei, ſicut ſupra dictum eſt. Quarto modo dicuntur partes, quæ ponuntur in diffinitione cuiuslibet rei, quæ ſunt partes rationis; ſicut animal, & bipes sūt partes hominis. Ex quo patet, q genus quarto mō eſt pars ſpēi, aliter uero. ſ. ſecundo modo ſpēs eſt pars generis. In ſecundo. n. modo ſumebatur pars pro parte ſubiectiua totius uniuerſalis. In alijs autem tribus, pro parte integrali. Sed in primo, pro parte quātitatis, in alijs autem duobus, pro parte ſubſtantiæ. Ita tamen, q pars ſecun-

E dum tertium modum eſt pars rei, ſiue ſit pars ſpeciei, ſiue pars indiuidui. Quarto autem modo, eſt pars rationis.

c ¶ Hic proſequitur de his, quæ pertinent ad totum, & primo de toto in communi, ſecundo de toto quodam. ſ. de genere, ibi [Genus dicitur] Circa primum duo facit. Primo, proſequitur de ipſo nomine totius: ſecundo, de eius oppoſito. ſ. de Colobon, ibi [Colobon autem dicitur] Circa primum tria facit. Primo, ponit rationem communem totius, quæ conſiſtit in duobus. Primo, in hoc q perfectio totius integratur ex partibus, & ſignificat hoc cum dicitur, q [totum dicitur, cui nulla ſuarum partiū deeſt, ex quibus] ſ. partibus [dicitur totum natura] i. totum ſecundū ſuā naturā conſtituitur. Secundum eſt, q partes uniūtur in toto. Et hic dicit, q totū [continens eſt contenta] ſ. partes, ita quod illa contenta ſunt aliquid unum in toto. Secundo ibi.

d ¶ Ponit duos modos totius dicēs, qđ totū dicitur dupliciter, aut ita, quod unumquodque contentorum a toto continente ſit ipſum unum, ſcilicet ipſum totum continens, quod eſt in toto uniuerſali de qualibet ſuarum partium prædicato. Aut ex partibus conſtituatur unum, ita quod non quælibet partium

Bragilia.

4. c. 30. par. 2.

Tex. 53. 54.

Tex. ed. 31. parte 3.

par. 4.

Dionyſis 3- rit Baccanalia. Thargelia uero feſta Apollinis & Dianę.

Lect. ſeq. par. 1. Infra par. 9.

tranſmutationem adinuicem, ita dicuntur, ut quæ nunc ſunt dicta. Alia, quia ſecundum tempus ſolum, ut ex æquinoctio fit nauigatio, quia poſt æquinoctium. Sic feſtiuitates ſunt, ut ex Dionyſiis thargelia, quia poſt Dionyſia.

tranſmutationem, ita dicuntur; ſicuti et quę nunc dicta ſunt, quędam, eo quod ſolum ſecundum tempus conſequūtur. ut ex æquinoctio facta eſt nauigatio, quoniam poſt ęquinoctium facta eſt. & ex Bacchanalibus Thargelia, quia poſt Bacchanalia.

B

b Pars dicitur quidem uno mō, in quam diuiditur utique, quantum quocunque modo. Semper enim ablatum a quanto, ut quā tum eſt, pars dicitur illius, ut trium, duo pars quodamodo dicuntur. Alio uero modo quæ talia menſurant ſolum. propter qđ trium, duo ſunt, ut dr̄ pars, ſunt autem ut non. Amplius, & in quæ diuiditur utique ſpēs ſine quantitate, & ea partes huius dicuntur: quare ſpecies, generis dicuntur eſſe partes. Amplius in quæ diuiditur aliquid, aut ex quibus componitur totum, aut ſpecies, aut habens ſpeciem, ut ſphæræ æreæ, aut cubi ærei, æs pars eſt. hoc autem eſt materia, ī qua ſpecies, & angulus pars. Amplius, quę ſunt in ratione unumquodque oſtendente, & ea partes sūt totius. Propter quod, & genus ſpeciei pars dr̄, aliter autem ſpecies generis pars.

Pars dicitur uno quidem modo, in quod quoquo modo, quantum diuidi poteſt. ſemper enim quod a quanto, prout quantum, aufertur, pars illius dicitur; ut duo, pars trium quodammodo dicitur. Alio modo, ex his ea duntaxat, quę metiuntur. quare duo quodāmodo quidem ſunt pars trium, quodāmodo uero non. Item, in quę forma abſque quanto diuidi poteſt, hęc quoque partes eius dicuntur. quare ſpecies generis aiunt partes eſſe. Item, in quę

C *aliquid diuiditur, aut ex quibus totum componitur, aut ipſa forma, aut quod formam habet. ut ſphęrę ęneę, aut ænei cubi, & ipſum ęs pars. hoc autem eſt materia, in qua forma, et angulus pars. Item quæ in ratione unumquodque ſignificante ſunt, hęc quoque pars totius ſunt. quare genus, pars etiam ſpeciei dicitur, aliter vero ſpecies generis pars eſt.*

c Totum dicitur, cui nulla partium deeſt, ex quibus dicitur totum natura. Et continens contenta. uñ unum aliquid ſunt illa.

D *Totum dicitur, cuius nulla pars eorum abeſt, ex quibus totum natura dicitur. Et quod continet contenta, ut unum quid illa ſint.*

d Hoc autem dupliciter. Aut enim ut unumquodque unum, aut ut ex his unum.

Hoc autem dupliciter. Aut enim ut unumquodque unum, aut ex his illud unum.

ſit vnum illud. Et hæc eſt ratio totius integralis, quod de nulla ſuarum partium integralium prædicatur. Tertio ibi.

e ¶ Exponit prædictos modos totius. Et primo primum, dicens quod vniuerſale [& quod totaliter,] idest quod communiter prædicatur, dicitur quaſi ſit aliquod unum totum ex hoc quod prędicatur de vnoquoq; ſicut vniuerſale, quaſi multa continens vt partes, in eo quod prædicatur de vnoquoq;. Et omnia illa ſunt vnum in toto vniuerſali, ita qđ unũquodque illorũ eſt illud vnum totum. Sicut animal continet hominem & equum & Deũ, quia [omnia ſunt animalia] idest quia animal prædicatur de vnoquoque. Deum autem hic dicit aliquod corpus coeleſte, ut Solem, vel Lunam, quæ antiqui animata corpora eẽ dicebãt, & deos potabant. Vel animalia quædam aerea, quæ Platonici dicebant eſſe dęmones, & pro diis colebantur a gentibus. Secundo ibi:

par. 5. e Vniuerſale quidem enim, & quod totaliter, dicitur vt aliquid ens vnũ ſicut vniuerſale, quaſi multa continẽs, quia prædicatur de vnoquodque, & vnũ omnia ſunt & vnumquodq; vt homo, & æquus, & Deus, quia omnia animalia.

par. 6. f Continuum uero & finitum, quando unum aliquid ex pluribus eſt quæ inſunt, maxime quidem poteſtate, ſin autem & energia.

par. 7. g Horum vero eorundem magis quę ſunt natura, quam arte talia: quemadmodum & in vno dicimus, tamqnam exiſtente totalitate vnione aliqua.

par. 8. h Amplius quãto habente principium & medium & vltimum, quorum quidem non facit poſitio differentiam, omne dicitur: quorum vero facit, totum, & quęcunque ambo dicuntur, & omne & totum. Sunt autem ea, quorum natura quidem eadem manet tranſpoſitione, forma vero non, ut cera & veſtis. etenim omne & totum dicuntur. habẽt enim ambo. Aqua vero, & quæcunque ſunt humida, & numerus, omne quidem dicuntur; totus vero numerus, & tota aqua non dicitur, niſi metaphorice. Omnia uero dicuntur in quib. omne, ut in uno: in his omnia, vt in diuerſis, omnis hic numerus, omne hę unitates.

f ¶ Exponit modũ ſecundũ totius, qui pertinet ad totum integrale, & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem communem huius totius, & præcipue de toto, quod diuiditur in partes quantitatiuas, quod eſt manifeſtius dicens, quod aliquid dicitur [continuum & finitum,] idest perfectum & totum. nã infinitum non habet rationem toti⁹, ſed partis, vt dicit

Tex. c6. 12. in 3. Phyſi. quando ſcilicet vnum aliqđ fit ex pluribus, quæ inſunt toti. & hoc dicit ad remouẽdum modum, quo aliquid fit ex aliquo. ſicut ex contrario. Partes autem, ex quibus conſtituitur totum, dupliciter poſſunt eſſe in toto. Vno modo in potentia, alio modo in actu. Partes quidem ſunt in potentia in toto continuo, actu vero in toto non continuo, ſicut lapides actu ſunt in aceruo. Magis autem eſt vnum; & per cõſequens magis totum, continuum, quã nõ continuum. Et ideo dicit, quod oportet partes ineſſe toti, maxime quidem in potentia, ſicut in toto continuo. Et ſi non in potentia, ſaltem [energia] idest in actu. Dicitur enim energia, interior actio. Licet autem magis ſit totum quando partes ſunt in eo in potentia, quam quando ſunt actu, tamen ſi reſpiciamus ad partes, magis ſunt ipſę partes, quando ſunt actu, quam quando ſunt in potentia. Vnde alia litera habet [maxime quidem perfectione & actu. Sin autem. & poteſtate.] Et ſubiungit etiam quod prius dictum eſt, & maxime poteſtate, ſin autem & energia. Vnde videtur, ꝙ translator duas inuenit literas, & vtranque tranſtulit, & errore factum eſt, ſic vt coniungantur ambæ quaſi vna litera. Et hoc patet ex alia translatione, quæ non habet niſi alterum tantum. Sic enim dicit. [Continuum autem, & finitum eſt, cum vnum aliquod fit ex pluribus inhærentibus, maxime quod potentia.] Si autem non, actu ſunt. Secundo ibi.

g ¶ Oſtendit duas diuerſitates in iſto ſecundo modo totius. quarum prima eſt, quòd continuorum quædam ſunt continua per artem, quędam per naturam, & illa, quæ ſunt cõtinua per naturam, magis ſunt [talia], ſcilicet tota, quam quæ ſunt per artem. Sicut de vno dictum eſt ſupra, ſ. quod illa, quę ſunt continua per naturam, magis ſunt unum, ac ſi totalitas ſit aliqua unio. Ex quo patet, ꝙ, quod eſt magis vnum, eſt magis totum.

h ¶ Secundam diuerſitatem ponit. Cum enim ita ſit, quod in quantitate ſit ordo partium, q a eſt ibi principium, mediũ & ultimum, in quo ratio poſitionis cõſiſtit, oportet quod omnia tota iſta, continuam habeant poſitionem, i ſuis partibus. Sed ad poſitionem partium, totum continuum tripliciter ſ. inuenitur habere. Quædam enim tota ſunt, in quibus diuerſa poſitio partium non facit diuerſitatem, ſicut patet in aqua: qualitercunq; enim tranſponantur partes aquæ, nihil differunt; & ſimiliter eſt de aliis humidis, ſicut de oleo, vino, & huiuſmodi. In his autem ſignificatur totum p hoc, quod dr omne, non autem ipſo nomine totius. Dicimus enim omnis aqua, uel omne vinum, vel omnis numerus, non autem totus, niſi ſecundũ metaphorã. & hoc forte eſt ſecundũ proprietatem græci idiomatis: nam apud nos dr proprie. Quædam uero ſunt, in quibus poſitio differentiã facit, ſicut in homine, & in quolibet animali, & in domo, & huiuſmodi, non enim eſt domus qualitercunque partes ordinentur, ſed ſecundum determinatum ordinem partium. & ſimiliter nec homo animal. Et in his dicimus totum, & non omne. Dicimus enim de uno ſolo animali loquentes, totum animal, non omne animal. Quædam uero ſunt, in quibus contingunt ambo, quia poſitio quodammodo facit differentiam, in eis: in his autem dicimus utrunque, ſ. & omne & totum, & iſta ſunt in quibus facta tranſpoſitione partium, manet eadem materia, ſed non eadem forma ſiue figura. ut patet in cera, cuius qualitercunque tranſponantur partes, nihilominus eſt cera. licet non eiuſdem figuræ. & ſimiliter eſt de veſtimento. & de omnibus quæ ſunt ſimilium partium, retinentium diuerſam figuram. Humida enim, & ſi ſunt ſimilium partium, non tamen figuram poſſunt habere propriam, quia non terminãtur terminis propriis, ſed alienis. & ideo tranſpoſitio in eis nihil uariat quod ſit ex parte eorum.

Ratio aũt huius diuerſitatis eſt, quia omne diſtributiuũ eſt. & ideo requirit multitudinem in actu, uel in potentia propinqua. & quia ea ſunt ſimilium partium, diuiduntur in partes eõ ſimiles toti, ſitque ibi multiplicatio totius. Nam ſi quælibet pars aquę eſt aqua. in unaquaque aqua ſunt multæ aquæ, licet in potentia, ſicut in uno numero ſunt multæ unitates in actu. totum uero ſignificat collectionem partiũ in aliquo uno. & iõ in illis proprie dr totum, in quib. ex oĩbus partib. acceptis ſimul fit unum perfectũ, cuius perfectio nulli partium competit, ſicut domus: & animal. Vnde omne animal nõ dicitur

F Ipſum enim uniuerſale, et quod omnino ut totum quippiam ens dicitur, ſic eſt uniuerſale, vt multa continens, eo quod de ſingulis prędicatur, & unũ omnia ſunt ſingula. ut homo, equuſq;, deus, quoniam omnia animalia.

G Cæterum continuum & finitum, cũ e pluribus inexiſtentibus unum quid ſit, maxime quidem potentia, nõ actu.

Horum autem ipſorum, magis quę natura, quam arte talia ſunt, ſicut & de uno dicimus, tanquam totalitas unitas quędam ſit.

H Item, cum quantum habeat principium medium, & ultimum, quorũcumque poſitio non facit differentiam, omne dicitur: quorumcunque uero, facit, totum: quę autem ambo facere contingit, & omne, & totum. Sunt aũt hæc, quorum natura quidem eadem manet in tranſpoſitione, forma uero minime, ut cera, & ueſtis, etenim totum & omne dicuntur. ambo nanque habent. Aqua uero, & quæcunq; humida, ac numerus, omne quidem dicuntur: totus uero numerus, totaque aqua non dicitur niſi translatione. Omnia uero dicuntur

I de quibus omne tamquam de uno, de his omnia, ut de diuiſis, omnis hic numerus, omnes hę unitates.

K

tur de vno animali, ſed de pluribus. Et ideo in fine dicit, quod in illis totis, in quibus dicitur omne, vt de vno referente ad totum, poteſt dici omnia in plurali, vt in diuerſis referendo ad partes, ſicut dicitur omnis hic numerus, & omnes hæ vnitates, & omnis hæc aqua, demonſtrato toto, & homines hæ aquæ, demonſtratis partibus.

par. 9. Tex. cõ. 33. I ¶ Hic determinat de eo, quod eſt oppoſitum toti, quod eſt colobon, pro quo alia tranſlatio habet diminutum membrum, ſed non vſquequaque conuenienter. Nam colobon non dicitur ſolum in animalibus, in quibus ſolis ſunt membra. Videtur autem eſſe colobon, quod nos dicimus truncatum. Vnde Boetius tranſtulit mancum, id eſt defectiuum. Eſt ergo intentio philoſophi oſtendere, quid requiratur ad hoc quod aliquid dicatur colobon. Et primo, quid requiratur ex parte totius. Secũdo, quid requiratur ex parte partis deficientis, ibi [Adhuc autem neque quælibet.]

Alia litera Diminutum. Alia vero l. mancum, ſeu truncatum. * Nunquam legebatur l. manuſcriptis exẽplaribus. κολοβὸν.

parte 10. Ad hoc autem quod aliquod totum dici poſſit colobon, ſeptem requirũtur. Primum eſt, vt illud totum ſit quantum, habens partes in quas diuidatur ſecundum quantitatem. vno enim totum vniuerſale poteſt dici colobon, ſi vna ſpecies eius auferatur. Secundum eſt, quod non quodlibet quãtum poteſt dici colobon, ſed oportet quod [ſit partibile,] id eſt diſtinctionem habens. & [totum] id eſt ex diuerſis partibus integratum. vnde vltimæ partes, in quas aliquod totum reſoluitur, licet habeant quantitatem, nõ poſſunt dici colobæ, ſicut caro vel neruus. Tertium eſt, quod duo non ſunt coloba, vel aliquid habens duas partes, ſi altera earum auferatur. Et hoc ideo, quia nunquam [colobonium] id eſt quod aufertur a colobon, eſt æquale reſiduo, ſed ſemper oportet reſiduum eſſe maius.

Tex. cõ. 33. par. prima.

Quartum eſt, quod numerus nullus poteſt eſſe colobus, quotcunque partes habeat, quia ſubſtantia colobi manet parte ſubtracta. ſicut ſi calix truncetur, adhuc manet calix: ſed numerus non manet idem, ablata quacunque parte. quælibet enim vnitas addita vel ſubtracta, variat numeri ſpeciem. Quintum eſt, quia oportet quod habeat partes diſſimiles. Ea enim quæ ſunt ſimilium partium, non poſſunt dici coloba, quia ratio totius ſaluatur in qualibet parte, vnde ſi auferatur aliqua partium, altera pars non dicitur coloba. Nec tamen omnia, quæ ſunt diſſimilium partium poſſunt dici coloba. Numerus enim non poteſt dici colobus, vt dictum eſt, quamuis quodammodo habeat diſſimiles partes, ſicut duodenarius habet pro partibus dualitatem & trinitatem. Aliquo tamen modo omnis numerus habet partes ſimiles, prout omnis numerus ex vnitatibus conſtituitur. Sextum eſt, quod nullum eorum poteſt dici colobon,

I Colobon vero dicitur, quantum non quodlibet, ſed partibile oportet illud eſſe, & totum. Nam duo non ſunt coloba, altero ablato vno. nõ enim æquale colobonion & reliquum* vnquam eſt. nec totaliter numerus vllus. etenim ſubſtantiam oportet manere, ſi calix colobos adhuc oportet eſſe calicem; ſed numerus non eſt idem parte ſublata. Adhuc & quæ ſunt partium diſſimiliũ, nec hæc omnia. Numerus enim eſt, vt diſſimiles habeat partes, vt dualitatem & trinitatem. Sed & totaliter, quorũ poſitio non facit differentiam, nullum enim colobon, vt aqua, aut ignis; ſed oportet talia eſſe, quę in ſubſtantia poſitionem habeant. Amplius continua. nam harmonia eſt ex his, quæ ſunt diſſimilium partium, & poſitionem habẽt, ſed colobon non eſt. C

K Adhuc autem nec quælibet ta nec cuiuſque particulæ priuatione coloba. Nõ enim nec quæ ſunt propriæ ſubſtãtiæ, nec quæ ſunt vbique entia. vt ſi perforatetur calix, non colobon, ſed ſi auris calicis, aut extremitas aliqua. Et homo nõ ſi carnem, aut ſplenem, ſed ſi extremitatem, & hanc non omnem, ſed quæ non habet generationem ablatam a toto. Quapropter calui, non colobi. D

LECTIO XXII.

a GEnus dicitur hoc quidem ſi ſit generatio continua ſpeciem habentium eandem, vt dicitur donec vtique genus

A in quibus poſitio non facit differentiam. ſicut aqua aut ignis. Oportet enim coloba talia eſſe, quod in ſuę ratione ſubſtantiæ habeat determinatam poſitionem, ſicut homo, uel domus. Septimum eſt, quod oportet eſſe continua coloba. Harmonia enim muſicalis non poteſt dici coloba, uoce uel chorda ſubtracta. licet ſit diſſimilium partium, quia conſtituitur ex uocibus grauibus & acutis.

Et licet partes ei habeant determinatam poſitionem, nõ enim qualitercunque voces graues & acutæ ordinatę, talem conſtituunt harmoniam. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit quæ ſunt conditiones colobi ex parte partis diminutæ, & ponit tres dicens, quod ſicut non quęlibet tota poſſunt dici coloba, ita nec cuiuslibet particulæ ablatione poteſt aliquid dici colobon. Oportet enim primo, quod pars ablata non ſit pars ſubſtantiæ principalis, quæ ſcilicet rei ſubſtantiam conſtituit, & ſine qua ſubſtantia eſſe non poſſit, quia ut ſupra dictum eſt, colobon oportet manere ablata parte. Vnde homo non poteſt dici colobus capite abſciſo. Secundo, ut pars ſubtracta non ſit ubique, ſed ſit in extremitate. Vnde ſi perforatur calix, circa medium aliqua parte eius ablata, non poteſt dici colobus. Sed ſi accipiatur [auris calicis] id eſt particula quæ eſt ad ſimilitudinem auris, aut quęcũque alia extremitas. Et ſimiliter homo non dicitur colobus, ſi amittat aliquid de carne vel in tibia, vel in brachio, vel circa medium corporis: aut ſi emittẽs ſplenem uel aliquam eius partem: ſed ſi amittat aliquam eius extremitatem, ut manum aut pedem. Tertio vero, vt non omni particula in extremitate exiſtente ablata, aliquid dicatur colobum. ſed ſi ſit talis pars, quæ non regeneratur iterum ſi tota auferatur, ſicut manus aut pes. Capillus autem totus incirſus iterum regeneratur. Vnde per eorum ſubtractionem, licet in extremitate ſint, non dicitur colobus. Et propter hoc calui non dicuntur colobi.

Mutilum dicitur quantorum non quodcunque, ſed ut diuiſibile, & totũ illud ſit oportet. Duo etenim non ſunt mutila, altero ablato uno. non enim æquale mutilamen & reliquum vnquam eſt. nec omnino numerus ullus: ſubſtantiam nanque manere oportet. ſi calix mutilus, adhuc oportet eſſe calicem. numerus vero non amplius idẽ.

B *Et ad hæc etiam, ſi partium diſſimilarium ſint, nec hęc omnia. numerus etenim eſt, ut etiam diſſimilares habeat partes, utputa binarium & ternariũ. Cæterum nihil omnino eorum, quorũ poſitio differentiam non facit, mutilũ eſt, ut aqua vel ignis: ſed oportet talia eſſe, quę ſecundum ſubſtantiam poſitionem habent. Item continua. harmonia nanque & ex partib. diſſimilaribus eſt, & poſitionem habet, mutila autem non ſit.*

Et ad hæc nec illa, quę tota ſunt cuiuſcunque particulę priuatione, mutila ſunt. non enim oportet, nec quæ principales ipſius ſubſtantię, nec ubicunque exiſtentes, vt ſi perforetur calix non mutilus, ſed ſi anſa, aut extremũ aliquod, homo quoque, non ſi carnem, aut ſplenem, ſed ſi extremitatem, & hanc non omnem, ſed quę tota ablata non habeat generationem, quare calui, non mutili.

LECTIO XXII.

GEnus dicitur, hoc quidem, ſi generatio eorum. quæ eandem ſpeciem habent, continua ſit. utputa dicitur quouſque genus homi-

E

LECTIO XXII.

HIc determinat de quodam toto ſcilicet de genere, & primo oſtendit, quot modis dicitur genus. Secundo, quot modis dicuntur aliqua diuerſa. ibi [Diuerſa uero genere.] Dicit ergo primo, quod genus dicitur quatuor modis. a par. ſeq.

Primo, generatio continua aliquorum habentium eandem ſpeciem. Sicut dicitur, dum erit [genus hominum] i. dum durabit generatio continua hominum. iſte eſt primus modus poſitus in Porphyrio, ſ. multitudo habentium relationem adinuicem & ad vnum principium. Secundo modo dicitur genus illud,

illud, a quo[primo mouente ad eſſe] ideſt a generante proce dunt aliqua. ſicut dicuntur Hellines genere, quia deſcendunt a quodam Helline nomine, & aliqui dicuntur Iones genere, quia deſcendunt a quodam Ione, ſicut a primo generante. Magis autem denominantur aliqui a patre, qui eſt generans, quam a matre; quæ dat materiã in generatione: & iſti aliqui denominant genere a matre, ſicut a quadam fœmina nomine Pleia, dicuntur aliquæ pleiades. Et iſte eſt ſecundus modus generis in Porphyrio poſitus. Tertio modo dicitur genus, ſicut ſuperficies eſt gen⁹ figurarum ſuperficialium, & ſolidum, ideſt corpus; dicitur eſſe genus figurarum ſolidarum, ideſt corporearum. Genus autem hoc non eſt quod ſignificat eſſentiam ſpeciei, ſicut animal eſt genus hominis, ſed quod eſt proprium ſubiectum, ſpeciei differentium accidentium. Superficies enim eſt ſubiectum omnium figurarum ſuperficialium.

Alia litera Pyrrha, ut habet Græcus, πυρρα

Et habet ſimilitudinem cum genere, quia proprium ſubiectum ponitur in diffinitione accidentis, ſicut genus in diffinitione ſpeciei. Vnde ſubiectum proprium de accidente prędicatur ad ſimilitudinem generis. Vnaquæque enim figurarum hęc quidẽ, ideſt ſuperficialis eſt talis ſuperficies[Hoc autem,] ideſt figura ſolida eſt tale ſolidum, ac ſi figura ſit differentia qualificans ſuperficiem, vel ſolidum.

par. 30

Tex. com. 34. par. 3.

Superficies enim ſe habet ad figuras ſuperficiales, & ſolidum ad ſolidas, ſicut genus quod ſubijcitur contrarijs. Nam differentia prędicatur in eo quod quale. Et propter hoc, ſicut cum dicitur animal rõnale, ſignificatur tale animal, ita cum dicitur ſuperficies quadrata, ſignificatur talis ſuperficies. Quarto modo genus dr̃ ꝙ primo ponitur in diffinitione, & prædicatur in eo quod quid, & differentiæ ſunt eius qualitates, ſicut in diffinitione hominis: primo ponitur animal, & bipes ſiue rationale quod eſt quædam ſubſtantialis qualitas hominis. Patet ergo ꝙ tot modis dicitur genus. Vno modo ſecundum generationem continuam in eadem ſpecie, quod pertinet ad primum modũ. Alio modo ſecundum primum mouens, quod pertinet ad ſecundum. Alio modo ſicut materia, quod pertinet ad tertium & quartum modum. Hoc enim modo ſe habet genus ad differentiam, ſicut ſubiectum ad qualitatem. Et ideo patet, ꝙ gen⁹ prædicabile, & genus ſubiectum, quaſi ſub uno modo compreh enduntur, & utrumque ſe habet per modum materię. Licet

F tum genus prædicabile non ſit materia, ſumitur tñ a materia, ſicut differentia a forma. Dr̃ n. aliquid animal ex eo, ꝙ habet naturam ſenſitiuam. Rationale vero ex eo, ꝙ habet rationalem naturam quæ ſe habet ad ſenſitiuam, ſicut forma ad materiam.

b ¶ Hic oſtendit, quot modis dicuntur aliqua diuerſa genere, & ponit duos modos reſpondentes vltimis duobus modis generis. Primi enim duo modi non multum pertinent ad philoſophicam conſiderationem. Primo igitur modo, dicuntur aliqua genere diuerſa, quia eorum primum ſubiectum eſt diuerſum: ſicut primum ſubiectũ coloris eſt ſuperficies, primum aũt ſubiectum ſaporum, eſt humor. vnde quantum ad genus ſubiectum, ſapor & color ſunt diuerſa genere. Oportet aũt, ꝙ duo diuerſa ſubiecta talia ſint, quorum vnum nõ reſoluatur in alterum. Solidum enim quodammodo reſoluitur in ſuperficies. Vnde figuræ ſolidæ, & figuræ ſuperficiales non ſunt diuerſorum generũ. Et iterum oportet, ꝙ ambo non reſoluãtur in aliquod idem. Sicut ſpecies, & materia ſunt diuerſa genere, ſi ſecundum ſuã eſſentiã cõſiderent̃, ꝙ nihil eſt cõe vtrique. Et ſimiliter corpora cęleſtia. & inferiora ſunt diuerſa genere, inquãtũ nõ hñt materiã cõem. Alio modo dñr diuerſa gñe, quę dñr [ſecundũ diuerſã figurã categorię] i. prędicationis entis. Alia namq. entia ſignificant q d eſt. alia quale, alia alijs modis, ſicut diuiſum eſt prius, vbi tractauit de ente. Iſtę n. categorię nec reſoluuntur inuicem, quia una non continetur ſub alia. Nec reſoluuntur in vnum aliquid, quia nõ eſt vnum aliquod genus cõe ad oia prędicamenta. Patet autem ex dictis, ꝙ aliqua continentur ſub vno pdicamento, & ſunt vnũ genere hoc modo ſecundo, quę tamen ſunt diuerſa genere primo mõ. Sicut corpora cęleſtia, & elementaria & colores, & ſapores. Primus aũt modus diuerſitatis ſecundum genus, conſideratur magis a naturali, & etiam a philoſopho, quia eſt magis realis. Secundus autem modus, cõſideratur a Logico, quia eſt rationis.

c ¶ Hic diſtinguit nomina, quæ ſignificant defectum entis, vel ens incompletum, & primo hoc nomen, falſum: Secundo, hoc nomen accidens. Circa primum, tria facit. Primo, oſtẽdit quomodo dicatur falſum in rebus. Secundo, quomodo in diffinitionibus, ibi: [Ratio uero falſa.] Tertio, quomodo fit falſum in hominibus ibi: [Sed & homo falſus.] Dicit ergo primo, quod falſum dicitur uno modo in rebus per hoc, ꝙ oratio ſignificans rem, non congrue componitur. Quod quidem contingit duplicitur

hominum ſit, quia dum eſt generatio eorum continua. Illud vero a quo ſunt primo mouente ad eſſe. Sic. n. dñr Hellines genere, & Iones; quia illi ab Helline, illi ab Ione generante. & magis qui a generante, q̃ qui a materia. Dicuntur. n. & a fęmina genere, ut a Pleia. Amplius autem
G vt ſuperficies figurarũ genus ſuperficialium, & ſolidum ſolidorum. Figurarum enim unaquaque hęc ſuperficies quidem talis. hoc aũt ſolidum tale. hoc autem eſt ſubiectum differẽtiis. Amplius, ut in rationib. quod primum ineſt: & dicitur in eo, quod quid eſt, hoc genus; cuius differentiæ dicuntur qualitates. genus igitur toties dicitur: aliud quidem ſecundum generationem continuam ſpeciei: aliud quidem ſecundum primũ mo-
H uẽs eiuſdem ſpeciei: aliud ut materia. Cuius enim differentia, & qualitas eſt, hoc eſt ſubiectum quod dicimus materiam.

b Diuerſa uero genere dicunt̃, quorum diuerſum primum eſt ſubiectum, & non reſoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem, ut ſpecies, & materia diuerſum genere: Et quæcunque ſecundum diuerſam figuram categoriæ entis dicuntur. Alia namque quid ſignificant entium:
I Alia quale quid: Alia aliud ut diuiſum eſt prius. nec enim ea reſoluũtur, nec in inuicem, nec in unum aliquod.

c Falſum dr̃ uno mõ ut res falſa, & huius hoc quidem per nõ cõponi, aut ꝑ impoſſibile eſſe componi. Sicut dr̃ diametrũ eẽ commenſurabilẽ, aut te ſedere. Horũ enim falſum hoc quidẽ ſemper, illud vero q̃nque. Sic. n. non entia hæc. Alia uero, quæ ſunt quidem entia, & apta nata
K ſunt uideri, aut nõ qualia ſunt, aut quæ non ſunt, ut ſchiagra-

num ſit, quia donec eorum generatio continua ſit. Hoc uero, a quo ſunt primo adeſſe mouente. ita enim Græci genere, alij vero Iones dicuntur: eo quod illi quidem a Græco, hi uero ab Ione primo generante ſunt. & magis qui a generante, quàm qui a materia. dicuntur etenim a fęmina genere, ut a Pyrrha. Item ut ſuperficies figu-
G *rarum ſuperficialium genus, & ſolidum ſolidarum. quęque enim figurarum, hęc quidem ſuperficies talis, illa uero ſolidum tale. hoc autem eſt, quod ſubiectum differentiis eſt. Item, ut in rationibus quod primum ineſt, quod dicitur in eo quod quid eſt, hoc genus, cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus itaque toties dicitur. hoc quidem ſecundum generationem continuam eiuſdem ſpeciei, hoc vero ſecundum primum mouens eiuſdem ſpeciei, hoc autem ut materia, cuius enim dif-*
H *ferentia, & qualitas eſt, hoc eſt ſubiectum, quod dicimus materiam.*

Diuerſa autem genere, quorum primum ſubiectum diuerſum eſt, & non reſoluitur alterum in alterũ, nec ambo in idem. vtputa forma, & materia diuerſa genere. Et quęcunque ſecundum diuerſam figuram prædicationis entis dicuntur. quędam enim entium quid eſt ſignificant, quędam aũt
I *quale quid, quędam vero vt eſt prius diuiſum. nec enim hęc reſoluuntur in inuicem, nec in vnum quiddam.*

Falſum dicitur vno modo, vt res falſa. & huius, hoc quidem eo quod non componitur, aut quod impoſſibile ſit componi. quemadmodum dicitur diametrum eſſe commenſurabilem, aut te ſedere. horum enim illud quidem ſemper, hoc vero aliquando falſum eſt. ſic enim non entia hæc. Alia
K *vero, quęcunque ſunt quidem entia, apta tamen natura ſunt apparere, aut non qualia ſunt, aut quę non ſunt,*

dupliciter. vno modo per hoc, ꝙ aliquid componitur qđ non det componi, ſicut eſt in falſis contingētib. Alio modo per hoc ꝙ eſt impoſſibile componi, ſicut eſt in falſis impoſſibilib. Si.n. dicamus diametrū eſſe commenſurabilē quadrati lateri, eſt falſum impoſſibile, q͞a impoſſibile eſt commēſurabile compo ni diametro. Si aūt dicatur te ſedere, te ſtante, eſt falſum cō tingens, q͞a p̄dicatū non ineſt ſubiecto, licet non ſit impoſſi bile ineſſe. Vnde u num iſtorum. ſ. impoſſibile, eſt falſum ſemper: ſed aliud. ſ. contingens, non eſt falſum ſemper. Sic igitur falſa dicūtur, q̄ omnino ſunt non entia. Nam oratio tunc eſſe falſa dr̄, qñ nō eſt id quod oratione ſignificatur. Secū do mō dr̄ falſum in rebus ex eo, ꝙ aliqua quidem ſunt entia in ſe, ſed ũt ſunt apta nata uideri, aut qualia non ſūt, aut quæ non ſunt, ſicut [ſchiagraphia]. i. vmbroſa deſcriptio. Vmbræ.n. quandoque uidētur res, quarum ſunt umbræ, ſicut umbra hoīs ur̄ hō. Et eadem ratio eſt de ſomniis, quæ uidentur res veræ, tamen non ſunt niſi rerū ſimilitudines.

par. 5. Et ſimiliter dr̄ aurū falſum, quod habet ſimilitudinem auri veri. Differt autem hic modus a primo. quia in primo dicebatur aliquid falſū, ex eo, ꝙ non erat: hic autem dicuntur

tx. 6. aliqua falſa, quæ quidē in ſe ſunt aliquid, ſed non ſunt illa, [quorum faciūt phā taſiam]. i. quorum habent apparentiā. Patet ergo ꝙ res dicuntur falſę, aut q͞a non ſunt, aut quia ab eis eſt apparentia eius, quod non eſt. Deinde cum dicit.

phia, & ſomnia. Ea nanque ſunt aliquid quidem, ſed non quorum faciunt phantaſiam. Res ergo falſæ dicuntur, aut quia nō ſunt, aut quia ab eis phantaſia non entis eſt.

par. 4. d Ratio vero falſa eſt, quæ non entium inquantum falſa. Vnde omnis ratio falſa, alterius quam cuius eſt uera: ut quę circuli, falſa trigoni. Cuiuslibet autem rō eſt quidem quaſi una quæ eſt eius, qđ quid erat eſſe: eſt & quaſi multæ, qm̄ idem aliqualiter ipſum, & ipſum paſſum, ut Socr. & Soc. muſicus. Sed falſa ratio, nullius eſt ſimpliciter rō. Quapropter Antiſthenes opinatus ē fatue, nihil dignatus dici niſi ꝓpria rōne ſemper vnum de uno. Ex quibus accidit non eſſe cōtradicere. Fere autem nec mentiri. Eſt aūt unumquodque dicere non ſolum ſua rōne, ſed & ea quæ alterius. Falſo quidem & omnino. Eſt autem & vere, ſicut octo dupla, dualitatis, ratione. Hęc igitur ita dicuntur falſa.

e Sed & hō falſus, quia talium rationum electiuus non ꝓpter aliud aliquid, niſi propter idipſum. Et in aliis talium factor rationum, ſicut res dicimus eſſe falſas, quæcunque falſam faciūt phantaſiam.

f Quare in Hippia oratio refutatur, quæ eadem vera & falſa. Potentem enim mentiri accipit falſum, hic autem ſciens & prudens.

d ¶ Oſtendit, quō eſt falſum in diffinitionib. & dicit ꝙ [rō,] .i. diffinitio, inquātū eſt falſa, eſt non entiū. Dicit aūt inquantū eſt falſa, quia diffinitio dr̄ falſa dupliciter: aut ſecundum ſe, & ſic nō eſt diffinitio alicuius, ſed eſt penitus non entis: aut eſt diffinitio vera in ſe, ſed falſa eſt prout attribuitur alteri, q̄ proprio diffinito. & ſic dr̄ falſa, inquantum non eſt eius. Vnde patet, ꝙ oīs diffinitio quæ eſt uera diffinitio alicuius rei, eſt falſa diffinitio alterius, ut diffinitio quæ eſt vera de circulo, eſt falſa de triangulo. Diffinitio aūt cuiuslibet rei ſignificās. quod quid eſt, quodāmō eſt una tm̄ vnius, & quodāmō ſunt multæ uni°. Aliquo.n. mō ipſum ſubiectū per ſe ſumptum, & [ipſum paſſum] .i. cum paſſione ſumptum eſt idē, ſicut Socr. & Soc. muſicus: aliquo mō non. eſt.n. idem per accidens, ſed non per ſe. Patet autem, ꝙ eorum ſunt diffinitiones diuerſæ. Alia.n. eſt diffinitio Soc. & Soc. muſici & tm̄ ambæ ſunt quodammodo eiuſdem. Sed illa diffinitio, quę eſt falſa ſm̄ ſe, non pōt eſſe diffinitio alicuius rei. Diffinitio aūt falſa ſm̄ ſe uel ſimpliciter dr̄ ex eo, ꝙ una pars diffinitionis nō pōt ſtare cum altera: ſicut ſi diceretur animal inanimatum. Patet autē ex hoc, ꝙ ſtulta fuit opinio Antiſthenis. Volebat.n. ꝙ quia uoces ſunt ſigna rerum, ꝙ ſicut res non habet aliam eſſentiā niſi ꝓpria, ita in propoſitione nihil poſſet p̄dicari de aliquo, niſi propria eius diffinitio: & ſimpliciter, uel ſemper de uno ſubiecto dicat unū p̄dicatū.

A Et ex hoc ſequitur, ꝙ non ſit contradictio, quia ſi de homine p̄dicatur aīal, quod eſt in eius rōne, non poterit de ipſo prędicari non animal: & ita non poterit formari negatiua propoſitio. Et ex hac poſitione ēt ſequitur, ꝙ nō contingit aliquem mentiri, quia propria diffinitio rei vere prædicatur de re. Vnde, ſi de nullo poteſt prædicari niſi propria diffinitio, nulla propoſitio erit falſa. Eſt autem eius opinio falſa, quia contingit prædicari de vnoquoq; non ſolū ſuā diffinitionē, ſed etiā alterius. Qđ qñ ſit, vniuerſaliter, & oīno, eſt falſa prædicatio. Aliquo tñ mō pōt eſſe vera prædicatio, ſicut octo dnr̄ dupla, inquātum habent rationem dualitatis, quia rō dupli eſt, vt ſe habeat ſicut duo ad vnum. Octo aūt inquantū ſunt duplum, ſunt quodammodo duo, quia diuiduntur in duo æqualia. Hæc ergo dicuntur falſa modo prædicto. Deinde cum dicit.

vt vmbra pictura, & inſomnia. hæc enim ſunt quidem aliquid, ſed non ſunt ea, quorum faciunt imaginationem. res itaque falſæ ſic dicuntur, aut eo quod non ſunt, aut eo quod imaginatio ab eis facta non entis eſt.

B *Ratio vero falſa, prout falſa eſt, quæ non entium eſt. Vnde omnis ratio falſa alterius eſt, quàm eius, cuius eſt vera. vtputa quæ circuli, falſa trianguli. Cuiuſque vero ratio quodāmodo quidem vna, quę eſt eius quod quid erat eſſe, quodammodo uero multæ, quoniam idem quodammodo eſt ipſum, & ipſum paſſum. vt Socrates, & Socrates muſicus. falſa vero ratio nullius eſt ſimpliciter ratio. Quare Antiſthenes inſcite putabat, nihil ducens dignum dici, niſi propria ratione vnum de re una. ex quibus accidebat non eſſe contradicere. fere autem,*

C *neque mentiri. Eſt autem unumquodque dicere, non ſolum ſua ratione, ſed etiam ea, quæ alterius eſt, & falſe quidem omnino, quodam autem modo etiam uere. quemadmodum octo dupla ſunt, ratione dualitatis. Quædam igitur ita falſa dicuntur.*

Homo vero falſus, qui promptus tales eligit orationes, non propter aliquid aliud, ſed propter idipſum, & qui aliis talium orationum cauſa. quēadmodum res falſas eſſe dicimus, quę falſam imaginationem faciunt.

D

Vnde oratio, quę apud Hippiam eſt, Sophiſtica eſt, quod idem ſit mendax, & verax. Eum namque, qui poteſt mentiri, accipit ut mendacem. hic vera ſapiens & prudens eſt.

e ¶ Oſtēdit quō falſum dicat de hoīe. & circa hoc duo facit. Primo ponit duos modos, quibus hō dr̄ falſus. quorū primus eſt, ꝙ homo dr̄ falſus qui eſt prōptus, vel gaudens in hmōi rōnibus. ſ. falſis, & qui eſt electiuus talium rōnum, nō propter aliquod aliud, ſed ꝓpter ſe. Vnicuiq;.n. hñti habitum ſit delectabilis, & in promptu operatio, q̄ eſt ſecū dum habitum illum. & ſic habēs habitū, operat̄ ſecūdum habitum illum, nō ꝑ aliquod extrinſecū, ſicut luxurioſus fornicatur propter delectationem coitus: ſi autem fornicetur propter aliquid aliud, puta ut furetur, magis eſt fur, q̄ luxurioſus. Similiter & qui eligit falſum dicere, propter lucrum, magis eſt auarus, q̄ falſus. Secundus modus eſt, prout homo dicitur falſus, qui facit aliis falſas rationes, quaſi conſimili modo, ſicut ſupra dicebamus res eſſe falſas, quæ faciunt falſam phantaſiam. Patet autem ex præmiſſis, quòd falſum pertinet ad non ens, ex quo homo dicitur falſus, per reſpectum ad rationes falſas, & ratio dicitur falſa, inquantum eſt non entis.

E Secundo ibi.

f ¶ Excludit ex præmiſſis duas falſas opiniones, de quarum prima concludit ex prædictis dicens, quod ex quo falſus homo eſt electiuus, & factiuus falſarum opinionum, rationabiliter refutatur, & reprobatur in Hippia, qui eſt liber quidam Platonis, oratio quædam, quæ dicebat eandem rationem eſſe veram & falſam. Hęc enim opinio accipiebat illum hominem eſſe falſum, qui poteſt mentiri: & ſic cum idem homo poſſit mentiri, & verum dicere, idem homo eſſet verus, & falſus. Similiter eadem oratio eſſet vera & falſa, quia eadem oratio vera & falſa poteſt eſſe, vt hæc, Socra. ſedet, eo ſedente eſt vera, non ſedente, eſt falſa. Conſtat autem, quòd hic inconuenienter accipit, quia etiam homo ſciens, & prudens poteſt mentiri, non tamen eſt falſus, quia nō eſt factiuus vel electiuus falſarum rationum, uel opinionum, ex qua ratione dicitur homo falſus, ut dictum eſt.

g ¶ Secun-

g ¶ Secundam falſam opinionem excludit. Dicebat hæc opinio, quod homo, qui facit turpia & praua uolens, melior eſt eo quod facit nolens: quod eſt falſum. Nam quilibet uitioſus ex hoc diffinitur, quod eſt promptus uel electiuus malorum. Et tamen hoc falſum uult accipere per quandam inductionem ex ſimili. Ille enim, qui claudicat uoluntarie, melior eſt hoc, & dignior eſt eo, qui claudicat nõ voluntarie. Et ita dicit, quod prauè agere imitatur hoc, quod eſt claudicare, ut. ſ. ſit eadẽ rõ de vtroque. Et hoc quodammodo uerum eſt. Nam claudicans uoluntarie, deterior eſt quãtum ad morem, licet ſit perfectior, quantum ad uirtutem greſſiuam. Et ſimiliter qui agit praua uoluntarie deterior eſt, quãtum ad morem, licet forte nõ ſit deterior, quãtum ad aliquã aliã potentiam. Sicut ille, qui dicit falſum uoluntarie, licet ſit peior ſecundũ morem, eſt tamen intelligentior eo, qui credit ſe uerum dicere, cum falſum dicat, non uoluntarie.

par. 9.

b ¶ Hic ultimo diſtinguit nomen accidentis, & ponit duos modos, quibus dicitur hoc nomen accidens. quorum primus eſt, quod accidens dicitur id, quod ineſt alicui, & quod contingit uere affirmare, non tamẽ ex neceſſitate, nec [ſm magis] i. ut in pluribus, ſed ut in paucioribus. Sicut ſi aliquis fodiens aliquã foſſam ad plantandum aliquam plantam, inueniat theſaurum. Hoc ergo, quod eſt, fodiẽtem foſſam, inuenire theſaurum, eſt quoddã accidens. neque. n. vnũ eſt cauſa alteri⁹ ex neceſſitate, ut hoc ſit ex hoc neceſſario. neque etiam de neceſſitate ſe comitãtur, ut hoc ſit poſt hoc, ſicut dies conſequitur noctẽ, quãtũ unum non ſit cauſa alterius. Neque etiam ſecundum magis hoc contingit. ſiue ut in pluribus hoc contingit, ut ille qui plantat inueniat theſaurum. Et ſimili modo muſicus dicitur eſſe albus, ſed tamen hoc non eſt ex neceſſitate, nec ſit ut in pluribus, ideo dicimus hoc per accidens. Differt autem hoc exemplum a primo: [nam in primo exemplo ſumebatur accidens quantum ad fieri, in ſecundo uero quãtum ad eſſe. Quia ergo ſicut aliquid ineſt alicui ſubiecto determinate, ita & aliquid conſideratur [eſſe alicubi] i. in aliquo loco determinato, & [quandoque] idest in aliquo tẽpore determinato, in oĩb contingit ineſſe per accidens, ſi non inſit, ſecundum quod huiuſmodi. Sicut ſi album dicitur de muſico, hoc eſt per accidens, quia non ineſt muſico, inquantum huiuſmodi. Et ſimiliter, ſi ſit abundantia pluuiæ in æſtate, hoc eſt per accidens, quia non accidit in æſtate, inquantum eſt æſtas. Et ſimiliter, ſi graue ſit ſurſum, hoc eſt per accidens. Non enim eſt in tali loco, ſecundum, quod talis locus eſt, ſed per aliquam cauſam extraneam. Et ſciendum, quod accidentis, hoc modo dicti, non eſt aliqua cauſa determinata, [ſed contingens] i. qualiſcunque contingit, uel [quia forte] i. cauſa fortuita, quæ eſt cauſa indeterminata. Sicut accidit alicui, quod [ueniat Aeginam,] i. ad illam uillam, ſi nõ propter hoc aduenit [ut illuc ueniat,] i. ſi nõ propter hoc incœpit mouere, ut ad hunc terminũ perueniret, ſed ab aliqua extranea cauſa illuc adductus eſt, ſicut quia impulſus eſt ab hyeme, concitante tempeſtatem in mari, aut etiam captus eſt a latronibus, & illuc perductus præter intentionem. Vnde patet, quod hoc eſt per accidẽs, & cauſari poteſt ex diuerſis cauſis. Sed tamen quod iſte nauigans ad hunc locum perueniat, non eſt [inquantum ipſum,] idest, inquantum erat nauigans, cum intenderet ad alium locum nauigare, ſed hoc contingit [inquantum alterum] i. ſecundum aliquam aliam cauſam extraneã. Hyẽs eñ eſt cauſa veniẽdi [quo non nauigabat] i. ad Aeginam, aut latrones, aut aliquid aliud huiuſmodi. Secundo modo dicitur accidens, quod ineſt alicui ſecundũ ſe, & tamen non eſt de ſubſtantia eius. & hic eſt ſecundus modus dicendi per ſe, ut ſupra dictum eſt. Nam primus erat, prout ſecundum ſe dr de aliquo, quod in eius diffinitione ponitur, ut animal de hoĩe, quod nullo modo eſt accidens. Sed triangulo ineſt per ſe duos rectos habere, & non eſt de ſubſtantia eius. unde eſt accidens. Differt autem hic modus a primo, quia accidentia hoc ſecundo modo contingit eſſe ſempiterna. ſemper enim triangulus habet tres angulos æquales duob. rect. s. Accidentium vero ſecundum primum modum, nullum contingit eſſe ſempiternum, quia ſunt ſemper ut in paucioribus. Et huius ratio habetur in aliis, ſicut infra in 6. huius, & in 2. phyſ. Accidens ergo ſecundum primum modũ, opponitur ad ſecundum ſe. Accidens uero ſecundo modo, opponitur ad ſubſtantialiter. Et hęc de quinto. Lect. 2. Tex. cõ. 48.

g Amplius uolentem turpia meliorem. & hoc falſum accipit per inductionem. Nam voluntatem claudicans, non uoluntarie dignior, claudicantem imitari dicimus. Quoniam ſic claudus uoluntarie, indignior forſan ſicut in more & hoc.

F

Item eum, qui ſponte prauus eſt, meliorem ait. hoc autem falſum per inductionem accipit. qui enim ſponte claudicat, melior eſt eo, qui inuitus, claudicare dicens, pro imitari, nam ſi claudus ſponte, eſſet peior fortaſſis, quemadmodum in moribus & hoc.

G

Tex. cõ. 35. par. 8.

h Accidens eſt, quod ineſt alicui, & eſt verum dicere non tamen ex neceſſitate, nec ſecundũ magis. ut ſi quis fodiens plantæ foſſam, theſaurum inueniat. hoc quidem accidens fodienti foueã inuenire theſaurum. Nec enim ex neceſſitate hoc, aut poſt hoc, nec ut ſecundum magis ſi quis plantat inueniet theſaurum. Et quis utique muſicus eſt alb⁹, ſed quoniam nec ex neceſſitate, nec ut ſm magis hoc ſit, accidens eſſe dicimus. Sed quoniam ineſt aliquid alicui, & horum quædã & alicubi, & quandoque, quod cunque extiterit quidem, ſed non quia nunc, aut hoc, accidẽs erit. Nec eſt aliqua cauſa determinata accidentis, ſed contingens, uel quia forte, hoc autem indeterminatum. Accidit enim alicui Reginã venire. ſed ſi nõ pp hoc aduenit, ut illuc veniat: ſed ab hyeme pulſus, aut a latronibus captus, euenit quidẽ, & eſt accidens. at non inquantũ ipſum, ſed inquãtum alterum. Hyems enim eſt cauſa nõ quo nauigabat ueniendi, & hoc erat Regina. dicitur & aliter accidẽs & quæcunque in unoquoque ſecundum ſe non in ſubſtantia entia. Velut in triangulo duos rectos habere. Et eadem quidẽ contingit ſempiterna eſſe. Illorum uero nullum. Huius autem ratio in aliis.

H

Accidens dicitur, quod ineſt alicui & quod uerum eſt dicere, non tamen, neque neceſſario, nec ut plurimum. ut puta ſi quis pro planta fodiens foſſam inuenit theſaurum: hoc itaque accidens fuit fodienti foſſam, theſaurum inuenire. nec enim neceſſario hoc ex hoc, aut poſt hoc, nec ut plurimum, ſi quis plantet, theſaurum inuenit. muſicus quoque fuerit quiſpiam albus: ſed cum neceſſario, nec ut plurimum hoc fiat, accidens ipſum dicimus; Cum igitur ſit exiſtens aliquid, & alicui, & horum quędam etiam alicubi, & quandoque, quod utcunque exiſtit quidem, ſed non propter id: hoc, aut nunc, aut hic, accidens erit. nec itaque ulla cauſa determinata accidentis eſt, ſed quæcunque contingit. hæc autem indeterminata. vt abire in Reginam accidit, ſi non propter hoc euenit, vt illuc iret, ſed a tempeſtate pulſus, aut a latronibus captus: factum fuit igitur, & eſt ipſum accidens, ſed ſecundum ſe, ſed non ſecundum alterũ. tempeſtas enim cauſa, ut iret, quo non nauigabat. hoc autem erat Regina: Dicitur etiam aliter accidens, ut quęcunque exiſtũt in vnoquoque ſecundum ſe, nõ exiſtẽtia in ſubſtantia, vt triangulo duos rectos habere, & hęc quidem contingit ſempiterna eſſe, illorum vero nihil; ratio autem huius in alijs.

I

K

Libri Quinti Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM, LIBER SEXTVS.

Cum Diui Thomæ preclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

a Poſtquam Philoſophus in Quarto huius oſtendit, quod hęc ſcientia conſiderat de ente, & de uno, & de his, quæ conſequuntur ad ens inquantum huiuſmodi, & quod omnia iſta dicuntur multipliciter, & in Quinto huius eorum multiplicitatem diſtinxit, hic incipit de ente determinare, & de aliis quę conſequuntur ad
Tex. com. 1. par. 1. ens. Diuiditur autē pars iſta in duas. In prima oſtendit, per quem modum hæc ſcientia debet determinare de ente. In ſecūda incipit de ente terminare, ſ. in principio ſeptimi
Lec. 3. pa. 7. ibi. [Ens dicitur multipliciter.] Prima pars diuiditur in duas.
par. 2.] In prima oſtendit modum tractandi de entibus, qui cōpetit huic ſcientiæ per differentiam ad alias ſcientias. In ſecunda, remouet a cōſideratione huius ſcientiæ ens aliquib. modis dictum, ſm quos modos ens nō intenditur principaliter in hac ſcientia,
Inf. le. ſeq. ibi [Sed qm̄ ens ſimpliciter.] Prima aūt pars diuiſit i duas. In prima parte oſtēdit differentiam huius ſcientię ad alias per hoc, quod conſiderat principia entis inquātū eſt ens. Secundo, quantum ad modum tractandi de huiuſmodi
Infra par. 3. principiis, ibi: [Qm̄ vero phyſica.] circa primum duo facit. Primo oſtendit quo modo hæc ſcientia conuenit cum aliis in conſideratione prin
Lect. 2. cipiorum dicens, quod ex quo ens eſt ſubiectum in huiuſmodi ſcientia, ut in Quarto oſtenſum eſt, & qualibet ſcientia debet inquirere principia & cauſas ſui ſubiecti, quæ ſunt eius inquantum huiuſmodi: oportet quod in iſta ſcientia inquirantur principia & cauſæ entium, inquantum ſunt entia: ita etiam eſt & in aliis ſcientiis. nam ſanitatis & conualeſcentiæ eſt aliqua cauſa, quam quærit Medicus.

Et ſimiliter ēt Mathematicorum ſunt principia & elementa & cauſæ, ut figuræ, & numeri, & aliarū huiuſmodi, quæ perquirit Mathematicus. Et uniuerſaliter dīomnis ſcientia intelle-
D. 1032. ctualis, qualitercunque participet intellectum, ſiue ſit ſolum circa intelligibilia, ſicut ſcientia diuina: ſiue ſit circa ea, quę ſūt aliquo modo imaginabilia, vel ſenſibilia, in particulari, in uniuerſali autē intelligibilia, & ēt ſenſibilia, prout de his eſt ſcientia, ſicut in Mathematica & in Naturali: ſiue etiam ex uniuer-

A ſalibus principiis ad particularia procedant, In quibus eſt operatio, ſicut in ſcientiis practicis, ſemper oportet quod talis ſcientia ſit circa cauſas & principia. Quæ quidem principia, aut ſunt certiora quo ad nos, ſicut in naturalibus, quia ſunt propinquiora ſenſibilibus: aut ſimpliciora & priora ſecundum naturam, ſicut eſt in mathematicis. Cognitiones autē, quæ ſunt ſenſitiuæ tantū, non ſunt per principia & cauſas, ſed p hoc ꝙ ipſum ſenſibile obijcitur ſenſu. Diſcurrere.n. a cauſis in cauſata uel econtrario, nō eſt ſenſus, ſed ſolum intellectus. Vel certiora principia dicit ea ꝙ ſunt magis nota. & ex uſita. Simplicia autem ea, quæ magis ſuperficialiter exquiruntur; ſicut eſt in ſcientijs moralibus, quorum principia ſumuntur ex his, quę ſunt ut in pluribus. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit differentiam aliarū ſcientiarū ad iſtam, quantum ad conſiderationem principiorum, & cauſarum dicēs; ꝙ omnes iſtæ ſcientiæ particulares, de quibus nūc facta eſt mentio, ſunt circa vnū aliquod particulare genus entis, ſicut circa numerum, vel magnitudinem, aut aliquid hmōi. & tractat vnaquæque circūſcripte de [ſuo genere ſubiecto], i. ita de illo genere, ꝙ nō de alio, ſicut ſciētia quæ tractat de numero, non tractas de magnitudine: nulla enim earum determinat [de ente ſimpliciter] ideſt, de ente in communi, nec etiam de aliquo particulari ente inquantum eſt ens, ſicut
E Arithmetica non determinat de numero inquantum eſt ens, ſed inquantum eſt numerus. De quolibet enim ente, inquantum eſt ens, d proprium eſt Metaphyſici conſiderare. Et quia D. 190.
eiuſdem eſt conſiderare de ente inquantum eſt ens [& de eo quod quid eſt] ideſt de quidditate rei, quia vnumquodque habet eſſe per ſuam quidditatem, ideo etiam aliæ ſcientiæ particulares [nullam mentionem] idest determinationem faciunt de eo [quodquideſt] idest de quidditate rei, & de diffinitione, quæ ipſam ſignificat. Sed [ex hoc] ideſt ex ipſo quodquidque ad alia procedunt, utentes eo quaſi demonſtrato principio ad alia probanda. Ipſum autem quodquideſt ſui ſubiecti, aliæ ſcientiæ faciunt eſſe manifeſtum per ſenſum, ſicut ſcientia, quæ eſt de animalibus, accipit quid eſt animal per id, quod [apparet

LECTIO I.

Principia & cauſæ quærūtur entiū, palam autem quia inquantum entia. Eſt enim aliqua cau-
B ſa ſanitatis & conualeſcentiæ. Sunt autem & mathematicorū principia & elementa & cauſæ, & totaliter omnis ſcientia intellectualis participans aliquid intellectus circa cauſas & principia eſt, aut certiora, aut ſimpliciora.

b Sed & oēs illę circa unum qd & genus aliqđ circunſcriptæ de
C hoc tractant, ſed nō de ente ſimpliciter, nec inquantum eſt ens. Nec de ipſo quod quideſt ullā faciunt mentionem. Sed ex hoc aliæ quidem ſenſu facientes ipſum manifeſtū, aliæ p ſuppoſitionē accipientes qđ quid eſt, ſic ſedm ſe q̄ inſunt generi circa qđ ſunt, demōſtrant, aut magis neceſſarie, aut īfirmius. Quapropter palam, quia non eſt de-
D monſtratio ſubſtantię, nec eius quodquid eſt ex tali inductiōe, ſed alius modus eſt oſtēſionis. Similiter aūt nec ſi eſt, aut non eſt genus circa qđ uerſanī, nihil dicunt propter eiuſdē eſſe ſciētiæ ipſum quodquideſt manifeſtum facere, & hoc ſi eſt.

LECTIO I.

Principia & cauſæ entium quæruntur, & patet, quod prout entia ſunt: eſt etenim aliqua ſanita-
B *tis, bonęque habitudinis cauſa. mathematicorum quoque principia, elementa, & cauſę ſunt. & ſimpliciter omnis intellectualis ſcientia, ſiue aliquo modo intellectu participans, circa cauſas, & principia, aut certiora, aut ſimpliciora eſt.*

Attamen hę omnes, circa unum quid, & quoddam genus circumſcri-
C *bentes, de eo tractant, ſed non de ente ſimpliciter, nec prout ens eſt, neque ipſius quid eſt, vllam rationem faciunt; ſed ex hoc, quædam ſenſu illud manifeſtum facientes, quędam ſuppoſitione ipſum quid eſt accipientes, conſequenter ea, quę per ſe generi inſunt, circa quod ſunt, aut magis neceſſario, aut debilius demonſtrant. Quare manifeſtum eſt non eſſe demonſtrationem ſubſtantię, ipſiuſue*
D *quid eſt ex ipſa inductione, ſed alium aliquem manifeſtationis modum. Similiter autem nec ſi eſt, aut non eſt genus, circa quod tractant, quicquam dicunt, eo quod eiuſdem mentis eſt, & ipſum quid eſt manifeſtare, & ſi eſt hoc.*

[apparet ſenſui] ideſt per ſenſum & motum, quibus animal a F non animali diſcernitur. Aliæ vero ſcientiæ accipiunt quod quid eſt ſui ſubiecti per ſuppoſitionem ab aliqua alia ſcientia, ſicut Geometria accipit quid eſt magnitudo a philoſopho primo. & ſic ex ipſo quodquideſt noto per ſenſum vel per ſuppoſitionem, demonſtrant ſcientiæ proprias paſſiones, quæ ſecundum ſe inſunt generi ſubiecto, circa quod ſunt: Nam diffinitio eſt medium in demonſtratione propter quid. Modus autem demonſtrationis eſt diuerſus, quia quædam demonſtrant magis neceſſariæ, ſicut Mathematicæ ſcientiæ. quædam [vero infirmius] ideſt non de neceſſitate, ſicut ſcientiæ Naturales, in quibus multæ demonſtrationes ſumuntur ex his, quæ no ſemper inſunt, ſed frequenter. Alia tranſlatio habet loco ſuppoſitionis, conditionem. Et eſt idem ſenſus. Nam quod ſupponitur, quaſi ex conditione accipitur. Et quia principium demonſtrationis eſt diffinitio, palam eſt ex tali inductiõe, quod demonſtratio [non eſt de ſubſtantia rei] ideſt de eſſentia eius, nec de diffinitione, quæ ſignificat quid eſt res, ſed eſt aliquis alius modus quo diffinitiones oſtenduntur ſcilicet, diuiſione, & alijs modis, qui ponuntur in ſecũdo Poſteriorum. Et ſicut nulla ſcientia particularis determinat quodquideſt, ita etiam nulla earum dicit de genere ſubiecto, circa quod verſatur, eſt, aut non eſt. Et hoc rationabiliter accidit. quia eiuſdem ſcientiæ eſt determinare quæſtionem an eſt, & manifeſtare quid eſt: oportet enim quodquideſt accipere, vt medium ad oſtendendum an eſt. Et vtraque eſt conſideratio philoſophi, qui conſiderat ens inquantum ens. Et ideo quælibet ſcientia particularis ſupponit de ſubiecto ſuo, quia eſt, & quid eſt, vt dicitur in primo Poſteriorum. Et hoc eſt ſignum, quod nulla ſcientia particularis determinat de ente ſimpliciter, nec de aliquo ente inquantum eſt ens. Deinde cum dicit.

Margin: par. 3. — Tex. com. 2. par. 4. — Tex. com 4. & inde. — Tex. com. 3. & inde.

c Quoniam vero Phyſica ſciẽtia eſt circa genus quoddam entis, nam circa talem eſt ſubſtantiam, in qua eſt principium motus & quietis in ea palam, quia nec actiua, nec factiua eſt. Factiuarum enim in faciente principium, aut intellectus, aut ars, aut potentia quędam. Actiuarum uero in agente prohereſis: G Idem enim agibile, & eligibile. Quare ſi omnis ſcientia, aut actiua, aut factiua, aut theorica: phyſica theorica quædam eſt. Sed theorica circa tale ens, quod eſt poſſibile moueri; & circa ſubſtantiam, quę eſt ſecundum rationẽ, & ſecundum magis non ſeparabile ſolum.

Cum autem Naturalis etiam circa quoddam entis genus ſcientia ſit (etenim circa talem ſubſtantiã eſt, in qua principium eſt motus, & ſtatus, qui in ea eſt) patet quod nec actiua, nec factiua eſt. Factiuarum entium faciente principium eſt, aut intellectus, aut ars aut aliqua potentia. actiuarum uero in agente electio, idem enim agibile et eligibile. Quare, ſi omnis intellectus, aut actiuus, aut factiuus, aut ſpeculatiuus eſt, Naturalis ſpeculatiua quædam profecto eſt. ſed ſpeculatiua circa tale ens, quod poſſibile moueri, & circa ſubſtantiam ſecundum rationẽ ut plurimum inſeparabilem ſolum eſt.

e ¶ Oſtendit differentiam huius ſcientiæ ad alias, quantum ad modum conſiderandi principia entis inquantum eſt ens. Et, quia ab antiquis Scientia Naturalis credebatur eſſe prima ſcientia, & quæ conſideraret ens inquantum eſt ens, ideo ab ea quaſi a manifeſtiori incipiens, primo oſtendit differentiam ſcientiæ Naturalis a ſcientijs practicis. Secundo, differentiam eius a ſcientijs ſpeculatiuis, in quo oſtenditur modus proprius conſiderationis huius ſcientię, ibi. [Oportet autem quodquiderat eſſe.] Dicit ergo primo, quod ſcientia K Naturalis non eſt circa ens ſimpliciter, ſed circa quoddam genus entis, ſcilicet circa ſubſtantiam naturalem, quæ habet in ſe principium motus & quietis. & ex hoc apparet quod neque eſt actiua neque factiua. Differunt enim agere & facere. Nam agere eſt ſecundum operationem manentem in ipſo agente, ſicut eſt eligere, intelligere, & huiuſmodi. vnde ſcientię actiuæ dicuntur ſcientiæ morales. Facere autem eſt ſecundum operationem, quæ tranſit exterius ad materię tranſmutationem, ſicut ſecare, vrere, & huiuſmodi. Vnde ſcientię factiuæ dicuntur artes mechanicæ. Quod autem ſcientia Naturalis non ſit factiua, patet, quia principium ſcientiarum factiuarum eſt in faciente, non in facto, quod eſt artificiatum, ſed principium motus rerum naturalium eſt in ipſis rebus naturalibus. Hoc autem principium rerum artificialium, quod eſt in faciente, eſt primo intellectus, qui primo artem adinuenit: & ſecundo ars, quæ eſt habitus intellectus: & tertio aliqua potentia exequens, ſicut potentia motiua, per quam artifex exequitur conceptionẽ artis.

Vnde patet, quod ſcientia Naturalis non eſt factiua & per eandem rationem patet, quod non eſt actiua. nam principium actiuarũ ſcientiarum eſt in agente non in ipſis actionibus, ſiue moribus. Hoc autem principium [eſt prohæreſis] i. electio. Idẽ n. eſt & eligibile agibile. Sic ergo patet q̀ Naturalis ſcientia non ſit actiua, neque factiua. Si igitur omnis ſcientia eſt aut actiua, aut factiua; aut theorica, ſequitur quod Naturalis ſcientia theorica ſit. Ita tamen [eſt theorica] ideſt ſpeculatiua circa determinatum genus entis, quod ſe dicet eſt poſſibile moueri. Ens enim mobile, eſt ſubiectum naturalis Philoſophiæ. Et eſt ſolum circa [talem ſubſtantiam] ideſt quidditatem & eſſentiam rei, quę ſecundum rationem non eſt ſeparabilis a materia, ut in pluribus. Et hoc dicit propter intellectum, q̀ aliquo modo cadit ſub conſideratione Naturalis Philoſophiæ, & tamen ſubſtantia eius eſt ſeparabilis. Et ſic patet, quod Naturalis ſcientia eſt circa determinatum ſubiectum, quod eſt ens mobile, & habet determinatum modum diffiniendi ſcilicet cum materia. Deinde cum dicit.

d Oportet autem quodquid H erat eſſe, & rationem quomodo eſt, nõ latere: quia ſine hoc quærere, nihil eſt facere. Diffinientium autem, & ipſorum quodquideſt, hoc quidem ita ſit vt ſimum, illa vero vt concauum. Differũt autem ea, quia ſimum conceptum eſt cum materia, eſt enim ſimus naſus concauus: concauitas vero ſine materia ſenſibili. Sed omnia phyſica ſimiliter ſimo dicuntur: vt naſus, oculus, facies, caro, os, totali- I

Oportet autem ut non lateat, quomodo ipſum quid erat eſſe, & ratio ſit. nam abſque hoc quærere, nihil eſt facere. Eorum igitur quę definiuntur, & ipſorum quid eſt, quædam quidem ita ſunt, ut ipſum ſimum, quędam, ut ipſum concauum. differunt autem hæc. quoniam ſimum quidem una acceptum eſt cum materia; eſt enim ſimum concauus naſus: concauitas uero abſque materia ſenſibili. Si cuncta igitur naturalia ita, ut ſimum dicuntur, ut naſus, oculus, facies, caro, os, omnino ani-

d ¶ Hic oſtendit differentiam Naturalis ſcientiæ ad alias ſpeculatiuas quantum ad modum diffiniendi, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit differentiam prædictam. Secundo concludit numerum ſcientiarum theoricarum, ibi [Quare tres] Circa primum tria facit. Primo oſtendit modum proprium diffiniendi Naturalis Philoſophiæ, dicens, quod ad cognoſcendum differentiam ſcientiarum ſpeculatiuarum adinuicem, oportet non latere quidditatem rei, [& rationem] i. diffinitionem ſignificantem ipſam, quõ eſt aſſignanda in unaquaque ſcientia. Quærere enim differentiam prædictã [ſine hoc], i. ſine cognitione modi diffiniendi, nihil facere eſt. Cum enim diffinitio ſit medium demonſtrationis, & per conſequens principium ſciendi, oportet q̀ ad diuerſum modum diffiniendi, ſequatur diuerſitas in ſcientijs ſpeculatiuis. Sciendum eſt autem, quod eorũ, quę diffiniuntur, quædam diffiniuntur ſicut diffinitur ſimum, quædam ſicut diffinitur concauum. & hæc duo differunt, quia diffinitio ſimi eſt accepta cum materia ſenſibili. ſimum enim nihil aliud eſt quam naſus curuus, uel concauus, ſed concauitas diffinitur ſine materia ſenſibili. non enim ponitur in diffinitione concaui, vel curui aliquod corpus ſenſibile, ut ignis, aut aqua, aut aliquod corpus huiuſmodi. dr̃ enim concauum, cuius medium exit ab extremis. omnia autem naturalia ſimili modo diffiniuntur, ſicut ſimum, ut patet in partib. animalis tã diſſimilibus ut ſunt naſus, oculus & facies, quam ſimilibus, ut ſunt caro & os, & etiam in toto animali.

Et ſimiliter in partib. plantarum, quę ſunt folium, radix & cortex & ſimiliter in tota planta. Nullius. n. prædictorum diffinitio poteſt aſſignari ſine motu, ſed quodlibet eorum hẽt materiam

tet animal. Folium radix, cortex totaliter plāta. Nullius enim ſine motu ratio eorum, ſed ſemper habet materiam. Palā quomodo oportet in phyſicis ipſū quideſt, quærere, & diffinire. Ideoque & de anima aliqua ſpeculari eſt Phyſici quæcunque non ſine materia eſt. Ergo quia phyſica theorica, manifeſtum eſt ex his.

e Sed eſt mathematica theorica. ſed ſi immobilium & ſeparabilium adhuc nō manifeſtū. Quia tñ mathematica inquantum ſunt immobilia, & inquantū ſeparabilia ſpeculatur, palam.

f Si vero eſt immobile aliqd, & ſempiternum & ſeparabile, palam quia eſt theoricæ id noſſe, non tamen phyſicæ. nam de mobilibus quibuſdam eſt Phyſica. Sed nec mathematicæ, ſed prioris ambarum. Phyſica nanque circa inſeparabilia forſan quidem, ſed nō immobilia. Mathematicę autem quędam circa immobilia, ſed & inſeparabilia forſan, verum quaſi in materia. Prima vero circa ſeparabilia & immobilia. Neceſſe vero communes quidem cauſas ſempiternas, & maxime has. Hæ nanque cauſæ manifeſtis, ſenſibilium ſunt.

g Quare tres erunt philoſophię theoricæ. Mathematica, Phyſica, & Theologia.

h Nō.n. immanifeſtū ſi alicubi diuinū exiſtit, in tali exiſtit nā.

i Et honorabiliſſimā ſcientiarum oportet circa honorabi-

mal; ſolium radix, cortex, omnino planta, nullius enim eorum ratio abſque motu, ſed ſemper habet materiam manifeſtum eſt quomodo in naturalibus oportet ipſum quid eſt quęrere, & definire. & cur etiam de quadam anima ſpeculari Naturalis eſt, quæcunque non ſine materia. Quod igitur B *Naturalis ſpeculatiua eſt, ex his patet.*

Sed a Mathematica ſpeculatiua eſt. uerum ſi immobilium & ſeparabilium, adhuc non eſt manifeſtum. quod autem aliqua mathematica, prout immobilia, & prout ſeparabilia ſunt, ſpeculatur, dilucidum eſt.

Quod ſi quippiam eſt immobile, et perpetuum, & ſeparabile, patet quod ſpeculatiuæ eſt cognoſcere, & nō C *Naturalis. de mobilibus, nanque quibuſdam Naturalis eſt, nec Mathematicę, ſed prioris ambabus, etenim circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia: ipſius uero mathematicę nonnullę ſunt circa immobilia quidem, non tamen ſeparabilia fortaſſe, ſed ut materia. Primo vero etiam circa ſeparabilia & immobilia. Neceſſe autem eſt omnes quidem cauſas perpetuas eſſe, maxime uero has, hæ etenim cauſæ manifeſtius diuinorum ſunt,*

D

Quare tres utique erunt ſpeculatiuæ Philoſophię, Mathematica, Naturalis, Theologia,

Manifeſtum eſt enim quod, ſicubi diuinum exiſtit, in tali natura exiſtit.

Et honorabiliſſimam oportet circa honorabiliſſimum genus eſſe. ſpecu-

teriam ſenſibilem in ſui diffinitione, & per conſequens motum. nam cuilibet materiæ ſenſibili competit motus proprius. In diffinitione enim carnis & oſſis, oportet quod ponatur calidum & frigidum aliquo modo contemperatum, & ſimiliter in aliis. Et ex hoc palam eſt, quis eſt modus inquirendi quidditatem rerum naturalium, & diffiniendi in ſcientia Naturali, quia ſcilicet cum materia ſenſibili. Et ꝑpter hoc etiam de anima, quę dam ſpeculatur Naturalis, quæcunque ſcilicet, nō diffinitur ſine materia ſenſibili. Dicitur enim in 2. de Anima, quod anima eſt actus primus corporis phyſici organici potentia

part. 5. vitam habentis. Anima autem ſecundum quod non eſt actus talis corporis, non pertinet ad conſiderationem Naturalis, ſi qua anima poteſt a corpore ſeparari.

part. 6. Manifeſtum eſt ergo ex prędictis quod Phyſica eſt q̄dam ſcientia theorica, & quod habet determinatum modū diffiniendi. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit modum proprium mathematicæ dicens, quod etiam mathematica eſt quæ iam ſciētia theorica. Cōſtat enim, quod neque eſt actiua, neque factiua, cum Mathematica cōſideret ea, quę ſunt ſine motu, ſine quo, actio & factio eſſe nō poſſūt. Sed vtrū illa, de quibus conſiderat mathematica ſcientia,

part. 7. ſint mobilia, & ſeparabilia a materia ſecundum ſuū eſſe, adhuc non eſt manifeſtum.

part. 8. Quidam enim poſuerūt numeros, & magnitudines, &

part. 9. alia mathematica eſſe ſeparata & media

1. t.c. 61. 3. t.c. 18. & 13. & 24. inter ſpecies & ſenſibilia. ſcilicet Platonici, & vt in primo & tertio libro habitum eſt, cuius quæſtionis veritas nondum eſt ab eo perfecte determinata. Determinabitur autem infra. Sed tamen hoc eſt manifeſtum, quod ſcientia Mathematica ſpeculatur quædam inquantum ſunt immobilia, & inquantum ſunt ſeparata a materia ſenſibili, licet ſecundum eſſe non ſint immobilia vel ſeparabilia. Ratio enim eorum eſt ſine materia ſenſibili, ſicut ratio concaui, vel curui. In hoc ergo differt mathematica a phyſica, quia phyſica conſiderat ea, quorum diffinitiones ſunt cum materia ſenſibili. Et ideo conſiderat non ſeparata, inquantum ſunt non ſeparata. Mathematica vero conſiderat ea, quorum diffinitiones ſunt ſine materia ſenſibili. Et ideo & ſi ſunt non ſeparata ea, quæ conſiderat, tamen conſiderat ea inquantum ſunt ſeparata. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit modum proprium ſcientiæ huius dicens, quod ſi eſt aliquid immobile ſecundum eſſe, & per conſequens ſempiternum & ſeparabile a materia ſecundum eſſe, palam eſt, quod eius conſideratio eſt theoricæ ſcientiæ, non actiuæ, uel factiuæ, quarum conſideratio eſt circa aliquos motus. & tamen conſideratio talis entis non eſt Phyſica. Nam Phyſica conſiderat de quibuſdam entibus ſcilicet de mobilibus. Et ſimiliter conſi-

A deratio huius entis non eſt mathe. quia non conſiderat ſeparabilia ſecundum eſſe, ſed ſecundum rationem, vt dictum eſt. Sed oportet quod conſideratio huius entis ſit alterius ſcientię prioris ambabus prędictis, ſcilicet Phyſica & Mathe. Phyſica.n. eſt circa ſeparabilia & mobilia, & Mathe. quædam circa immobilia, quæ tamen non ſunt ſeparata a materia ſecundum eſſe, ſed ſolum ſm rationem: ſecundum uero eſſe ſunt i materia ſenſibili. Dicit autem forſan: quia hæc ueritas nondū eſt determinata. Dicit autem quaſdam mathematicas eſſe circa immobilia, ſicut Geometriam, & Arithmeticam, quia quædam ſcientię Mathematicę applicantur ad motū, ſicut Aſtrologia. Sed prima ſcientia eſt circa ſeparabilia ſm eſſe, & q̄ ſūt oino immobilia. Neceſſe vero eſt cōes cauſas eſſe ſempiternas. Primas.n. cauſas entium generatiuorum, oportet eſſe ingenitas ne generatio in infinitum pcedat, & maxime has, quæ ſunt omnino immobiles & imateriales. Hæ nanque cauſæ immateriales & immobiles ſunt cauſæ ſenſibilibus manifeſtis nobis, quia ſunt maxime entia, & per cōſequens cauſę aliorum, ut in Secundo lib. oſtenſum eſt. Et per hoc patet, quod ſcientia, quæ huiuſmodi entia pertractat, prima eſt inter omnes, & conſiderat communes cauſas omnium entiū. Vnde ſunt cauſæ entium ſecundum q̄ ſunt entia, quæ inquiruntur in prima Philoſophia, ut in Primo propoſuit. Ex hoc autem apparet manifeſte falſitas opinionis illorum, qui poſuerunt Ariſt. ſenſiſſe q̄ Deus nō ſit cauſa ſubſtantiæ cœli, ſed ſolum motus eius. Lec. 1. Aduertendum eſt autem quod licet ad conſiderationem Primæ Philoſophiæ pertineant ea, quæ ſunt ſeparata ſecundum eſſe & rationem a

E materia & motu, non tamen ſolum ea. ſed etiam de ſenſibilibus inquantum ſunt entia Philoſophus perſcrutatur, niſi forte dicamus, ut Auic. dicit quod huiuſmodi communia, de quibus hęc ſcientia perſcrutatur, dicuntur ſeparata ſecundum eſſe, nō quia ſemper ſint ſine materia [illegible] quia non de neceſſitate habent eſſe in materia, ſicut mathematica. Deinde cum dicit.

g ¶ Primo concludit numerum ſcientiarum theoricarum. & circa hoc tria facit. primo concludit ex præmiſſis, quod tres ſunt partes Philoſophiæ theoricæ, ſ. mathematica, phyſica, & theologia, quæ eſt philoſophia prima.

h ¶ Secundo aſſignat duas rationes, quare hæc ſcientia dicatur theologia. Quarum prima eſt. quia [illegible] manifeſtum eſt, quod ſi alicubi [illegible] in aliquo genere rerum exiſtit aliquod diuinum, quod exiſtit in tali natura, ſ. entis immobilis, & a materia ſeparati de quo conſiderat iſta ſcientia.

i ¶ Secundam rationem ponit, quę talis eſt. Honorabiliſſima ſcientia eſt circa honorabiliſſimum genus entium, in quo continentur

tinentur res diuinæ: ergo, cum hæc ſcientia ſit honorabiliſſima Lect. 1. inter omnes, quia eſt honorabilior theoricis, ut prius oſtenſum eſt, quæ quidem ſunt honorabiliores practicis, ut in Primo li. Lect. 6. habitum eſt; manifeſtum eſt, quod iſta ſcientia eſt circa res diuinas. & ideo dicitur theologia quaſi ſermo de diuinis.

K ¶ Tertio mouet quandam quæſtionem circa prædeterminata, & primo mouet eam dicens, quod aliquis poteſt Tex. com. 3. par. 10. dubitare, vtrum prima Philoſophia ſit vniuerſalis, quaſi cõſiderans ens uniuerſaliter, aut eius conſideratio ſit circa aliquod genus determinatum, & naturã unam, & hoc non uidetur. non enim eſt unus modus huius ſcientię, & mathe- Tex. com. 4. par. 11. maticarum, quia geometria, & aſtrologia quæ ſunt mathematicę, ſunt circa aliquam naturã determinatam. Sed Philoſophia. Prima eſt uniuerſaliter communis omnium. Et tamen econuerſo uidetur, quod ſit alicuius determinatę naturę, propter hoc, quod eſt ſeparabilium, & immobilium, ut dictum eſt.

par. 2. I ¶ Secundo ſoluit dicens, quod ſi non eſt aliqua alia ſubſtantia pręter eas, quæ conſiſtunt ſecũdum naturam, de quibus eſt phyſica, phyſica erit prima ſcientia: ſed, ſi eſt aliqua ſubſtãtia immobilis, iſta erit prior ſubſtãtia naturali, & per conſequens philoſophia conſiderans huiuſmodi ſubſtantiam, erit Philoſophia pri- par. 3. ma. Et quia eſt prima, ideo erit vniuerſalis. Et erit eius ſpeculari de ente inquantum eſt ens, & de eo, quod quid eſt, & de his, quæ ſunt entis inquãtum eſt ens. Eadem enim eſt ſcientia primi entis, & entis communis, ut in principio Quarti habitum eſt.

F ... liſſimum genus eſſe, ergo theoricæ aliis ſcientiis deſiderabiliores ſunt.

K Dubitabit autem aliquis: utrum prima Philoſophia ſit uniuerſalis, aut circa aliquod genus aut naturam unam. Non enim idem modus nec in mathematicis, quia geometria, & G aſtrologia circa aliquam naturam ſunt, illa uero uniuerſaliter omnium eſt communis.

I Si igitur non eſt aliqua diuerſa ſubſtantia præter natura cõſiſtentes, phyſica erit prima ſciẽtia. Sed ſi eſt aliqua ſubſtantia immobilis, ea prior, & philoſophia prima, & uniuerſalis ſic. Et quia prima, & de ente inquãtum eſt ens, eius utique eſt ſpeculari, & quodquid eſt, & quæ inſunt inquantum ens.

latinæ itaque alijs ſcientijs præponendæ ſunt, hæc vero ſpeculatiuis.

Dubitauerit etenim aliquis, utrum prima philoſophia uniuerſalis ſit, an circa aliquod genus, & unam naturã. Non enim idem modus eſt, atque in mathematicis, ſed geometria quidem, & aſtrologia circa quãdam naturam ſunt, illa uero uniuerſaliter omnibus communis eſt.

Si igitur non eſt aliqua alia ſubſtantia pręter eas, quę natura conſiſtunt, naturalis profecto prima ſcientia eſt. Quod ſi eſt aliqua ſubſtantia immobilis, hæc prior, & philoſophia prima, et uniuerſalis ſic. Quod prima, & de ente prout ens eſt, ac quid eſt, & quæ ei inſunt, prout ens eſt ſpeculari huius eſt.

H

LECTIO II.

SEd quoniam ens ſimpliciter dictum, dicitur multipliciter, quorum unum quidẽ accidens, & aliud quaſi uerum, & non ens quaſi falſum. Præter hæc autem ſunt figuræ categorię, ut quid, quale, quãtum, ubi, quando, & ſi quid aliud ſignificat hoc modo. Amplius præter ea omnia, quod eſt poteſtate, & I actu.

b Quoniam itaque multipliciter dicitur ens, primum de eo quod ſecundum accidens eſt, dicendum eſt, quia nulla eſt circa id ſpeculatio. Signum autẽ. nulla.n. ſcientia ſtudioſa eſt de eo, nec practica, nec theorica. Non enim faciens domum, facit quæcunque ſimul accidunt domui factæ. infinita enim ſunt. his.n. uoluptuoſam, illis uero K nociuam, aliis utilem, nihil.n. prohibet factam, & alteram ut eſt dicere ab omnibus entibus, quorum nullius eſt ędificatiua factiua. Eodem uero modo nec Geometer ſpeculatur ſic acci-

LECTIO II.

SEd cum ens illud, quod ſimpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum unum quidem erat, quod ſecundum accidens, aliud uero, quod ut uerum, & non ens ut falſum, pręter hęc autem ſunt prędicationis figurę, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, & ſi quid aliud hoc modo ſignificat, item pręter hęc omnia, quod potentia, et actu.

Cum itaque ens multipliciter dicatur, primo de eo, quod ſecundum accidens eſt, dicendum, quod nulla circa illud ſpeculatio eſt. Signum autem, quod nulli ſcientię cura eſt illud, neque actiuę, neque factiuę, neque ſpeculatiuæ. Nec enim, qui facit domum, facit ſimul quę accidũt domui factæ, infinita nanque ſunt. quibuſdam enim delectabilem, quibuſdam noxiam, quibuſdam utilem nihil prohibet factam eſſe, &, ut ita dicam, ob eas res omnes eſſe aliam, quarum nullius factiua eſt ędificatiua: ſimili modo, nec geometra ea, quę ita figuris accidunt, ſpe-

LECTIO II.

HIc oſtendit de quibus entibus principaliter hęc ſciẽtia tractare intendit. & circa hoc tria facit. Primo, repetit modos, quibus aliquid dicitur ens. Secundo, determinat naturam entis ſecundum duos modos, de quibus principaliter non intendit. ibi. [Quoniam itaque multipliciter dicitur ens.] Ter- par. ſeq. tio oſtendit, quod de his modis entis principaliter non in- Infra lect. 4. par. 4. tendit. ibi: [Quod autem ſcientia &cæt.] Dicit ergo primo, quod ens ſimpliciter, id eſt uniuerſaliter dictum, dicitur multipliciter, vt in Quinto eſt habitum. Vno modo dicitur aliquid ens ſecundum accidens. Alio modo dicitur ens, idem quod verum propoſitionis, & non ens idem quod falſum. Tertio modo dicitur ens, quod continet ſub ſe figuras prædicamentorum, vt quid, quale, quantum &c. Quarto modo præter prędictos omnes, quod diuiditur per potentiam, & actum. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de modis entis, quos prætermittere intẽdit, & primo de ente per accidens. Secundo, de ente quod eſt idẽ quod verum. ibi: [Quod autẽ vt verũ &c.] Circa primum duo Infra lec. 4. princ. facit. Primo oſtendit, quod de ente per accidẽs non poteſt eſſe aliqua ſcientia. Secundo determinat ea, quæ ſunt conſideranda circa ens per accidens ibi: [Attamen dicẽdũ eſt &c.] Dicit ergo Inf. ge. 6. primo, quod cum ens multipliciter dicatur, vt dictum eſt, primo dicendũ eſt de ente per accidens, vt quod minus habet de ratione entis, primo a conſideratione huius ſcientiæ excludatur. Hoc autem dicendũ eſt de eo, quod nulla ſpeculatio cuiuſcunque ſcientiæ poteſt eſſe circa ipſum. Et hoc probat dupliciter. Primo, per ſignum dices, ſignum eſſe huius, quod de ente per accidẽs non poſſit eſſe ſpeculatio, quia nulla ſcientia [quantumcunque ſit ſtudioſa] aut mediata, ut alia trãſlatio habet, i. diligenter inquiſitiua eorum, quę ad ipſam pertinent, inuenitur eſſe de ente per accidens. Sed nec etiam practica quę diuiditur per actiuam, & fa- Tex. com. 5. ctiuam, ut ſupra dictum eſt, neque ſciẽtia theorica. Et hoc manifeſtat primo in practicis ſcientiis quia ille, qui facit domum, ſi facit eã non facit ea, quę inſunt domui factę niſi per accidens, cum illa ſint infinita, & ſic non poſſunt cadere ſub arte. nihil enim prohibet domum factam eſſe iſtis [voluptuoſam] id eſt delectabilem, illis, ſ. qui in ea proſpere uiuunt. Aliis autem [nociuam] qui ſcilicet occaſione domus aliquod detrimentum incurrunt. Et aliis [utilem] qui in domo aliquod emolumentum conquirunt, & etiam eſſe alteram, & diſſimilem omnibus entibus. Nullius autem eorum, quę per accidens inſunt domui, factiua eſt ars ædificatiua.

A

catiua,ſed ſolum eſt factiua domus, & eorum quæ per ſe inſunt domui. Et deinde oſtendit idem in ſcientijs ſpeculatiuis, quia ſimili modo nec geometria ſpeculatur ea quæ ſunt accidentia[figuris ſic], id eſt, per accidens, ſed ſolum illa quæ accidunt figuris per ſe. Speculatur enim hoc quod triangulus eſt habẽs[duos rectos] id eſt, tres angulos æquales duobus rectis: ſed non ſpeculatur ſi aliquid alterum, vtputa lignum, vel aliquid huiuſmodi, eſt trigonum. Hæc n. per accidens conueniunt triangulo. Secundo ibi.

par. 3. c ¶ Probat idẽ per rationem, dicẽs, quod rationabiliter hoc accidit quod ſcientia non ſpeculatur de ente per accidens, quia ſcientia ſpeculatur de his quæ ſunt entia ſecũdũ rem: ens autem ſecũdũ accidẽs eſt ens quaſi ſolo nomine, inquantum vnum de alio prædicatur. Sic. n. vnũquodque eſt ens in quãtum vnum eſt. Ex duob. autẽ quorum vnum accidit alteri, nõ fit vnum niſi ſecundum nomen, prout ſ. vnum de altero prædicatur. vt cum muſicum dr̃ eſſe album, aut econuerſo. Nõ autem ita, quod aliqua res una conſtituatur ex albedine & muſico.

par. 4. d ¶ Quod autem ens per accidẽs ſit quaſi ſolo nomine ens, probat dupliciter. Primo, per auctoritatem Platonis. Secundo, per rationem. Secunda ibi [Palam autem &c.] Dicit ergo, quod propter hoc quod ens per accidens quodammodo eſt ens ſolo nomine, iõ Plato quodammodo non male fecit, cum ordinando diuerſas ſcientias circa uniuerſa ſubſtantia, ordinauit ſcientiã ſophiſticam circa non ens. Rationes enim ſophiſticorum maxime ſunt circa accidens, ſecundum enim fallaciam accidentis ſunt maxime latentes paralogiſmi. Et ideo dr̃ in Primo Elenchorum, quod ſecundum accidens faciunt ſyllogiſmos contra ſapientes, ut patet in iſtis paralogiſmis, in quibus dubitatur, vtrum diuerſum, an idem ſit muſicum & grammaticum, ut fiat talis paralogiſmus. Muſicum eſt aliud a grammatico, muſicum autem eſt grammaticum, ergo muſicum eſt alterum a ſe. Muſicum enim eſt aliud a grammatico, per ſe loquendo, ſed muſicus eſt grammaticus per accidens. Vnde non eſt mirum, ſi ſequitur inconueniens, non diſtincto quod eſt per accidens ab eo, quod eſt per ſe. Et ſimiliter ſi ſic dicatur. Coriſcus eſt alterum a Coriſco muſico, ſed Coriſcus eſt Coriſcus muſicus, ergo Coriſcus eſt aliud a ſe. Hic etiam non diſtinguitur quod eſt per accidens ab eo, quod eſt per ſe. Et ſimiliter ſi dicatur. Omne quod eſt & non fuit ſemper, eſt factum: ſed muſicus ens eſt grammaticus, & non fuit ſemper, ergo ſequitur quod muſicus ens grammaticus ſit factus & grãmaticus ens muſicus. Qđ quidẽ eſt falſum, quia nulla generatio terminatur ad hoc, quod eſt

Tex. com. 5. par. 5. (margin)

par. 6. (margin)

par. ſeq. (margin)

c Et hoc rationabiliter accidit. Quemadmodum enim nomine ſolum accidens eſt.

d Vnde Plato modo quodam non male ſophiſtica circa non ens ordinauit. Sunt. n. ſophiſtarum rõnes circa accidens, ut eſt dicere maxime omnium. Verũ diuerſum, aut idem muſicum & grammaticum, & muſicus Coriſcus, & Coriſcus. Et ſi omne qđ eſt, & non ſemper, factum eſt. Quare ſi muſicus ens grammaticus, eſt factus. & grammaticus, ens muſicus, & quæcunq; aliæ rationum tales ſunt. Videtur enim accidens propinquum non enti.

B

e Palam autem & ex his rationibus. Nam alio modo entium, generatio eſt & corruptio. Eorũ uero quæ ſunt ſecundum accidens, non eſt.

C

f Attamẽ dicẽdum eſt amplius de accidente inquantum cõtingit, quæ eius natura, & propter quam cauſam eſt. Simul. n. forsã palam erit, & quare eius non eſt ſcientia.

g Quoniam igitur in entibus ſunt hæc quidem ſemper ſimiliter ſe habentia, & ex neceſſitate, non ſecundum uim dictã, ſed ſecundum quod dicimus in non contingere aliter. illa uero ex neceſſitate quidem non ſunt, nec ſemper, ſed quaſi ſecundum magis, hoc principium, & hæc cã eius eſt, quod eſt accidens eſſe.

D

Et hoc rationabiliter contingit. nam quaſi nomine ſolum, ipſum accidens eſt.

Quare Plato non male quodammodo circa Sophiſticam, ipſum non ens applicuit. ſophiſtarum etenim rationes, circa accidens (ut ita dicam) maxime omnium ſunt, utrum diuerſum an idem, muſicum & grammaticum. & muſicus Coriſcus, ac Coriſcus. & ſi omne quod eſt, non autem ſemper, factum eſt. quare ſi muſicus exiſtens grãmaticus factus eſt, & grammaticus exiſtens muſicus. & quæcunque aliæ orationum, tales ſunt. Videtur etenim accidens, propinquum quiddam eſſe non enti.

Hoc autem ex his etiam orationib. manifeſtum eſt. eorum etenim, quæ alio modo ſe habent, eſt generatio & corruptio. eorum autem, quæ ſecundum accidens, non eſt.

Attamen dicendum eſt amplius de accidente, quoad poſſibile eſt, quænam eius natura ſit, & ob quam cauſam eſt. ſimul autem patebit, & cur eius ſcientia non eſt.

Cum igitur in entibus ſint quædam ſemper ſimiliter ſe habentia, & ex neceſſitate, non ea quæ ſecundum uim dicitur, ſed quam dicimus, eo quod non contingit aliter, quædam ex neceſſitate quidem non ſunt, nec ſemper. ſed ut plurimum hoc principium, & huius cauſa eſt, ut accidens ſit.

grammaticum eſſe muſicum, ſed vna ad hoc, quod eſt grammaticum eſſe, alia ad hoc quod eſt muſicum eſſe. Patet etiam, quod in hac ratione, prima eſt vera de eo quod eſt per ſe, ſed in ſecunda aſſumitur quod eſt ens per accidens. Et ſimiliter eſt in omnibus talibus rationibus, quæ ſunt ſm̃ fallaciam accidentis. Videtur. n. ens per accidens, eſſe propinquum non enti. Et iõ ſophiſtica, quæ eſt circa apparens, & non exiſtens, eſt præcipue circa ens per accidens.

e ¶ Secundo probat idem per rationem, dicens, quod etiam ex his rationibus, quibus vtuntur ſophiſtæ, palam eſt, quod ens per accidens eſt propinquum non enti. Nam eorum, quæ ſunt entia alio mõ quam per accidens, eſt generatio & corruptio: ſed entis per accidens non eſt neque generatio neque corruptio. Muſicum enim aliquando generatur, & grammaticum alia. Nõ eſt autem vna generatio grammatici muſici, ſicut animalis bipedis uel ſicut hominis riſibilis. Vnde patet, quod ens per accidens non uere dicitur ens. Deinde cum dicit.

f ¶ Determinat de ente per accidẽs ſecundum quod eſt poſſibile de eo determinatio. Quãuis enim ea quibus conuenit eſſe per accidens. nõ cadunt ſub conſideratione alicuius ſciẽtiæ, tamen rõ huius quod eſt eẽ per accidens, per aliquam ſcientiam conſiderari poteſt. Sicut ẽt licet id quod eſt infinitũ ſm̃ quod eſt infinitum, ſit ignotũ, tñ de infinito ſm̃ qđ eſt infinitum, aliqua ſcientia tractat. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea, quæ ſunt conſideranda circa ens per accidens. Secundo excludit quandam opinionem, per quam remouetur ens per accidens, ibi[Quod autem ſint principia & eſſe &c.] Circa primum duo facit. Primo dicit, quod eſt dicendum de ente per accidens, inquantum contingit de ipſo tractare tria. ſ. quæ eſt eius natura, & quæ eſt eius cauſa, & ex his erit tertium manifeſtũ, quare eius non poteſt eſſe ſcientia.

Te. com. 5. (margin)

In ſ. lec. ſeq. par. 2. (margin)

E

g ¶ Proſequitur tria prædicta, & primo quæ ſit cauſa entis per accidens dicens, quod quia in entibus quædam ſunt ſemper ſimiliter ſe habentia ex neceſſitate, nõ quidem ſecundum quod neceſſitas ponitur pro violentia, ſed prout neceſſitas dicitur, ſecundum quam non contingit aliter ſe habere, ut hominem eſſe animal. Quædam uero nõ ſunt neceſſitate, nec ſemper, ſed ſunt[ſecundum magis], id eſt, ut in pluribus. Et[hoc], ſcilicet eſſe ut in pluribus, eſt cauſa & principium quod aliquid ſit per accidens. In rebus enim quæ ſunt ſemper, non poteſt eſſe aliquid per accidens, quia ſolum quod eſt per ſe, poteſt eſſe neceſſarium, & ſempiternum, vt etiam in Quinto habitum eſt. Vnde relinquitur, quod ſolum in contingentibus poteſt eſſe ens per accidens. Contingens autem ad utrumlibet, nõ poteſt

eſſe cauſa alicuius inquantum huiuſmodi. Secundum enim quod eſt ad vtrumlibet, habet diſpoſitionem materiæ, quæ eſt in potentia ad duo oppoſita: nihil enim agit ſecundum quod eſt in potentia. Vnde oportet quod cauſa, quę eſt ad utrumlibet, ut uoluntas, ad hoc quod agat, inclinetur magis ad unam partē, per hoc quod mouetur ab appetibili, & ſic ſit cauſa, ut in pluribus. Contingens autem ut in paucioribus eſt ens per accidens, cuius cauſa quæritur. Vnde relinquitur quod cauſa entis per accidēs ſit contingens ut in pluribus, quia eius defectus eſt, ut in paucioribus. Et hoc eſt ens per accidens. Secundo ibi.

per. 8. h Quod enim nec ſemper, nec quaſi ſecundum magis eſt, hoc dicimus eſſe accidens. vt ſub cane ſi fuerit hyems & frigus, hoc accidere dicimus, ſed non ſi æſtuatio & calor, quia hoc quidē ſemper, aut ſecundum magis, illud vero non. Et hominem albū eſſe accidit: nec enim ſemper nec ſecundum magis, animal vero non ſecundum accidens. Et ædificatorem ſanitatem facere, accidens; quia non eſt natus hoc facere ædificator, ſed medicus; ſed accidit medicum eſſe ædificatorem. Et opſopios, ideſt, cocus uoluptatem cōiectans, faciet vtique alicui ſalubre, ſed non ſecundum opſopœticam. Quapropter accidens dicimus, & eſt ut facit, ſimpliciter aūt non. Aliorū enim aliæ quandoque potentiæ factiuæ ſunt, horum uero nulla eſt ars, nec potentia determinata. Nam ſecundum accidens entium. aut facturum, cauſa eſt ſecundum accidens.

h ¶ Oſtendit naturā entis per accidēs dicens, ideo dico, quod id quod eſt in pluribus, eſt cauſa entis per accidens, quia quod non eſt ſēper, neque ſecūdum magis, hoc dicimus eſſe per accidens. Et hoc eſt defectus eius quod eſt in pluribus. ut ſi [fuerit hyems] ideſt, tempus pluuioſum, & frigus [ſub cane.] ideſt, in diebus canicularibus, hoc dicimus eſſe per accidēs. Non tamen ſi tunc [fuerit æſtuatio], i. ſiccitas & calor. Hoc enim eſt ſemper vt in pluribus ſed illud non. Et ſimiliter dicimus hominem eē album per accidēs, quia hoc non eſt ſēper, nec in pluribus. Hominem vero per ſe dicimus eſſe aīal, non per accidens, quia hoc eſt ſemper. Et ſimiliter ædificator facit ſanitatem per accidens, quia ædificator non eſt aptus natus facere ſanitatem inquantum huiuſmodi, ſed ſolus medicus. Aedificator autem facit ſanitatem, inquantum accidit eum eſſe medicum, & ſimiliter [opſopios], ideſt cocus [cōiectans], ideſt, intendens facere (uoluptatem), i. eſt, delectationem in cibo. faciendo aliquē cibum bene ſaporatum, facit aliquid ſalubre. Cibus enim bonus & delectabilis quandoque eſt utilis ad ſanitatem. Sed hoc non eſt ſecundum (artem opoſopœticam), ideſt, pulmentariam quod faciat ſalubre. ſed quod faciat delectabile. & propter hoc dicimus hoc accidere. Et notandum quod in primo exemplo fuit ens per accidens ſecundum concurſum in eodem tempore. In ſecundo per concurſum in eodem ſubiecto, ſicut album cum homine. In tertio, ſecundum concurſum in eadem cauſa agente ſicut ædificator & medicus. In quarto, ſecundum concurſum in eodem effectu, ſicut in pulmento ſalubre & delectabile. Quam-

par. 9. i Quare quoniam quidem non omnia ex neceſſitate ſunt & ſemper, aut entia, aut quæ fiunt, ſed plurima ſecundum magis, neceſſe eſt quod ſecundum accidens ens, ut nec ſemper nec ſecundū magis, albus muſicus eſt. quoniā vero fit aliquando, ſecundum accidens erit. Si autem non omnia erunt ex neceſſitate. quare materia erit cauſa contingens præter quam ut in pluribus aliter accidentis. Principium autem hoc oportet ſumere, vtrum nihil eſt nec ſemper, nec ſecundum magis; aut hoc impoſſibile? Eſt igitur aliquid præter hoc quod utrunque contingit & ſecundum accidens. Sed utrum hoc quod in pluribus & quod ſemper, nulli inſunt, aut ſunt quædam ſempiterna, de his quidem igitur poſterius perſcrutandum eſt.

F nis autem cocus faciat pulmentum delectabile, tamen hoc fit per accidens ſalubre. Cocus quidem facit modo quodam ſalubre ſecundum quid, ſed ſimpliciter non facit, quia ars operatur per intentionem. Vnde, quod eſt præter intentionem artis, nō fit ab arte per ſe loquendo. Et ideo ens per accidens, quod eſt præter intentionē artis, non fit ab arte. Aliorum enim entium, quæ ſunt per ſe, ſunt quandoque aliquæ potentiæ factiuæ determinatæ: ſed entium per accidens, nulla ars, neque potentia determinata eſt factiua. Eorum enim, quæ ſunt, aut fiunt ſecūdum accidēs, oportet eſſe cauſam ſecundum accidens & non determinatā. Effectus enim & cauſa proportionatur adinuicem, & ideo effectus per accidens habet cauſam per accidens, ſicut effectus per ſe, cauſam per ſe. Et quia ſupra dixerat, quod ens, ut in pluribus, eſt cauſa entis per accidēs, cōſequenter cū dicit.

Quodcunque enim non ſemper, neque vt plurimum eſt, hoc dicimus accidens eſſe. vtputa, ſi ſub cane tempeſtas & frigus factum fuerit, hoc dicimus accidiſſe, non ſi æſtus aut calor. quoniā hoc quidem ſemper, aut vt plurimum. illud vero, non hominem quoq; album eſſe, accidit. nec enim ſemper, nec vt plurimum. animal vero, non ſecundū
G *accidens, & fabrum ſanitatem feciſſe accidens eſt. quoniam non eſt aptus ad ſanitatem faciendam faber, ſed medicus: verum accidit, fabrum eſſe medicum. Cocus etiam voluptati intentus facit quicquam ſalubre; ſed non ſecundum pulmētariam. unde dicimus, quod accidit. & quodāmodo quidē facit, ſimpliciter vero minime. illorum etenim aliæ quandoque factiuæ potentiæ ſunt, horum vero nulla ars, nullaque potentia determinata eſt. eorum enim quę ſecundum accidens, aut ſunt, aut fiunt, cauſa quoq; ſecundum accidens eſt.*

H

i ¶ Oſtendit qualiter ex eo quod eſt in pluribus, eſt ens per accidens dicēs, quod quia non oīa ex neceſſitate & ſēper exiſtunt & fiūt, ſed [plurima ſunt ſecundum magis], i. ut in pluribus, ideo neceſſe eſt eſſe quod eſt ſecundum accidens, quod neq; eſt ſemper, neque ſecū dum magis, ut hoc quod dico, Alb. eſt muſicus. Quia tamē aliquando fit, licet non ſemper, nec ut in pluribus, ſequitur quod ſit per accidēs. Si. n. non fieret aliquādo id quod eſt in paucioribus, tūc id quod eſt in pluribus, nunquam deficeret, ſed eſſet ſemper & ex neceſſitate. & ſic omnia eſſent ſempiterna, & neceſſaria, quod eſt falſum. Et quia defectus eius, quod eſt ut in pluribus, eſt propter materiam, quæ non ſubditur perfecte uirtuti agēti ut in pluribus, ideo materia eſt cauſa accidentis aliter [quā ut in pluribus]. i. accidentis ut in paucioribus, cauſa inquam, non neceſſaria, ſed contingens. Habito autem, quod omnia ſunt neceſſaria, ſed aliquid eſt nec ſemper, nec ſecundum magis, principium hoc oportet hic ſumere, utrum nihil ſit, nec ſemper, nec ſecundum magis. Sed hoc patet eſſe impoſſibile, quia cum id, quod eſt ut in pluribus, ſit cauſa entis per accidens, oportet eſſe, & id quod eſt ſemper, & id quod eſt ut in pluribus, igitur quod eſt præter utrumque dictorum, eſt ens ſecundum accidens. Sed utrum iterum, id quod eſt ut in pluribus, ineſt alicui, quod autem eſt ſemper nulli

Quare, cum non omnia ex neceſſitate, & ſemper, aut ſint aut fiant, ſed multa, vt plurimum, neceſſe eſt eſſe, quod ſecundum accidens eſt. vtputa, nec ſemper, nec vt plurimum albus muſicus eſt. cum autem aliquando fiat, ſecundum accidens erit: quod ſi non, cuncta ex neceſſitate erunt. Quare, materia
I *erit cauſa contingens eius, quod aliter accidit quam illud, quod vt plurimum eſt. Principium autem hoc ſumēdum eſt. vtrum nihil eſt, quod nec ſemper, nec vt plurimum, aut hoc impoſſibile? Præter hæc igitur, aliquid eſt, quod utcunque contingit, & ſecundum accidēs. ſed utrum, quod ut plurimum, quod ue ſemper nulli ineſt, an aliqua ſunt ſempiterna, de his ſane poſterius conſiderandum eſt.*

K

nulli ineſt, aut etiam ſunt aliqua ſempiterna, conſiderandū eſt poſterius in Duodecimo, vbi oſtendet quaſdam ſubſtantias eſſe ſempiternas. Sic igitur per primam quæſtionem quæritur: vtrum omnia ſint per accidens. Per ſecundam vero: vtrum omnia poſſibilia, & nihil ſempiternum.

Tex. c. 39. & inde.

K ¶ Oſtendit tertium præmiſſorum .ſ. q ſcientia nō ſit de ente p accidens. Quod quidē dicit eſſe palam ex hoc, q oīs ſcientia eſt, aut eius q eſt ſemper, aut eius qđ eſt in pluribus. Vnde, cum ens per accidens, nec ſit ſēper, nec ſit in pluribus, de eo nō poteſt eſſe ſcientia. Primum ſic probat. Non.n. pōt aliquis doceri ab alio, vel docere alium de eo, quod nec eſt ſemper, nec vt frequenter. hoc .n. de quo eſt doctrina, opoītet eſſe diffinitum aut per hoc, quod eſt ſemper, aut per hoc, q eſt in plurib. Sicut q [Mellicratum] i. mixtum ex aqua, & melle, vtile eſt febricitantibus, determinatum eſt, vt in pluribus. Sed quod eſt præter hoc .i. præter id, quod eſt ſemper, & magis, non poteſt dici, quando fiat, ſicut q fiat in tempore nouiluniī. Quia quod determinatur fieri in tēpore nouiluniī, vel eſt ſemper, vel vt in plurib. Vel pōt eſſe hoc qđ dr de noua luna aliud exemplum. eius .ſ. q determinat ſemper. Et quod a ſēr, aut in plurib. fit, addit propter differentiam eius per accidens, quod nec ſic, nec ſic eſt. Vnde ſubdit, [q accidēs ſit præter hoc] .ſ. præter ens ſemper, & ens vt magis. & hęc minor eſt rōnis principalis ſuperius poſitæ. Vlterius aūt epilogando dicit, q dictum eſt, quid eſt ens per accidēs, & quæ eſt cauſa eius, & q de eo non poteſt eſſe ſcientia.

T. com 6. par. 10.

Tex. com. 7. par. 2.

K Quod autem ſcientia nō eſt accidentis, palam. Scientia nāq; omnis, aut eſt eius, quod ſemp, aut eius quod ſecūdum magis. Etenim quomodo docebitur, aut docebit alium? Oportebit.n. diffiniri, aut per ſemper, aut per magis, ut quia utile Mellicratū febricitanti, ut ſecūdum magis. quod autem præter hoc, nō hēbit dicere. Quando, puta noua luna: aut.n. ſemper, aut in pluribus, & q noua luna. Accidens autem eſt præter hoc. Quid quidem igitur eſt accidens, & propter quam cauſam, & quia ſcientia non eſt eius, dictum eſt.

Quod autem non eſt accidentis ſciētia, patet. Omnis enim ſcientia eius eſt, quod aut ſemper, aut ut plurimum eſt. quomodo enim diſcet, aut alium docebit? oportet enim ut determinentur, aut per ſemper, aut per ut plurimum. utputa febricitanti, proficuum melicratum eſt ut plurimū. Quod uero præter hoc eſt, non habebit dicere quando non, ut in nouilunio: nam etiam in nouilunio aut ſemper, aut ut plurimum, B *accidens vero præter hoc eſt. Quid itaque accidens eſt, & ob quam cauſam, & quod non eſt eius ſcientia, dictum eſt.*

LECTIO III.

a QVod autē ſint principia & cauſæ generabilia & corruptibilia ſine generari, & corrumpi, palam. Si enim non hoc, ex neceſſitate omnia erunt, ſi eius quod fit, & corrūpitur, non ſecundum accidens cauſam aliquam neceſſe eſt eſſe. Vtrum.n. erit hoc, aut non. Si hoc fiat, erit: ſi aūt nō, non. hoc autem, ſi aliud. Et ita manifeſtū, quia ſemper tempore ablato a finito tempore, veniet uſque ad nunc. Quare hic moritur infirmitate aut ui, ſi exit, aut ſi facit; ſed hoc, ſi aliud, & ita ueniet ad q nūc eſt. Aut in factorū aliqd, vt ſi ſitit. Hoc aūt, ſi comedit mordicātia. Sed hoc, aut eſt, aut nō.

LECTIO III.

II C *QVod autem ſint principia, & cauſa generabiles, & corruptibiles, abſque eo quod generentur, & corrumpantur, manifeſtum eſt. Etenim ſi non hoc, ex neceſſitate omnia erunt, ſi eius, quod generatur, & corrumpitur non ſecundum accidentem cauſam aliquam neceſſe ſit eſſe. Verū enim erit hoc, an non? Si hoc, fiet: ſin uero non, minime. hoc vero, ſi aliud, & hoc modo videlicet (tempore ſemper dempto a tempore finito) deuenies uſque ad nunc: quare hic morietur ægritudine, aut vi, ſi exiuerit, hoc autem,* D *ſi aliud: & ſic deueniet ad id, quod nunc eſt, aut aliquid eorum, quę facta ſunt. utputa, ſi ſitiuerit. hoc vero, ſi comederit acria. hoc vero aut eſt, aut non. quare neceſ-*

LECTIO III.

a POſtquam philoſophus determinauit de ente per accidens, hic excludit quandam opinionem, per quam tollitur totū ens per accidens. Quidam enim poſuerunt, quod quicquid fit in mundo, habet aliquā cauſam per ſe: & iterum q qualibet cā poſita, neceſſe eſt ſequi effectum eius. Vnde ſequebatur, quod per quandam connexionem cauſarum omnia ex neceſſitate acciderent, & nihil eſſet per accidens in rebus. & ideo hanc opinionem philoſophus intēdit deſtruere, & circa hoc tria facit. Primo enim deſtruit prędictam opinionem. Secundo, infert quandam concluſionem ex prędictis, ibi: [Palam ergo, q uſque ad aliquod &c.] Tertio, mouet quādam queſtionē, quę ex prędictis occaſionatur, ibi: [Sed ad principium quale.] Dicit ergo primo, quod palam erit ex ſequentibus, q principia cauſæ generationis, & corruptionis aliquorum [ſunt generabilia & corruptibilia] id eſt contingit generari & corrumpi, ſine generatione & corruptione, .i. ſine hoc, quod ſequatur genera- A tio, & corruptio. non enim oportet, quod ſi generatio alicuius rei, uel corruptio, eſt cauſa generationis, aut corruptionis rei alterius, quod poſita generatione uel corruptione cauſæ, de neceſſitate ſequatur generatio, uel corruptio effectus: quia quædam cauſæ ſunt agentes, ut in pluribus. unde eis poſitis, adhuc poteſt impediri effectus per accidens; ſicut propter indiſpoſitionem materiæ, uel propter occurſum contrarii agentis; vel propter aliquid huiuſmodi. Sciendum tamen, quod Auicenna probat in ſua metaphyſica, quod ſiuſ[illegible] eſt fectus, ſit poſſibilis in comparatione ad ſuam cauſam, ſed ſolum neceſſarius. Si enim poſita cauſa, poſſibile eſt effectum non poni, & poni; id autem, qđ eſt in potentia, in quantum huiuſmodi, reducatur in actum, per aliquod ens actu, oportebit ergo, quod aliquid aliud a cauſa faciat ibi ſequi effectum in actu. cauſa igitur illa non erat ſufficiens. Et hoc ui detur contra id, quod philoſophus hic dicit. Sed ſciendum, quod dictum Auicen. intelligi debet ſuppoſito, quod nullum impedimentum cauſæ adueniat. Neceſſe eſt enim, cauſa poſita, ſequi effectum, niſi ſit impedimentum, quod quandoque contingit eſſe per accidēs. Et ideo philoſophus dicit, quod non eſt neceſſarium generatione ſequi uel corruptionem, poſitis cauſis generantibus uel corrumpentibus. Si enim non eſt uerū hoc, quod dictum eſt, ſequetur, quod omnia erunt ex neceſſitate, ſi tamen tum hoc, quod dictum eſt, quod poſita cauſa, neceſſe eſt ſequi effectum, ponatur etiam alia poſitio, ſcilicet, quod cuiuslibet quod fit, & corrumpitur, neceſſe ſit eſſe aliquam cauſam per ſe, & non per accidens.

Ex his enim duabus propoſitionibus ſequitur, omnia eſſe de neceſſitate. quod ſic probat. Si enim quæratur de aliquo, vtrum ſit futurum, vel non, ſequitur ex prædictis, quod alterum ſit de neceſſitate uerum: quia, ſi omne quod fit, habet E cauſam per ſe ſuæ factionis, qua poſita, neceſſe eſt ipſum fieri; ſequetur, quod res illa, de qua quęritur, utrum ſit futura, fiat, ſi fit, hoc, quod ponitur cauſa eius: & ſi illud non fuerit, quod nō fiat. Et ſimiliter oportet dicere, quod illa cauſa erit futura, ſi aliquod aliud, quod eſt cauſa eius, erit futurum. Conſtat autem, quod tempus quantumcunque futurum accipiatur, ſiue poſt centum annos, ſiue poſt mille, eſt finitum, incipiendo a præſenti nunc vſque ad illum terminum.

Cum autem generatio cauſæ præcedat tempore generationem effectus, oportet, quod procedendo ab effectu ad cauſam, auferamus aliquid de tempore futuro, & appropinquemus magis ad præſens. omne autem finitum conſumitur aliquoties ablato quodam ab ipſo. Et ita ſequitur, quod procedendo ab effectu, ad cauſam, & iterum ab illa cauſa ad eius cauſam, & ſic deinceps, auferatur totum tempus futurum cum ſit finitum, & ita perueniatur ad ipſum nunc.

per ſeq. lect. le. par. 3

Quod quidem patet in hoc exemplo. ſi enim omnis effectus haber aliquam cauſam per ſe, ad quam de neceſſitate ſequitur, oportet, quod iſte de neceſſitate moriatur, vel per infirmitatẽ, vel per violentiam, ſi exit domum ſuam. Exitus enim a domo eius inuenitur cauſa eſſe mortis eius, vel violentiæ. puta ſi exiẽs domum inuenitur a latronibus, & occiditur. Vel per infirmitatem, puta ſi exiens de domo ex æſtu incurrit febrẽ & moritur. Et eodẽ modo, hoc erit ex neceſſitate, ſ. quod exeat domũ ad hauriendum aquam ſi ſitit. nam ſitis inuenitur eſſe cauſa, ut exeat domum, ad hauriendum aquã. Similiter per eandẽ rõnem, hoc erit de neceſſitate, ſcilicet, quod ſitiat, ſi aliqd aliud erit, quod eſt cauſa ſitis. Et ita ſic procedẽs de effectu ad cauſã perueniet ad aliquod; [quod nunc eſt].i. in aliqd præſens. vel in [aliquod factorum].i. ĩ aliquod pteritorũ. Sicut ſi dicamus, ꝙ ſitis erit ſi comedit mordicantia uel ſalſa, q̃ faciunt ſitim. hoc autem. ſ. quod comedat ſalſa vel non comedat, eſt in præſenti. Et ita ſequitur, quod [prædictum futurum]. ſ. quod iſte moriatur vel non moriatur ex neceſſitate erit. Cum enim quælibet conditionalis vera ſit neceſſaria, oportet, quod ex quo antecedens eſt poſitum, quod conſequẽs ex neceſſitate ponatur. Sicut hæc eſt vera, ſi Socra. currit, mouetur. Poſito ergo, quod currat, neceſſe erit ipſum moueri, dum currit. Si autem quilibet effectus hẽt cauſam per ſe, ex qua de neceſſitate ſequit, oportet quod ſit illa conditionalis vera, cuius antecedens eſt cauſa, & conſequens effectus. Et licet inter cauſam quæ nunc eſt præſens, & effectum, qui erit futurus, q̃nq; ſint plurima media, quorum vnumquodque eſt effectus reſpectu præcedentium, & cã reſpectu ſequentium, tamen ſequitur de primo ad vltimum, ꝙ conditionalis ſit uera, cuius antecedens eſt præſens, & eius conſequens quandoque futurum. Sicut hic, Si comedit ſalſa occidetur. Antecedens autem ponitur, ex quo præſens eſt, ergo de neceſſitate erit, quod occidatur. Et ita omnia alia futura erunt neceſſaria, quorum cauſę proximæ vel remotæ, ſunt præſentes. Et ſimilis ratio eſt, ſi aliquis procedẽs ab effectibus ad cauſas, ſuperſiliat [ad facta].i. ad pterita, hoc eſt dicere, ſi reducat effectus futuros in aliquam cauſam præteritam non præſentem, quia hoc quod præteritum eſt, iam eſt ſecundum aliquem modum, hoc autem dico, inquantum eſt factum vel præteritum. Licet enim vita Cæſaris non ſit nunc, vt in pſenti, eſt tamen in præterito. verum enim eſt Cæſarem vixiſſe. Et ita nunc eſt ponere verum eſſe antecedens conditionalis, in cuius antecedente eſt cauſa præterita, & in conſequente eſt cauſa futura. Et ſic ſequetur, cum omnes effectus futuros oporteat redigere in tales cauſas præſentes vel præteritas, quod omnia futura ex neceſſitate eueniant. Sicut nos dicimus, ꝙ viuentem fore moriturum eſt neceſſarium abſolute, quia ſequitur de neceſſitate ad aliqd, quod iam factum eſt. ſ. duo contraria eſſe in eodem corpore ꝑ commiſtionem. hęc enim conditionalis eſt vera. Si aliquod corpus eſt compoſitum ex contrariis, corrumpetur. Hoc autem eſt impoſſibile, quod omnia futura ex neceſſitate eueniant. Ergo illa duo ſunt impoſſibilia, ex quib. hoc ſequebatur. ſ. ꝙ quilibet effectus habeat cauſam per ſe, & quod cauſa poſita neceſſe ſit effectum poni. Quia ex hoc ipſo ſequeretur, quod iam dictum eſt, ꝙ quorumlibet effectuum futurorum eſſent aliquæ cauſæ iam poſitæ. Sicut corruptionis animalis iam ſunt aliquæ cauſæ poſitæ. Sed quod iſte homo moriatur per infirmitatem, vel uiolentiam nõdum habet aliquam cauſam poſitam, ex qua de neceſſitate ſequatur. Deinde cum dicit.

b ¶ Infert quandam concluſionem ex pdictis dicens, ergo ex quo non quodlibet, quod ſit, habet cauſa per ſe, palam ꝙ in futuris contingentibus, effectus futuri reductio ad cauſam ꝑ ſe, vadit vſque ad aliquod principium, quod quidem principium

par. 2. Tex. c. 8. part. 3.

Quare ex neceſſitate morietur, aut non moritur. Similiter autẽ, & ſi ſuperſiliat aliquis ad facta, eadem ratio. Iam enim eſt hoc in aliquo, dico autem factum: Ex neceſſitate ergo omnia erũt, quæ ſunt futura; ut moriturum fore viuẽtem. iam enim aliquid factum eſt, ut contraria in codẽ corpore; ſed ſi infirmitate, aut ui, nondum, niſi hoc factum fuerit.

b Palam ergo, quia uſque ad aliquod vadit principium, hoc autem non adhuc ad aliud. Erit ergo eius quodcunque euenit ipſum, & cauſa ipſius generatio nulla.

c Sed ad principiũ quale, & cauſam qualem reductio talis, verũ vt ad materiam, aut ad quod cuius gratia, aut vt ad mouens?

ſario morietur, aut non morietur. Similiter, & ſiquis ad iam facta aſcenderit, eadem ratio eſt. iam enim hoc in aliquo eſt. dico autem, quod factum eſt. ex neceſſitate ergo erunt omnia futura, vt mori uiuẽtem. iam enim aliquid factum eſt, utputa contraria in eodem corpore, ſed ſi ægritudine aut ui, nondum, ſed ſi hoc factum fuerit.

Patet igitur, quod vſque ad aliquod vadit principium: hoc vero non amplius ad aliud. erit igitur hoc eius, quod utcunque contingit, cauſaque generationis eius nulla.

Sed in quale principium, & qualem cauſam talis reductio eſt. Vtrum ut ad materiam, an ut ad cuius gratia, an ut ad mouens, maxime

non reducitur in aliquod principium, adhuc per ſe, ſed ipſum erit cuius cauſa [erit quodcunque euenit] idem, cauſa caſualis, & illius cauſę caſualis, non erit aliqua alia cauſa, ſicut iam prędictum eſt, quod ens per accidens non habet cauſam neq; generationem. Verbi gratia, quod iſte occidatur a latronib. habet cauſam per ſe, quia vulneratur, & hoc etiã habet cauſam per ſe, quia a latronibus inuenitur. ſed hoc non habet niſi cauſam per accidens. Hoc. n. ꝙ iſte qui negociatur, ad negotiu vadẽs, inter latrones incidat. eſt per accidẽs, vt ex prædictis patet. vnde eius nõ oportet ponere aliq̃ cauſam. Ens enim per accidens, vt ſupra dictum eſt, non habet generationẽ, & ita eiꝰ generationis cauſam per ſe, quærere non oportet. Deinde cum dicit. Lect. 1.

c ¶ Mouet quandã quæſtionem occaſionatam ex dictis. Dixit enim ſupra immediate, ꝙ cauſæ entium per accidens, reducuntur uſque ad aliquod prĩpium, cuius non eſt ponere aliam cauſam. Et ideo hic inquirit de hac reductione, vel anagoge, quod idem eſt, ad [quale principium, & ad quale cauſam debeat fieri] .i. ad quod genus cauſæ, vel principij, .ſ. vtrum ad aliquam cauſam primam, quæ ſit cauſa ſicut materia aut ad aliquam, quæ ſit cauſa ſicut finis, cuius gratia aliquid ſit aut ad aliquã, quæ ſit cauſa ſicut mouens. Prætermittit autẽ de cauſa formali, quia quæſtio hic habetur de cauſa generationis rerum, quæ fiunt per accidens. In generatione autem forma non habet cauſalitatem, niſi per modum finis. Finis. n. & forma in generatione incidunt in idem numero. Hanc autem quæſtionem hic motam non ſoluit, ſed ſupponit eius ſolutionem ab eo, quod eſt determinatum in ij. Phyſi. Tex. c. 65. Ibi enim oſtenſum eſt, quod fortuna & caſus, quæ ſunt cauſæ eorum, quæ fiunt per accidens, reducuntur ad genus cauſæ efficientis. Ergo concludit ex præmiſſis, quod prætermittendum eſt loqui de ente per accidens, ex quo determinatum eſt ſufficienter ſecundum id, quod de eo determinari poteſt. Attendendum eſt autem, quod ea. quæ philoſ. hic tradit, uidentur remouere quædam, quę ſecundum philoſophum ab aliquib. ponuntur, ſ. fatum & prouidentiam. Vult enim hic philoſophus, quod non omnia quæ fiunt, reducantur in aliquam cauſam per ſe, ex qua de neceſſitate ſequantur, alias ſequeretur, quod omnia eſſent ex neceſſitate, & nihil per accidens eſſet in rebus. Illi autem, qui ponunt fatum, dicunt contingentia, quæ hic fiũt, quæ videntur per accidens, eſſe reducibilia in aliquam uirtutẽ corporis cœleſtis, per cuius actionem ea, quæ ſecundum ſe conſiderata per accidens fieri videntur, cum quodam ordine producantur. par. 1. q. 116 Et ſimiliter illi, qui ponunt prouidentiam, ea, quæ aguntur hic, dicunt eſſe ordinata ſecundum ordinem prouidentiæ. Ex vtraque igitur poſitione duo uidentur ſequi, quæ ſunt contraria his, quæ hic philoſophus determinat, quorum primum eſt, in rebus nihil ſit per accidens, neq; a fortuna, neque a caſu. quæ enim ſecundum aliquem ordinem procedunt, non ſũt per accidens. ſunt enim vel ſemper, vel in maiori parte. Secundum autem eſt, ꝙ omnia ex neceſſitate eueniãt. ſi enim omnia ex neceſſitate eueniunt, quorum cauſa vel ponitur in præſenti vel iam eſt poſita in præterito, ut ratio philoſophi procedit: eorum autem, quæ ſunt ſub prouidẽtia uel fato cauſa ponitur in præſenti, & iam poſita eſt in præterito. eo ꝙ prouidẽtia eſt immutabilis, & ęterna, motus etiam cœli eſt inuariabilis: uidetur ſequi, ꝙ ea, quę ſunt ſub prouidentia uel fato, ex neceſſitate cõtingant. Et ita, ſi omnia, quę hic agũtur, fato & prouidentiæ ſubduntur, ſequitur quod omnia ex neceſſitate proueniãt. Videtur ergo, quod ſecundum intentionem philoſophi, non ſit ponere neque prouidentiam, neq; fatum. Ad horum autem euidentiam conſiderandum eſt, quod quanto aliqua cã eſt altior, tanto eius cauſalitas ad plura ſe extendit. Habet. n. altior proprium

proprium cauſatum altius, quod eſt communius & in pluribus inuentũ. Sicut in artificialibus patet, quod ars politica, quæ eſt ſupra militarem, ad totum ſtatum communitatis ſe extendit. Militaris autem ſolum ad eos, qui in ordine militari continentur. Ordinatio autem, quæ eſt in effectibus ex aliqua cauſa, tantũ ſe extendit, quantũ extendit ſe illius cauſæ cauſalitas. Omnis enim cauſa per ſe, habet determinatos effectus, quos ſecundum aliquem ordinẽ producit. Manifeſtum igitur eſt, quod effectꝰ relati ad aliquam inferiorem cauſam, nullum ordinem habere uidentur, ſed per accidens ſibiipſis coincidunt.

maxime perſcrutandum. Ergo de ente ſecundum accidens prętermittatur. Determinatum eſt enim ſufficienter.

B Qui ſi referantur ad ſuperiorem cauſam & communem, ordinati inueniuntur, & non per accidens coniuncti, ſed ab vna per ſe cauſa ſimul producti ſunt. Sicut floritio huius herbæ, vel illius, ſi referatur ad particularem uirtutem, quæ eſt in hac planta, vel illa, nullum ordinẽ habere uidetur, immo uidetur eſſe accidens quod hac herba florente, illa floreat. Et hoc idẽ, quia cã virtutis huius plantę extendit ſe ad floritionem huius, & non ad floritionem alterius, vnde eſt quidem cauſa, quod hæc planta floreat, non autem quod ſimul cum altera. Si autem ad uirtutem corporis cęleſtis, quæ eſt cauſa communis, referatur, inuenitur hoc non eſſe per accidens, quod hac herba florente illa floreat: ſed eſſe ordinatum ab aliqua prima cauſa hoc ordinante, quę ſimul mouet vtranque herbam ad floritionem. inueniuntur autem in rebus triplex cauſarum gradus. Eſt enim primo cauſa incorruptibilis & immutabilis, ſ. diuina. Sub hac ſecundo eſt cauſa incorruptibilis, ſed mutabilis, ſ. corpus cæleſte. Sub hac tertio ſunt cauſę corruptibiles & mutabiles. Hę igitur cauſæ in tertio gradu exiſtentes ſunt particulares, & ad proprios effectus ſecundum ſingulas C ſpecies determinatæ. Ignis. n. generat ignem, & homo generat hominem, & planta plantam. Cauſa autem ſecundi gradus eſt quodammodo vniuerſalis, & quodammodo particularis. Particularis quidem, quia ſe extendit ad aliquod genus entiũ determinatum, ſ. ad ea, quę per motum, in eſſe producuntur. eſt enim cauſa mouens & mota. Vniuerſalis autem, quia non ad vnam tantum ſpeciem mobilium ſe extendit cauſalitas eius, ſed ad omnia, quæ alterantur & generantur & corrumpuntur. Illud enim quod eſt primo motum oportet eſſe cauſam omnium conſequenter mobilium. Sed cauſa primi gradus eſt ſimpliciter uniuerſalis.

Eius enim effectus proprius eſt eſſe. unde quicquid eſt, & quocunque modo eſt, ſub cauſalitate & ordinatione illius cauſæ proprie continetur. Si ergo igitur ea, quę hic ſunt contingẽtia, reducamus in cauſas proximas particulares tantum: inueniunt multa fieri per accidens. tum propter concurſum duarum cãrum, quarum vna ſub altera non continetur. ſicut cum prętor intentionem occurrunt mihi latrones; hic. n. concurſus cauſatur ex duplici virtute motiua, ſ. mea & latronum. Tum et, propter defectum virtutis agentis, cui accidit debilitas, vt non poſſit peruenire ad finem intentum, ſicut cum aliquis cadit in uia propter laſſitudinem. Tum et, propter indiſpoſitionem materiæ, quæ non recipit formam intentam ab agente, ſed alterius modi, ſicut accidit in monſtruoſis partubus animalium. Hęc autem contingentia, ſi vlterius in cauſam cæleſtem reducantur, multa horum inueniemus non eſſe per accidens: quia cauſę particulares & ſi non continentur ſub ſe inuicem, continentur tamen ſub vna cauſa communi cœleſti. vnde concurſus earum poteſt habere aliquam vnam cauſam cęleſtem determinatam. Quia etiam virtus corporis cęleſtis & incorruptibilis eſt, & impaſſibilis, & non põt exire aliquis effectus ordinis cauſalitatis eiꝰ propter defectum vel debilitatem ipſius uirtutis.

Sed quia agit mouendo. & omne tale agens requirit E materiam determinatam & diſpoſitam, poteſt contingere quod in rebus naturalibus virtus cęleſtis non conſequatur ſuum effectum propter materiæ indiſpoſitionem. & hoc erit per accñs. Quamuis igitur multa, quę videntur eſſe per accidens, reducendo ipſa ad cauſas particulares inueniantur non eſſe per accidens reducendo ipſa ad cauſam communem vniuerſalem, ſcilicet uirtutem cæleſtem, tamen etiam hac reductione facta, inueniuntur eſſe aliqua per accidens, ſicut ſuperius eſt habitũ a Philoſopho. Quando enim agens eſt quod inducit effectũ ſuum vt in pluribus, & non ſemper, ſequitur quod deficiat in paucioribus, & hoc per accidens eſt. Si igitur corpora cęleſtia effectus ſuos inducunt in inferiora corpora, ut in pluribus, & non ſemper, propter materię indiſpoſitionem, ſequitur quod ipſum ſit per accidens, quia virtus cæleſtis effectum ſuum non conſequatur. Licet etiam ex hoc inueniantur aliqua per

A accidens facta reductione, ad corpus cæleſte, quia in iſtis inferioribus ſunt aliquę cauſę agentes, quę poſſunt per ſe agere abſque impreſſione corporis cęleſtis, ſcilicet animæ rationales, ad quas non pertingit uirtus corporis cæleſtis, cum ſint formæ corporibus non ſubiectę niſi forte per accidens, inquantũ ſcilicet ex impreſſione corporis cæleſtis fit aliqua immutatio in corpore. & per accidens in viribus animę, quę ſunt actus quarũdam partium corporis, ex quibus anima rationalis inclinatur ad agendũ, licet nulla neceſſitas inducatur, cum habeat liberum dominium ſuper paſſiones, vt eis diſſentiat.

conſiderandum eſt. De eo itaque, quod ſecundum accidens eſt, dimittatur; determinatum enim ſufficienter eſt.

B Illa igitur, quæ in his inferioribus inueniuntur per accidens fieri reducendo ad has cauſas, ſcilicet animas rationales prout non ſequuntur inclinationem quę eſt ex impreſſione cæleſti, non inuenientur per ſe fieri per reductionem ad virtutem corporis cæleſtis. Et ſic patet, quod poſitio fati, quæ eſt quædam diſpoſitio inhęrens rebus inferioribus ex actione corporis cęleſtis, non remouet omnia ea, quæ ſunt per accidens. Sed ſi vlterius iſta contingentia reducantur in cauſam altiſſimam diuinam, nihil inueniri poterit quod ab ordine eius exeat. cum eius cauſalitas extendat ſe ad omnia inquantum ſunt entia. Non poteſt igitur ſua cauſalitas impediri per diſpoſitionem materię, quia & ipſa materia & eius diſpoſitiones non exeunt ab ordine illius agentis, quod eſt agens per modum dantis eſſe, & non ſolum per modum mouentis & alterantis. non enim poteſt dici, quod materia pręſupponatur ad eſſe, ſicut præſupponitur ad moueri ut eius ſubiectum quinimmo eſt pars eſſentiæ rei. Sicut igitur uirtus alterantis & mouentis non impeditur ex eſſentia motus, aut ex termino eius, ſed ex ſubiecto quod pręſupponitur, ita uirtus dantis eſſe non impeditur a C materia, vel a quocunque, quod adueniat qualitercunque ad eſſe rei. Ex quo etiam patet, quod nulla cauſa agens poteſt eſſe in iſtis inferioribus, quæ eius ordini non ſubdatur. Relinquitur igitur, quod omnia, quæ hic fiunt, prout ad primam cauſã diuinam referuntur, inueniuntur ordinata & non per accidens exiſtere, licet per comparationem ad alias cauſas, per accidens eſſe inueniantur. Et propter hoc, ſecundum fidem catholicam dicitur, quod nihil fit temere, ſiue fortuito in mundo, & quod omnia ſubduntur diuinę prouidentię. Ariſtoteles autem hic loquitur de contingentibus, quę hic fiunt in ordine ad cauſas particulares, ſicut per eius exemplum apparet. Nunc autem reſtat uidere quomodo poſitio fati & prouidentiæ non tollit a rebus contingentiam, quaſi omnia ex neceſſitate eueniant. Et de fato quidem, manifeſtum eſt per ea quę dicta ſunt: iam enim eſt oſtenſum, quod licet corpora cęleſtia & eorum motus & actiones quantum in ipſis eſt, neceſſitatem habeant, tamen effe D ctus eorum in iſtis inferioribus poteſt deficere uel propter indiſpoſitionem materiæ, vel propter animam rationalem, quę habet liberum electionem ſequendi inclinationes, quę ſunt ex impreſſione cęleſti, vel non ſequendi. Et ita relinquitur, quod huiuſmodi effectus non ex neceſſitate, ſed contingenter proueniant. Non enim poſitio cauſę cęleſtis, eſt poſitio cauſę talis, ad quam de neceſſitate ſequatur effectus, ſicut ad compoſitionem ex contrariis ſequitur mors animalis, ut in litera tangitur. Sed de prouidentia, maiorem habet difficultatem. Prouidentia enim diuina falli non poteſt. hæc enim duo ſunt incompoſſibilia, quod aliquid ſit prouiſum a Deo, & non fiat. Infra par. D. 930.

Et ita videtur quod ex quo prouidentia iam ponitur, quod eius effectum neceſſe ſit ſequi. Sed ſciendum eſt, quod ex eadem cauſa dependet effectus, & omnia, quę ſunt per ſe accidentia illius effectus.

Sicut enim homo eſt a natura, ita & omnia eius per ſe accidẽ E tia, vt riſibile, & mentis diſciplinę ſuſceptibile. Si autem aliqua alia cauſa non faciat hominem ſimpliciter, ſed hominem talem, eius non erit conſtituere ea, quę ſunt per ſe accidentia hominis, ſed ſolum uti eis. Politicus enim facit hominem ciuilem, non tamen facit eum mentis diſciplinę ſuſceptibilem, ſed hac eius proprietate vtitur ad hoc, quod homo fiat ciuilis. Sicut autem dictum eſt, ens inquantum ens eſt, habet cauſam ipsũ Deum. Vnde ſicut diuinę prouidentię ſubditur ipſum ens, ita etiam omnia accidentia entis inquantum eſt ens. Inter quę ſunt neceſſarium & contingens. Ad diuinam igitur prouidentiam pertinet non ſolum quod faciat hoc ens, ſed quod det ei contingentiam, vel neceſſitatem. Secundum. n. quod unicuique dare voluit contingentiam vel neceſſitatẽ, præparauit ei cauſas medias, ex quibus de neceſſitate ſequatur, vel contingenter. Inuenitur igitur vniuſcuiuſque effectus ſecundum quod eſt ſub ordine diuinæ prouidentiæ neceſſitatem habere. ex quo contingit

quod hæc conditionalis eſt vera, ſi aliquid eſt a Deo prouiſũ, hoc erit. Secundum autem, quod effectus aliquis conſideratur ſub ordine cauſæ proximæ, ſic non omnis effectus eſt neceſſarius, ſed quidam neceſſarius, & quidam contingens ſecundũ analogiam ſuæ cãæ. Effectus.n. in ſuis naturis ſimilãtur cauſi. d

D.324. proximis, non autem remotis, ad quarum conditionem pertingere nõ poſſunt.

par.1. Sic ergo patet, quod cum de diuina prouidentia loquimur, non eſt dicendum ſolum, hoc eſt prouiſum a Deo vt ſit, ſed, hoc eſt prouiſum a Deo, ut contingenter ſit, vel vt neceſſario ſit. vnde non ſequitur ſecundum rationem Ariſ. hic inductam, quod ex quo diuina prouidentia eſt poſita, quod omnes

par.1. effectus ſint neceſſarii, ſed neceſſarium eſt, effectus eſſe contingenter uel ..e neceſſitate. Quod quidem eſt ſingulare in

par.3. hac cauſa, ſ. ſcilicet in diuina prouidentia. Reliquæ .n. cauſæ non conſtituunt legem neceſſitatis, vel contingentiæ, ſed conſtituta a ſuperiori cauſa, vtuntur. Vnde cauſalitati cuiuſlibet alterius cauſæ ſubditur ſolũ, quod eius effectus ſit. Quod autem ſit neceſſario vel contingenter, dependet ex cauſa altiori, quæ eſt cauſa entis, inquantum eſt ens, a qua ordo neceſſitatis, & contingentiæ in rebus prouenit.

LECTIO IIII.

a QVod autem vt verum, ens; & non ens, ut falſum, quoniam, ſecundũ compoſitionem, & diuiſionem, totaliter autem circa partitionẽ contradictionis. Verum quidẽ enim affirmationem contradi- G ctionis in compoſito habet, negationem vero in diſiuncto, ſed falſum huius partitionis contradictionem.

b Quomodo autẽ, quod ſimul, aut quod ſeparatim intelligere accidit, alius ſermo. Dico autem quod ſimul & ſeparatim, non vt eo conſequenter, ſed in vnum aliquid fieri.

H

c Non eſt autem verum & falſum in rebus (vt quod quid bonum verum, quod autem malum falſum) ſed in mente. Circa vero ſimplicia, & quid eſt,

LECTIO IIII.

QVod autem tanquam uerũ ens, & non ens ut falſum, quoniam circa compoſitionem, et diuiſionem eſt, & omnino circa partitionem contradictionis. uerum etenim affirmationem in compoſitis habet, negationẽ uero in diuiſis, falſum uero huius partitionis contradictionem.

Quo autem modo, quod ſimul, aut quod ſeparatim eſt intelligere accidit, alia ratio eſt. dico autem ꝙ ſimul, & ꝙ ſeparatim, ut non conſequenter, ſed unum quid fiat:

Non enim eſt falſum, & uerum in rebus (ut quod bonum uerum, quod uero malum, falſum) ſed in mente. quę uero circa ſimplicia, & circa ea, quę quid ſunt, non quidem

F nus: ſi ergo formantur duæ contradictiones, vna ex terminis coniunctis: vt homo eſt animal, & homo non eſt animal: alia ex terminis diſiunctis, vt homo eſt aſinus, homo nõ eſt aſinus, vtraque contradictionem inter ſe condiuidunt verum & falſum, ita ꝙ verum pro parte ſua [habet affirmationem in compoſito] .i. in terminis coniunctis, & [negationem in diſiũcto] .i. in terminis diſiunctis. Hę enim duæ ſunt verę, homo eſt animal, & homo nõ eſt aſinus. Sed falsũ pro ſua parte habet [contradictionem partitionis] .i. contradictoria eorum, quæ cedunt in parte veri. Habet.n. falſum pro ſua parte negationem in coniuncto, & affirmationem in diſiuncto. Hæ enim duæ ſunt falſę, homo non eſt animal, & homo eſt aſinus. Deinde cum dicit.

b ¶ Remouet quandam dubitationem, quæ poſſet occaſionari ex dictis. Dixerat enim, ꝙ verum & falſum conſiſtũt in compoſitione, & diuiſione, uocum quidem ſecundario, intellectus autem primo & principaliter. Omnis autem compoſitio vel diuiſio plurium eſt. & ideo põt eſſe dubiũ, quo iſta, quæ componuntur, & diuiduntur, intellectus intelligat, vtrum .ſ. ſimul, aut ſeparatim. ſed dicit ꝙ hoc pertinet ad alium ſermonem .ſ. ad librum de anima. Et quia ſimul dupliciter dr̃. Quandoque .n. ſignificat vnitatem, ſicut dicimus ſimul eſſe, ſm tp̃ ,q̃ ſunt in uno & eodem inſtanti. Qñque vero ſignificat cõiunctionem & uicinitatem eorum, quę conſequenter ſe habẽt, ſicut dicimus duos homines eſſe ſimul, ſecundum locum, quo-

I rum loca ſunt coniuncta, & conſequenter ſe habentia, & ſecũdum tp̃s, q̃ ſe tp̃e conſequuntur, iõ exponit qõnem mota, qua q̃ſiuit vtrum ſimul aut ſeparatim intelligat intellectus ea quę componuntur & diuiduntur dicens, ꝙ non intelligit ſimul, ſm quod aliqua dicuntur eſſe ſimul, ut conſequenter ſe hñt, ſed ſecundum quod aliqua dicuntur eſſe ſimul in eo, ꝙ fit aliquid unum. Et in hoc innuitur ſolutio qõnis. ſi enim intellectus intelligat hominem, & animal unumquodque ſecundum ſe, ut ſunt duo quædam, intelligit ea conſequenter duabus conceptionibus ſimplicibus non formans ex eis affirmationem, ne- D.758. que negationem. Cum autem ex eis format compoſitionem, vel diuiſionem, intelligit ambo ut vnum, inquantum .ſ. ex eis aliquod vnum fit. ſicut etiam partes cuiuslibet totius intelligit intellectus vt vnum, intelligendo ipſum totum. non enim intelligit domum intelligendo prius fundamentum, & poſtea parietem, & poſtea tectum, ſed omnia iſta intelligit ſimul, inquan-

K tum ex eis fit unum. Similiter intelligit prædicatum & ſubiectum ſimul, inquantum ex eis fit unum .ſ. affirmatio, & negatio. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat, quoddã quod dixerat .ſ. ꝙ verum & falſũm ſint in compoſitione, & diuiſione. Quod quidem probat per modũ cuiuſdam diuiſionis. Eorum .n. quæ dicuntur uoce, quædam sũt in reb. extra aĩam, quædam aũt ſunt in aĩa tantum. Albũ enim & nigrum ſunt extra animam, ſed rõnes horum ſunt in anima tantum. Poſſet autem aliquis credere ꝙ uerum & falſum ſint etiam in rebus ſicut bonum & malum, ita quod uerum ſit qđdam bonum, & falſum ſit, quoddam malum: hoc .o. oporteret ſi verum & falſum eſſent in reb. verum .n. q̃dam perfectionem naturæ ſignificat, falſum uero defectũ. Oĩs aũt pfectio in reb. par.2.q.16. exiſtens, ad pfectionem & bonitatem naturę ptinet, defectus vero & priuatio ad malitiam. Sed ipſe hoc negat dicens, qđ uerũ & falsũ nõ ſunt in reb. ita ꝙ uerũ rõnis ſit quoddã bonũ naturæ, & falſum ſit quoddam malum, ſed [ſunt tm̃ in mente] .i. in intellectu. Intellectus aũt habet duas operationes, quarũ una

LECTIO IIII.

a POſtquam determinauit philoſophus de ente per accidens, hic determinat de ente quod ſignificat veritatem propoſitionis, & circa hoc duo facit. Primo determinat qualiter dica-

Infra par.4. tur huiuſmodi ens. Secundo, remouet ipſum a principali conſideratione huius ſcientiæ, ibi: [Quoniam aũt complexio &c.]

par.2. Circa primum tria facit. Primo, oſtendit qualiter huiuſmodi ens dicatur. Secundo, reſpondet cuidam quæſtioni ibi [Quomodo autem quod ſimul &c.] Tertio manifeſtat quoddam

par.3. quod dixerat, ibi: [Non eſt autem verum & falſum in rebus &c.] Dicit ergo [quod ens quoddam dicitur, quaſi verum] ideſt, quod nihil aliud ſignificat niſi veritatem. Cum enim interrogamus ſi homo eſt animal, reſpondetur quod eſt, per quod ſignificatur propoſitionem præmiſſam eſſe veram. & eodem modo non ens ſignificat quaſi falſum. Cum enim reſpondetur, non eſt, ſignificatur quod propoſitio prænominata ſit falſa. Hoc autem ens, quod dicitur quaſi uerum, & non ens, quod dicitur quaſi falſum, conſiſtit circa compoſitionem & diuiſionem, uoces enim incomplexę, neque uerum neque falſum ſignificant. Sed uoces

K complexæ, per affirmationem aut negationem, ueritatem aut falſitatem habent. Dicitur autem hic affirmatio compoſitio, quia ſignificat prædicatum ineſſe ſubiecto. Negatio uero dicitur hic diuiſio, quia ſignificat prædicatum a ſubiecto remoueri. Et cum uoces ſint ſigna intellectuum, ſimiliter dicendum eſt de conceptionibus intellectus. Quæ enim ſunt ſimplices, non habent veritatem, neque falſitatem, ſed ſolum illæ, quæ ſunt complexæ per affirmationem uel negationem.

Et quia prædictum ens & non ens, ſcilicet verum & falſum conſiſtit in compoſitione, & diuiſione, ideo ſimiliter conſiſtit circa partitionem contradictionis. Vnaquæque enim contradictionum partiuntur ſibi inuicem uerum & falſum, ita quod altera pars eſt uera, & altera pars eſt falſa. Cum enim contradictio ex affirmatione, & negatione conſtituatur, vtraque autem harum ex prædicato fit. & ſubiecto, prædicatum, & ſubiectum dupliciter ſe poſſunt habere; aut enim ſunt coniuncta in rerum natura, ſicut homo & animal: aut ſunt diſiuncta, vt homo & aſi-

vna vocatur indiuiſibilium intelligentia: per quam intellectus format ſimplices conceptiones rerum intelligendo, quod quid eſt vniuſcuiuſque rei. Alia eius operatio eſt, per quam componit & diuidit. Verum autem & falſum, & ſi ſint in mente, non tamen ſunt circa illam operationem mentis, qua intellect' format ſimpliciter conceptiones, & quod quid eſt rerum. Et hoc eſt quod dicit, quod[verum & falſum, & circa ſimplicia, & quod qd eſt, nec in mente eſt.] Vnde relinquitur per locum a diuiſione, q ex quo non eſt in rebus, nec eſt in mente circa ſimplicia, & quod quid eſt, quod ſit circa compoſitionem & diuiſionem mentis primo & principaliter, & ſecundario vocis, quæ ſignificat cõceptionem mentis. Et ulterius concludit, q q̃cũq; oportet ſpeculari circa ens & nõ ens ſic dictum, ſ. prout ens ſignificat uerũ & non ens falſum, [poſterius perſcrutandum eſt] ſ. in ſi. 9 & ẽt in li. de Anima, & in logicalib. Tota enim logica uidetur eſſe de ente, & non ente ſic dicto. Sciendũ eſt

nec in mente eſt. Igitur quæcunque oportet ſpeculari circa ſic ens & nõ ens, poſterius perſcrutandum eſt.

d Quoniam autem complexio & diuiſio eſt in mente, & non in rebus, quod autem ita ens, alterum ens a propriis, aut enim quia quid eſt, aut quia quale, aut quia quantum, aut ſi quid aliud copulat, aut diuidat mens. Quod quidem, ut accidens, & quod ut uerum ens, prætermittendũ. Cauſa enim huius quidem indefinita, illius uero mentis aliqua paſſio, & utraq; circa reliquum genus entis, & non extra oſtendunt entem aliquam naturam entis. Quapropter ea quidem prætermittantur. Perſcutandæ uero ſunt ipſius entis cauſæ, & principia inquantum ens. Palã autem in quibus determinauimus, quoties vnumquodque dr̃, quia multipliciter dr̃ ens.

autem, q cum quælibet cognitio perficiatur per hoc, q ſimilitudo rei cognitæ eſt in cognoſcẽte, ſicut perfectio rei cognitæ conſiſtit in hoc quod habet talẽ formam. per quam eſt res talis, ita perfectio cognitionis conſiſtit in hoc, quod habet ſimilitudinem formæ prædictæ. Ex hoc autem, q res cognita hẽt formam ſibi debitam, dr̃ eſſe bona: & ex hoc, q aliquem defectum habet, dr̃ eſſe mala. Et eodem modo ex hoc, quod cognoſcẽs habet ſimilitudinem rei cognitæ, dr̃ habere ueram cognitionem: ex hoc uero, quod deficit a tali ſimilitudine, r̃ falſam cognitionem habere. Sicut ergo bonum, & malum deſignant perfectiones, quæ ſunt in rebus, ita uerum & falſum deſignant perfectiones cognitionum. Licet autem in cognitione ſenſitiua poſſit eſſe ſimilitudo rei cognitæ, non tamen rationem huius ſimilitudinis cognoſcere ad ſenſum pertinet, ſed ſolum ad intellectum. Et ideo licet ſenſus de ſenſibili poſſit eſſe uerus, tamẽ ſenſus ueritatem non cognoſcit, ſed ſolum intellectus. Et propter hoc dicitur, quod uerum & falſum ſunt in mente. Intellectus autem habet apud ſe ſimilitudinem rei intellectæ, ſecundum quod rationes incomplexorum concipit. Non tamen propter hoc ipſam ſimilitudinem diiudicat, ſed ſolum componit uel diuidit. Cum enim intellectus concipit hoc, quod eſt animal rationale mortale, apud ſe ſimilitudinem hominis hẽt. ſed propter hoc cognoſcit ſe hanc ſimilitudinem habere, quia iudicat hominem eſſe animal rationale, & mortale. Et ideo in hac ſola ſecunda operatione intellectus eſt ueritas, & falſitas, ſecundum quam non ſolum intellectus habet ſimilitudinem rei intellectæ, ſed etiam ſuper ipſam ſimilitudinem reflectitur, cognoſcendo, & diiudicando ipſam. Ex his igitur patet, q ueritas non eſt in rebus, ſed ſolum in mente, & etiam in compoſitione & diuiſione. Et ſi res dicatur aliquando falſa, uel ẽt diffinitio, hoc erit in ordine ad affirmationem & negationem. Dicitur enim res falſa, ut in fine Quinti habitum eſt, aut quæ nõ eſt omnino, ſicut diametrum commenſurabilem, aut quia eſt quidem, ſed eſt apta nata uideri aliter, quam ſit. Et ſimiliter diffinitio dicitur falſa aut quia nullius, uel quia aſſignatur alteri quam ei cuius eſt. In omnibus enim his modis patet, quod falſum in rebus, uel in diffinitionibus, dicitur ratione falſæ enũ-

Tex. cõ. xi. & inde.

Lect. 6.

A ciationis de ipſis. & ſimiliter patet de vero. Nam res dicitur vera, quando habet propriam formam, quæ ei oſtenditur ineſſe. Et diffinitio vera, quæ vere competit ei cui aſſignatur. Patet etiam, quod nihil prohibet verum eſſe quoddam bonum, ſecundum quod intellectus cognoſcens accipitur ut quæ iam res.

ſunt in mente. Quæcunque igitur ſpeculari oportet circa id, quod ita ens et non ens eſt, poſterius perſcrutandũ eſt.

Cum autem compoſitio, & diuiſio

B *in mente, non in rebus ſit, quod autem ita eſt, diuerſum a proprie dictis ens eſt: aut enim quod quid eſt, aut quod quale, aut quod quantum, aut ſi quid aliud copulat, aut diuidit mens; quod quidem tanquam accidens, & ut verũ ens, omittendum eſt. cauſa enim illius quidem indeterminata, huius vero mentis aliqua paſſio. & ambo circa reliquum entis genus, & non extra oſtendunt eſſe aliquam entis naturam. Propter quod, hæc quidem prætereantur, conſideranda autem ſunt ipſius*

C *entis cauſa, & principia, prout ens eſt. Manifeſtum autem in his, quæ determinauimus de eo, quoties vnumquodque dicitur, quod ens multipliciter dicitur.*

Sicut. n. quælibet alia res dicitur bona ſua perfectione, ita intellectus cognoſcens, ſua ueritate. Apparet ẽt ex his, quæ hic dicuntur, q verum, & falſum, quæ ſunt obiecta cognitionis, ſunt in mente. Bonum vero & malum, quæ ſunt obiecta appetitus, ſunt in rebus. Item, quod ſicut cognitio perficitur p hoc, quod res cognitæ ſunt in cognoſcẽte, ita appetitus quicunque perficitur p ordinem appetitus ad res appetibiles. Deinde cum dicit. d [Excludit ens verum, & ens per accidens a principali cõſideratione hui' doctrinæ dicens, quod compoſitio & diuiſio, in quibus eſt uerum & falſum, eſt in mente & non in rebus. Inuenitur ſiquidem & in rebus aliqua compoſitio, ſed talis compoſitio efficit vnam rem, quam intellectus recipit vt vnum ſimplici conceptione. ſed illa compoſitio vel diuiſio, qua intellectus cõiungit. vel diuidit ſua concepta, eſt tantum in intellectu, non in rebus. Conſiſtit enim in quadam duorum comparatione conceptorum, ſiue illa duo ſint idem ſecundum rem ſiue diuerſa.

D Vtitur enim intellectus, quandoque uno, vt duobus compoſitionem formans. ſicut dicitur, homo eſt homo. ex quo patet, quod talis compoſitio eſt ſolum in intellectu, non in rebus. Et ideo illud quod eſt ita ens, ſicut verum in tali compoſitione cõſiſtens, eſt alterum ab his, quæ proprie ſunt entia, quæ ſunt res extra animam, quarum vnaquæque eſt [aut quod quid eſt] ideſt, ſubſtantia, aut quale, aut quantum, aut aliquod aliud complexum, quod mens copulat vel diuidit. Et ideo vtrũq; eſt prætermittendum, ſ. & ens per accidens, & ens quod ſignificat verũ, quia huius. ſ. entis per accidens cauſa eſt indeterminata. & ideo non cadit ſub arte, vt oſtenſum eſt. Illius vero. ſ. entis veri cauſa eſt [aliqua paſſio mentis] ideſt, operatio intellectus cõponentis. & diuidentis. & ideo pertinet ad ſcientiam de intellectu. Et alia ratio eſt quia [vtrunque] ſ. ens verum, & ens per accidens ſunt circa aliquod genus entis, non circa ens ſimpliciter per ſe, Tex. cõ. 4. & 6. huius.

E quod eſt in rebus. & non oſtendunt aliquam aliam naturam entis exiſtentem extra per ſe entia. Patet enim, quod ens per accidens eſt ex concurſu accidẽtaliter entium extra animam, quorum vnumquodque eſt per ſe. Sicut grammaticum muſicum licet ſit per accidens, tamen & grammaticum & muſicum eſt per ſe ens, quia vtrumque per ſe acceptum, habet cauſam determinatam. Et ſimiliter intellectus compoſitionem, & diuiſionem facit circa res, quæ ſub prædicamentis continentur. Vnde ſi determinetur ſufficienter illud genus entis, quod continetur ſub prædicamento, manifeſtum erit & de ente per accidens, & de ente vero. & propter hoc huiuſmodi entia prætermittuntur. Sed perſcrutandæ ſunt cauſæ, & principia ipſius entis per ſe dicti, inquantum eſt ens. De quo palam eſt ex his, quæ determinauimus in v. lib. vbi dictum eſt, quoties vnumquodque talium nominum dicitur, quod ens dicitur multipliciter, ſicut infra in principio Septimi ſequetur. Tex. cõ. 18.

Commentariorum S. Thom. ſuper Sextum Metaphy. finis.

gatur quodlibet prædicamentum, in quo poteſt eſſe generatio ſimpliciter, vel ſecundum quid per ſe, vel per accidens. Hoc enim quod dixit aliquid, vel ſignificat [hoc,] ideſt ſubſtantiam, aut quantum, aut quale, aut quando, vel aliquod aliud prædicamentum. Et huius diuiſionis ratio eſt, quia in omni generatione fit aliquid a- part. 3. ctu, quod prius erat in potentia. nihil autem poteſt dici de potentia in actum procedere, niſi per ali- part. 4. quod ens actu, quod eſt agens, a quo fit generatio. Potentia vero pertinet ad materiam, ex qua aliquid generatur. Actus vero ad id quod generatur. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat quòd part. 5. hæc tria inueniantur in tribus modis generationis, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum. Secundo inducit cōcluſionem principaliter intentam, ibi [Quare ſi- part. 6. cut dicitur.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit hoc in generatione naturali, ſecundo quòd * Alia litera vt conformis. in generatione quæ fit ſecundum artem, ibi [Generationes vero aliæ.] Tertio in generationibus, quæ fiunt a caſu, ibi. [Si vero a caſu.] Circa primum quatuor fa- part. 8. cit. Primo manifeſtat quæ generationes ſint naturales dicens, quòd illæ generationes ſunt naturales, quarum principium eſt natura, non autem ars, aut aliquis intellectus. ſicut cum generatur ignis, aut planta, aut animal ex virtute naturali rebus indita. Secundo ibi.

d ¶ Exemplificat in generationibus naturalibus tria præmiſſa dicens, quòd in generatione naturali, hoc quidem eſt, ex quo fit quod generatur, quod dicitur materia. Hoc autem a quo generatur aliquid eorum, quæ ſunt ſecundum naturam, quod dicitur agens. Hoc vero eſt aliquid, ſcilicet quod generatur, ut homo, aut planta, aut aliquid talium, quæ maxime [dicimus eſſe ſubſtantias,] ideſt ſubſtantias particulares compoſitas, de quibus ma- Tex. com. 7. gis eſt manifeſtum quod ſint ſubſtantiæ, vt ſupra habitum eſt. E Materia autem & forma, quæ eſt principium actionis in agente, non ſunt ſubſtantiæ, niſi inquantum ſunt principia ſubſtantiæ compoſitæ. Inter autem hæc tria duo ſe habent ut generationis principia, ſcilicet materia & agens: tertium autem ſe habet ut generationis terminus, ideſt compoſitum, quod generatur. Et quia natura eſt generationis principium, tam materia, quàm forma quæ eſt principium generationis in agente, Text. cō. 11. dicitur natura, ut patet ſecundo Phyſicorum. Compoſitum autem generatum, dicitur eſſe a natura, vel ſecundum naturam. Tertio ibi.

e ¶ Probat quòd vnum trium ſcilicet principium ex quo, inueniatur in omni generatione, non ſolum in naturali, ſed etiam in artificiali. De alijs enim duobus eſt manifeſtum, dicens, quòd omnia quæ fiunt vel ſecundum naturam, uel ſecundum artem, habent materiam ex qua fiunt. Omne enim quod generatur vel per artem, uel per naturam, eſt poſſibile eſſe & nō eſſe. cum enim generatio ſit de non eſſe in eſſe mutatio, oportet, id quod generatur, quandoque quidem eſſe, quandoque non eſſe, quod A non eſſet niſi eſſet poſſibile eſſe & non eſſe. Hoc autem quod eſt in vnoquoque in potentia ad eſſe & non eſſe, eſt materia. Eſt enim in potentia ad formas per quas res habent eſſe; & ad priuationes per quas habent non eſſe, ut ex ſupra habitis patet. Relinquitur ergo, quod in omni generatione oportet eſſe mate- Tex. com. 3. riam. Quarto ibi.

f ¶ Oſtendit quomodo prædicta tria ſe habent ad naturam dicens, quòd vniuerſaliter quodlibet prædictorum triū quodammodo eſt natura. Nam principium ex quo eſt generatio naturalis, ſcilicet materia, dicitur natura. Et propter hoc generationes ſimplicium corporum dicuntur naturales, licet principium actiuum generationis eorum ſit extrinſecum, quod videtur eſſe contra rationem naturæ: quia natura eſt principiū intrinſecum, in qua eſt naturalis aptitudo ad talem formam & ab hoc principio tales generationes dicuntur naturales. Et iterum illud, ſecundum quod fit generatio, ſcilicet forma generati, dicitur eſſe natura, ſicut planta, aut animal. Generatio enim naturalis eſt, quæ eſt ad naturam ſicut dealbatio, quæ eſt ad albedinē. Et iterum principiū, a quo fit generatio, ſicut ab agente, eſt natura dicta ſecundum ſpeciem, quæ ſcilicet eſt eiuſdem ſpeciei cum natura generati, ſed tamen eſt in alio ſecundum numerum. Homo enim generat hominem, nec tamen genitum & generans ſunt idē numero, ſed ſpecie tantum. Et propter hoc dicitur in ſecundo Phyſicorum, quòd forma, & finis gene- Tex. com. 7. rationis incidunt in idem numero. Agens autem incidit cum eis in idem ſpecie, ſed non in idem numero. Materia uero neque in idem ſpecie, neque in idem numero. Alia litera habet, quòd principium a quo, eſt ſecundum ſpeciem dicta natura, aut conformis, quia videlicet non ſemper generans & genitum ſunt eiuſdē ſpeciei, ſed ſemper habent aliquam conformitatem, ſicut cum equus generat mulum. Et vltimo concludit, quòd illa, quæ generantur per naturam, ſic generantur, ſicut expoſitum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶ Determinat de his, quæ generantur per artem, & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit generationem, quæ eſt ſecundum artem ab alijs generationibus, quæ ſunt ſecundum naturam. Secundo oſtendit quomodo fiat generatio ab arte, ibi [Ab arte uero fiunt.] Dicit ergo primo, quòd generatio- par. ſeq. nes, quæ ſunt aliæ a naturalibus, dicuntur factiones. Quamuis enim nomine factionis, quæ in græco dicitur praxis, poſſimus vti in rebus naturalibus, ſicut cum dicimus, quòd calidum & ens actu, facit actu eſſe tale, magis tamen propriæ vtimur in his, quæ fiunt per intellectum, in quibus intellectus agentis habet dominium ſuper illud quod facit, ut poſſit ſic uel aliter facere, quod in rebus naturalibus non contingit: immo agūt ad aliquem effectum, determinato modo ab aliquo ſuperiori præſtito eis. Huiuſmodi autem factiones uel ſunt ab arte, uel a poteſtate, uel a mente. Poteſtas autem hic uidetur pro violentia ſumi. Quædam enim in his quæ non natura fiunt,

c Et generationes naturales quidem hæ ſunt, quarum generatio ex natura eſt.

d Hoc autem ex quo fit, quam dicimus materiam. hoc autem a quo eorum, quæ natura aliquid ſunt. Hoc autem aliquid, vt homo, vel planta, aut aliud aliquid talium, quæ maxime dicimus ſubſtantias eſſe. B

e Omnia vero, quæ fiunt a natura, aut arte, habent materiam. Poſſibile enim eſſe & non eſſe eorum quodlibet. hæc autem eſt quæ in vnoquoque materia.

f Vniuerſaliter vero, & ex quo natura, & ſecundum quod natura. Factum enim habet naturam, vt planta, aut animal. C Et a quo, quę ſecūdum ſpeciem * dicta natura, quæ eiuſdem ſpeciei. hæc autem in alio. Homo namque hominem generat. ſic quidem igitur fiunt, quæ fiunt propter naturam.

g Generationes vero aliæ dicuntur factiones. Omnes autem factiones ſunt, aut ab arte, aut a poteſtate, aut a mente. D Harum autem quædam fiunt & a caſu & a fortuna ſimiliter, vt in factis a natura. Quædam & illi eadem, & ex ſpermate fiunt & ſine ſpermate. de his quidem igitur poſterius perſcrutandum.

Generationes vero naturales quidem hæ eorum ſunt, quorum generatio ex natura eſt.

Ex quo autem fit, ea eſt, quam materiam dicimus: a quo vero, quippiam eorum eſt, quæ natura ſunt: ipſum autem aliquid, homo, aut planta, aut quicquam aliud ſimilium, quæ maxime dicimus ſubſtantias eſſe.

Cuncta vero, quæ aut natura, aut arte fiunt, habent materiam, poſſibile enim eſt eſſe, & non eſſe eorum vnumquodque, hoc autem cuique materia.

Vniuerſaliter vero & id, ex quo natura, & illud, per quod natura, quod enim fit, habet naturam, vt planta, aut animal. Et a quo, natura quæ ſecundum formam dicitur, quę eiuſdem ſpeciei eſt, hæc autem in alio eſt, homo nanque hominem generat. ſic igitur fiunt, quæ ob naturam fiunt.

Cæteræ vero generationes dicuntur effectiones. Omnes autem effectiones, aut ab arte, aut a poteſtate, aut ab intellectu. Harum autem quędam etiam a caſu fiunt, & a fortuna, perinde atque in his, quę a natura fiunt: quędam enim & illic, eadem & ex ſemine, & abſque ſemine fiunt: de his itaque poſtea conſiderandum eſt.

conſtituuntur ex ſola uirtute agentis, in quibus non multum requiritur ars aliqua, uel aliquis ordinatus proceſſus intellectus, quod maxime contingit in corporibus trahendis, uel proijciendis, aut expellendis. Cum autem ordo intellectus ad effectum requiritur, quandoque quidem hoc contingit per artem, quandoque vero per ſolum intellectum, habitu artis nondũ perfecto. Sicuti enim aliquis argumentatur per artem, aliquis uero ſine arte, ut idiotæ: ita etiam aliquod opus artis aliquis per artẽ, aliquis ſine arte facere poteſt in huiuſmodi per artem factibilibus. Harum autem generationum, quæ fiunt, uel arte, uel poteſtate, uel mente: q̃dam fiunt a caſu & a fortuna, quando, ſ. aliquod agens per intellectum intendit finẽ aliquẽ per ſuã actionem, & prouenit aliquis finis præter intẽtionem agentis. Sicut, cum aliquis intendit ſe confricare, & ex hoc ſequitur ſanitas, ut poſtea dicetur. Et hoc ſimiliter contingit in artificialibus, ſicut in factis a natura. Virtus enim, quæ eſt in ſpermate, ut infra dicetur, aſſimilatur arti. Sicut.n. ars per determinata media peruenit ad formam, quam intendit: ita & virtus formatiua, quæ eſt in ſpermate. Sicut autem contingit effectum, qui fit per artem, etiã præter intentionem artis, aut intellectus fieri, & tunc dicitur a caſu accidere, ita etiam & in illis, ſcilicet in rebus naturalibus eadem fiunt & ex ſpermate & ſine ſpermate. Quæ quidem cũ fiunt ex ſpermate, fiunt a natura: cum autem ſine ſpermate, fiunt a caſu. & de his perſcrutandum eſt poſterius in hoc eodem capitulo. Hæc autem uerba hic poſita, duplicem habẽt dubitationem. Prima, quia cum cuiuslibet rei naturalis ſit determinatus modus generationis, non uidentur eſſe eadem, quæ generantur ex ſpermate, & per putrefactionem. Quod Auer. in 8. Phyſi. ſentire vi. dicens, ꝙ non poteſt eſſe idem animal in ſpecie quod generatur ex ſpermate, & quod generatur ex putrefactione. Auic. aũt econtrario ſentit, ꝙ omnia, quæ generantur ex ſemine, eadem ſpecie poſſunt generari ſine ſemine per putrefactionem, uel per aliquem modum commiſtionis terrenæ materiæ. Sententia Ariſ. uidetur eſſe media inter has duas opiniones, ꝙ ſcilicet, aliqua poſſunt & ſine ſemine generari, & ex ſemine, non tamen oia, ut infra dicet. Sicut nec in artificialibus omnia poſſunt fieri per artem & ſine arte, ſed quædã fiunt per artem tm̃, ut domus. Animalia enim perfecta, uidentur non poſſe generari niſi ex ſemine, animalia uero imperfecta, quæ ſunt uicina plantis, uidentur poſſe generari & ex ſemine & ſine ſemine. Sicut plãtæ producuntur aliquando ſine ſemine per actionem Solis in terra ad hoc bene diſpoſita. Et tamen plantæ ſic productæ producunt ſemina, ex quibus plantæ ſimiles in ſpecie generantur. Et hoc rationabiliter accidit. Quia quanto aliquid perfectius eſt, tanto plura ad eius completionem requiruntur, & propter hoc ad plantas & ad animalia imperfecta, ſufficit ad agendum ſola uirtus cœleſtis. In animalibus vero perfectis requiritur cum uirtute cœleſti etiam virtus ſeminis. Vnde dicitur in ſecundo Phyſic. quòd homo generat hominem, & Sol. Secunda dubitatio eſt, quia uidentur animalia generata ſine ſemine ex putrefactione, non fieri a caſu, ſed ex determinato agente, ſ. ex uirtute cœleſti, quæ in generatione eorum ſupplet uicem uirtutis generatiuæ, quæ eſt in ſemine. Et hoc etiam uult Commentator in xj. huius. Sed ſciendum eſt, quòd nihil prohibet aliquam generationem eſſe per ſe, cum refertur ad unam cauſam, quæ tamen eſt per accidens, & caſualis cum refertur in aliam cauſam. Sicut in ipſo exemplo

part. 10. — part. 11. — D. 509. 311. 308. — Ca. 46. ſecundo ſuæ metaph. c. 15. — Te. com. 59. — Te. com. 26. — Comm. 18.

h Ab arte vero fiunt, quorumcumque ſpecies eſt in anima. Speciem autẽ dico, quod quid erat eſſe cuiuslibet, & ſubſtantiam primam. Etenim contrariorum modo quodam eadem ſpecies. Priuationis enim ſubſtantia, quæ ſubſtantia eſt oppoſiti, ut ſanitas infirmitatis. Illius enim abſentia oſtenditur infirmitas. Sanitas autem, quæ in anima, ratio eſt in ſcientia.

i Fit itaque ſanitas intelligente ita, quoniam hoc ſanitas, neceſſe eſt, ſi ſanitas erit, hoc exiſtere puta regularitatem: ſed ſi hoc, calorem: & ita ſemper intelligit, donec vtique adducat in hoc ꝙ ipſe valet vltimum facere. Deinde iam ab hoc, motus factio uocatur ad ſanandum. Quare accidit modo quodam ex ſanitate ſanitatẽ fieri, & domum, ex domo ſine materia, materiam habentem. Medicinalis enim eſt & ædificatoria ſpecies ſanitatis & domus. Dico autem ſubſtãtiam ſine materia quod quid erat eſſe.

F Philoſophi patet. Cum enim ſanitas ex confricatione ſequitur præter intentionem confricantis, ipſa quidem ſanatio ſi referatur ad naturam, quæ eſt corporis regitiua, non eſt per accidens, ſed per ſe intenta: ſi vero referatur ad intellectum confricantis, erit per accidens & caſualis. Similiter etiam generatio animalia ex putrefactione generati, ſi referatur ad cauſas particulares, hic inferius agentes, inueniuntur eſſe per accidens & caſualis. Nõ enim calor, qui cauſat putredinem, intendit naturali appetitu generationem huius, vel illius animalis, quæ ex putrefactione ſequitur, ſicut virtus, quæ eſt in ſemine, intendit productionem talis ſpeciei. Sed ſi referantur ad virtutem cœleſtem, quæ eſt vniuerſalis regitiua virtus generationum & corruptionũ in iſtis inferioribus, non eſt per accidens, ſed per ſe intenta, quia de eius intentione eſt, vt educantur in actu omnes formæ, quæ ſunt in potentia materiæ. Et ſic recte aſſimilauit hic Ariſtote. ea, quæ fiunt ab artę, his, quæ fiunt a natura. Deinde cum dicit,

h ¶ Oſtendit modum generationis, quæ eſt ab arte, & præcipue quantum ad principium effectiuum. De principio enim materiali iam ſupra dixerat, cum locutus fuerat de generatione naturali. Circa hunc autem duo facit. Primo, oſtendit quid ſit principium actiuum in generatione, quæ eſt per artem. Secundo, oſtendit quomodo ab hoc principio generatio procedat, ibi: [Fit itaque ſanitas.] Dicit ergo primo, quòd illa fiunt ab arte, quorum ſpecies factiua eſt in anima. Per ſpeciem autem exponit quod quid erat eſſe cuiuſlibet rei factæ per artem, vt quod quid erat eſſe domus, quando fit domus.] Et hoc etiam nominat primam ſubſtantiam,] id eſt primam formam. Et hoc ideo, quia a forma, quæ eſt in anima noſtra, procedit forma, quæ eſt in materia in artificialibus. In naturalibus autem econtrario. Hæc autem forma, quę eſt in anima, differt a forma, quæ eſt in materia. nam contrariorum formæ in materia ſunt diuerſæ & contrarię. In anima autem eſt quodammodo vna ſpecies contrariorum. Et hoc hoc ideo, quia formæ in materia ſunt propter eſſe rerum formatarum. Formę autem in anima ſunt ſecundum modum cognoſcibilem & intelligibilem. Eſſe autem vnius contrarij tollitur per eſſe alterius. Sed cognitio vnius oppoſiti non tollitur per cognitionem alterius, ſed magis iuuatur. Vnde formę oppoſitorum in anima non ſunt oppoſitę. Quinimmo [ſubſtantia,] id eſt quod quid erat eſſe priuationis, eſt eadem cum ſubſtantia oppoſiti, ſicut eadem eſt ratio in anima, ſanitatis & infirmitatis. Per abſentiam enim ſanitatis cognoſcitur infirmitas. Sanitas autem, quæ eſt in anima, eſt quędam ratio, per quã cognoſcitur ſanitas & infirmitas, & conſiſtit [in ſcientia,] id eſt in cognitione vtriuſque. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit quomodo ab hoc principio procedatur ad ſanitatem. & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quomodo ſanitas quę eſt in anima ſit principium ſanationis. Secundo, quomodo diuerſimode accipitur principium in actione, artis, ibi [Generationum vero & motuum.] Dicit ergo, quòd, cum ſanitas, quę eſt in anima, ſit principium ſanitatis, quę fit per artem, ita fit ſanitas in materia aliquo intelligente quòd ſanitas eſt [hoc,] ſcilicet, vel regularitas vel adæquatio calidi, frigidi, humidi, & ſicci. Et ideo neceſſe eſt, ſi ſanitas debet contingere, quòd hoc exiſtat, ſ. regularitas, vel æqualitas humorum. par. ſeq.

Ab arte autem fiunt, quorum forma in anima. formam autem dico ipſum quod erat eſſe vniuſcuiuſque, & primam ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodam modo eadem forma eſt, priuationis namque ſubſtantia oppoſita ſubſtantia, vt ſanitas ægritudinis. illius enim abſentia oſtenditur ægritudo. ſanitas vero eſt ratio, quę in anima & in ſcientia eſt. G

Fit autem ſanum, ita intelligente. cum hoc ſanitas ſit, neceſſe eſt, ſi ſanitas erit hoc, fieri, vt puta æqualitatem. quòd ſi hoc, caliditatem. & ita ſemper intelligit, donec redigat in illud, quod ipſe poteſt vltimum facere. Deinde motus. qui iam poſt hæc fit, effectio ad ſanitatem appellatur. Quare quodam modo ex ſanitate, ſanitatem accidit fieri, & domum ex domo, quę ſine materia, eam, quæ habet materiam. Ars.n. medendi, & ædificandi eſt forma ſanitatis, & domus. dico autem ſubſtantiam abſque materia quod quid erat eſſe. H

I K

43

Et ſi

Et ſi regularitas vel ęqualitas debeat eſſe, oportet ꝙ ſit calor ꝑ quem humores reducantur ad æqualitatem: & ita ſemper procedendo a poſteriori ad prius, intelliget illud, quod eſt factiuũ caloris, & quod eſt factiuũ illius donec reducatur ad aliquod vltimum, quod ipſe ſtatim poſſet facere, ſicut hoc, quod eſt dare talem potionem.

k Generationum vero & motuum, hęc quidem intelligentia vocatur, illa vero factio. Nam ea quidem quæ a principio, & ſpecie, intelligẽtia: quæ vero ab vltimo intellectionis, factio dicitur. Similiter aũt & in alijs intermedijs vnumquodq; fit, dico aũt, ſi cõualeſcit, oportet ęquari. Quid igitur eſt adęquari hoc? hoc aũt erit, ſi calefactum fuerit. Hoc vero quid eſt hoc? Exiſtit aũt hoc poteſtate, hoc aũt iam in ipſo. Faciens itaq;, & vnde inchoat motus ſanãdi, ſi qdẽ ab arte, ſpecies eſt quæ in aĩa.

Generationum autem, & motuum, hac quidem intellectio, illa uero effectio uocatur, quæ quidem a principio & forma, intellectio: quę uero ab ultimo ipſius intellectionis, effectio. Similiter autem & in cæteris medijs unum quodque fit. dico autem, ut puta, ſi conualeſcet, oportet adęquari. quid igitur eſt adæquari? hoc autem erit, ſi caleſiet. hoc autem quid eſt? hoc quidẽ, hoc autem poteſtate ineſt. hoc uero iã in ipſo eſt. Faciens igitur, & unde conualeſcendi motus incipit, ſi ab arte, forma eſt in anima.

l Si vero caſu, ab hoc quod quidem faciendi eſt principiũ, facienti ab arte. vt quod in mederi forſan a calefactione principium, hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars eſt ſanitatis, aut ſequitur eũ aliquid tale, quod eſt pars ſanitatis, aut per plura, hoc autem vltimum faciens. Et quod eſt ita, pars eſt ſanitatis, vt domus, lapides, & aliorum alia.

Quòd ſi a caſu, ab eo, quod eſt faciendi principium illi, qui ab arte facit. ſicut fortaſſis & in medendo principium a calefaciendo fit. hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore, aut pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliquid tale, quod eſt pars ſanitatis, aut plura. hoc autem ultimum faciens. & quod ita pars eſt ſanitatis, & domus, & aliorum, ut lapides.

m Quare ſicut dicitur, impoſſibile factum eſſe ſi nihil præexiſtit. Quod quidem igitur pars ex neceſſitate exiſtit, palam. Materia nanque pars. Ineſt enim & fit hoc. Sic igitur & eorum, quæ in ratione. Vtroque autem modo dicimus æreos circulos qd ſũt, & materiam dicentes, quia æs: & ſpeciem, quia figura talis. Et hoc eſt genus, in quod primum ponitur. Aereus itaque circulus habet in ratione materiam.

Quare, quemadmodum dicitur, impoſſibile eſt fieri, ſi nihil præexiſtat. Quòd igitur pars ex neceſſitate exiſtet, patet, materia nanque pars. ineſt etiã hæc, et fit. Sed utrum eorum etiam eſt, quę in ratione, utroque quidem modo dicimus multos circulos quidnam ſint, & materiam dicentes, quòd æs, & formam, quòd talis figura, & hoc eſt genus, in quo primo ponitur, aneus autẽ circulus habet in ipſa ratione materiã.

parte 12. Et demũ motus incipiens ab illo, quod ſtatim poteſt facere, nominatur factio ordinata ad ſanadum. Patet ergo, quòd ſicut in naturalibus ex homine generatur homo, ita in artificialib. accidit quodammodo ex ſanitate fieri ſanitatem, & ex domo domum, ſcilicet, ex ea quæ eſt ſine materia in anima exiſtens, illa, quæ habet materiam. Ars enĩ medicinalis, quæ eſt principium ſanationis, nihil eſt aliud quàm ſpecies

par. 13. ſanitatis, quæ eſt in anima. Et ars ædificatiua, eſt ſpecies domus in anima. Et iſta ſpecies ſiue ſubſtantia ſiue materia, eſt quam dixit ſupra, quod quid erat eſſe rei artificiatæ. Deinde cum dicit.

k ¶ Oſtendit quomodo diuerſimode accipitur principiũ in actionibus artis. & dicit, ꝙ in generationibus & motibus artificialibus eſt aliqua actio, quæ voca-

par. 14. tur intelligentia, & aliqua, quæ vocatur factio. Ipſa enim ex cogitatio artificis vocatur intelligentia, quæ incipit ab hoc principio, quæ eſt

Alia litera multos. ſpecies rei fiendæ ꝑ artem. Et hæc operatio protenditur (vt ſupradictum eſt) vſque ad illud, quod eſt vltimum in intentione, & primum in opere. Et ideo illa actio, quę incipit ab vltimo, ad qđ intelligentia terminatur, vocatur factio, quæ eſt motus iam in exteriorem materiam. Et ſicut diximus de actione artis reſpectu formę, quę eſt vltimus finis generationis artificialis, ſimiliter eſt de omnibus alijs intermedijs. Sicut ad hoc, ꝙ conualeſcat, oportet ꝙ adęquentur humores. Hoc igitur ipſum quod eſt adęquari, eſt vnum de intermedijs, quod eſt propinquiſſimum ſanitati. Et ſicut Medicus ad hoc quòd faceret ſanitatem, incipiebat cõſiderando quid eſt ſanitas, ita ad hoc, ꝙ faciat adęquationem, oportet quòd ſciat quid eſt adęquatio, videlicet, ꝙ adęquatio [eſt hoc,] ſcilicet, debita proportio humorum, in reſpectu ad naturam humanã. [Hoc aũt erit ſi corpus fuerit calefactũ,] quando ſcilicet quis infirmatur propter defectum caloris. Et iterum oportet ꝙ ſciat quodquid eſt hoc, ſcilicet, calefieri: ſicut ſi dicatur, ꝙ calefieri eſt immutari a medicina calida. Et [hoc] ſcilicet, dare medicinam calidam, exiſtit ſtatim in poteſtate Medici, & eſt [iam in ipſo,] ideſt in poteſtate eius, vt talem medicinã det. Sic igitur patet, quòd principium faciens ſanitatem, vnde incipit motus ad ſanandum, eſt ſpecies, quę eſt in anima, vel ipſius ſanitatis, vel aliorum intermediorum: per quæ acquiritur ſanitas. Et hoc dico, ſi ſanatio fiat ab arte. Si autem fiat alio modo, non erit principium ſanitatis ſpecies: quę eſt in anima: hoc enim eſt prius in operationibus artis. Deinde cum dicit.

l ¶ Magnificat quomodo fiunt generationes caſuales, & dicit quod quando ſanatio fit a caſu, tunc principium ſanitatis fit ab hoc, quod eſt principium faciendi ſanitatem apud eum, qui facit ſanitatem ſecundum artem. Sed hoc eſt intelligendum de principio factionis, quod eſt ultimum in intelligendo, & primum in exequendo. Sicut in medicando, principium ſanitatis aliquando forſan fit a calefactione. Et hic etiã incipit ſanatio, quando aliquis a caſu ſanatur: quia calorem aliquis excitat confricatione præter intentionem confricantis. Calor itaque in corpore excitatus per fricationem vel medicationem, aut eſt pars ſanitatis qua ſi intrans ſubſtantiã ſanitatis: ſicut cum ipſa alteratio calefactionis ad ſanitatem ſufficit. Aut ſequitur ad calorem aliquid quod eſt pars ſanitatis. Sicut cum per calorem fit ſanitas per hoc, quòd calor diſſoluit aliquos humores compactos, quorum diſſolutio eſt iã conſtituens ſanitatem. Aut etiam hoc poteſt eſſe per plura media: ſicut enim calor conſumit humores ſuperfluos impedientes aliquos meatus in corpore, quibus cõſumptis, fit debitus motus ſpirituũ ad aliquas determinatas partes corporis. Et hoc vltimum eſt iam faciens ſanitatem [& quod eſt ita] ſcilicet quod eſt proximum ſanitatis factiuum] eſt aliqua pars ſanitatis] ideſt: intrans in conſtitutionem ſanitatis. Et ſimiliter eſt in alijs artificialibus. nam partes domus ſunt lapides: quorum compoſitio iam eſt aliquid domus. Deinde cum dicit.

m ¶ Concludit concluſionem principaliter intentam: & circa hoc duo facit. Primo, inducit concluſionem intentam. Secundo, remouet quandam dubitationem: ibi [Ex quo vero ut materia fit.] Dicit ergo primo, quòd ex quo omne quod ge- part. ſeq.
neratur: generatur ex materia: & iterum generatur a ſuo ſimili, impoſſibile eſt aliquid eſſe factum, niſi aliquid præexiſtat: ſicut dicitur communiter. Communis enim Philoſophorum naturalium ſententia erat, quòd ex nihilo nihil fit. Palam eſt autem, ꝙ id quod præexiſtit, oportet, quod ſit pars rei generatæ. Conſtat enim ꝙ materia, quæ præexiſtit, eſt pars generati. Quod ex hoc probari poteſt: quia materia eſt in generato, & ipſa fit generatum dum in actum educitur. Nec ſolum pars, quæ eſt materia, præexiſtit: ſed ſicut ex dictis patet, etiam præexiſtit pars, quæ eſt in ratione, ſcilicet forma. Hæc n. duo. ſcilicet, materia & forma ſunt partes generati. Vtroque enim modo poſſumus aſſignare quid ſint circuli ærei, uel circuli multi: ſecundum aliam literam, ideſt particulares & diſtincti: & dicentes materiam, quæ eſt æs, & [dicentes ſpeciem,] ideſt formam, quæ eſt talis figura. Et recte dicit multos circulos particulares. nam circulus ſecundum ſpeciem & formam: eſt vnus tãtum: multiplicatur autem & indiu-

diuiduatur per materiam. Et hæc, ſcilicet figura, eſt genus, in quod primo collocatur circulus æreus. Et ita patet ex dictis, quòd circulus æreus in ſua diffinitione habet materiam. Quod autem ſpecies geniti præexiſtat, ſupra oſtenſum eſt in naturalibus, & in artificialibus generationibus.

n Ex quo uero, ut materia fit, quædam dicuntur quando fiunt, non illud, ſed illiuſmodi. ut ſtatua, non lapis, ſed lapidea. Homo autem conualeſcens, non dicitur illud, ex quo. Cauſa uero, quia fit ex priuatione & ſubiecto quod dicimus materiam. vt & homo, & laborans fit ſanus: magis tamen dicimus fieri ex priuatione, ut ex laborante ſanus, quam ex homine. Propter quod laborans quidem qui ſanus non dicitur, ſed homo, & homo ſanus. Quorum uero priuatio non manifeſta & innominabilis, ut in ære figuræ cuiuslibet, aut in lateribus & lignis domus, ex his uidetur fieri ut illic ex laborante. Propter quod, ſicut nec ibi ex quo hoc, illud non dicitur, nec hic ſtatua lignum, ſed H prædicatur lignea, nõ lignum, & ærea non æs, lapidea, ſed non lapis, & domus lateritia, ſed non lateres. Quoniam nec quod ex ligno fit ſtatua, aũt ex lateribus domus, ſiquis valde inſpexerit, non utique ſimpliciter dicet. Quia oportet permutationem fieri ex quo, ſed non permanente. Propter hoc quidem igitur, ita dicitur.

Ex quo vero tanquã materia fiunt, aliqua dicuntur cum fit non illud, ſed illiuſmodi. vt ſtatua, non lapis, ſed lapidea. homo autem conualeſcens non dicitur illud, ex quo. Cauſa vero eſt, quia fieri contingit ex priuatione, & ſubiecto, quod dicimus materiam. vtputa & homo, & ęgrotus fit ſanus, magis tamen dicitur ex priua- G *tione fieri, veluti ex ęgroto ſanus, quàm ex homine. quare ſanus ægrotus quidem non dicitur, ſed homo, & homo ſanus. Quorum vero priuatio incerta, & innominata eſt, vt in ære cuiſcunque figura, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicetur fieri, ſicuti illic ex ęgroto. Quare, ſicut nec vbi ex quo, hoc non dicitur illud, nec hic ſtatua lignum, ſed deriuatiue dicitur lignea non lignum, & ænea non æs, & lapidea, non lapis, & domus lateritia, ſed non lateres. Cum* H *neque tanquam ex ligno fit ſtatua, aut ex lateribus domus, ſi quis accurate inſpexerit, profecto ſimpliciter dicet propterea quod oporteat fieri, mutato ex quo, ſed non permanente. propter hoc igitur ſic dicitur.*

Deinde cum dicit.

n ¶ Remouet quandam dubitationem. (par. 15.) Illud enim, ex quo aliquid fit, ut ex materia quandoque prædicatur nõ in abſtracto, ſed denominatiue. Quædam enim dicũtur nõ eſſe [illud] idest materia [ſed illiuſmodi.] Sicut ſtatua non dicitur lapis, ſed lapidea. Sed homo conualeſcens [nõ dicitur illud ex quo] ideſt non recipit prædicationem eius, ex quo fieri dicitur. Fit enim conualeſcens ex infirmo. Nec dicitur quòd conualeſcens ſit infirmus. Huiuſmodi autẽ cauſa eſt, quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex aliquo, ſcilicet ex priuatione, & ex ſubiecto, quod dicitur materia. ſicut dicitur, (Tex. co. 16.) quod homo fit ſanus, & quod laborans fit ſanus. Dicitur autem magis aliquid fieri ex priuatione quam ex ſubiecto: ſicut magis dicitur aliquis fieri ſanus ex laborante, quam ex homine. (T. c. 16.) Sed hoc fieri hoc magis dicimus in ſubiecto, quam in priuatione. Magis enim dicimus proprie, quod homo ſit ſanus, quam quod laborans. Et ideo ille, qui eſt ſanus, non dicitur laborans, ſed magis dicitur homo, & econuerſo homo dicitur ſanus: ſic ergo (pari. 2.) id quod fit, prædicatur de ſubiecto, non autem de priuatione. Sed in quibuſdam priuatio eſt non manifeſta & innominata, ſicut priuatio cuiuſcunque figuræ in ære, nõ habet nomen, nec ẽt priuatio domus in lateribus, & in lignis. Et ideo utimur materia pro materia & priuatione ſimul. Et propter hoc ſicut illic dicimus, quod ſanus fit ex laborante, ita hic dicimus quòd ſtatua fit ex ære, & domus ex lapidibus & lignis. Et propter hoc etiam ſicut ibi, id ex quo fit aliquid, ſicut ex priuatione, non prædicatur de ſubiecto, quia non dicimus quod ſanus ſit laborans, ita nec hic dicimus quòd ſtatua ſit lignum, ſed prædicatur abſtractum in concreto, dicendo quòd non eſt lignum, ſed lignea, nec æs, ſed ærea nec lapis, ſed lapidea. Et ſimiliter domus non eſt lateres, ſed lateritia. Quia ſi quis diligenter inſpiciat, nec fit ſtatua ex ligno, nec domus ex lateribus ſimpliciter loquendo, ſed per aliquam permutationem. Fiunt enim iſta ex

F iſtis, ſicut ex aliquo permutato, & non ſicut ex permanente. Aes enim inſiguratum non manet dum fit ſtatua, nec lateres in compoſiti, dum fit domus. Et propter hoc in prædictis [ita dicitur,] id eſt, talis fit prædicatio.

I

LECTIO VII.

QVoniã vero ab aliquo fit q̃d fit, hoc aũt dico vnde prĩcipiũ generatiõis eſt: & ex aliquo. fit aũt nõ priuatio hoc, ſed materia, iam.n. diffinitum eſt q̃n hoc dicimus: & quod fit, hoc autem ſphęra, aut circulus, aut q̃dcunq; euenit aliorum, quemadmodũ nec ſubiectũ facit æs, ſic nec ſphęram, niſi ſecundũ accidens, quia ænea ſphæra eſt, & illam facit. Nam hoc aliquid facere, ex totaliter ſubiecto hoc facere eſt. Dico autẽ, quia æs rotundũ facere, K

LECTIO VII.

CVm autem & ab aliquo fiat quod fit, hoc autem dico vnde generationis principium, eſt & ex aliquo. fit autem hoc non priuatio, ſed materia, iam enim determinatum eſt, quemadmodum hic dicimus: & quod fit. hoc aũt eſt aut ſpera, aut circulus, aut quodcunque cæterorum euenit, ſicuti neque ſubiectũ facit ipſum æs, ita neque ſphæram, niſi ſecundũ accidens, quia ænea ſphæra, ſphæra eſt. illam autem non facit: hoc aliquid enim facere ex omnino ſubiecto hoc facere eſt. Dico autem quòd æs facere rotundum, non

LECTIO VII.

PRæmiſit ſuperius Philoſophus quædam de generationibus rerum, quaſi neceſſaria ad ſuum propoſitum oſtendendum, ſ. ad oſtendendum, quòd cauſę generationis rerum non ſunt ponendæ ſpecies ſeparatæ. Ex quibus duo ſunt iam manifeſtata per præmiſſa. ſ. quòd oĩs generatio eſt ex aliqua materia, & quòd vnumquodque quod generatur, generatur a ſuo ſimili. Nunc autem intendit oſtendere ꝓpoſitũ ex his, quæ ſupra inueſtigata ſunt & diuiditur ĩ partes tres. In prima oſtendit quid ſit illud quod generatur. In ſecunda oſtendit, quòd cã generationis, non eſt ſpẽs ſeparata, ibi [Verũ igitur eſt quædam.] (Inf. par. 3.) In tertia determinat q̃dã, quę poſſent eſſe dubia circa prędeterminata, ibi [dubitauit autem aliquis.] (Inf. le. ſeq.) Circa primum duo facit. Primo oſtendit quòd forma non generatur niſi ꝑ accidens. (Infr. le. ſeq. Lect. 6. Tex. com.) Secundo oſtẽdit, quòd compoſitum generatur, ibi. [Aeream uero ſphæram.] Dicit ergo primo, quòd ea, quæ ſũt oſtenſa ſupra, uera ſunt. Quorum unum eſt, quòd omne q̃d fit, fit ab aliquo, & hoc eſt agens uel generans, a quo eſt principiũ generationis. Et aliud eſt quòd omne, quod generatur, generatur ex aliquo, ut intelligatur id, ex quo eſt generatio, non priuatio, ſed materia. Dictum eſt enim ſuperius, quòd aliter fit aliquid ex materia, & aliter ex priuatione. Et tertium eſt, quòd in omni generatione oportet eſſe aliquid quod fit. Et hoc eſt vel ſphęra, uel circulus, vel quodcunque aliorum. Ex iſtis ſuppoſitis debet eſſe manifeſtum, quòd ſicut agens generando nõ facit materiam, vel ſubiectum generationis, quæ eſt æs. ita etiam [nõ facit formam.]. ſ. hoc ipſum, quod eſt ſphæra, niſi forte per accidens. Facit enim æream ſphæram, quod eſt compoſitũ. Et quia ærea ſphæra eſt ſphæra, ideo per accidens facit ſphæram. Quod autem agẽs non faciat materiam, per ſe eſt manifeſtum, eo quòd materia præexiſtit factioni. unde non oportuit eum probare quòd materia non fieret. Sed de formis poterat eſſe dubiũ eo quòd forma nõ inuenitur niſi in termino actionis. & ideo oportuit

ſit ens, aut nō ens. ſimiliter aūt & in alijs talibus. Nihil enim ipſorum nec ſecundum ſe aptum natum, nec ſeparari poſſibile a ſubſtantia: ſed magis ſiquidem vadens, entium eſt aliquid. & ſedens, & ſanans. Hæc autem apparent magis entia, quia aliquid eſt ſubiectum ipſi, determinatū. Hæc autem eſt ſubſtantia, & vnū quodque, quod quidem in categoria tali apparet. Bonum enim aut ſedens, nō ſine hoc dicitur. Palam ergo, quia propter eam & illorum ſingula ſunt. Quare primum ens, & non ens aliquid ſed ens ſimpliciter, ſubſtantia utique erit.

A *non ens eſt, ſimiliter & de quocunque cæterorum ſimilium. nihil enim horum eſt per ſe natura aptum, neque poſſibile a ſubſtantia ſeparari, ſed magis, ſiquidem ambulans entium aliquid; & ſedens, & ſanum. Hæc autem magis entia apparent, quoniam ſubiectum eis determinatum eſt. hoc autem ſubſtantia, & ſingulare eſt,* B *quod in tali prædicatione apparet. bonum enim, aut ſedens abſque hoc non dicitur. patet igitur quod propter hanc illorum quoque ſingula ſunt. Quare, quod primo eſt ens, & non aliquod ens, ſed ſimpliciter ens, ſubſtantia.*

d Multipliciter quidem igitur dicitur, quod primum. Sed ſubſtantia omnium primum eſt rōne, & notitia, & tempore. Aliorum enim categorematum nullum eſt ſeparabile, hęc autem ſola. Et ratione hoc primum neceſſe eſt enim in uniuſcuiuſque ratione, ſubſtantię rationem eſſe. Et ſcire tūc ſingula maxime putamus, quando quid eſt homo cognoſcimus, aut ignis, magis q̃ aut quale, aut quantum, aut ubi. Quoniam tunc horum eorundem ſingula ſcimus, quando quid eſt ipſum quale, aut quantum ſcimus.

Multis igitur modis primum dicitur, attamen ſubſtantia, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura omnium primum eſt. aliorum enim C *quę prædicantur, nullum eſt ſeparabile, ſed hæc ſola. Ratione quoque hoc primum. neceſſe eſt enim in cuiuſque ratione ineſſe rationem ſubſtantiæ. Scire etiam tunc putamus unumquodque magis, cum quid eſt homo, aut ignis ſciamus, quàm quale, aut quantum, aut vbi, nam & horum ipſorum tunc vnumquodque ſcimus, cum quid eſt ipſum quale, aut ipſum quantum ſciamus.*

e Et quod olim & nunc & ſemper quæſitum eſt, & ſemper dubitatū quid ens, hoc eſt quę ſubſtantia. Hoc enim quidam unū eſſe dicunt, illi uero plura quam unum; & hi quidem finita, illi uero infinita. Quapropter nobis maxime, & primum, & ſolum ut eſt dicere, de ſic ente, ſpeculandum eſt quid eſt.

D *Quod quoque tam olim, quàm nūc, & ſemper quęritur, ſemperque dubitatur, quidnam ipſum ens ſit, hoc eſt quęnam ſubſtantia eſt. Hoc enim quidam vnum aiunt eſſe, quidam plura quàm vnum; & quidam finita, quidam vero infinita. Quare nobis quoque maxime, & primum, & ſolum, vt ita dicam, de ente hoc pacto quidnam ſit, ſpeculandum eſt.*

poteſt eſſe dubitatio de aliis entibus in abſtracto ſignificatis, quando non ſignificant cum aliqua habitudine ad ſubſtantiā: vtrum ſint entia, vel non entia. ſ. vtrum vadere, ſanare & ſedere, & unumquodque illorum in abſtracto ſignificatorum ſit ens, aut non ens. Et ſimiliter eſt in aliis talibus, quæ in abſtracto ſignificantur, ſiue ſignificentur per modum actionis, ut prædicta, ſiue nō, vt albedo, ſiue nigredo. Pro tanto autem uidentur accidentia in abſtracto, ſignificata eſſe, non entia, quia nihil ipſorum eſt aptum natum, ſecundum ſe eſſe, immo cuiuslibet eorum eſſe eſt alteri ineſſe. & nō eſt poſſibile aliquid eorum ſeparari a ſubſtantia. Et ideo, quū ſignificantur in abſtracto, quaſi ſint ſecundum ſe entia, & a ſubſtantia ſeparata uidetur, q̧ ſi ſint nō entia. Licet modus ſignificandi eorum non cōſequatur immediate modum eſſendi rerum ſed mediante modo intelligendi, quia intellectus ſunt ſimilitudines rerum, uoces autem intellectuum, vt dicitur in primo Periermenias. Licet autem modus eſſendi accidentiū non ſit ut per ſe ſint ſed ſolum ut inſint, intellectus tamen eorum poteſt ea per ſe intelligere, cum ſint natura, diuiſa re ea quæ ſecundum naturam coniuncta ſunt, & ideo nomina abſtracta accidentium ſignificant entia, quæ quid in ſe habent, licet non ſignificent ea per modum inhęrentium. Eſſent autem ſignificata per huiuſmodi nomina, non entia, ſi non ineſſent in res. Et quia iſta in abſtracto ſignificata uidentur non entia, magis videntur entia nomina accidentium concreta. Magis autem uidetur [aliquid entium eſſe uadens, & ſedens, & ſanans] quia determinatur eis, aliquod ſubiectum, per ipſam nominis ſignificationem, inquantum ſignificantur in concretione ad ſubiectum. hoc autem ſubiectum eſt ſubſtantia. & in unumquodque talium nominum, quę ſignificant accidens in concreto [apparet in tali categoria]. i. vr importare prædicamentum ſubſtantię, non ita, quod prędicamentum ſubſtantiæ ſit pars ſignificationis talium nominum. Album enim, ut in prædicamentis dicitur, ſolam qualitatem ſignificat. Sed inquantum huiuſmodi nomina ſignificant accidentia, ut inhærentia ſubſtantiæ. Bonum autem] aut ſedens, non dicitur [ſine hoc] i. d. ſi ſine ſubſtantia. Significat. n. accidens concretum ſubſtantiæ. Et quia accidentia non uidentur entia prout ſecundum ſe ſignificantur, ſed ſolum prout ſignificantur in concretione ad ſubſtantiam, palam eſt, quod ſingula aliorum entium ſunt entia, propter ſubſtantiam. Et ex hoc ulterius apparet, quod ſubſtantia eſt [primum ens, & ens ſimpliciter, & non ens ſecūdū

5.14.10.

par. 4.

Lect. 4.

Tex. com. 5. par. 5.

In Præd. ſubſtan.

A aliquid] ideſt, ſecundum quid, ſicut eſt in accidentibus. Eſſe. n. album non eſt ſimpliciter eſſe, ſed ſecundum quid. Quod ex hoc patet, quia cum incipit eſſe albus, non dicimus, quod incipiat eſſe ſimpliciter, ſed quia incipiat eſſe albus. Cum enim Socr. incipit eſſe homo, dicitur ſimpliciter, quod incipit eſſe. vnde patet, quod eſſe hominem ſignificat eſſe ſimpliciter. Eſſe autem album, ſignificat eſſe ſecundum quid. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quomodo ſubſtantia dicatur primum, & dicit, quod cum hoc, quod dico primum dicatur multis modis, vt in quinto eſt habitum, tribus modis ſubſtantia eſt prima inter omnia entia. ſ. ſecundum cognitionem, & ſecundum diffinitionem, & ſecundum tēpus. Et quod ſit prima tēpore aliis, ex hoc probatur, q̧ nullum aliorū prædicamentorum eſt ſeparabile a ſubſtantia. Sola autem ſubſtantia eſt ſeparabilis ab aliis. Nullum enim accidens inuenitur ſine ſubſtātia, ſed aliqua ſubſtantia inuenitur ſine accidente. & ſic patet, q̧ non quandocunq; eſt ſubſtantia, eſt accidens. ſed econtrario. & ꝓpter hoc, ſubſtantia eſt prior tempore. Et q̧ etiam ſit prima ſecundum diffinitionem patet, quia in diffinitione cuiuslibet accidentiū oportet ponere diffinitionem ſubſtantiæ. Sicut enim in diffinitione ſimi ponitur naſus, ita in diffinitione cuiuslibet accidētis ponitur proprium eius ſubiectū. Et ideo, ſicut animal eſt prius diffinitione q̃ homo, quia diffinitio animalis ponitur ī diffinitione hominis, eadem ratione ſubſtātia eſt prior diffinitione accidentibus. Quod etiā ſit

E prior ordine cognitionis, patet. Illud enim eſt primum ſecundum cognitionem, quod eſt magis notum & magis manifeſtat rem. Res autem vnaquæque magis noſcitur, quando ſcitur eius ſubſtantia, quàm quando ſcitur eius quantitas, aut qualitas. Tunc enim putamus nos maxime ſcire ſingula, quādo noſcitur quid eſt homo, aut ignis, magis quàm, quando cognoſcimus quale eſt, aut quantum, aut vbi, aut ſecundum aliquod aliud prædicamentum. Quare etiam de ipſis, quæ ſunt in prædicamentis accidentium, tunc ſcimus ſingula, quando de vnoquoque ſcimus quid eſt. Sicut quando ſcimus quid eſt ipſum quale, ſcimus qualitatem: & quando ſcimus quid eſt ipſum quantum, ſcimus quantitatem. Sicut enim alia prædicamenta non habent eſſe niſi per hoc, quod inſunt ſubſtantiæ, ita non habent cognoſci, niſi inquantum participant aliquid de modo cognitionis ſubſtantiæ, quæ eſt cognoſcere quid eſt. Deinde cū dicit.

e ¶ Oſtendit idem. ſ. q̧ de ſubſtantia ſola eſt agendum ex conſuetudine aliorum philoſophorū dicens, q̧ cū ſit quæſitum, &

ſemper

ſemper dubitatum apud philoſopho. [& olim] quantũ ad præteritum, [& nunc] quantum ad præſens, quid eſt ens: hoc nihil aliud eſt quærere & dubitare, quam quid eſt ſubſtantia rerum. [Hoc.n.ens] ſcilicet ſubſtantiam quidam dixerunt eſſe vnum, vel immobile, ſicut Parmenides, & Meliſſus, vel mobile, ſicut Antiqui naturales, part. 6. ponentes vnum tantum materiale principium rerum. Solã autem materiam putabant ens eſſe ſubſtãtiam. Et ſic patet, quod cum ponerent vnum ens propter vnum materiale principium, per vnũ ens intelligebant vnam ſubſtantiam. Quidã vero poſuerunt plura entia, quàm vnũ; qui.ſ. poſuerunt plura principia materialia, & per conſequens plures rerum ſubſtantias. Quorum part. 7. quidam poſuerũt ea finita, vt Emped. quatuor elementa: quidam vero infinita, vt Anax. infinitas partes conſimiles, & Democritus infinita indiuiſibilia corpora. Et ideo, ſi alii philoſophi tractantes de entibus attendebant ad ſolas ſubſtantias, & nobis etiam ſpeculandum [eſt de ſic ente] ideſt de ſubſtãtia quid ipſa ſit. Et hoc, inquam maxime, quia de hac principaliter intendim⁹. Et primo, quia per eam alia cognoſcuntur [& ſolum, vt eſt dicere] quia de ſubſtantia ſola determinando de omnibus aliis notitiam facit. Et ita quodam modo ſolum de ſubſtantia determinat, Tex. com. 6. part. 8. & quodãmodo non ſolum. Hoc autem ſignificat cum dicit, vt eſt dicere, vel vt ita dicatur, quod conſueuimus dicere de his, quæ non vſquequaque ſunt vera. Deinde cum dicit.

f Videtur autẽ ſubſtãtia inexiſtere manifeſtiſſime quidẽ corporibus. Vnde animalia, & plantas & eorum partes ſubſtantias eſſe dicimus; & naturalia corpora, vt ignem, aquam, & terrã, & talium ſingula, & quæcunq; aut partes eorũ, aut ex his ſunt, aut partibus, aut omnibus. vt cœlũ: & partes eius, vt aſtra. & Luna, & G Sol. Vtrum vero hę ſolæ ſubſtantiæ ſunt, aut & aliæ, aut horũ quidem nullum, alteræ autem quædam, perſcrutandum.

Videtur autem ſubſtantia exiſtere manifeſtiſſime quidem in corporibus: quare animalia, & plantas, & eorum partes ſubſtantias eſſe dicimus ac naturalia corpora, ut ignem, aquam, & terram, cęterorum quoque ſingula: & quęcunque aut horum partes, aut ex his ſunt, aut partibus, aut omnibus, ut cęlum, et eius partes, ſydera, Luna, & Sol. Vtrum autem hę ſolę ſubſtantię ſint, an etiam alię, an harum quidem nulla, ſed aliquæ aliæ, conſiderandum eſt.

g Videntur quibuſdã corporis termini, vt ſuperficies, & linea, & punctus, & vnitas eſſe ſubſtãtiæ magis quàm corpus, & ſolidum. Amplius præter ſenſibilia hi quidem non opinantur aliqd eſſe talium, illi vero plura & magis entia ſempiterna; vt Plato ſpecies ipſas & mathematica, H duas ſubſtantias. Tertiam vero ſenſibilium corporum ſubſtantiam. Sed Leucippus plures ſubſtãtias ab uno inchoans, & principia cuiuslibet ſubſtantiæ aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinũ, deinde animæ, & hoc modo protendit ſubſtantias. Quidam vero ſpecies, & numeros eandem habere dicũt naturam, alia vero habita, lineas & ſuperficiem vſque ad primam cœli ſubſtantiam & ſenſibilia.

Videtur autem quibuſdam corporis terminos, ut ſuperficiem, lineam, punctum, & unitatem ſubſtantias eſſe, & magis quam corpus, & ſolidũ. Item præter ſenſibilia quidam non putant aliquid eſſe tale. quidam plura, et quæ magis ſempiterna ſunt ſicuti Plato, & ipſas formas, & mathematica duas ſubſtantias, tertiam uero ſenſibilium corporum ſubſtantiam. Pſeuſippus uero etiam plures ſubſtantias, ab uno incipiens, & principia cuiuſque ſubſtantię, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animę. & hoc modo extendit ſubſtantias. Quidam autem formas quidem, & numeros eandem habere naturam aiunt, cætera uero ſequentia, lineas, & ſuperficies, uſque ad cæli ſubſtantiam, & ſenſibilia.

h De his igitur quid dicitur bene, & quid nõ bene & quę ſunt ſubſtantiæ; & vtrum ſint aliquæ pręter ſenſibiles, aut non ſunt, & iſtę quomodo ſunt, & utrum eſt aliqua ſeparabilis ſubſtantia, & quare, & quomodo; aut nulla præter ſenſibiles perſcrutãdũ, cum deſcripſerimus primo ſubſtantiam quid eſt.

I *De his igitur quid bene, quidue nõ bene dicatur, & quæ ſubſtantię ſint: & utrum aliquę pręter ſenſibiles ſint, nec ne. & hę quomodo ſint, & utrum eſt aliqua ſeparata ſubſtantia, et cur, et quomodo, an nulla pręter ſenſibiles, perſcrutandum eſt, deſcripta primo ſubſtantia quidnam ſit.*

f ¶ Oſtendit quid determinandum ſit de ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit opiniones aliorum de ſubſtantia. Secundo dicit, quid de earum veritate eſt inquirendum, ibi [De his ergo &c.] Circa 3 infra par. 8. primum duo facit. Primo, proponit quid ſit manifeſtum circa ſubſtantias dicens, ꝙ eſſe ſubſtantiam manifeſtiſſime ineſt corporibus. Vnde animalia, & plantas, & partes eorum dicimus eſſe ſubſtantias, & etiam alia naturalia corpora, vt ignem, terram, & aquam [& talium ſingula], i. alia elementaria corpora, ſicut aerem, & vaporem ſm opinionem Heracliti, & alia media ſm opinionem aliorum. Et etiam omnes partes elementorum, & ẽt corpora, quæ ſunt compoſita ex elementis, vel ex aliquib⁹ partibus elementorum, ſicut particularia corpora miſta [aut ex omnibus elementis]. i. totis, ſicut tota ipſa ſphæra actiuorũ, & paſſiuorum. Et ſicut [etiam cęlum] quod eſt quoddam corpus naturale præter elementa dicimus eſſe ſubſtantiam, & partes eius, vt aſtra, & luna, & ſol. Sed vtrum hæ ſenſibiles ſubſtantiæ ſint ſolum ſubſtantię, ſm quod ponebant antiqui naturales, vel etiam ſint aliquæ aliæ ſubſtantiæ ab iſtis, ſicut ponebant Platonici, vel ẽt illæ non ſint ſubſtantiæ, ſed ſolum ſint aliæ ſubſtantiæ ab iſtis, perſcrutandum eſt. Secundo ibi.

g ¶ Recitat opiniones Philoſophorum de ſubſtantiis non manifeſtis dicens quod quibuſdam uidetur, quod termini corporis ſint rerum ſubſtantiæ, vt ſcilicet ſuperficies, & linea, & punctus, & unitas ſint magis ſubſtantiæ, quam corpus. & ſolidum. Et hæc opinio diuiditur. quia quidam nihil taliũ terminorum opinabantur eſſe ſeparata a ſenſibilibus, ſ. Pythagorici. Alii uero ponebant quędam entia ſempiterna a ſenſibilibus ſeparata, quę ſunt plura & magis entia, quam ſenſibilia, magis inquam entia, quia iſta ſunt incorruptibilia & immobilia hæc autem corruptibilia & mobilia. Plura vero, quia ſenſibilia ſunt unius ordinis tm̃, ſeparata uero duorum. Sicut [Plato poſuit duas ſubſtantias ſeparatas] idest duos ordines ſubſtantiarum ſeparatarum, ſ ſpẽs, vel ideas, & mathematica. Et tertium ordinem poſuit ſubſtantias corporum ſenſibiliũ. Sed Leucippus, qui ſucceſſor fuit Platonis, & ex ſorore nepos, poſuit plures ordines ſubſtantiarum, & in unoquoque etiam inchoauit ab uno, quod ponebat eſſe principium in quolibet ordine ſubſtãtiarum. Sed aliud quidem unum ponebat eſſe principium numerorum, quos ponebat eſſe primas ſubſtantias poſt ſpecies: aliud autem magnitudinum, quas ponebat eſſe ſecundas ſubſtantias. Et demum ponebat ſubſtantiã animæ. & hoc modo protendebat ordinem ſubſtantiarũ uſque ad corruptibilia corpora. Sed quidam differebant a Platone, & Leucippo, quia non diſtinguebant inter ſpecies, & primum ordinem, mathematicorum, qui eſt numerorum. K Dicebant enim ſpecies, & numeros habere eandem naturam, & omnia [alia eſſe habita] idest conſequenter ſe habenda ad numeros, ſcilicet lineas, & ſuperficies uſque ad primam cœli ſubſtantiam, & alia ſenſibilia, quę ſunt in ultimo ordine. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quid circa prædicta dicendum ſit, dicens, ꝙ dicendum eſt quid de prædictis dicitur bene, aut non bene, & q̃ ſont ſubſtantiæ, & vtrum prædicta mathematica & ſpecies ſint aliquid præter res ſenſibiles, aut non. Et illæ ſubſtantiæ ſi ſint præter ſenſibiles quẽ modũ eſſendi habeant. Et ſi illæ nõ ſont pręter ſenſibiles ſubſtantias, utrum ſit aliqua alia ſubſtantia ſeparabilis, & quare & quomodo. aut nulla eſt ſubſtantia præter ſenſibiles. Hoc enim determinabit in 12. huius, & infra. Sed tamen antequam hæc determinentur, oportet primo ponere & deſcribere quid ſit ſubſtantia in iſtis ſenſibilibus, in quibus ſubſtantia manifeſta inuenitur. Quod quidem facit in hoc 7. & in 8. ſequenti.

LECTIO

LECTIO II.

LECTIO II.

a Dicitur autem ſubſtantia, & ſi nõ multiplicius, de quatuor maxime. Etenim quod quid erat eſſe, & uniuerſale, & genus uidetur ſubſtantia cuiuſque eſſe. Et quartum horũ, ſubiectum: Subiectum vero eſt de quo alia dicuntur, & illud ipſũ non adhuc de alio. Propter qđ, primum de hoc determinandum eſt. Maxime nanque uidetˀ eſſe ſubſtantia ſubiectum primum.

b Tale uero modo quodã materia dicitur, & alio modo forma, tertio modo quod ex his. Dico autem materiam quidem æs, formam autem figuram ſpeciei, quod autẽ ex his ſtatuam totam.

c Quare ſi ſpecies materia eſt prior & magis ens, & ipſo qđ ex utriſque prius erit propter eandem rationem. Nũc quidẽ igitur typo, dictum eſt quid ſit ſubſtantia, quia, quod non de ſubiecto, ſed de quo alia. Oportet autem non ſolum ita. non enim ſufficiens. ipſum.n. hoc manifeſtum.

LECTIO II.

Dicitur autem ſubſtantia, ſi non pluribus, ſaltem quatuor modis maxime. Etenim quodquid erat, & uniuerſale, & genus ſubſtantia cuiuſque eſſe uidetur: & quartum, ſubiectum. ſubiectum autem eſt, de quo cætera dicuntur: illud vero nõ amplius de alio. Quare primo de eo determinandum
B *eſt. maxime nanque ſubſtantia ſubiectum primum eſſe videtur.*

Tale vero quodam modo quidem materia dicitur, quodam modo uero forma, tertium uero, quod ex his eſt. Dico autem materiam quidem, ut æs; formam autem figuram ideæ; quod vero ex his eſt, totam ſtatuam.

C *Vnde, ſi forma prior materia eſt, & magis ens, illud quoque, quod ex ambobus eſt, prius erit ob eandem rationem. Nunc itaque quidnam ſubſtantia ſit, quaſi figura dictum eſt, quod non de ſubiecto, ſed de quo cætera. Oportet autem non ita ſolum. non enim ſufficiens eſt. & hoc nanque ipſum non eſt manifeſtum.*

Poſtquam oſtendit, ꝙ principalis intentio huius ſcientiæ eſt conſiderare de ſubſtantia, hic incipit de ſubſtantia determinare, & diuiditur hæc pars in duas. In prima oſtdit modũ, & ordinem tractãdi de ſubſtantia. In ſecunda, proſequitur tractatũ ſubſtantiæ, ibi: [Et primo dicemus quædam de eo] (Inf. lec. 9. Te. com. 7. part. 4.) Modum aũt & ordinẽ tractandi de ſubſtantia, oſtendit diuidẽdo ſubſtantias in ſuas partes, & docẽdo de qua partium eius primo, & principalius eſt determinandum, & quæ partiũ ipſius prætermittendæ ſunt, & quæ prius, vel poſterius conſiderandæ. Vnde diuiditur prima pars in partes tres, ſm diuiſiones, & ſubdiuiſiones, quas ponit de ſubſtantia. (part. 2.) Secunda incipit, ibi: [Tale vero modo quodam] (part. ſeq.) Tertia uero incipit, ibi: [Contentetur autem &c.] (part. 9.) Dicit ergo primo, quod ſubſtãtia ſi non minus dicitur quatuor modis, ſi nõ dicatur [multiplicius] (part. 3.) ideſt pluribus modis. (Tex. com. 8.) Sunt enim plures modi, quibus aliqui ſubſtantiam nominant, ut patet de dicentibus terminos corporis eſſe ſubſtãtias, qui modus hic prætermittitur. Quorum quidem modorum, (part. 4.) primus eſt, ſm quod [quod quid erat eſſe] ideſt quidditas vel eſſentia, ſiue natura rei dĩ eius ſubſtantia. Secundus modus eſt, prout [uniuerſale] dĩ ſubſtantia eſſe, ſecundum opinionẽ ponentium ideas ſpecies, quę ſunt uniuerſalia de ſingularibus prędicata, & ſunt horum particularium ſubſtantiæ. Tertius modus eſt, ſecundum quod [primum genus uidetur eſſe ſubſtantia uniuſcuiuſque.] Et per hũc modum unum, & ens ponebant ſubſtantias eſſe omnium rerum, tanquam prima omnium genera. (Tex. com. 8.) Quartus modus eſt [ſecundum quod ſubiectum] ideſt ſubſtantia particularis dicitur eſſe ſubſtantia. Dicitur autem ſubiectum, de quo alia dicuntur, vel ſicut ſuperiora de inferioribus, ut genera, & ſpecies, & differentiæ, uel ſicut accidens prædicatur de ſubiecto, ut accidẽtia communia & propria, ſicut de Socr. prædicatur homo, animal, rationale, riſibile, & album, ipſum autem ſubiectum nõ ꝑdicatur de alio, quod eſt intelligendum per ſe. Per accidens.n. nihil prohibet Soc. de hoc albo prædicari, uel de animali, uel de homine: quia id, cui ineſt album, aut animal, aut homo Socrat. eſt. De ſe ipſo autem prædicatur per ſe, ut cum dicitur Socra. eſt Socrates. Patet autem, quod ſubiectum hic dĩ, quod in prædicamentis nominatur ſubſtantia prima ex hoc, quod eadem diffinitio datur de ſubiecto hic, & ibi de ſubſtãtia prima. Vnde concludit, quod determinandũ eſt [de hoc] ideſt de ſubiecto, vel de ſubſtantia prima, quia tale ſubiectũ maxime uĩ ſubſtantia eſſe. Vnde in prædicamentis dicitur, quod talis ſubſtantia eſt, quę proprie, & principaliter, & maxime dicitur. Huiuſmodi enim ſecundum ſe, omnibus alijs ſubſtant. ſ. ſpeciebus, & generibus, & accidentib. Subſtantię uero ſecundæ. ſ. genera, & ſpecies, ſubſtant ſolis accidentib. Et hoc etiam non habent, niſi ratione primarum. homo.n. eſt albus, inquantum hic homo eſt albus. unde patet, quod fere eadem eſt diuiſio ſubſtãtiæ hic poſita, cum illa, quæ ponitur in prædicamentis. nam per ſubiectum intelligitur hic ſubſtãtia prima. Quod autem dicit genus, & uniuerſale, quod uidetur ad genus, & ſpecies pertinere, continetur ſub ſubſtantiis ſecũdis. Hoc autem quodquid

A erat eſſe hic ponitur: ſed ibi prætermittitur, quia non cadit in prædicamentorum ordine, niſi ſicut principium. neque enim eſt genus, neque ſpecies, neque indiuiduum, ſed horum omnium formale principium. Deinde cum dicit.

b ¶ Subdiuidit quartum modum præmiſſæ diuiſionis, hoc. ſ. quod dixerat ſubiectum. & circa hoc tria facit. Primo nanque, ponit diuiſione. Secundo comparat partes diuiſionis adinuicem, ibi: [Quare ſi ſpẽs &c.] (par. ſeq.) Tertio oſtendit, quo modo de iſtis partibus diuiſionis ſit agendum, ibi: [At a meo ea, quæ nunc ex ambobus &c.] (Infra par. 8) Dicit ergo primo, quod ſubiectum, quod eſt prima ſubſtãtia particularis in tria diuiditur. ſ. in materiam & formam, & compoſitũ ex eis. Quæ quidem diuiſio non eſt generis in ſpecies, ſed alicuius analogice prædicati, qđ de eis, quę ſub eo cõtinentur per prius, & poſterius, prædicatur. Tam.n. cõpoſitũ, q̃ materia & forma particularis ſubſtantia dicitur, ſed nõ eodẽ ordine. Et iõ, poſteriꝰ inquiret qđ horum per prius ſit ſubſtantia. Exemplificat autem hic membra in artificialibus, in quibus æs eſt ut materia, figura ut [forma ſpeciei, ideſt dans ſpeciem, ſtatua compoſitum ex his. Quæ quidem exemplificatio non eſt accipienda ſecundum veritatem, ſed ſecundum ſimilitudinẽ pro
D portionis. Figura enim & aliæ formæ artificiales non ſunt ſubſtantiæ, ſed accidentia quædam. Sed quia hoc modo ſe habet figura ad æs in artificialibus, ſicut forma ſubſtantialis ad materiam in naturalibus, pro tanto utitur hoc exemplo. ut demonſtret ignotum per manifeſtum. Deinde cum dicit.

c ¶ Comparat partes diuiſionis præmiſſę ad inuicem & circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ forma ſit magis ſubſtantia, quàm compoſitum. Secundo oſtendit, ꝙ materia ſit maxime (par. 4.) ſubſtantia, quod erat opinio quorundã, ibi: [Et adhuc materia ſubſtantia &c.] Tertio oſtendit, ꝙ tam forma, quàm compoſitum (par. 6.) eſt magis ſubſtantia, q̃ materia, ibi: [Sed impoſſibile &c.] Dicit ergo primo [ꝙ ſpecies] .ſ. forma prior eſt materia. (D. 52.) Materia.n. eſt ens in potentia, & ſpecies eſt actus eius. Actus autẽ naturaliter prior eſt potentia. Et ſimpliciter loquendo prior tempore, quia non mouetur potẽtia ad actũ, niſi per ens actu: licet in vno & eodẽ, quod quandoq; eſt in potentia, quãdoq; in actu, potentia tempore præcedat actum. Vnde patet, ꝙ for-
E ma eſt prior, quàm materia & etiam eſt magis ens, quàm ipſa, quia propter quod vnumquodq; & illud magis. Materia autem non ſit ens actu, niſi per formam. vnde oportet ꝙ forma ſit magis ens, quàm materia. Et ex hoc vlterius ſequitur, quòd eadẽ ratione forma ſit prior compoſito ex vtriſque, inquantum eſt in compoſito aliquid de materia. & ita participat aliquid de eo quod eſt poſterius ſecundum naturam, ſ. de materia. Et iterum patet, ꝙ materia & forma ſunt principia compoſiti. Principia autem alicuius ſunt eo priora. & ita ſi forma eſt prior materia, erit prior compoſito. Et quia poſſet alicui videri, quod ex quo Philoſophus ponit omnes modos, quibus dicitur ſubſtantia, ꝙ hoc ſufficeret ad ſciendum quid eſt ſubſtantia, ideo ſubiungit dicens. quod nunc dictum eſt quid ſit ſubſtantia [ſolum typo] ideſt dictum eſt ſolum in vniuerſali, ꝙ ſubſtantia eſt illud, quod non dicitur de ſubiecto, ſed de quo dicuntur alia. Sed oportet non ſolum ita cognoſcere ſubſtãtiam & alias res,

ſcilicet

ſcilicet per diffinitionem vniuerſalem, & logicã: hoc enim nõ eſt ſufficiens ad cognoſcendũ naturã rei, quia hoc ipſum qđ aſsignatur pro diffinitione tali, eſt manifeſtum. Non.n. huiuſmodi diffinitione tanguntur principia rei, ex quibus cognitio rei dependet, ſed tangitur aliqua communis conditio rei, per quam talis notificatio datur. Deinde eum dicit.

Tex. com. 8. par. 4.

d Et adhuc materia ſubſtantia fit. Si enim non ipſa, quæ eſt alia diffugit. Alijs enim ablatis, nil apparet remanens. Nã aliç quidem ſunt corporum paſſiones, & factiones & potentiæ. Longitudo vero, latitudo, & profunditas, quantitates quædam ſunt, ſed non ſubſtantiæ. Quantitas enim non ſubſtantia, ſed magis cui inſunt hæc ipſa primum, illud eſt ſubſtantia. At vero ablata lõgitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus remanens, niſi ſi quid eſt determinatum ab his. Quare materiam neceſſe eſt uideri ſolam ſubſtantiam ſic intendentibus.

Et item materia ſubſtantia eſt. nã, ſi hæc non eſt ſubſtantia, quæ alia eſt, fugit nos. Demptis etenim cæteris, nihil aliud remanere uidetur, cætera namque paſſiones corporum & effectiones, & potentiæ ſunt longitudo uero, latitudo, & profunditas quantitates quædam, ſed nõ ſubſtantiæ ſunt. quantitas etenim non eſt ſubſtantia, G ſed magis cui hęc ipſa primo inſunt, illud eſt ſubſtantia. enimuero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil uidemus reliquum, niſi ſiquid eſt, quod ab eis determinetur, ut ita conſiderantibus, materiam ſolam neceſſe ſit apparere ſubſtantiam.

e Dico autem materiam, quæ ſecũdum ſe, nec quid, nec quantitas, nec aliud aliquid eorum dicitur, quibus eſt ens determinatum. Eſt.n. quoddam, de quo prædicatur horum quodlibet, cui eſt eſſe alterum & cathegoriarum vnicuique. Alia nanque de ſubſtantia prædicantur, hæc vero de materia. Quare quod eſt ultimum ſecundum ſe, neq; quid, neque quantitas, neque aliud aliquid eſt. neque utique negationes. etenim erunt hæ ſecundum accidens. Ex his ergo, ſpeculãtibus accidit ſubſtantiam eſſe materiam.

Dico autem materiam, quæ per ſe ipſam, neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, H quibus ens determinatur. eſt enim qđ de quo ſingula horum prædicantur. cui eſſe, ut cuique prædicationum diuerſum eſt. cętera nanque de ſubſtantia prædicantur, hæc uero de materia. Quare quod ultimum eſt per ſe, neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud eſt, neque etiam negationes: etenim hæ quoque ſecundum accidens erunt. Ex his itaque, ſpeculantib. accidit ſubſtantiam eſſe materiam.

I

d ¶ Oſtendit, quod materia maxime ſit ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationem antiquorũ, per quam ponebant materiam maxime, & ſolũ eſſe ſubſtantiam. Secũdo, notificat quid ſit materia, ibi: [Dico autẽ materiam quæ ſm ſe.] (par. ſeq.) Dicit ergo primo, quod nõ ſolum forma eſt ſubſtãtia, & compoſitum, ſed & materia ſit ſubſtãtia ſecundum rationem prædictam. Si enim ipſa materia non ſit ſubſtantia, (par. 5.) fugit a nobis, quæ ſit alia ſubſtantia præter materiam. Quia ſi remoueantur a rebus ſenſibilibus, in quibus manifeſte eſt ſubſtantia, alia, quæ planum eſt non eſſe ſubſtantiam, nihil remanere, ut uidetur, niſi materia. In iſtis.n. corporibus ſenſibilibus, quæ omnes conſitentur eſſe ſubſtantias, quædam ſunt ſicut corporum paſſiones, ut calidum, frigidum, & huiuſmodi, de quibus manifeſtum eſt, quod non ſunt ſubſtantię. Sunt etiam in eis [quædam factiones] ideſt generationes, & corruptiones, & motus, de quibus etiam planum eſt, quod non ſunt ſubſtantiæ. Sunt etiam in eis potentiæ, quæ ſunt principia prædictarum actionum, & motuum. ſ. potentiæ, quæ ſunt in rebus ad agendum, & patiendum: Has etiam patet non eſſe ſubſtantias, ſed magis ponuntur ſub genere qualitatis. Et poſt omnia iſta inueniuntur in corporibus ſenſibilibus, dimenſiones, ſ. longitudo, latitudo, & profunditas, q̃ ſunt quantitates quædam, & non ſubſtantiæ. quãtitas.n. manifeſtum eſt, quod non eſt ſubſtantia, ſed illud cui prædictæ dimenſiones inſunt, ut primum ſubiectum earum eſt ſubſtantia. Sed remotis illis dimenſionibus, nihil uidetur remanere niſi ſubiectum earum, quod eſt determinatum, & diſtinctum per huiuſmodi dimenſiones. hęc autem eſt materia. Quantitas enim dimenſiua videtur ineſſe materiæ immediate, cum materia nõ diuidatur ad recipiendum diuerſas formas in diuerſis ſuis partibus, niſi per huiuſmodi quantitatem. K & ideo per huiuſmodi conſiderationem uidetur neceſſarium eſſe non ſolum, ꝙ materia ſit ſubſtantia, ſed quod ipſa ſola ſit ſubſtantia. Decepit autem antiquos philoſophos hanc rationem inducentes, ignorantia formæ ſubſtantialis. Non enim adhuc tantum profecerant, ut intellectus eorum ſe eleuare ad aliquid, quod eſt ſupra ſenſibilia. & ideo illas formas tantum conſiderauerunt, quæ ſunt ſenſibilia propria, uel communia. Huiuſmodi autem manifeſtum eſt eſſe accidentia, ut album, & nigrum, magnum, & paruum, & huiuſmodi. forma autem ſubſtantialis non eſt ſenſibilis niſi per accidens. & ideo ad eius cognitionem non peruenerunt, ut ſcirent ipſam a materia diſtinguere. Sed totum ſubiectum, quod nos ponimus ex materia, & forma componi, ipſi dicebant eſſe primam materiam, vt aerem, aut aquam, aut aliquid huiuſmodi. Formas autem dicebant eſſe, quæ nos dicimus accidentia, ut quantitates, & qualitates, quorum ſubiectum proprium non eſt materia

F prima, ſed ſubſtantia compoſita, quæ eſt ſubſtãtia in actu. Omne enim accidens, ex hoc eſt, quod ſubſtantiæ ineſt, ut habitum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Quia ratio prædicta oſtendens ſolam materiam eſſe ſubſtantiam, uidetur proceſſiſſe ex ignorantia materiæ, ut dictũ eſt, ideo conſequenter dicit, quid ſit materia ſecundum rei ueritatem prout declaratum eſt in primo Phyſic. (Te. com. 79.) Materia enim in ſe non põt ſufficienter cognoſci, niſi per motum: & eius inueſtigatio pcipue uſ ad Naturalem pertinere. Vñ & Philoſophus accipit hic de materia, quæ in phyſicis ſũt inueſtigata. dicens, [Dico autem materiam eſſe [quæ ſecundum ſe,] id eſt ſecundum ſui eſſentiã conſiderata, nullatenus eſt [neq; quid,] id eſt neque ſubſtantia, [neque qualitas, neque aliquid aliorum generum quib. ens diuiditur uel determinatur.] Et hoc pcipue apparet in motu. Oportet.n. ſubiectum mutationis & motus alterum eſſe, per ſe loquendo, ab utroque terminorũ motus ut probatum eſt 5. Phyſic. (Te. com. 64. & 5. phiſic. Tex. com. 2) Vnde cum materia ſit primum ſubiectũ ſubſtans non ſolum motibus, qui ſunt ſecundum qualitatem & quantitatem & alia accidentia, ſed etiã mutationibus, quæ ſunt ſecũdum ſubſtantiam, oportet ꝙ materia ſit alia ſecundum ſui eſſentiam ab omnib. formis ſubſtantialibus & earum priuationibus, quę ſunt termini generationis & corruptionis, & non ſolum ꝙ ſit aliud a quantitate, & qualitate, & alijs accidentibus. Attamen diuerſitatem materiæ ab omnibus formis non probat philoſophus per uiam motus, quæ quidem probatio eſt per uiam Naturalis Philoſophię, ſed per uiam prędicationis, (Tex. com. 5.) quæ eſt propria logicæ, quam in Quarto huius dicit affinem eſſe huic ſcientiæ. Dicit ergo, ꝙ oportet aliquid eſſe de quo omnia prædicta prædicentur, ita tñ, quod ſit diuerſum eſſe illi ſubiecto de quo prędicantur, & unicuique eorum, quę de [ipſo prędicantur] i. diuerſa quidditas & eſſentia. Sciendum autem eſt, quod id, quod hic dr̃, non poteſt intelligi de uniuoca prędicatione ſecundum quod genera prædicantur de ſpeciebus, in quarum diffinitionibus ponuntur, quia non eſt aliud per eſſentiam, animal & homo. ſed oportet hoc intelligi de denominatiua prędicatione. ſicut cum album prædicatur de homine. alia.n. quidditas eſt albi & hominis. unde ſubiungit, quod alia genera prędicantur hoc modo de ſubſtantia, i. denominatiue: ſubſtantia uero prædicatur de materia denominatiue. Non eſt ergo intelligendum quod ſubſtantia, quæ eſt actu exiſtens (de qua hic loquimur) de materia prędicetur prædicatione uniuoca, ſiue quæ eſt per eſſentiam.

Iam enim ſupra dixerat, quod materia non eſt quid, neque aliquid aliorum. Sed intelligendum eſt de denominatiua prædicatione, per quem modum accidentia de ſubſtantia prędicantur. Sicut enim hæc eſt uera: homo eſt albus, non autem hęc, homo eſt albedo, uel humanitas eſt albedo, ita hæc eſt uera, hoc materiatum eſt homo, non autem hæc materia eſt homo vel materia eſt humanitas. Ipſa ergo concretiua ſiue denominatiua prædicatio oſtendit, quod ſicut ſubſtantia eſt aliud per eſſentiam ab accidentibus, ita per eſſentiam aliud eſt materia a formis ſubſtantialibus. Quare ſequetur, quod illud quod eſt

ultimum

f Sed impoſſibile. Etenim ſeparabile & hoc aliquid, ineſſe videntur maxime ſubſtantiæ, qua propter ſpecies, & quod ex ambobus, ſubſtantia videbitur eſſe magis, quam materia.

At impoſſibile eſt. Etenim ſeparabile, & quod quid uidentur maxime ineſſe ſubſtantię. propter quod forma, & quod ex ambobus ſubſtantia uidetur eſſe magis, quam materia.

g Attamen eā, quæ nunc ex ambobus ſubſtantiam, dico autem eam, quę ex materia, & forma, dimittendum. Poſterior enim eſt & aperta. Manifeſta autem aliqualiter & materia. De tertia autem perſcrutandum. Hæc nāque maxime dubitabilis.

B *At illa ſubſtantia, quę ex ambob⁹, dico autem quę ex materia: & forma eſt, omittēda eſt. poſterior enim, & manifeſta eſt. manifeſta uero quodam modo etiam ipſa materia. At de tertia cōſiderandum eſt. hęc enim maxime dubitabilis.*

h Confitentur autem ſubſtantias eſſe ſenſibiliū quidam, quare quærendum in his prius.

Conceditur autem quaſdā eſſe ſubſtantias ſenſibilium, quare in his primum quęrendum eſt.

i Quoniam autem in principio diuiſimus, quot modis determinauimus ſubſtātiam, & horum vnū uidetur eſſe quodquiderat eſſe, ſpeculandum eſt de ipſo.

C *Cum autem in principio diuiſerimus quot modis ſubſtantiam determinamus, ut horum unum quiddam eſſe uideatur, quodquideratesse, de eo conſiderandum eſt.*

K Præopere enim tranſeundū ad id, quod notius eſt. Diſciplina enim ita fit omnibus per minus nota naturę ad nota magis. Et hoc opus eſt, quemadmodū in actibus facere ex uniuſcuiuſque bonis, totaliter bona & unicuique bona. ſic ex ipſis notioribus quæ naturæ quidem nota ipſi nota. Quæ autem ſingulis

D *Prodeſt etenim tranſcendere ad notius. Ita nanque diſciplina fit omnibus, per minus nota naturę ad magis nota, & hoc opus eſt, ut in actionibus ex eis, quę cuique ſunt bona facere, quæ ſimpliciter bona ſunt, ſint cuique bona; ita ex ſibi notioribus, quę naturę nota ſunt ſibi facere nota. Quę autem ſingulis nota. & prima, ſępenumero. parum nota, ſunt*

primum ſubiectum per ſe loquendo, [neque eſt quid] ideſt ſubſtantia, neque quantitas, neque aliquid aliud quod ſit in aliquo genere entium. neque ipſæ negationes poſſunt per ſe prædicari de materia. Sicut enim formę ſunt præter eſſentiam materię, & ita, quodāmodo ſe habēt ad ipſam per accidens, ita & negationes formarū,

par. 6. quæ ſunt ipſæ priuationes, ſecundum accidens inſunt materiæ. Si enim per ſe ineſſent materiæ, nunquam formæ in materia poſſent recipi ſaluata materia.
Te. com. 9. par. 7. Hoc autem dicit Philoſophus ad remouendum opinionem Platonis, qui nō diſtinguebat inter priuationem, & ma
Tex. co. 97. teriam, ut in primo Phyſi. habetur. Concludit etiam finaliter, quod conſiderātibus ſecundum ſupradictas rationes, acci
par. 8. dit ſolam materiam eſſe ſubſtantiam, ut prius inducta ratio concludebat. Deinde cum dicit.
Tex. co. 20. par. 9. f ¶ Oſtendit contrarium huius concluſionis dicens, quod impoſſibile eſt ſolā materiam eſſe ſubſtantiam, vel ipſam ſic eſſe maxime ſubſtantiam. Duo enim
par. 10. ſunt, quę maxime propria uidentur eſſe ſubſtantię quorū vnū eſt, quod ſit ſeparabilis. Accidens enim non ſeparatur a ſubſtantia, ſed ſubſtantia, poteſt ſeparari ab accidente. Aliud eſt, ꝙ ſubſtātia eſt hoc aliquid demonſtratum. alia.n. genera non ſignificant hoc aliqd. Hęc autem duo, i. eſſe ſeparabile, & eſſe hoc aliquid, non conueniunt materiæ. Materia enim non poteſt per ſe exiſtere ſine forma, per quam eſt ens actu, cum de ſe ſit in potentia tantum. ipſa etiam non eſt hoc aliquid niſi per formam, per quam fit actu. Vnde eſſe hoc aliquid maxime competit compoſito. & ideo patet [quod ſpecies] ideſt forma, & [compoſitum ex ambobus] ſcilicet ex materia & forma. magis videtur eſſe ſubſtantia, quam materia quia compoſitum & eſt ſeparabile, & eſt hoc aliquid. Forma autē & ſi non ſit ſeparabilis, & hoc aliquid, tamen per ipſam compoſitum fit ens actu, ut ſic poſſit eſſe ſeparabile, & hoc aliqd. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quomodo ſit procedendum circa partes huius diuiſionis ſubſtantiæ, quam proſecutus eſt, prout ſcilicet diuiditur in materiam, & in formam, & compoſitum: & dicit. quod licet tam ſpecies, quam compoſitum ſit magis ſubſtantia, quam materia, tamen ad præſens dimittenda eſt ſubſtantia, quæ [ex ambobus compoſita] ſcilicet ex materia, & forma. Et hoc propter duas rationes. Vna ratio eſt, quia ipſa eſt poſterior ſecundum naturam utraque, i. ꝙ materia & quam forma, ſicut compoſitum eſt poſterius ſimplicibus, ex quibus componitur. Et ideo cognitio materię, & formæ præcedit cognitionem ſubſtantiæ compoſitæ. Alia ratio eſt, quia huiuſmodi ſubſtātia [eſt aperta] ideſt manifeſta, cum ſenſui ſubiaceat. & ideo circa eius cognitionem non oportet immorari. Materia autem licet, non ſit poſterior, ſed quodammodo prior, tamen aliqualiter eſt manifeſta. Dicit autem [aliqualiter] quia ſecundum eſſentiam ſuam non habet unde cognoſcatur, cum cognitionis principiū ſit forma. cognoſcitur autem per quandam ſimilitudinem proportionis. Nam ſicut huiuſmodi ſubſtantiæ ſenſibiles ſe habēt ad formas artificiales, ut lignum ad formam ſcamni, ita prima

A materia ſe habet ad formas ſenſibiles. Propter quod dicitur primo Phyſic. quod materia prima eſt ſcibilis ſecundum analogiam. & ideo reſtat de tertia perſcrutandum, ſ. de forma, quia iſta eſt maxime dubitabilis. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit modum, & ordinem, & quomodo procedendum ſit circa partes tertię diuiſionis ſubſtātiæ, prout ſubſtantia ſcilicet diuiditur in ſubſtantias ſenſibiles, & inſenſibiles. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit, ꝙ de ſubſtantiis ſenſibilibus prius eſt agendum, quia huiuſmodi ſubſtantiæ ſenſibiles ſunt conceſſæ apud oēs. oēs.n. cōfitentur qualdā ſenſibiles eſſe ſubſtantias. Subſtantias autem non ſenſibiles non omnes confitētur. vnde prius quærendum eſt de ſubſtantiis ſenſibilib⁹, ſicut de notioribus. Secundo ibi.

i ¶ Oſtendit qd de ſubſtantiis ſenſibilibus ſit determinandum, & dicit, quod cum prius diuiſum ſit, quot modis dicatur ſubſtantia, inter iſtos modos vn⁹ modus eſt, prout quod quiderat eſſe, ideſt qdditas, & eſſentia rei dicitur ſubſtantia. vnde ſpeculandum eſt de iſta primo, oſtendendo, ſ. quidditates ſubſtantiarum ſenſibilium. Tertio ibi.

K ¶ Aſsignat rationem præmiſſi ordinis, & dicit, quod ideo prius dicendū eſt de eſſentiis ſubſtantiarum ſenſibilium, quia hoc eſt [præopere] i. ante opus ſicut præparatoriū, & neceſſarium ad opus, vt ex his ſubſtātiis ſenſibilib. quæ ſunt magis manifeſtæ quo ad nos, tranſeamus ad illud, qd [eſt notius ſimpliciter, & ſecundum naturam] ideſt ad ſubſtantias intelligibiles, de quibus principaliter intendimus. Ita enim fit diſciplina in omnibus rebus, ſiue omnibus hominibus, per ea, quæ ſunt minus nota ſecundum naturam, procedendo ad ea, quæ ſunt magis nota ſm naturam. Cum enim omnis diſciplina fiat per ea, quę ſunt magis nota addiſcēti, quem oportet aliqua præcognoſcere ad hoc vt addiſcat, oportet diſciplinam noſtram procedere per ea, quę ſunt magis nota quo ad nos, quæ ſunt ſępe minus nota ſecundum naturam, ad ea, quæ ſunt notiora ſecundum naturam, nobis autem minus nota. Nobis enim, quorum cognitio a ſenſu incipit, ſunt notiora, quæ ſunt ſenſui propinquiora. ſecundum autem naturam ſunt notiora, quę ex ſui natura ſunt magis cognoſcibilia. & hæc ſunt, q ſunt magis entia, & magis actualia, quæ quidem ſunt remota a ſenſu. Formæ autem ſenſibiles ſunt formæ in materia. & ideo in diſciplinis oportet procedere ea minus notis ſecundum naturam, ad magis nota. [Et hoc opus eſt] ideſt neceſſarium eſt hoc facere [ſicut in actibus] hoc eſt in artibus, vel potentiis actiuis, in quibus [ex bonis vniuſcuiuſque,] ideſt ex his, quæ ſunt bona illi, & illi, fiunt ea quæ totaliter [ſunt] ideſt vniuerſaliter bona, & per conſequens vnicuique bona. Militaris enim peruenit ad victoriam totius exercitus, quę eſt quoddam bonum commune ex ſingularibus victoriis huius, & illius. Et ſimiliter ædificatiua ex compoſitione horum lapidum, & illorum peruenit ad conſtitutionem totius domus. Et ſimiliter oportet in ſpeculatiuis ex his, quæ ſunt notiora ipſi, ſcilicet addiſcenti, peruenire oportet ad ea, quæ ſunt naturæ nota, quæ etiam ſiunt ultimo ipſi addiſcenti nota.

E

hoc

hoc autem non eſt propter hoc, quod illa, quę ſunt magis nota, quia illa, quæ ſunt [ſingulis nota] ideſt quo ad hunc & illu, & prima in cognitione eorum, ſunt multoties debiliter nota ſecundum naturam. Et hoc ideo, quia parum uel nihil habent de entitate. Secundum enim quod aliquid eſt ens, ſecundum hoc, eſt cognoſcibile. Sicut patet, quod accidentia & motus, & priuationes parum, aut nihil habent de entitate, & tamen iſta ſunt magis nota quo ad nos, quam ſubſtantię rerum, quia ſunt uiciniora ſenſui, cũ per ſe cadãt ſub ſenſu, quaſi ſenſibilia ꝓpria, vel communia. Formę autẽ ſubſtantiales per accidens.

Tex. cõ. 11. par. 1. Dicit autem [multoties] quia quandoq; eadem ſunt magis nota, & quo ad naturam, & ſecundum nos, ſicut in mathematicis, quæ abſtrahunt a materia ſenſibili, & ideo ibi ſẽper proceditur a notioribus ſecundum naturam, quia eadẽ

par. 2. ſunt notiora quo ad nos. Et licet illa, quę magis ſũt nota quo ad nos, ſint debiliter nota ſecundum naturam, tamen ex huiuſmodi male notis ſecundum naturam, quę tamen ſunt magis noſcibilia ipſi diſcenti, tentandũ eſt cognoſcere illa, quę ſunt [omnino] ideſt uniuerſaliter, & perfecte cognoſcibilia, procederes ad ea cognoſcẽda ꝑ hæc ipſa, quæ ſunt debiliter nota ſecundum ſe, ſicut iam dictum eſt.

nota & prima, multoties debiliter nota, & parum, aut nihil entis habent. Attamen ex male quidem noſcibilibus, ipſi autem noſcibilibus, quæ omnino noſcibilia, noſcere tentandum, procedentes, ſicut dictum eſt, ꝑ hæc ipſa.

E *& parum, aut nihil entis participant, attamen ex eis, quæ parum nota, ſibi tamen nota ſunt, conandum eſt cognoſcere, quę ſimpliciter nota ſunt, per hæc ipſa, vt dictum eſt, tranſcendentibus.*

G

LECTIO III.

AT primo dicemus quædã de eo logice. Quod eſt qđ quiderateſſe, unumquodque q̃ dicitur ſecundum ſe. Nõ enim eſt tibi eſſe, muſicum eſſe, non enim ſecundum teipſum es muſicus. Quod ergo dicitur ſecundum teipſum.

LECTIO III.

AT primo, quædam de eo logice dicamus, quòd illud eſt, quodquid erat eſſe vnumquodque, quod ſecundum ſe dicitur. Etenim tibi eſſe, non eſt muſicum eſſe. non enim ſecundum te ipſum muſicus es. quod ergo ſecundum teipſum.

b Neque etiam hoc omne. non enim quod ita ſecundum ſe, ut ſuperficiei album; quia non eſt ſuperficiei eſſe, album eſſe. At uero neque quod eſt ex utriſque, ut ſuperficiei albæ eſſe. Quare quia adeſt ei hoc. In qua igitur non inerit ratione ipſum dicente ipſum, hęc ratio eius quodquiderateſſe ſingulis. quale, ſuperficiei albæ eſſe, eſt ſuperficiei eſſe, ſemper albo & læui eſſe. idem erit & unum.

H *Nec tamen hoc totum. nec enim illud, quod ita ſecundum ſe eſt, vt ſuperficies alba: quoniam ſuperficiei eſſe, non eſt albo eſſe. Quare, quoniam hæc ineſt. In quo ergo ratione ipſum dicente non inerit ipſum, hęc ratio ipſius quid erat eſſe cuique: quare; ſi ſuperficiei albæ eſſe eſt ſuperficiei læui eſſe, albo & læui eſſe vnum & idem eſt.*

LECTIO III.

a POſtquam determinauit Philoſophus ordinem procedendi circa ſubſtantias, hic incipit determinare de ſubſtantiis ſenſibilibus, ſicut prædixerat: & diuiditur in duas partes. In prima determinat de eſſentia ſubſtantiarum ſenſibilium per rationes logicas, & communes. In ſecunda per principia ſubſtantiarum ſenſibilium in Octauo li. ibi: [Ex his itaq; dictis ſyllogizare oportet.] Prima pars diuiditur in duas. In prima oſtendit cuiuſmodi ſit eſſentia ſubſtantiarum ſenſibilium. In ſecunda oſtendit, quod huiuſmodi eſſentia habet rationem principii, & cauſę, ibi: [Quod autem oportet.] Prima autem pars diuiditur in partes duas.

Infr. lib. 8. Lect. 1.

Infr. lect. 13.

In prima, determinat de eſſentia ſubſtantiarum ſenſibilium. In ſecunda, oſtendit uniuerſalia non eſſe ſubſtantias rerũ ſenſibilium, ut quidam dicebant, ibi: [Quoniam uero de ſubſtantia perſcrutatur.] Prima autem pars diuiditur in duas. In prima, oſtendit cuiuſmodi ſit ſubſtantia rerum ſenſibilium. In ſecunda, ex quibus conſtituatur, ſicut ex partibus, ibi: [Quoniam uero diffinitio ratio eſt.] Prima diuiditur in duas. In prima, inquirit cuiuſmodi ſenſibilium ſit eſſentia ſubſtantiarum. In ſecunda inquirit cauſam generationis earũ, ibi: [Eorum autem, quæ ſunt alia natura.] Prima diuiditur in duas. In prima, oſtendit quid ſit eſſentia rerum ſenſibilium. In ſecunda, qualiter ſe habeat ad ipſa ſenſibilia, utrum ſcilicet ut idẽ, vel ut diuerſum, ibi: [Vtrum autem idem:] Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit, quid eſt quodquiderateſſe. Secundo, quorum eſt, ibi: [Quoniam uero ſunt & ſecundum alias.] Circa primum duo facit. Primo remouet ab eo quodquiderateſſe prædicata ꝑ accidens. Secundo, ea, quę prędicantur per ſe, ſicut proprie paſſiones de ſubiecto, ibi: [Neque etiam hoc &c.] Dicit ergo primo, quod de ſubſtantiis ſenſibilibus primo dicendum eſt, & oſtendendum eſt in eis quodquiderat eſſe. Ideo primum dicemus de eo, quod eſt quod quid erat eſſe quędam logice. Sicut enim ſupradictum eſt, hæc ſcientia habet quandam affinitatẽ cum logica propter vtriuſq; communitatem. Et ideo modus logicus huic ſcientiæ proprius eſt, & ab eo conuenienter incipit. Magis autem logice dicit ſe de eo quodquid eſt dicturum, inquantum inuelligat quid ſit quodquid erat eſſe ex modo prędicandi. hoc enim ad logicum ꝓprie pertinet. Hoc autem primo ſciendum eſt de eo quodquiderat eſſe, quod oportet, quòd prędicetur ſecundũ ſe. Illa.n. quę prędicantur de aliquo per accidẽs, nõ pertinent ad quod quid erat eſſe illi. hoc enim intelligimus per quodquid erat eſſe alicui, qđ conuenienter reſpõderi poteſt ad quęſtionem de eo factã per quid eſt. Cum autẽ de aliquo quęrimus quid eſt, non poſſumus conuenienter reſpõdere ad ea, quę inſunt ei per accidens. Sicut cũ quęrit: quid eſt homo, non poteſt reſpondere, quod ſit albus, vel ſedens, vel muſicus. Et ideo nihil eorum, q̃ prędicantur per accidens de aliquo, pertinẽt ad quodquid erat eſſe illius rei. Non.n. muſicum eſt tibi eſſe. Sed dum autẽ eſt, quod in omnibus ſequentibus per hoc, quod dicit, Hoc eſſe, vel Huic eẽ, intelligit quodquid erat eſſe illius rei, ſicut homini eſſe, vel hominem eſſe, intelligit id, quod pertinet ad quodquid eſt homo. Quod eſt autem [muſicum eſſe] .i. hoc ipſum quodquideſt muſicus, nõ pertinet ad hoc quodquid es tu. Si.n. quæratur: tu quid ſis, nõ poteſt reſpõderi, q̃ tu ſis muſicus. & ideo ſequit, q̃ muſicũ eſſe, nõ eſt tibi eſſe quia ea, quę pertinent ad quidditatẽ muſici, ſunt extra q̃dditatẽ tuam, licet muſicus de te prędicetur. Et hoc ideo, quia [tu non ſecundũ te ipſum es muſicus,] .i. quia muſicũ non prædicatur de te per ſe, ſed per accidẽs. Illud ergo pertinet ad quodquideſt tui, quod tu es [ſecundum teipſum] .i. quia de te prędicatur per ſe, & nõ per accidens: ſicut de te prędicatur ꝑ ſe homo, animal, ſubſtantia, rationale, ſenſibile, & alia huiuſmodi, quæ omnia pertinent ad quodquid eſt tui. Deinde cum dicit,

b ¶ Excludit ab eo, quod eſt quid eſt, quod prędicatur ſecundum ſe, ſicut paſſiones de ſubiectis dicẽs; neq; etiã hoc omne quod ꝓdicatur ſecundũ ſe de aliquo, pertinet ad hoc quoquid erat eſſe eius. Prædicatur.n. per ſe paſſio de proprio ſubiecto, ſicut color de ſuperficie, nõ tñ quodquid erat eſſe eſt, quod ita ineſt alicui ſecũdum ſe, ſicut ſuperficiei ineſt album, quia non ſuperficiei eſſe, eſt [album eſſe] .i. hoc ipſum quodquid eſt ſuperficies, eſt quodquid eſt album. Alia.n. eſt quidditas ſuperficiei, & albedinis. & non ſolum hoc quod eſt eſſe album, non eſt quodquid eſt ſuperficiei, ſed nec ipſum compoſitum ex vtriſque, .i. ſuperficie, & albedine, quod eſt eſſe ſuperficiẽ albã, vel eſſe ſuperficiei albæ. Quidditas.n. vel eſſentia ſuperficiei albę, non eſt quidditas, vel eſſentia ſuperficiei. Et ſi quę ratur; quare? Reſpõderi poteſt [quia hoc adeſt ei] .i. quia cum dico ſuperficiem albã, dicitur aliquid quod adhęret ſuperficiei tãquã extrinſecum, & nõ tãquã intrans eſſentiam eius. Vnde hoc totum, quod eſt ſuperficies alba, non eſt de eſſentia ſuperficiei. Prędicantur autẽ paſſiones de propriis ſubiectis ea ratione, quia propria ſubiecta in earũ diffinitionibus ponuntur, ſicut naſus ponitur in diffinitione ſimi, & numerus in diffinitione paris. Quędam vero ita prædicãtur per ſe, quòd ſubiecta in eorum diffinitionibus nõ ponuntur, ſicut animal per ſe de homine, nec homo ponitur

Infr. le. 17.

Infr. le. 9.

Inf. le. 6.

Infr. le. 5.

Infr. hac le. par. 3.

par. ſeq. Super tex. 8. par. 2.

I

K

In diffinitione animalis. Cum ergo ea, quæ prædicantur per accidens, non pertineant ad quodquid eſt, nec illa quæ prædicantur per ſe, in quorum diffinitionibus ponuntur ſubiecta, relinquitur quod illa pertineant ad quodquideſt, in quorum diffinitionibus non ponuntur ſubiecta. Et ideo concludit dicens, quod hæc erit ratio i ſingulis quodquid erat eſſe, in qua ratione [dicente ipſū] ideſt, deſcribente p̄dicatum [non inerit ipſum] ideſt ſubiectum, ſicut in ratione animalis nō ineſt homo. Vnde animal pertinet ad quodqd eſt homo. Probat autem deducēdo ad inconueniens, quod ea quæ prædicantur per ſe de aliquo, ſicut propria paſſio de ſubiecto, nō pertineant ad quodqd eſt. Contingit enim de eodem ſubiecto plures paſſiones diuerſas per ſe prędicari, ſicut per ſe prædicatur propria paſſio, colorarum & aſperum & lene, quæ ſunt paſſiones ſuperficiei. Eiuſdem autem rationis eſt omnia huiuſmodi prædicata ad quodquid eſt ſubiecti pertinere. Ergo, ſi albedo pertinet ad quodqd eſt ſuperficiei, pari ratione & lenitas. Quæ autem vni, & eidem ſunt eadem, ſibijnuicem ſunt eadem. [Quare, ſi ſuperficiei album eſſe, eſt ſuperficiei eſſe ſemper], i. ſi ſemper & vniuerſaliter hoc verum eſt, ꝙ quidditas propriæ paſſionis ſit idē cum quidditate proprij ſubiecti, ſequitur ꝙ albo eſſe & leni eſſe, ſit [idē & vnum] ideſt ꝙ quidditas albedinis & lenitas ſit vna & eadem. hoc autē patet falſum eſſe.

Tex.co.12. part.1.

c Quoniam vero ſunt, & ſecūdum alias categorias compoſita, (eſt enim aliquid ſubiectum cuique; vt quantitati, & qualitati, & quando, & vbi, & motui.) Perſcrutandum ergo, ſi eſt ratio eius quodquid eratesse cuiuſq; ipſorū, & ineſt his ipſum quodquideratesse, vt albo homini quodquiderat albo homini: ſit nanque nomē ipſi veſtis; quod eſt veſti eſſe.

d At vero ſecundum ſe dictorum, nec hoc. Aut ipſum non ſecundum ſe dicitur dupliciter. & huius eſt aliquod quidem ex additione, illud vero non. Hoc quidem enim ex eo dicitur qđ diffinitur; quod ipſum alij additur. vt ſi albo eſſe diffiniens, dicat albi hominis rationem. Hoc autem eo ꝙ aliud ipſi. vt ſi ſignificat veſtis album hominem, diffiniat veſtem, vt album. Albus itaque homo eſt quid albū, non tamē quodquideratesse albo eſſe, ſed veſti eſſe. Ergo eſt quodquideratesse aliquid, aut totaliter, aut non. Quod quidem eſt quodquideratesse, eſt id ꝙ aliquid erat eſſe. Quādo vero aliud de alio dicit, non eſt quod quidem aliquid hoc aliud; vt albus homo, non eſt quod vere hoc aliquid; ſiquidem eſſe hoc, ſubſtantiis ſolum ineſt.

Te.com. 13.

Quare quodquideratesse eſt quorumcunque ratio eſt diffinitio. Diffinitio vero eſt, nō ſi nomen rationi idem ſignificet. (omnes enim eſſent rationes

Relinquitur ergo ꝙ quid erat eſſe propriæ paſſionis, & ſubiecti, non eſt idem & vnum. Deinde cum dicit.

par.ſeq. e ¶ Inquit, quorum ſit quodquideratesse, & primo mouet quæſtionem. Secundo ſoluit eam, ibi: [At vero ſecundum ſe dictorum.] Dicit ergo primo, quod ſunt quædam compoſita in alijs prędicamentis, & non ſolum in ſubſtantia. Quod quidem dicit propter hoc. quod ſubſtantiarum ſenſibilium, quę ſunt compoſitę, quidditatem loquitur. Sicut enim in ſubſtantiis ſenſibilibus compoſitis eſt materia, quę ſubiicitur formę ſubſtantiali, ita etiam alia prędicamenta habent ſuum ſubiectum. Eſt enim aliquod ſubiectum vnicuique eorum, ſicut qualitati, & quantitati & quando, & vbi, & motui, ſub quo cōprehenditur agere & pati. Vnde ſicut quoddam compoſitum eſt ignis ex materia & forma ſubſtantiali, ita eſt quędam compoſitio ex ſubſtantia & accidentibus. Et ideo perſcrutandum eſt cum aliqua ſit diffinitio ſubſtantiarum compoſitarū ex formis & materiis, ſi etiam cuiuſcunque iſtorum compoſitorum ex accidentibus & ſubiectis [eſt ratio eius quodquideratesse] ideſt, ſi habent diffinitionem, quę eſt ratio ſignificās quodquid erat eſſe. Et iterum ſi eſt in eis [hoc ipſum quodquideratesse] quod ſignificat diffinitio, ideſt, ſi habent aliquam quidditatem ſiue aliquid, quod poteſt reſponderi ad quid. Sicut hoc ipſum quod eſt albus homo, eſt quoddam compoſitum ex ſubiecto & accidente, utrum ſ. albo homini ſit quod quodquideratesse ei, inquantum huiuſmodi. Et quia forte aliquis poſſet dicere, ꝙ albus homo ſunt duæ res & non una, ideo ſubiungit, ꝙ hoc ipſum quod dico, albus homo, habeat unum nomen, quod cauſa exempli ſit veſtis. Et tunc quæſtio erit de illo uno, ſ. de veſte, utrum habeat quod quid eſt, ut poſſim dicere, quid eſt veſtem eſſe? Tunc. n. ſicut hoc nomen hō, ſignificat aliqd compoſitum. ſ. animal rationale, ita & ueſtis ſignificat aliquid compoſitū ſcilicet hominem album. Et ita, ſicut homo habet diffinitionem, ita veſtis poterit habere diffinitionem, ſicut uidetur. Deinde cum dicit.

Cum autem ſecundum cætera quoque prædicamenta compoſita ſint (eſt etenim aliquod ſubiectum cuique, ut qualitati, & quantitati, & quando, & ubi, & motus) perſcrutandum eſt, utrum eſt ratio ipſius quiderat eſſe cuique horum: & utrum ineſt etiam his ipſum quid erat, ut homini albo quid erat albo homini; ſit autem nomen eius ueſtis, quid eſt ueſti eſſe?

At uero, nec hoc eorum eſt, quæ ſecundum ſe dicuntur. An hoc, non ſecū dum ſe, dupliciter, dicitur. & huius eſt hoc quidē ex additione, iſtud uero non. Hoc enim dicitur, eo quod ipſum, quod definitur, alteri adijcitur. utputa, ſi albo eſſe definiens, dicit albi hominis rationem. Iſtud uero, eo quod aliud ipſi, ut ſi ueſtis album hominem ſignificat, ille uero definiat ueſtem ut albū. quod autem eſt albus homo, eſt album quidem, non tamen quid erat eſſe albo homini, ſed ueſti eſſe. Utrum eſt quod quid erat eſſe aliquod, aut ſimpliciter, an non? ipſum enim quodquideratesse eſt ipſum quid erat eſſe. cum uero aliud de alio dicatur, nō eſt ipſum quod quid, ſi ipſum quidem quod quid ſubſtantijs ſolis ineſt.

Quare, quodquideratesse illorum eſt, quorumcunque ratio eſt definitio. Definitio autem eſt, non ſi nomen idem, quod oratio ſignificet (omnes etenim ſermones definitiones

d ¶ Soluit p̄dictā quæſtionē & diuidit hæc pars i duas partes, ſecundū qđ duas ponit ſolutiones. Secūda pars incipit, ibi: [Aut & diffinitio ſicut & qđqd.] Le.ſe.par.1. Dicit ergo primo, ꝙ hoc ipſum quod dico albus homo, ſiue veſtis, quæ hoc ponitur ſignificare, nō eſt aliquod eorū quæ dicitur ſecūdum ſe, immo eſt aliquid eorum, quæ dicūtur per accñs. Hoc. n. ꝙ eſt homo albus, eſt unum per accidens, & nō per ſe, ut ſuperius eſt habitum. Quod autē aliquid dicatur, 1 eſt. c. Tex.com.7. alteri eſſe unum per accidens & nō ſecundum ſe, dupliciter dr, uno modo dr per accidēs, hō eſt albus: & alio modo album eſt homo. horum. n. aliud quidēm eſt ex additione aliud vero non. In diffinitione. n. hominis non eſt neceſſariū, ꝙ addatur diffinitio albi, uel nomē eius. In diffinitione vero albi, neceſſe eſt ꝙ ponatur homo, uel nomen hominis, uel eius diffinitio, ſi homo proprium ſubiectum eius eſt, vel aliquid aliud quod eſt eius proprium ſubiectum. Et ideo ad hoc exponendum ſubiungit, ꝙ illorum duorum, quæ dicuntur non ſecundum ſe, unum adiungitur alteri, eo quod ipſum accidens additur ſ. ſubiecto, ꝙ in accidentis diffinitione ponitur, cū diffinitur. Sicut ſi aliquis diffiniat album, oportet ꝙ dicat rationem hominis albi, quia oportet ꝙ in diffinitione accidentis ponatur ſubiectum. & tunc diffinitio cōplectitur hoīem albū. & ſic erit quaſi rō hominis albi & nō albi tm. & hoc intelligendū eſt, ut dictū eſt, ſi hō ſit proprium & per ſe ſubiectū albi. hoc aūt adiungitur alteri per accidens, nō quia ipſum ponatur in diffinitione alterius, ſed quia aliud apponitur ipſi in ſua diffinitione: ſicut album adiūgitur homini per accidens, non quod ponatur in diffinitione hominis ſed quia homo ponitur in diffinitione eius. Vnde, ſi hoc nomen, veſtis, ſignificat hoīem albū, ſicut poſitū eſt, oportet ꝙ ille, qui diffinit ueſtem, eodem modo diffiniat ueſtem, ſicut diffinitur album. nam ſicut in diffinitione veſtis oportet quod ponatur & homo. & album, ita in diffinitione albi oportet quod ponatur utrumq;. itaq; ex dictis patet, ꝙ album p̄dicatur de hoīe albo. hęc. n. eſt uera, albus hō eſt albus, & contrario. Tamen hoc ipſum, quod eſt, album eſſe hominem, non eſt

termini. Erit enim nomē quod cuilibet rationi idem. Quare, & Ilias diffinitio erit, ſed ſi primi alicuius fuerit. Talia uero ſunt quæcunque dicunt, nō eo ꝙ aliud de alio dicatur. Non erit igitur non generis ſpecierum exiſtens quodquiderat eſſe, ſed his ſolum. hęc nanque uidetur non ſm participationem dici, & paſſionem, nec ut accidens. Sed ratio quidē erit cuiuslibet, & aliorum quid ſignificat ſi eſt nomē, quia hoc huic ineſt, aut pro ſermone ſimplici certior. Diffinitio uero non erit, nec quodquid erat eſſe.

eſſent. erit nanque nomen idem cuicunque ſermoni. quare & Ilias definitio erit, ſed ſi primi alicuius ſit. talia uero ſunt, quæcunque dicuntur, non eo quod aliud de alio dicatur. Non ergo ulli eorum, quę non ſunt ſpecies generis, inerit quod quid erat eſſe, ſed his ſolum. hęc enim uidentur non ſecuncundum participationem, & paſſionem, nec ut accidens dici. G *Sed oratio quidem cuiuſque etiam aliorum erit quid ſignificat, ſi nomen ſit, quod hóc huic ineſt, aut pro ſimplici oratione certior. definitio uero non erit, neque quodquideratеſſe.*

LECTIO IIII.

AVt & diffinitio ſicut, & quodquid eſt multipliciter dicitur. Etenim quod quid eſt, uno mō ſignificat ſubſtantiam & hoc aliquid: alio uero modo quodcunque prædicamentorum, quātitatē & qualitatem, & alia quæcunque talia. Sicut enim ens exiſtit in omnibus, ſed non ſimiliter, ſed

LECTIO IIII.

AN definitio quoque ut et ipſum quid eſt, multipliciter dicitur. H *Etenim ipſum quid eſt, uno quidem modo ſubſtantiam et quod quid ſignificat, alio uero ſingula eorum, quæ prędicantur, quantitatem, qualitatem, et quęcunque cętera talia ſunt. Quemadmodum enim et ipſum eſt, ineſt quidem omnibus, non tamen ſimiliter, ſed huic quidem*

eſt quodquideratеſſe albo. Sed neque veſti, quæ ſignificat compoſitum hoc, quod eſt albus homo, ut dictum eſt. Sic igitur patet, quod non poteſt eſſe idem quodquideratеſſe eius quod eſt album, & eius quod eſt albus homo, ſiue ueſtis, per hoc quod album etiam ſi prædicetur de albo homine, non tamen eſt qđ quideſt eſſe eius. Itē patet, quod ſi albū habet quodquiderat eſſe & diffinitionē, non hēt aliam quā illā, quæ eſt albi hominis, quia cum in diffinitione accidentis ponaẗ ſubiectū, oportet ꝙ hoc mō diffiniatur album, ſicut albus homo, ut dictū eſt. & hoc ſic patet, quia hoc quod eſt album, nō habet quod quid erat eē, ſed ſolū hoc, de quo dicitur, ſcilicet homo, vel homo alb9. Et hoc eſt quod dicit. [Ergo eſt quodquiderat eſſe aliquid aut totaliter aut nō] ideſt ergo ex prædictis ſequitur, quod qđquiderateſſe nō eſt niſi eius quod eſt aliquid, ſiue illud [aliqd ſit totaliter] ideſt compoſitū ut homo albus, ſiue nō totaliter, ut homo. Album autem non ſignificat aliqd, ſed quale. Et quod id qđquiderateſſe non ſit niſi eius quod eſt aliqd, ex hoc patet, quod quidem quidcrateſſe, eſt quod aliquid erat eſſe. Eſſe.n. quid, ſignificat eſſe aliquid. Vnde illa quæ non ſignificant aliquid, non habent quodquiderateſſe. Sed quando aliquid de aliquo dicitur, ut accidens de ſubiecto, non eſt hoc aliquid: ſicut cum dico, homo eſt albus, non ſignificatur quod ſit hoc aliquid, ſed quod ſit quale. Eſſe enim hoc aliquid, conuenit ſolis ſubſtantiis. Et ita patet quod album & ſimilia non poſſunt habere quodquiderat eſſe. Sed quia aliquis poſſet dicere, quod ſicut inueniuntur aliquæ rationes nominum ſignificantium ſubſtantiam, ita inueniuntur aliquæ rationes nominum ſignificantium accidentia, ideo concludit, quod quodquiderateſſe, non eſt omnium quæ habent qualemcunque rationem nominis autem nomen, ſed eorum ſolum, quorum ratio eſt diffinitio. Ratio autem alicuius diffinitiua non eſt ſolum, ſi ſit talis ratio, quæ ſignificat idem cum nomine, ſicut hoc quod dico armagerens, ſignificat idē cum armigero. quia ſic ſequeretur, quod omnes rationes eſſent [termini] ideſt diffinitiones. Poteſt enim poni cuilibet rationi nomen, ſicut poteſt poni huic rationi, quod eſt homo ambulans, uel homo ſcribens: nec tamen pp hæc ſequitur, quod illa ſint diffinitiones, quia ſecundum hoc ſequeretur quod [etiam Ilias] id eſt poema factum de bello Troiano, eſſet una diffinitio. Eſt enim totum illud poema una ratio exponens bellum Troianum. Patet igitur, quod non quæcunque ratio ſignificans idem cum nomine, eſt eius diffinitio, ſed ſolum eſt diffinitio ſi [fuerit alicuius primi] ideſt ſi ſignificet aliquid p ſe dictum. Hoc enim eſt primum in prædicationib. quod per ſe prædicatur. Talia uero, ſ. prima ſunt quæcunque prædicantur per ſe, & non quia aliud de alio dicitur: ſicut album prædicatur de homine non per ſe, quaſi ſit idem quod album & qđ homo, ſed prædicantur de ſe inuicem per accidens.

Animal uero prædicatur de homine per ſe. & ſimiliter rōnale de animali. & ideo hoc ꝙ dico animal rationale, diffinitio eſt hominis. Sic ergo patet, ꝙ quodquiderateſſe, non erit alicuius, quod non ſit de numero ſpecierum alicuius generis, ſed [ſolum his] ideſt ſolum ſpecieb. Species enim ſola diffinitur, cum omnis diffinitio ſit ex genere & differentiis. Illud autem, quod ſub genere continetur, & differentiis conſtituitur, eſt ſpecies. & ideo ſolius ſpeciei eſt diffinitio. Solæ enim ſpecies uidētur dici non ſecundum participationem, & paſſionem, nec ut

F accidens. In quo remouet tria; quę uidentur impedire, quod aliquid non diffiniatur per aliquod genus. Primo nanque ea, de quibus genus prædicatur ſecundum participationem, non poſſunt diffiniri p illud genus, niſi ſit de eſſentia illius diffiniti. Sicut ferrum ignitum, de quo ignis per participationem prædicatur, non diffinitur per ignem, ſicut p genus, quia ferrum nō eſt p eſſentiā ſuā ignis, ſed participat aliquid eius. Genus autem non prædicaẗ de ſpecieb. per participationem, ſed per eſſentiam. Hō enim eſt animal eſſentialiter, non ſolū aliquid animalis participans. Homo enim eſt quod uerum eſt animal. Item ſubiecta prædicantur de proprijs paſſionibus, ſicut naſus de ſimo, & tamen eſſentia naſi non eſt eſſentia ſimi. Species enim non ſe habent ad genus ſicut propria generis paſſio, ſed ſicut id, quod eſt per eſſentiam idem generi. Poteſt etiam album prædicari de homine p accidens, nec eſſentia hominis eſt eſſentia albi, ſicut eſſentia generis eſt eſſentia ſpēi. Vnde uidetur, quod ſola rō ſpeciei, quę ex genere & differentiis conſtituitur, ſit diffinitio. ſed in alijs quidem ſi eſt eis nomen poſitum, poteſt eſſe ratio declarans quid ſignificat nomen. Quod quidem contingit dupliciter. uno modo ſicut quando nomen minus notum manifeſtatur per magis notū, quod de eo prædicatur, ut ſi hoc nomen philoſophia, notificetur per hoc nomen ſapientia. Et hoc eſt quod dicit. [Quo hoc autem huic ineſt] ſcilicet quando ratio exponens nomen accipitur ab aliquo nomine notiori, quod prædicatur de eo. Alio modo, quando accipitur ad expoſitionem nominis ſimplicis aliqua oratio omnino, ſicut ſi ad exponendum hoc nomen Philoſophus, accipitur hæc oratio, amator ſapientiæ. Et hoc eſt quod dicit. [Aut pro ſermone ſimplici] quaſi ad expoſitionem huius ſimplicis dictionis, certior oratio accipitur. Tamen talis ratio non erit diffinitio, neque id quod per eam ſignificatur, erit quodquiderat eſſe.

LECTIO IIII.

HIc ponit ſecundam ſolutionem propoſitæ quæſtionis, & circa hoc tria facit. Primo ponit ſolutionem. Secundo probat eam ibi. [Illud autem palam &c.] Tertio remouet quaſdam dubitationes, quę poſſent ex prædictis oriri. ibi. [Habet autem dubitationē.] Circa primum duo facit. Primo oſ-

K dit quomodo diffinitio & quodquideſt inueniuntur in ſubſtantia & accidentibus. Secundo quomodo de utriſque prædicetur, ibi [Oportet quidem igitur intendere.] Dicit ergo primo, ꝙ dicendum eſt, ſicut in prædicta ſolutione eſt dictum, quòd qđ quid eſt, & diffinitio non ſit accidentium, ſed ſubſtantiarum: aut oportet ſecundum alium modum ſoluendi dicere, quod diffinitio dicitur multipliciter, ſicut & quodquideſt.

Ipſum enim quodquideſt, uno modo ſignificat ſubſtantiam, & hoc aliquid: alio modo ſignificat ſingula aliorum prædicamentorum, ſicut qualitatem & quantitatem & alia huiuſmodi talia. Sicut autem ens prædicatur de omnibus prædicamentis, non autem ſimiliter, ſed primum de ſubſtantia, & per poſterius de alijs prædicamentis, ita & quodquideſt, ſimpliciter conuenit ſubſtantiæ [alijs autem alio modo,] ideſt ſecundum quid. Quod enim [aliquo modo,] ideſt ſecundum quid

alijs

alijs conueniat quid eſt, ex hoc patet, quòd in ſingulis prædicamentis reſpondetur aliquid ad quæſtionem factam per quid. Interrogamus enim [de quali, ſiue qualitate, q̃d eſt] ſicut quid eſt albedo, & reſpondemus quòd eſt color. Vnde patet, quòd qualitas eſt de numero eorum, in quibus eſt quodquideſt: non tamen ſimpliciter in qualitate eſt quid eſt, ſed quid eſt qualitatis. Cum enim quæro: quid eſt homo, & reſpondetur animal, ly animal, quia eſt in
par. 6. genere ſubſtantiæ, non ſolum dicit quid eſt homo, ſed etiam abſolute ſignificat quid, ideſt ſubſtantiam. Sed cum quæritur: quid eſt albedo, & reſpondetur color, licet ſignificet quid eſt albedo, non tamen abſolute ſignificat quid, ſed quale. Et ideo qualitas non habet quid ſimpliciter, ſed ſecundum quid: inuenitur enim in qualitate q̃d huiuſmodi: vt cum dicimus, quòd color, eſt quid albedinis. Et hoc quid, magis eſt ſubſtantiale quam ſubſtantia. Propter hoc enim quod omnia alia prædicamenta habent rationem entis a ſubſtãtia, ideo modus entitatis ſubſtantiæ ſcilicet eſſe quid, participatur ſe-
Tex. c. 16. part. 3. cundum quandam ſimilitudinem proportionis in omnibus alijs prædicamentis, vt dicamus, quòd ſicut animal eſt quid hominis, ita color albedinis & numerus dualitatis: & ita dicimus qualitatē habere quid non ſimpliciter, ſed huius. Sicut aliqui dicunt logice de non ente loquentes, non ens eſt non quia non ens ſit ſimpliciter, ſed quia non ens, eſt non ens, & ſimpliciter qualitas non habet quid ſimpliciter, ſed quid qualitatis. Deinde cum dicit.

b Oportet quidem igitur intendere q̃uo oportet dicere circa vnumquodque, non tamen magis quàm quomodo habet. Quapropter & nunc quoniam, quod dicit̃ manifeſtũ & quodquideratesse ſimiliter inerit, primum quidē & ſimpliciter ſubſtantiæ, deinde alijs, quemadmodum, quid eſt, non ſimpliciter quideratesse, ſed qualitati, aut quantitati, quideratesse. Oportet enim aut æquiuoce hoc dicere eſſe entia, aut addentes, aut auferentes, quemadmodũ & quod non ſcibile, ſcibile. Quoniam hoc quidem rectum eſt neque æquiuoce dicere, neque eodem modo, ſed quemadmodum medicinale, eo quod ad idem quidem & vnum, non idem autem, & vnum, non tamen neq; æquiuoce. nihil enim medicatiuum corpus, & opus, & vas dicitur nec æquiuoce, nec ſecundum vnum, ſed ad vnum. hoc quidē igitur quocunque modo quis velit dicere, differt nihil.

Oportet igitur conſiderare & quomodo de quocunque dicere decet, non tamē magis, quàm quomodo ſe habet. Quare nunc quoque, cum manifeſtum quod dicitur, ſit, ipſum etiam quodquid eratesse ſimiliter inerit, primo quidem & ſimpliciter ſubſtantiæ, deinde cæteris ſicut & ipſum quid eſt, non ſimpliciter quid erat eſſe, ſed qualitati
B *aut quantitati quid erat eſſe. Oportet etenim aut æquiuoce iſta eſſe, aut cum additione, uel ablatione, ſicut & quod non ſcibile, ſcibile. nam rectius eſt, neque æquiuoce dicere, neque eodem modo: ſed quemadmodum medicinale, eò quòd ad idem quidem & unum, non autem idem & unum, non tamen etiã æquiuoce. nullum etenim medicinale corpus, opus, & uas dicitur æquiuoce, neque ſecundum unum, ſed ad unum: ſed hęc quidem quomodocunque dice-*
C *re quis uelit, nihil differt.*

c Illud autem palam, quia quę primo & ſimpliciter diffinitio, & quodquideratesse, ſubſtantiarum ėſt: & non ſolum, ſed & aliorum ſimiliter eſt, veruntamē non primo. Non enim eſt neceſſe, ſi hoc ponimus, huius diffinitionem eſſe, quod vtiq; rationi idem ſignificet, ſed cuidam rationi. Hoc autem, ſi vnius fuerit, non eo q̃ continuũ: ſicut Ilias aut quæcũque colligatione, ſed ſi quoties dicit vnum. Vnum vero dicitur ſicut ens. Ens aũt hoc quidem hoc aliquid. aliud vero quantitatem, aliud qualitatem ſignificat. quapropter erit albi hominis ratio & diffinitio, alio vero modo albi, & ſubſtantiæ.

Illud autem manifeſtum eſt, quòd quæ primo & ſimpliciter definitio, & quod quid erat eſſe ſubſtantiarum eſt, ad cæterorum quoque ſimiliter eſt, non tamen primo. Non enim eſt neceſſe, ſi hoc ponamus huius diffinitio-
D *nem eſſe quodcunque oratione idem ſignificat, ſed quod aliqua oratione: hoc autem ſi unius ſit, non continuatione, ſicuti Ilias, aut quęcunque coniunctione, ſed ſi quoties dicitur unum. Vnum autem dicitur, ſicuti & ens, ens autem, quoddam ipſum quod quid, quoddam quantum, quoddam quale quid ſignificat. Quare & albi hominis erit oratio & diffinitio, alio uero modò & albi, & ſubſtantiæ.*

Tex. c. 15. part. 2. b ¶ Oſtendit quomodo quodquideſt & diffinitio prædicetur de eo, quod inuenitur in ſubſtãtijs & accidẽtibus; & dicit, quòd ex quo diffinitio & quodquideſt inuenitur aliquo modo in accidentibus, & in ſubſtantia, oportet igitur intendere ad conſiderandum quomodo oportet [dicere,] ideſt prædicare diffinitionē circa ſingula, non tamen magis quam quomodo ſe habet, vt videlicet, non ea dicamus vniuoce prædicari, quorum non eſt vna ratio in eſſendo. Quapropter id quod dictum eſt de diffinitione, & quodquideſt in ſubſtantia & accidentibus; eſt manifeſtum, ſcilicet quodquideratesse primo & ſimpliciter ineſt ſubſtantiæ, & conſequenter alijs, non quidē ita quòd in alijs ſimpliciter quodquideratesse, ſed [quodquid eratesse huic, vel illi,] ſcilicet quantitati, uel qualitati. Manifeſtum eſt enim, quod oportet diffinitione & quodquideſt uel æquiuoce prædicari in ſubſtantia & accidentibus, uel addentes & auferentes ſecundum magis & minus, ſiue ſecundum prius & poſterius, ut ens dicitur de ſubſtantia & accidente & ſicut dicimus, quòd [non ſcibile eſt ſcibile ſecundum quid,] ideſt per poſterius, quia de non ſcibili hoc ſcire poſſumus, quod non ſcitur, ſic de non ente hoc

A dicere poſſumus, quia non eſt: nõ.n.eſt rectum, q̃ quodquideſt, & diffinitio dicatur de ſubſtantia & de accidentibus, neq; æquiuoce neque ſimpliciter & eodem modo, i. vniuoce. Sed ſicut medicabile dicitur de diuerſis particularibus per reſpectũ ad unũ & idem, nõ tamen ſignificat unum & idem de oĩbus, de quibus dicitur, nec etiam dr̃ æquiuoce. Dicitur.n. corpus medicabile, quia eſt ſubiectũ medicinæ: & opus medicabile quia exercetur a medicina ut purgatio, & vas medicinale, q̃a eo vtit̃ medicina, ut clyſtere. Et ſic patet, q̃ non dicitur oĩno æquiuoce medicinale de his tribus, cũ in æquiuocis non habeat̃ reſpectus ad aliq̃d unũ. Nec iterũ vniuoce dr̃ ſm unam rõnem. non.n. eſt eadem ratio, ſm quam dicitur medicinale id, quo utitur medicina, & quod facit medicinam, ſed dicitur analogice per reſpectum ad unũ. ſ. ad medicinam. Et ſimiliter quodquideſt & diffinitio, nõ dicitur nec æquiuoce, nec vniuoce de ſubſtãtia & accidẽte, ſed per reſpectum ad unũ. Dr̃.n. de accidente in reſpectu ad ſubſtantiam, ut dictum eſt. Et quia poſuerat duas ſolutiones, ſubiungit q̃ nihil differt qualitercunque aliquis uelit dicere de præmiſſa quæſtione, ſiue dicat̃ q̃ accidentia non habẽt diffinitionẽ, ſiue q̃ habẽt, ſed per poſterius ſm q̃d. Quod tñ dr̃ in prima ſolutione, q̃ non habent diffinitionē accidentia, intelligitur per prius & ſimpliciter. Deinde cum dicit.

c ¶ Probat ſecundo poſitã ſolutionem dicẽs. Illud palam eſſe, q̃ diffinitio & quodquideratesse; primo & ſimpliciter eſt ſubſtantiarum, non tñ ſolum & ſubſtantiarũ, cum ẽt accidentia aliquo modo habeant
E diffinitionē, & quodquideratesse, non tñ primum. & hoc ſic patet, non.n. omnis ratio, qua nomen per rõnem exponitur, idem eſt quod diffinitio, nec nomen expoſitum per quamcunque rationem, ſemper eſt diffinitum. ſed alicui determinatæ rationi cõpetit, quod ſit diffinitio illi, ſcilicet quæ ſignificat unum. Si enim dicam quòd Socra. eſt albus & muſicus & criſpus, iſta ratio non ſignificat unum, ſed multa, niſi forte per accidens. Et ideo talis ratio non eſt diffinitio, non tamen ſufficit quòd ſit unum in continuitate illud, quod per rationem ſignificatur, ad hoc q̃ ſit diffinitio. Sic enim [Ilias,] ideſt poema de bello Troiano eſſet diffinitio, quia illud bellũ in quadã continuitate tẽporis eſt peractum. Aut ẽt non ſufficit q̃ ſit unum per colligationē, ſicut hæc ratio nõ eſſet diffinitio domus, ſi dicerē q̃ domus eſt lapides, & cementũ & ligna. Sed tunc ratio ſignificans unũ, erit diffinitio, ſi ſignificet unum aliquod illorũ modorũ, quorũ quoties unum per ſe dicitur. Vnum.n. dicitur multipliciter ſicut & ens. Ens autem, hoc quidem ſignificat hoc aliquid, aliud quantitatē, aliud qualitatem, & ſic de alijs, & tamen per prius ſubſtantiã, &

conſequenter alia. Ergo ſimpliciter vnum, per prius erit in ſubſtantia, & per poſterius in alijs. Si igitur ad rationem diffinitionis pertinet quòd ſignificet unum, ſequitur quod erit ratio albi hominis diffinitio, quia albus homo, eſt quodammodo unum. Sed alio modo erit diffinitio ratio albi, & ratio ſubſtantiæ, quia ratio ſub-

Tex. cõ. 17. par. 4. ſtantiæ erit diffinitio per prius, ratio albi per poſterius, ſicut unum per prius & poſterius de utroque dicitur. Deinde cum dicit.

d ¶ Remouet quaſdã dubitationes circa prædeterminata, & diuiditur in duas, ſecundum duas dubitationes, quas remouet Secunda, ibi [Eſt autem & alia dubitatio.] Prænotanda autem ſunt duo ad euidentiam primæ particulæ, quorum primum eſt, ꝙ quidam dicebant nullam diffinitionẽ eſſe [ex additione] i. ꝙ in nulla diffinitione ponitur aliquid, quod ſit extra eſſentiam diffiniti. Et videbatur pro ſe habere hoc, ꝙ diffinitio ſignificat eſſentiam rei. Vnde illud, quod eſt extra eſſentiam rei, nõ debet poni in eius diffinitione, ut uidetur. Se-

Tex. cõ. 17. par. 5. cundum eſt. ꝙ quædã accidẽtia ſunt ſimplicia, & quædam copulata. Simplicia dicuntur quæ non habẽt ſubiectum determinatũ, quod in eorum diffinitione ponatur, ſicut curuum, & concauum, & alia mathematica. Copulata autem dicuntur, quæ habent determinatum ſubiectum ſine quo diffiniri non poſſunt. Eſt ergo dubitatio: ſi aliquis velit dicere quòd ratio,

Tex. cõ. 19. quæ eſt ex additione, non eſt diffinitio illorum accidentium, quæ ſunt ſimplicia, ſed copulatorum erit diffinitio. videtur. n. ꝙ nullius illorũ poſſit eſſe diffinitio. Palam eſt ergo. ꝙ ſi illa diffiniuntur, neceſſe eſt, eorum diffinitionẽ ex additione facere, cum ſine proprijs ſubiectis diffiniri non poſſit. Sicut, ſi accipiamus hæc tria, ſcilicet naſus, & concauitas, & ſimitas, concauitas eſt ſimpliciter accidens, præcipuè in comparatione ad naſum, cum non ſit naſus de intellectu concaui. Simitas autem eſt accidens compoſitum, cum ſit naſus de intellectu eius. Et ita ſimitas erit quoddam dictum ex duobus, inquãtum ſignificat [hoc in hoc,] idest determinatum accidens in determinato ſubiecto, & nec concauitas nec ſimitas eſt paſſio naſi ſecundum accidens, ſicut album ineſt Calliæ, & homini per accidens, inquantum Callias eſt albus, cui accidit hominem eſſe: ſed ſimum, eſt paſſio naſi ſecundum ſe, naſo enim inquantum huiuſmodi, competit eſſe ſimum. Alia autem trãſlatio loco eius, quod eſt concauum, habet aquilinum. Et eſt planior ſenſus, quia in diffinitione aquilini. ponitur naſus, ſicut in diffinitione ſimi. Sed ſicut maſculinum per ſe competit animali, & æquale quantitati, & omnia alia quæcunque ſecundum ſe dicuntur exiſtere in aliquo, quia de omnibus eſt eadem ratio, & [huiuſmodi

d Habet autem dubitationem, ſiquis non dicat diffinitionem etiã ex additione rationem, cuiuſnam erit diffinitio ipſorũ nõ ſimplicium, ſed copulatorum. Ex additione. n. neceſſe facere. Dico autem ut eſt naſus, & concauitas, & ſimitas ex duobus dictum, eo ꝙ hoc in hoc eſt, & nõ ſecundum accidẽs: nec concaui- G tas, nec ſimitas paſſio naſi. ſed ſecũdum ſe: nec vt album Calliæ, aut huiuſmodi, quia Callias albus, cui accidit hominẽ eſſe: ſed ut maſculinum animali & quantitati æquale, & omnia quæcumq; ſecundum ſe dicuntur exiſtere. Hæc autem ſunt in quibuſcunq; exiſtit aut ratio aut nomen, cui hæc paſſio, & non cõtingit oſtẽdere ſeparatim: ſicut album ſine hoc contingit, ſed non fœmininum ſine aĩali. Quare horum H quodquideratеſſe & diffinitio, aut non eſt alicuius, aut ſi eſt, alicuius eſt: quẽadmodũ diximus. e Eſt autem & alia dubitatio de eis. Si. n. idem eſt naſus ſimus & concauus naſus, idẽ erit ſimum & concauum. Si vero non, quia impoſſibile eſt dicere ſimum ſine re cuius eſt paſſio ſecundum ſe, & eſt ſimũ concauitas in naſo, naſum ſimũ dicere aut non eſt, aut bis idẽ dictũ, naſus, naſus I concauus. naſus autẽ ſimus naſus cõcauus erit. Propterquod, inconueniens eſt ineſſe talibus quodquideratеſſe, ſi autem nõ, in infinitum ſunt, naſo namque naſi ſimum, adhuc aliud inerit. Palàm itaq; quia ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio. Nã & ſi aliarum cathegoriarũ neceſſe eſt ex additione eſſe, ut ęqualis & imparis nõ eſt ſine numero, neq; quę eſt fęminini ſine animali. Ex ad-

Habet autem dubitationem, ſiquis non dicat diffinitionem eſſe eam quæ ex additione, fit rationum, cuius erit definitio non ſimplicium, ſed copulatorum. Ex additione enim neceſſe eſt manifeſtare. Dico autem vt puta eſt naſus, & concauitas, & ſimitas, quod ex ambobus dicitur: eo quod hoc in hoc, & non ſecundum accidens. neque concauitas, neque ſimitas paſſio naſi, ſecundum ſe, nec vt album Calliæ, aut homini, quoniam Callias albus cui accidit homini eſſe: ſed vt maſculum animali, & æquale quanto, & cuncta quæ per ſe eſſe dicuntur. Hæc autem ſunt, in quibus ineſt, vt ratio, aut nomen eius, cuius hæc paſſio eſt, & non contingit ſeparatim oſtendere. ſicut album abſque homine contingit, ſed non fœmininum abſque animali. Quare iſtorum quodquideratеſſe, & diffinitio, aut nullius eſt, aut ſi eſt, aliter eſt, quàm quemadmodum diximus.

Eſt autem alia quoque de eis dubitatio. Si enim idem ſimus naſus, & cõcauus naſus, idem erit ſimum, & concauũ. Quòd ſi non propterea quòd impoſſibile eſt dicere ſimũ abſq; ipſa re, cuius per ſe paſſio eſt, & ſimum erit concauitas in naſo, naſum ſimum, aut non eſt dicere, aut bis idem erit dictũ naſus, naſus concauus. naſus namque ſimus, naſus concauus erit. propter quod inconueniens eſt talibus ineſſe quodquideratеſſe. quod ſi non, in infinitum, progredietur. naſo namque naſo ſimo aliud inerit. Patet igitur quòd ſolius ſubſtantiæ diffinitio eſt. Si enim & cæterorum quoque prædicamentorum, neceſſe ex additione eſſe, vt qualitatis, & imparis. non enim ſine numero, nec huius; quod eſt fœmininum, ſine animali. Ex addi-

F ſunt in quibus,] idest in quorum rationibus exiſtit nomen eius [cuius eſt paſſio,] idest ſubiecti, aut etiã ratio eius. Semper enim in diffinitionibus poteſt poni ratio loco nominis. Sicut ſi dicimus, quòd homo eſt animal rationale mortale, poteſt poni loco nominis animalis diffinitio. vt dicatur, quòd homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis mortalis. Similiter ſi dicam, quòd Maſculus eſt animal potens generare in alio, poſſum etiã dicere, quòd Maſculus eſt ſubſtantia animata ſenſibilis potẽs generare in aliquo alio. Et ſic patet quòd non contingit ſeparatim [oſtendere,] idest notificare aliquod prædictorum accidentiũ, quæ diximus copulata, ſicut contingit notificare album ſine hoc, quòd in eius diffinitione, ſiue ratione ponatur homo. Sed non contingit ita notificare fœmininũ ſine animali, quia oportet quòd animal ponatur in diffinitione fœminini, ſicut, & in diffinitione maſculini. Quare patet, quòd non eſt alicuius prædictorum accidẽtium copulatorum quodquideratеſſe, & diffinitio vera, ſi nulla diffinitio eſt ex additione, ſicut contingit in diffinitionibus ſubſtantiarum. Aut ſi eſt aliqua diffinitio eorum, cum nõ poſſint niſi ex additione diffiniri, aliter erit diffinitio eorũ quàm ſubſtantiarum, quẽadmodum diximus in ſolutione ſecũda. Et ſic in hac concluſione inuenit ſolutionem dubitationis præmiſſæ. Quod enim dicebatur quòd nulla diffinitio eſt ex additione, verum eſt de diffinitione prout inuenitur ĩ ſubſtãtijs. Sic aũt dicta accidentia non habent diffinitionẽ. ſed alio modo per poſterius. Deinde cũ dicit.

e ¶ Ponit ſecundam dubitationem, circa K quam duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ponit ſolutionem ibi. [Sed latet &c.] Dicit ergo primo, ꝙ eſt alia dubitatio de prædictis, Aut enim eſt idem dicere naſus ſimus, & naſus concauus, aut nõ: ſi idẽ, ſequetur qđ idẽ ſit ſimum & cõcauũ, quod patet eſſe falſum, cũ alia ſit diffinitio vtriuſq;. Si autẽ non eſt idem dicere, naſum ſimũ, & naſum concauũ, propter hoc ꝙ ſimum non poteſt intelligi [ſine re cuius eſt per ſe paſſio,] idest ſine naſo, cum ſimum ſit concauitas in naſo, concauum vero poteſt dici ſine naſo, ſequetur ſi hoc quod dico ſimum, plus habet quam concauum, ꝙ hoc ſcilicet quod eſt naſus, vel non poſſit dici naſus ſimus, uel ſi dicatur, erit bis idem dictũ, ut dicamus ꝙ naſus ſimus eſt naſus, naſus concauus. Semper enim loco nominis poteſt poni diffinitio illius nominis. unde cum dicitur naſus ſimus, poterit remoueri nomen ſimi. & addi naſo diffinitio ſimi, quæ eſt naſus concauus. Sic ergo uidetur dicere ꝙ naſum ſimum, nihil aliud eſt quàm dicere naſum naſum cõcauũ quod eſt inconueniens. Propter quod, inconueniens uidetur dicere quod in talibus accidentibus ſit quodquideratеſſe. Quod ſi hoc

non

non eſt verum, quòd in eis non ſit quodquideratesse, in infinitũ fiet repetitio eiuſdem nominis, ſemper poſita nominis diffinitione pro nomine. Conſtat enim, quòd cum dico naſus concauus, loco concaui poteſt accipi ſimum, quia concauitas in naſo, non eſt niſi ſimitas, & loco ſimi, iterum naſus concauus, & ſic in in infinitũ. Palam eſt itaque, vt videtur, ꝙ ſolius ſubſtantiæ eſt diffinitio. Si enim eſſet aliorum prædicamentorum; oporteret quòd eſſet ex addi-
par.4. tione ſubiecti, ſicut diffinitio æqualitatis, & diffinitio imparis, oporteret, quòd ſumetur ex diffinitione ſuorum ſubiectorum. Non enim diffinitio imparis eſt ſine numero, nec diffinitio fœminini, quod ſignificat quandam qualitatem animalis, eſt ſine animali. Si ergo diffinitio aliquorũ eſt ex additione, ſequetur, quòd bis accidat idẽ dicere, ſicut in præmiſſis eſt oſtẽſum. Vnde ſi verum eſt, ꝙ hoc inconueniẽs ſequatur, ſequitur ꝙ accidentia copulata non habẽt diffinitionem. Deinde cum dicit.
Tex.cõ.30. part.prima. f ¶ Soluit præmiſſam quæſtionem dicẽs, ꝙ mouẽtem prædictam quæſtionẽ latet. ꝙ rationes non dicuntur [certe.] ideſt certitudinaliter, quaſi ea, quæ dicuntur vniuoce, ſed dicuntur ſm prius &
part. 2. poſterius, ut ſupra dictum eſt. Si autẽ prædicta accidentia copulata habent terminos, ideſt rationes aliquas, oportet ꝙ alio modo
Lect. 3. part. 3. ſint illi termini quam diffinitiones, aut ꝙ diffinitio & quodquid erat eſſe, quod ſignificatur per diffinitionem, dicatur multipliciter. Quare [ſic quidem.] ideſt ſimpliciter per prius, nullius erit diffinitio niſi ſubſtantiæ, nec etiam quodquideratesse [Sic autem.] ideſt ſecundum quid & poſterius, erit etiam aliorum. Subſtantia enim, quæ habet quidditatem abſolutam, non dependet in ſua quidditate ex alio. Accidens autem dependet a ſubiecto, licet ſubiectum non ſit de eſſentia accidentis. Sicut creatura dependet a creatore, & tamen creator non eſt de eſſentia creaturæ, ita ꝙ oporteat exteriorem eſſentiam in eius diffinitione poni. Accidentia vero non habent eſſe niſi per hoc, quòd inſunt ſubiecto: & ideo eorum quidditas eſt dependens à ſubiecto. Et propter hoc oportet, quòd ſubiectum in accidentis diffinitione ponatur, quandoque quidem in recto; quandoque vero in obliquo. In recto quidem, quando accidens ſignificatur vt accidens in concretione ad ſubiectum, ut cum dico: Simus eſt naſus concauus. Tunc enim naſus ponitur in diffinitione ſimi quaſi genus, ad deſignandum, quod accidentia non habent ſubſiſtentiam niſi ex ſubiecto. Quando vero accidens ſignificatur per modum ſubſtantiæ in abſtracto, tunc ſubiectum ponitur in diffinitione eius in obliquo, vt differentia ſicut dicitur, ſimitas eſt concauitas naſi. Patet igitur quòd cum dico, Naſum ſimum, non oportet loco ſimi, accipere naſum concauum, quia naſus non ponitur in diffinitione ſimi, quaſi ſit de eſſentia eius, ſed quaſi additum eſſentiæ. vnde ſimum & concauum per eſſentiam idem ſunt, ſed ſimum addit ſupra concauum, habitudinem ad determinatum ſubiectum. Et ſic determinato ſubiecto, quod eſt naſus, nihil differt ſimus a concauo: nec oportet aliquid loco ſimi ponere niſi concauum, & ſic non erit dicere loco eius, naſus concauus, ſed ſolum concauus. Vltimo concludit ex prædictis, quod pa-

A lam eſt, quòd diffinitio, quæ eſt ratio eius quodquideratesse, & ipſum quodquideratesse, ſolum eſt ſubſtantiarum, ſicut prima ſolutio habebat. Vel eſt primo & ſimpliciter earum, & per poſterius & ſecundum quid accidentium, vt in ſecunda ſolutione dicebatur.

ditione vero dico, in quibus accidit idẽ bis dicere, ſicut in his. Si vero hoc verum, non copulatorum erit, vt numeri imparis.

f Sed latet, quia non certe dicuntur rationes. Si vero ſunt & horum termini, aut alio modo ſunt, aut quemadmodum dictum eſt, multipliciter oportet dicere eſſe diffinitionẽ & quodquideratesse. quare ſic quidem nullius erit diffinitio, nec quodquideratesse alicui inerit, niſi ſubſtantijs; ſic autem erit. Quod quidẽ igitur diffinitio quę quidem eſt ipſius quideratesse ratio, & quodquideratesse, aut ſolum ſubſtantiarum eſt, aut maxime & primum ſimpliciter, palàm.

tione autem dico, in quibus accidit bis idem dicere, ſicut in iſtis. Quòd ſi hoc verum eſt, neque copulatorum erit, vt pote numeri imparis.

Sed latet quòd nunc non accurate dicuntur rationes. Si autem & iſtorum ſunt definitiones, aut alio modo ſunt, aut, ſicuti dictum eſt, multi-
B *pliciter eſt dicendum definitionem, & quodquideratesse, quare quodammodo quidem nullius erit definitio, nullique inerit quodquideratesse, niſi ſubſtantijs, quodammodo vero erit. Quòd igitur definitio eſt ipſius quideratesse ratio, & quodquideratesse, aut ſubſtantiarum ſolum eſt, aut maxime primo & ſimpliciter, manifeſtum eſt.*

C

LECTIO V.

a VTrum autem idem eſt, aut alterum quodquideratesse, & vnumquodque, perſcrutandum eſt. Eſt enim aliqđ præopere ad de ſubſtantia perſcrutationem.

b Singulum enim non aliud videtur eſſe a ſuimet ſubſtantia, & quodquideratesse dicitur ſinguli ſubſtantia,

c In dictis quidem itaq; ſecũdũ accidens videbitur vtiq; diuer-

LECTIO V.

VTrum autem idem eſt, an aliud ipſum quideratesse, & vnumquodque, perſcrutandum, proderit etenim aliquid ad conſiderationem de ſubſtantia.

Nam & vnumquodque non videtur aliud eſſe a ſua ſubſtantia: & ipſum quideratesse, dicitur eſſe vniuſcuiuſque ſubſtantia.

D

De his igitur, quæ ſecundũ accidens dicuntur, videri poſſit aliud eſſe, ve-

LECTIO V.

a POſtquã determinauit Philoſophus qđ eſt quodquideratesse, & quorum, cõſequenter inquirit quomodo ſe hẽat quodquideratesse ad id, cuius eſt; vtrum ſcilicet vt idẽ, vel vt diuerſum, & circa hoc tria facit. Primo mouet quæſtionem. Secundo ſoluit eam. ibi [Singulum enim nõ aliud.] part.ſeq. Tertio oſtendit, ꝙ ex ſolutione prædicta, poſſunt ſolui ſophiſticæ rationes, quæ circa hæc fiunt. ibi [Sophiſtici vero elenchi.] Infra pt. 10 Dicit ergo primo, ꝙ perſcrutãdum eſt: utrum quodquideratesse cuiuſcunq;, & vnumquodque cuius eſt quodquideratesse, ſit idem aut diuerſum ſicut: utrum quodquideratesse homini. & homo ſit idẽ, aut diuerſum. & ſimiliter de alijs. Hoc.n. inquirere & manifeſtare, eſt aliquid [præ opere [ideſt pręneceſſarium ad perſcrutationem de ſubſtantia, quam intendimus facere in ſequẽtibus. Intendit.n. inquirere inferius: vtrum uniuerſalia ſint ſubſtantiæ rerum, & vtrum partes diffinitorũ inſint in diffinitionẽ eorum, & ad hoc ualet iſta perſcrutatio, quàm nunc proponit. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit propoſitam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit quæſtionis ſolutionem. Secundo probat eam ibi. [In dictis vero ſecundum ſe.] Tertio, oſtendit contrarium ſolutio- part. 4.
nis prædictæ eſſe abſurdum & impoſſibile. ibi [Abſurdum uero apparebit.] Circa primum duo facit. Primo enim oſten- part. 5.
dit quid prima facie circa quæſtionem propoſitam uerum eſſe videatur. Secundo, oſtendit in quo eius contrarium accidat ibi. part.ſeq.
[In dictis quidem itaque.] Dicit ergo primo, quòd ſtatim, ideſt in primo aſpectu, hoc uidetur eſſe dicendum, quòd in omnibus
E rebus ſingulum non ſit aliud a ſui ſubſtantia. Hoc autem quod eſt quodquideratesse, eſt ſubſtantia eius, cuius eſt quodquideratesse. Vnde uidetur per hanc rationem in primo aſpectu, quòd quodquideratesse, ſit idem, & non alterum ab unoquoque eius eſt. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit in quibus quod præmiſſum eſt, non ſit uerum dicens, quòd quodquideratesse, pro tanto videtur eſſe non aliud ab eo cuius eſt, quia eſt eius ſubſtantia. Itaque in illis, quæ prædicantur ſecundum accidens, & non dicunt ſubſtantiam ſubiecti, uidetur eſſe diuerſum quodquideratesse prædicari a ſubiecto. Alterum enim eſt id [quodquideratesse albo homini,] ideſt quodquideratesse albi hominis, ab eo, quod eſt albus homo. Quod ſic uidetur: quia cum dicitur homo albus, ſupponitur homo, idem enim eſt homo & homo albus, ut dicunt. Si enim albus haberet eſſe aliud a ſubiecto, aliquid prædicaretur de compoſito, ratione albi, uel poſſet prædicari, quia non eſſet contra rationem eius. Quod enim prędicatur de homine albo, non prædicatur de eo, niſi quia prædicatur de homine. Accidens enim non eſt ſubiectum, niſi ratione

ſubſtantiæ. Vnde ſecundum quod in albo intelligitur homo, homo & homo albus ſunt idem, & pro tanto id, quod erit eſſe albo homini, erit etiam eſſe homini. Si igitur quodquiderat eſſe albi hominis, ſit idem albo homini, erit etiam idem homini: ſed non eſt idem homini: ergo quodquiderat eſſe albi hominis, non eſt idem albo homini. Et ſic in his, quæ ſunt ſecundum accidens, quodquiderat eſſe alicuius, non erit idem cum eo, cuius eſt quodquideratesſe. Quod autẽ quodquideratesſe albi hominis, non ſit idem homini, patet, quia non eſt neceſſe quòd quæcumque dicũtur ſecundum accidẽs de aliquo ſubiecto, quòd ſint eadem illi. Subiectum enim eſt quodammodo medium inter duo accidẽtia, quæ prædicantur de ipſo, inquantum illa duo accidentia non vniuntur niſi vnitate ſubiecti, ſicut album & muſicum vnitate hominis, de quo prædicantur. eſt ergo homo ut medium, albũ autẽ & muſicum ſunt extremitates. Si autẽ album eſſet idem homini per eſſentiam, pari ratione, & muſicum & ita illa duo extrema albũ & muſicum eſſent per eſſentiam idem, quia quæcũque vni & eidem ſunt eadem, & ſibiinuicem ſunt eadem. hoc autem eſt falſum, quòd illæ extremitates ſint eædem per eſſentiam, ſed forſan hoc uidetur eſſe verum, quòd ſint eædem per accidens. Hoc autem certum eſt quòd album & muſicum ſunt idẽ per accidens. Sed ex hoc poſſet aliquis opinari, quòd ſicut album & muſicum ſunt idem per accidens, ita etiam hoc quod eſt eſſe albo, & [quod eſt eſſe muſico,] idest quodquideſt utriuſque, ſit idem per accidens, ſed hoc non uidetur eſſe uerum, album enim & muſicum ſunt idem per accidens ex hoc, quòd vtrunque eſt idem per accidens homini. Non autem quodquideſtesſe albi, nec hoc quodquideſt eſſe muſici, ſunt idem cũ eo, quod eſt quodquideſtesſe hominis. Vnde quodquideſtesſe albi, & quodquideſtesſe muſici, non ſunt idem per accidens, ſed ſolum album & muſicum. Deinde cum dicit.

* Alia litera ſimiliter.

part. 4.

part. 5.

ſũm eſſe, ut albus homo, alterũ & albo homini eſſe. Si enim idẽ homini eſſe, & albo homini idẽ: idẽ enim homo, & albus homo ut dicũt: quare & albo homini, & homini. Aut non neceſſe eſt quæcunque ſecundum accidẽs, eſſe eadem, non enim ſimpliciter extremitates fiũt eædem, ſed forſitan illud videtur accidere, extremitates fieri eaſdem ſecundum accidẽs, vt albo eſſe & muſico, videtur autem non.

d In dictis vero ſecundũ ſe, ſemper neceſſe idem eſſe, ut ſi quæ ſunt ſubſtantię, quibus alterę nõ ſunt ſubſtantiæ, nec alteræ naturæ priores, quales dicunt ideas eſſe quidam. Si enim erit alterũ ipſum bonum, & quod bono eſſe: & animal, & quod animali eſſe: & ens, & quod enti, erunt aliquæ ſubſtantiæ & naturæ & ideæ præter prædictas & priores ſubſtantiæ illis: ſi quod quiderat eſſe, ſubſtantiæ eſt.

e Et ſi quidem abſolute abinuicem, harum quidẽ non erit ſciẽtia: hæc autem non erunt entia. Dicitur autem abſolui, ſi nec bono ipſi exiſtit eſſe boni, nec huic eſſe bonum. Scientia enim cuiuslibet per hoc quodquideratesſe illi, & in bono & in alijs ſimiliter ſe habet. Quare, ſi nec bono eſſe bonum, nec quod enti ens, nec quod uni unum, ſimiliter autem omnia ſunt, aut nullum quodquideratesſe. Quare ſi nec quod enti ens, nec aliorum nullum. Amplius cui non ineſt bono eſſe, non bonum.

d ¶ Manifeſtat ſolutionem propoſitam, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat eam quantum ad ea, quæ dicuntur per ſe. Secundo quantum ad ea, quæ dicuntur per accidens. ibi. [Secundum accidens vero dictum.] Circa primum duo facit. Primo manifeſtat propoſitam quæſtionem quantum ad ea, quæ dicuntur per ſe. Secundo concludit concluſionem intentam. ibi [Neceſſe igitur eſt unum eſſe.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quòd in his, quæ dicuntur per ſe, non eſt aliud quodquideratesſe, & id cuius eſt. Secundo quòd non eſt ſeparatum: ibi. [Et ſiquidem abſolute.] dicit ergo primo, quòd in illis, quæ dicuntur per ſe, ſemper neceſſe eſt idem eſſe quodquideratesſe, & id cuius eſt. Quod patet, ſi ponantur aliquæ ſubſtantiæ abſtractæ ab illis ſenſibilibus: quibus non ſunt aliquæ aliæ ſubſtantiæ abſtractæ, nec aliquæ naturæ priores eis. huiuſmodi enim ſubſtantias Platonici dicunt eſſe ideas abſtractas. Si enim quodquideratesſe, eſt aliud ab eo cuius eſt, oportebit hoc eſſe uerum in omnibus, in quibus eſt, quodquideratesſe: cuiuslibet autem ſubſtantiæ eſt quodquideratesſe, erit ergo aliquid aliud a qualibet ſubſtantia quodquideratesſe eius. Et ita etiam quodquideratesſe ſubſtantiæ idealis, erit aliud ab ea. Et ita [ſi ipſum bonum,] idest ſi idea boni, [& quod eſt bono eſſe,] idest quodquideratesſe huius ideæ, eſt alterum, & ſimiliter ipſum animal, & quod eſt animali eſſe, & ipſum ens, & quod eſt enti eſſe, & ita in omnibus alijs ideis, ſequetur quòd ſicut illę ſubſtantiæ ideales ponuntur præter ſubſtantias ſenſibiles, ita erunt aliæ ſubſtantiæ, & aliæ naturæ & ideæ præter ideas dictas a Platonicis, quæ erunt quodquideratesſe illarum idearum, & etiam illæ aliæ ſubſtantiæ ſunt priores ideis. Et hoc dico ſequetur [ſi quodquideratesſe, ſubſtantiæ eſt,] idest ſi quælibet ſubſtantia habet quod quideratesſe, vt dictum eſt: vel ſi hoc quodquideratesſe, pertinet ad ſubſtantiam rei. Illud enim, a quo ſubſtantia rei dependet, eſt prius ea. Deinde cum dicit.

puta albus homo aliud eſt, & albo homini eſſe. ſi enim ipſi homini eſſe, & albo homini idem: idem namque homo. & albus homo, vt aiunt: quare & albo homini, & homini. At non neceſſe eſt quecunque ſecundum accidens eadem eſſe. non enim extrema ſimiliter eadem fiunt, ſed fortaſsis illud videatur accidere, extrema eadem ſecundum accidens fieri. vt puta albo eſſe, & muſica eſſe. videtur autem minime.

In his autem, quæ per ſe dicuntur, ſemper neceſſe eſt eadem eſſe. vt ſi quę ſubſtantię ſunt, quibus diuerſa ſubſtantię non ſunt, nec alia natura priores, quales aiunt aliqui eſſe ideas. Si enim erit aliud ipſum bonum & bono eſſe, & animal & animali eſſe, & enti & ipſum ens, erunt & alia ſubſtantiæ, & naturæ, ac ideæ pręter eas, quæ dicuntur: & illę priores ſubſtantiæ, ſi ipſum quodquideratesſe ſubſtantia eſt.

Et, ſi abſolute ad ſe inuicem, harum quidem non erit ſcientia, illę vero non erunt entia. Dico autem abſolui, ſi nec ipſi bono eſt eſſe bono, nec huic eſſe bonum. Scientia namque cuiuſque hæc eſt, quodquiderat illi eſſe. & de bono, & de cęteris ſimiliter ſe habet. Vnde, ſi neque ipſi bono eſſe bonum, nec ipſi enti ens, nec ipſi vni vnum, ſimiliter autem omnia ſunt. certe nihil eſt quodquideratesſe. quare ſi nec ipſi enti ens, nec aliorum alicui. Item, cui non ineſt bono eſſe, non bonum eſt.

e ¶ Oſtendit quòd hoc quod eſt, quodquideratesſe, non eſt ſeparatum ab eo, cuius eſt, dicens. [Et ſi quidem ſunt abſolute abinuicem,] idest, ſi quodquiderat eſſe & id cuius eſt, non ſolum ſunt diuerſa, ſed etiam ſunt abinuicem ſeparata, ſequuntur duo inconuenientia: quorum primum eſt, quòd harũ rerum nõ ſit ſcientia, quarum quodquideſt ab eis ſeparatur. Secundum inconueniens eſt, quòd hæc eadem erunt non entia. Et exponit quod dixerat abſolute, ut uidelicet [nec ipſi bono,] idest ideæ boni, quæ ponitur ſecundum Platonicos [inſit hoc quod eſt eſſe bono,] idest quodquideſt eſſe boni. Nec iterum, ſcilicet huic bono, ineſt [eſſe bonum,] idest quidditas boni. quaſi dicat, abſolutionem prædictam eſſe intelligendam ſecundum ſeparationem quidditatis boni ab idea boni, & a particulari bono, quod dicitur per participationem ideæ. Vel aliter [Nec huic eſſe bonum,] idest nec hoc, ſcilicet quodquideratesſe, competit eſſe bonum, vt ſcilicet quodquiderat eſſe boni, ſit ſeparatum a bono, & econuerſo. Et quòd prædicta inconuenientia ſequantur hac poſitione facta, patet: quia ſcientia vniuſcuiuſque in hoc conſiſtit, quòd ſciatur quodquideratesſe illi. Et hoc ſimiliter ſe habet, & in bono & in omnibus alijs. Quare ſequitur, quòd ſi huic quod eſt [eſſe bono,] idest quidditati boni. non ineſt bonum; nec etiam ei [quod eſt eſſe enti,] idest quidditati entis, ineſt ens, nec ſimiliter ei quod eſt eſſe vni, ineſt vnum, quia ſimiliter aut oia, aut nullum eorum ſunt eadem cum ſuis quidditatibus. Si aũt bonũ propter ſeparationẽ prædictam nõ ineſt ei, quod eſt eſſe bonum. ergo nec econtrario eſſe bonum inerit bono. Quare etiã nec quod eſt eſſe enti, erit

part. 6.

part. 7.

idem

idem cum ente, nec aliquod aliorum habebit in ſe ſuum quodquideſt. Et ita, ſi vnumquodque ſcitur per quodquideſt, nulla res poterit ſciri, quod fuit primum inconueniens. Iterum patet quòd [ſequitur ſecundum], i. quòd nihil erit ens, nec bonum nec animal, nec aliquid huiuſmodi, quia non poterit bonum eſſe illud, cui nõ ineſt

f Neceſſe igitur eſt vnum eſſe benignũ & benigno eſſe, & bono, & bonum eſſe, quæcunque non ſecundum aliud dicuntur, ſed primo & ſm ſe. Etenim hoc ſufficiens ſi extiterit, q̃q̃ nõ ſunt ſpecies: magis autem forſan & ſi ſint ſpecies. Simulque palam, quia ſi ſunt ideæ quales quidam dicunt, non erit ſubſtãtia ſubiectum. has. n. ſpecies eſſe eſt neceſſe, non de ſubiecto, erunt. n. ſecundum participationem. Ex his itaq; rationibus patet vnum & idẽ, non ſecundum accidens eſſe ipſum vnumquodque, & quodquiderateſſe: & quod ſcire vnumquodque horum, eſt quodquideratesſe ſcire: quare ſecundum expoſitionem neceſſe eſt, vnum eſſe aliquod ambo.

g Secundum accidens vero dictum, vt muſicum, aut album, pp dupliciter ſignificare, nõ eſt verum dicere. quia idem quodquideratesſe & ipſum: etenim cui accidit album, & accidens. Quare eſt quidem vt idem, eſt autem vt non idem quodquideratesſe & ipſum. nam homini & albo homini non idem, paſſioni autem idem.

h Abſurdum vero apparebit & ſiquis vnicuique nomen impoſuerit ipſorum quodquideratesſe. erit enim præter illud aliud ei, quodquideratesſe, vt æquo ipſi, quodquideratesſe equo alterum. Et quid prohibet nunc eſſe ſtatim quodquideratesſe, ſiquidẽ ſubſtantia eſt quodquideratesſe? At vero non ſolum vnum, ſed eſt ratio eadem ipſorum, ſicut palam eſt ex dictis. nõ enim ſecundum accidẽs vnum, quod vni eſſe & vnum.

par. 6. hoc quod [eſt bono eſſe] ideſt quodquideſt boni. Si igit̃ quod quideſt boni, eſt ſeparatũ a bono, & quodquiderat entis ab ente, ſequetur q̃ iſta q̃ dicuntur bona & entia non ſunt bona, nec entia, quod fuit ſm inconueniens. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 35. f ¶ Concludit Philoſophus concluſionem principaliter intentam dicens, quòd ex quo per diuerſitatem & ſeparationem eius quodquideratesſe a rebus, ſequitur q̃ res nec ſunt ſcitæ, nec entes, quod eſt inconueniens [neceſſe eſt igitur eſſe vnum benignum, & hoc, quod eſt benigno eſſe], i. quodquideſt benigni, [& bonũ, & bono eſſe,] i. quodquideſt boni.

part. 7. Et ponit hæc duo, vt benignũ pertinet ad bona particularia, quæ Platonici dicebãt bona per participationem, bonum autem ad ipſam ideam boni. Et ſimiliter eſt de omnibus alijs, quæ dicũtur per ſe & primo, & nõ per aliud, ſiue per accidens, q̃a in illis eſt alia rõ, vt dictũ eſt. Ad hoc. n. q̃ res ſint ſcitæ, & q̃ ſint

par. 8. entes, hoc eſt ſufficiens, ſ. quòd quodquiderat rei ſit idem cum re [ſi extiterit,] ideſt ſi fuerit verum, quãuis non ſint ſpecies ideales, quas Platonici ponebant, licet nõ propter aliud ponerent Platonici ſpecies, niſi vt per eas poſſit haberi ſciẽtia de iſtis ſenſibilibus vt per earũ participationem eſſent. Sed forſan magis eſt ſufficiens ad prædictã poſitionem, quòd quodquideſt eſſe rei ſit idem cum re, quàm ipſæ ſpecies, etiam ſi verum ſit quòd ſint ſpecies, q̃a ſpecies ſunt ſeparatæ a rebus. Magis autem aliquid cognoſcitur & habet eſſe per id, quod eſt ſibi coniunctum & idem, quam per id quod eſt ab eo ſeparatum. Ex hoc autem Philoſophus dat intelligere deſtructionem ſpecierum. Si enim ſpecies non ponuntur niſi propter ſcientiam rerum, & eſſe earum, & ad hoc ſufficit alia poſitio. etiam hoc non poſito & eo poſito magis quam hoc, ſequitur quòd vanum ſit ponere ſpecies. Similiter ad idem oſtendendum, ſcilicet quòd non ſunt ſpecies, palam eſt, quia ſi ſunt ideæ; quales Platonici eas eſſe dicebant, ſequetur quod id, quod eſt ſubiectum, ſcilicet, quod hæc res ſenſibilis non ſit ſubſtantia. Ponebant enim Platonici, quòd neceſſe eſt ideas eſſe ſubſtantias & non eſſe de aliquo ſubiecto. Proprium enim eſt ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. Sed ſi iſta ſubiecta, ideſt ſi iſta ſenſibilia ſint

A ſubſtantiæ, oportet quòd ſint ſecundum participationem illarum ſpecierum, & ita illæ ſpecies erunt de ſubiecto. Ex his itaque rationibus manifeſtum eſt, quòd unum eſt & idem non ſecundum accidens, vnumquodque, & quod quiderat eſſe eius. & ſimiliter in ſciendo, idem eſt ſcire vnumquodque, & ſcire quid

Neceſſe eſt igitur vnum eſſe bonum & bono eſſe, & honeſtum & honeſto eſſe, quæcunque non per aliud dicuntur, ſed prima & per ſe, etenim hoc ſufficiens eſt, ſi exiſtit etiam ſi nõ ſint formæ: fortaſſis autem magis, ſi formæ ſint. Simul autem patet etiam quòd, ſi ideæ ſint quales eas quidam

B *aiunt, quòd etiam non erit ſubiectum ſubſtantia. has enim ſubſtantias quidem neceſſe eſt non de ſubiecto quidem eſſe. eſſent enim ſecundum participationem. Ex his itaque rationibus vnum & idem eſt non ſecundum accidens ipſum vnumquodque, & quod quid erat eſſe: & quòd ſcire vnumquodque, hoc eſt ipſum quid erat eſſe ſcire, quare ſecundum expoſitionem neceſſe eſt vnum quiddam ambo eſſe.*

C *Quòd autem ſecundum accidens dicitur, vt muſicum, aut album, propterea quod duplex ſignificat, non eſt verum dicere, quod idem ſit quodquiderat eſſe, & ipſum: etenim cui accidit album, & accidens. quare quodam modo quidem eſt, quodammodo vero nõ eſt idem quodquiderateſſe & ipſum, homini namque, & albo homini non eſt idem, paſſione vero idem.*

D *Abſurdum autem apparet, & ſi quis vnicuique ipſorum quid erat eſſe nomen imponat erit namque etiam præter illud, aliud, quodquiderat eſſe equo. At vero quid prohibet nunc quoque e veſtigio eſſe quadam quiderat eſſe, ſi ſubſtãtia quidem eſt quodquiderat eſſe? enimuero non ſolum vnum, ſed ratio etiam eorum eadem, vt ex dictis patet. non enim ſecundum accidens vnum vni eſſe, & ipſum vnum.*

E

eſt eius. Quare ſecundum expoſitionem prout vnum eſſe dicuntur. quę ſunt vnum in eſſendo & in ſciẽdo, neceſſe eſt ambo. ſcilicet rem & quodquideratesſe eius eſſe unum aliquid. Deinde cum dicit.

g ¶ Manifeſtat ſolutionem poſitam quãtum ad ea, quę dicuntur ſecundum accidens, dicens, quòd in his. quę dicuntur ſecundum accidens, non eſt verum dicere quòd ſit idem quodquiderat eſſe, & ipſũ cuius eſt quodquideratesſe. & hoc propter duplex ſignificare. Cum enim dicitur homo albus, ex parte ſubiecti poteſt aliquid attribui ei ratione ſubiecti, uel accidentis ratione. Si ergo diceremus q̃ quodquideſt albi hominis ſit idem homini albo, duo poſſunt ſignificari, ſcilicet q̃ ſit idem homini, vel quod ſit idem albo. Et hoc eſt quod dicit. Etenim poteſt ſignificari ſubiectum [cui accidit albũ, & accidens.] Quare patet quòd quodammodo eſt idem quodquideſt albi hominis, cũ homine albo. & quodãmodo non idem. non enim eſt idem homini, nec etiam albo homini reſpectu ſubiecti, ſed tamen eſt idem [ipſi paſſioni] ideſt albo. Idem enim eſt quodquiderat albo & album: licet nõ poſſit dici quòd ſit idem cum homine albo, ne intelligatur eſſe idem cum ſubiecto. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quòd contrarium dictę ſolutionis eſt abſurdũ: Quod quidem neceſſarium fuit propter hoc, quòd ſuperius probauit ſolutionem poſitam eſſe veram, ſuppoſitis ſpeciebus quas poſtmodum deſtruxerat. Vnde neceſſarium fuit ut reiteraret probationem probans ex parte eius, quodquideratesſe, quod ſupra probauerat ex parte ſpecierum. Et circa hoc, ponit duas rationes. Circa quarum primam dicit, quòd dicere, aliud eſſe quodquideratesſe rei, & rem ipſam, apparebit abſurdum ſiquis unicuique eorum quodquideratesſe, impoſuerit nomen. tunc enim eadem ratione, & ipſum. & quodquideratesſe, erit aliud quodquideratesſe. Verbi gratia equus eſt quędam res habens quodquideratesſe equo: quod quidem ſi ſit diuerſa res ab equo, habeat hæc res quoddam nomen & uocetur A: A ergo, cum ſit quędam res, habebit quodquideratesſe, alterum a ſe, ſicut equus, & ita huic, quod eſt equo eſſe, erit aliud quodquideratesſe: quod patet eſſe abſurdum.

tuit enim probare, ꝙ forma non fieret niſi per accidens. Et hoc ideo eſt, quia formæ non proprie habent eſſe, ſed magis ſunt q bus aliqua habent eſſe. Vnde ſi fieri eſt uia in eſſe, illa tantum p ſe fiunt, quæ per formas habent eſſe. Formæ autem incipiunt eſſe eo modo quo ſunt in illis ſ. ſcilicet, quæ per formas eſſe habent.

Et quod forma non fiat, ſic probat. Facere enim hoc aliquid, eſt facere hoc ex aliquo ſubiecto, quod eſt [totaliter,] ideſt vniuerſaliter uerum i omni generatione. Facere.n. hoc, quod eſt æs rotundum: nõ eſt facere hoc ipſum [qđ eſt rotundum,] .ſ. rotunditatem: aut hoc ipſum quod eſt facere [ſphæram,] ſ. formam ſphæræ, ſed eſt facere [aliquid alterum.] ſ. ſpecie, non qualitercunque [ſed in alio,] ſ. in materia quod eſt facere compoſitũ. Quod ſic patet. Si.n. agens facit aliquid, oportet ꝙ faciat ex aliquo alio, ſicut ex materia. hoc [enim ſuperius ſubiciebatur] ſ. quòd omnis generatio ex materia fit, propter probationẽ ſuperius inductam. Sicut ages dicitur facere ſphæram æream. Et hoc ideo, quia facit hoc qđ eſt ſphæra ærea, ex hoc quod eſt æs. Si igitur etiã ipſam formam faciat, palã erit, ꝙ faciet eã ſimiliter. ſ. ex aliqua materia. Et ita ſicut ſphæra ærea erit compoſita ex materia & forma, ſic & forma ſphęræ æreæ, erit cõpoſita ex materia & forma. & redibit eadẽ q̃ſtio de forma formæ, & ſic i infinitũ. Et ita generationes procedent in infinitum: quia omne generatum habet materiam & formam. Palam igitur eſt, ꝙ non fit ſpecies vel generatæ, nec aliquid aliud quodcunque fit, qđ oporteat uocare formam in rebus ſenſibilibus, ſicut ordo & cõpoſitio & figura, quę in aliquibus tenent locum formæ, maxime in artificialibus. Et quia generatio eſt eius quod fit palam eſt, quod nec generatio eſt formę, ſed compoſiti. Nec uerum quod quid erat eſſe rei generatæ, generatur, niſi per accidens. Sed forma & quod quid erat eſſe. [eſt qđ fit in alio,] ſ. in materia non per ſe. Et dico quod fit, vel ab arte vel a natura [uel de poteſtate] .i. a quocunque agente per uiolẽtiam. Dicit autem quodquiderateſſe non fieri, quamuis fit idem rei factæ. Supra enim oſtenſum eſt, vnamquamq; rem eſſe idẽ cũ ſuo quodquiderat eſſe. Sed tamẽ quodquiderateſſe, eſt quod per ſe pertinet ad ſpeciem. Vnde ab eo excluduntur conditiones indiuiduales, quæ per accidens ſunt ſpeciei. Species autẽ & alia vniuerſalia non generantur niſi per accidens, ſi ſingularia generatis. Sciendum tamẽ, ꝙ licet in litera dicatur, ꝙ forma ſit in

Tex.c.27,

eſt non rotundum, aut ſphæram facere, ſed alterum aliquid, aut ſpeciem hanc in alio. Nam, ſi facit, ex aliquo facit alio. hoc.n. ſubijciebatur, ut facere æream ſphæram. hoc autem ita, quia ex hoc, quod eſt æs, hoc facit quod eſt ſphæra. Si igitur, & hoc facit ipſum, palam quia ſimiliter faciet, & ibunt generationes in infinitum. Palam ergo quòd nec ſpecies fiat, nec quodcunque oportet uocare in ſenſibili formam. nec eius eſt generatio, nec quod quid erat eſſe huic. Hoc enim eſt, quod in alio fit aut ab arte, aut a natura, aut a poteſtate.

par. 2.

b Aeream uero ſphæram eſſe facit: facit enim ex ære & ſphæra. nam in hoc hanc ſpeciem facit: & eſt hoc ſphæra ærea. hoc aũt ſphæræ eſſe. Eius vero, quod eſt ſphæræ eſſe, oĩno ſi eſt generatio ex aliquo, aliquid erit. Oportebit.n. diuiſibile eſſe ſemper quod fit. & eſſe, hoc quidẽ hoc, & hoc hoc. Dico autem quòd hoc quidem materiam, illud uero ſpeciem. Si igitur eſt ſphæra ex medio figura æqualis, huius hoc quidem eſt in quo erit quod facit, hoc autem in illo, hoc autem omne quod factum eſt, vt ærea ſpęra. Palam igitur ex dictis, quia quod quidem ut ſpecies, aut ut ſubſtantia dicitur non fit. Synodus autem ſecundum hanc dicta, fit. Et quòd in omni generato materia ineſt, & eſt hoc quidem hoc, & hoc hoc.

Tex. c.28. par. 3.

c Vtrum igitur eſt ne quædam ſphæra præter has, aut domus pręter lateres, aut nunquam facta eſt? Si ſic, non erat hoc aliquid. Sed qa domus tale ſignificat. Hoc autem, & terminatum non eſt, ſed facit, & generat ex hoc, tale hoc. Et quando gene-

Lect. 5.

A materia, non tamen proprie dicitur. Forma.n. proprie non fit, ſed compoſitum. Sicut enim dicitur, forma eſſe in materia, hoc forma non fit, ſed compoſitum per formam. Ita etiam proprius modus loquendi eſt, ut dicamus compoſitum generari ex materia in talem formam. Formæ.n. proprie non fiunt, ſed educuntur de potentia materię, inquantum materia, quæ eſt in potentia ad formã, fit actu ſub forma, qđ eſt facere compoſitũ. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit. ꝙ compoſita fiant dicens, ꝙ generans facit eſſe ſphæram æneam. Facit.n. eam ex ære, qđ eſt materia, ſicut ex principio generationis, & ex ſphæra, quæ ẽ formę & generationis terminus. Facit.n. [Hanc ſpeciem,] id eſt figurã ſphęræ [in hoc,] .i. in hac materia, inquantũ ſ. tranſmutat hoc æs in ſphęram. Et hoc eſt ſphæra ærea ſ. forma ſphęræ in ære. [Sed hoc] ſ. figura ſphæræ [eſt eſſe ſphæræ]. i. quod quid eſt ſphæræ. [Eius autem quod eſt eſſe ſphæræ,] .i. ipſius qđ quid eſt formæ, non eſt omnino generatio: quia ſi eſſet eius generatio, oporteret ꝙ eẽt ex aliquo, ſicut ex materia. Oẽ.n. qđ fit, oportet eſſe diuiſibile, ita. ſ. ꝙ eius [hoc fit hoc,] .i. una pars fit hoc, [& hoc fit hoc,] ideſt alia pars fit hoc. Et hoc exponit. ſ. ꝙ una pars eius ſit materia, & alia pars eius ſit ſpecies. Si igitur quid eſt ſphæræ quantũ ad ipſam formam eſt [quòd ſit figura ęqualis ex medio,] ideſt quod ſit quædam figura ſolida, a cuius medio ad extremitates omnes lineæ ductę ſint æquales, oportet [quòd huius] ſcilicet ſphæræ æneæ [hoc quidẽ,] ſcilicet materia ſit in quo erat id quod, [facit generans] ſcilicet forma, & hoc ſit in illo, ſ. forma, [quæ] ſ. eſt figura ex medio ęqualis, [& hoc. ſ. omne,] ideſt totum quod, [factum eſt]. ſ. ænea ſphæra. Palam igitur eſt ex dictis, ꝙ ſi omne quod fit, oportet eſſe diuiſibile, ꝙ id, quod eſt ut ſpecies, aut quod eſt [vt ſubſtantia,] ideſt, ut quod quid erat eſſe, non fit. Sed [ſynodus] i. compoſitum quod dicitur, & denominatur a tali forma, vel quidditate vel quodquideſt, fit. Et iterum manifeſtum eſt, quòd in omni generato ineſt materia, & quòd cuiuslibet generati, hoc eſt hoc, [& hoc eſt hoc,] ideſt, vna pars eſt materia. & alia forma. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit, quòd ex quo formæ non generantur, ſed compoſita, quod non oportet ponere ſpecies ſeparatas eſſe cauſas generationis in iſtis inferioribus. Sciendum eſt autem, quòd Platonici ponebant ſpecies eſſe cauſas generationis dupliciter. Vno modo per modum generantis. Et alio modo per modum exemplaris.

eſt ipſum rotundum, aut ſphæram facere, ſed aliquid aliud, vtputa formã hanc in alio. Si enim facit, ex aliquo alio profecto facit. hoc enim ſupponebatur, utputa facere aneam ſphęram, hoc autem ita, quia ex eo, quod æs, hoc facit, quod ſphæra eſt. Si igitur & hoc ipſum facit, patet quod ſimiliter faciet, & generationes in infinitũ procedent. Manifeſtum igitur eſt, quod neque ſpecies fit, aut quodcunque nominare oportet formam, quæ in ſenſibili eſt, nec eſt eius generatio, nec eſt hoc ipſum quid erat eſſe. Hoc enim eſt, quod in alio fit, aut ab arte, aut a natura aut potentia.

B

Aeneam vero ſphæram eſſe facit: facit nanque ex ære & ſphæra. in hoc enim hanc formam facit: & hoc eſt ſphęra ænea. hoc autem ſphęrę eſſe. Eius uero, quod eſt ſphærę eſſe omnino ſi generatio eſt, ex aliquo aliquid erit. oportebit nanque diuiſibile ſemper eſſe quod fit, & eſſe, hoc quidem hoc, illud vero hoc. dico autem quod hoc quidem materiam, illud uero formam. Si itaq; ſphęra eſt figura, quę a medio ęqualis eſt, huius hoc quidem eſt, in quo erit quod facit: illud autem in illo: totum vero, quod factum eſt, utputa ipſa ænea ſphęra. Manifeſtum igitur ex dictis eſt, quod illud quidem, quod ut forma, aut ſubſtantia dicitur, non fit, copulatio uero, quę ſecundum hanc dicitur fit, & quod in omni, quod fit, materia ineſt, & eſt hoc quidem hoc, illud vero hoc.

C

D

Vtrum igitur eſt aliqua ſphęra pręter has, aut domus pręter lateres? An nec factum fuiſſet unquam ſi ita eſſet quod quid, ſed quoniam tale ſignificat, hoc autem & terminatum non eſt, ſed facit, & generat ex hoc tale, & cum generatum eſt, eſt hoc tale: totum autem hoc Callias aut

E

ratum eſt, eſt hoc tale. Hoc autē eſt omne hoc. Callias autem & Socrates eſt, quemadmodum ſphæra ęnea hoc. Homo vero & animal quemadmodum ſphæra ænea totaliter. Manifeſtum ergo, quia ſpecierum cauſa (ſicut conſueti ſunt dicere quidā ſpecies,) ſi ſunt præter ſingularia, ad generationes & ſubſtantias nihil vtiles, neque erunt vtique præter hoc ſubſtantiæ ſecundum ſe. G

d In quibuſdam vero palā, quia generans tale quidem eſt, quale generatum: Nec tamen idē, nec vnum numero, ſed vnum ſpecie: ut in phyſicis. Homo nāque hominem generat, niſi quid prçter naturam fiat, ut equus mulum, & hoc quoque ſimile. Commune enim ſuper equum & aſinum non eſt nominatum proximum genus, ſunt autem ambo forſan uelut mulus. Quare palam, quia non oportet quaſi exemplum, ſpeciem probare. maxime enim in his exquirerentur. nam ſubſtantiæ maximæ hæ. Sed ſufficiēs eſt generās facere, & ſpeciei cauſam eſſe in materia. Omnis uero talis ſpecies in his carnibus & oſſibus Callias & Socrates. Et diuerſa quidem propter materiā (Diuerſa nanque.) Idem uero ſpecie: Indiuidua enim ſpecies. H I

Socrates eſt, ſicuti ſphæra ænea hæc: homo uero & animal, ſicuti ſphæra ęnea ſimpliciter. Patet ergo quod formarum cauſæ (quemadmodum quidam dicere ſolent formas) ſi aliqua ſunt præter ſingularia, ad generationes & ſubſtantias nihil proſunt, nec ſunt propter has ſubſtantia ſecundum ſe.

In quibuſdam etenim etiam manifeſtum eſt, quod generans tale eſt, quale quod generatur: non tamen idem, nec vnum numero, ſed vnum ſpecie: vt in naturalibus. homo nanque hominem generat, niſi quid prçter naturam fiat, vt equus mulum. & hęc quoque ſimiliter. quod enim eſt commune equo, & aſino, non eſt nominatum propinquiſſimum genus: fuerint autem ambo fortaſſis, vti mulus. Quare patet, quòd non oportet tanquam exemplar formam ponere. in his etenim maxime quęrerentur: hę enim maxime ſubſtantię ſunt: ſed generans ſufficiens eſt ut faciat, & cauſa ſit formę in materia: tota vero iam talis forma in his carnibus, & oſſibus Callias, & Socrates. & diuerſa quidē propter materiam (diuerſa etenim) idem autem ſpecie, indiuiſibilis nanque forma eſt.

pſaris. Primo ergo oſtendit, ꝙ ſpecies ſeparatę non ſunt cauſæ generationis per modum generantis. Secundo, ꝙ non per modum exēplaris, ibi [In quibuſdam uero palam.] Dicit ergo primo ꝙ conſiderandum eſt utrum ſit aliqua forma [vniuerſalis pręter huiuſmodi ſingularia]. ſ. ꝙ ſit quædam ſphæra a materia ſeparata pter has ſphæras, quę ſunt in materia. Aut etiam ſit aliqua domus uniuerſalis ſine materia, præter lapides, ex quibus conſtituuntur iſtę domus particulares. Mouet autem qōnem in artificialibus propter naturalia. quorū ſpecies Plato ſeparatas poſuit a materia: ut intelligatur eſſe quæſitum, utrum ſit homo uniuerſalis præter carnes & oſſa ex quibus particulares homines conſtituuntur. Ad ſolutionem aūt huius qōnis, hic primo pręmittit ꝙ ſi ſit aliqua ſubſtantia hoc modo facta, nullo modo erit hoc aliquid, ſed ſignificabit tantum quale quid, quod non eſt determinatum. Socrates enim ſignificat hoc aliquid & determinatum. Homo uero ſignificat quale quid, quia ſignificat formā communem & indeterminatam, quia ſignificat abſque determinatione huius uel illius. Vnde, ſi ſit homo præter Socratem & Platonem & alios huiuſmodi, non tamē erit hoc aliquid nec determinatum. Sed nos uidemus ꝙ in generationibus ſemper illud quod facit & generat [ea hoc,] id eſt ex tali materia eſt [tale hoc,]. i. hoc determinatū. habens determinatā ſpeciem. Oportet enim ſicut generatum eſt hoc aliquid, ita & generans eſſe hoc aliquid, cum generans ſit ſimile genito, ut ſupra probatum eſt. Et quod genitum ſit hoc aliquid, ex hoc patet, quia quod generatur, eſt
Tex. c. 43. compoſitum [ſed hoc eſſe]. ſ. compoſitum, quando [eſt hoc]. i. determinatum, eſt ut Callias, aut Socrates, ſicut cum dicitur hæc ſphæra ænea. Sed homo & animal non ſignificant hanc materiam, ex qua eſt generatio, ſicut nec ſphæra ænea uniuerſaliter dicta. Si ergo compoſitum generatur, & non generatur niſi ex hac materia, per quam eſt hoc aliquid, oportet ꝙ id, quod generatur, ſit hoc aliquid. Et cum generatum ſit ſimile generanti, oportet etiam ꝙ generans ſit hoc aliquid. Et ita non ſit ſpecies uniuerſalis ſine materia. Manifeſtum eſt ergo ex dictis, ꝙ ſi ſunt aliquæ ſpecies præter ſingularia, nihil ſunt utiles ad generationes & ſubſtantias rerum, ſicut conſueti ſunt quidā dicere [ſpecierum cauſa] i. ad hoc ꝙ ponant ſpecies. Hęc. n. erat una cauſa, quare Platonici ſpecies ponebant, ut eſſent cauſa generationis, in rebus. Si igitur ſpecies ſeparatę nō poſſunt eſſe cā generationis. manifeſtū erit ꝙ nō erunt ſpecies quædam ſubſtātię ſm ſe exiſtētes. Sciendum eſt aūt, ꝙ omnes. qui nō conſiderauerunt hoc, quod Philoſophus ſupra oſtendit, ꝙ formæ non fiūt, paſſi ſunt difficultatē circa factionē formarū. Propter hoc nanq. quidā coacti ſunt dicere, oēs formas eſſe ex creatione. nā ponebāt formas fieri, & nō poterant ponere ꝙ fierent ex materia, eo ꝙ materia non ſit pars formę. unde ſequebatur ꝙ fierent ex nihilo. & per conſequens quòd crearentur. Econtrario aūt quidā poſuerūt pp hanc difficultatē, formas pręexiſtere in materia actu, K

F quod eſt ponere latitationem formarum, ſicut poſuit Anaxa. Sententia autē Ariſtotelis, qui ponit formas non fieri, ſed compoſitum, vtrunque excludit. Neque enim oportet dicere, ꝙ formæ ſint cauſatæ ab aliquo extrinſeco agente, neque ꝙ fuerint ſemper actu in materia, ſed in potentia tantum. Et ꝙ in generatione compoſiti ſint eductæ de potētia ī actū. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd ſpecies ſeparatæ non poſſunt eſſe cauſa generationis per modum exemplaris dicens, ꝙ licet in aliquibus ſit dubium, utrum generans ſit ſimile generato, tamē in quibuſdam palam eſt, ꝙ generās ſit quędam tale, quale eſt generatum, non quidem idem numero, ſed idem ſpecie, vt patet in naturalibus. Homo. n. generat hominē, ſimiliter equus equum, & unaquæque res naturalis aliam ſimilem in ſpecie ſibi, niſi accidat aliquid pręter naturam: ſicut eſt cum equus generat mulā. Et dicitur illa generatio præter naturā, quia eſt præter intentionem naturæ particularis. Virtus enim formatiua, quæ eſt in ſpermate maris, naturaliter eſt ordinata ut producat omnino ſimile ei, a quo ſperma eſt deciſum: ſed de ſecundaria intentione eſt, ꝙ quando perfecta ſimilitudo induci nō poteſt, inducatur qualiſcunque poteſt ſimilis. Et quia in generatione muli ſperma equi nō poteſt inducere ſpeciem equi in materia, ppter hoc quod non eſt proportionata ad ſuſcipiendum ſpeciem equi, inducit ſpeciem propinquam. Vnde etiam in generatione muli, eſt aliquo modo generans ſimile generato. Eſt enim aliquod proximum genus, quod non eſt nominatum commune equo & aſino. Et ſub illo genere continetur etiam mulus. vnde ſecundum illud genus poteſt dici, ꝙ ſimile generet ſimile. Vt ſi uerbi gratia dicamus, quod illud proximum genus ſit iumentum, poterimus dicere quod licet equus non generet equum, ſed mulum, iumentum tamen generat iumentum. Patet igitur, quod omnia generata conſequuntur ſpeciei ſimilitudinem ex uirtute generantis. Quare palam eſt, quod non oportet ponere aliquam ſpeciem ſeparatam, quaſi exemplar rebus generatis, ex cuius imagine res generatæ, ſpeciei ſimilitudinem conſequantur. ut Platonici ponebant. Maxime enim huiuſmodi exemplaria requirerentur in prædictis ſubſtantiis naturalibus, quæ ſunt maxime ſubſtantiæ reſpectu artificialium. Sufficiens autem eſt in prædictis generans ad faciendum ſimilitudinem ſpeciei, & eſt ſufficiens [ponere cauſam ſpeciei in materia,] id eſt quod illud, quod facit hoc generatum conſequi talem ſpeciem, non ſit ſpecies extra materiam, ſed ſpecies in materia. [Omnis autem ſpecies, quę eſt in materia], ſcilicet in his carnibus & in his oſſibus, eſt aliquod ſingulare, ut Callias & Socrates. Et iſta etiam ſpecies cauſans ſimilitudinem ſpeciei in generando, eſt diuerſa
D. 30. a ſpecie generati ſecundum numerum propter diuerſam materiam. Cuius diuerſitas eſt principium diuerſitatis indiuiduorum in eadem ſpecie. Diuerſa nanque eſt materia, in qua eſt forma hominis generantis & hominis generati. Sed

vtraque

vtraque forma eſt idem ſecundum ſpeciem, nam ipſa ſpecies eſt [indiuidua,] ideſt non diuerſificatur in generante & generato. Relinquitur ergo, quòd non oportet ponere aliquam ſpeciem præter ſingularia, quæ ſit cauſa ſpeciei in generatis, vt Platonici ponebant.

LECTIO VIII.

a DVbitabit autem aliquis quare alia fiunt arte & a caſu, vt ſanitas: alia non, vt domus.

b Cauſa vero eſt, quia horum quidem eſt materia incipiens generationis in facere & fieri aliquid eorum; quę ab arte, in qua exiſtit aliqua rei pars: hæc quidem talis eſt, qualis moueri ab ea, illa vero non. & huius hæc quidem ſic potens, hæc autem impotens. Multa nanque poſſunt ab ipſis moueri, ſed nõ ſic; puta ſaltare. Quorum igitur talis eſt materia, vt lapides, impoſſibile ſic moueri, niſi ab alio. Sic tamen & vtique ignis. Propter hæc quidem non erũt ſine habente artem, hæc autem erunt. Ab his enim mouebuntur non habentibus artem, aut ex parte.

LECTIO VIII.

DVbitauerit autem aliquis, cur quędam & arte, & caſu fiunt, ut ſanitas: quędam autem minime, vt, domus.

B *Cauſa vero eſt, quòd horum quidem materia, quę principium generationis, eſt cum faciens fit, & factum aliquid eorum, quæ ab arte ſunt, in qua eſt aliqua pars rei, quædam talis, ut a ſeipſa moueatur, quędam non, & huius quędam ſic poſſibilis eſt, quędam impoſſibilis. multa nanque poſſibilia quidem a ſeipſis moueri, ſed non ſic, utputa ſaltare. Quorumcumque itaque talis materia eſt, ut lapides, impoſſibile eſt ſic moueri niſi ab alio, ſic tamen certe eſt & ignis, propterea quędam non erunt abſ-* C *que eo, qui habet artem, quędam erunt. ab his enim mouebuntur, quæ non habent quidem artem, moueri uero poſſunt ipſamet, aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte.*

LECTIO VIII.

Tex.co. 19. par. prima. a POſtquam oſtendit Philoſop', quòd ſpecies ſeparatæ non ſunt cauſa generationis in iſtis inferioribus, hic manifeſtat quædam, quæ poſſent eſſe dubia circa prædeterminata. par. 2. Et, diuiditur in partes tres, ſecundum quod tria dubia ſunt, quæ manifeſtare intendit. Secunda pars incipit ibi [Palam vero ex dictis.] part. 3 par 6. part. ſeq. Lect. 7. Tertia ibi [non ſolum autẽ de ſubſtantia,] Circa primum duo facit. Primo ponit dubitationem. Secũdo, ſoluit eam ibi [Cauſa vero &c.] Oritur autem prima dubitatio ex eo, quod ſupra dixerat, quòd principium ſanitatis eſt ſpecies, quæ eſt in anima, tunc ſanitas fit ab arte. Quãdo vero ſanitas non eſt ab hoc principio, ſed a calefactione tãtum, tunc fit ſanitas a caſu, ſicut cum accidit ſanitas ex confricatione. Hoc autem non poteſt accidere in domibus, quæ fiunt ab arte. Domus enim nunquam fit ab aliquo principio, niſi a ſpecie domus in anima. Et ſic ſemper fit ab arte, & non a caſu. Et ideo eſt dubitatio, quare quędam fiunt quandoque quidem ab arte, quandoque quidem a caſu, vt ſanitas: quædam vero non, ſed fiunt tantum ab arte, & nunquam a caſu, vt domus. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit quęſtionem & dicit cauſam prædictæ differentiæ in artificialibus hanc eſſe, quia materia, a qua incipit generatio, ſecundum quam contingit facere & fieri aliquid eorũ, quę ſunt ab arte, talis eſt, in qua exiſtit aliqua pars rei. Oportet nanque in materia qualibet, eſſe aptitudinem ad formam. Non n. quodlibet artificiatum poteſt fieri ex qualibet materia, ſed ex determinata. Sicut ſerra non fit ex lana, ſed ex ferro. Ipſa ergo aptitudo ad formam artificiati, quæ eſt in materia, iam eſt aliqua pars artificiati, quæ eſt in materia, quia ſine aptitudine, artificiatum eſſe non poteſt. Sicut ſerra non poteſt eſſe ſine duritie, per quã ferrum eſt ordinatum ad formam ſerræ. Sed hęc pars dupliciter inuenitur in materia. Quandoque quidem ita, quod per eam materia poteſt moueri a ſeipſa per partem formæ in ea exiſtentẽ. quandoque vero non. Sicut in corpore humano, quod eſt materia ſanationis, ineſt virtus actiua, per quam corpus poteſt ſanare ſeipſum. In lapidibus autem & lignis non eſt aliqua virtus actiua, per quam poſſit moueri materia ad formam domus. Etſi quidem materia ſic poſſit moueri per partem formæ, quam in ſe habet ad formam, hoc contingit dupliciter, quia quandoque poteſt ſic moueri per principium intrinſecum, quod eſt pars prædicta, ſicut moueretur per artem, vt accidit in ſanatione. nam natura humani corporis eodem modo agit ad ſanitatem, ſicut & ars: Quandoque vero non poteſt moueri materia per principium intrinſecum eodem modo, ſicut mouetur ab arte licet aliquo modo per ipſum moueri poſſit. Multa enim ſunt quæ poſſunt a ſeipſis moueri, ſed non ſic, ſicut mouentur ab arte, vt patet in ſaltatione. homines enim non habentes artem ſaltandi, poſſunt quidem mouere ſeipſos, ſed non illo modo, ſicut mouent ſe qui habent artem prædictam. Illa igitur artificialia, quę habent talem naturam, ſicut lapides ſunt materia domus, non poſſunt a ſeipſis moueri. impoſſibile eſt enim moueri ea niſi ab alio. & hoc non ſolum eſt in artificialibus, ſed etiam in naturalibus. Sic enim & materia ignis non poteſt mo-

A ueri ad formam ignis niſi ab alio. & inde eſt, quòd forma ignis non generatur niſi ab alio. Et propter hoc, quædam artificialia non poſſunt fieri ſine habente artem: quæ ſcilicet in ſua materia uel non habent aliquod principium motiuum ad formam, uel non ſic motiuum, ſicut ars mouet. Quæ vero ab aliquo extrinſeco principio moueri poſſũt, non habente artem poſſunt eſſe & fieri etiam ſine habente artem. Mouebuntur enim eorum materiæ ab his, quæ non habent artem. Quod quidem oſtendit dupliciter. Vno modo inquantum poſſunt moueri ab aliquibus alijs extrinſecis principijs non habentibus artem, ſicut arborem plantare poteſt etiã qui non habet artem plantandi. Alio modo quando [materia mouetur ex parte;] id eſt ab aliquo principio intrinſeco, quod eſt aliqua pars formæ. Sicut cum corpus humanum ſanatur ab aliquo principio intrinſeco, quod eſt aliqua pars formę. Sciendum eſt autem, quòd occaſione horum verborum, quæ hic dicuntur, quidam ponunt quod in omni generatione naturali, eſt aliquod principium actiuum in materia, quod quidem eſt forma in potentia præexiſtens in materia, quæ eſt quædam inchoatio formę. Vnde hæc formæ pars dicitur, quod quidem adſtruere nituntur. Primo ex hoc, quod hic dicitur. Videtur enim hic Ariſt. dicere, quod illa, quorum materia non eſt principium actiuum, fiunt tantum ab arte. Oportet D igitur quòd in materia illorum, quę fiunt a natura, inſit aliquod principium actiuum. Secundo ex hoc, quòd omnis motus, cuius principium non eſt in eo quod mouetur, ſed extra, eſt motus uiolentus, & non naturalis. Si igitur in his, quę generantur per naturam, non eſſet aliquod principium generationis actiuum in materia, tunc eorum generationes non eſſent naturales, ſed violentæ, aut non eſſet aliqua differentia inter generationem artificialem & naturalem. Et ſi obijciatur contra eos, quòd tũc ea, quę generantur naturaliter, non indigent extrinſeco generante, ſi eorum generatio eſt a principio intrinſeco, Reſpondẽt, quòd ſicut principium intrinſecum non eſt forma completa, ſed quædam inchoatio formę, ita etiam non eſt perfectum principium actiuum, ut per ſe poſſit agere ad generationem, ſed habet aliquid de uirtute actiua ut cooperetur exteriori agenti. niſi enim aliquid conferret mobile exteriori agenti, eſſet motus uiolentus. Violentum enim eſt cuius principium eſt extra, nil conferẽte uim paſſo, ut in primo Ethicorum dicitur. Hęc autem E opinio uidetur propinqua ponentibus latitationem formarum. Lect. 1. Cum enim nihil agat niſi ſecundum quòd eſt in actu, ſi partes uel inchoationes formarum, quæ ſunt in materia, habẽt aliquã uirtutem actiuam, ſequitur quod ſint aliquo modo actu, quod eſt ponere latitationẽ formarum. Et præterea [d] cum eſſe ſit ante agere, non poteſt intelligi forma prius habere agere, quam ſit in actu. D. 644. Et ideo dicendum eſt, quod ſicut ſola uiuentia inueniũtur ſe mouere ſecundum locum, alia uero mouentur a principio extrinſeco, uel generante, uel remouente prohibens, ut dicitur Octauo Phyſic. ita ſecundum alios motus, ſola uiuentia inueniuntur mouere ſeipſa. Tex. co. 34. Et hoc ideo, quia inueniuntur habere diuerſas partes, quarum una poteſt eſſe mouens, & alia mota, quod oportet eſſe in omni mouente ſeipſum, ut probatur in Octauo Phyſic. T. com. 40. Sic igitur inuenimus in generatione uiuentiũ eſſe principium actiuum intrinſecum, quod eſt virtus formatiua in ſemine. Et ſicut eſt potentia augmẽtatiua mouens in motu augmenti & decrementi, ita eſt & in motu alterationis, quæ eſt ſanatio, principiũ mouens intra. Nã cum cor non ſit ſuſcepti-

uum

rum infirmitatis, uirtus naturalis, quæ eſt in corde ſano, totum corpus ad ſanitatem alterat. De tali igitur materia habente in ſe principium actiuum loquitur hic Philoſophus, & non de rebus inanimatis. Quod ex hoc patet, quia materiam ignis comparat materiæ domus in hoc, quòd vtraque mouetur ad formã a principio extrinſeco.

Text.cõ.30. part.3. non tamen ſequitur quòd generatio inanimatorum corporum non ſit naturalis. Non enim oportet ad motum naturalem, quòd ſemper principium motus, quod eſt in mobili, ſit principium actiuum & formale, ſed quandoque eſt paſſiuum & materiale.

part.4. Text.com.6. Vnde & natura in ſecundo Phyſicor. diſtinguitur per materiam & formam. Et ab hoc principio dicitur naturalis generatio ſimplicium corporum,

Commen. 2. vt dicit Commentator in ſecundo Phyſicor. Differentia tamen eſt inter mate-

Text.cõ.31. riam naturalium & artificialium, quia in materia rerum naturalium eſt aptitudo naturalis ad formam, & poteſt reduci in actũ

part. 5. per agens naturale, non autem hoc contingit in materia artificialium. Deinde cum dicit.

c Palam vero ex dictis, quia modo quodam omnia fiunt ex vniuoco, quemadmodum naturalia: aut ex parte vniuoca, vt domus ex domo: aut ab intellectu. ars.n.ſpecies: Aut ex parte aut ex habente aliquam partẽ, niſi ſecundum accidens fiat.

d Cauſa namque faciendi prima ſecundum ſe pars. Calor enim in motu, calorem in corpore facit. Is vero eſt, aut ſanitas, aut pars, aut ſequitur eum pars aliqua ſanitatis. aut ſanitas ipſa, propter quod dicitur facere: quia illud facit ſanitatem, cui conſequitur & accidit * calor. Quare quemadmodum in ſyllogiſmis omnium principium eſt ſubſtantia (nam ex quodquid eſt, ſyllogiſmi ſunt) & hic generationes.

* Alia litera ſanitas.

e Similiter itaque his, & quæ ſunt natura conſtituta ſe habẽt. Nam ſperma facit ſicut quæ ab

c ¶ Manifeſtat ſecundum, quod poterat eſſe dubium ex prædictis. Dixerat enim ſuperius, quòd omne, quod generatur, generatur a ſimili ſecundum ſpeciem. Hoc autem non eodem modo ſe habet in omnibus. & ideo hic manifeſtare intendit, quomodo hoc diuerſimode in diuerſis inuenitur. & circa hoc duo facit. Primo, diſtinguit diuerſos modos, quibus generatum eſt ſimile generanti. Secundo, manifeſtat eos, ibi. [Cauſa namque faciendi.] Sciendum eſt autem circa primum, quòd omne quod generatur ab aliquo, aut generatur per ſe, aut

part. ſeq. generatur ab eo per accidens. Quod autem generatur ab aliquo per accidens, non generatur ab eo ſecundum quòd huiuſmodi. vnde non oportet in generante eſſe ſimilitudinem generati. Sicuti inuentio theſauri, non habet ſimilitudinem aliquam in eo, qui fodiens ad plantandum, inuenit theſaurum per accidens. Sed generans per ſe, generat tale ſecundum quòd huiuſmodi. vnde oportet quòd in generante per ſe, ſit aliqualiter ſimilitudo generati. Sed hoc contingit tripliciter. Vno modo quando forma generati præcedit in generante, ſecundum eundem modum eſſendi, & ſimili materia. Sicut cũ ignis generat ignẽ, vel homo generat hominẽ: & hęc eſt generatio totaliter uniuoca. Alio modo quando forma generati præcedit in generãte. nõ quidem ſm

D. 32. eundẽ modũ eſſendi, ᵈ nec in ſubſtantia eiuſdem rationis. ſicut forma domus pręcedit in artifice, non ſm eſſe materiale, ſed ſm eſſe immateriale, quod habet in mente artificis, non in lapidibus & lignis: & hæc generatio eſt partim ex vniuoco, quantum ad formam, partim ex æquiuoco, quantum ad eſſe formæ in ſubiecto. Tertio modo, quando ipſa tota forma generati non præcedit in generante, ſed aliqua pars eius, aut aliqua pars partis. ſicuti in medicina calida præcedit calor, qui eſt pars ſanitatis. aut aliquid ducens ad partem ſanitatis: & hæc generatio nullo modo eſt vniuoca. Et ideo dicit. [Palam ex dictis eſt quod aut fiũt omnia quodammodo ex totaliter vniuoco, ſicut naturalia.] vt ignis ab igne, & homo ab homine. Aut ex eo quod eſt [ex parte] uniuocum, quantum ad formam, & ex parte æquiuocũ, quantum ad eſſe formę in ſubiecto, ſicut domus fit ex domo. quę eſt ars in artifice, [aut ab intellectu] ſiue artis habitu. Ipſa n. ars ędificatiua, eſt ſpecies domus Aut tertio modo fiũt aliquã ex parte formæ præexiſtentis in generante, ſiue ex ipſo generante habente partem prædictã. Poteſt.n.dici, ꝙ generatio fit uel ex forma, ſiue parte formę, uel ex habente formam, uel partem formę. Sed ex habente quidem ſicut ex generante, ex forma ſiue parte formæ, ſicut ex eo, quo generans generat. nam forma non generat nec agit, ſed habens formam per eam. Ex hoc dico, ꝙ aliquid fit ex alio ſimili, ſecundum aliquem prædictorum modorum, niſi

F fiat ex eo per accidens. Tunc.n. non oportet huiuſmodi ſimilitudinem obſeruari, ſicut dictum eſt. Deinde cum dicit.

part.4. d ¶ Manifeſtat modos prędictos, & primo in rebus artificialibus. Secundo in rebus naturalibus. ibi [Similiter itaque his.] Dicit ergo primo, quod ideo oportet quod ſit fieri ex aliqua parte, quia prima cauſa faciendi ſecundũ ſe, eſt pars generati pręexiſtentis in generante, quæ eſt, vel ipſa forma generantis vel pars formæ. Cum enim per motum calor generatur, in ipſo motu eſt quodammodo calor, ſicut in uirtute actiua. nam ipſa uirtus cauſandi calorẽm, quę eſt in motu, eſt aliquid de genere caloris. Et iſte calor in motu exiſtens uirtute, facit calorem in corpore, non quidem generatione uniuoca, ſed æquiuoca: quia calor in motu, & in corpore calido, non eſt uniuſ rationis. Is uero, ſcilicet, calor, aut eſt ipſa ſanitas, aut aliqua pars ſanitatis aut ſequitur eum aliqua pars ſanitatis aut ſanitas ipſa. Per hæc quatuor, quæ ponit, dat intelligere quatuor modos, quibus poteſt ſe habere forma generantis ad formam geniti. Quorum primus eſt, quando forma generati totaliter eſt in generãte, ſicut forma domus eſt in mente artificis: & ſicut forma ignis generati, eſt in igne generante. Secundus modus eſt, quando pars formę generati eſt in generante, ſicut cum medicina calida ſanat calefaciendo. Nam calor, factus eſt in ſanato pars ſanitatis. Tertius modus eſt; quando pars formæ eſt in generante, non actu, ſed uirtute, ſicut quando motus calefaciendo ſanat. Calor enim eſt in motu uirtute. & non actu. Quartus modus eſt, quando ipſa tota forma eſt in generante uirtute, ſed non actu. ſicut forma ſtuporis eſt in piſce ſtupefaciente manum. & ſimiliter eſt in aliis, quæ agunt a tota ſpecie. Primum ergo modum deſignat in hoc quod dicit [aut ſanitas.] Secundum in hoc quod dicit. [Aut pars.] Tertium in hoc quod dicit. [Aut ſequitur eum aliqua pars ſanitatis.] Quartum in hoc quod dicit. [Aut ſanitas ipſa.] Et quia motus cauſat calorem, ad quem ſequitur ſanitas, propter hoc etiam dicitur motus facere ſanitatem; quia id facit ſanitatem, cui conſequitur, uel accidit ſanitas. Vel melius. [Quod conſequitur & accidit ex motu], ſcilicet calor, facit ſanitatem. Quare patet quòd ſicut in ſyllogiſmis omnium principium [eſt ſubſtantia,] id eſt quodquid eſt rei. Nã ſyllogiſmi demonſtratiui ſunt ex quid eſt, cum in demonſtrationibus medium ſit diffinitio, [& hic] ſcilicet in operatiuis generationes ſunt ex quodquid eſt. In quo oſtenditur ſimilitudo intellectus ſpeculatiui & practici. Sicut enim intellectus ſpeculatiuus procedit ad demonſtrandum paſſiones de ſubiectis, ex conſideratione eius quod quid eſt, ita intellectus procedit ad operandum ex ſpecie artificii, quę eſt eius quod quid eſt, vt ſupradictum eſt. Deinde cum dicit.

Manifeſtum autem eſt ex his, quæ dicta ſunt, & quod quodam modo omnia fiunt ex uniuoco; quemadmodum quæ natura ſunt: aut ex parte uniuoca, vt domus ex domo, aut ab intellectu; ars enim forma eſt: aut ex parte, aut habente aliquam partem, ſi non per accidens fiat.

G *Cauſa enim faciendi, prima ſecundum ſe pars, calor enim in motu calorem in corpore facit. hic uero, aut ſanitas eſt, aut pars, aut ſequitur eum aliqua ſanitatis pars. aut ipſa ſanitas. quare & dicitur facere, quia illud, quod ſequitur, et cui accidit calor, ſanitatem efficit. Quare, ſicut in ſyllogiſmis omnium principium ſubſtantia eſt (ex ipſo.n. quid eſt ſyllogiſmi ſunt) hic etiam generationes.*

H *Similiter ſe habent & quæ natura conſtituta ſunt. ſemen nanque facit, ſicut ea, quæ ab arte ſunt; habet*

I

K

e ¶ Manifeſtat quod dixerat de artificialibus, in rebus naturalibus dicens, quod ſimiliter ſe habent ea, quæ ſunt conſtituta ſecundum naturam, his quę fiunt per artem. Sperma enim operatur ad generationem, ſicut contingit in his, quæ fiunt per artem. Sicut enim artifex non eſt actu domus, nec habet formam, quæ fit domus actu, ſed poteſtate, ita ſperma non eſt animal actu, nec habet animam, quæ eſt ſpecies animalis actu, ſed poteſtate tantum. Eſt.n. in ſemine uirtus formatiua, quæ hoc modo comparatur ad materiam concepti, ſicut comparatur forma domus in mente artificis ad lapides & ligna: niſi quod forma artis eſt omnino extrinſeca a lapidibus & lignis, uirtus autem ſpermatis eſt intrinſeca. Quamuis autẽ generatio animalis ex ſpermate, nõ ſit a ſpermate, ſicut ab vniuoco, quia ſperma nõ ẽ animal, id tñ a quo eſt ſperma, eſt aliqualiter uniuocum ei, quod fit ex ſpermate, nam ſperma fit ab animali. Et io hoc eſt diſſimilitudo inter

genera-

generationem naturalem, & generationem artificialem, quia non oportet φ ſorma domus in mente artificis fit a domo, licet quandoque hoc accidat, vt cum aliquis ad exemplar veius domus facit aliam, ſed ſemper oportet φ ſperma ſit ab animali. Exponit autem quod dixerat [aliqualiter vniuocum] quia non oportet in omni generatione naturali eſſe omnimodam vniuocationem, ſicut cum dr̃ φ homo fit ex homine. [Fit. n. fœmina ex viro] ſicut ex agente, & mulus non fit ex mulo, ſed ex equo, vel aſino, in quo tamen eſt aliqua ſimilitudo, vt ſupra dixit. Et quod
Tex.cō.28. dixit φ a quo ē ſperma, oportet eſſe aliqualiter vniuocum, ſubiungit, intelligendum eſt [ſi non fuerit orbatio]. i. ſi non fuerit defectus naturalis virtutis in ſemi-
Tex.cō.2. part.6. ne. Tunc. n. generat aliquid, quod nō eſt ſimile generanti. ſicut patet ī mōſtruoſis partibus. Et [ſicut in illis]. i. in rebus artificialibus aliqua fiunt non ſolum per artē, ſed a caſu, qñ materia pōt moueri a ſeipſa eo motu, quo mouetur ab arte: qñ vero nō pōt hoc modo moueri, tunc non poteſt id quod fit ab arte, ab alio fieri q̃ ab arte, ita & hic poſſunt aliqua fieri a caſu & ſi-
part.7 ne ſpermate illa quorū materia hoc modo pōt moueri a ſeipſa [eo motu, quo mouet ſperma]. i. ad generationem animalis. Sicut patet in his, quæ generantur ex putrefactione, q̃ quō dicantur eſſe a caſu, & quomodo non, ſuperius expoſitum eſt. Illa autem, quorum
Tex.cō.23. materia non poteſt moueri a ſeipſa eo motu quo a ſpermate mouetur, impoſſibilia ſunt fieri aliter quàm ex ipſis ſeminibus ſicut patet de homine & equo, & alijs animalibus perfectis. Patet autem ex his, quæ hic dicentur, φ neque omnia animalia poſſunt generari & ex ſemine & ſine ſemine, Auic. ponit, neque nulla generantur vtroque modo, vt ponit Auerr. Eſt autē aduertendum, quòd per ea, quæ hic dicuntur, poſſunt ſolui dubitationes illorum, qui ponebant formas in iſtis generatis, non eſſe a generantibus naturalibus, ſed a formis, quæ ſunt ſine materia. Hoc enim maxime viſi ſunt ponere propter animalia generata ex putrefactione, quorum formæ non videntur procedere ex aliquibus ſimilibus ſecundum ſpeciem. Vlterius autem in animalibus etiam, quæ generantur ex ſemine, virtus actiua generationis, quæ eſt in ſemine, non eſt anima, vt ex hoc poſſit anima ſequi in animali generato. Adhuc autem procedunt, quia in inferioribus iſtis, non inueniuntur aliqua principia actiua ad generationem niſi calidum & frigidum, quæ ſunt formæ accidentales. & ſic non videtur quòd per ea poſſint produci formæ ſubſtantiales. Nec videtur quòd ratio Philoſophi, quam ſu-
Tex. cō. 29. pra poſuit contra ponentes exemplaria, teneat in omnibus, vt ſcilicet ad ſimilitudinem ſpeciei in generatis, ſufficiant formæ generantium. Sed omnes hæ dubitationes ſoluuntur per literam Ariſt. ſi diligenter inſpiciatur. Dicitur enim in litera, quòd virtus actiua, quæ eſt in ſpermate. & ſi non ſit anima in actu, eſt tamen anima in virtute: ſicuti forma domus in anima non eſt domus actu, ſed virtute. Vnde ſicut ex forma domus, quæ eſt in mente, poteſt fieri forma domus in materia, ita ex virtute ſeminis, poteſt fieri anima completa, præter intellectum, qui

arte, habet enim poteſtate ſpeciem. & a quo ſperma eſt aliqualiter vniuocum. non. n. omnia oportet quærere, vt ex homine homo. Etenim fœmina ex viro. Vnde mulus non ex mulo, ſed ſi non orbatio fuerit. Quæcunq; autem a caſu, ſicut ibi fit quorumcūque materia poteſt a ſeipſo moueri hoc motu, quo ſperma mouet. Quorumcunque vero non, ea impoſſibilia ſunt fieri aliter quàm ex ipſis. B

f Non ſolum autem de ſubſtantia oſtendit ratio non fieri ſpeciem, ſed de omnibus ſimiliter primis communis ratio. vt quātitate, & qualitate & alijs cathegorijs. Fit enim, velut ærea ſphæra, ſed non ſphera, nec æs, ſed in ære, ſi fit. Semper enim oportet præexiſtere materiam & ſpeciē, & in quid, & in qualitate, & in quantitate, & alijs ſimiliter cathegorijs. Non. n. fit quale, ſed quale lignum. nec quantum, ſed quantum lignum, aut animal. C

g Sed proprium ſubſtantiæ ex his accipere eſt, quia neceſſe præexiſtere ſemper alteram ſubſtantiam actu exiſtentem, quæ facit, vt animal, ſi fit animal: quale vero & quantum, non neceſſarium, niſi poteſtate ſolum. D

A *etenim poteſtate formam. & a quo ſemen eſt, quodam modo uniuocum, non enim omnia ita oportet quærere, ſicuti ex homine homo. etenim mulier ex viro. unde mulus non ex mulo, ſed ſi non læſura fuerit. Quæcunque uero, quorū materia poteſt & a ſeipſa moueri eo motu, quo ſemen mouet, a caſu, ſicut ibi, fiunt: quorum autem non, hæc impoſſibilia ſunt aliter fieri, quā ex ipſis.*

∴

Non autem de ſubſtantia ſolum oſtendit ratio non fieri formam, ſed de omnibus primis ſimiliter communis ratio eſt, utputa quantitate, qualitate, & alijs prædicamentis. Fit enim, utputa ænea ſphæra, ſed non ſphæra, nec æs. & in ære fit: ſemper nāque oportet præexiſtere materiam, & formam. ita & in ipſo quid eſt, & in qualitate, & quantitate, & alijs prædicamentis ſimiliter, non enim fit qualitas: ſed quale lignum nec quantitas, ſed quantum lignum, aut animal.

Ceterum ex his proprium ſubſtantiæ accipere eſt, quòd neceſſe eſt præexiſtere ſemper aliam ſubſtātiam actu exiſtentem, quæ facit, ut puta animal ſi animal fit: quale uero, aut quantum nō eſt neceſſe, niſi potentia ſolum.

eſt ab extrinſeco, vt dicitur in xvi. de animalibus. Et adhuc amplius inquantum virtus, quæ eſt in ſemine, eſt ab anima perfecta, cuius uirtute agit. Media enim principia agunt in uirtute primorum. In his uero, quæ generantur ex putrefactione, etiam eſt in materia aliquod principium ſimile virtuti actiuę, quę eſt Lib.2.ca.3.
in ſpermate, ex quo cauſatur anima in talibus animalibus. Et ſicuti uirtus, quæ eſt in ſpermate, eſt ab anima completa animalis, & a uirtute cęleſtis corporis, ita virtus, quæ eſt in materia putrefacta generatiua animalis, eſt a ſolo corpore cæleſti in quo ſunt uirtute omnes formæ generatæ, ſicut in principio actiuo. Qualitates etiam actiuæ, licet ſint accidentia, non tamen agunt ſolum in virtute propria, ſed in virtute formarum ſubſtantialium, ad quas ſe habent ſicut inſtrumenta, ſicut dicitur in 2. de Anima, quòd calor ignis eſt ſicut inſtrumentum animæ nutritiuæ. Lect.10.
Deinde cum dicit.
f ¶ Manifeſtat tertium quod poterat ex dictis eſſe dubium. Probauerat enim, quòd formę non generantur, ſed compoſita. Poſſet autem aliquis dubitare: utrum hoc verum ſit ſolum in formis ſubſtantialibus, aut etiam in accidentalibus. Cui dubitationi hic ſatisfacere intendit. Vnde duo facit. Primo oſtendit quòd hoc eſt uerum in utriſque, dicens quòd ratio ſuperius poſita nō ſolum oſtēdit [ſpeciem], ideſt formam non fieri [de ſubſtantia], id eſt circa prædicamentum ſubſtantiæ, ſed communis eſt ſimiliter [de omnibus primis], id eſt, de prædicamentis, ſicut de qualitate, & quantitate, & alijs prędicamentis [Fit enim vt ęrea ſphęra]. i. quod eſt compoſitum, ſicut ærea ſphęra [. Sed non fit ſphęra,] id eſt, quod ſe habet per modum formæ [. Nec æs], id eſt quod T. com. 27.
ſe habet per modum materię. Et ſi fit ſphæra aliquo modo loquendi, non fit per ſe, ſed in ære, quia ſemper oportet præexiſtere ad generationem, materiam & ſpeciem, ut ſupra eſt oſtēſum. Illud quoque quod eſt [ut ærea ſphęra], ſcilicet compoſitum,
E fit, [& in quid] hoc eſt in prędicamento ſubſtantiæ, & in qualitate, & quantitate. & ſimiliter in alijs prædicamentis. Non. n. fit [quale,] id eſt ipſa qualitas, ſed hoc totum quod eſt quale lignū. Nec fit [quantum] id eſt ipſa quantitas, ſed lignum quantum, aut animal quantum.
g ¶ Oſtendit quid differat inter ſubſtantiam & accidentia, dicens, quòd hoc oportet accipere ut proprium ſubſtantiæ per cōparationem ad accidentia, quia quando ſubſtantia generatur, neceſſe eſt ſemper præexiſtere alteram ſubſtantiam, quę facit generationem. Sicut ſi animal generatur, oportet quòd præexiſtat animal generans in his, quę generantur ex ſemine. Sed in quali & quanto, & in aliis accidentibus, non oportet quòd præexiſtat quale, aut quantum actu, ſed ſolum in potentia, quod eſt materiale principium & ſubiectum motus. Principium enim actiuum ſubſtantię non poteſt eſſe niſi ſubſtantia, ſed principium actiuum accidentium, poteſt eſſe non accidens, ſcilicet ſubſtantia.

aliud ex his:& ſubſtantia eſt materia, & ſpecies, & quod ex his eſt: eſt quidem ut materia dicitur pars alicuius. eſt autem vt nõ, ſed ex quibus ſpeciei ratio. Vt concauitatis non eſt pars caro. hęc namque materia in qua fit, ſimitatis uero pars aliqua eſt. Et totius quidem ſtatuæ pars eſt æs: eius autem, quod ſpecies dicitur B ſtatuæ, non. Dicendum enim ſpeciem, & inquantum habet ſpeciem unumquodque, ſed materiale nunquam ſecundum ſe eſt dicendum. Quapropter circuli ratio non habet eã, quæ eſt inciſionum, ſed quę ſyllabæ, eã, quę eſt elementorum. Nã elemẽta rationis partes ſunt, ſicut ſpeciei, & non materia: Inciſiones uero huiuſmodi, ſicut partes, ut materia, in quibus fiunt propinquiores tamen ſpeciei, quam quando C in æræ fit rotunditas. Eſt autem ut neque elementa omnia ſyllabæ in ratione inſunt. ut hæc cerea, aut quæ ſunt in ære. Iam.n. & hæc pars ſyllabæ quaſi materia ſenſibilis. Etenim linea non ſi in dimidia corrumpitur, aut hõ in oſſa, aut neruos & carnes, ꝓpter hoc & sũt ex his ſicut entib⁹ ſubſtãtiæ partib⁹, ſed ut ex materia. Etenĩ qdẽ qđ ſimul totũ partes, ſpeciei uero & cuius ratio, non D

teria, & forma, & quod ex his; quodam modo quidem materia etiam pars alicuius dicitur; quodam modo vero non, quandoquidem ex quibus ratio formæ, vtputa concauitatis, non eſt pars caro. hęc enim materia, in qua fit, ſimitatis autem pars aliqua eſt, & totius quidem ſtatuę pars æs: eius autem, quod vt B *forma dicitur ſtatua, minime. dicendum enim forma, & quatenus formam habet, vnumquodque: materiale vero nunquam ſecundum ſe dicendum. Quare circuli quidem ratio non habet eam, quæ ſectionum ratio eſt; ſed ſyllabę eam, quę elementorum eſt; quia elementa rationis partes ſunt formæ, & non materiæ; ſectiones vero horum ſic partes tanquam materia, in quibus adueniunt; propinquiores tamẽ ipſi formæ, quàm æs, cùm in ære rotunditas fiat. Quodammodo vero nec elementa cuncta* C *in ratione ſyllabæ inerunt, vtputa hæc cerea, aut quę in aere ſunt: iam enim etiam hęc ſyllabę pars ſunt: tanquam materia ſenſibilis. Etenim linea non, ſi cùm diuiditur in medietate, corrumpitur, aut homo in oſſa, & neruos, & carnes; propter hoc & ita ex his ſunt, tanquam ex his, quę ſunt partes ſubſtantiæ, verum tanquam ex materia, & totius quidem ſunt partes, formæ vero & cuius ratio minime: propter hoc .n. in rationibus.* D *Quorundam itaque inerit talium par-*

A parte. Nam quidditas ſpeciei eſt compoſita ex materia & forma, non tamen ex hac forma, & ex hac materia indiuidua. ex his enim componitur indiuiduum ut Socrat. & Callias. Et hæc eſt ſententia Ariſtot. in hoc capitulo, quam introducit ad excludendum opinionem Platonis de ideis. Dicebat enim, ſpecies rerum naturalium eſſe per ſe exiſtentes ſine materia ſenſibili, quaſi materia ſenſibilis non eſſet aliquo modo pars ſpeciei. Oſtenſo ergo ꝙ materia ſenſibilis ſit pars ſpeciei in rebus naturalibus, oſtenditur quòd impoſſibile eſt eſſe ſpecies rerũ naturaliũ ſine materia ſenſibili, ſicut hominem ſine carnib⁹ & oſſibus, & ſic de aliis. Et hic erit tertius modus deſtruendi ideas. Nam primo deſtruxit per hoc, ꝙ quod ꝑderat eſſe non eſt ſeparatum ab eo, cuius eſt. Secũdo per hoc, quòd ſpecies ſeparatæ a materia non ſunt cauſæ generationis, neque per modum generantis, neq; per modum exemplaris. Nunc autẽ tertio improbat eam ꝑ hoc quòd materia ſenſibilis in cõi, eſt ratio ſpẽi. Dicit ergo ſoluendo, quòd multipliciter dicit̃ pars,

Tex.co.30. ſicut in Quinto eſt habitũ. Et vno mõ dicit̃ pars quãtitatiua, hoc, ſ. quod menſurat totum ſcdm quantitatem, ſicut bicubitum eſt pars cubiti, & binarius ſenarij. Sed hic modus partium prætermittatur ad præſens. non enim intendimus hic inquirere partes quantitatis, ſed intendimus inquirere de partibus diffinitionis, quæ ſignificant ſubſtantiam rei. Vnde perſcrutandum eſt de illis partibus, ex quibus ſubſtan-

Tex.com.7. tia rei componitur. Pars autem ſubſtantię eſt & materia & forma, & ex quibus eſt aliquid compoſitum. Et quodlibet iſtorum trium, ſcilicet materia, & forma, & compoſitum ex his, eſt ſubſtantia, ut ſupra habitum eſt. Et ideo materia eſt quidem quodammodo pars alicuius, quodam modo nõ eſt, ſed ſolum [illa, ex quibus eſt ratio ſpeciei], ideſt formæ Intelligimus enim concauitatem quaſi formam, & naſum materiam, & ſimum quaſi compoſitum. Et ſecundum hoc, caro, quæ eſt materia, uel pars materiæ, non eſt pars concauitatis, quæ eſt forma uel ſpecies. nã caro eſt materia, in qua fit ſpecies. Sed tamen caro eſt aliqua pars ſimitatis, ſi tamen ſimitas intelligitur eſſe quoddam compoſitum, & non ſolum forma. Et ſimiliter totius quidẽ ſtatuæ, quæ eſt compoſita ex materia & forma, pars eſt æs: & non autẽ eſt pars ſtatuæ, ſecundum quòd ſtatua accipitur ſolum pro ſpecie, ideſt pro forma. Et ut ſciatur quid eſt ſpecies, & quid eſt materia, dicendum eſt illud ad ſpeciem pertinere, quod conuenit vnicuique inquantum ſpeciem habet. Sicuti inquantum habet ſpeciẽ ſtatuę, conuenit alicui quod ſit figuratum, uel aliqd aliud huiuſmodi. Sed id quod eſt materiale ad ſpeciẽ, nunquã dicẽdũ eſt ſecundum ſe de ſpecie. Sciendum tamen eſt, ꝙ nulla materia nec cõmunis, nec indiuiduata ſecũdũ ſe, ſe habet ad ſpeciẽ quę ſumitur pro forma, ſed ſecundũ ꝙ ſpẽs ſumitur pro uniuerſali, ſicut hominẽ dicimus eſſe ſpẽm, ſic materia cõis per ſe pertinet ad ſpeciem, non autẽ materia indiuidualis, in qua natura ſpeciei accipitur. Et ideo dicendum eſt, quòd diffinitio circuli non continet in ſe [diffinitionem inciſionum,] ideſt partium ex citc: lo inciſarum, ut ſemicirculi, ut quartæ partis circuli. Sed diffinitio, quæ eſt ſyllabæ, comprehendit in ſe diffinitionem, quæ eſt [elementorum], ideſt literarum. Et huius ratio eſt, quia [elemen-

A ta.] id eſt literæ ſunt partes ſyllabæ quantum ad ſpeciem ſuam, & non ſecundum materiam. Ipſa enim forma ſyllabæ in hoc conſiſtit, quòd ex literis componatur. Sed inciſiones circuli ſunt partes non circuli ſecundum ſpeciem accepti, ſed huius circuli particularis, vel horum circulorum, ſicut materia in qua fit ſpecies circuli, & hoc accipi poteſt ex regula ſuperius poſita. Hoc enim dixit ad ſpeciem pertinere, quod ſecundum ſe ineſt vnicuique ſpeciem habenti, ad materiam vero quod accidit ſpeciei. Per ſe autem ineſt ſyllabę, quòd ex literis componatur. Quod autem circulus ſit actu diuiſus in ſemicirculos, hoc accidit circulo, non inquantum eſt circulus, ſed inquantum eſt hic circulus, cuius hæc linea diuiditur, quæ eſt pars eius, vt materia. Vnde patet, ꝙ ſemicirculus eſt pars circuli ſecundũ materiam indiuidualẽ. Vnde iſta materia, quæ eſt hæc linea, eſt propinquior ſpeciei quàm æs, quod eſt materia ſenſibilis, quando rotunditas, quæ eſt forma circuli, fit in ære. Quia ſpecies circuli nunquam eſt præter lineam, eſt autem præter æs. Et ſicut partes circuli, quæ ſunt ſecundum materiam indiuidualem, non ponuntur in eius diffinitione, ita etiam nec omnes literę ponuntur in diffinitione ſyllabæ, quæ ſcilicet ſunt partes cum materia, vt literæ deſcriptæ in cera, vel prolatæ in aere. Hæ enim iam ſunt partes ſyllabæ ſicut materia ſenſibilis. non enim oportet, quòd omnes partes, in quas res aliqua reſoluta corrumpitur, ſint partes ſubſtantiæ. Non enim ſi linea diuiſa in duo dimidia corrumpitur, aut ſi homo reſolutus in oſſa & neruos & carnes corrumpitur propter hoc ſequitur, quòd linea ſit ex dimidiis, & homo ex carnibus, & oſſibus, ita quòd iſta ſint partes ſubſtantię eius, ſed ſunt ex iſtis partibus ſicut ex materia. Vnde ſunt partes eius, quod eſt [ſimul totum], ideſt compoſitum. [ſed ſpeciei.] ideſt formæ. [& cuius eſt ratio,] ideſt eius quod diffinitur, non adhuc ſunt partes. Quapropter, nullæ tales partes ponuntur in rationibus conuenienter. Sciendum tamen, quòd ratio talium partium in quorundam E diffinitionibus ponitur, ſcilicet in diffinitionibus compoſitorum, quorum ſunt partes: in quorundam vero diffinitionibus non oportet poni, ſcilicet in diffinitione formarum, niſi ſint tales formæ, quæ ſint ſimul ſumptæ cum materia. Licet enim materia non ſit pars formæ, tamen materia, ſine qua non põt concipi intellectu forma, oportet quòd ponatur in diffinitione formæ, ſicut corpus organicum ponitur in diffinitione animæ. Sicut enim accidentia non habent eſſe perfectum niſi ſecundò ꝙ ſunt in ſubiecto, ita nec formę, niſi ſecundum ꝙ ſunt in propriis materijs. Et propter hoc, ſicuti accidentia diffiniuntur ex additione ſubiectorum, ita & forma ex additione proprię materię. Cum igitur in diffinitione formę ponitur materia, eſt diffinitio ex additione, non autem cum ponitur in diffinitione compoſiti. Vel hoc quod dicit [ſi non fuerint ſimul ſumpta.] eſt exemplificatio eius quod dixerat [horum non oportet ineſſe,] In illis.n. partes materię non oportet in diffinitionibus poni, quę ſ.non ſumuntur ſimul cum materia, vel quę non ſignificat aliquid compoſitum ex materia & forma. Et hoc patet, quia propter hoc ꝙ in quorundam rationibus non ponitur materia, in quorundam

vero ponitur, contingit quòd quædam ſunt [ſicut ex principijs ex his, in quæ corrumpitur,] id eſt ex partibus in quas aliqd per corruptionem reſoluitur. Et hæc ſunt illa, in quorum diffinitionibus ponuntur materiæ. Quædam vero non ſunt ex prædictis partibus materialibus ſicut ex principijs, ſicut illa in quorum diffinitionibus non ponitur materia, & quia in iſtorum diffinitionibus ponitur materia, quæ ſunt ſimul accepta cum materia. non autem in alijs, [ideo quęcunq; ſunt ſimul ſumpta ſpecies cũ materia] id eſt quæcunque ſignificant aliquid, cõpoſitum ex materia & forma, vt ſimum, aut æneus circulus, huiuſmodi corrumpuntur in partes materiales, & pars iſtorum eſt materia. Illa vero, quæ non concipiuntur in intellectu cũ materia, ſed ſunt omnino ſine materia, ſicut illa, quę pertinent ſolum ad rõnẽ ſpeciei, & formæ, iſta vel non corrumpuntur oĩno, vel non corrumpuntur [taliter] .i. per reſolutione in aliquas partes materiales. Quædam enim formę ſunt, q̃ nullo modo corrumpuntur, ſicut ſubſtantię intellectuales per ſe exiſtentes. Quædã vero formę non p ſe exiſtentes, corrũpuntur per accidens, corrupto ſubiecto, quare patet, quòd huiuſmodi partes materiales ſunt principia, & partes eorum [quæ ſunt ſub ipſis] id eſt, quę ab eis dependent, ſicut dependet totum ex partibus, ex q̃bus componit. Non autem ſunt partes nec principia ſpeciei Et pp hoc compoſitum, vt ſtatua lutea, corrumpitur [reſoluta in materiam] id eſt in lutũ, & ſphęra ęnea. in ęs. & Callias, qui eſt hõ particularis, in carnem, & oſſa. Et ſimiliter circulus particularis cõſtans ex his lineis diuiſis, corrumpitur in ſciſiones. Sicut enim Callias eſt aliqs homo, qui concipitur cum materia indiuiduali, ita circulus, cuius ſunt partes iſtę inciſiones, eſt aliquis circulus particularis, qui concipitur cum indiuiduali materia. hoc tamen differt, quia ſingulares homines habent nomen proprium. vnde nomen ſpeciei non equiuocatur ad indiuidua, ſed nomen circuli ęquiuoce dicitur de circulo. [qui ſimpliciter], id eſt vniuerſaliter dĩ tur. & de ſingulis particularibus circulis. Et hoc ideo, quia ſingulis particularibus circulis non ſunt nomina poſita, ſed nomina poſita ſunt ſingularium hominum. Attendendum eſt autem, quòd nomen ſpeciei, non ęquiuoce prędicatur de indiuiduo, ſecundum quòd

Text. c6. 35. par. prima.

F prædicat de eo communem naturam ſpeciei. Prædicaretur autem æquiuoce de eo, ſi prędicaretur inquãtum ſignificaret hoc indiuiduum prout huiuſmodi. Si enim dicam, Socra. eſt homo, non ęquiuocatur nomen hominis. Sed ſi hoc nomen homo, imponatur alicui ſingulari homini ut proprium nomen, æquiuoce ſignificabit ſpeciem, & hoc indiuiduum. Et ſimiliter de nomine circuli, quod æquiuoce ſignificat ſpeciẽ & hunc circulum.

adhuc. Quapropter nec in rationibus. Horum quidem igitur inerit talium partium ratio, horum vero non oportet ineſſe, ſi non fuerint ſimul ſumpta. Nam propter hoc quidem quædã ex his, vt principijs ſunt, in quæ corrumpũtur: quædã vero nõ ſunt. Quæcunque quidem igitur ſumpta ſpecies, & materia ſunt, vt ſimum, & ęreus circulus, hæc quidem corrumpuntur in hoc, & pars ipſorũ materia. Quæcunq; vero non concipiuntur cum materia, ſed ſine materia, vt rationes ſpeciei ſolum hæc non corrumpuntur, aut omnino, aut taliter non. Quare illorũ quidẽ principia, & partes, quæ ſunt ſub ipſis, ſpeciei vero nec partes, nec principia hæc. Et ideo corrũpitur lutea ſtatua in lutum, & ſphęra in æs, & Callias in carnem, & oſſa, amplius autem circulus in inciſiones. Eſt enim aliquis qui concipitur cum materia. Aequiuoce namque dicitur circulus, qui ſimpliciter dicitur: & ſinguli, qa non eſt proprium nomen ſingulorum.

tium ratio, quorundam uero non oportet ineſſe, niſi ſint ipſius ſimul ſumpti. propter hoc enim nonnulla ex his, tanquam principijs ſunt, in quas corrumpũtur: quædam uero non ſunt. Quæcunque igitur ſimul ſumpta, forma & materia G *ſunt, ut ſimum, aut æneus circulus, illa ſanè in hęc corrumpuntur, & pars ipſorum eſt materia. quæcunque vero non ſimul cum materia ſumuntur, ſed abſq; materia, ut rationes formæ ſolum, hæc profectò non corrumpuntur, aut penitus, aut nequaquam ita. Quare illorum quidem principia & partes quæ in eis ſunt, formæ uero neque partes, neque principia huiuſmodi: & propterea lutea ſtatua in lutum corrumpitur, & ſphæra in æs, & Callias in carnem & oſſa, item & circulus in ſectiones, eſt enim aliquid, quod cum materia ſumi-* H *tur. æquiuoce nanque dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & ſinguli: propterea quod ſingulis non ſit propriũ nomen.*

∴

LECTIO. X.

a DIctum eſt igitur, & nunc ipſum verum, & cauſam amplius manifeſtius dicemus repetentes. Nam quæcunque ſunt rationis partes, & in quas diuiditur rõ, hæ ſunt priores, aut omnes, aut quædam. Recti vero rõ, nõ diuiditur in acuti rõnem, ſed quæ eſt acuti, in quæ eſt recti. vtitur autem diffiniens acutum, recto. minor. n. recto acutus. ſimiliter autem & circulus, & ſemicirculus ſe habent: ſemicirculus enim diffinitur circulo. & digitus toto: talis. n. hominis pars digitus. Quare quæcunque ſunt partes, vt materia, & in quæ diuiditur, vt materiam, ſunt poſteriora: q̃cunque vero vt rationis, & ſubſtantiæ ſecundum rationem, priora, aut omnia, aut quędam,

LECTIO X.

I *DIcta itaque nunc quoque veritas eſt, adhuc tamen dilucidius dicamus repetentes. Quæcunque enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ priores, aut omnes, aut aliquæ. Ratio uero recti non diuiditur in acuti rationem, ſed acuti in rectum. utitur n. anq; recto, qui definit acutum. minor etenim recto acutus, ſimiliter autem circulus et ſemicirculus ſeſe habent: ſemicirculus nanque circulo definitur, & digitus totalis enim hominis pars digitus. Quare, quæcunque quidem partes ut materia, & in quas diuiditur ut in materiã,* K *quęcunque uero ut rationis, & ſecundum rationem ſubſtantiæ, priores, aut omnes, aut aliquæ.*

∴

LECTIO. X.

a QVia ſolutio ſuperius poſita non erat uſquequaq; manifeſta, nondum. n. oſtenderat quomodo partes ſunt priores. & poſteriores, nec iterum diſtinxerat cõpoſitum uniuerſale a particulari, nec etiã ſpeciẽ a forma, ideo hic ſolutionem ſuperius poſitam explanat. Diuiditur autem in partes duas. In prima explanat ſolutionem ſuperius poſitã. In ſecũda, docet qualiter ſit ad quæſtionẽ applicanda ibi: [Interrogationi uero obuiare.] Prima diuiditur in duas. Primo ſoluit quæſtionẽ quantum ad hoc q̃ quęſitum fuit de prioritate partium. Secundo quantũ ad hoc quod quæſitum fuit utrum partes diffiniti intrẽt diffinitionem, ibi: [Sed rationis partes.] Prima diuiditur in duas. Primo oſtendit quomodo partes ſunt priores toto. Secundo manifeſtat per exemplũ, ibi: [Quoniam vero.] Dicit ergo primo, quod, id quod ſuperius eſt dictum in ſolutione propoſita, uerum quidem eſt in ſe, tamen repetendum eſt ut amplius fiat manifeſtum, quantum ad hoc quod dictum eſt. Oportet enim quod omnes partes rationis, & in quas ratio diuiditur, ſint priores diffinito, uel omnes, uel quędam. & hoc dicitur propter hoc, quod partes formę quandoq; non ſunt de neceſſitate ſpeciei, ſed de perfectione. ſicuti uiſus & auditus, quæ ſunt partes animæ ſenſibilis, non ſunt de integritate, uel neceſſitate animalis, poteſt enim eſſe animal ſine his ſenſibus. Sunt tamen de perfectione animalis, quia animal perfectum hos etiam ſenſus habet. Et ſic uniuerſaliter eſt uerum, q̃ illę partes, quæ ponuntur in diffinitione alicuius, ſunt uniuerſaliter priores eo. Sed acutus angulus, quamuis ſit pars recti, non tamen ponitur in diffinitione eius, ſed econuerſo. non. n. ratio recti anguli reſoluitur in diffinitionẽ acuti, ſed econuerſo. qui enim diffinit acutum, utitur recto diffiniendo

part. 4.

part. 5.

part. ſeq.

do: angulus.n. acutus eſt angulus minor recto. & ſimiliter eſt de circulo & ſemicirculo qui diffinitur per circulum. eſt. n. media pars circuli. Similiter eſt de digito & homine, qui ponitur in diffinitione digiti. diffinitur.n. digitus, ꝙ eſt talis pars hominis. Dictum eſt.n. ſupra, ꝙ partes formæ ſunt partes rõnis, non autem partes materiæ. Si igitur ſolę partes rõnis ſunt priores, non aũt materię, ſequitur ꝙ quæcunque ſine partes diffiniti, ſicut materia, in quam. ſ. reſolvitur diffinitum, ut compoſitum in materialia principia ſunt poſteriora. [Quæcunque uero ſunt partes rationis & ſubſtãtiæ, quæ eſt ſecundũ rõnẽ] .i. partes formæ, ſecundum quam ſumitur rõ rei, ſunt priora toto, aut oĩa, aut quędam rõne ſuperius dicta. Deinde cum dicit.

A integrum animal ſine eis. Huiuſmodi autem ſunt partes principales corporis, in quibus primo conſiſtit [forma]. ſ. anima ſcilicet cor, vel cerebrum. Nec ad propoſitum differt quicquid tale ſit. Sciendum tamen, quòd hoc compoſitum, quod eſt animal, vel homo, poteſt dupliciter ſumi, vel ſicut vniuerſale, vel ſicut ſingulare.

b ¶ Exponit quod dixerat per exempla dicens, ꝙ anima aĩalium cũ ſit ſubſtantia aĩati ſecundum rationẽ. i. forma animati, a qua aĩatũ habet propriam rationem, [eſt ſubſtantia] .i. forma, & ſpecies, & qđ quiderateſſe [ta li corpori]. ſ. organico. Corpus.n. organicum non põt diffiniri niſi per aĩam: & ſecundũ hoc, aĩa dr̃ qđ quiderateſſe tali corpori. Et ꝙ hoc ſit uerum, patet per hoc: ꝙ ſi aliquis bene diffiniat cuiuſcunq; aĩalis partem, nõ poteſt eã bene diffinire niſi per propriam operationem. Sicut ſi dicatur, quòd oculus eſt pars animalis, per ꝗ uidet. Ipſa autẽ operatio partium non exiſtit ſine ſenſu uel motu, uel aliis operationibus partiũ animæ. Et ſic oportet quod diffiniẽs aliquam partem corporis, utatur anima. Et quia ita eſt,

b Quoniam uero animaliũ anima eſt forma ipſorũ (hęc enim ſubſtantia eſt animati, quæ ſecũdum rationem ſubſtantia eſt) & ſpecies, & quod quid erat eſſe tali corpori uniuſcuiuſq. pars. n. ſi diffiniatur bene, non ſine opere diffinietur, quod nõ exiſtet ſine ſenſũ. Quare huiuſmodi partes priores, aut oẽs, aut ꝗdã ſimul toto aĩali: & ſecũdũ unumquodq; ita ſimiliter. Corpus uero & huiuſmodi partes, poſteriores ſunt hac ſubſtantia. & quod diuiditur in hęc ut in materiã, non ſubſtãtia, ſed ſimul totũ. Eo quidem igitur quod ſimul totũ, priora hęc, eſt ut ſic, eſt aũt ut nõ. Neque.n. poſſunt eſſe ſeparata. Neq; enim quocunq; modo ſe habẽs digit⁹ aĩalis, ſed ęquiuocus qui mortu⁹. Quædã uero ſimul, quæcunque principalia, & in quo rõ & ſubſtãtia. puta ſi hoc cor, aut cerebrũ. nihil.n. differt utrum tale. Homo autem & equus, & quæ ita in ſingularibus. uniuerſaliter autem non ſunt ſubſtantia, ſed ſimul totum quoddam ex materia hac, & hac ratione, & uniuerſaliter. Singulare uero ex ultima materia, Soc. iam eſt, & in aliis ſimiliter. pars igitur quidem eſt & ſpeciei. (Speciem autem dico, quod quiderateſſe) & ſimul totius eius quod ex ſpecie & materia ipſa. c Sed rationis partes, quę ſpeciei ſolum ſunt, ratio uero ipſius uero uniuerſalis. Circulo. n. eſſe & circulus & animæ eſſe & anima idem. Simul autem, puta circuli huius, & ſingulariũ alicuius, aut

Quoniam vero animalium anima (hoc enim ſubſtantia animati ſecundum rationem, & formam ſubſtantia) & quodquiderateſſe tali corpori; cuiuſque nanque pars, ſi probe definiatur, non ſine eo opere definietur, quod ſine ſenſu nõ exiſtet; ſanè partes eius priores, aut omnes, aut aliquę toto animali; & de vnoquoque ſimiliter. corpus vero, & eius partes poſteriores B hac ſubſtantia, & diuidetur in eas, vt in materiam, non ipſa ſubſtantia, ſed totum. Toto itaq; quodam modo quidẽ priore, ſunt hę, quodam modo vero non, quandoquidẽ nec eſſe poſſunt ſeparatę. Non.n. qui quomodocunque ſe habet, digitus animalis eſt, ſed ęquiuocus, qui mortuus eſt. Quędam vero ſimul; quęcunque principales, & in qua prima ratio, & ſubſtantia. vt puta ſi hęc cor, aut cerebrum eſt. nihil enim differt, vtra talis ſit. Homo vero C & equus, & quę ita ſe habent in ſingularibus ſunt. vniuerſale vero ſubſtantia non eſt, ſed totum quiddam ex hac ratione, & hac materia tanquam vniuerſali. ſingulare vero ex vltima materia iam Socrates eſt. & de cęteris ſimiliter. Pars itaque etiam formę eſt (formam autem dico quodquiderateſſe) & ipſius totius, quod ex forma & ipſa materia eſt.

D

Sed rationis partes, quę formę ſolum ſunt, ratio vero eſt ipſius vniuerſalis; circulo nanq; eſſe & circulus, et animę & anima idem eſt. Totius vero vt circuli, huius, & ſingularium alicuius ſenſibilis, aut intelligibilis

ſicut vniuerſale quidem, ſicut homo & animal: ſicut ſingulare, vt Socr. & Callias. & ideo dicit quòd homo. & equ⁹. & quæ ita ſunt in ſingularibus, ſed vniuerſaliter dicta, ſicut homo, & equus [non ſunt ſubſtãtia] idest, non ſunt ſolum forma, ſed ſunt ſimul totum quoddam compoſitum ex determinata materia, & determinata forma, nõ quidem ut ſingulariter, ſed vniuerſaliter. Homo enim dicit aliquid compoſitum ex anima & corpore, non autẽ ex hac anima, & hoc corpore. Sed ſingulare dicit aliquid compoſitum [ex vltima materia] idest, materia indiuiduali. eſt enim Socr. aliquid compoſitum ex hac anima, & hoc corpore, & ſimiliter eſt in aliis ſingularibus. Sic igitur patet, ꝙ materia eſt pars ſpeciei. Speciem autem hic intelligimus non formam tantum, ſed quodquiderateſſe. Et patet etiam ꝙ materia eſt pars eius totius, quod [eſt ex ſpecie & materia] idest, ſingularis, quod ſignificat naturã ſpeciei in hac materia determinatam. Eſt enim materia pars cõpoſiti: compoſitũ autem eſt tam vniuerſale, quam ſingulare. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit ꝗ partes debeant poni in diffinitione. Cum.n.

oportet quòd partes eius, ſ. animæ, ſint priores, uel omnes, ſicut in perfectis animalibus uel quædam, ſicut in imperfectis animalibus [ſimul toto] .i. eo quod eſt compoſitum ex anima & corpore. Et ſimiliter eſt ſecundum unumquodq; aliud, quia ſemper oportet quod partes formales ſint priores quodlibet compoſito. Sed corpus & partes corporis ſunt poſteriores [hac ſubſtantia] E ſcilicet formã, quæ eſt anima, cum oporteat animam in eius diffinitione poni, ut iam dictum eſt. Et id quod diuiditur in partes corporis, ut in materiam, non eſt [ipſa ſubſtantia,] idest, forma, ſed [ſimul totum,] idest, compoſitum. Patet igitur ꝙ partes corporis ſunt priores [ſimul toto] .i. compoſito quodammodo, & quodammodo non. Sunt quidem priores, ſicut ſimplex compoſitio, inquantum animal compoſitum ex eis conſtituitur. Sunt autem priores ſecundum modum, quo dicitur eſſe prius id, quod poteſt eſſe ſine alio, non enim partes corporis poſſunt eſſe ſeparatę ab animali: non enim digitus quocunque modo ſe habens, eſt digitus. Ille enim qui eſt deciſus, vel mortuus, non dicitur digitus niſi ęquiuoce, ſicut digitus ſculptus uel depictus. Sed ſecundum hanc conſiderationem huiuſmodi partes ſunt poſteriores compoſito animali, quia animal ſine digito eſſe poteſt. Sed quædam partes ſunt, quę licet non ſint priores toto animali hoc modo prioritatis, quia non poſſunt eſſe ſine eo, ſunt tamen ſecundum hanc conſiderationem ſimul, quia ſicut ipſæ partes non poſſunt eſſe ſine integro animali, ita nec

oſtenſum ſit, quæ partes ſunt ſpeciei, & quæ partes indiuidui, quia materia communiter ſumpta eſt pars ſpeciei, hæc autem materia determinata, eſt pars indiuidui, manifeſtum eſt quòd ſolum illę partes ſunt partes rationis, quæ ſunt partes ſpeciei, non autem quæ ſunt partes indiuidui. In diffinitione enim hominis ponitur caro & os, ſed non hæc caro & hoc os. Lect. 9. Et hoc ideo, quia ratio diffinitiua non aſſignatur, niſi vniuerſaliter. Cum enim quodquiderateſſe, ſit idem cum eo cuius eſt, vt ſupra oſtenſum eſt: illius tantum erit diffinitio, quæ eſt ratio ſignificans, quodquiderateſſe, quod eſt idem cum ſuo quodquiderateſſe. huiuſmodi autem ſunt vniuerſalia, & non ſingularia. Circulus enim, & id quod eſt circulo eſſe, ſunt idem. Et ſimiliter anima, & id quod eſt animæ eſſe. Sed ipſorum quæ ſunt compoſita ex ſpecie, & materia indiuiduali, ſicut circuli huius, aut alicuius aliorum ſingularium, horum non eſt diffinitio. Nec differt vtrum ſingularia ſint ſenſibilia, vel intelligibilia. Singularia quidem ſenſibilia ſunt circuli ærei & lignei. Intelligibilia ſingularia ſunt, ſicut ſunt circuli mathematici. Quod autem in mathematicis conſiderentur aliqua ſingularia, ex hoc patet, quia conſiderantur ibi plura vnius ſpeciei, ſicut plures lineæ æquales, & plures figuræ ſimiles. Dicuntur autem intelligibilia huiuſmodi ſingularia, ſecundum quòd abſque ſenſu comprehenduntur per ſolam phantaſiam, quæ quandoque intellectus vocatur, ſecundum Lect. 10. Tex. c. 40.

illud in tertio de Anima. [Intellectus paſſiuus corruptibilis eſt.] Ideo autem ſingularium circulorum non eſt diffinitio, quia illa, quorum eſt diffinitio, cognoſcuntur per ſuam diffinitioně. Sed ſingularia non cognoſcuntur, niſi dum ſunt ſub ſenſu, vel imaginatione, quæ hic intelligentia dicitur, quia res conſiderat ſine ſenſu, ſicut intellectus. Sed huiuſmodi ſingulares circuli [abeuntes ab actu].i. recedentes ab actuali inſpectione ſěſus, quantum ad ſenſibiles, aut imaginationis, quantum ad mathematicos, non eſt manifeſtū verū ſint, inquantum ſunt ſingulares: ſed tamen ſemper dicuntur, & cognoſcuntur per rationem vniuerſalis. cognoſcūtur enim hi circuli ſenſibiles etiā quando non actu videntur, inquantum ſunt circuli, non inquantum ſunt hi circuli. Ratio autem huius eſt, quia materia, quæ eſt principium eſt indiuidua|tionis, eſt ſecundum ſe ignota, & non cognoſcitur niſi per formam, a qua ſumit ratio vniuerſalis. Et ideo ſingularia non cognoſcuntur in ſua abſentia, niſi per vniuerſalia. Materia autě non ſolum eſt principiū indiuiduationis in ſingularibus ſenſibilibus, ſed etiam in mathematicis. Materia enim alia eſt ſenſibilis, alia intelligibilis. Senſibilis quidem vt æs & lignum, vel ět quælibet materia mobilis, ut ignis, & aqua & huiuſmodi oīa: & a tali materia indiuiduātur ſingularia ſenſibilia. Intelligibilis uero materia eſt, quæ eſt in ſenſibilibus, non inquantum ſunt ſenſibilia, ſicut mathematica ſunt. Sicut enim forma hominis eſt in tali materia, quæ eſt corpus organicum, ita forma circuli, vel trianguli eſt in hac materia, quæ eſt continuum, vel ſuperficies, vel corpus. Concludit igitur, quòd dictum eſt, quomodo ſe habet de toto, & parte, & de priori, & de poſteriori, idest cuius pars ſit pars, & quomodo ſit prior, & quomodo poſterior. Partes enim materiæ indiuiduæ ſunt partes compoſiti ſingularis, non autem ſpeciei, nec formæ. Partes autem materiæ uniuerſalis, ſunt partes ſpeciei, ſed non formæ. Et quia uniuerſale diffinitur, & non ſingulare, ideo partes materiæ indiuidualis non ponuntur in diffinitione, ſed ſolum partes materiæ communis ſimul cum forma, vel partibus formæ.

D.630. V. com.6.

part.4.

Text.c6.37. per.prima.

Deinde cum dicit.

d ¶ Adaptat ſolutionem propoſitam quæſtioni prius motæ dicens, quod neceſſe eſt obuiare per prædictam ſolutionem inter-

ſenſibilis, aut intellectualis. Intellectuales autem dico, vt mathematicos: & ſenſibiles, vt æreos, & ligneos. horum autem nō eſt diffinitio, ſed cum intelligentia, aut ſenſu cognoſcuntur, hoc eſt cum actu videntur. Abeuntes vero ex actu, non palam vtrū quidem ſunt, aut non ſunt, ſed ſemper dicuntur, & cognoſcuntur vniuerſalis ratione. Materia quidem ignota ſecundum ſe: materia vero alia ſenſibilis, alia intellectualis. Senſibilis quidem, vt æs, & lignum, & quælibet mobilis materia: intellectualis vero quæ in ſenſibilibus exiſtit, non inquātum ſenſibilia, vt mathematica. Quomodo igitur habet de toto & parte, & priore, & poſteriore, dictum eſt.

d Interrogationi uero obuiare eſt neceſſe, quando quis interrogat, utrum rectus, & circulus, & animal priora, aut in quas diuiduntur, & ex quibus ſunt partes: quia non ſimpliciter; ſi quidem enim eſt anima animal, aut animatum, aut vnumquodque, quæ vnicuique, & circulus, quòd circulo eſſe, & rectus, quòd recto eſſe, & ſubſtantia recti, quid quidem, & quo dicendum eſt poſterius, puta his, quæ in ratione, & quæ recto uniuerſali. Etenim hic quidem eſt materia, qui æneus rectus. & qui in lineis ſingularibus. hic autem ſine materia, his quæ in ratione, poſterior: eis vero, quæ in ſingularibus partibus, prior: ſimpliciter autem non dicendum. Si vero altera, & nō eſt anima animal, & ſi hoc quidem dicendum, hoc autem non dicē dum, ſicut dictum eſt.

LECTIO XI.

a DVbitatur autem merito, quæ ſpeciei ſunt partes, & quæ non, ſed ſimul ſumpti. Hoc enim non ma-

F

dico autem intelligibiles quidem, ut mathematicos: ſenſibiles vero, ut æneos et ligneos. horum inquam non eſt definitio, ſed intellectione, aut ſenſu cognoſcū tur. Cum vero abeant ab actu, non eſt manifeſtum, utrum ſint aliquando, an non ſint; tamen ſemper dicuntur & cognoſcuntur uniuerſali ratione. Materia uero per ſeipſam incognita: materia vero quædam ſenſibilis, quædam intelligibilis. Senſibilis quidem, ut æs, & lignū, & quæcunque mobilis materia: intelligibilis uero, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non prout ſenſibilia, utputa ipſa mathematica. De toto igitur & parte, ac priore & poſteriore, quomodo ſe habeant dictum eſt.

G

∴

H

Ad interrogationem uero neceſſe eſt occurrere, cum quis interrogaret utrum rectus, & circulus, & animal priora, an in quas diuiduntur, & ex quibus ſunt partes, quòd non ſimpliciter. nam etiam ſi anima animal eſt, aut animatum, aut unūquodque, aut uniuſcuiuſque, & circulus circulo eſſe, & rectus recto eſſe, & ſubſtantia recti, aliquid quidem & aliquo poſterius dicendum eſt, utputa his quæ in ratione, & aliquo recto. Etenim qui cum materia æneus rectus, & qui in ſingularibus lineis: qui uero abſque materia his quidem, quæ in ratione ſunt, poſterior: partibus uero, quæ in ſingulari ſunt, prior eſt, ſimpliciter autem non eſt dicendū, & ſi diuerſa eſt, & non eſt anima animal, ſic etiam quaſdam dicendum, quaſdam non dicendum, ut dictum eſt.

I

∴

L E C T I O XI.

K

MERITO autem dubitatur etiā quænam formę ſint partes, quę uero nō: ſed eius quod ſimul ſumitur, cū

rogationi quando quis interrogat, utrum rectus angulus, & circulus, & animal ſint priora partibus, aut econuerſo partes, in quas huiuſmodi diuiduntur, & ex quibus componuntur, ſunt priores. Dicendum, quòd non eſt ſimpliciter reſpondendum. Eſt enim duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd idem eſt tota ſpecies & forma, ſicut anima quod homo. Quidam autem quòd non, quia homo eſt compoſitum ex anima & corpore, & ſecundum vtranque opinionem eſt diuerſimode reſpondendum. Si enim idě eſt aīa, ꝙ animal uel animatum, aut ſimiliter vnumquodque eſt idem cum forma uniuſcuiuſq;, ut circulus idem cum forma circuli, & rectus angulus idem cum forma recti, dicendum eſt determinando quid ſit poſterius, & quo ſit poſterius. quia ſecundum hoc partes materiæ ſunt poſteriores his, quæ ſunt ratione, & ſunt etiam poſteriores [aliquo recto] ſcilicet communi, ſed ſunt priores recto ſingulari. hic enim rectus, qui eſt æneus, eſt cum materia ſenſibili: & hic rectus, qui eſt cum lineis ſingularibus, eſt cum materia intelligibili. Sed ille rectus qui eſt [ſine materia] ſcilicet communis, erit poſterior partibus formæ, quę ſunt in ratione, ſed erit prior partibus materię, quę ſunt partes ſingularium. Nec erit ſecundum hanc opinionem diſtinguere inter materiam communem, & indiuidualem. ſed tamen ſimpliciter nō erit reſpondendum, quia erit diſtinguendum inter partes materiæ, & partes formę. Si autem alia opinio ſit uera, ſcilicet ꝙ anima ſit aliud q̃ animal, ſic erit dicendum, & non dicendum partes eſſe priores toto, ſicut determinatum eſt pri⁹. Secundum enim hāc opinionem docuit ſuperius diſtinguere nō ſolum inter materiā & formam, ſed inter materiam communem, quæ eſt pars ſpeciei, & inter materiā indiuidualem, quæ eſt pars indiuidui.

L E C T I O XI.

IN iſta parte determinat quandam dubitationem, quæ poterat oriri ex ſolutione præmiſſæ quęſtionis. Diſtinxerat.n. ſoluědo p̄miſſam q̄ōně inter partes ſpeciei, & partes indiuidui, qđ eſt cōpoſitum ex ſpecie & ex materia. Et ideo hic q̄rit, q̄ ſint partes ſpeciei,

ſpeciei,& quæ non. Diuiditur ergo iſta pars in partes tres. In prima determinat hanc dubitationem. In ſecunda oſtendit quid reſtat dicendum ibi: [Vtrum autem præter materiam.] Tertio recapitulat ea quæ dicta ſunt,ibi. [Quid quidem igitur eſt qđquiderat.] Circa primum tria facit. Primo mouet dubitationē.

Infra par.10. Secundo ſoluit, ibi: [Quæcunq; quidem igitur &c.] Tertio ſolutionem manifeſtando colligit, ibi:] Palam autem &c.] parte 11. par. ſeq. Dicit ergo primo,quòd cum dictum ſit quòd partes ſpeciei ponuntur i diffinitionibus, par. 9. non autem partes cõpoſiti ex ſpecie & materia, merito dubitatur, quæ ſunt partes ſpeciei,& quę nõ ſunt partes ſpeciei, [ſed ſimul ſumpti] .i.indiuidui, in quo ſimul ſumitur natura ſpeciei cum materia ipſa indiuiduante.Si.n. hoc non ſit manifeſtum,non poterimus aliquid recte diffinire, quia diffinitio nunquam eſt rei ſingularis, ſed ſolum uniuerſalis, ut ſupradictum eſt. Et inter uniuerſalia proprie eſt ſpecies, quæ conſtituitur ex genere & differentia, ex quibus omnis diffinitio conſtat. Genus.n. non diffinitur, niſi etiam ſit ſpecies. Tex.c.37. par.3. Vnde patet,quod niſi ſciatur quę pars ſit ſicut materia, & quæ non eſt ſicut materia, ſed ſicut ad ſpeciem ipſam pertinens, non erit manifeſtum, qualis debeat eſſe diffinitio rei aſſignanda, cum non aſſignetur niſi ſpeciei, & oporteat in diffinitione ſpeciei partes ſpeciei ponere, & non partes, quæ ſunt poſteriores ſpecie.

Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit propoſitam dubitationem & circa hæc tria facit. part.4. part.7. part.3. Primo, ponit ſolutionem ſecundum opinionem Platonicorũ. Secundo improbat eam,ibi:[Accidit itaque unam. Tertio, ſoluit ſecundum ſuam ſententiam,ibi.[Quare omnia reducere.] Circa primum duo facit. Primo,ſoluit propoſitam dubitationem quantum ad ſenſibilia. Secundo quantum ad mathematica, ibi: [Quoniam autem,] Primo,ergo dicit,quod in quibuſdam manifeſtum eſt,ꝙ materia non ſit pars ſpeciei,ſicut in omnibus illis, quæ manifeſte apparent fieri in materiis diuerſis ſm ſpēm,ſicut circulus inuenitur fieri in ære & in lapide & in ligno. Vnde manifeſtum eſt,ꝙ neque æs,neq; lapis,neque lignum,eſt aliquid de ſubſtantia circuli, quaſi pars exiſtat huius ſpeciei, quæ eſt circulus.Eſt autē hoc manifeſtũ propter hoc,quod circulus a quolibet illorũ ſeparatur.Nihil autem poteſt ſeparari ab eo, quod eſt pars ſpeciei. ſed quædam ſunt, quorum ſpecies non inueniuntur fieri in diuerſis materiis ſm ſpeciem, ſed ſemper in eiſdem ſicut ſpecies hominis,quãtum ad hoc, quòd ſenſibiliter apparet, non inuenitur niſi in carnibus & oſſibus. Nihil tamen prohibet ut etiam iſta,quæ non uidentur a propria materia ſeparata, ſimiliter ſe habeat ad ſuas materias ſicut illa, quæ eſſe poſſunt in diuerſis materiis. & ab unaquaque earum ſeparari. Si enim poneremus,quòd non uiderentur ſenſibiliter aliqui circuli niſi ex ęre, nihilominus tamen ſic eſſet pars ſpeciei circuli æs, & licet

A tunc non ſepararetur circulus actu ab ęre, ſepararetur tamen mente, quia ſpecies circuli poſſet intelligi ſine ęre, ex quo æs non eſſet pars ſpeciei circuli, licet difficile ſit mente auferre & ſeparare abinuicem quæ actu non ſeperantur. non enim eſt hoc niſi illorum,qui per intellectũ ſupra ſenſibilia eleuari poſſunt. Et ſimiliter, ſi hominis ſpecies ſemper appareat in carnibus & oſſibus & talibus partibus, oportet quęrere, utrum iſtæ partes ſint ſpeciei humanæ [& rationis,] idest diffinitionis hominis: aut non ſunt partes ſpeciei, ſed ſolum materia ſpeciei, ſicut æs circuli. Sed quia talis ſpecies non fit in aliis partibus materialibus quam in illis, ideo de facili nõ poſſumus ſeparare hominem per intellectũ a carnibus, & oſſibus. Videtur enim eadem ratio eſſe hic & in circulo, ſi omnes circuli eſſent ænei. Deinde cum dicit.

c ¶ Procedit ulterius proſequendo opinionem prętactam quantum ad mathematica dicens quòd quia uidetur hoc contingere in aliquibus ſcilicet quòd materia nõ ſit pars ſpeciei, quarũ ſpecies non inueniatur niſi in illa materia, ſed non eſt manifeſtum, quando & in quibus hoc contingat, uel non contingat: ideo aliqui circa hoc dubitant non ſolum in naturalibus, ſed etiam in mathematicis, ut in circulo & triangulo. Videtur enim eis, quod ſicut materia ſenſibilis non eſt pars ſpeciei in naturalibus, ita etiam quod materia intelligibilis non ſit pars ſpeciei in mathematicis. Materia autem figurarum mathematicarum intelligibilis,eſt cõtinuum,ut linea uel ſuperficies, & ideo uelut,quod linea non ſit pars ſpeciei circuli uel trianguli,quaſi non ſit competens,quòd triangulus & circulus diffiniantur per lineas & cõtinuum cum non ſint partes ſpeciei,ſed omnia iſta ſimiliter E dicantur ad circulum & triangulum,ſicut carnes & oſſa ad hominem, & æs & lapides ad circulum. Remouendo autem a triangulo & circulo continuũ,quod eſt linea,nihil remanet niſi unitas & numerus, quia triangulus eſt tres lineas habens, & circulus unam. Et ideo, quia lineas non dicunt eſſe partes ſpeciei, referunt omnes ſpecies ad numeros, dicentes quod numeri ſunt ſpecies mathematicorum omnium. Dicunt enim, quod ratio duorum eſt ratio lineæ rectæ,propter hoc quòd linea recta duobus punctis terminatur. Sed circa hoc inter Platonicos ponentes ideas, eſt differentia quædam: quidam enim non ponentes mathematica media inter ſpecies & ſenſibilia, dicentes ſpecies eſſe numeros,dicunt ipſam lineam eſſe dualitatem, quia non ponunt lineam mediam differentem a ſpecie lineæ: quidam uero dicunt,quod dualitas eſt ſpecies lineæ,& non linea. Linea enim eſt quoddam mathematicum medium inter ſpecies & ſenſibilia & dualitas eſt ipſa ſpecies,& ſecũdũ eos ĩ quibuſdã nõ differt ſpecies,& cuius eſt ſpecies, ſicut in numeris,quia ipſas ſpēs dicebãt eſſe numeros:unde idē dicebant eſſe dualitatem, & ſpeciem

manifeſto exiſtente,non eſt diffinire unumquodque. Vniuerſalis n.& ſpeciei eſt diffinitio. Quæ igitur ſunt partium ut materia, & quæ non, ſi non fuerint manifeſte, nec ratio erit manifeſta quę rei.

b Quæcunque quidem igitur uidentur facta in diuerſis ſpecie, ut circulus ĩ ęre,& lapide,& ligno, B hæc quidem manifeſta eſſe uidētur, quia nihil circuli ſubſtantiæ. æs,neq; lapis,propter ſeparari ab ipſis. Quæ uero non uidentur ſeparari, nihil ꝓhibet ſimiliter his ſe habere,ut ſi circuli omnes uideantur ænei.nihil.n. utique minus erat æs ſpeciei. Hoc autem auferre mente eſt difficile, ut hominis ſpeciei ſemper in carnibus apparet,& oſſibus,& talibus partibus Vtrum igitur hæc ſunt partes huius ſpeciei & rationis: aut C non,ſed materia? Sed quia non in aliis fiunt, non poſſimus ſeparare.

c Quoniam autem hoc uidetur contingere, immanifeſtum autē quando, Dubitant autē quidam in circulo & in trigono, quaſi non ſit competens,lineis diffiniri & continuo, ſed omnia hęc ſimiliter dici, ac ſi ſint carnes & D oſſa hoĩs & es,& lapis circuli,& referunt omnes ad numeros, & lineę rationem eam,quæ duorũ eſſe dicunt. Et ideas dicentium, hi quidem ipſamet lineam dualitatem, hi autem ſpeciem lineę. Quidam ſpēm eandem, & cuius ſpēs. ut dualitatem,& ſpeciē dualitatis: in linea uero non adhuc.

& hoc non exiſtente manifeſto,non ſit definire unumquodque. Vniuerſalis etenim & formæ definitio eſt.quæ igitur partium ut materia ſunt,& quæ non, ſi non ſint manifeſta,nec ratio rei manifeſta erit.

Quæcunque igitur apparent aduenientia in diuerſis ſpecie, ut circulus in ære,ligno, & lapide, hæc quidem manifeſta eſſe uidentur, quoniam nihil ſubſtantiæ circuli ęs,neque lapis eſt: propterea quod ab eis ſeparetur. Quæ uero non uidentur ſeparari, nihil quidem probibet ſimiliter his ſe habere, quemadmodum ſi circuli omnes uiderētur ænei. nihil enim minus æs eſſet ipſius formæ.difficile tamen eſt hoc mente auferre.utputa forma hominis ſemper in carnibus & oſſibus, & talibus partibus apparet. Vtrum igitur ſint etiam hæ partes formæ & rationis, an non, ſed materia. uerum quoniam non adueniunt etiam in aliis, non poſſumus ſeparare.

Cũ autem hoc uideatur quidem contingere, quando uero, non eſt manifeſtum.Quidam etiam de circulo,et triãgulo dubitant:tanquam non deceat lineis et continuo definiri,ſed hęc omnia ſimiliter dici ſicuti carnes aut oſſa hominis,& æs & lapis circuli,& cuncta referunt ad numeros: & lineæ rationem, eam, quæ duorum eſſe dicunt. Eorum etiam, qui ideas dicunt, quidam ipſam lineam dualitatem,quidam lineæ formam; quędam etenim eadem eſſe formam & cuius forma, utputa dualitatem & dualitatis formam.in linea uero non eſt.

d Accidit itaque vnam multorũ eſſe ſpeciem, quorum ſpecies videtur eſſe alrera: quod & Pythagoricis accidit.

e Et contingit omnium vnam facere per ſe ſpeciem, alia uero nõ ſpecies.

f Quamuis ſic vnũ omnia erunt. Quod quidem igitur habent ad G dubitationem quandã, quæ ſũt circa diffinitiones, & propter cauſam, dictum eſt.

g Quare omnia reducere ita, & auferre materiam ſuperfluũ eſt. Quædam. n. forſan hoc in hoc ſunt, aut ſicut hæc habentia. Et parabola de animali quam conſueuit Socr. iunior dicere, nõ bene ſe habet abducit. n. a veritate, & facit ſuſpicari, quaſi cõtingẽs ſit, hominem eſſe ſine partibus, H ſicut ſine ære circulum. Sed hoc non ſimile. ſenſibile nanque forſan aliquid animal, & ſine motu non eſt diffinire. quare nec ſine partibus ſe habentibus qualitercunque, non enim omni modo hominis eſt pars manus, ſed potens opus perficere. Quare animata exiſtens pars, non animata uero non pars.

h Circa mathematica autẽ. quare nõ ſunt partes rationes rationum, ut circuli hemicycla? nõ. n. I ſunt ſenſibilia. horum autem nihil differt. erit. n. materia quorun dam & nõ ſenſibilium. Et omnis quod non eſt quoquideratesse, & ſpecies eadem ſecundum ſe, ſed hoc aliquid. Circuli quidem igitur non erit eius, qui uniuerſalis, ſingularium uero erunt partes, ſicut dictum eſt prius. eſt. n. materia hæc quidem ſenſibilis, hæc autem intellectualis.

Accidit itaque & vnam multorũ formam eſſe, quorum ſpecies videtur diuerſa, quod etiam Pythagoricis accidebat.

Et contingit unam omnium facere ipſam formã, cætera uero non formas.

Ac hoc modo unum omnia erunt. Quod itaque habent aliquam dubitationem ea, quæ circa definitiones ſunt, & quam ob cauſam, dictum eſt.

Quare cuncta ita reducere, & auferre materiam, ſupervacaneum eſt. quædam nanque fortaſſe hoc in hoc ſunt, aut ſic hæc habentia. Et comparatio de animali, quam iunior Socrates dicere ſolebat, non bene ſe habet: abducit enim a vero, & opinari facit, tanquam contingeret hominem ſine partibus eſſe, quemadmodum abſque ære circulum. Hoc autem non eſt ſimile. etenim ſenſibile quiddam fortaſſis animal eſt, & abſque motu definire non eſt. quare neque ſine partibus quodam modo ſe habentibus, nõ enim omnino pars hominis eſt manus, ſed illa, quæ poteſt opus perficere, quare animata exiſtẽs, non animata uero non eſt pars.

Circa Mathematica uero, cur rationes non ſunt partes rationum? vt circuli ipſi ſemicirculi: hæc enim non ſunt ſenſibilia. An nihil refert? erit nanque quorundam etiam non ſenſibilium materia, & omnis, quod non eſt quid erat eſſe. circuli itaque uniuerſalis quidem non erunt, ſingularium uero erunt hæ partes, ut prius dictum eſt. eſt etenim materia, quædam ſenſibilis, quædam intelligibilis.

dualitatis. Sed lineæ hoc non accidit ſecundum eos, quia linea iam dici aliquid participans ſpeciem, cum multę lineæ inueniantur eſſe in una ſpecie, quod non eſſet, ſi ipſamet linea eſſet ipſa ſpecies. Deinde cum dicit.

d ¶ Improbat prædictam ſolutionem, & ponit tres rationes, quarum prima (part. 4.) eſt. Si ſoli numeri ſint ſpecies, omnia iſta, quę participant uno numero, participant una ſpecie. Multa autem ſunt diuerſa ſpecie, quæ participant uno numero. (part. 5.) Vnus enim & idem numerus eſt in triangulo propter tres lineas, & in ſyllogiſmo propter tres terminos, & in corpore propter tres dimenſiones. (Tex. 4. 39. par. 6.) Accidit igitur multorum ſpecie diuerſorum eſſe unam ſpeciem. Quod non ſolũ platonicis, ſed etiam Pythagoricis accidit, qui etiam ponebant naturam omnium rerum eſſe numeros. Secundum ponit ibi. (part. 7.)

e ¶ Quæ talis eſt. Si carnes & oſſa nõ ſint partes ſpẽi humanæ, nec lineę ſpẽi trianguli, pari rõne nulla materia eſt pars ſpeciei. Sed ſcdm Platonicos in numero dualitas attribuitur materiæ, unitas aũt ſpeciei, ergo ſola unitas eſt ſpecies. Dualitas autem, & per conſequens omnes alii numeri tanquam materiã implicantes, non (part. 8.) erunt ſpecies, & ſic una tantum erit ſpecies omnium rerum. Tertiam ponit ibi

f ¶ Quæ talis eſt. Illa ſunt vnum, quorum ſpecies vna eſt: ſi igitur omnium ſpecies eſt una, ſequeť, quòd oĩa ſint unum ſecundum ſpeciem, & non ſolum quæ videntur eſſe diuerſa. Poteſt tamen dici, ꝙ hoc tertium non eſt alia ratio a ſecunda. Sed eſt inconueniẽs quod ex ſecunda cõcluſione ſequitur ſecundæ rationis. Poſita ergo ratione, cui præmiſſa ſolutio innitebatur, & poſitis rationibus contra pręmiſſã ſolutionem, concludit dictum eſſe, quod illa, quæ ſunt circa diffinitiones, habent dubitationem, & qua de cauſa. Et ſic patet, ꝙ per omnia præmiſſa oſtendere uoluit difficultatem pręmiſſæ dubitationis. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit præmiſſam quæſtionem ſm propriam ſententiam. & quantum ad naturalia, ſecundo quantum ad mathematica, ibi: [Circa mathematica.] Dicit ergo primo, quòd ex quo prædicta inconuenientia ſequuntur remouentibus a ſpecie rei oĩa, quæ ſunt materialia, ſiue ſint ſenſibilia, ſiue non, patet ex dictis quod ſuperfluum eſt, omnia ſpecies rerum reducere ad numeros, uel unitatem, & auferre totaliter materiã ſenſibilem & intelligibilem, ſicut Platonici faciebant. Quia quædam ſpecies rerum non ſunt formæ ſine materia, ſed ſunt [hoc in hoc forſan], ideſt formę in materia, ita ꝙ id, quod reſultat ex forma in materia exiſtente, ſpecies eſt. Aut ſi oĩa ſunt ſicut forma in materia, ſũt ſe habentia ſicut illa quæ habẽt formam in materia. Proprie enim F formã in materia habent naturalia, quibus quodãmodo aſſimilantur mathematica, etiam inquantum proportio figuræ circuli uel trianguli ad lineas, eſt ſicut proportio formæ hominis ad carnes & oſſa. Et ideo, ſicut ſpecies hois non eſt forma aliqua ſine carnibus, & oſſibus, ita forma circuli uel trianguli non eſt aliqua forma ſine lineis. & ideo parabola, quam cõſueuit dicere de animali Socr. iunior, non ſe bene habet. Videtur aũt ipſum Platonem Socr. iuniorẽ nominare, quia ĩ omnibus libris ſuis introducit Socr. loquentẽ propter hoc, ꝙ fuerat magiſter eiꝰ. Opinionem autem Platonis de materialitate naturalium ſpecierũ uocat parabolam, quia fabulis aſſimilatur, quę componũtur ad aliquam ſententiam metaphorice inſinuãdam. Propter quod in Tertio ſuperius dixit, ꝙ hęc opinio aſſimilatur opinionibus fingẽtium deos eſſe, & quòd formę eorũ ſunt ſicut formæ humanæ. Ideo autẽ prædicta opinio non bene ſe habet, quia ducit extra ueritatẽ, in eo, quod facit opinari ꝙ hoc modo contingat eſſe hominẽ ſine partibus materialibꝰ, ſ. ſine carnibus & oſſibus: ſicut contingit circulũ eſſe ſine ære, quod manifeſte non pertinet ad ſpẽs circuli. ſed hoc non eſt ſimile: non. n. ſimiliter ſe hẽt homo ad carnes & oſſa, ſicut circulus ad ęs, quia circulus nõ eſt aliquod ſenſibile ſecundũ ſuã rationẽ. poteſt. n. intelligi ſine materia ſenſibili. unde æs, qđ eſt materia ſenſibilis, non eſt pars ſpeciei circuli, ſed animal uidetur eſſe quoddam ſenſibile: non enim poteſt diffiniri ſine motu. Animal enim diſcernitur a non animali ſenſu & motu, ut patet in primo li. de Anima. Et ideo (T. com. 15.) K non poteſt diffiniri animal ſine partibus corporalibus habentibus ſe aliquo modo debito ad motum. Non enim manus eſt pars hominis quocunque modo ſe habens, ſed quando eſt ſic (Tex. c. 17. Lib. 2. Tex. co. 13.) diſpoſita. ꝙ poteſt perficere opus manus, quod non poteſt facere ſine anima, quæ eſt principium motus. Quare oportet, quod manus cuiuſcunque ſit pars hominis, ſecundum quod eſt animata. Secundum uero quod eſt inanimata, non eſt pars, ſicut manus mortua, uel depicta. Vnde oportet, quod partes tales, quæ ſunt neceſſariæ ad perficiendum operationem ſpeciei propriam, ſint partes ſpeciei, tam quæ ſunt ex parte formæ, quam quæ ſunt ex parte materiæ. Deinde cum dicit.

h ¶ Soluit quæſtionem quantum ad mathematica. Videtur enim poſt ſolutionem de naturalibus poſitam, adhuc reliqui ſub dubio de mathematicis. Dixerat enim, quòd cum animal ſit ſenſibile, non poteſt diffiniri ſine partibus ſenſibilibus, ſicut circulus poteſt diffiniri ſine ære, quod eſt ſenſibilis materia. Et ideo circa mathematica quæritur [quare rationes], ideſt diffinitiones partium, non ſunt partes rationũ totorum, ſicut quare [hemicycla,]

[hemycicla,] ideſt ſemicirculi non ponuntur in diffinitione circuli. Nun enim poteſt dici, quòd hæc, ſcilicet hemicycla, ſint ſenſibilia. ſicut æs eſt ſenſibilis materia. Sed ſoluit quod hoc nihil differt quantum ad propoſitum, vtrum ſcilicet partes materię ſint ſenſibilia, uel nõ ſenſibilia, quia etiam non ſenſibilium eſt aliqua materia

par. 9. intelligibilis. Et talis materia quæ, ſcilicet non eſt pars ſpeciei. eſt omnis eius, quod non eſt q͛d quiderateſſe & ſpecies eadẽ ſecundum ſe, [ſed eſt hoc aliquid]. i. particulare aliquod demõſtratum: quaſi dicat in omni eo, q͛d non eſt ipſa ſua ſpecies; ſed eſt aliquod indiuiduum determinatum in ſpecie, oportet eſſe aliquas partes

par. 10. materiæ, quæ nõ ſũt partes ſpeciei. Socra. .n. quia non eſt ipſa ſua humanitas, ſed eſt habens humanitatem, idem habet in ſe partes materiales, quæ non ſunt partes ſpeciei, ſed quę ſunt partes huius materię indiuidualis, quæ eſt indiuiduationis principiũ, vt has carnes, & hęc oſſa. Et ſimiliter in hoc circu-

T. c. 40. lo ſũt hæ lineę, quæ non ſunt partes ſpeciei. Vnde patet, quod huiuſmodi non ſunt partes circuli, qui eſt uniuerſalis, ſed ſunt partes ſingularium circulorum, ſicut dictũ eſt prius. Et propter hoc, ſemicirculi non

par. 11. ponuntur in diffinitione circuli uniuerſalis, quia ſunt partes ſingularium circulorum & non uniuerſalis. Et hoc eſt uerũ tam in materia ſenſibili, quàm in mate-

Lect. 10. ria intelligibili. Vtroque enim modo inuenitur materia. ut ex dictis patet. Si autem eſſet aliquod indiuiduum, quod eſſet ipſa ſua ſpecies ſicut ſi Socra. eſſet ipſa ſua humanitas, non eſſent in Socr. aliquę partes, quæ non eſſent partes humanitatis. Deinde cum dicit.

i Palam autem, q͛ & anima quidem ſubſtantia prima, corpus autem materia Homo autem, uel animal, quod eſt ex utriſque, ut uniuerſaliter. Socr. autem & Coriſcus ut ſingulariter. Siquidem anima dupliciter dicitur, alii namque, ut animam. alii uero ut totum. Si uero ſimpliciter anima hoc, & corpus hoc, ut quidem uniuerſale, & ſingulare.

k Vtrum autem etiã præter materiam talium aliquæ ſubſtantiarum aliæ, & oporteat quærere ſubſtantiã ipſorum alteram quãdam, ut numeros, aut aliquid tale, perſcrutandum eſt poſterius. Huius.n. gratia & de ſubſtantiis ſenſibilibus tentamus diffinire. Quoniam modo quodam Phyſicę & ſecundæ philoſophiæ opus, circa ſenſibiles ſubſtantias ſpeculatio. non enim ſolum de materia oportet ſcire Phyſicũ, ſed & de ea, quæ ſecũdum rationem, & magis. In diffinitionibus uero quomodo partes quæ in ratione. & quare una ratio diffinitio (Palam enim, quia res vna: Res uero quomodo una partes habens,) ſpeculandum eſt poſterius.

l Quid quidem igitur eſt quodquiderateſſe, & quõ ipſum ſecundum ſe de omni, dictum eſt. Et quare horum quidẽ ratio, quæ eius quodquiderateſſe, habet partes diffiniti, horum autẽ non.

s ¶ Recolligit prædictam ſolutionem exemplificando eam in animali dicens, palam eſſe, quòd anima [eſt ſubſtantia prima] ideſt forma animalis, corpus autem materia, homo autem [aut animal id, quod eſt ex utriſque] ſcilicet in uniuerſali, ſed Socr. & Coriſcus quod eſt ex utriſque in particulari. Quia [anima di-

E citur dupliciter] ſcilicet in uniuerſali, & particulari, ut anima, & hæc anima. Iden autem oportet quod ſignificatur per modũ totius, dici uniuerſaliter & ſingulariter, ea ratione, quia anima dicitur dupliciter, quia hoc competit ſecundum utranque

Tex. c. 38. opinionem hominum de anima. Sicut enim ſupradictum eſt, alii dicunt hominem & animal eſſe animam, alij uero dicũt hominem & animal non eſſe animam, [ſed totum] ideſt compoſitum ex anima & corpore. Patet ergo, quòd ſecundum illam opinionem, quæ dicit hominem eſſe animam, anima dicitur uniuerſaliter & ſingulariter, ut anima, & hæc anima & homo etiam dicitur uniuerſaliter & particulariter ſiue ſingulariter, ſcilicet homo & hic homo. Similiter etiam ſm hanc opinionẽ, quę dicit hominem eſſe compoſitũ ex anima & corpore, ſequitur quòd ſi ſimplicia dicuntur uniuerſaliter & ſingulariter, quòd etiam compoſitum dicatur uniuerſaliter & ſingulariter. Sicut ſi aĩa eſt hoc, & corpus eſt hoc, quæ ſunt ſimpliciter dicta tanquam partes cõpoſiti, quòd etiam dicatur uniuerſale & particulare ſiue ſingulare, non ſolum partes, ſed etiam cõpoſitum. Deinde cum dicit.

A k ¶ Oſtendit quid de cætero remaneat determinandum circa ſubſtantias. & ponit. quòd duo remaneant determinanda, quorum primum eſt, quòd cum determinatum ſit, quòd ſubſtantia, & quod quid eſt rerum ſenſibilium & materialiũ, ſunt ipſæ partes ſpeciei, reſtat determinare: vtrum [talium ſubſtantiarum]. ſ. materialium, & ſenſibilium ſit aliqua ſubſtã tia pręter materiam, ita quod oporteat q̃rere aliquam ſubſtantiam iſtorum ſenſibilium, alteram ab ea q̃ determinata eſt, ſicut quidam dicunt numeros præter materiam exiſtentes, [aut aliquid tale.] i. ſpecies vel ideas eẽ ſubſtantias horum ſenſibilium, & de hoc pſcrutandum eſt poſterius. hęc enim pſcrutatio eſt propria huic ſcientię. In hac enim ſcientia tentamus determinare de ſubſtantijs ſenſibilibus [huius gratia,] ideſt propter ſubſtantias immateriales: quia ſpeculatio circa ſubſtantias ſenſibiles, & materiales quodammodo ptinet ad Phyſicam, quę nõ eſt prima philoſophia, ſed ſecũda, ſicut ĩ Quarto habitum eſt. Lect. 5. Prima.n. philoſophia eſt de primis ſubſtantijs, quę ſunt ſubſtantię immateriales, de quibus ſpeculaẽ non ſolum inquantũ ſunt ſubſtantiæ, ſed inquantum ſubſtantiæ tales, inquantum ſcilicet immateriales. De ſenſibilibus vero ſubſtantijs non ſpeculatur inquãtũ ſunt tales ſubſtantiæ, ſed inquantum ſunt ſubſtantiæ: aut etiam entia, vel inquãtum per eas manuducimur in cognitionem ſubſtantiarum immaterialium. Phyſicus vero econuerſo, determinat de ſubſtantijs materialibus, non inquantum ſunt ſubſtantię, ſed inquantum materiales, & habentes in ſe principium motus. Et quia poſſet aliquis credere, quòd Scientia Naturalis non ſpecularetur circa totas ſubſtantias materiales & ſenſibiles, ſed ſolum circã materias earum, ideo hoc remouet dicens, quòd Phyſicũ nõ ſolum oportet cõſiderare de materia, ſed etiam de ea parte [quę eſt ſecundum rationem] ideſt de forma. Et magis etiam de forma, quàm de materia, quia forma eſt magis natura, quàm materia: vt probatum eſt in 2. Phyſi. Secundum vero, quòd reſtat de- Tex. c. 12. terminatum, eſt quomodo [partes quæ ſunt in ratione] ideſt in diffinitione ſe habent: vtrum. ſ. ſint ſubſtantiæ exiſtentes in actu, & quare etiam diffinitio cum componatur ex multis partibus, eſt vna ratio. Palam enim eſt, quòd oportet diffinitionem eſſe vnam tantum rationem, quia res eſt vna. Diffinitio vero ſignificat quid eſt res. Sed per quid aliqua res habens partes efficiatur vna, ſpeculandum eſt poſterius. Deinde cum dicit.

Manifeſtum autem eſt, quòd anima quidem ſubſtantia prima, corpus vero materia. homo vero vel animal, quod ex ambobus, vt vniuerſale. Socrates vero, & Coriſcus, ſi anima quidem, duplex. hi enim vt animam dicent, illi autem vt ipſum totum. Quòd ſi ſimpliciter anima hæc, & hoc corpus, quemadmodum vniuerſa-

B *le, etiam & ſingulare.*

Vtrum autem præter materiam huiuſcemodi ſubſtãtiarum ſit aliqua alia, & oporteat quærere ſubſtantiam eorum aliquam aliam, vt puta numeros, aut aliquid tale, poſterius conſiderandum eſt, Huius enim gratia, & de ſenſibilibus ſubſtantijs definire tentamus. quando quidem quodammodo naturalis, & ſecundæ philo-

C *ſophię opus eſt, ea, quæ circa ſenſibiles ſubſtantias, ſpeculatio eſt. non enim ſolum de materia naturalem cognoſcere oportet, ſed etiam de ea, quæ ſecundum rationem, & magis. In definitionibus vero, quomodo partes, quæ in ratione ſunt. & cur vna ratio definitio (patet etenim quòd res vna; res autem aliqua vna, partes habens) poſtea conſiderandum eſt.*

D *Quid igitur eſt, quod quid erat eſſe, & quomodo ipſum per ſeipſum, vniuerſaliter de omni dictum eſt. & cur quorundam ratio ipſius quid erat eſſe habet definiti partes, quorundam non. & quod in ratione quidem ſubſtan-*

l ¶ Recapitulat ea quæ ſunt determinata dicens, quòd eſt dictũ, quid eſt quodquiderateſſe, & quomodo id, quod eſt quodquiderateſſe eſt quod prædicatur de omni, & quod pręđicatur ſecundum ſe. Et iterum dictum eſt, quare quorundam ratio ſignificãs quodquiderateſſe, continet in ſe partes diffiniti. ſicut diffinitio ſyllabę continet literas: & [quorundam non,] ſicut diffinitio circuli non cõtinet ſemicirculos. Dictum eſt etiam, quòd in ratione [ſubſtantię] .i. formę, non ponuntur partes, quę ſunt partes ſubſtantię, ſicut materia: quia tales non ſunt [partes ſubſtantię illius,] ideſt formę, ſed partes totius compoſiti. Cuius quidem

dem compoſiti aliquo modo eſt diffinitio . aliquo modo nõ eſt. Quia, ſi accipiatur [cum materia] ſcilicet indiuiduali, nõ eſt eius Text.co.35. diffinitio: quia ſingularia non diffiniuntur, ut ſupra eſt habitum. Cuius ratio eſt, quia talis materia indiuidualis eſt quid infinitum & indeterminatum. Materia enim non finitur, niſi per formam. Sed compoſitum acceptum [ſecundum primam ſubſtantiam], i. eſt ſecundum formam, habet diffinitionem. Diffinitur enim compoſitum acceptum in ſpecie non ſecundum indiuiduum. Sicut autem indiuiduum per materiam indiuiduatur, ita vnumquodque ponitur in ſua ſpecie per formam. non enim homo eſt homo, qa habet carnes & oſſa, ſed ex eo quòd habet animam rationa- Text.co.41. lem in carnibus, & oſſibus. Vnde oportet, quòd diffinitio ſpeciei accipiatur a forma, & quod illæ partes materię ſolum ponantur in diffinitione ſpeciei, in quibus primo & principaliter eſt forma. Sicut ratio hominis eſt illa, quæ eſt animę, ex hoc enim homo eſt homo, quòd habet ra lem animam. Et propter hoc, ſi homo diffinitur, oportet quòd diffiniatur per animam, & quòd nihilominus in eius diffinitione ponantur par- Text.co.43. tes corporis, in quibus primo eſt anima, ſicut cor aut cere- Text.co.35. brum, ut ſupra dixit. Ipſa namque ſubſtantia cuius pars non eſt materia, [eſt ſpecies] ideſt forma, quæ ineſt materiæ, ex qua forma & materia [dicitur tota ſubſtantia] ideſt determinatur, & diffinitur. Sicut concauitas eſt quædam forma. ex ea enim & naſo, dicitur naſus ſimus, & ſimitas. Et ſimiliter ex anima & corpore, dicitur homo, & humanitas. Si enim naſus, qui eſt ſicut materia, eſſet pars curuitatis, tũc cum diceretur naſus curuus, bis diceretur naſus. Semel enim diceretur ꝓprio nomine, & ſemel prout includeretur in diffinitione curui, ſi tamen poneretur in eius diffinitione ſicut pars eſſentiæ curuitatis, non Text.co.36. quaſi ex additione. vt ſupradictum eſt. Quamuis autem materia non ſit in eſſentia formæ, eſt tamen in tota ſubſtantia compoſita, ſicut curuitas eſt in naſo ſimo, & etiam materia indiuidualis eſt in Callia. Dictum eſt etiam ſuperius, quod quodquiderat eſſe vniuſcuiuſque, eſt idem cum eo cuius eſt. Quod quidem eſt ſimpliciter verum in quibuſdam [ſicut in primis ſubſtantijs] ideſt in immaterialibus. Sicut ipſa curuitas eſt idem cum eo, quod qd erat curuitatis, ſi tamen curuitas eſt de primis ſubſtantijs. Quod quidem dicit, quia etiam curuitas videtur eſſe forma in materia, licet non in materia ſenſibili, ſed intelligibili, quę eſt ipſum continuum. Vel ſecundum aliam literam [quæ prima eſt.] Eſt enim quędam curuitas prima, ſicut curuitas, quę eſt in ſpeciebus, ſecundum Platonicos; in quibus ſpeciebus communiter eſt verũ, quòd quælibet eſt idem cum ſuo quodquideſt. Alia autem cur- Lect.5. uitas, quæ eſt in rebus ſenſibilibus, vel in mathematicis, non eſt prima, vnde non eſt idem quod ſuum quodquideratesſe. Dicit autem exponendo, quòd primam ſubſtantiam hic nominat non ſubſtantiam particularem, ſicut in Prędicamentis, ſed quę non dicitur per hoc, quòd aliud ſit in alio [ſicut in ſubiecto & materia] ideſt illę res, quę ſunt formę non in materia, ſicut ſubſtan-

Et quod in ſubſtantiæ quidem ratione, quæ ſic partes, vt materia, nõ inerunt. neque enim ſunt illius partes ſubſtantiæ, ſed totius. Huius autem eſt aliqualiter ratio, & non eſt. nam cum materia non eſt, indeterminatum enim eſt. Secundum autem primam ſubſtantiam eſt, vt hominis, quæ animæ ratio. Substantia namque eſt ſpecies, quæ ineſt: ex qua & materia tota dicitur ſubſtantia: vt cõcauitas. nam ex hac & naſo, ſimus naſus, & ſimitas eſt. Bis enim & bis inerit naſus. In tota vero ſubſtantia, aut naſo ſimo, aut Callia, ineſt & materia. Et quodquideratesſe, & vnumquodque, in quibuſdam idem, vt in primis ſubſtantijs, ut curuitas, & curuitati eſſe, ſi prima eſt. dico autem primam, quæ non dicitur per aliud in alio eſſe, ut in ſubiecto, uel materia. Quæcunque uero ut materia, aut concepta cum materia: non idem: neque ſecundum accidẽs unum, ut Socrates & muſicum. Hæc enim eadem ſecundum accidens.

tia, quæ ita partes ſunt ut materia, nõ inerunt. non enim ſunt illius ſubſtãtia partes, ſed totius. huius vero eſt quodã modo ratio, & non eſt. cum materia nãque non eſt: indefinitum etenim. ſecundum primam autem ſubſtantiam eſt, ut hominis animæ ratio. ſubſtantia enim eſt forma, quæ ineſt: ex qua et materia, tota dicitur ſubſtantia; ut concauitas. G *ex hac enim & naſo, ſimus naſus, & ſimitas eſt. bis nanque in his inerit naſus. In tota uero ſubſtantia, vt naſo ſimo, aut Callia, ineſt etiam materia. Et quod quid erat eſſe & unumquodque in quibuſdam quidem idem eſt, ut in primis ſubſtantijs: utputa curuitas & curuitati eſſe, ſi prima eſt. dico autem primam, quæ non dicitur, eo quòd aliud in alio ſit, & ſubiecto, ut materia. Quæcũque uero ut materia, uel ut ſimul cum materia ſumpta ſunt, non idem, neque ſecundum accidens unum, ut Socr. &* H *muſicum. hæc enim ſecundum accidẽs eadem ſunt.*

F tiæ ſeparatæ. Quæcunque uero ſunt ſicut materia, uel etiã ſunt concepta cum materia, ſicut compoſita quę habent in ſui ratione materiam. in iſtis nõ eſt idem quod quid eratesſe, & id cuius eſt. Nec etiam eſt unum in his, quæ dicuntur ſecundum accidens, ſicut Socr. & muſicus eſt idem per accidens. Attendendum eſt autem q ab hac ſententia, quam poſuerat ſcilicet, quod qđquideſt, idem eſt cum unoquoq; cuius eſt, duo hic excipit. ſcilicet illa quæ dicuntur per accidens, & ſub- Lect.5. ſtantias materiales, cum ſuperius non excepit niſi illa quæ dicũtur per accidens. Oportet autem non ſolum iſta excludi, ſed etiam ſubſtãtias materiales. Sicut. n. T.com.35. ſupradictum eſt, qđ quideratesſe eſt id, quod ſignificat diffinitio, diffinitio autem non aſſignatur indiuiduis, ſed ſpeciebus: & ideo materia indiuidualis, quæ eſt indiuiduationis principium, eſt præter id, quod eſt quodquideratesſe. Impoſſibile eſt autem in rerum natura eſſe ſpeciem niſi in hoc indiuiduo. Vnde oportet, quòd quælibet res naturæ, ſi habeat materiam, quæ eſt pars ſpeciei, quæ eſt pertinens ad quodquideſt, quòd etiam habeat materiam indiuidualem, quæ nõ pertinet ad quodquideſt. unde nulla res naturę, ſi materiã habeat, eſt ipſum quodquideſt, ſed eſt habens illud. Sicut Socrates non eſt humanitas, ſed eſt humanitatem habens. Si autem eſſet poſſibile eſſe hominem compoſitum ex corpore & anima, qui non eſſet hic homo ex hoc corpore & ex hac anima compoſitus, nihilominus eſſet ſuum quodquideratesſe, quamuis haberet materiam. Licet autem homo præter ſingularia non ſit in rerum natura, eſt tamen in ratione, quę pertinet ad logicam conſiderationem. Et ideo ſuperius, ubi logice conſiderauit de quodquideratesſe, non excluſit ſubſtantias materiales, quin in illis etiam eſſet idem quodquideſt cum eo, cuius eſt. Homo enim communis, eſt idem cum ſuo quodquideſt, logice loquendo. Nunc autem poſtquam iam deſcen- K dit ad principia naturalia, quę ſunt materia & forma, & oſtendit quomodo diuerſimode comparantur ad uniuerſale & particulare, quod ſubſiſtit in natura, excipit hic ab eo quod ſupra dixerat, idem eſſe quod quideſt cum unoquoque, ſubſtantias materiales in rerum natura exiſtentes. Relinquitur au- D.414. 417. 466. tem, quòd illę ſubſtantiæ, quæ ſunt formæ tantum ſubſiſtentes, non habent aliquid, per quod indiuiduentur, quod ſit extra rationem rei, uel ſpeciem ſignificantem quodquideſt. Et ideo in illis ſimpliciter uerum eſt, quòd quęlibet illarum eſt ſuum quodquideratesſe.

LECTIO XII.

NVNC autem dicamus primum, inquantum in Analyticis de diffinitione non dictum eſt. In illis enim dubitatio dicta, præopere rationibus de ſubſtantia eſt. Dico autem hanc dubitationẽ propter quod qui- I.

LECTIO XII.

I. *NVNC autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non eſt dictum, dubitatio namque, quæ in illis dicta eſt, proderit ſermonibus de ſubſtantia. Dico autem hãc dubitationem, quare unum eſt defi-*

LECTIO XII.

POſtquam oſtendit Philoſophus, quæ partes in diffinitione ponitur, hic inquirit quomodo diffinitio ex partibus exiſtẽs poſſit eſſe una: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Sc̃do obijcit ad vtrãq; partẽ ibi: [In hoc nãq; homo]. Tertio ſoluit, a part. ſeq. part.3.

uit, quæſtionem, ibi: [Oportet aūt intendere, &c.] Dicit ergo, ꝙ nunc primum oportet dicere de diffinitione, id quod non eſt
In ſecundo poſteriorū. de ea dictum [in Analyticis,] ideſt in libro Poſteriorum. Ibi enim mota eſt quædam dubitatio de diffinitione, & non ſoluta, quam oportet hic ſoluere [quia eſt præopere rationibus de ſub-
Te. com. 42. part. 1. ſtantia.] ideſt quia ſolutio huius quæſtionis eſt per neceſſaria ad ea, quæ ſunt de ſubſtantia determinanda, de qua eſt principalis intentio huius ſcientiæ. Eſt autem iſta dubitatio, quare illud, cuius diffinitio eſt ratio, [eſt unum] ſcilicet quodquideſt.
part. 2. b. 512. Diffinitio a enim ratio eſt ſignificans quod quideſt, ſicut diffinitio hominis eſt animal bipes. Ponatur enim ꝙ hæc ſit eius diffinitio. Quare igitur hoc, quod dicitur animal bipes eſt vnum, & non multa. Deinde cum dicit.

b ¶ Obicit pro utraque parte, & primo ad oſtendendum, ꝙ
part. 3. ex eis non fiat unū. Secundo ad contrarium. ibi: [Oportet autem unum.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd ex genere & differentia non fit v-
Te. com. 43. part. 5. num. Secundo quòd nec ex pluribus differentiis, ibi: [Si vero & participat.] Dicit
part. 3. ergo primo, quòd in
part. 4. hoc, quod eſt homo & albū, iſta duo ſunt multa, quando alterū eorum non ineſt alteri. ſi enim album
Te. com. 43. part. 5. non inſit homini, tūc homo & album nullo modo ſunt unum. Vnū uero ſunt, quando alterum eorum ineſt alteri, & ſubiectum, quod eſt homo [patitur alterū,] ideſt ſuſcipit hanc paſſionem, quæ eſt album. Tunc autem ex his duobus fit unum per accidens, quod eſt albus homo. Ex his accipitur, quod ex duobus quorum unum non ineſt alteri, non fit unum. Sed [hic,] ſcilicet cum dicitur animal bipes, [alterum eorum] ſcilicet animal non participat [altero] ſcilicet bipede, ſicut homo albus participat albo. Et hoc ideo, quia animal eſt genus, bipes uero differentia. Genus uero non uidetur participare differentiis. Sequeretur enim, quòd idem participaret ſimul contrariis. Differentiæ enim ſunt contrariæ [quibus genus differt,] ideſt per quas genus diuiditur, & pari ratione per quam participaret unam, participaret aliam. Si autem eſt impoſſibile quòd idem participet contraria, impoſſibile erit quòd ex genere & differentia fiat unum. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quòd ex pluribus differentiis non poteſt fieri unum dicens, ꝙ & ſi detur genus participare aliquo modo differentia, prout ſcilicet animal non accipitur in ſua communitate, ſed contrahitur per differentiam ad ſpeciem, & ſic per conſequens ex genere & differentia fieri unum, tamen adhuc erit eadem ratio ad oſtendendum, quòd diffinitio non ſignificat unum, ſi ſunt plures differentiæ in diffinitione poſitæ. Sicut, ſi ponantur in diffinitione hominis iſtæ tres differentiæ, quarum prima ſit greſſibile uel habens pedes, ſecunda ſit bipes, tertia uero non alatum. non enim poterit dici, quare iſta ſunt unum & non multa. non enim eſt ſufficiens ad hoc ratio, quia inſunt uni, puta animali, quod eſt homo. ſic enim ſequeretur,

dem unum eſt, cuius rationem diffinitionem eſſe dicimus, ut hominis animal bipes, ſit enim hæc ipſius ratio, propter quid itaque hoc vnum eſt, ſed non multa, animal & bipes.

nitum. cuius rationem definitionem eſſe dicimus. vt hominis animal bipes (ſit namque eius ratio) cur igitur hoc vnum eſt, non autem multa, animal & bipes.

b Iu hoc nanque homo & albū multa quidem ſunt, cum alterū non inſit alteri, unum uero, quādo ineſt, & patitur aliquid ſubiectum, homo. tunc enim fit, & eſt albus homo, hic autem non participat alterum altero. Genus autem uou videtur participare differentias, ſimul enim contrarijs idem participaret, nam differentiæ contrariæ ſunt, quibus differt genus.

B *Homo enim & album multa quidem ſunt, cùm non inſit alterum alteri. vnum vero cùm inſit, & ſubiectum, vt homo, aliquid paſſum fuerit. tunc enim albus homo vnum fit, & eſt. hic vero non eſt alterum alterius particeps. genus etenim non videtur particeps eſſe differentiarum. ſimul namque contrariorum idem participaret. differentiæ namque contrariæ, quibus genus differt.*

c Si vero & participat, eadem ratio ſi ſunt differentiæ plures: ut greſſiuum, bipes, non alatum. Quare nanque hoc unum, ſed nou multa. nou enim quia inſunt: nanque ſic ex omnibus erit unum.

C *Quòd ſi etiam participat, eadem ratio eſt, ſi differentiæ quidem plures ſunt: vt pedeſtre, bipes, implume. Cur enim vnum, ſed non multa ſunt hæc? non enim, quia inſunt: ſic enim ex omnibus erit vnum.*

d Oportet autē unum eſſe quæcunque in diffinitione. Diffinitio enim ratio quædam eſt una, & ſubſtantia una: quare unius alicuius oportet ipſam eſſe rationem. Etenim ſubſtantia unū quidem, & hoc aliquid ſignificat, ut diximus.

D *Oportet autem vnum eſſe, quæcunque in definitione ſunt. definitio namque ratio quædam vna, & ſubſtantia eſt: quare vnius cuiuſpiam oportet ipſam eſſe rationem. etenim ſubſtantia vnum quiddam & quod quid, vt dicimus, ſignificat.*

e Oportet autem intendere primum de his, quæ ſecundum diuiſiones diffinitionibus, nihil. n. aliud eſt in diffinitione, quàm primum dictum genus differen-

Oportet autem primo conſiderare de his, quæ ſecundum diuiſiones ſunt, definitionibus. Nihil enim aliud in definitione eſt, niſi quod primum dicitur genus, & differentiæ, cæ-

A quòd omnia eſſent vnum. Sequeretur enim, quòd omnia accidentia, quæ inſunt alicui ſubiecto, eſſent vnum per ſe. ſic enim loquimur de vno & adinuicem & ad ſubiectum. Et cum ea, quæ accidunt vni ſubiecto, accidant etiam alteri, ſequeretur, quòd illa duo ſubiecta etiam eſſent vnum, puta nix & cygnus, quibus ineſt albedo. & ſic deducendo ſequeretur, quòd omnia eſſent vnum. non ergo poteſt dici quòd ex pluribus differentijs fiat vnum, etiam dato ꝙ ex genere & differentia fiat vnum. Et ſic ex duabus partibus videtur quòd diffinitio non ſignificet vnum. Deinde cum dicit.

d ¶ Obijcit in contrarium oſtendens, quod diffinitio ſignificet vnum, dicens quòd oportet quæcunque in diffinitione ponuntur eſſe vnum. Et hoc ideo, quia diffinitio eſt una ratio, & id quod ſignificatur per ipſam, eſt ſubſtantia rei. Vnde oportet, quòd diffinitio ſit ratio ſignificatiua vnius alicuius, quia ſubſtantia rei, quam diffinitio ſignificat, eſt vnum quid. Et etiam ſupra dictum eſt, quòd diffinitio ſignificat hoc aliquid, vbi oſtenſum Lect. 4.
eſt, quòd diffinitio eſt proprie ſubſtantiarum. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit præmiſſam quæſtionem oſtendens, quòd diffinitio ſignificet vnum. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo ex genere & differentia fit vnum. Secundo quomodo ex pluribus differentijs fiat vnum, ibi: [At vero oportet diuidi.] part. ſeq.

Dicit ergo primo, quòd ad inueſtigandum vnitatem diffinitionum, oportet primum intendere de diffinitionibus, quæ dantur ſecundum diuiſionem generis in differentias. Iſtæ enim ſunt diffinitiones veræ, in quibus non eſt aliud quàm primum genus & differentiæ. Dantur enim, & quædam diffinitiones per ali-
E quoa accidentia, uel per aliquas proprietates, vel etiam per aliquas cauſas extrinſecas, quę non ſignificant ſubſtantiam rei. Et ideo huiuſmodi diffinitiones non ſunt ad propoſitum, cum hic agatur de diffinitionibus ad ſubſtantias rerum inueſtigādas. Ideo autem dico, quòd in diffinitione eſt primum genus cum differentijs, quia, & ſi aliquando in diffinitionibus ponantur aliqua genera intermedia inter genus primum, quod eſt generaliſſimum, & ſpecies vltimas, quæ diffiniuntur, tamen illa genera media nihil aliud ſunt, quàm genus primum, & differētiæ comprehenſæ in intellectu generis medij [cum hoc,] ideſt cum genere primo. Sicut ſi in diffinitione hominis ponatur animal, quod eſt genus intermedium, patet quòd animal nihil aliud eſt quàm ſubſtantia, quæ eſt genus primum cum aliquibus differentijs, eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſibilis. Et ſimiliter, ſi intelligamus primum genus eſſe animal [habitum, bipes, & iterum tertium genus, animal bipes non alatum] & ſimiliter, ſi aliquod genus per plures differentias determinatur. Semper. n. poſterius genus cōprehendit prius cum aliqua differētia. Et ſic patet quòd omnis diffinitio reſoluitur in primum genus & aliquas differentias. Omnino autem non differt, verum per plura,

plura aut per pauca diffiniatur aliquod diffinitum. Quare non differt, vtrum per pauca vel per duo, ita quod illorum duorum vnum ſit genus & aliud differentia. Sicut eius, quod eſt animal bipes, animal eſt genus, & alterum ſcilicet bipes, eſt differentia. Oſtendendum eſt ergo primo, quomodo, ex illis duobus fiat vnum. Quod ſic patet. Genus enim non eſt præter ea, quæ ſunt ſpecies generis. Non enim inuenitur animal, quod non ſit nec homo, nec bos, nec aliquid aliud huiuſmodi. Aut ſi inueniatur aliquid, quod eſt genus præter ſpecies, ſic acceptum, vt eſt præter ſpecies, non accipietur vt genus, ſed vt materia. Contingit enim aliquod & eſſe genus aliquorum & materiam. ſicut vox eſt genus literarum, & eſt materia. Et quòd ſit genus, patet per hoc, quòd differentiæ additæ voci faciunt ſpecies vocum literatarum. Et quod etiam ſit materia, patet, quia [ex hac] ſcilicet ex voce [faciunt elementa,] id eſt literas, ſicut aliquid fit ex materia. par.4 Sciendum eſt autem, quod licet idem ſecundum nomen poſſit eſſe genus & materia, non tamen idē eodem modo acceptum. Materia enim eſt pars integralis rei, & ideo de re prædicari non poteſt. non enim poteſt dici, quòd homo ſit caro & os. Genus autem prædicatur de ſpecie. vnde oportet quod ſignificet aliquo modo totum. Sicut enim propter hoc, quòd eſt innominata priuatio, aliquando ſimplici nomine materiæ ſignificatur materia cum priuatione, vt ſupra dictum eſt, Text. co. 35. quòd æs accipitur pro ære infigurato, cum dicimus quòd ex ære fit ſtatua, ita etiam quando forma eſt innominata, ſimplici nomine materiæ intelligitur compoſitum ex materia & forma, non quidem determinata, ſed communi. & ſic accipitur vt genus. Sicut enim compoſitum ex materia & forma determinata eſt ſpecies, ita compoſitum ex materia & forma communi eſt genus. & hoc in pluribus patet. Corpus enim poteſt accipi, & vt materia animalis, & vt genus. Si enim in intellectu corporis intelligatur ſubſtantia completa vltima forma, habens in ſe tres dimenſiones, ſic corpus eſt genus, & ſpecies eius erunt ſubſtantiæ perfectæ, per has vltimas formas determinatas, ſicut per formam auri, vel argenti, aut oliuæ, aut hominis. Si vero in intellectu corporis non accipiatur niſi hoc, quod eſt habens tres dimenſiones cum aptitudine ad formam vltimam, ſic corpus eſt materia. Et ſimiliter eſt de voce. Si enim in intellectu vocis includatur ipſa vocis formatio in communi ſecundum formam, quæ diſtinguitur in diuerſas formas literarum & ſyllabarum, ſic vox eſt genus. Si autem in intellectu vocis accipitur ſolum ſubſtantia ſoni, cui poſſibile eſt aduenire prædictam formationem, ſic vox erit materia literarum. Ex quo etiam patet, quod vox ſecundum quod eſt genus, non poteſt eſſe ſine ſpeciebus. non enim poteſt eſſe ſonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius, uel illius literæ. Sed ſi omnino caret forma literali prout eſt materia, ſic inuenitur ſine literis, ſicut æs, inuenitur abſque his, quæ ſunt ex ære. F Si ergo prædicta ſunt vera, palam eſt, quòd diffinitio eſt quædam ratio ex differentijs vnitatem habens, ita quòd tota eſſentia diffinitionis, in differentia quodammodo comprehenditur. Ex hoc.n. animal, quod eſt genus, non poteſt eſſe abſq; ſpeciebus, quia formæ ſpecierū quæ ſunt differentiæ, non ſunt aliæ formæ, a forma generis, ſed ſunt formæ generis cum determinatione. Sicut patet, quod animal eſt quod habet animam ſenſitiuam. Homo autem eſt qui habet animam ſenſitiuam [talem.] ſcilicet cū ratione. Leo vero qui [habet talem] ſcilicet cum abundantia audaciæ. Et ſic de alijs. Vnde cum differentia additur generi, non additur quaſi aliqua diuerſa eſſentia a genere, ſed quaſi in genere implicite contenta, ſicut determinatum continetur in indeterminato, vt album in colorato. Per quod etiam ſoluitur ratio ſuperius inducta, quia nihil prohibet, idem genus in ſe continere diuerſas differentias, ſicut indeterminatū continet in ſe diuerſa determinata. Et etiam propter hoc ſoluitur, quia non hoc modo aduenit differentia generi, vt diuerſa eſſentia ab eo exiſtens, ſicut aduenit album homini.

rentiæ. Alia vero genera ſunt primum, & cum hoc comprehenſæ differentiæ. vt primum animal, habitum vero, animal bipes, & iterum animal bipes non alatum. Similiter autem & ſi per plura dicatur. omnino vero nihil differt per plura, aut per pauca dici. Quare nec per pauca, aut per duo, duorum ergo, hoc quidem differentia, illud vero genus. Vt eius quod animal bipes, animal quidem genus, differentia autem, alterum. Si ergo genus ſimpliciter non eſt prçter eas, quæ vt generis ſpecies, aut ſi eſt quidem, vt materia eſt, (vox enim genus eſt & materia: differentiæ autem ſpecies & elementa ex hac faciunt) palam, quia diffinitio eſt ex differentijs ratio.

tera vero genera ſunt, & ipſum primum, & poſt hoc, quæ comprehenduntur differentiæ. vtputa ipſum primum eſt animal: conſequens vero, animal bipes, & rurſus animal bipes implume. Similiter etiam ſi per plura dicatur. & omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur. neque vtique per pauciora quàm duo. G *duorum vero hoc quidem genus, hoc vero differentia, vt puta huius, animal bipes, animal quidem genus, differentia vero alterum. Si igitur genus ſimpliciter non eſt præter eas, quæ vt generis ſpecies ſunt, aut ſi eſt quidem, ſed tanquam materia eſt (vox nanque genus & materia, differentiæ autem ſpecies, & elementa quoque ex hac faciunt) manifeſtum eſt, quòd definitio eſt ex differentijs ratio.*

f At vero & oportet diuidi differentiæ differentiam, ut animalis differentia eſt pedalitas. Item animalis habentis pedes differentiam oportet ſcire, inquantum habens pedes. Quare non eſt dicendum habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum, ſiquidē bene dicit: ſed propter non poſſe faciet hoc: ſed ſi aliud habens ſciſſos, aliud non ſciſſos pedes: hæ namque ſunt differentiæ pedis. Nam ſciſſio pedis, pedalitas quædam eſt. Et ſic ſemper vult procedere, donec vtiq; veniat ad non differentia Tunc autem erunt tot ſpecies pedis, quot differentiç, & pedes habentia animalia çqualia differentijs.

H *At vero oportet etiam diuidi differentiæ differentiam. vtputa animalis differentia eſt, pedes habere, rurſus animalis pedes habentis, differentiam ſcire oportet, prout pedes habet. quare non eſt dicendum pedes habētis, aliud plumiſerum, aliud implume, ſi bene dicatur (verum quia non poteſt, faciet hoc) ſed ſi aliud fiſſos, aliud non fiſſos pedes habens. hæ enim pedis differentiæ ſunt. fiſſio namque pedum aliqua pedalitas eſt. & ſic ſemper procedi vult, donec ad indifferētia deueniatur. tunc* I *autem tot pedis ſpecies erunt, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs.*

f ¶ Oſtendit quòd nec etiam multitudo differentiarum impedit vnitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter debeant ſumi in diffinitione multæ differentiç. Secundo, oſtendit quòd ſi differentiç debito modo ſumantur, non impediet multitudo differentiarum vnitatem diffinitionis, ibi [Si itaque.] Dicit ergo primo, quòd in diffinitionibus in quibus ſunt multæ differentiç, oportet non ſolum diuidi genus in differentiam, ſed etiam diuidi differentiam primam in differentiam ſecundam: ſicut animalis differentia eſt pedalitas, ſecundum quam animal dicitur habens pedes, vel greſſibile. K Sed quia etiam hęc differentia multipliciter inuenitur, iterum oportet ſcire differentiam animalis habentis pedes, quæ ſit differentia eius [inquantum eſt habens pedes] ſcilicet per ſe, & non per accidens. Et ideo, quia habenti pedes accidit habere alas, non eſt dicendū diuidendo differentiam, quod habentis pedes, aliud eſt alatum, aliud non alatum, ſi homo bene velit dicere diuiſionem differentiarum. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differentias [facit hoc] vt ſcilicet diuidat per ea, quæ ſunt ſecundum accidens, propter hoc quod non poteſt inuenire proprias & per ſe differentias. Aliquando enim neceſſitas cogit, vt vtamur loco per ſe differentiarum, differentijs per accidens, inquantū ſunt ſigna quarundam differentiarū eſſentialium nobis ignotarum. Sed hoc modo eſt hæc differentia diuidenda [habens pedes] ſcilicet huiuſmodi animalium, aliud eſt habens pedes ſciſſos, & aliud non ſciſſos. Iſtę enim [ſunt differentię pedis] ſcilicet ſciſſum & nō ſciſſum. Et ideo habens pedes ſciſſos, per ſe diuidet hanc differentiam, quę eſt habens pedes. Sciſſio enim pedis [eſt quędam pedalitas]

pedalitas] ideſt hæc differentia, quæ eſt habere pedes ſciſſos, eſt quoddam contentum ſub hoc, quod eſt habere pedes, & habẽt ſe ad inuicem ſicut determinatum & indeterminatum, ſicut diximus de genere & differentia. Et ita ſemper procedendum eſt in diuiſione differentiarum, donec diuidens [ueniat ad non differentia] ideſt ad ul- part. 7. timas differentias, quæ non diuiduntur ulterius in alias differentias. Et tunc tot erunt ſpecies pedis, quot differentiæ, & ſpecies animaliũ habẽtium pedes æquales differentijs. Quęlibet enim indiuidualis differentia conſtituet unam ſpeciem ſpecialiſſimam. Deinde cum dicit.

g Si itaque hæc ſic ſe habent palam quia finalis differentia rei ſubſtãtia erit & diffinitio, ſi non oportet multoties eadem dicere in terminis: ſuperfluum enim accidit hoc dicentibus. Nam quando dicit animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit, quàm animal pedes habens, & duos pedes habens. Et ſi hoc diuidat propria diuiſione, multoties dicet & æqualiter differentijs: Si quidem igitur differentiæ differentia fiat, una erit quæ finalis ſpecies & ſubſtantia.

h Si uero ſecundum accidens, ut ſi diuidat, habẽtis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot utique ſectiones fuerint.

C

i Quare palam quòd diffinitio ratio eſt, quæ eſt ex differentijs: & harum ex finali ſecundum rectum.

k Palam autem erit, ſi quis tranſponat tales diffinitiones, ut eã, quæ eſt hominis dicens animal bipes, pedes habens, ſuperfluum eſt habens pedes, dicto bipede. Sed ordo non eſt in ſubſtantia. Quomodo nanque oportet intelligere, hoc quidẽ poſterius, illud uero prius? De diffinitionibus quidem igitur ſecundum diuiſiones, tot dicantur primum, quales quædam ſunt.

D

g ¶ Oſtendit ex ſuppoſitis, quòd multitudo differentiarum non impedit unitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. part. 8. Secundo inducit concluſionẽ intentam: ibi [Quare palam &c.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo ex multis differentijs fit unum, part. 9. ſi differentiæ per ſe ſumantur. Secundo, quòd hoc nõ poteſt eſſe, ſi ſumantur per accidens, ibi: [Si uero ſecundum accidens.] Dicit ergo pri- part. 10. mo, quòd ſi ſic ſe habent differentiæ acceptæ in diffinitione [ſicut dictum eſt] ſcilicet, quòd ſemper ſumantur per ſe differentię & non per accidens, palam eſt, ꝙ ultima differẽtia erit tota ſubſtantia rei, & tota diffinitio. Includit enim in ſe omnes præcedentes particulas. Quòd enim in differentia includatur genus, oſtenſum eſt ex hoc, quòd genus non eſt ſine differentijs. Sed quòd ultima includat omnes præcedẽtes, palam eſt ex hoc, quòd niſi hoc dicatur, ſequitur quod oporteat [in terminis] ideſt diffinitionibus multoties eadem dicere. Et hoc erit ſuperfluum & nugatorium. hoc autem inconueniens idem accidit, quia ſi aliquis dicat in diffiniendo animal [habens pedes bipes] quòd oportebit eum dicere, ſi bipes ſit alia differentia ab habente pedes, non includens eam, nihil aliud dixit ſic diffiniens, quàm animal habẽs pedes, duos pedes habes. Bipes enim nihil aliud eſt quàm duos pedes habens in quo manifeſte includitur, pedes habens. Vnde patet, quòd ſi utraque apponatur differentia, eſt nugatio, & iterum ſi hoc, quòd eſt bipes diuidat aliquis [propria diuiſione,] ideſt per ea, quæ ſunt per ſe & non per accidens, ſequetur ulterius multoties dici idem, & toties quot ſumuntur differentiæ. Vt ſi dicam, quod animalis bipedis, aliud eſt habens pedes ſciſſos in quinque digitos, aliud in quatuor: ſi quis uellet diffiniens hominem, ponere omnes differentias intermedias, toties repeteret idem, quot differẽtias apponeret. Diceret enim, quòd homo eſt animal pedes habens, duos pedes habens, ſciſſos in quinque digitos. Et quia iſta ſunt inconuenientia, igitur manifeſtum eſt, quòd ſi in diffinitione accipiantur differentiæ, una erit ultima, ſcilicet [quæ eſt ſpecies & ſubſtantia,] ideſt quæ ſubſtantiam & ſpeciem diffiniti comprehenderet, & ab eius unitate diffinitio erit una. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit ꝙ hoc non poteſt dici ſi differentię per accidens ſumantur, dicens, quòd ſi aliquis in diuidendo & diffiniendo

A accipiat differentiam ſecundum accidens, ſicut ſi diuidatur quod habentium pedes, aliud eſt album, aliud eſt nigrum, tot erunt vltimæ differentiæ, quot factæ ſunt diuiſiones, quia vna earum, alteram non includet. Et de differentijs ſic ſumptis, procedebat ratio ſuperius inducta contra vnitatem diffinitionis. Huiuſmodi enim differentiæ ſic per accidens acceptæ, non eſſent vnum niſi ſubiecto, quod non ſufficit ad vnitatem diffinitionis. Deinde cum dicit.

Si igitur hęc ita ſe habeant, manifeſtum eſt, quòd vltima differentia, rei ſubſtantia erit, & definitio. ſiquidem non oportet crebro eadem in definitionibus dicere: ſuperfluum namque eſt. Accidit autem hoc. cum enim animal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, niſi animal pedes habens, duos pedes habens. & ſi hoc propria diui- B *ſione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentię differentia fiat, vna, quæ vltima eſt, erit ſpecies & ſubſtantia.*

Si autem ſecundum accidens, vt ſi diuidat habentis pedes, aliud album, aliud nigrum. tot quot ſunt ſectiones.

Quare manifeſtum eſt, quòd definitio eſt ratio, quæ ex differentijs eſt, & ex harum vltima ſecundum rectum.

Patet autem hoc, ſi quis tranſponat tales definitiones, vt puta hominis, dicens, animal bipes, habens pedes. ſuperfluum enim eſt habens pedes, dicto bipede. ordo vero non eſt in ſubſtantia. quo namque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud vero poſterius? De his igitur definitionibus, quę ſecundum diuiſiones fiunt, quales quędam ſunt, hactenus dicta ſint.

i ¶ Concludit propoſitum, & circa hoc duo facit. Primo ponit concluſionem dicens, quòd palam eſt ex prædictis, quòd quãuis in diffinitione ponatur genus & differentia, tamen diffinitio eſt ratio ex differentijs tãtum, quia genus non eſt præter differentias, vt ſupra dictum eſt. Et quamuis ponantur multæ differentiæ in diffinitione, tamen tota diffinitio dependet & conſtituitur ex vltima, quando fit diuiſio [ſecundum rectum,] ideſt a communiori ad minus commune deſcendendo ſecundum per ſe differentias & non accipiendo quaſi a latere differentias per accidens. Secundo ibi.

K ¶ Manifeſtat concluſionem inductam per quoddam ſignũ dicens, [Palam autem erit] ſcilicet, ꝙ tota diffinitio conſtituatur ea vltima differentia, ex hoc quod ſi quis tranſponat partes talium diffinitionum, ſequetur inconueniens. Sicut ſi aliquis dicat diffinitionẽ hominis eſſe animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum eſt bipes, ſuperfluum eſt apponere, pedes habens. Sed ſi diceretur primo pedes habens, adhuc reſtaret inquirendum, vtrum eſſet bipes, dicendo pedes habens. Ex hoc patet quòd illæ differentiæ ſecundum quòd ſunt multæ habent inter ſe ordinem determinatum. Non autem hoc poteſt intelligi quòd in ſubſtantia rei ſit aliquis ordo: non enim poteſt dici, quòd hoc ſubſtantiæ ſit prius, & illud poſterius. quia ſubſtantia eſt tota ſimul & non per ſucceſſionem, niſi in quibuſ- E dam defectiuis, ſicut ſunt motus & tempus. Vnde patet, quod multæ partes diffinitionis, nõ ſignificant multas partes eſſentię, ex quibus eſſentia conſtituatur ſicut ex diuerſis, ſed omnes ſignificant vnum quod determinatur vltima differentia. Patet etiam ex hoc, quod cuiuſlibet ſpeciei eſt una tantum forma ſubſtantialis, ſicut leonis vna eſt forma per quam eſt ſubſtantia, & corpus & animatum corpus, & animal, & leo. Si enim eſſent plures formæ ſecundum omnia prędicta, non poſſent omnes vna differentia comprehendi, nec ex eis vnum conſtitueretur. Concludit ergo finaliter recapitulando, quòd nunc primo tot ſint dicta de diffinitionibus, quæ accipiuntur ſecundum diuiſiones generis in differentias, & differentiæ in differentias, quales quædam ſunt, quia videlicet ſunt ex his, quæ prædicantur per ſe, & continentes in ſe partes ſpeciei, & etiam vnaquæque eſt unum: hæc enim in præcedentibus de diffinitionibus ſunt oſtenſa. Dicit autem [primum] quia in ſequentibus de diffinitione & quodquideſt, aliqua determinantur.

LECTIO XIII.

a Postquam determinauit Philoſophus de ſubſtantia ſecundum quòd ſubſtantia dicitur quodquideſt, hic determinat de ſubſtantia ſecundum quòd vniuerſale a quibuſdam dicitur ſubſtantia, & circa hoc duo facit. Primo continuat ſe ad præcedentia. Secundo proſequitur ſuam intentionem: ibi a [Videtur autem impoſſibile.]

LECTIO XIII.

a Qvoniam vero de ſubſtantia perſcrutatio eſt, iterum redeamus. Dicitur autem ſicut ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quodquiderateſſe, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus quidem igitur dictum eſt. Etenim dictum quodquiderat eſſe, G & de ſubiecto: Quia dupliciter ſubijcitur aut hoc aliquid ens: vt animal paſſionibus, aut vt materia actui. Videtur autem vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, & eſſe principium vniuerſale. Vnde de hoc tractemus.

b Videtur enim impoſſibile eſſe, ſubſtantiam eſſe quodcunque vniuerſaliter dictorum. Pri- H mum enim ſubſtãtia quę vniuſcuiuſque, propria vniuſcuiuſq; quæ non ineſt alij, vniuerſale vero commune. hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt. Cuius ergo ſubſtantia hoc erit? aut enim omnium, aut nullius. Omnium enim non eſt poſſibile. Vnius autẽ ſi erit, & omnia hæc erunt. Quorum enim vna ſubſtãtia eſt, & quodquiderateſſe vnum, & ipſa vnũ.

LECTIO XIII.

Cvm autem de ſubſtantia conſideratio ſit, rurſus redeamus. Dicitur autem, ſicuti ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quodquiderateſſe, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus itaque dictum eſt. etenim de ipſo quiderateſſe, & de ſubiecto, quòd dupliciter ſubijcitur, aut quodquid exiſtens, ut animal paſſionibus: aut, vt materia actui. Videtur autem etiam vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, ac eſſe principium ipſum vniuerſale, quare de hoc etiam tractemus.

Videtur nanque impoſſibile ſubſtantiam eſſe quodcumque eorum, quæ vniuerſaliter dicuntur. Prima nanque ſubſtantia vniuſcuiuſque, quæ propria cuiuſque eſt, quæ alij non ineſt. vniuerſale vero commune, hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus natura aptum eſt ineſſe. Cuius igitur hoc erit ſubſtantia? aut enim omnium, aut nullius. omnium vero non eſt poſſibile. vnius autem ſi erit, cætera quoque hoc erunt. quorum enim ſubſtantia vna, & quodquiderateſſe vnum, ipſa quoque vnum ſunt.

Text. cõ. 44. parte 1. par. ſequen. — Dicit ergo primo, quòd quia in iſta ſcientia eſt principalis perſcrutatio de ſubſtantia, oportet iterum redire ad diuiſionem ſubſtantiæ, vt videatur quid eſt dictum, & quid reſtat dicendum. Dicitur autem (Text. cõ. 45. ſupra text. commen. 7.) ſubſtantia (vt ex prædictis patet) id quod eſt [tamquam ſubiectum,] ſcilicet materia, quæ ſe habet ad formam ſubſtantialem ſicut ſubiectum, quod eſt ſubſtantia (parte 2.) completa, ad formã accidentalem. Et alio modo dicitur ſubſtantia quodquiderateſſe, quod pertinet ad formam. Tertio modo dicitur ſubſtantia [quod ex his,] idest compoſitum ex materia & forma. Et quarto modo dicitur ſubſtantia a quibuſdam vniuerſale. Hæc autem diuiſio ſubſtantiæ hic poſita in idem redit cum diuiſione poſita in principio huius Septimi (Text. cõm. 7.), licet videatur eſſe diuerſa. Ibi enim poſuit quatuor, ſcilicet ſubiectum, quodquiderateſſe, & vniuerſale, & genus. Et ſubiectum diuiſit in tria, ſcilicet in materiam & formam compoſitũ. Et quia iam manifeſtum eſt, quod quodquiderateſſe ſe tenet ex parte formæ, ponit quodquiderateſſe loco formæ. Item quia genus commune eadem ratione ponitur ſubſtantia qua & vniuerſale, vt oſtendetur, concludit vtrunque ſub vno modo. & ſic remanent tantum quatuor modi, qui hic ponuntur. (Text. cõ. 51.) De duobus ergo iſtorum modorum dictum eſt. Dictum eſt enim de quodquiderateſſe, & iterum de ſubiecto, quod dicitur dupliciter. Vno modo ſicut id, quod eſt aliquid & ens actu, ſicut animal ſubijcitur ſuis paſſionibus, & quæcunque ſubſtantia particularis ſuis accidentibus. Alio modo ſicut materia prima [ſubijcitur actui,] idest formæ ſubſtantiali (Lect. 9.). De his autem dictum eſt, vbi oſtenſum eſt, quomodo partes materiæ pertineant ad ſpeciem, vel ad indiuiduum. Sed quia non ſolum materia & qđquideſt videntur eſſe cauſæ, ſed etiam vniuerſale [quibuſdam] ſcilicet Platonicis videtur maxime eſſe cauſa & principiũ, ideo [de hoc,] ſcilicet vniuerſali tractabimus in hoc eodem ſeptimo (Text. cõ. 34.). De ſubſtantijs autem compoſitis & ſenſibilibus tractabitur in Octauo, quarum ea, quæ in hoc Septimo tractantur, ſunt quaſi principia. Deinde cum dicit.

(Infra lec. 16. parte 4.) b Incipit inquirere vtrum vniuerſalia ſint ſubſtantiæ, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ, ſicut quidã poſuerunt. Secundo oſtendit quantum ad quid recte dixerunt hoc ponentes, & quantum ad quid errauerunt, ibi. [Sed ſpecies dicentes hic quidem dicunt recte.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit in communi quod vniuerſalia nõ ſunt ſubſtantiæ. Secundo ſpecialiter de vno & ente, quæ maxime ponebantur eſſe ſubſtantiæ rerum, ibi: [Quoniam vero vnum dicitur.] Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. In ſecunda quod non ſunt ſeparata, ibi: [Manifeſtum autem ex his.] (lec. 16.) Circa primum

F duo facit. Primo oſtendit uniuerſalia non eſſe ſubſtantias ex ea parte, qua uniuerſalia prædicantur de multis. Secundo ex ea parte, qua ſpecies ex uniuerſalibus componuntur, ſicut ex partibus diffinitionis ibi [Amplius aũt & impoſſibile & inconueniens.] (part. 2. lect. ſeq. par. prima: inf. 2 gt. 5. Tex. cõ. 33.) Dixerat enim ſuperius in Quinto, quòd genus quodammodo eſt totum, inquãtum prædicatur de pluribus: & quodammodo eſt pars, inquantum ex genere & differentia conſtituitur ſpecies. Circa primum duo facit. Primo enim oſtendit, quòd uniuerſale non eſt ſubſtantia, cum de pluribus prædicetur. Secundo excludit quandam cauilloſam reſponſionem, ibi: [Sed an ſic quidem non contingit.] Sciendum eſt autem ad euidentiam huius capituli, quòd uniuerſale dupliciter poteſt accipi. Vno modo pro ipſa natura, cui intellectus attribuit intentionẽ uniuerſalitatis, & ſic uniuerſalia, ut genera & ſpecies, ſubſtantias rerum ſignificant, & prædicantur in quid. Animal enim ſignificat ſubſtantiam eius, de quo prædicatur, & homo ſimiliter (parte 2.). Alio modo poteſt accipi uniuerſale inquantum eſt uniuerſale, & ſecundum, quòd natura prædicta ſubeſt intentioni uniuerſalitatis, id eſt ſecundum quòd conſideratur animal uel homo, ut unum in multis, & ſic poſuerunt Platonici animal & hominem in I ſua uniuerſalitate eſſe ſubſtantias. Quod Ariſt. in hoc capitulo intendit reprobare, oſtendens quòd animal commune, uel homo communis, non eſt aliqua ſubſtantia in rerum natura. Sed hanc communitatem habet forma animalis uel hominis ſecundum quòd eſt in intellectu, qui unam formam accipit ut multis communem, in quantum abſtrahit eam ab omnibus indiuiduantibus. Ponit ergo ad propoſitum duas rationes, circa quarum primam dicit, quod uidetur ex ſequentibus rationibus impoſſibile eſſe, quodcumque eorum, quæ uniuerſaliter prędicantur, eſſe ſubſtantiam, ſecundum, ſcilicet quod in ſua uniuerſalitate accipitur. Quod primo probatur ex hoc, quod ſubſtantia uniuſcuiuſque, eſt propria ei, & non ineſt alij, ſed uniuerſale eſt commune multis. Hoc enim dicitur uniuerſale quod natum eſt multis ineſſe, & de multis prædicari. Si ergo uniuerſa- K le a eſt ſubſtantia, oportet quod ſit alicuius ſubſtantia. cuius ergo ſubſtantia erit? aut enim oportet quòd ſit ſubſtãtia omnium quibus ineſt, aut unius: non eſt autem poſſibile quod ſit ſubſtantia omnium, quia unum non poteſt eſſe ſubſtantia pluribus. (D. 1197.) Plura enim ſunt, quorum ſubſtantiæ ſunt plures & diuerſæ. Sed ſi dicatur, quod ſit ſubſtantia unius eorum quibus ineſt, ſequetur quòd omnia alia quibus ineſt, ſint illud unum, quibus ponitur eſſe ſubſtantia. Oportet enim quod pari ratione, eorum etiam ſit ſubſtantia, cum & eis ſimiliter inſit. Quorum autem ſubſtantia eſt una, & quodquiderateſſe unum, oportet & ipſa eſſe unum. Relinquitur ergo, quod ex quo uniuerſale non poteſt eſſe ſubſtantia omnium, de quibus dicitur, nec unius alicuius, quòd nullius ſit ſubſtantia. Sciendum autem, quod ideo dicit quod uniuerſale eſt quod natum eſt pluribus ineſſe, non autem quod pluribus ineſt, quia quædam uniuerſalia ſunt, quæ non continent ſub ſe niſi unum ſingulare, ſicut ſol & luna. Sed hoc non eſt, quin ipſa natura ſpeciei quantum eſt de ſe, ſit nata eſſe in pluribus, ſed eſt aliquid aliud ſicut prohibens,

hibens,ſicut quòd tota materia ſpeciei comprehendatur in uno indiuiduo, & quòd non eſt neceſſarium multiplicari ſecundum numerum ſpeciem, quæ in uno indiuiduo poteſt eſſe perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Dicit quòd ſubſtantia dicitur quæ non eſt de ſubiecto, & dicitur uniuerſale ſemper de aliquo ſubiecto: ergo uniuerſale non eſt ſubſtantia. videtur autẽ ratio hæc non ualere. Dictum eſt enim in prædicamentis, quòd de ratione ſubſtantiæ eſt, quòd nõ ſit in ſubiecto. Prædicari uero de ſubiecto, non eſt contra rationẽ ſubſtantiæ. unde ponuntur ibi ſecundæ ſubſtantiæ, quę prædicantur de ſubiecto. Sed dicendum, quòd ſecundum logicam cõſiderationẽ loquitur Philoſophus in prædicamentis. Logicus autem conſiderat res ſecundum quòd ſunt in ratione. Et ideo cõſiderat ſubſtantias prout ſecundum acceptionẽ intellectus ſubſunt intẽtioni uniuerſalitatis. Et ideo quantum ad prædicationẽ, quæ eſt actus rationis, dicit quòd prędicantur (de ſubiecto) id eſt de ſubſtantia ſubſiſtente extra animam. Sed Philoſophus primus conſiderat de rebus ſecundũ quod ſunt entia: & ideo apud eius conſiderationem non differt eſſe in ſubiecto, & de ſubiecto. Hic enim accipit dici de ſubiecto quod eſt in ſe aliqua res, & ineſt alicui ſubiecto exiſtenti in actu: & hoc impoſſibile eſt eſſe ſubſtantiam. ſic enim haberet eſſe in ſubiecto. Quod eſt contra rationem ſubſtantiæ, quod etiam in Prædicamentis eſt habitum. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 46. part. 3.

c Amplius ſubſtantia dicitur, quæ non de ſubiecto: & uniuerſale de ſubiecto aliquo, dicitur ſemper.

part. 4.

d Sed an ſic quidem non contingit, ut quodquideratesſe: in ipſo autem exiſtit, ut animal in homine & in equo. ergo palam, quia eſt quædam ipſius ratio. Differt autem nihil, nec ſi non omniũ ratio eſt eorũ, quæ ſunt in ſubſtantia. nihil enim minus ſubſtãtia erit hæc alicuius, ut homo hominis, in quo exiſtit. Quare idem accidit. Iterum enim erit ſubſtantia in illius ſubſtantia, ut animal, in quo eſt ſpecies, proprium exiſtit.

part. 5.

e Amplius autem & impoſſibile & inconueniens hoc eſſe ſubſtantiam, ſi eſt ex aliquibus, non ex ſubſtãtijs eſſe: nec ex eo quòd hoc aliquid, ſed ex quali. Prius enim erit non ſubſtantia & quale, ſubſtantia, & ipſo hoc, quod eſt impoſſibile. Nec enim ratione, nec tempore, nec generatione, paſſiones poſſibile eſt priores eſſe ſubſtantia. erunt.n. ſeparabiles.

part. 6.

f Amplius Socrati inerit ſubſtãtiæ ſubſtantia, quare duorũ erit ſubſtantia. Totaliter uero acci-

d ¶ Excludit quandam cauilloſam reſponſionem, qua poſſet aliquis obuiare primæ rationi, in qua dixerat, quòd omnia ſunt vnum, quorum ſubſtantia & quodquideſt ſunt vnum. Poſſet enim aliquis dicere, quòd vniuerſale non eſt ſicut ſubſtantia, vt quodquideratesſe, quodquidem ſit proprium vni. Et ideo ad hoc excludendum Philoſophus dicit.

[Sed an] poteſt dici obuiando rationi primo inductæ, quòd non cõtingit vniuerſale eſſe ſubſtantiã, ſicut quodquideratesſe eſt ſubſtantia, ſed tantum eſt ſubſtantia in ipſis particularibus exiſtens, ſicut animal in homine & equo. non enim ita eſt natura animalis in homine, quòd ſit propria ei, cum ſit etiam equi, quaſi dicat, nõ poteſt ſic reſponderi. Sequitur enim ſi hoc, quod eſt animal commune, ſit ſubſtantia, ꝙ huius ſubſtantiæ ſit aliqua ratio. Nec differt ad propoſitum, ſi non eſt ratio diffinitiua omnium [quæ ſunt in ſubſtantia] id eſt quæ ponuntur in diffinitione, ne in infinitum procedatur in diffinitionibus, ſed oportet omnes partes cuiuſlibet diffinitionis iterum diffiniri. nihil enim minus illa ſubſtantia oportet quòd ſit alicuius, licet non habeat diffinitionem, quam ſi haberet. Sicut, ſi dicamus ꝙ licet hoc ipſum, quod eſt homo communis, non habeat diffinitionẽ, tamen oportet ꝙ ſit hominis ſubſtantia, in quo exiſtit, ipſius, ſ. hominis cõmunis. Quare idem accidit quod & prius, quia oportebit quòd illa ſubſtantia communis licet non ponatur propria alicui inferiorum, tamen erit propria illius ſubſtantiæ communis in qua prima exiſtit. Sicut ſi animal commune ſit quędam ſubſtantia, animal per prius prædicabitur de illa communi ſubſtantia, & ſignificabit eius ſubſtantiam propriam, ſiue ſit diffinibile, ſiue non. Vnde non poterit ex quo hæc ſubſtantia eſt propria uni, de multis prædicari. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quòd uniuerſale non eſt ſubſtantia, accipiendo rationes ex ea parte, in qua vniuerſale eſt pars diffinitionis & eſſentiæ. & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad propoſitum. Secundo excludit quandam dubitationem, ibi. [Habet autem quod accidit dubitationem.] Circa primum ponit quatuor rationes, quarum primam ponit dicens, quòd impoſſibile & inconueniens eſt illud, quod eſt hoc aliquid & ſubſtãtia, nõ eſſe ex ſubſtantijs, nec ex his, quę ſunt hoc aliqd, ſed ex his quæ ſignificant quale, ſi tamen eſt ex aliquibus. quod dicit propter ſubſtantias ſimplices. Sequitur enim, quòd cum ea, ex quibus eſt aliquid, ſint priora, ꝙ prius ſit id, quod eſt non ſubſtantia, ſed quale, eo ꝙ eſt ſubſtãtia, & eo quod eſt hoc aliquid, quod eſt impoſſibile: quia impoſſibile eſt paſſiones, & qualitates, & accidentia eſſe priores ſubſtantia ratione, aut tempore, aut generatione. Quod enim nõ ſint priores ratione, ſupra oſtẽſum eſt ex eo, quòd ſubſtantia ponitur in diffinitione accidẽtium, & nõ ecõuerſo. Item quod non ſint priores tempore ex hoc ſupra ꝓbatũ eſt, ex quo etiã hic ꝓbatur, quia ſequeretur, quod paſſiones eſſent ſeparabiles a ſubſtãtijs, quod eſt impoſſibile. Eſſe autem prius generatione, continetur ſub eo quod eſt prius tempore. Omne enim, quod eſt prius generatione, eſt etiã prius tempore, licet non econuerſo. Ea enim, quæ non habent ordinẽ ad generationem alicuius, licet ſint priora tempore, non tamen ſunt priora generatione: ſicuti equus non eſt prior generatione leone, qui nunc eſt, licet ſit prior tempore. Partes autem, ea quibus aliquid conſtituitur, ſunt priores generatione, & per conſequens tempore, & quandoque etiam ratione, ſicut ſupra oſtenſum eſt. vnde impoſſibile eſt, ꝙ ex non ſubſtantijs componatur ſubſtantia. Vniuerſalia autem ſignificant non ſubſtantiã & hoc aliquid, ſed ſignificant quale quid, vt in Prædicamentis dr̃ de ſecundis ſubſtantijs. Ergo patet, ꝙ ex vniuerſalibus ſi ſunt quædã res præter ſingularia, non poſſunt componi ſingularia, quę ſunt hoc aliquid. Sed videtur ꝙ hæc ratio inconuenienter procedat. Secundę.n. ſubſtantiæ, quę ſunt genera & ſpecies in genere ſubſtantiæ, & ſi non ſignificent hoc aliquid, ſed quale, nõ tamen ſignificant hoc modo quale, ſicut paſſiones, quæ ſignificãt qualitatẽ accidentalem, ſed ſignificant qualitatem ſubſtantialem. Ipſe autem procedit hic, ac ſi ſignificarent qualitatem accidentalem. Sed dicendum eſt, ꝙ ſi vniuerſalia ſint res quædam, ſicut Platonici ponebant, oportebit dicere ꝙ non ſolum qualitatẽ ſubſtantialem, ſed accidentalem ſignificent. Omnis.n. qualitas, quæ eſt alia res ab eo, cuius eſt qualitas, eſt accidẽtalis. Sicut albedo eſt alia res a corpore, cuius eſt qualitas, & eſt in eo cuius eſt qualitas ſicut in ſubiecto, & ideo eſt accidens. Si ergo vniuerſalia inquantum vniuerſalia ſunt, ſint res quædam, oportet ꝙ ſint aliæ res a ſingularibus, quæ non ſunt vniuerſalia. Et ideo ſi ſignificãt qualitatem eorum, oportet ꝙ inſint eis ſicut ſubſtantijs, & per conſequens ꝙ ſignificent qualitatem accidentalem. Sed ponentibus quòd genera & ſpecies nõ ſunt aliquæ res, vel naturæ aliæ a ſingularibus, ſed ipſamet ſingularia, ſicut ꝙ non eſt homo, qui non ſit hic homo, non ſequitur quòd ſecundæ ſubſtantiæ ſignificent accidens, vel paſſionem. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Dicit, quòd ſi vniuerſalia ſunt ſubſtãtiæ, ſequitur ꝙ Socrati inerit ſubſtantiæ ſubſtantia. Si enim omnia vniuerſalia ſunt ſubſtantiæ, ſicut homo eſt ſubſtantia Socratis: ita animal erit ſubſtantia

A

Item ſubſtantia dicitur, quod non de ſubiecto: vniuerſale vero de ſubiecto aliquo dicitur ſemper.

Sed vtrum ita quidem non contingit, vt quodquideratesſe? in ipſo autem ineſt, vtputa animal in homine, & equo. patet igitur quòd erit aliqua

B *eius ratio. differt autem nihil, ſi non omnium ratio eſt eorum, quæ in ſubſtantia ſunt. etenim nihil minus hoc erit ſubſtantia alicuius, vt homo hominis, in quo exiſtit. quare iterum idem accidit. erit enim ſubſtantia illius ſubſtantia, vt animal ſpeciei, in qua vt proprium exiſtit.*

Item impoſſibile, ac inconueniens eſt ipſum quid, & ſubſtantiam eſſe,

C *ſi ex aliquibus non ex ſubſtantijs, nec ex eo quodquideſt, ſed ex quali. Prius namque non ſubſtantia, & quale erit, quàm ſubſtantia, & quod quid: quod impoſſibile eſt. nec ratione enim, nec tempore, nec generatione poſſibile eſt paſſiones priores ſubſtantia eſſe, eſſent namque ſeparabiles.*

Item Socrati ſubſtantiæ inerit ſubſtantia: quare duobus erit ſubſtantia. Et omnino ſi homo, & quæcunque

D

E

part. 9. Tex. cõm. 4.

Tex. cõm. 4.

Text. cõm. 5.

Capitu. de ſubſtantia.

ſtantia hominis. Et ita iſtæ duæ ſubſtantiæ, vna, quæ eſt homo, & alia, quæ eſt animal, erunt in Socrate. Et hoc eſt quod conclu dit [quare duorum erit ſubſtantia,] idest quare ſequitur q hoc q dico, animal, ſit ſubſtantia nō ſolum hominis, ſed etiam Socr.
Text. cō. 45. Et ita vna ſubſtantia erit in duobus, cum tamen ſupra oſtenſum ſit, q vna ſubſtantia non eſt niſi vnius. Et nō ſolum in Socrate hoc accidit, quod dictum eſt, ſed totaliter in omnibus accidit, ſi homo & alia quæ ſic dicũtur, ſicut ſpecies, ſint ſubſtantiæ, & q nihil eorum, quæ ponuntur in ratione ſpecierum ſit ſubſtantia, neque quòd poſſit eſſe ſine illis, in quorũ diffinitione ponuntur, vel quòd ſint in aliquo alio, aut quòd
parte 7. ſit ipſummet aliud. Sicut quod non erit quoddã animal [præter aliqua animalia.]
Text. cō. 49. parte 8. idest præter ſpecies animalis. Et ſimiliter eſt de omnibus alijs quæ ponuntur in diffinitionibus, ſiue ſint genera, ſiue differentiæ. Et hoc ideo, quia cum ſpecies ſint ſubſtantiæ, ſi ea etiam, quæ in diffinitionibus ſpecierum ponũtur, ſint ſubſtantiæ, in ſingularibus erunt plures ſubſtantiæ, & vna ſubſtantia erit plurium, vt de Socrate dictum eſt. Patet igitur ex dictis quòd nullũ vniuerſale eſt ſubſtantia, & nullum eorum, quæ communiter prędicantur, ſignificãt hoc aliquid, ſed quale. Tertiam rationem ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd ſi prædicta cõcluſio nõ
Text. cō. 50. part. 9. conceditur, accident multa inconuenientia, inter quæ erit verum, quòd oportebit ponere tertium hominẽ. Quod quidem poteſt exponi dupliciter. Vno modo vt præter duos homines ſingulares, qui ſunt Socra. & Plato, ſit tertius homo, q eſt communis. quod quidem non eſt inconueniens ſecundũ ponentes ideas, licet ſecundum rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, vt præter hominem ſingularem & communem, ponatur tertius, cum communicent in nomine & ratione, ſicut & duo homines ſingulares, præter quos ponitur tertius homo communis, & ob hanc cauſam, ſcilicet quia communicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponit ibi.

h ¶ Dicit q vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ ſm hanc rationem. impoſſibile eſt enim aliquam ſubſtantiam eſſe ex pluribus

dit, ſi eſt ſubſtãtia homo, & quęcunque ita dicuntur, nihil eorum quæ in ratione, eſſe nullius ſubſtantiam, neque ſine ipſis exiſtere, nec in alio. Dico autem non eſſe quoddam animal præter aliqua, nec aliud eorum, quę in rationibus nullius. Ex his itaque ſpeculantibus, palam, quia nihil vniuerſaliter exiſtentium eſt ſubſtantia, & quia nullum prædicatorum ſignificat hoc aliquid, ſed tale. G

g Sin autem tale, & alia quoque multa accidunt, & tertius homo.

h Amplius autem eſt & ita manifeſtum. Impoſſibile enim ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe in exiſtentibus ſic vt actu. Duo namque ſic actu nunquam ſunt vnũ actu: ſed ſi poteſtate duo fuerint, erunt vnũ, vt quæ dupla, ex duobus dimidijs poteſtate. Actus enim ſeparat. Quare, ſi ſubſtantia vnum, non erit ex ſubſtantijs inexiſtentibus. Et ſecundũ hunc modum quidem dicit Democritus rectè. Impoſſibile enim ait ex duobus vnũ, aut ex vno duo fieri. magnitudines enim indiuiſibiles, ſubſtantias facit. Similiter igitur manifeſtum, quia & in numero ſic ſe habebit, ſi eſt numerus compoſitio vnitatum, ſicut dicitur a quibuſdam. Aut enim non vnum dualitas, aut non ineſt vnitas in ipſo actu. H I

i Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim neque ex vniuerſalibus poſſibile eſt eſſe nec vnam ſubſtantiam propter tale aliquid, ſed nõ hoc aliquid ſignificare: nec ex ſubſtantijs contingat actu eſſe, neque vnam ſubſtantiam, incompoſita erit vtique ſubſtantia omnis. quare nec ratio vtiq; erit, neque vnius ſubſtantiæ. At vero videtur omnibus, & dictum eſt iam dudum, aut ſolum ſubſtantiæ eſſe terminum, aut maxime: nunc autem neque huiuſmodi. nullius igitur erit diffinitio: aut modò quodam erit, modo autem quodam non. Manifeſtum autem erit quod dicitur, ex poſterioribus magis. K

ita dicuntur, ſubſtantia eſt, accidit nihil eorum, quæ in ratione ſunt, alicuius ſubſtantiam eſſe, nec ſine ipſis exiſtere, nec in alio. Dico autem, v. puta, non eſſe aliquid animal præter aliqua, nec ullum aliud eorum, quæ in ratione ſunt. Ex his itaque, conſiderantibus patet nihil eorum, quę vniuerſaliter exiſtunt, ſubſtantiam eſſe: nihilque eorum, quę communiter prædicantur, quod quid, ſed tale ſignificare.

Quòd ſi non, & alia multa accidunt, ac tertius homo.

Item ſic quoque patet. Impoſſibile enim eſt ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt, vt actu. quæ enim duo ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt, ſed ſi potentia duo ſunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus dimidijs potentia. actus nanque ſeparat. Quare ſi ſubſtantia vnum, nõ erit ex ſubſtantijs exiſtentibus, & ſecundum hunc modum, quem rectè Democritus dicit. Impoſſibile enim ait eſſe ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. magnitudines nanque indiuiſibiles ſubſtantias facit. Patet igitur quòd ſimiliter & de numero ſe habebit, ſi numerus quidem compoſitio vnitatum eſt, vt a quibuſdam dicitur. aut enim non eſt vnum dualitas, aut non ineſt in ea vnitas actu.

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuerſalibus poſſibile eſt vllam ſubſtantiam eſſe, propterea quod tale, & nõ quod quid ſignificant, nec ex ſubſtantijs actu cõtingit vllam ſubſtantiam eſſe compoſitam, quicquam incõpoſitum erit profecto omnis ſubſtantia: quare neque ratio ullius ſubſtantiæ erit. At cunctis videtur, & iam dictum eſt, aut ſolius ſubſtantiæ, aut maxime diffinitionem eſſe. nunc vero, nec huius: nullius igitur diffinitio erit. An quodam modo quidem erit, quodam modo vero non, manifeſtum autem quod dicitur, magis erit ex poſterioribus.

F ſubſtantijs, quæ ſunt in ea actu. Duo enim, quæ ſunt in actu, nunquam ſunt vnum actu: ſed duo, quæ ſunt in potentia, ſunt vnum actu, ſicut patet in partibus continui. Duo enim dimidia vnius lineæ ſunt in potentia in ipſa linea dupla, quæ eſt vna in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem ſeparandi & diuidendi. Vnũquodque enim diuiditur ab altero per propriam formam. vnde ad hoc, quòd aliqua fiant vnum actu, oportet quòd omnia concludantur ſub vna forma, & quòd non habeant ſingula ſingulas formas, per quas ſint actu. Quare patet, quòd ſi ſubſtantia particularis eſt una, non erit ex ſubſtantijs in ea exiſtentibus actu. D. 972. & ſic ſi eſt ex vniuerſalibus, vniuerſalia non erunt ſubſtantiæ. Et ſecundum hunc modum Democritus rectè dicit, quòd impoſſibile eſt vnũ fieri ex duob'. & ex uno fieri duo. Eſt enim intelligendum, quòd duo in actu exiſtentia, nunquam faciunt vnum. Sed ipſe non diſtinguens inter potentiam, & actum, poſuit magnitudines indiuiſibiles eſſe ſubſtãtias. Voluit enim, quòd ſicut in eos, quòd eſt vnum, non ſunt multa in actu, ita nec in potẽtia. & ſic quęlibet magnitudo eſt indiuiſibilis. Vel aliter. Rectè inquam dixit Democritus ſuppoſita ſua poſitione, qua ponebat magnitudines indiuiſibiles eſſe etiam rerum ſubſtantias, & ſic eſſe ſemper in actu, & ita ex eis non fieri vnum. Et ſicut eſt in magnitudinibus, ita eſt in numero, ſi numerus eſt compoſitio vnitatum, ſicut a quibuſdam dicitur. Oportet enim, quòd vel dualitas non ſit vnum quid, ſiue quęcunque alius numerus, ſiue quòd vnitas non ſit actu in ea. Et ſic dualitas non erunt duæ unitates, ſed aliquid ex duabus unitatibus compoſitum. Aliter numerus non eſſet vnũ per ſe & uere, ſed p accidens, ſicut quæ coaceruantur. Deinde cum dicit.

i ¶ Mouet dubitationem circa prædicta dicens, quòd id quod accidit ex prædictis, habet dubitationem. Dictum eſt enim, quod ex vniuerſalibus non poteſt eſſe aliqua ſubſtantia, propter hoc quod uniuerſale non ſignificat hoc aliquid, ſed quale. Secundo dictum eſt quòd ex ſubſtantijs in actu non poteſt eſſe aliqua

aliqua ſubſtantia. Et ſic uidetur ſequi, quòd ſubſtantia non poteſt componi, neque ex ſubſtantijs, neque ex non ſubſtantijs: ergo ſequitur, quòd omnis ſubſtantia ſit incompoſita. Et ita cum diffinitiones non dentur de ſubſtantiis incompoſitis,
Tex. cõ. 33. (quod patet per hoc quòd diffinitio eſt ratio habens partes, ut ſupra dictum eſt) ſequitur quòd nullius ſubſtantiæ ſit diffinitio. Sed omnibus ui-
Tex. cõ. 31. part. 2. detur (ut ſupra oſtenſum eſt) quòd diffinitio, uel eſt ſolũ ſubſtantiæ, uel eius maxime. Nunc autem concluſum eſt, quòd ſubſtantiæ non ſit diffinitio, ergo ſequitur, quod nullius ſit diffinitio. Dicendum eſt autem ad prædictam dubitationem, quòd
part. 2. quodammodo ſubſtantia eſt ex ſubſtantiis, quodammodo non. Hoc autem erit manifeſtũ magis ex poſterioribus in hoc
Tex. cõ. 36. capitulo, & in 8. Eſt enim ex ſubſtantijs in potentia, ſed non in actu.

LECTIO XIIII.

a Manifeſtum autẽ ex his ipſis, quòd euenit ideas dicentibus ſubſtantias ſeparabiles eſſe, & ſimul ſpeciem ex genere facientibus, & differentijs. Si enim ſpecies ſunt, & animal in homine & equo, aut unum & idem numero eſt, aut alterum.

b Ratione nanque palam quia unum. eandem enim exhibebit rationem dicens in utroque. Ergo, ſi eſt aliquis homo, ipſum ſecundum ſe hoc aliquid & ſeparatum, neceſſe & ex quibus: ut animal bipes, hoc aliquid ſignificare, & eſſe ſeparabilia & ſubſtantias: quare & animal.

c Si quidem igitur & in equo, ſicut tu in teipſo, quomodo in ſeparatim exiſtentibus unum erit.

d Et quare non & ſine ipſo erit animal hoc?

e Deinde ſi quidem participatione bipedis & multipedis impoſſibile aliquid accidit. contraria nanq; ſimul inerunt ipſi uni, & huic enti. ſi autem non, quis modus, cum dixerit utique aliquis animal eſſe bipes, aut greſſibile? Sed forſan componitur, aut copulatur, aut miſcetur. Verum, omnia inconuenientia.

LECTIO XIIII.

part. 3.

a Poſtquam Philoſophus oſtẽdit uniuerſalia non eſſe ſubſtantias abſolute, hic oſtendit, quòd
part. 4. non ſunt ſubſtantiæ a ſenſibilibus ſeparatæ: & diuiditur in partes duas. In prima
Tex. cõ. 32. part. 5. oſtendit, quòd uniuerſalia no ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. In ſecunda manifeſtat quoddam, quod in ſuperioribus dubium
infra le. 16. reliquerat. ibi [Manifeſtum autem eſt quòd ſubſtantiarum.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit uniuerſalia non eſſe ſubſtantias ſeparatas.
infra le. seq. Secundo oſtendit, quòd ſi ſunt ſeparatæ; non ſunt diffinibiles. ibi [Quoniam uero ſubſtantia altera.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit inconuenientia, quæ ſequuntur ponentibus uniuerſalia eſſe ſubſtantias ſeparatas, comparando genus ad ſpe-
infra pt. 10. cies. Secundo, comparando genus ad indiuidua. ibi [Amplius autem in ſenſibilibus.] Circa primum tria facit. Primo proponit quandam diuiſionem. Secundo proſequitur primum membrum diuiſionis. ibi [Ratione nanque palam.] Tertio, ſecundum ibi
Part. seq. part. 6. [Sed ſi alterum in unoquoque.] Dicit ergo primo, quòd ex prædictis etiam manifeſtum eſſe poteſt quid accidat de incõuenientibus, dicentibus ideas eſſe ſubſtantias & ſeparabiles, quæ dicuntur eſſe ſpecies uniuerſales, & ſimul cum hoc ponentibus ſpeciẽ eſſe ex genere & differentijs. Hæ enim duæ poſitiones ſimul coniunctæ, ſcilicet quòd ſpecies componantur ex genere & differentia, & quòd ſpecies uniuerſales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ dicuntur ideæ, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur ſpecies eſſe ſeparatæ, conſtat, quòd unum genus eſt in pluribus ſpeciebus ſimul, ſicut animal in homine & equo. Aut ergo hoc ipſum, quod eſt animal in homine & equo exiſtens, eſt unum & idem numero, aut alterum in homine, & alterum in equo. Inducit autem hanc diuiſionem, quia Plato ponebat ideas ſpecierũ, non autem generum, cum tamen poneret communiter uniuerſalia eſſe ſubſtantias. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur primum membrum diuiſionis & primo oſtendit quòd ſit unum & idem animal. Secundo, oſtendit inconuenientia, quæ ſequuntur hoc poſito. ibi [Si quidem ergo.] Dicit

LECTIO XIIII.

Ex his autem ipſis id etiam patet, quod accidit illis qui ideas pariter ſubſtantias, & ſeparatas eſſe dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. ſi enim forma, & animal in homine ſunt, & equo, aut unum & idem numero
B *ſunt, aut alterum.*

Ratione nanque patet quòd unum, eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in utroque. Si itaque aliquis homo eſt ipſum per ſe quodquid, & ſeparatum, neceſſe eſt, ut etiam illa ex quibus, ſicuti animal, & bipes, quodquid ſignificent, & ſeparata, ac ſubſtantia ſint: quare, & ipſum, animal.

C

Si idem igitur, & unum quiddam etiam in equo, ſicuti tu tibi ipſi, quomodo in ſeparatim exiſtentibus unum erit.

Et cur non etiam abſque ſeipſo erit animal hoc?

Deinde, ſi participabit quidem bipede, & multipede, impoſſibile quiddam accidit. contraria nanque ſimul inerunt ipſi uni, & huic quidem enti. ſin minus, quis modus
D *eſt, cum aliquis dicat animal, & bipes, aut progreſſiuum eſſe. Sed fortaſſis componuntur, & tangunt, aut miſcentur. At cuncta inconuenientia ſunt.*

A ergo, quòd manifeſtum eſt, quòd animal eſt unum & idem in homine & equo ſecundum rationem. Si enim aſſignetur ratio animalis ſecundum quòd dicatur de utrolibet, ſcilicet homine uel equo, eadem ratio aſſignabitur, quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Vniuoce enim prædicatur genus de ſpeciebus, ſicut & Parte ſeq. 2.
ſpecies de indiuiduis. Si ergo propter hoc, quòd ſpecies prædicatur ſecundum unã rationẽ de omnibus indiuiduis, eſt aliqs homo cõmunis, qui eſt ipſum qđ eſt homo ſecundum ſe exiſtens [& eſt hoc aliquid,] id eſt quoddam demonſtrabile ſubſiſtens & ſeparatum a ſenſibilibus, ſicut Platonici ponunt, neceſſe eſt pari ratione & ea, ex quibus ſpecies conſtat, ſcilicet genus & differentiã, ut animal & bipes, ſignificare ſimiliter hoc aliquid, & eſſe ſeparabilia a ſuis inferioribus, & eſſe ſubſtãtias per ſe exiſtentes. Quare ſequitur, quòd animal erit unum numero per ſe exiſtens, quod prædicatur de homine & equo. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit inconuenientia, q̃ ſequuntur ex hoc poſito, quæ ſunt tria. Primum eſt, quia cum genus ſit in ſpecie, ſicut ſubſtantiam rei ſignificans, ſic erit animal in equo, ſicut tu es in teipſo, qui es ſubſtantia tui ipſius Sic autem non eſt poſsibil: aliquod unum eſſe in pluribus ſeparatim exiſtẽtibus: non enim tu es niſi in teipſo. Es enim in pluribus nõ ſeparatim exiſtentibus, ſicut in carnibus & oſsibus, quæ ſunt tui partes. Animal igitur, ſi ſit unum & idem, non poterit eſſe in pluribus ſpeciebus, ut in homine & equo, cum ſpecies ſeparatę ſecundum Platonicos ſint quædam ſubſtantiæ adinuicem diuerſæ. Secundum ponit ibi.

d ¶ Homo enim, quia eſt unum de multis prædicatum ſecundum Platonicos, non ponitur in particularibus, ſed extra ea. Si ergo ſit unum animal quod prædicatur de omnibus ſpeciebus, quare hoc ipſum quod eſt animal uniuerſale, non eſt ſine ipſo?
E ſcilicet ſine equo uel quacunque alia ſpecie ut per ſe ſeparatum exiſtens? non poteſt ratio conueniens aſſignari ab eis.

Tertium ponit ibi dicens.

e ¶ Conſtat quod ſpecies conſtituitur ex genere & differentia. aut igitur hoc eſt per hoc, quòd genus participat differentiam, ſicut ſubiectum participat accidens, ut hoc modo intelligamus ex animali, & bipede fieri hominem ſicut ex albo, & homine fit homo albus, aut per aliquem alium modum. Et ſi quidem ſpecies fiat per hoc, quòd genus participat differentiã, ſicut quòd animal per participationem bipedis fit homo, & per participationem multipedis fit equus, uel polypus, accidit aliquid impoſſibile. Cum enim genus, quod prædicatur de diuerſis ſpeciebus, ponatur eſſe una ſubſtantia, ſequitur quòd contraria ſimul inſunt ipſi animali, quod in ſe eſt unum & hoc ens, ſcilicet demonſtrabile. Differentię enim, quibus diuiditur genus, ſunt contrarię. Si autem non ſit ex animali, & bipede homo per modum participationis, quis modus erit cum aliquis dixerit animal eſſe bipes, uel greſsibile, conſtituens

tuens ex his duobus vnum? quaſi dicat, de facili non poteſt aſſignari. Et ideo ſubiungit. [Sed forſan componitur] quaſi dicat: nunquid poterit dici, quòd ex his duobus fiat vnum per compoſitionem, ſicut domus fit ex lapidibus. aut per copulationem, ſicut arca fit ex lignis conclauatis: aut per miſtionem, parte 6. ſicut electuarium fit ex ſpeciebus alteratis? his enim modis inuenitur ex duab', vel pluribus ſubſtantijs per ſe exiſtentibus aliquid vnum fieri. ſed omnes iſti modi ſunt inconuenientes. parte 7. non enim poſſent genus & differẽtię prędicari de ſpecie, ſicut nec partes compoſitæ vel copulatæ vel miſtæ prædicãtur de ſuis totis. Et præterea parte 8. vnum non venit in compoſitionem D.364. diuerſorum totaliter, ſed partes diuiſim ſunt, ita quòd vna pars eius ſit in compoſitione huius, & alia in compoſitione alteri': ſicut vna pars parte 9. ligni venit in compoſitione domus, & alia in compoſitione arcę. Vnde, ſi ex animali & bipede fieret homo & auis, modis prædictis, ſequeparte 10. retur quòd non tota natura animalis eſſet in homine, nec in aue, ſed alia & alia pars. & ſic iterũ non eſſet idem animal in vtroq;. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur ſecundum membrum diuiſionis dicens, Tex.c.53. parte 1. quòd inconueniens ſequitur, ſi ponatur non vnum animal eſſe in omnibus ſpeciebus. Dicit autem ad quatuor inconuenientia, quorum primum ponit ſic dicens. Oſtenſum eſt, quid ſequatur ponẽtibus vniuerſalia eſſe ſubſtantias, ſi ponatur vnum animal eſſe in omnibus ſpeciebus. Sed propter hoc poteſt aliquis dicere, quòd ſit alterum animal in vnaquaque ſpecie, ergo erunt infinita quorum ſubſtantia eſt animal, vt eſt conſequens dicere ad prædictam poſitionem. Eſt enim animal ſubſtantia cuiuſlibet ſpeciei contentæ ſub animali. Non enim poteſt dici, quòd homo fiat ex animali ſecundum accidens, ſed per ſe, & ita animal ad ſubſtantiam equi pertinet, & bouis, & aliarum ſpecierum, quæ ſunt fere infinitæ. Quòd autem aliquod vnum cedat in ſubſtantia infinitorum, videtur eſſe inconueniens. Secundum inconueniens ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd ſequetur etiam, quòd [ipſum animal] ideſt ſubſtantia animalis vniuerſalis, erit multa: quia animal, quod eſt in vnaquaq; ſpecie, eſt ſubſtantia illius ſpeciei, de qua prædicatur. Non enim prædicatur de ſpecie, ſicut de quodam alio diuerſo a ſe in ſubſtantia Si autem non prædicatur animal de homine, ſicut de diuerſo, poterit dici conuenienter, quòd homo erit ex illo ſcilicet ex animali, ſicut ex ſua ſubſtantia, & quòd illud ſcilicet animal, ſit etiam genus eius, prędicatũ de eo in eo quod quid eſt. Relinquitur ergo, quòd ſicut illa, de quibus prędicatur animal, ſunt multa, ita ipſum animal vniuerſale eſſe multa. Deinde cum dicit.

f Sed ſi alterum in vnoquoque. Infinita ergo erunt, vt eſt conſequens dicere, quorum ſubſtãtia animal. Non.n.eſt ſecundum accidens ex animali homo.

g Amplius multa erunt ipſum animal. Subſtantia. n. quod in vnoquoque animal. non enim de alio dicitur. Si autem non, ex illo erit hõ, & genus ipſius illud.

h Et amplius ideæ oĩa, ex quib' homo. Igitur non alterius quidem erit idea, alterius vero ſubſtantia. impoſſibile namque. Ipſum igitur animal erit vnũquodque eorum, quæ in animalibus.

i Amplius ex quo hoc: Et quomodo ex ipſo animali. Aut quõ poſſibile eſt eſſe animal, quòd eſt ſubſtantia hoc ipſum, pręter ipſum animal?

k Amplius autem in ſenſibilib. hæc accidunt. & his abſurdiora. Si itaque impoſſibile ſic ſe habere, palam, quia non eſt idea ipſorum, ſicut quidam dicunt.

LECTIO XV.

a QVoniam vero ſubſtantia altera, & quod ſimul totum: & ratio. Dico aũt quia hęc quidem ſic eſt ſubſtantia cũ materia concepta ratio, illa vero ratio totaliter Quęcunque quidem igitur ita dicuntur horum quidem eſt corruptio. Etenim generatio. Rationis autem non eſt ita vt corrumpatur. neque enim generatio. (Non enim fit

F *Sed diuerſum in vnoquoque eſt. Infinita igitur vt ita dicam, erunt quorum ſubſtantia animal eſt, non enim ſecundum accidens ex animali homo eſt.*

Item multa erit ipſum animal; nam, & ſubſtantia animal eſt, quod in G *vnoquoque eſt: non enim ſecundum aliud dicitur. Quod ſi non, ex illo erit homo, & genus eius illud.*

Ac idem omnia, ex quibus homo, idea, non igitur alterius quidem idea erit, alterius vero ſubſtantia. impoſſibile namque eſt: ipſum ergo animal erit vnumquodque eorum, quę in animalibus ſunt.

Item ex aliquo hoc ipſo erit, & quomodo eſt ex ipſo animali; aut quomodo eſt poſſibile eſſe animal, quod hoc ipſum ſubſtantia eſt, pręter ipſum animal.

Item in ſenſibilibus & hęc accidunt, & his abſurdiora. Quod ſi impoſſibile eſt ita ſe habere, patet quòd non eſt eorum idea ita, vt quidam aiunt.

LECTIO XV.

I *CVM autem ſubſtantia altera ſit, ipſum ſcilicet totum, & ratio. dico autem quòd illa quidem ita ſubſtantia eſt cum materia ſimul accepta ratio, hęc uero ratio ſimpliciter. Quęcunque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem eſt corruptio: nam, & generatio rationis autem non eſt, ita vt corrumpatur. nec enim generatio eſt (non enim fit do-*

h ¶ Ponit tertium inconueniens dicens, quòd vlterius ex prædictis ſequitur, quòd omnia illa, ex quibus eſt homo. [ſuperiora genera & differentiæ ſint ideę: quod eſt contra poſitionem Platonicorum; qui ponebant ſolas ſpecies eſſe ideas particularium, genera uero & differentias nõ eſſe ideas ſpecierum. Et hoc ideo quia idea eſt proprie exemplar ideati ſecundũ ſuam formã. Forma aũt generis non eſt propria in formis ſpecierũ, ſicut forma ſpeciei eſt propria in indiuiduis, quæ conueniunt ſecundum formam, & differunt ſecundum materiam. Sed, ſi ſunt diuerſa animalia ſecũdum diuerſas ſpecies, unicuique ſpeciei reſpondebit aliquid de ſubſtãtia ſui generis, ſicut propria idea. Et ita etiam erunt genera ideæ, & ſimiliter differentiæ. Nõ ergo alteri vniuerſaliũ erit quòd ſit idea, & alteri quòd ſit ſubſtãtia, ſicut Platonici ponebant dicẽtes quidem genera eſſe ſubſtantias ſpecierũ, ſpecies uero ideas indiuiduorũ. Impoſſibile nanq; eſt ita eſſe, ut oſtenſum eſt. Sequitur igitur ex prædictis [ꝙ ipſum animal] i. ſubſtantia animalis uniuerſalis ſit unũquodque eorum [quæ ſunt in animalibus.] ideſt quæ continentur inter ſpecies animalis. Quartum ponit ibi.

i ¶ Dicit, quod item uidetur eſſe dubium ex quo conſtituatur hoc quod eſt homo, & quomodo conſtituatur [ex ipſo animali] ſ. uniuerſali, [aut quõ poſſibile eſt animal eſſe, quod ſubſtãtia hoc ipſum præter ipſum animal] i. quõ poteſt eſſe ut homo ſit aliquid ſi præter animal quaſi quædã ſubſtantia per ſe exiſtens, & tñ animal ſit hoc ipſum quod eſt homo? Hæc.n.uidẽtur eſſe oppoſita, ꝙ homo ſit præter animal, K & tñ animal ſit hoc ipſum, quod eſt homo. Deinde cum dicit.

k ¶ Improbat prædictam poſitionem per comparationem generum ad ſingularia dicens, quòd hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponentibus genera, & uniuerſalia eſſe ſubſtantias in ſpeciebus, accidunt, & in ſenſibilibus ſingularibus, & etiam multa his abſurdiora, inquantum natura generis magis remota eſt a ſingularibus ſenſibilibus, & materialibus, quam a ſpeciebus intelligibilibus & immaterialibus. Si itaque impoſſibile eſt ſic eſſe, palam eſt, quòd idea non eſt ipſorum ſenſibilium, ſicut Platonici dicunt.

LECTIO XV.

IN hoc loco Philoſophus oſtendit, quòd ideæ, quæ ponuntur ſeparatæ a Platonicis, non poſſunt diffiniri. Et hoc ideo, quia platonici ad hoc præcipue ponebant ideas, ut eis adaptarentur & diffinitiones & demonſtrationes, quæ ſunt de neceſſarijs, cum iſta ſenſibilia uideantur omnia in motu conſiſtere, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit per rationes quod ideæ non poſſunt diffiniri. Secundo per ſignũ ibi.

Quoniam

[Quoniam propter quid nullus.] Circa primũ ponit tres rõnes, quarum primam ponit ſic dicens, quod ſubſtantiarum a-
2. par. 8. ſ. lia eſt [ſicut ratio] id eſt ſicut quodquiderat eſſe & forma, & alia eſt ſicut compoſitum ex materia, & forma, quod eſt totum ſimul coniunctum ex materia, & forma. Dico autem eas eſſe alteras [quia hoc quidem] i. ſubſtãtia, quę eſt totum, ſic eſt ſubſtantia, ſicut habens rationem conceptam cũ materia. Illa uero, q̃ eſt ſicut forma, & ratio, & quodquid erat eſſe, eſt totaliter ratio & forma non habens materiam indiuidualẽ adiunctam. Quęcũque igitur dicũt ſubſtantię hoc mõ ſicut compoſita, eorũ poteſt eſſe cor-
Tex. cõ. 17. ruptio. oſtenſum eſt .n. ſupra q̃ eorũ ſolum eſt generatio, quę ex materia, & forma componuntur. Corruptio autem & generatio ſunt circa idem. Ipſius autem ſubſtantię, quę eſt ſicut ratio, uel q̃d quid eſt, non eſt ita corruptio, quod ipſa per ſe corrumpatur. Oſtẽſum eſt
Tex. cõ. 27. enim ſupra, q̃ non eſt ius generatio, ſed ſolum compoſiti. non enim fit q̃d quiderat eſſe domui, ut ſupra oſtẽſum eſt, ſed fit q̃d eſt proprium huic domui. Generatur .n. hęc domus particularis, non autẽ ipſa ſpecies dom'. Sed tamen hmõi
Tex. cõ. 54. par. 2. formę, & quidditates aliquãdo ſunt & aliquando non ſunt. [ſine generatione, & corruptione] id eſt ſine hoc, quod ipſa generentur, vel corrũpantur per ſe, ſed incipiũt eſſe, & non eſſe aliis generatis, & corruptis. Oſtenſũ eſt enim ſupra, quod nullus in naturalibus [generat hęc] .i. formas, & quidditates, nec etiam in artificialibus, ſed hoc agens ſingulare generat, & facit hoc ſingulare. Propter hoc autem, q̃ ſingularia generantur, & corrumpuntur, ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium non poteſt eſſe nec diffinitio, nec demonſtratio. Habent .n. materiam indiuidualem, cuius natura eſt talis, ut id, quod ex ea conſtituitur, contingat eſſe, & non eſſe, q̃a ipſa materia quantum eſt in ſe, eſt in potentia ad formam, per quam res materialis eſt, & ad priuationem, per quam res materialis non eſt. Et ideo omnia ſingularia de numero ipſorum ſenſibilium, quorum materia eſt in potentia ad eſſe, ſunt corruptibilia. Corpora tamen cęleſtia non habent materiam huiuſmodi, quę ſit in potentia ad eſſe, & non eſſe, ſed ſolum ad ubi. & ideo non ſunt corruptibilia. Si ergo demonſtratio eſt ne-
Primo poſteriorum. ceſſariorum, ut probatum eſt in Poſterioribus, † & diffinitio ẽt
Tex. cõ. 16. [eſt ſciẽtifica] id eſt faciens ſcire, quę eſt quaſi medium demonſtrationis, q̃ eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſicut non contingit q̃nq; eſſe ſciẽtiã, & q̃nq; ignorantiã, quia quod ſcitur, ſemper oportet eſſe uerũ, [ſed id quod eſt tale] id eſt q̃ quãdoque poteſt eſſe uerũ, q̃nq; falſum, eſt opinio, ita ẽt non contingit demõſtrationẽ, nec diffinitionem eſſe eorum, quę poſſunt ſe

domui eſſe, ſed q̃d huic domui) uerũ ſine generatione, & corruptione ſunt, & non ſunt. Oſtenſum eſt .n. quia nullus hæc generat, nec facit. Propter hoc aũt & ſubſtãtiarum ſenſibilium ſingularium, nec diffinitio, nec demõſtratio eſt, quia habent materiã, cuius natura talis eſt, ut contingat & eſſe, & non eſſe. Quapropter, corruptibilia omnia ſingularia ipſorum. Ergo, ſi demõſtratio neceſſariorum, & diffinitio ſcientifica, & non cõtingit ſicut nec ſcientiam q̃nque ſcientiam, q̃nq; ignorantiam eſſe, ſed opinio tale quid eſt, ita nec demonſtrationem, nec diffinitionem, ſed opinio eſt contingentis aliter ſe habere, palam, quia nõ utique erit ipſorum nec diffinitio, nec demonſtratio. Non .n. ſunt manifeſta corruptat ſciẽtiam habentibus, & cum a ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rõnibus in anima eiſdem, non erit nec diffinitio amplius, nec demonſtratio. Propterquod, oportet eorum ad terminum ſtudentem, cum aliquis diffiniat aliquid ſingularium, nõ ignorare, quia ſemper auferre eſt. non .n. contingit diffinire, neque itaque idearum nullã eſt diffinire. Singularium .n. idea, ut dicunt & ſeparabile.

b Neceſſarium uero ex noĩbus eſſe rationem. nomen autẽ non faciet diffiniens. Ignotum enim erit. Poſita autem cõia omnib. ergo neceſſe ineſſe & alii hæc. vt ſi quis te diffiniat, animal dicet greſſibile, aut album, aut aliud aliquid, quod in alio ſit.

A aliter habere, ſed ſolum opinio eſt huiuſmodi contingentium. Si inquam, ita eſt, palam eſt, q̃ non erit nec diffinitio, nec demonſtratio ipſorum ſingularium corruptibilium ſenſibilium, non enim huiuſmodi corruptibilia poſſunt eſſe manifeſta, ſciẽtiam habentibus de eis. ſ. cum receſſerunt a ſenſu, per quem cognoſcuntur. Et ideo ſaluatis eiſdem rõnibus in anima [ipſorum ſingularium] id eſt ſpeciebus, per quas cognoſci poſſunt, non erit de eis nec diffinitio, nec demonſtratio. Et propter hoc, oportet cũ aliquis eorum, qui ſtudent [ad aſſignãdum terminum] id eſt diffinitionem alicuius rei, diffiniat aliquod ſingulare, quod non ignoret, quia ſemper contingit auferre ſingulare, manente tali ratione, quam ipſe ſingit in anima. Et hoc ideo, quia non contingit vere diffinire ſingulare. In his .n. quæ uere diffiniuntur, manet cognitio diffiniti, quandiu manet cognitio diffinitionis in anima. Si igitur ſingulare diffiniri non poteſt, ita nec idea poſſibile eſt diffinire. Ideã enim oportet eſſe ſingularem ſecundum ea, quæ ponuntur de idea. Ponunt enim quod idea eſt quoddam per ſe exiſtens ab omnibus aliis ſeparatũ. Hæc autem eſt ratio ſingularis. Deinde cũ dicit.

b ¶ Ponit ſecundã rõnem, & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, excludit quãdam cauilloſam reſponſionem. ibi: [Si quis autem dicat.] part. ſeq. Fuit autem neceſſarium, ut hanc rationem ſuperadderet rationi ſuprapoſitę, quia ratio iam poſita probabat ſingulare non eſſe diffinibile, ex eo, quod eſt corruptibile, & materiale, quę duo Platonici ideis non attribue-
E bant. Vnde, ne per hoc ſua probatio inefficax redderetur, ſubiungit aliam rationem dicens: Neceſſarium eſſe omnem diffinitiuam rõnem eſſe ex pluribus nominibus. Ille enim .n. qui diffinit, non faciet notificationem rei, ponendo unum nomen tantum, quia ſi poneret unum tantum nomen, adhuc diffinitum remanebit nobis ignotum. Contingit .n. uno nomine notioni aſſignato, ipſum nomen diffiniti notificari, non autem rem diffinitam: niſi principia eius exprimantur, per quę res omnis cognoſcitur. Reſolutio autem diffiniti in ſua principia, quod diffinientes facere intendunt, non contingit niſi pluribus nominib. poſitis. Et ideo dicit, q̃ ſi unũ nomẽ tm ponatur, quod adhuc remanebit diffinitũ ignotum. Sed ſi plura ponantur, oportet q̃ noĩa poſita ſint cõia oĩbus. Si .n. in diffinitione alicuius ſingularis ponantur aliqua noĩa, q̃ conueniant ipſi ſoli, erunt ſynonyma noĩa vnius rei ſingularis. vnde res non notificabitur hmõi nominib. poſitis. Sed forte nomen minus notum. Sicut ſi diceremus quid eſt Tullius, & rñderet Marcus, & Cicero; non eſſet conueniens diffinitio. Oportet igitur ſi ſingulare diffinitur, in eius diffinitione poni aliqua noĩa, q̃ multis cõueniãt. Ergo neceſſe erit, q̃ diffini-

mui eſſe, ſed huic domui) ſed abſque generatione, & corruptione ſunt, & non ſunt. oſtenſum eſt enim, quod nullus hęc generat, neque facit. Propterea etiam ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium neque definitio, neque demonſtratio eſt, eo quod habet materiam, cuius natura talis eſt, ut eſſe, & non eſſe
B *contingat. quare corruptibilia ſunt omnia ſingularia earum. Si igitur demonſtratio, & definitio ſcientifica neceſſariorum eſt, & non contingit, ſicuti neque ſcientiam, quandoque ſcientiam, quandoque ignorantiam eſſe, ſed quod tale eſt opinio eſt, ita neque demonſtrationem, neque definitionem, ſed opinio eſt eius, quod contingit, & aliter ſe habere, patet quod neque demonſtratia, neque definitio eorum eſt. corruptibilia nanque non ſunt manifeſta his, qui ſcientiam habent, cum a ſenſu abſceſſerint. & rationibus eiſdem in ani-*
C *mo ſeruatis, non erit amplius neque definitio, neque demonſtratio. Quare cum quis eorum, quę ad definitionem quicquam ſingularium definiat, oportet non ignorare, quod ſemper perimendum eſt. non enim contingit definire. Nec ullam ideam eſt definire. ſingularium enim, ut aiunt, idea eſt, & ſeparata.*

D

Neceſſarium autem ex nominibus rationem eſſe. nomen uero non faciet, qui definit: ignotum enim erit. quæ uero poſita ſunt, omnibus cõmunia ſunt. neceſſe eſt igitur, & aliis talia ineſſe. Et ſi quis te definiat, animal dicet gracile, aut album, aut aliquid aliud, quod & in alio ſit.

Text.cõ.35. dem compoſiti aliquo modo eſt diffinitio, aliquo modo nõ eſt. Quia, ſi accipiatur [cum materia] ſcilicet indiuiduali, nõ eſt eius diffinitio: quia ſingularia non diffiniuntur, ut ſupra eſt habitum. Cuius ratio eſt, quia talis materia indiuidualis eſt quid infinitum & indeterminatum. Materia enim non finitur, niſi per formam. Sed compoſitum acceptum [ſecundum primam ſubſtantiam], i. eſt ſecundum formam, habet diffinitionem. Diffinitur enim compoſitum acceptum in ſpecie non ſecundum indiuiduum. Sicut autem indiuiduum per materiam indiuiduatur, ita vnumquodque ponitur in ſua ſpecie per formam. non enim homo eſt homo, quia habet carnes & oſſa, ſed ex eo quòd habet animam rationa-

Text.cõ.41. lem in carnibus, & oſſibus. Vnde oportet, quòd diffinitio ſpeciei accipiatur a forma, & quòd illæ partes materię ſolum ponantur in diffinitione ſpeciei, in quibus primo & principaliter eſt forma. Sicut ratio hominis eſt illa, quæ eſt animę, ex hoc enim homo eſt homo, quòd habet talem animam. Et propter hoc, ſi homo diffinitur, oportet quòd diffiniatur per animam, & quòd nihilominus in eius diffinitione ponantur par-

Text.cõ.42. tes corporis, in quibus primo eſt anima, ſicut cor aut cere-

Text.cõ.35. brum, ut ſupra dixit. Ipſa namque ſubſtantia cuius pars non eſt materia, [eſt ſpecies] ideſt forma, quæ ineſt materiæ, ex qua forma & materia [dicitur tota ſubſtantia] ideſt determinatur, & diffinitur. Sicut concauitas eſt quædam forma. ex ea enim & naſo, dicitur naſus ſimus, & ſimitas. Et ſimiliter ex anima & corpore, dicitur homo, & humanitas. Si enim naſus, qui eſt ſicut materia, eſſet pars curuitatis, tũc cum diceretur naſus curuus. bis diceretur naſus. Semel enim diceretur proprio nomine. & ſemel prout includeretur in diffinitione curui. ſi tamen poneretur in eius diffinitione ſicut pars eſſentiæ curuitatis, non

Text.cõ.36. quaſi ex additione, vt ſupradictum eſt. Quamuis autem materia non ſit in eſſentia formæ, eſt tamen in tota ſubſtantia compoſita, ſicut curuitas eſt in naſo ſimo, & etiam materia indiuidualis eſt in Callia. Dictum eſt etiam ſuperius, quòd quodquiderat eſſe vniuſcuiuſque, eſt idem cum eo cuius eſt. Quod quidem eſt ſimpliciter verum in quibuſdam [ſicut in primis ſubſtantijs] ideſt in immaterialibus. Sicut ipſa curuitas eſt idem cum eo, quod quid erat curuitatis, ſi tamen curuitas eſt de primis ſubſtantijs. Quod quidem dicit, quia etiam curuitas videtur eſſe forma in materia, licet non in materia ſenſibili, ſed intelligibili, quę eſt ipſum continuum. Vel ſecundum aliam literam [quæ prima eſt.] Eſt enim quędam curuitas prima, ſicut curuitas, quę eſt in ſpeciebus, ſecundum Platonicos; in quibus ſpeciebus communiter eſt verũ, quòd quælibet eſt idem cum ſuo quodquideſt. Alia autem cur-

Lect.5. uitas, quæ eſt in rebus ſenſibilibus, vel in mathematicis, non eſt prima, vnde non eſt idem quod ſuum quodquiderateſſe. Dicit autem exponendo, quòd primam ſubſtantiam hic nominat non ſubſtantiam particularem, ſicut in Prędicamentis, ſed quę non dicitur per hoc, quòd aliud ſit in alio [ſicut in ſubiecto & materia] ideſt illę res, quę ſunt formę non in materia, ſicut ſubſtan-

Et quod in ſubſtantiæ quidem ratione, quæ ſic partes, vt materia, nõ inerunt. neque enim ſunt illius partes ſubſtantiæ, ſed totius. Huius autem eſt aliqualiter ratio, & non eſt. nam cum materia non eſt, indeterminatum enim eſt. Secundum autem primam ſubſtantiam eſt, vt hominis, quæ animæ ratio. Subſtantia namque eſt ſpecies, quæ ineſt: ex qua & materia tota dicitur ſubſtantia: vt cõcauitas. nam ex hac & naſo, ſimus naſus, & ſimitas eſt. Bis enim & his inerit naſus. In tota vero ſubſtantia, aut naſo ſimo, aut Callia, ineſt & materia. Et quodquiderateſſe, & vnumquodque, in quibuſdam idem, vt in primis ſubſtantijs, ut curuitas, & curuitati eſſe, ſi prima eſt. dico autem primam, quæ non dicitur per aliud in alio eſſe, ut in ſubiecto, uel materia. Quæcunque uero ut materia, aut concepta cum materia: non idem: neque ſecundum accidẽs unum, ut Socrates & muſicum. Hæc enim eadem ſecundum accidens.

LECTIO XII.

NVNC autem dicamus primum, inquantum in Analyticis de diffinitione non dictum eſt. In illis enim dubitatio dicta, præ opere rationibus de ſubſtantia eſt. Dico autem hanc dubitationẽ propter quod qui-

F tiæ ſeparatæ. Quæcunque uero ſunt ſicut materia, uel etiã ſunt concepta cum materia, ſicut compoſita quę habent in ſui ratione materiam, in iſtis nõ eſt idem quod quid erateſſe, & id cuius eſt. Nec etiam eſt unum in his, quæ dicuntur ſecundum accidens, ſicut Socr. & muſicus eſt idem per accidens. Attendendum eſt autem quod ab hac ſententia, quam poſuerat ſcilicet, quod quodquideſt, idem eſt cum unoquoque cuius eſt, duo hic excipit, ſcilicet illa quæ dicuntur per accidens, & ſubſtantias materiales, cum ſuperius non excepent niſi illa quæ dicũtur per accidens. Oportet autem non ſolum illa excludi, ſed etiam ſubſtãtias materiales. Sicut. n. ſupradictum eſt, quod quiderateſſe eſt id, quod ſignificat diffinitio, diffinitio autem non aſſignatur indiuiduis, ſed ſpeciebus: & ideo materia indiuidualis, quæ eſt indiuiduationis principium, eſt præter id, quod eſt quodquiderateſſe. Impoſſibile eſt autem in rerum natura eſſe ſpeciem niſi in hoc indiuiduo. Vnde oportet, quòd quælibet res naturæ, ſi habeat materiam, quæ eſt pars ſpeciei, quæ eſt pertinens ad quodquideſt, quòd etiam habeat materiam indiuidualem, quæ nõ pertinet ad quodquideſt. unde nulla res naturę, ſi materiã habeat, eſt ipſum quodquideſt, ſed eſt habens illud. Sicut Socrates non eſt humanitas, ſed eſt humanitatem habens. Si autem eſſet poſſibile eſſe hominem compoſitum ex corpore & anima, qui non eſſet hic homo ex hoc corpore & ex hac anima compoſitus, nihilominus eſſet ſuum quodquiderateſſe, quamuis haberet materiam. Licet autem homo præter ſingularia non ſit in rerum natura, eſt tamen in ratione, quę pertinet ad logicam conſiderationem. Et ideo ſuperius, ubi logice conſiderauit de quodquiderateſſe, non exclusit ſubſtantias materiales, quin in illis etiam eſſet idem quodquideſt cum eo, cuius eſt. Homo enim communis, eſt idem cum ſuo quodquideſt, logice loquendo. Nunc autem poſtquam iam deſcen-

K dit ad principia naturalia, quę ſunt materia & forma, & oſtendit quomodo diuerſimode comparantur ad uniuerſale & particulare, quod ſubſiſtit in natura, excipit hic ab eo quod ſupra dixerat, idem eſſe quodquideſt cum unoquoque, ſubſtantias materiales in rerum natura exiſtentes. Relinquitur au- D.414. 417. 466.

tem, quòd illę ſubſtantiæ, quæ ſunt formæ tantum ſubſiſtentes, non habent aliquid, per quod indiuiduentur, quod ſit extra rationem rei, uel ſpeciei ſignificantem quodquideſt. Et ideo in illis ſimpliciter uerum eſt, quòd quęlibet illarum eſt ſuum quodquiderateſſe.

Lect.5. *tia, quæ ita partes ſunt ut materia, nõ inerunt. non enim ſunt illius ſubſtãtiæ partes, ſed totius. huius vero eſt quodã modo ratio, & non eſt. cum materia nã que non eſt: indefinitum etenim. ſecundum primam autem ſubſtantiam eſt, ut hominis animæ ratio. ſubſtantia enim eſt forma, quæ ineſt: ex qua et materia, tota dicitur ſubſtantia: ut concauitas.*

T.com.35.

G *ex hac enim & naſo, ſimus naſus, & ſimitas eſt. bis namque in his inerit naſus. In tota uero ſubſtantia, vt naſo ſimo, aut Callia, ineſt etiam materia. Et quod quid erat eſſe & unumquodque in quibuſdam quidem idem eſt, ut in primis ſubſtantijs: utputa curuitas & curuitati eſſe, ſi prima eſt. dico autem primam, quæ non dicitur, eo quòd aliud in alio ſit, & ſubiecto, ut materia. Quæcũque uero ut materia, uel ut ſimul cum materia ſumpta ſunt, non idem, neque ſecundum accidens unum, ut Socr. &*

H *muſicum. hæc enim ſecundum accidẽs eadem ſunt.*

LECTIO XII.

I. *NVNC autem primo dicamus quatenus in Analyticis de definitione non eſt dictum. dubitatio namque, quæ in illis dicta eſt, proderit ſermonibus de ſubſtantia. Dico autem hãc dubitationem, quare unum eſt defi-*

LECTIO XII.

POſtquam oſtendit Philoſophus, quæ partes in diffinitione ponantur, hic inquirit quomodo diffinitio ex partibus exiſtẽs poſſit eſſe una: & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationẽ. Scdo obijcit ad vtrãq; partẽ ibi [In hoc namq; homo]. Tertio ſol- a part. ſeq. part.5.

uit,

dem unum eſt, cujus rationem diffinitionem eſſe dicimus, ut hominis animal bipes, ſit enim hæc ipſius ratio, propter quid itaque hoc vnum eſt, ſed non multa, animal & bipes.

nitum. cuius rationem definitionem eſſe dicimus. vt hominis animal bipes (ſit namque eius ratio) cur igitur hoc vnum eſt, non autem multa, animal & bipes.

b In hoc nanque homo & albũ multa quidem ſunt, cum alterũ non inſit alteri, unum uero, quã do ineſt, & patitur aliquid ſubiectum, homo. tunc enim fit, & eſt albus homo, hic autem non participat alterum altero. Genus autem non videtur participare differentias, ſimul enim contrarijs idem participaret, nam differentiæ contrariæ ſunt, quibus differt genus.

B *Homo enim & album multa quidem ſunt, cùm non inſit alterum alteri. vnum vero cùm inſit, & ſubiectum, vt homo, aliquid paſſum fuerit. tunc enim albus homo vnum fit, & eſt. hic vero non eſt alterum alterius particeps. genus etenim non videtur particeps eſſe differentiarum. ſimul namque contrariorum idem participaret. differentiæ namque contrariæ, quibus genus differt.*

c Si vero & participat, eadem ratio ſi ſunt differentiæ plures: ut greſſiuum, bipes, non alatum. Quare nanque hoc unum, ſed non multa. non enim quia inſunt: nanque ſic ex omnibus erit unum.

C *Quòd ſi etiam participat, eadem ratio eſt, ſi differentiæ quidem plures ſunt: vt pedeſtre, bipes, implume. Cur enim vnum, ſed non multa ſunt hęc? non enim, quia inſunt: ſic enim ex omnibus erit vnum.*

d Oportet autẽ unum eſſe quæcunque in diffinitione. Diffinitio enim ratio quædam eſt una, & ſubſtantia una: quare unius alicuius oportet ipſam eſſe rationem. Etenim ſubſtantia unũ quidem, & hoc aliquid ſignificat, ut diximus.

D *Oportet autem vnum eſſe, quęcunque in definitione ſunt. definitio nanque ratio quędam vna, & ſubſtantia eſt: quare vnius cuiuſpiam oportet ipſam eſſe rationem. etenim ſubſtantia vnum quiddam & quod quid, vt dicimus, ſignificat.*

e Oportet autem intendere primum de his, quæ ſecundum diuiſiones diffinitionibus, nihil .n. aliud eſt in diffinitione, quàm primum dictum genus differen-

Oportet autem primo conſiderare de his, quę ſecundum diuiſiones ſunt, definitionibus. Nihil enim aliud in definitione eſt, niſi quod primum dicitur genus, & differentię, cę-

uit, quæſtionem, ibi: [Oportet aũt intendere, &c.] Dicit ergo, ꝙ nunc primum oportet dicere de diffinitione, id quod non eſt
In ſecundo poſteriorũ. de ea dictum [in Analyticis,] ideſt in libro Poſteriorum. Ibi enim mota eſt quædam dubitatio de diffinitione, & non ſoluta, quam oportet hic ſoluere [quia eſt præopere rationibus de ſub-
Te. com. 42. ſtantia.] ideſt quia ſo-
part. 1. lutio huius quæſtionis eſt per neceſſaria ad ea, quæ ſunt de ſubſtantia determinanda, de qua eſt principalis intentio huius ſcientiæ. Eſt autem iſta dubitatio, quare illud, cuius diffinitio eſt ratio, [eſt unum] ſcilicet quodquideſt.
part. 2. D. 5 a2. Diffinitio d enim ratio eſt ſignificans qđ quideſt, ſicut diffinitio hominis eſt animal bipes. Ponatur enim ꝙ hæc ſit eius diffinitio. Quare igitur hoc, quod dicitur animal bipes eſt vnum, & non multa. Deinde cum dicit.

b ¶ Obiicit pro utraque parte, & primo ad oſtendendum, ꝙ
part. 3. ex eis non fiat unũ. Secundo ad contrarium. ibi: [Oportet autem unum.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quòd ex genere & differentia non fit v-
Te. com. 43. num. Secundo quòd
part. 5. nec ex pluribus differentijs, ibi: [Si vero & participat.] Dicit
part. 3. ergo primo, quod in
part. 4. hoc, quod eſt homo & albũ, iſta duo ſunt multa, quando alterũ eorum non ineſt alteri. ſi enim album
Te. com. 43. non inſit homini, tũc
part. 5. homo & album nullo modo ſunt unum. Vnũ uero ſunt, quando alterum eorum ineſt alteri, & ſubiectum, quod eſt homo [patitur alterũ,] ideſt ſuſcipit hanc paſſionem, quæ eſt album. Tunc autem ex his duobus fit unum per accidens, quod eſt albus homo. Ex his accipitur, quod ex duobus quorum unum non ineſt alteri, non fit unum. Sed [hic,] ſcilicet cum dicitur animal bipes, [alterum eorum] ſcilicet animal non participat [altero] ſcilicet bipede, ſicut homo albus participat albo. Et hoc ideo, quia animal eſt genus, bipes uero differentia. Genus uero non uidetur participare differentiis. Sequeretur enim, quod idem participaret ſimul contrariis. Differentiæ enim ſunt contrariæ [quibus genus differt,] ideſt per quas genus diuiditur, & pari ratione per quam participaret unam, participaret aliam. Si autem eſt impoſſibile quòd idem participet contraria, impoſſibile erit quòd ex genere & differentia fiat unum. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quòd ex pluribus differentiis non poteſt fieri unum dicens, ꝙ & ſi detur genus participare aliquo modo differentia, prout ſcilicet animal non accipitur in ſua communitate, ſed contrahitur per differentiam ad ſpeciem, & ſic per conſequens ex genere & differentia fieri unum, tamen adhuc erit eadem ratio ad oſtendendum, quòd diffinitio non ſignificat unum, ſi ſunt plures differentiæ in diffinitione poſitæ. Sicut, ſi ponantur in diffinitione hominis iſtæ tres differentiæ, quarum prima ſit greſſibile uel habens pedes, ſecunda ſit bipes, tertia uero non alatum. non enim poterit dici, quare iſta ſunt unum & non multa. non enim eſt ſufficiens ad hoc ratio, quia inſunt uni, puta animali, quod eſt homo. ſic enim ſequeretur,

A quòd omnia eſſent vnum. Sequeretur enim, quòd omnia accidentia, quæ inſunt alicui ſubiecto, eſſent vnum per ſe. ſic enim loquimur de vno & adinuicem & ad ſubiectum. Et cum ea, quę accidunt vni ſubiecto, accidant etiam alteri, ſequeretur, quòd illa duo ſubiecta etiam eſſent vnum, puta nix & cygnus, quibus ineſt albedo. & ſic deducendo ſequeretur, quòd omnia eſſent vnum. non ergo poteſt dici quòd ex pluribus differentijs fiat vnum, etiam dato ꝙ ex genere & differentia fiat vnum. Et ſic ex duabus partibus videtur quòd diffinitio non ſignificet vnum. Deinde cum dicit.

d ¶ Obijcit in contrarium oſtendens, quod diffinitio ſignificet vnum, dicens quod oportet quæcunque in diffinitione ponuntur eſſe vnum. Et hoc ideo, quia diffinitio eſt una ratio, & id quod ſignificatur per ipſam, eſt ſubſtantia rei. Vnde oportet, quòd diffinitio ſit ratio ſignificatiua vnius alicuius, quia ſubſtantia rei, quam diffinitio ſignificat, eſt vnum quid. Et etiam ſupra dictum eſt, quòd diffinitio ſignificat hoc aliquid, vbi oſtenſum eſt, quòd diffinitio eſt proprie ſubſtantiarum. Deinde cum dicit. Lect. 4.

e ¶ Soluit præmiſſam quæſtionem oſtendens, quòd diffinitio ſignificet vnum. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo ex genere & differentia fit vnum. Secundo quomodo ex pluribus differentijs fiat vnum, ibi: [At vero oportet diuidi.] part. ſeq.

Dicit ergo primo, quòd ad inueſtigandum vnitatem diffinitionum, oportet primum intendere de diffinitionibus, quæ dantur ſecundum diuiſionem generis in differentias. Iſtæ enim ſunt diffinitiones veræ, in quibus non eſt aliud quam primum genus & differentiæ. Dantur enim, & quædam diffinitiones per ali-
E qua accidentia, uel per aliquas proprietates, vel etiam per aliquas cauſas extrinſecas, quę non ſignificant ſubſtantiam rei. Et ideo huiuſmodi diffinitiones non ſunt ad propoſitum, cum hic agatur de diffinitionibus ad ſubſtantias rerum inueſtigãdas. Ideo autem dico, quòd in diffinitione eſt primum genus cum differentijs, quia, & ſi aliquando in diffinitionibus ponantur aliqua genera intermedia inter genus primum, quod eſt generaliſſimum, & ſpecies vltimas, quæ diffiniuntur, tamen illa genera media nihil aliud ſunt, quam genus primum, & differẽtiæ comprehenſæ in intellectu generis medij [cum hoc,] ideſt cum genere primo. Sicut ſi in diffinitione hominis ponatur animal, quod eſt genus intermedium, patet quòd animal nihil aliud eſt quam ſubſtantia, quæ eſt genus primum cum aliquibus differentijs, eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſibilis. Et ſimiliter, ſi intelligamus primum genus eſſe animal [habitum, bipes, & iterum tertium genus, animal bipes non alatum] & ſimiliter, ſi aliquod genus per plures differentias determinatur. Semper .n. poſterius genus cõprehendit prius cum aliqua differẽtia. Et ſic patet quòd omnis diffinitio reſoluitur in primum genus & aliquas differentias. Omnino autem non differt, verum per

plura,

rentiæ. Alia vero genera ſunt primum, & cum hoc comprehenſæ differentiæ. vt primum animal, habitum vero, animal bipes, & iterum animal bipes non alatum. Similiter autem & ſi per plura dicatur. omnino vero nihil differt per plura, aut per pauca dici. Quare nec per pauca, aut per duo, duorum ergo, hoc quidem differentia, illud vero genus. Vt eius quod animal bipes, animal quidem genus, differentia autem, alterum. Si ergo genus ſimpliciter non eſt pręter eas, quæ vt generis ſpecies, aut ſi eſt quidem, vt materia eſt, (vox enim genus eſt & materia: differentiæ autem ſpecies & elementa ex hac faciunt) palam, quia diffinitio eſt ex differentijs ratio.

f At vero & oportet diuidi differentiæ differentiam, ut animalis differentia eſt pedalitas. Item animalis habentis pedes differentiam oportet ſeire, inquantum habens pedes. Quare non eſt dicendum habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum, ſiquidē bene dicit: ſed propter non poſſe faciet hoc: ſed ſi aliud habens ſciſſos, aliud non ſciſſos pedes: hæ namque ſunt differentiæ pedis. Nam ſciſſio pedis, pedalitas quædam eſt. Et ſic ſemper vult procedere, donec vtiq; veniat ad non differentia Tunc autem erunt tot ſpecies pedis, quot differentię, & pedes habentia animalia ęqualia differentijs.

tera vero genera ſunt, & ipſum primum, & poſt hoc, quæ comprehenduntur differentiæ. vtputa ipſum primum eſt animal: conſequens vero, animal bipes, & rurſus animal bipes implume. Similiter etiam ſi per plura dicatur. & omnino nihil differt per multa, an per pauca dicatur. neque vtique per pauciora quàm duo. duo-
G *rum vero hoc quidem genus, hoc vero differentia, vt puta huius, animal bipes, animal quidem genus, differentia vero alterum. Si igitur genus ſimpliciter non eſt præter eas, quæ vt generis ſpecies ſunt, aut ſi eſt quidem, ſed tanquam materia eſt (vox nanque genus & materia, differentiæ autem ſpecies, & elementa quoque ex hac faciunt) manifeſtum eſt, quòd definitio eſt ex differentijs ratio.*

H

At vero oportet etiam diuidi differentia differentiam. vtputa animalis differentia eſt, pedes habere, rurſus animalis pedes habentis, differentiam ſcire oportet, prout pedes habet. quare non eſt dicendum pedes habētis, aliud pluuiferum, aliud implume, ſi bene dicatur (verum quia non poteſt, faciet hoc) ſed ſi aliud fiſſos, aliud non fiſſos pedes habens. hæ enim pedis differentię ſunt. fiſſio namque pedum aliqua peditas eſt. & ſic ſemper procedi vult, donec ad indifferētia deueniatur. tunc
I *autem tot pedis ſpecies erunt, quot differentiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs.*

plura aut per pauca diffiniatur aliquod diffinitum. Quare non differt. vtrum per pauca vel per duo, ita quod illorum duorum vnum ſit genus & aliud differentia. Sicut eius, quod eſt animal bipes, animal eſt genus, & alterum, ſcilicet bipes, eſt differentia. Oſtendendum eſt ergo primo, quomodo, ex illis duobus fiat vnum. Quod ſic patet. Genus enim non eſt præter ea, quæ ſunt ſpecies generis. Non enim inuenitur animal, quod non ſit nec homo, nec bos, nec aliquid aliud huiuſmodi. Aut ſi nominatur aliquid, quod eſt genus præter ſpecies, ſic acceptum, vt eſt præter ſpecies, non accipitur vt genus, ſed vt materia. Contingit enim aliquod & eſſe genus aliquorum & materiā. ſicut vox eſt genus literarum, & eſt materia. Et quòd ſit genus, patet per hoc, quòd differentiæ additæ voci faciunt ſpecies vocum literarum. Et quòd etiam ſit materia, patet, quia [ex hac] ſcilicet ex voce [faciunt elementa,] idest literas, ſicut
par.6 aliquid fit ex materia. Sciendum eſt autem, quod licet idem ſecundum nomen poſſit eſſe genus & materia, non tamen idē eodem modo acceptum. Materia enim eſt pars integralis rei, & ideo de re prædicari non poteſt. non enim poteſt dici, quòd homo ſit caro & os. Genus autem prædicatur de ſpecie. vnde oportet quòd ſignificet aliquo modo totum. Sicut enim propter hoc, quòd eſt innominata priuatio, aliquando ſimplici nomine materiæ ſignificatur materia cum priuatione, vt ſupra di-
Text.16.55. ctum eſt, quòd æs accipitur pro ære infigurato, cum dicimus quòd ex ære fit ſtatua, ita etiam quando forma eſt innominata. ſimplici nomine materiæ intelligitur compoſitum ex materia & forma, non quidem determinata, ſed communi, & ſic accipitur vt genus. Sicut enim compoſitum ex materia & forma determinata eſt ſpecies, ita compoſitum ex materia & forma communi eſt genus. & hoc in pluribus patet. Corpus enim poteſt accipi, & vt materia animalis, & vt genus. Si enim in intellectu corporis intelligatur ſubſtantia completa vltima forma, habens in ſe tres dimenſiones, ſic corpus eſt genus, & ſpecies eius erunt ſubſtantiæ perfectæ, per has vltimas formas determinatas, ſicut per formam auri, vel argenti, aut oliuæ, aut hominis. Si vero in intellectu corporis non accipiatur niſi hoc, quod eſt habens tres dimenſiones cum aptitudine ad formam vltimam, ſic corpus eſt materia. Et ſimiliter eſt de voce. Si enim in intellectu vocis includatur ipſa vocis formatio in communi ſecundum formam, quæ diſtinguitur in diuerſas formas literarum & ſyllabarum, ſic vox eſt genus. Si autem in intellectu vocis accipitur ſolum ſubſtantia ſoni, cui poſſibile eſt aduenire prędictam formationem, ſic vox erit materia literarum. Ex quo etiam patet, quod vox ſecundum quod eſt genus, non poteſt eſſe ſine ſpeciebus. non enim poteſt eſſe ſonus formatus, quin aliquam determinatam formam habeat huius, uel illius literæ. Sed ſi omnino caret et forma literali prout eſt materia, ſic inuenire-

F tur ſine literis, ſicut æs, inuenitur abſque his, quæ fiunt ex ære. Si ergo prædicta ſunt vera, palam eſt, quòd diffinitio eſt quædā ratio ex differentijs vnitatem habens, ita quòd tota eſſentia diffinitionis, in differentia quodammodo comprehenditur. Ex hoc. n. animal, quod eſt genus, non poteſt eſſe abſq; ſpeciebus, quia formæ ſpecierū quæ ſunt differentiæ, non ſunt aliæ formę, a forma generis, ſed ſunt formæ generis cum determinatione. Sicut patet, quòd animal eſt quod habet animam ſenſitiuam. Homo autem eſt qui habet animam ſenſitiuam [talem.] ſcilicet cū ratione. Leo vero qui [habet talem] ſcilicet cum abundantia audaciæ. Et ſic de alijs. Vnde cum differentia additur generi, non additur quaſi aliqua diuerſa eſſentia a genere, ſed quaſi in genere implicite contenta, ſicut determinatum continetur in indeterminato, vt album in colorato. Per quod etiam ſoluitur ratio ſuperius inducta, quia nihil prohibet, idem genus in ſe continere diuerſas differentias, ſicut indeterminatū continet in ſe diuerſa determinata. Et etiam propter hoc ſoluitur, quia non hoc modo aduenit differentia generi, vt diuerſa eſſentia ab eo exiſtens, ſicut aduenit album homini.

f ¶ Oſtendit quòd nec etiam multitudo differentiarum impedit vnitatem diffinitionis. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit qualiter debeant ſumi in diffinitione multæ differentię. Secundo, oſtendit quòd ſi differentię debito modo ſumantur, non impediet multitudo differentiarum vnitatem diffinitionis, ibi [Si itaque.] Dicit ergo primo, quòd in diffinitionibus in quibus ſunt multæ differentię; oportet non ſolum diuidi genus in differentiam, ſed etiam diuidi differentiam primam in differentiam ſecundam: ſicut animalis differentia eſt pedalitas, ſecundum quam animal dicitur habens pedes, vel greſſibile. Sed quia etiam hęc differentia mul-
K tipliciter inuenitur, iterum oportet ſcire differentiam animalis habentis pedes, quæ ſit differentia eius [inquantum eſt habens pedes] ſcilicet per ſe, & non per accidens. Et ideo, quia habenti pedes accidit habere alas, non eſt dicendū diuidendo differentiam, quòd habentis pedes, aliud eſt alatum, aliud non alatum, ſi homo bene velit dicere diuiſionem differentiarum. Sed tamen quandoque aliquis diuidens differentias [facit hoc] vt ſcilicet diuidat per ea, quæ ſunt ſecundum accidens. propter hoc quod non poteſt inuenire proprias & per ſe differentias. Aliquando enim neceſſitas cogit, vt vtamur loco per ſe differentiarum, differentijs per accidens, inquantū ſunt ſigna quarundam differentiarū eſſentialium nobis ignotarum. Sed hoc modo eſt hæc differentia diuidenda [habens pedes] ſcilicet huiuſmodi animalium, aliud eſt habens pedes ſciſſos, & aliud non ſciſſos. Illę enim [ſunt differentię pedis] ſcilicet ſciſſum & nō ſciſſum. Et ideo habens pedes ſciſſos, per ſe diuidet hanc differentiam, quę eſt habens pedes. Sciſſio enim pedis [eſt quędam pedalitas]

pedalitas] ideſt hæc differentia, quæ eſt habere pedes ſciſſos, eſt quoddam contentum ſub hoc, quod eſt habere pedes, & habẽt ſe ad inuicem ſicut determinatum & indeterminatum, ſicut dicimus de genere & differentia. Et ita ſemper procedendum eſt in diuiſione differentiarum, donec diuidens [ueniat ad non differentia] ideſt ad ul-

part. 7. timas differentias, quæ non diuiduntur ulterius in alias differentias. Et tunc tot erunt ſpecies pedis, quot differentiæ, & ſpecies animaliũ habẽtium pedes æquales differentijs. Quęlibet enim indiuidualis differentia conſtituet unam ſpeciem ſpecialiſſimam. Deinde cum dicit.

g Si itaque hæc ſic ſe habeñt palam quia finalis differentia rei ſubſtãtia erit & diffinitio, ſi non, oportet multoties eadem dicere in terminis: ſuperfluum enim accidit hoc dicentibus. Nam quando dicit animal habens pedes, bipes, nihil aliud dixit, quàm animal pedes habens, & duos pedes habens. Et ſi hoc diuidat propria diuiſione, multoties dicet & æqualiter differentijs: Si quidem igitur differentiæ differentia fiat, una erit, quæ finalis ſpecies & ſubſtantia.

Si igitur hęc ita ſe habeant, manifeſtum eſt, quòd vltima differentia, rei ſubſtantia erit, & definitio. ſiquidem non oportet crebro eadem in definitionibus dicere: ſuperfluum namque eſt. Accidit autem hoc. cum enim animal pedes habens, bipes dicat, nihil aliud dixit, niſi animal pedes habens, duos pedes habens. & ſi hoc propria diui- B *ſione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentię differentia fiat, vna, quæ vltima eſt, erit ſpecies & ſubſtantia.*

g ¶ Oſtendit ex ſuppoſitis, quòd multitudo differentiarum non impedit unitatem diffinitionis, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit pro-
part. 8. poſitum. Secundo inducit concluſionẽ intentam: ibi [Quare palam &c.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit, quomodo ex multis differentiis fit unum,
part. 9. ſi differentiæ per ſe ſumantur. Secundo, quòd hoc nõ poteſt eſſe, ſi ſumantur per accidens, ibi: [Si uero ſecundum accidens.] Dicit ergo pri-
part. 10. mo, quòd ſi ſic ſe habent differentiæ acceptæ in diffinitione [ſicut dictum eſt] ſcilicet, quod ſemper ſumantur per ſe differentię & non per accidens, palam eſt, ꝙ ultima differẽtia erit tota ſubſtantia rei, & tota diffinitio. Includit enim in ſe omnes præcedentes particulas. Quòd enim in differentia includatur genus, oſtenſum eſt ex hoc, quòd genus non eſt ſine differentiis. Sed quòd ultima includat omnes præcedẽtes, palam eſt ex hoc, quòd niſi hoc dicatur, ſequitur quod oporteat [in terminis] ideſt diffinitionibus multoties eadem dicere. Et hoc erit ſuperfluum & nugatorium. hoc autem inconueniens ideo accidit, quia ſi aliquis dicat in diffiniendo animal [habens pedes bipes] quòd oporteat eum dicere, ſi bipes ſit alia differentia ab habente pedes, non includens eam, nihil aliud dixit ſic diffiniens, quàm animal habẽs pedes, duos pedes habẽs. Bipes enim nihil aliud eſt quàm duos pedes habens in quo manifeſte includitur, pedes habens. Vnde patet, quòd ſi utraque apponatur differentia, eſt nugatio, & iterum ſi hoc, quòd eſt bipes diuidat aliquis [propria diuiſione,] ideſt per ea, quæ ſunt per ſe & non per accidens, ſequetur ulterius multoties dici idem. & toties quot ſumuntur differentiæ. Vt ſi dicam, quod animalis bipedis. aliud eſt habens pedes ſciſſos in quinque digitos, aliud in quatuor: ſi quis uellet diffiniens hominem, ponere omnes differentias intermedias, toties repeteret idem, quot differẽtias apponeret. Diceret enim, quòd homo eſt animal pedes habens, duos pedes habens, ſciſſos in quinque digitos. Et quia iſta ſunt inconuenientia, igitur manifeſtum eſt, quòd ſi in diffinitione accipiantur differentiæ, una erit ultima, ſcilicet [quæ eſt ſpecies & ſubſtantia,] ideſt quæ ſubſtantiam & ſpeciem diffiniti comprehenderet, & ab eius unitate diffinitio erit una. Deinde cum dicit.

h Si vero ſecundum accidens, ut ſi diuidat, habẽtis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot utique ſectiones fuerint.

Si autem ſecundum accidens, vt ſi diuidat habentis pedes, aliud album, aliud nigrum. tot quot ſunt ſectiones.

h ¶ Oſtendit ꝙ hoc non poteſt dici ſi differentię per accidens ſumantur, dicens, quòd ſi aliquis in diuidendo & diffiniendo A accipiat differentiam ſecundum accidens, ſicut ſi diuidatur quòd habentium pedes, aliud eſt album, aliud eſt nigrum, tot erunt vltimæ differentiæ, quot factæ ſunt diuiſiones. quia vna earum, alteram non includet. Et de differentijs ſic ſumptis, procedebat ratio ſuperius inducta contra vnitatem diffinitionis: Huiuſmodi enim differentiæ ſic per accidens acceptæ. non eſſent vnum niſi ſubiecto, quod non ſufficit ad vnitatem diffinitionis. Deinde cum dicit.

C

i Quare palam quòd diffinitio ratio eſt, quæ eſt ex differentijs: & harum ex finali ſecundum rectum.

Quare manifeſtum eſt, quòd definitio eſt ratio, quæ ex differentijs eſt, & ex harum vltima ſecundum rectum.

i ¶ Concludit propoſitum, & circa hoc duo facit. Primo ponit concluſionem dicens, quòd palam eſt ex prædictis, quod quamuis in diffinitione ponatur genus & differentia, tamen diffinitio eſt ratio ex differentijs tãtum, quia genus non eſt præter differentias, vt ſupra dictum eſt. Et quamuis ponantur multæ differentiæ in diffinitione, tamen tota diffinitio dependet & conſtituitur ex vltima, quando fit diuiſio [ſecundum rectum,] ideſt a communiori ad minus commune deſcendendo ſecundum per ſe differentias & non accipiendo quaſi a latere differentias per accidens. Secundo ibi.

k Palam autem erit, ſi quis tranſponat tales diffinitiones, ut eã, quæ eſt hominis dicens animal bipes, pedes habens, ſuperfluum eſt habens pedes, dicto bipede. Sed ordo non eſt in ſubſtantia. D Quomodo nanque oportet intelligere, hoc quidẽ poſterius, illud uero prius? De diffinitionibus quidem igitur ſecundum diuiſiones, tot dicantur primum, quales quædam ſunt.

Patet autem hoc, ſiquis tranſponat tales definitiones, vt puta hominis, dicens, animal bipes, habens pedes. ſuperfluum enim eſt habens pedes, dicto bipede. ordo vero non eſt in ſubſtantia. quo namque modo intelligere oportet, hoc quidem prius, illud vero poſterius? De his igitur definitionibus, quę ſecundum diuiſiones fiunt, quales quędam ſunt, hactenus dicta ſint.

K ¶ Manifeſtat concluſionem inductam per quoddam ſignũ dicens, [Palam autem erit] ſcilicet, ꝙ tota diffinitio conſtituatur ex vltima differentia, ex hoc quod ſi quis tranſponat partes talium diffinitionum, ſequetur inconueniens. Sicut ſi aliquis dicat diffinitionẽ hominis eſſe animal bipes, habens pedes. Ex quo enim dictum eſt bipes, ſuperfluum eſt apponere, pedes habens. Sed ſi diceretur primo pedes habens, adhuc reſtaret inquirendum, vtrum eſſet bipes. dicendo pedes habens. Ex hoc patet quòd illæ differentiæ ſecundum quòd ſunt multæ habent inter ſe ordinem determinatum. Non autem hoc poteſt intelligi quòd in ſubſtantia rei ſit aliquis ordo: non enim poteſt dici, quòd hoc ſubſtantiæ ſit prius, & illud poſterius. quia ſubſtantia eſt tota ſimul & non per ſucceſſionem, niſi in quibuſ- E dam defectiuis, ſicut ſunt motus & tempus. Vnde patet, quod multæ partes diffinitionis, nõ ſignificant multas partes eſſentię, ex quibus eſſentia conſtituatur ſicut ex diuerſis, ſed omnes ſignificant vnum quod determinatur vltima differentia. Patet etiam ex hoc, quod cuiuſlibet ſpeciei eſt una tantum forma ſubſtantialis, ſicut leonis vna eſt forma per quam eſt ſubſtantia, & corpus & animatum corpus, & animal, & leo. Si enim eſſent plures formæ ſecundum omnia prędicta, non poſſent omnes vna differentia comprehendi, nec ex eis vnum conſtitueretur. Concludit ergo finaliter recapitulando, quòd nunc primo tot ſint dicta de diffinitionibus, quæ accipiuntur ſecundum diuiſiones generis in differentias, & differentiæ in differentias, quales quædam ſunt, quia videlicet ſunt ex his, quæ prædicantur per ſe, & continentes in ſe partes ſpeciei, & etiam vnaquæque eſt unum: hæc enim in præcedentibus de diffinitionibus ſunt oſtenſa. Dicit autem [primum] quia in ſequentibus de diffinitione & quodquideſt, aliqua determinabimus.

LECTIO XIII.

a Quoniam vero de ſubſtantia perſcrutatio eſt, iterum redeamus. Dicitur autem ſicut ſubiectum ſubſtantia eſſe, & quodquideratesse, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus quidem igitur dictum eſt. Etenim dictum quodquideratesse, G & de ſubiecto: Quia dupliciter ſubijcitur aut hoc aliquid ens: vt animal paſſionibus, aut vt materia actui. Videtur autem vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, & eſſe principium vniuerſale. Vnde de hoc tractemus.

LECTIO XIII.

Cvm autem de ſubſtantia conſideratio ſit, rurſum redeamus. Dicitur autem, ſicuti ſubiectum ſubſtantiaeſſe, & quodquideratesse, & quod ex his, & vniuerſale. De duobus itaque dictum eſt. etenim de ipſo quiderateſſe, & de ſubiecto, quòd dupliciter ſubijcitur, aut quodquid exiſtens, ut animal paſſionibus: aut, vt materia actui. Videtur autem etiam vniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, ac eſſe principium ipſum vniuerſale, quare de hoc etiam tractemus.

b Videtur enim impoſſibile eſſe, ſubſtantiam eſſe quodcunque vniuerſaliter dictorum. Pri- H mum enim ſubſtãtia quę vniuſcuiuſque, propria vniuſcuiuſq;, quæ non ineſt alij, vniuerſale vero commune. hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt. Cuius ergo ſubſtantia hoc erit? aut enim omnium, aut nullius. Omnium enim non eſt poſſibile. Vnius autē ſi erit, & omnia hæc erunt. Quorum enim vna ſubſtãtia eſt, & quodquideratesse vnum, & ipſa vnũ.

Videtur nanque impoſſibile ſubſtantiam eſſe quodcumque eorum, quæ vniuerſaliter dicuntur. Prima nanque ſubſtantia vniuſcuiuſque, quæ propria cuiuſque eſt, quæ alij non ineſt. vniuerſale vero commune, hoc enim dicitur vniuerſale, quod pluribus natura aptum eſt ineſſe. Cuius igitur hoc erit ſubſtantia? aut enim omnium, aut nullius. omnium vero non eſt poſſibile. vnius autem ſi erit, cætera quoque hoc erunt. quorum enim ſubſtantia vna, & quodquideratesse vnum, ipſa quoque vnum ſunt.

I

LECTIO XIII.

a Poſtquam determinauit Philoſophus de ſubſtantia ſecundum quòd ſubſtantia dicitur quodquideſt, hic determinat de ſubſtantia ſecundum quòd vniuerſale a quibuſdam dicitur ſubſtantia. & circa hoc duo facit. Primo continuat ſe ad præcedentia. Secundo proſequitur ſuam intentionem ibi: [Videtur autem impoſſibile.] Text.cõ.44. parte 1. par. ſequen. Dicit ergo primo, quod quia in iſta ſcientia eſt principalis perſcrutatio de ſubſtantia, oportet iterum redire ad diuiſionem ſubſtantiæ, vt videatur quid eſt dictum, & quid reſtat dicendum. Dicitur autem ſubſtantia (vt ex prædictis patet) id quod eſt [tamquàm ſubiectum,] ſcilicet materia, quæ ſe habet ad formam ſubſtantialem ſicut ſubiectum, quod eſt ſubſtantia completa, ad formã accidentalem. Text. cõ.45. ſupra text. commen. 7. Et alio modo dicitur ſubſtantia quodquideratesse, quod pertinet ad formam. parte 2. Tertio modo dicitur ſubſtantia [quod ex his,] ideſt compoſitum ex materia & forma. Et quarto modo dicitur ſubſtantia a quibuſdam vniuerſale. Hæc autem diuiſio ſubſtantiæ hic poſita in idem redit cum diuiſione poſita in principio huius Septimi, Text.cõm.7. licet videatur eſſe diuerſa. Ibi enim poſuit quatuor, ſcilicet ſubiectum, quodquideratesse, & vniuerſale, & genus. Et ſubiectum diuiſit in tria, ſcilicet in materiam & formam compoſitũ. Et quia iam manifeſtum eſt, quòd quodquideratesse ſe tenet ex parte formæ, ponit quodquideratesse loco formæ. Item quia genus commune eadem ratione ponitur ſubſtantia qua & vniuerſale, vt oſtendetur, concludit vtrunque ſub vno modo. & ſic remanent tantum quatuor modi, qui hic ponuntur. Text. cõ.51. De duobus ergo iſtorum modorum dictum eſt. Dictum eſt enim de quodquideratesse, & iterum de ſubiecto, quod dicitur dupliciter. Vno modo ſicut id, quod eſt aliquid & ens actu, ſicut animal ſubijcitur ſuis paſſionibus, & quæcunque ſubſtantia particularis ſuis accidentibus. Alio modo ſicut materia prima [ſubijcitur actui,] ideſt formæ ſubſtantiali. Lect.9. De his autem dictum eſt, vbi oſtenſum eſt, quomodo partes materiæ pertineant ad ſpeciem, vel ad indiuiduum. Sed quia non ſolum materia & quodquideſt videntur eſſe cauſæ, ſed etiam vniuerſale [quibuſdam] ſcilicet Platonicis videtur maxime eſſe cauſa & principiũ, ideo [de hoc,] ſcilicet vniuerſali tractabimus in hoc eodem ſeptimo. Text. cõ.34. De ſubſtantijs autem compoſitis & ſenſibilibus tractabitur in Octauo, quatenus ea, quæ in hoc Septimo tractãtur, ſunt quaſi principia. Deinde cum dicit.

b Incipit inquirere vtrum vniuerſalia ſint ſubſtantiæ, & diuiditur in duas partes. Infra lec.16. parte 4. In prima oſtendit quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ, ſicut quidã poſuerunt. Secundo oſtendit quantum ad quid recte dixerunt hoc ponentes, & quantum ad quid errauerunt, ibi. [Sed ſpecies dicentes hic quidem dicunt recte.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit in communi quòd vniuerſalia nõ ſunt ſubſtantiæ. Secundo ſpecialiter de vno & ente, quæ maxime ponebantur eſſe ſubſtantiæ rerum, ibi: [Quoniam vero vnum dicitur.] Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quòd vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ. In ſecunda quod non ſunt ſeparata, ibi: [Manifeſtum autem ex his.] cc.16. Circa primum F duo facit. Primo oſtendit vniuerſalia non eſſe ſubſtantias ex ea parte, qua vniuerſalia prædicantur de multis. Secundo ex ea parte, qua ſpecies ex vniuerſalibus componuntur, ſicut ex partibus diffinitionis ibi [Amplius autẽ & impoſſibile & inconueniens.] part. 2. lect. ſeq. par. prima: iuſ a gt. 5. Tex. cõ. 38. Dixerat enim ſuperius in Quinto, quòd genus quodammodo eſt totum, inquãtum prædicatur de pluribus: & quodammodo eſt pars, inquantum ex genere & differentia conſtituitur ſpecies. Circa primum duo facit. Primo enim oſtendit, quòd vniuerſale non eſt ſubſtantia, cum de pluribus prædicetur. Secundo excludit quandam cauilloſam reſponſionem, ibi: [Sed an ſic quidem non contingit.] Sciendum eſt autem ad euidentiam huius capituli, quòd vniuerſale dupliciter poteſt accipi. Vno modo pro ipſa natura, cui intellectus attribuit intentionẽ vniuerſalitatis, & ſic vniuerſalia, ut genera & ſpecies, ſubſtantias rerum ſignificant, & prædicantur in quid. Animal enim ſignificat ſubſtantiam eius, de quo prædicatur, & homo ſimiliter. par. 4. Alio modo poteſt accipi vniuerſale inquantum eſt vniuerſale, & ſecundum, quod natura prædicta ſubeſt intentioni vniuerſalitatis, id eſt ſecundum quòd conſideratur animal uel homo, ut unum in multis, & ſic poſuerunt Platonici animal & hominem in ſua uniuerſalitate eſſe ſubſtantias. Quod Ariſt. in hoc capitulo intendit reprobare, oſtendens quòd animal commune, uel homo communis, non eſt aliqua ſubſtantia in rerum natura. Sed hanc communitatem habet forma animalis uel hominis ſecundum quòd eſt in intellectu, qui unam formam accipit ut multis communem, in quantum abſtrahit eam ab omnibus indiuiduantibus. Ponit ergo ad propoſitum duas rationes, circa quarum primam dicit, quod uidetur ex ſequentibus rationibus impoſſibile eſſe, quodcumque eorum, quæ uniuerſaliter prędicantur, eſſe ſubſtantiam, ſecundum ſcilicet quod in ſua uniuerſalitate accipitur. Quod primo probatur ex hoc, quod ſubſtantia uniuſcuiuſque, eſt propria ei, & non ineſt alij, ſed uniuerſale eſt commune multis. Hoc enim dicitur uniuerſale quod natum eſt multis ineſſe, & de multis prædicari. Si ergo uniuerſale eſt ſubſtantia, oportet quod ſit alicuius ſubſtantia. D. 1197. K cuius ergo ſubſtantia erit? aut enim oportet quòd ſit ſubſtãtia omnium quibus ineſt, aut unius: non eſt autem poſſibile quod ſit ſubſtantia omnium, quia unum non poteſt eſſe ſubſtantia pluribus. Plura enim ſunt, quorum ſubſtantiæ ſunt plures & diuerſæ. Sed ſi dicatur, quod ſit ſubſtantia unius eorum quibus ineſt, ſequetur quòd omnia alia quibus ineſt, ſint illud unum, quibus ponitur eſſe ſubſtantia. Oportet enim quod pari ratione, eorum etiam ſit ſubſtantia, cum & eis ſimiliter inſit. Quorum autem ſubſtantia eſt una, & quodquideratesse unum, oportet & ipſa eſſe unum. Relinquitur ergo, quod ex quo uniuerſale non poteſt eſſe ſubſtantia omnium, de quibus dicitur, nec unius alicuius, quòd nullius ſit ſubſtantia. Sciendum autem, quod ideo dicit quod uniuerſale eſt quod natum eſt pluribus ineſſe, non autem quod pluribus ineſt, quia quædam uniuerſalia ſunt, quæ non continent ſub ſe niſi unum ſingulare, ſicut ſol & luna. Sed hoc non eſt, quin ipſa natura ſpeciei quantum eſt de ſe, ſit nata eſſe in pluribus, ſed eſt aliquid aliud ſicut prohibens,

hibens, ſicut quòd tota materia ſpeciei comprehendatur in uno indiuiduo, & quòd non eſt neceſſarium multiplicari ſecundum numerum ſpeciem, quæ in uno indiuiduo poteſt eſſe perpetua. Secundam rationem ponit ibi.

c ¶ Dicit quòd ſubſtantia dicitur quæ non eſt de ſubiecto, & dicitur uniuerſale ſem-

c Amplius ſubſtantia dicitur, quæ non de ſubiecto: & uniuerſale de ſubiecto aliquo, dicitur ſemper.

d Sed an ſic quidem non contingit, ut quodquideratesse: in ipſo autem exiſtit, ut animal in homine & in equo. ergo palam, quia eſt quædam ipſius ratio. Differt autem nihil, nec ſi non omniũ ratio eſt eorũ, quæ ſunt in ſubſtantia. nihil enim minus ſubſtãtia erit hæc alicuius, ut homo hominis, in quo exiſtit. Quare idem accidit. Iterum enim erit ſubſtantia in illius ſubſtantia, ut animal, in quo eſt ſpecies, proprium exiſtit.

e Amplius autem & impoſſibile & inconueniens hoc eſſe ſubſtantiam, ſi eſt ex aliquibus, non ex ſubſtãtijs eſſe: nec ex eo quòd hoc aliquid, ſed ex quali. Prius enim erit non ſubſtantia & quale, ſubſtantia, & ipſo hoc, quod eſt impoſſibile. Nec enim ratione, nec tempore, nec generatione, paſſiones poſſibile eſt priores eſſe ſubſtantia. erunt.n. ſeparabiles.

f Amplius Socrati inerit ſubſtãtiæ ſubſtantia, quare duorũ erit ſubſtantia. Totaliter uero acci-

Tex. cõ. 46. part. 3. per de aliquo ſubiecto: ergo uniuerſale non eſt ſubſtantia. videtur autẽ ratio hæc non ualere. Dictum eſt enim in prædicamentis, part. 4. quòd de ratione ſubſtantiæ eſt, quòd nõ ſit in ſubiecto. Prædicari uero de ſubiecto, non eſt contra rationẽ ſubſtantiæ. unde ponuntur ibi ſecundæ ſubſtantiæ, quę prædicantur de ſubiecto. Sed dicendum, quòd ſecundum logicam cõſiderationẽ loquitur Philoſophus in prædicamentis. Logicus autem conſiderat res ſecundum quòd ſunt in ratione. Et ideo part. 5. cõſiderat ſubſtantias prout ſecundum acceptionẽ intellectus ſubſunt intẽtioni uniuerſalitatis. Et ideo quantum ad prædicationẽ, quæ eſt actus rationis, dicit quòd prędicantur [de ſubiecto] ideſt de ſubſtantia ſubſiſtente extra animam. Sed Philoſophus primus conſiderat de rebus ſecundũ quòd ſunt entia: & part. 6. ideo apud eius conſiderationem non differt eſſe in ſubiecto, & de ſubiecto. Hic enim accipit dici de ſubiectu quod eſt in ſe aliqua res, & ineſt alicui ſubiecto exiſtenti in actu: & hoc impoſſibile eſt eſſe ſubſtantiam. ſic enim haberet eſſe in ſubiecto. Quod eſt contra rationem ſubſtantiæ, quod etiam in Prædicamentis eſt habitum. Deinde cum dicit.

d ¶ Excludit quandam cauilloſam reſponſionem, qua poſſet aliquis obuiare primæ rationi, in qua dixerat. quòd omnia ſunt vnum, quorum ſubſtantia & quodquideſt ſunt vnum. Poſſet enim aliquis dicere, quòd vniuerſale non eſt ſicut ſubſtantia, vt quodquideratesse, quodquidem ſit proprium vni. Et ideo ad hoc excludendum Philoſophus dicit.

[Sed an] poteſt dici obuiando rationi primo inductæ, quòd non cõtingit vniuerſale eſſe ſubſtantiã, ſicut quodquiderat eſſe eſt ſubſtantia, ſed tantum eſt ſubſtantia in ipſis particularibus exiſtens, ſicut animal in homine & equo. non enim ita eſt natura animalis in homine, quòd ſit propria ei, cum ſit etiam equi; quaſi dicat, nõ poteſt ſic reſponderi. Sequitur enim ſi hoc, quod eſt animal commune, ſit ſubſtantia, ꝙ huius ſubſtantiæ ſit aliqua ratio. Nec differt ad propoſitum, ſi non eſt ratio diffinitiua omnium [quæ ſunt in ſubſtantia] ideſt quæ ponuntur in diffinitione, ne in infinitum procedatur in diffinitionibus, ſed oportet omnes partes cuiuslibet diffinitionis iterum diffiniri. nihil enim minus illa ſubſtantia oportet quòd ſit alicuius, licet non habeat diffinitionem, quam ſi haberet. Sicut, ſi dicamus ꝙ licet hoc ipſum, quod eſt homo communis, non habeat diffinitionẽ, tamen oportet ꝙ ſit hominis ſubſtantia, in quo exiſtit, ipſius, ſ. hominis cõmunis. Quare idem accidit quod & prius. quia oportebit quòd illa ſubſtantia communis licet non ponatur propria alicui inferiorum, tamen erit propria illius ſubſtantiæ communis in qua prima exiſtit. Sicut ſi animal commune ſit quędam ſubſtantia, animal per prius prædicabitur de illa communi ſubſtantia, & ſignificabit eius ſubſtantiam propriam, ſiue ſit diffinibile, ſiue non. Vnde non poterit ex quo hæc ſubſtantia eſt propria uni, de multis prædicari. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quòd uniuerſale non eſt ſubſtantia, accipiendo ra-

A tiones ex ea parte, in qua vniuerſale eſt pars diffinitionis & eſſentiæ, & circa hoc duo facit. Primo ponit rationes ad propoſitum. Secundo excludit quandam dubitationem, ibi. [Habet autem quod accidit dubitationem.] Circa primum ponit quatuor rationes, quarum primam ponit dicens, quòd impoſſibile & in-

Item ſubſtantia dicitur, quod non de ſubiecto: vniuerſale vero de ſubiecto aliquo dicitur ſemper.

Sed vtrum ita quidem non contingit, vt quodquideratesse? in ipſo autem ineſt, veputa animal in homine, & equo. patet igitur quòd erit aliqua B *eius ratio. differt autem nihil, ſi non omnium ratio eſt eorum, quæ in ſubſtantia ſunt. etenim nihil minus hoc erit ſubſtantia alicuius, vt homo hominis, in quo exiſtit. quare iterum idem accidit. erit enim ſubſtantia illius ſubſtantia, vt animal ſpeciei, in qua vt proprium exiſtit.*

Item impoſſibile, ac inconueniens eſt ipſum quid, & ſubſtantiam eſſe, C *ſi ex aliquibus non ex ſubſtantijs, nec ex eo quodquideſt, ſed ex quali. Prius namque non ſubſtantia, & quale erit, quàm ſubſtantia, & quod quid: quod impoſſibile eſt. nec ratione enim, nec tempore, nec generatione poſſibile eſt paſſiones priores ſubſtantia eſſe, eſſent namque ſeparabiles.*

Item Socrati ſubſtantiæ inerit ſubſtantia: quare duobus erit ſubſtantia. Et omnino ſi homo, & quæcunque

conueniens eſt id. quod eſt hoc aliquid & ſubſtãtia, nõ eſſe ex ſubſtantijs, nec ex his, quę ſunt hoc aliquid, ſed ex his quæ ſignificant quale, ſi tamen eſt ex aliquibus. quod dicit propter ſubſtantias ſimplices. Sequitur enim, quòd cum ea, ex quibus eſt aliquid, ſint priora, ꝙ prius ſit id, quod eſt non ſubſtantia, ſed quale, eo ꝙ eſt ſubſtãtia, & eo quod eſt hoc aliquid, quod eſt impoſſibile: quia impoſſibile eſt paſſiones, & qualitates, & accidentia eſſe priores ſubſtantia ratione, aut tempore, aut generatione. Quod enim nõ ſint priores ratione, ſupra oſtẽſum eſt ex eo, quòd ſubſtantia ponitur in diffinitione accidẽtium, & nõ ecõuerſo. Item quod non ſint priores tempore ex hoc ſupra ꝓbatũ eſt, ex quo etiã hic ꝓbatur, quia ſequeretur, quod paſſiones eſſent ſeparabiles a ſubſtãtijs, quod eſt impoſſibile. Eſſe autem prius generatione, continetur ſub eo quod eſt prius tempore. Omne enim, quod eſt prius generatione, eſt etiã prius tempore, licet non econuerſo. Ea enim, quæ non habent ordinẽ ad generationem alicuius, licet ſint priora tempore, non tamen ſunt priora generatione: ſicuti equus non eſt prior generatione leone, qui nunc eſt, licet ſit prior tempore. Partes autem, ex quibus aliquid conſtituitur, ſunt priores generatione, & per conſequens tempore, & quandoque etiam ratione, ſicut ſupra oſtenſum eſt. vnde impoſſibile eſt, ꝙ ex non ſubſtantijs componatur ſubſtantia. Vniuerſalia autem ſignificant non ſubſtantiã & hoc aliquid, ſed ſignificant quale quid, vt in Prędicamentis dr̃ de ſecundis ſubſtantijs. Ergo patet, ꝙ ex vniuerſalibus ſi ſunt quædã res præter ſingularia, non poſſunt componi ſingularia, quę ſunt hoc aliquid. Sed videtur ꝙ hæc ratio inconuenienter procedat. Secundę.n. ſubſtantiæ, quę ſunt genera & ſpecies in genere ſubſtantiæ. & ſi non ſignificent hoc aliquid, ſed quale, nõ tamen ſignificant hoc modo quale, ſicut paſſiones, quæ ſignificãt qualitatẽ accidentalem, ſed ſignificant qualitatem ſubſtantialem. Ipſe E autem procedit hic, ac ſi ſignificarent qualitatem accidentalem. Sed dicendum eſt. ꝙ ſi vniuerſalia ſint res quædam, ſicut Platonici ponebant, oportebit dicere ꝙ non ſolum qualitatẽ ſubſtantialem, ſed accidentalem ſignificent. Omnis.n. qualitas, quæ eſt alia res ab eo, cuius eſt qualitas, eſt accidẽtalis. Sicut albedo eſt alia res a corpore, cuius eſt qualitas, & eſt in eo cuius eſt qualitas ſicut in ſubiecto, & ideo eſt accidens. Si ergo vniuerſalia inquantum vniuerſalia ſunt, ſint res quædam, oportet ꝙ ſint aliæ res a ſingularibus, quæ non ſunt vniuerſalia. Et ideo ſi ſignificãt qualitatem eorum, oportet ꝙ inſint eis ſicut ſubſtantijs, & per conſequens ꝙ ſignificent qualitatem accidentalem. Sed ponentibus quòd genera & ſpecies nõ ſunt aliquæ res, vel naturæ aliæ a ſingularibus, ſed ipſamet ſingularia, ſicut ꝙ non eſt homo quin ſit hic homo, non ſequitur quòd ſecundæ ſubſtantiæ ſignificent accidens, vel paſſionem. Secundam rationem ponit ibi.

part. 9. Tex. cõm. 4. — Tex. cõm. 4. — Text. cõm. 7. — Capitu. de ſubſtantia.

f ¶ Dicit, quòd ſi vniuerſalia ſunt ſubſtãtiæ, ſequitur ꝙ Socrati inerit ſubſtantiæ ſubſtantia. Si enim omnia vniuerſalia ſunt ſubſtantiæ, ſicut homo eſt ſubſtantia Socratis: ita animal erit ſubſtantia

ſtantia hominis. Et ita iſtæ duæ ſubſtantiæ, vna, quæ eſt homo, & alia, quæ eſt animal, erunt in Socrate. Et hoc eſt quod concludit [quare duorum erit ſubſtantia.] idest quare ſequitur quod hoc quod dico, animal, ſit ſubſtantia nõ ſolum hominis, ſed etiam Socr.

Text. co. 45. Et ita vna ſubſtantia erit in duobus, cum tamen ſupra oſtenſum ſit, quod vna ſubſtantia non eſt niſi vnius. Et nõ ſolum in Socrate hoc accidit, quod dictum eſt, ſed totaliter in omnibus accidit, ſi homo & alia quæ ſic dicũtur, ſicut ſpecies, ſint ſubſtantiæ, & quod nihil eorum, quæ ponuntur in ratione ſpecierum ſit ſubſtantia, neque quòd poſſit eſſe ſine illis, in quorũ diffinitione ponuntur, vel quòd ſint in aliquo alio, aut quòd

parte 7. ſit ipſummet aliud. Sicut quod non erit quoddã animal [præter aliqua animalia.]

Text. co. 49. parte 8. idest præter ſpecies animalis. Et ſimiliter eſt de omnibus alijs quæ ponuntur in diffinitionibus, ſiue ſint genera, ſiue differentiæ. Et hoc ideo, quia cum ſpecies ſint ſubſtantiæ, ſi eã etiam, quæ in diffinitionibus ſpecierum ponũtur, ſint ſubſtantiæ, in ſingularibus erunt plures ſubſtantiæ, & vna ſubſtantia erit plurium, vt de Socrate dictum eſt. Patet igitur ex dictis quòd nullũ vniuerſale eſt ſubſtantia, & nullum eorum, quæ communiter prædicantur, ſignificat hoc aliquid, ſed quale. Tertiam rationem ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd ſi prædicta cõcluſio nõ

Text. co. 50. part. 9. conceditur, accident multa inconuenientia, inter quæ erit vnum, quòd oportebit ponere tertium hominẽ. Quod quidem poteſt exponi dupliciter. Vno modo vt præter duos homines ſingulares, qui ſunt Socra. & Plato, ſit tertius homo, qui eſt communis, quod quidem non eſt inconueniens ſecundũ ponentes ideas, licet ſecundum rectam rationem inconueniens videatur. Alio modo, vt præter hominem ſingularem & communem, ponatur tertius, cum communicent in nomine & ratione, ſicut & duo homines ſingulares, præter quos ponitur tertius homo communis, & ob hanc cauſam, ſcilicet quia communicant in nomine & diffinitione. Quartam rationem ponit ibi.

h ¶ Dicit quod vniuerſalia non ſunt ſubſtantiæ ſecundum hanc rationem. impoſſibile eſt enim aliquam ſubſtantiam eſſe ex pluribus

dit, ſi eſt ſubſtãtia homo, & quæcunque ita dicuntur, nihil eorum quæ in ratione, eſſe nullius ſubſtantiam, neque ſine ipſis exiſtere, nec in alio. Dico autem non eſſe quoddam animal præter aliqua, nec aliud eorum, quæ in rationibus nullius. Ex his itaque ſpeculantibus, palam, quia nihil vniuerſaliter exiſtentium G eſt ſubſtantia, & quia nullum prædicatorum ſignificat hoc aliquid, ſed tale.

g Sin autem tale, & alia quoque multa accidunt, & tertius homo.

h Amplius autem eſt & ita manifeſtum. Impoſſibile enim ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe in exiſtentibus ſic vt actu. Duo namque ſic actu nunquam ſunt vnũ actu: ſed ſi poteſtate duo fuerint, erunt vnũ, vt quæ dupla, ex duobus dimidijs poteſtate. H Actus enim ſeparat. Quare, ſi ſubſtantia vnum, non erit ex ſubſtantijs inexiſtentibus. Et ſecundũ hunc modum quidem dicit Democritus recte. Impoſſibile enim ait ex duobus vnũ, aut ex vno duo fieri. magnitudines enim indiuiſibiles, ſubſtantias facit. Similiter igitur manifeſtum, quia & in numero ſic ſe habebit, ſi eſt numerus compoſitio vnitatum, ſicut dicitur a quibuſdam. Aut enim non vnum dualitas, aut non ineſt vnitas in ipſo actu. I

i Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim neque ex vniuerſalibus poſſibile eſt eſſe nec vnam ſubſtantiam propter tale aliquid, ſed nõ hoc aliquid ſignificare: nec ex ſubſtantijs contingat actu eſſe, neque vnam ſubſtantiam, incompoſita erit vtique ſubſtantia omnis. quare nec ratio vtiq; erit, neque vnius ſubſtantiæ. At vero videtur omnibus, & dictum eſt iam dudum, K aut ſolum ſubſtantiæ eſſe terminum, aut maxime: nunc autem neque huiuſmodi. nullius igitur erit diffinitio: aut modò quodam erit, modo autem quodam non. Manifeſtum autem erit quod dicitur, ex poſterioribus magis.

F ſubſtantijs, quæ ſunt in ea actu. Duo enim, quæ ſunt in actu, nunquam ſunt vnum actu: ſed duo, quæ ſunt in potentia, ſunt vnum actu, ſicut patet in partibus continui. Duo enim dimidia vnius lineæ ſunt in potentia in ipſa linea dupla, quæ eſt vna in actu. Et hoc ideo, quia actus habet virtutem ſeparandi & diuidendi. Vnũquodque enim diuiditur ab altero per propriam formam. Vnde ad hoc, quòd aliqua fiant vnum actu, oportet quòd omnia concludantur ſub vna forma, & quòd non habeant ſingula ſingulas formas, per quas ſint actu. Quare patet, quòd ſi ſubſtantia particularis eſt una, non erit ex ſubſtantijs in ea

D. 971. exiſtentibus actu. & ſic ſi eſt ex vniuerſalibus, vniuerſalia non erunt ſubſtantiæ. Et ſecundum hunc modum Democritus recte dicit, quòd impoſſibile eſt vnũ fieri ex duob. & ex uno fieri duo. Eſt enim intelligendum, quòd duo in actu exiſtentia, nunquam faciunt vnum. Sed ipſe non diſtinguens inter potentiam, & actum, poſuit magnitudines indiuiſibiles eſſe ſubſtãtias. Voluit enim, quòd ſicut in eos, quòd eſt vnum, non ſunt multa in actu, ita nec in potẽtia. & ſic quęlibet magnitudo eſt indiuiſibilis. Vel aliter. Recte inquam dixit Democritus ſuppoſita ſua poſitione, qua ponebat magnitudines indiuiſibiles eſſe etiam rerum ſubſtantias, & ſic eſſe ſemper in actu, & ita ex eis non fieri vnum. Et ſicut eſt in magnitudinibus, ita eſt in numero, ſi numerus eſt compoſitio vnitatum, ſicut a quibuſdam dicitur. Oportet enim, quòd vel dualitas non ſit vnum quid, ſiue quicunque alius numerus, ſiue quòd vnitas non ſit actu in ea. Et ſic dualitas non erunt duæ unitates, ſed aliquid ex duabus unitatibus compoſitum. Aliter numerus non eſſet vnũ per ſe & uere, ſed per accidens, ſicut quæ coaceruantur. Deinde cum dicit.

ita dicuntur, ſubſtantia eſt, accidit nihil eorum, quæ in ratione ſunt, alicuius ſubſtantiam eſſe, nec ſine ipſis exiſtere, nec in alio. Dica autem, vt puta, non eſſe aliquid animal præter aliqua, nec ullum aliud eorum, quæ in ratione ſunt. Ex his itaque, conſiderantibus patet nihil eorum, quę vniuerſaliter exiſtunt, ſubſtantiam eſſe: G *nihilque eorum, quę communiter prædicantur, quod quid, ſed tale ſignificare.*

Quòd ſi non, & alia multa accidunt, ac tertius homo.

Item ſic quoque patet. Impoſſibile enim eſt ſubſtantiam ex ſubſtantijs eſſe, quæ ſic inſunt, vt actu. quæ enim duo ſic actu ſunt, nunquam vnum actu ſunt, ſed ſi potentia duo ſunt, erunt vnum: vt duplum ex duobus H *dimidijs potentia. actus nanque ſeparat. Quare ſi ſubſtantia vnum, nõ erit ex ſubſtantijs exiſtentibus, & ſecundum hunc modum, quem recte Democritus dicit. Impoſſibile enim ait eſſe ex duobus vnum, aut ex vno duo fieri. magnitudines nanque indiuiſibiles ſubſtantias facit. Patet igitur quòd ſimiliter & de numero ſe habebit, ſi numerus quidem compoſitio vnitatum eſt, vt a quibuſdam dicitur. aut enim non eſt vnum dualitas, aut non ineſt in ea vnitas actu.*

I

Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim nec ex vniuerſalibus poſſibile eſt vllam ſubſtantiam eſſe, propterea quod tale, & nõ quod quid ſignificant, nec ex ſubſtantijs actu cõtingit vllam ſubſtantiam eſſe compoſitam, quicquam incõpoſitum erit profecto omnis ſubſtantia: quare neque ratio ullius ſubſtantiæ erit. At cunctis videtur, & iam dictum eſt, K *aut ſolius ſubſtantiæ, aut maxime diffinitionem eſſe. nunc vero, nec huius: nullius igitur diffinitio erit. An quodam modo quidem erit, quodam modo vero non, manifeſtum autem quod dicitur, magis erit ex poſterioribus.*

i ¶ Mouet dubitationem circa prædicta dicens, quòd id quod accidit ex prædictis, habet dubitationem. Dictum eſt enim, quòd ex uniuerſalibus non poteſt eſſe aliqua ſubſtantia, propter hoc quod uniuerſale non ſignificat hoc aliquid, ſed quale. Secundo dictum eſt quòd ex ſubſtantijs in actu non poteſt eſſe aliqua

aliqua ſubſtantia. Et ſic uidetur ſequi, quòd ſubſtantia non poteſt componi, neque ex ſubſtantijs, neque ex non ſubſtantijs; ergo ſequitur, quòd omnis ſubſtantia ſit incompoſita. Et ita cum diffinitiones non dentur de ſubſtantijs incompoſitis,
Tex. co. 33. (quod patet per hoc quòd diffinitio eſt ratio habens partes, ut ſupra dictum eſt) ſequitur quòd nullius ſubſtantiæ ſit diffinitio. Sed omnibus uidetur
Tex. co. 32. part. 2. (ut ſupra oſtenſum eſt) quòd diffinitio, uel eſt ſolũ ſubſtantiæ, uel eius maxime. Nunc autem concluſum eſt, quòd ſubſtantiæ non ſit diffinitio, ergo ſequitur, quod nullius ſit diffinitio. Dicendum eſt autem ad prædictam dubitationem, quòd
part. 2. quodammodo ſubſtantia eſt ex ſubſtantijs, quodammodo non. Hoc autem erit manifeſtũ magis ex poſterioribus in hoc
Tex. co. 36. capitulo, & in 8. Eſt enim ex ſubſtantijs in potentia, ſed non in actu.

LECTIO XIIII.

a Manifeſtum autẽ ex his ipſis, quòd euenit ideas dicentibus ſubſtantias ſeparabiles eſſe, & ſimul ſpeciem ex genere facientibus, & differentijs. Si enim ſpecies ſunt, & animal in homine & equo, aut unum & idem numero eſt, aut alterum.

b Ratione nanque palam quia unum. eandem enim exhibebit rationem dicens in utroque. Ergo, ſi eſt aliquis homo, ipſum ſecundum ſe hoc aliquid & ſeparatum, neceſſe & ex quibus: ut animal bipes, hoc aliquid ſignificare, & eſſe ſeparabilia & ſubſtantias: quare & animal.

c Si quidem igitur & in equo, ſicut tu in teipſo, quomodo in ſeparatim exiſtentibus unum erit.

d Et quare non & ſine ipſo erit animal hoc?

e Deinde ſi quidem participatione bipedis & multipedis impoſſibile aliquid accidit. contraria nanq; ſimul inerunt ipſi uni, & huic enti. ſi autem non, quis modus, cum dixerit utique aliquis animal eſſe bipes, aut greſſibile? Sed forſan componitur, aut copulatur, aut miſcetur. Verum, omnia inconuenientia.

LECTIO XIIII.

Ex his autem ipſis id etiam patet, quod accidit illis qui ideas pariter ſubſtantias, & ſeparatas eſſe dicunt: & pariter ex genere & differentijs faciunt formam. ſi enim forma, & animal in homine ſunt, & equo, aut unum & idem numero
B *ſunt, aut alterum.*

Ratione nanque patet quòd unum, eandem enim exhibebit rationem, qui dicit in utroque. Si itaque aliquis homo eſt ipſum per ſe quodquid, & ſeparatum, neceſſe eſt, ut etiam illa ex quibus. ſicuti animal, & bipes, quodquid ſignificent, & ſeparata, ac ſubſtantia ſint: quare, & ipſum, animal.

C

Si idem igitur, & unum quiddam etiam in equo, ſicuti tu tibi ipſi, quomodo in ſeparatim exiſtentibus unum erit.

Et cur non etiam abſque ſeipſo erit animal hoc?

Deinde, ſi participabit quidem bipede, & multipede, impoſſibile quiddam accidit. contraria nanque ſimul inerunt ipſi uni, & huic qui-
D *dem enti. ſin minus, quis modus eſt, cum aliquis dicat animal, & bipes, aut progreſſiuum eſſe. Sed fortaſſis componuntur, & tangunt, aut miſcentur. At cuncta inconuenientia ſunt.*

LECTIO XIIII.

part. 3.
a Poſtquam Philoſophus oſtẽdit uniuerſalia non eſſe ſubſtantias abſolute, hic oſtendit, q̃
part. 4. non ſunt ſubſtantiæ a ſenſibilibus ſeparatæ: & diuiditur in partes duas. In prima
Tex. co. 52. part. 5. oſtendit, quòd uniuerſalia no ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ. In ſecunda manifeſtat quoddam, quod in ſuperioribus dubium
Infra le. 16. reliquerat. ibi [Manifeſtum autem eſt q̃ ſubſtantiarum.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit uniuerſalia non eſſe ſubſtantias ſeparatas. Secundo oſtendit, quòd ſi ſunt ſeparatæ; non ſunt diffinibiles.
Infra le. ſeq. ibi [Quoniam uero ſubſtantia altera.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit inconuenientia, quæ ſequuntur ponentibus uniuerſalia eſſe ſubſtantias ſeparatas, comparando genus ad ſpe-
Infra pt. 10. cies. Secundo, comparando genus ad indiuidua. ibi [Amplius autem in ſenſibilibus.] Circa primum tria facit. Primo proponit quandam diuiſionem. Secundo proſequitur primum membrum diuiſionis. ibi [Ratione nanque palam.] Tertio, ſecundum ibi
Part. ſeq. part. 6. [Sed ſi alterum in unoquoque.] Dicit ergo primo, quòd ex prædictis etiam manifeſtum eſſe poteſt quid accidat de incõuenientibus, dicentibus ideas eſſe ſubſtantias & ſeparabiles, quæ dicuntur eſſe ſpecies uniuerſales, & ſimul cum hoc ponentibus ſpeciẽ eſſe ex genere & differentijs. Hæ enim duæ poſitiones ſimul coniunctæ, ſcilicet quòd ſpecies componantur ex genere & differentia, & quòd ſpecies uniuerſales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ dicuntur ideæ, ducunt ad inconuenientia. Si enim ponantur ſpecies eſſe ſeparatæ, conſtat, quòd unum genus eſt in pluribus ſpeciebus ſimul, ſicut animal in homine & equo. Aut ergo hoc ipſum, quod eſt animal in homine & equo exiſtens, eſt unum & idem numero, aut alterum in homine, & alterum in equo. Inducit autem hanc diuiſionem, quia Plato ponebat ideas ſpecierũ, non autem generum, cum tamen poneret communiter uniuerſalia eſſe ſubſtantias. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur primum membrum diuiſionis & primo oſtendit quòd ſit unum & idem animal. Secundo, oſtendit inconuenientia, quæ ſequuntur hoc poſito. ibi [Si quidem ergo.] Dicit
A ergo, quòd manifeſtum eſt, quòd animal eſt unum & idem in homine & equo ſecundum rationem. Si enim aſſignetur ratio animalis ſecundum quòd dicitur de utrolibet, ſcilicet homine uel equo, eadem ratio aſsignabitur, quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Vniuoce enim prædicatur genus de ſpeciebus, ſicut & Parte ſeq. ſpecies de indiuiduis. Si ergo propter hoc, quòd ſpecies prędicatur ſecundum unã rationẽ de omnibus indiuiduis, eſt aliqs homo cõmunis, qui eſt ipſum qđ eſt homo ſecundum ſe exiſtens [& eſt hoc aliquid,] id eſt quoddam demonſtrabile ſubſiſtens & ſeparatum a ſenſibilibus, ſicut Platonici ponunt, neceſſe eſt pari ratione & ea, ex quibus ſpecies conſtat, ſcilicet genus & differentiã, ut animal & bipes, ſignificare ſimiliter hoc aliquid, & eſſe ſeparabilia a ſuis inferioribus, & eſſe ſubſtãtias per ſe exiſtentes. Quare ſequitur, quòd animal erit unum numero per ſe exiſtens, quod prædicatur de homine & equo. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit inconuenientia, q̃ ſequuntur ex hoc poſito, quæ ſunt tria. Primum eſt, quia cum genus ſit in ſpecie, ſicut ſubſtantiam rei ſignificans, ſic erit animal in equo, ſicut tu es in teipſo, qui es ſubſtantia tui ipſius. Sic autem non eſt poſsibile aliquod unum eſſe in pluribus ſeparatim exiſtẽtibus: non enim tu es niſi in teipſo. Es enim in pluribus nõ ſeparatim exiſtentibus, ſicut in carnibus & oſsibus, quæ ſunt tui partes. Animal igitur, ſi ſit unum & idem, non poterit eſſe in pluribus ſpeciebus, ut in homine & equo, cum ſpecies ſeparatę ſecundum Platonicos ſint quædam ſubſtantiæ adinuicem diuerſæ. Secundum ponit ibi.

d ¶ Homo enim, quia eſt unum de multis prædicatum ſecundum Platonicos, non ponitur in particularibus, ſed extra ea. Si ergo ſit unum animal quod prædicatur de omnibus ſpeciebus, quare hoc ipſum quod eſt animal uniuerſale, non eſt ſine ipſo?
E ſcilicet ſine equo uel quacunque alia ſpecie. ut per ſe ſeparatum exiſtens? non poteſt ratio conueniens aſſignari ab eis.

Tertium ponit ibi dicens.

e ¶ Conſtat quod ſpecies conſtituitur ex genere & differentia. aut igitur hoc eſt per hoc, quòd genus participat differentiam, ſicut ſubiectum participat accidens, ut hoc modo intelligamus ex animali, & bipede fieri hominem ſicut ex albo, & homine fit homo albus, aut per aliquem alium modum. Et ſi quidem ſpecies fiat per hoc, quòd genus participat differentiã, ſicut quòd animal per participationem bipedis fit homo, & per participationem multipedis fit equus, uel polypus, accidit aliquid impoſſibile. Cum enim genus, quod prædicatur de diuerſis ſpeciebus, ponatur eſſe una ſubſtantia, ſequitur quòd contraria ſimul inſint ipſi animali, quod in ſe eſt unum & hoc ens, ſcilicet demonſtrabile. Differentię enim, quibus diuiditur genus, ſunt contrarię. Si autem non ſit ex animali, & bipede homo per modum participationis, quis modus erit cum aliquis dixerit animal eſſe bipes, uel greſſibile, conſti-

tuens

tuens ex his duobus vnum? quaſi dicat, de facili non poteſt aſſignari. Et ideo ſubiungit. [Sed forſan componitur] quaſi dicat: nunquid poterit dici, quòd ex his duobus fiat vnum per compoſitionem, ſicut domus fit ex lapidibus: aut per copulationem, ſicut arca fit ex lignis conclauatis: aut per miſtionem,
parte 6. ſicut electuarium fit ex ſpeciebus alteratis? his enim modis inuenitur ex duab', vel pluribus ſubſtantijs per ſe exiſtētibus aliquid vnum fieri. ſed omnes iſti modi ſunt inconuenientes.
parte 7. non enim poſſent genus & differētię prędicari de ſpecie, ſicut nec partes compoſitæ vel copulatæ vel miſtæ prædicātur de ſuis totis. Et præterea
parte 8. vnum non venit in compoſitionem
D. 564. diuerſorum totaliter, ſed partes diuiſim ſunt, ita quòd vna pars eius fit in compoſitione huius, & alia in compoſitione alteri'; ſicut vna pars
parte 9. ligni venit in compoſitione domus, & alia in compoſitione arcę. Vnde, ſi ex animali & bipede fieret homo & auis, modis prædictis, ſeque-
parte 10. retur quòd non tota natura animalis eſſet in homine, nec in aue, ſed alia & alia pars. & ſic iterū non eſſet idem animal in vtroq;. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur ſecundum membrum diuiſionis dicens,
Tex. c. 53. parte 1. quòd inconueniens ſequitur, ſi ponatur non vnum animal eſſe in omnibus ſpeciebus. Ducit autem ad quatuor inconuenientia, quorum primum ponit ſic dicens. Oſtenſum eſt, quid ſequatur ponētibus vniuerſalia eſſe ſubſtantias, ſi ponatur vnum animal eſſe in omnibus ſpeciebus. Sed propter hoc poteſt aliquis dicere, quòd ſit alterum animal in vnaquaque ſpecie, ergo erunt infinita quorum ſubſtantia eſt animal, vt eſt conſequens dicere ad prædictam poſitionem. Eſt enim animal ſubſtantia cuiuſlibet ſpeciei contentæ ſub animali. Non enim poteſt dici, quod homo fiat ex animali ſecundum accidens, ſed per ſe, & ita animal ad ſubſtantiam equi pertinet, & bouis, & aliarum ſpecierum, quæ ſunt fer è infinitæ. Quòd autem aliquod vnum cedat in ſubſtantia infinitorum, videtur eſſe inconueniens. Secundum inconueniens ponit ibi.

g ¶ Dicit quòd ſequetur etiam, quòd [ipſum animal] ideſt ſubſtantia animalis vniuerſalis, erit multa: quia animal, quod eſt in vnaquaq; ſpecie, eſt ſubſtantia illius ſpeciei, de qua prædicatur. Non enim prædicatur de ſpecie, ſicut de quodam alio diuerſo a ſe in ſubſtantia. Si autem non prædicatur animal de homine, ſicut de diuerſo, poterit dici conuenienter, quod homo erit ex illo ſcilicet e a animali, ſicut e a ſua ſubſtantia, & quod illud ſcilicet animal, ſit etiam genus eius, prędicatū de eo in eo quod quid eſt. Relinquitur ergo, quod ſicut illa, de quibus prędicatur animal, ſunt multa, ita ipſum animal vniuerſale eſſe multa. Deinde cum dicit.

f Sed ſi alterum in vnoquoque. Infinita ergo erunt, vt eſt conſequens dicere, quorum ſubſtātia animal. Non. n. eſt ſecundum accidens ex animali homo.

g Amplius multa erunt ipſum animal. Subſtantia. n. quòd in vnoquoque animal. non enim de alio dicitur. Si autem non, ex illo erit hō, & genus ipſius illud.

h Et amplius ideæ oīa, ex quib' homo. Igitur non alterius quidem erit idea, alterius vero ſubſtantia. impoſſibile namque. Ipſum igitur animal erit vnūquodque eorum, quæ in animalibus.

i Amplius ex quo hoc: Et quomodo ex ipſo animali. Aut qūo poſſibile eſt eſſe animal, quòd eſt ſubſtantia hoc ipſum, pręter ipſum animal?

k Amplius autem in ſenſibilib. hæc accidunt. & his abſurdiora. Si itaque impoſſibile ſic ſe habere, palam, quia non eſt idea ipſorum, ſicut quidam dicunt.

LECTIO XV.

a QVoniam vero ſubſtantia altera, & quod ſimul totum: & ratio. Dico aūt quia hęc quidem ſic eſt ſubſtantia cū materia concepta ratio, illa vero ratio totaliter Quęcunque quidem igitur ita dicuntur horum quidem eſt corruptio. Etenim generatio. Rationis autem non eſt ita vt corrumpatur. neque enim generatio. (Non enim fit

F *Sed diuerſum in vnoquoque eſt. Infinita igitur vt ita dicam, erunt quorum ſubſtantia animal eſt, non enim ſecundum accidens ex animali homo eſt.*

G *Item multa erit ipſum animal, nam, & ſubſtantia animal eſt, quod in vnoquoque eſt: non enim ſecundum aliud dicitur. Quod ſi non, ex illo erit homo, & genus eius illud.*

Ac idem omnia, ex quibus homo, ideæ, non igitur alterius quidem idea erit, alterius vero ſubſtantia, impoſſibile nanque eſt: ipſum ergo animal erit vnumquodque eorum, quę in animalibus ſunt.

Item ex aliquo hoc ipſo erit, & quomodo eſt ex ipſo animali, aut quomodo eſt poſſibile eſſe animal, quod hoc ipſum ſubſtantia eſt, pręter ipſum animal.

Item in ſenſibilibus & hęc accidunt, & his abſurdiora. Quod ſi impoſſibile eſt ita ſe habere, patet quòd non eſt eorum idea ita, vt quidam aiunt.

LECTIO XV.

I *CVM autem ſubſtantia altera ſit, ipſum ſcilicet totum, & ratio. dico autem quòd illa quidem ita ſubſtantia eſt cum materia ſimul accepta ratio, hęc uero ratio ſimpliciter. Quęcunque igitur illo modo dicuntur, eorum quidem eſt corruptio: nam, & generatio rationis autem non eſt, ita vt corrumpatur. nec enim generatio eſt (non enim ſit do-*

h ¶ Ponit tertium inconueniens dicens, quòd vlterius ex prædictis ſequitur, quòd omnia illa, ex quibus eſt homo. ſ. ſuperiora genera & differentiæ ſint ideę: quòd eſt contra poſitionem Platonicorum; qui ponebant ſolas ſpecies eſſe ideas particularium, genera uero & differentias nō eſſe ideas ſpecierum. Et hoc ideo quia idea eſt proprie exemplar idear ſecūdū ſuam formā Forma aūt generis non eſt propria in formis ſpecierū, ſicut forma ſpeciei eſt propria in indiuiduis, quæ conueniunt ſecundum formam, & differunt ſecundum materiam. Sed, ſi ſunt diuerſa animalia ſecūdum diuerſas ſpecies, unicuique ſpeciei reſpondebit aliquid de ſubſtātia ſui generis, ſicut propria idea. Et ita etiam erunt genera ideæ, & ſimiliter differentiæ. Nō ergo alteri vniuerſaliū erit quòd ſit idea, & alteri quòd ſit ſubſtātia, ſicut Platonici ponebant dicētes quidem genera eſſe ſubſtantias ſpecierū, ſpecies uero ideas indiuiduorū. Impoſſibile nanq; eſt ita eſſe, ut oſtenſum eſt. Sequitur igitur ex prædictis [q ipſum animal]. i. ſubſtantia animalis uniuerſalis ſit unūquodque eorum [quæ ſunt in animalibus,] ideſt quæ continentur inter ſpecies animalis. Quartum ponit ibi.

i ¶ Dicit, quod iterū uidetur eſſe dubium ex quo conſtituatur hoc quod eſt homo, & quomodo conſtituatur [ex ipſo animali] .ſ. uniuerſali, [aut qūo poſſibile eſt animal eſſe, quod ſubſtā tia hoc ipſum præter ipſum animal [.i. qūo poteſt eſſe ut homo ſit aliquid ſi præter animal quaſi quædā ſubſtantia per ſe exiſtens, & tñ animal ſit hoc ipſum quod eſt homo? Hæc. n. uidētur eſſe oppoſita, q homo ſit præter animal,
K & tñ animal ſit hoc ipſum, quod eſt homo. Deinde cum dicit.

k ¶ Improbat prædictam poſitionem per comparationem generum ad ſingularia dicens, quòd hæc eadem inconuenientia, quæ accidunt ponentibus genera, & uniuerſalia eſſe ſubſtantias in ſpeciebus, accidunt, & in ſenſibilibus ſingularibus, & etiam multa his abſurdiora, inquantum natura generis magis remota eſt a ſingularibus ſenſibilibus, & materialibus, quam a ſpeciebus intelligibilibus & immaterialibus. Si itaque impoſſibile eſt ſic eſſe, palam eſt, quòd idea non eſt ipſorum ſenſibilium, ſicut Platonici dicunt.

L E C T I O XV.

IN hoc loco Philoſophus oſtendit, quòd ideæ, quæ ponuntur ſeparatæ a Platonicis, non poſſunt diffiniri. Et hoc ideo, quia platonici ad hoc præcipue ponebant ideas, ut eis adaptarentur & diffinitiones & demonſtrationes, quæ ſunt de neceſſarijs, cum iſta ſenſibilia uideantur omnia in motu conſiſtere, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit per rationes quod ideæ non poſſunt diffiniri. Secundo per ſignū ibi.

Quoniam

[Quoniam propter quid nullus.] Circa primũ ponit tres rõnes, quarum primam ponit ſic dicens, quod ſubſtantiarum a-
Sup. par. 8. 5. lia eſt [ſicut ratio] .i. eſt ſicut quodquideratesse & forma, & alia eſt ſicut compoſitum ex materia, & forma, quod eſt totum ſimul coniunctum ex materia, & forma. Dico autem eas eſſe alteras [quia hoc quidem] .ſ. ſubſtãtia, quę eſt totum, ſic eſt ſubſtantia, ſicut habens rationem conceptam cũ materia. Illa uero, q eſt ſicut forma, & ratio, & quodquid eratesse, eſt totaliter ratio & forma non habens materiam indiuidualẽ adiunctam. Quæcũque igitur dicũtur ſubſtantię hoc mõ ſicut compoſita, eorũ poteſt eſſe cor-
Tex. cõ. 27. ruptio. oſtenſum eſt .n. ſupra q eorũ ſolum eſt generatio, quæ ex materia, & forma componuntur. Corruptio autem & generatio ſunt circa idem. Ipſius autem ſubſtantiæ, quæ eſt ſicut ratio, uel quod quid eſt, non eſt ita corruptio, quod ipſa per ſe corrum-
Tex. cõ. 27. patur. Oſtẽſum eſt enim ſupra, q non eſt eius generatio, ſed ſolum compoſiti. non enim ſit qđ quideratesse domui, ut ſupra oſtẽſum eſt, ſed ſit qđ eſt proprium huic domui. Generatur .n. hęc domus particularis, non autẽ ipſa ſpecies dom⁹. Sed tamen hmõi
Tex. cõ. 54. par. 2. formæ, & quidditates aliquãdo ſunt & aliquando non ſunt, [ſine generatione, & corruptione] ideſt ſine hoc, quod ipſa generentur, vel corrũpant per ſe, ſed incipiũt eſſe, & non eſſe aliis generatis, & corruptis. Oſtenſũ eſt enim ſupra, quod nullus in naturalibus [generat hęc] .ſ. formas, & quidditates. nec etiam in artificialibus, ſed hoc agens ſingulare generat, & facit hoc ſingulare. Propter hoc autem, q ſingularia generantur, & corrumpuntur, ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium non poteſt eſſe nec diffinitio, nec demonſtratio. Habent .n. materiam indiuidualem, cuius natura eſt talis, ut id, quod ex ea conſtituitur, contingat eſſe, & non eſſe, quia ipſa materia quantum eſt in ſe, eſt in potentia ad formam, per quam res materialis eſt, & ad priuationem, per quam res materialis non eſt. Et ideo omnia ſingularia de numero ipſorum ſenſibilium quorum materia eſt in potentia ad eſſe, ſunt corruptibilia. Corpora tamen cęleſtia non habent materiam huiuſmodi, quæ ſit in potentia ad eſſe, & non eſſe, ſed ſolum ad ubi. & ideo non ſunt corruptibilia. Si ergo demonſtratio eſt ne-
Primo poſteriorum. Tex. cõ. 16. ceſſariorum, ut probatum eſt in Poſterioribus, † & diffinitio eſt [eſt ſciẽtifica] .i. eſt faciens ſcire, quæ eſt quaſi medium demonſtrationis, q eſt ſyllogiſmus faciens ſcire, ſicut non contingit qñq; eſſe ſciẽtiã, & qñq; ignorantiã, quia quod ſcitur, ſemper oportet eſſe uerũ, [ſed id quod eſt tale] ideſt q quãdoque poteſt eſſe uerũ, qñq; falſum, eſt opinio, ita ẽt non contingit demõſtrationẽ, nec diffinitionem eſſe eorum, quæ poſſunt ſe

A aliter habere, ſed ſolum opinio eſt huiuſmodi contingentium. Si inquam, ita eſt, palam eſt, q non erit nec diffinitio, nec demonſtratio ipſorum ſingularium corruptibilium ſenſibilium, non enim huiuſmodi corruptibilia poſſunt eſſe manifeſta, ſciẽtiam habentibus de eis .ſ. cum receſſerunt a ſenſu, per quem cognoſcuntur. Et ideo ſaluatis eiſdem rõnibus in anima [ipſorum ſingularium] idest ſpeciebus, per quas cognoſci poſſunt, non erit de eis nec diffinitio, nec demonſtratio. Propter hoc, oportet cũ aliquis eorum, qui ſtudent [ad aſſignãdum terminum] id eſt diffinitionem alicuius rei, diffiniat aliquod ſingulare, quod non ignoret, quia ſemper contingit auferre ſingulare, manente tali ratione, quam tale fingit in anima. Et hoc ideo, quia non contingit vere diffinire ſingulare. In his .n. quæ uere diffiniuntur, manet cognitio diffiniti, quandiu manet cognitio diffinitionis in anima. Si igitur ſingulare diffiniri non poteſt, ita nec idea poſſibile eſt diffinire. Ideã enim oportet eſſe ſingularem ſecundum ea, quæ ponuntur de idea. Ponunt enim quod idea eſt quoddam per ſe exiſtens ab omnibus aliis ſeparatũ. Hæc autem eſt ratio ſingularis. Deinde cũ dicit.

b ¶ Ponit ſecundã rõnem, & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem. Secundo, excludit quandam cauilloſam reſponſionem. ibi: [Si quis autem dicat.] par. ſeq. Fuit autem neceſſarium, ut hanc rationem ſuperadderet rationi ſuprapoſitę, quia ratio iam poſita probabat ſingulare non eſſe diffinibile, ex eo, quod eſt corruptibile, & materiale, quę duo Platonici ideis non attribuebant.
E Vnde, ne per hoc ſua probatio inefficax redderetur, ſubiungit aliam rationem dicens: Neceſſarium eſſe omnem diffinitiuam rõnem eſſe ex pluribus nominibus. Ille enim qui diffinit, non faciet notificationem rei, ponendo unum nomen tantum, quia ſi poneret unum tantum nomen, adhuc diffinitum remanebit nobis ignotum. Contingit .n. uno nomine notiori aſſignato, ipſum nomen diffiniti notificari, non autem rem diffinitam: niſi principia eius exprimantur, per quę res omnis cognoſcitur. Reſolutio autem diffiniti in ſua principia, quod diffinientes facere intendunt, non contingit niſi pluribus nominib. poſitis. Et ideo dicit, q ſi unũ nomẽ tm ponatur, quod adhuc remanebit diffinitũ ignotum. Sed ſi plura ponantur, oportet q noĩa poſita ſint cõĩa oĩbus. Si .n. in diffinitione alicuius ſingularis ponanẽ aliqua noĩa, q conueniunt ipſi ſoli, erunt ſynonyma noĩa vnius rei ſingularis. vnde res non notificabitur hmõi nominib. poſitis. Sed forte nomen minus notum. Sicut ſi diceremus quid eſt Tullius, & rñderet Marcus, & Cicero; non eſſet conueniens diffinitio. Oportet igit ſi ſingulare diffiniatur, in eius diffinitione ponã aliqua noĩa, q multis cõueniãt. Ergo neceſſe erit, q diffini-

domui eſſe, ſed qđ huic domui) uerũ ſine generatione, & corruptione ſunt, & non ſunt. Oſtenſum eſt .n. quia nullus hæc generat, nec facit. Propter hoc aũt & ſubſtãtiarum ſenſibilium ſingularium, nec diffinitio, nec demõſtratio eſt, quia habent materiã, cuius natura talis eſt, ut contingat & eſſe, & non eſſe. Quapropter, corruptibilia omnia ſingularia ipſorum. Ergo, ſi demõſtratio neceſſariorum, & diffinitio ſcientifica, & non cõtingit ſicut nec ſcientiam qñque ſcientiam, qñq; ignorantiam eſſe, ſed opinio tale quid eſt, ita nec demonſtrationem, nec diffinitionem, ſed opinio eſt contingentis aliter ſe habere, palam, quia nõ utique erit ipſorum nec diffinitio, nec demonſtratio. Non .n. ſunt manifeſta corruptat ſciẽtiam habentibus. & cum a ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rõnibus in anima eiſdem, non erit nec diffinitio amplius, nec demonſtratio. Propterquod, oportet eorum ad terminum ſtudentem, cum aliquis diffiniat aliquid ſingularium, nõ ignorare, quia ſemper auferre eſt. non .n. contingit diffinire, neque itaque idearum nullã eſt diffinire. Singularium .n. idea, ut dicunt & ſeparabile.

mui eſſe, ſed huic domui) ſed abſque generatione, & corruptione ſunt, & non ſunt. oſtenſum eſt enim, quod nullus hęc generat, neque facit. Propterea etiam ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium neque definitio, neque demonſtratio eſt, eo quod habet materiam, cuius natura talis eſt, ut eſſe, & non eſſe
B *contingat. quare corruptibilia ſunt omnia ſingularia earum. Si igitur demonſtratio, & definitio ſcientifica neceſſariorum eſt, & non contingit, ſicuti neque ſcientiam, quandoque ſcientiam, quandoque ignorantiam eſſe, ſed quod tale eſt opinio eſt, ita neque demonſtrationem, neque definitionem, ſed opinio eſt eius, quod contingit, & aliter ſe habere, patet quod neque demonſtratio, neque definitio eorum eſt. corruptibilia nanque non ſunt manifeſta his, qui ſcientiam habent, cum a ſenſu abſceſſerint. & rationibus eiſdem in ani*
C *mo ſeruatis, non erit amplius neque definitio, neque demonſtratio. Quare cum quis eorum, quę ad definitionem quicquam ſingularium definiat, oportet non ignorare, quod ſemper perimendum eſt. non enim contingit definire. Nec ullam ideam eſt definire. ſingularium enim, ut aiunt, idea eſt, & ſeparata.*

D

b Neceſſarium uero ex noĩbus eſſe rationem. nomen autẽ non faciet diffiniens. Ignotum enim erit. Poſita autem cõĩa omnib. ergo neceſſe ineſſe & alii hæc. ut ſi quis te diffiniat, animal dicet greſſibile, aut album, aut aliud aliquid, quod in alio ſit.

Neceſſarium autem ex nominibus rationem eſſe. nomen vero non faciet, qui definit: ignotum enim erit. quæ vero poſita ſunt, omnibus cõmunia ſunt. neceſſe eſt igitur, & aliis talia ineſſe. Et ſi quis te definiat, animal dicet gracile, aut album, aut aliquid aliud, quod & in alio ſit.

tio non ſolum huic ſingulari conueniat, cuius diffinitio quæritur, ſed etiam alijs. Quod eſt contra rationem veræ diffinitionis. Sicut ſi aliquis te diffinire intendat, & dicat, quod tu es animal greſsibile, aut animal album, vel quicquid aliud, non tibi ſoli conuenit, ſed etiam eſt in alio. Vnde patet, quod ſingulare non ſolum ex hoc,

part. 3. quod eſt corruptibile, & materiale caret diffinitione, ſed etiam ex hoc, quod eſt ſingulare. Vnde nec idea diffinitur. Cuius ratio eſt, quam hic tangit philoſophus, quia

par. 4. ſi nomina ad diffiniendum aſſumpta exprimunt indiuiduum quantum ad ea, ex quibus indiuiduatur, erunt nomina ſynonyma. Si autem exprimunt naturam, & accidentia communia abſque indiuiduatione, non

part. 5. erit diffinitio propria diffiniito, quia omnes formæ ſiue accidentales, ſiue ſubſtantiales, quæ

Tex. c. 55. non ſunt per ſe ſub-

par. t. 6. ſiſtentes, ſunt quantum eſt de ſe, communes multis. Et ſi aliqua inueniatur in

part. 7. vno ſolo, ſicut forma ſolis, hoc nõ prouenit ex parte formæ, quin quantum eſt de ſe ſit nata eſſe in pluribus, ſed ex parte materiæ. nam tota materia ſpeciei congregata eſt ſub vno indiuiduo: uel magis ex parte finis, quia vnus ſol ſufficit ad vniuerſi perfectionem. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit quandam cauilloſam reſponſionem. Poſſet enim aliquis dicere, quòd licet quodlibet eorum, quæ ponuntur in diffinitione ſingularis ideæ, conueniat ſeparatim multis, non tamen ſimul accepta cõueniunt niſi vni ſoli, huic ſcilicet, cuius diffinitio quæritur. Hanc autem reſponſionem excludit duob.

part. 3. modis. Primo, quantum ad ipſas ideas. Secundo, quantum ad ea, quorum ſunt ideæ. ibi: [Amplius de multis.] Circa primum duo facit. Primo, excludit reſponſionem prædictam oſtendẽs, quod adhuc ſequitur diffinitionem non diffinito ſoli ineſſe.

par. ſeq. Secundo, quod non primo. ibi: [Et neceſſe eſſe priora.] Dicit ergo, quod contra reſponſionem prędictam, primo eſt dicendum hic, quod diffinitio aſsignata alicui ideæ etiam alijs inerit, ſicut ſi diffinitio ideæ hominis ſit animal bipes, hæc duo inerunt [animali, & bipedi] idest ideæ animalis, & ideæ bipedis, quia etiam illæ duæ ideæ ſimul coniunctæ erunt animal bipes. Et ſic hęc diffinitio, animal bipes, non erit propria ideę hominis. Et hoc inconueniẽs quidem accidit [in ſempiternis,] ideſt conſiderando etiam diffinitionem ideę, quę eſt quoddam ſingulare ſempiternum, ſecundum Platonicos, & conſiderando, quod diffinitio aſsignata vni ideę, conuenit alijs. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quod ſequitur vlterius, quod diffinitio aſsignata ideę hominis, non primo conuenit ei, quod eſt contra rationem diffinitionis: nam diffinitio primo verificatur de diffinito; hoc autem oſtendit tribus modis. Primo, ſic dicens, quod non ſolum neceſſe eſt, quod animali & bipedi conueniat diffinitio aſsignata homini, ſed etiam neceſſe eſt, quod illa, ſcilicet animal & bipes exiſtant priora homine. & ſint partes eius, inquantum homo ex vtroque conſtituitur. Quinimmo ſecundũ poſitionem eorum ſequeretur, quod ambo ſint ſeparabilia ab homine, & ab alijs animalibus, ſcilicet animal, & bipes, ſi hõ ponitur ſeparabilis ab indiuiduis. Sicut enim homo eſt ſuperius ad indiuidua, ita genus & differentiæ ad hominem. Aut enim oportet, quod nullum commune ſit ſeparabile, aut oportet, quòd ambo prędicta, ſcilicet animal & bipes, ſint ſeparabi-

F lia ab homine. Si igitur nullum commune eſt ſeparabile, tunc ſequetur, quod genus non erit præter ſpeciem. & ſic genus nõ ſignificabit ſubſtantiam. Si vero genus erit præter ſpecies, pari ratione, & differentia, quę etiam eſt communior ſpe. Si autem vtraque, ſ. animal & bipes, ſunt ſeparabilia ab homine, ſequetur, quod ſint priora, eo modo, ſicut homo ſeparatus, eſt prior indiuiduis. Et ita ſequetur vlterius quod diffinitio aſsignata homini, conueniat quibuſdam prioribus, ſ. animali & bipedi. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit idem alia ratione dicẽs, quod inde patet, quod animal & bipes sũt priora homine ſm eſſe. illa enim ſunt priora in eſſe, quæ non remouentur alijs ablatis, ſed eis ablatis alia remouentur. Sicut vnum eſt prius duob⁹, quia remoto vno, remouentur duo, ſed nõ econuerſo. Remotis autem animali, & bipede, remouetur homo, ſed remoto homine, hoc ſ. animal, & bipes non aufertur. vnde patet, quod animal & bipes, ſunt priora homine. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit idem tertia rõne dicens, quod idem apparet ſi ponamus animal & bipes, nõ ſolum eſſe ſeparabilia ab homine, quaſi quædam ideæ eius, ſicut ſupra dictũ eſt in prima ratione, ſed etiam quod ex ipſis ſit homo. ut ſic ex ideis ſeparatis fiat idea ſeparata. Patet. n. quod minus erunt compoſita animal & bipes, ex quib. componitur homo, quam hõ, qui componitur ex eis: quod autem eſt minus compoſitum, eſt prius. Vnde ſequetur adhuc, quod animal & bipes ſunt priora homine, non ſolum propter ſeparationem, ut prima ratio procedebat, ſed etiam propter compoſitionem, ut procedit hæc tertia ratio. Deinde cum dicit.

g ¶ Ponit aliam rationem ad excludendum præmiſſam reſpõſionem dicens, quod non ſolum ſequetur, quod diffinitio aſsignata ideæ hominis conueniat alijs ideis priorib. ſ. animali, & bipedi, ex quibus ponitur conſtitui idea hoïs, ſed etiam illa ipſa ut animal & bipes, oportebit prędicari de multis, & non de homine tantum, non ſolum ſeorſum accepta, ut præmiſſa reſponſio iſtorum dicebat, ſed & coniunctim. Si enim hæc, ex quib. componitur idea hoïs. ſ. animal & bipes, non prædicantur de multis, quomodo cognoſcetur, quod ſint ideæ hoïs: ut ſupra concluſum eſt. Sequetur. n. quod ſit aliqua idea, quæ non poteſt prædicari de plurib⁹, quẽ de vno. conſtat. n. quod idea animalis de plurib. numero prędicari poteſt. Si ergo hæc duo ſimul animal bipes, non poſſunt prędicari niſi de uno, ſequetur,

K quod bipes reſtringat animal ad unum, ita quod aliqua idea, quæ eſt bipes, prædicetur de uno tãtum, quod non videtur eſſe verum, cum omnis idea ſit participabilis a multis: ab vno enim exemplari, multa exemplaria fieri contingit. Non igitur prædicta reſponſio poteſt eſſe vera. Sciendum eſt autẽ, quod per hanc eandem rationem ſufficienter oſtenditur, et nullum ſingulare in his inferiorib. diffiniri poſſe per aliqua proprietates, vel formas adunatas, quæcunque fuerint. Sicut. n. quælibet idea, ita & quælibet forma, quantum eſt de ſe, nata eſt in plurib. eſſe. Et ita quantumcunque aggregentur, non erit certa aſsignatio huius ſingularis niſi per accidens, inquantũ contingit omnia in ſimul collecta, in uno ſolo inueniri. Vnde patet, quod collectio accidentium, non eſt principium indiuiduationis, ut quidam dicunt. ſed materia deſignata, ut Philoſoph. dixit. Deinde cum dicit.

c Si quis autem dicat nihil prohibere ſeparatim quidem omnia multis, ſimul vero huic ſoli ineſſe: Primum quidem, quia & ambobus, ut animal bipes, animali, & bipedi. Et hoc in ſempiternis quidem.

d Et neceſſe eſſe priora exiſtentia, & partes compoſiti. Quinimmo & ſeparabilia, ſi homo ſeparabile. aut enim nihil, aut ambo. Si quidem igitur nihil, non erit genus præter ſpecies. ſi vero erit, & differentia.

e Deinde quia priora ipſo eſſe. hoc vero non conſequenter aufertur.

f Deinde autem ſi ex ideis ideæ, minus compoſita ex quibus.

g Amplius de multis oportebit & illa prædicari, ex quibus idea, vt animal, & bipes. Sin autem quomodo cognoſcetur? Erit. n. idea quędam, quam impoſſibile de pluribus prædicari, quam de vno. non videtur autem, ſed omnis idea eſt participabilis.

Quod ſi quis dicat, nihil probibere ſeparatim quidem omnia multis, ſimul vero huic ſoli ineſſe, primum quidem, quod etiam ambobus, vt animal bipes animali & bipedi, & hoc in ſempiternis quidem.

Etiam neceſſe eſt eſſe, cum priores
G *exiſtant, & partes compoſiti. at uero etiam ſeparabilia, ſi hoc quidem, quod homo, ſeparabile. nam aut nullum, aut ambo. Si igitur nullum, non erit genus pręter ſpecies. quod ſi erit, erit etiam differentia.*

Deinde, quoniam priora ipſo eſſe, hęc ſane non uiciſsim perimuntur.

Deinde, ſi ex ideis ideę, minus profecto compoſita ſunt ex quibus.

Item de multis oportebit etiam illa
H *prædicari, ex quibus idea, ut animal, et bipes. Quod ſi non, quomodo ſcietur? erit nanq; aliqua idea, quam impoſſibile eſt de pluribus prædicari, quam de uno, nõ uidetur autem, ſed omnis idea uidetur eſse participabilis.*

h ¶ Ponit tertiam rationem principalem ad oſtendendum, ꝙ ideæ non poſſunt diffiniri dicens, ꝙ quia ſupra dictum eſt ꝙ indiuidua non poſſunt diffiniri propter hoc, ꝙ ſunt corruptibilia, vt prima ratio procedebat, & quia ea, quę accipiuntur in diffinitionibus ſunt, cõia, vt procedebat ratio ſecunda, latet verum eſſe hoc, qđ

part. 8. dictum eſt.ſ. ꝙ impoſſibile ſit diffinire ſingularia in ſempiternis, & maxime in illis, quæ ſũt vnita in vna ſpẽ, ſicut ſol. & luna. Qui .n. ſũt ſempiterna, non videtur de eis concludere rõ, quę ex corruptione ſingularium procedebat. Quia vero ſunt vnita in vna ſpecie non vr̃ de eis ratio concludere, q̃ procedebat ex cõitate partium diffinitionis. Quæcunque .n. conueniunt ſoli ſpeciei, conueniunt ſoli indiuiduo. Sed ꝑ tamen decipiuntur, qui putant hæc eſſe diffinibilia, quia diffinientes ea ia peccant multipliciter. Et uno mõ peccant inquantum addunt aliqua in diffinitionib. eorum, quib. a-

Tex. cõ. 57. par. 2. blatis adhuc erunt ipſa. ſ. ſol. & luna. Sicut cum diffiniẽdo ſolem, dicunt ꝙ eſt perigirion, i. terram girans, aut nyctierypiõ. i. nocte abſcõſum. Si. n. ſol ſteterit non girans terrã aut ſi appauerit, vt nõ ſit nocte abſcõſum, nõ adhuc erit ſol. ſi bene fuerit diffinitũ. Sed abſurdum eſt, ſi non ſit ſol iſtis remotis. Sol .n. ſignificat quãdã ſubſtantiam, illa vero per quæ diffiniẽ ſunt q̃dam accidentia eius. Non ſolum aũt ſic peccant, ſed & amplius, diffiniẽtes ſolem per aliqd ꝙ conuenit in alio eſſe. Si .n. [fiat alter

Alia litera cõpletationem. talis] .i. aliquod corpus hĩs talem, vel eandẽ formam, & ſpeciem palam eſt, quod erit ſol, ſm ꝙ ſol ſignificat ſpeciem, & hoc modo poteſt diffiniri. Ratio autẽ [diffinitiua eſt communis] .i. huius ſpeciei ꝙ eſt Sol. Sed ſol iſte erat de numero ſingularium, ſicut Cleon, aut Soc. Et ſic patet ꝙ licet ẽt ideę ponantur ſempiternę, & unicæ in vna ſpecie, adhuc non poterunt diffiniri. Quare nullus ponentium ideas protulit [aliquem terminum] .i. diffinitionem ideæ. Si. n. aliqua diffinitio ab eis data eſſet de aliqua idea, puta hominis, uel equi, fieret manifeſtum contra tentantes diffinire ideam, quia uerum eſt, quod modo dictum eſt, ſcilicet, quod idea eſt indiffinibilis.

h Quemadmodum ergo dictũ eſt, latet quod impoſſibile diffinire in ſempiternis. Maxime uero quæcunq; vnita, vt ſol, & luna. Nõ ſolum. n. peccant additione talium, quib. ablatis adhuc erit ſol, puta terram girans, ut nocte abſconditum. (Si. n. ſteterit, aut apparuerit, non adhuc erit ſol.) ſed abſurdum ſi non. Sol. n. quandam ſubſtãtiam ſignificat. Amplius quæcunque in alio cõtingunt, ut ſi alter fiat talis, palã quia ſol erit. Communis ergo ratio. ſed erat ſingularium ſol, ut Cleon, aut Socrates. Quoniã propter quid nullus ipſorum terminum profert ideæ Fiet. n. utique manifeſtum tentantibus, quia verum quod modo dictum eſt.

A *Quemadmodum igitur dictum eſt, latet quod impoſſibile eſt in perpetuis definire, maxime uero quęcunque vnica ſunt, ut ſol, aut luna. Non ſolum enim in hoc peccant, quod talia addunt, quibus ablatis, adhuc erit ſol, vtputa, quod circuit terram, aut quod nocte abſconditur (ſi enim ſteterit, aut apparuerit, non erit amplius ſol) ſed inconueniens eſt, ſi non, ſol enim ſubſtan-*
B *tiam quandam ſignificat. Item quęcunque in alio contingunt, ueluti ſi alter fiat talis, patet quod erit ſol. communis ergo ratio. at ſol ſingularium erat, ſicut Cleon, aut Socrates. Cæterum, cur nemo eorum definitionem profert ideæ? fiet enim profecto manifeſtum tentantibus, uerum eſſe quod nunc dictum eſt.*

LECTIO XVI.

a MAnifeſtum eſt autẽ, quod ſubſtantiarum eſſe exiſtimatarum, plurimæ poteſtate ſũt, vt ipſæ partes animalium. Nihil .n. ipſorum ſeparatum eſt. Quando autem ſeparata fuerunt, tunc entia ut materia omnia, terra, ignis, & aer. Nihil. n. ipſorum unũ eſt, niſi ut cumulus antequam digeratur, & fiat aliquid ex ipſis unum. Maxime autem utique aliquis animatorum partes ſuſpicabitur, & eas, quæ animæ propinquæ ambas fieri entes & actu fieri & potentia, eo quod principia motus habeant ab aliquo in iuncturis. Propter quod quædã animalia diuiſa uiuunt. Sed tamen potentia omnia erunt, quando vnum fuerit, & continuum natura, ſed non ui, aut copulatione. Tale nanque eſt orbatio.

C *LECTIO XVI.*

MAnifeſtum autem eſt, quod etiã eorum, quæ videntur eſſe ſubſtantiæ, plures potentię, & partes animalium ſunt. nihil enim eorum ſeparatum eſt. cum autem ſepararentur, tum etiam ut materia omnia, terra, ignis, & aer, nihil enim eorum unum eſt, ſed quaſi cumulus, ante quam concoquantur, & ex eis vnum fiat. Maxime autem aliquis animatorum partes putauerit, & animę propinquas ambas fieri, vt ſint & actu, & potentia,
D *eo quod principia motus aliquo in flexibus habent. quare quædam animalia diuiſa viuunt. ſed tamen potentia omnia erunt, cum vnum & cõtinuum fuerit natura, ſed non vi, aut copulatione. Tale nanque læſio eſt.*

LECTIO XVI.

HIc philoſ. manifeſtat ꝙ ſuperius ſub dubitatione reliquit .ſ. quo aliqua ſubſtantia componatur ex partibus, cum ſupra oſtenderit, ꝙ ſubſtantia nõ poteſt componi neq; ex paſſioni- A bus, neque ex ſubſtantiis actu exiſtentibus. Et ideo hic oſtẽdit quod partes, ex quibus componuntur ſubſtantiæ, nõ ſunt ſubſtantiæ actu exiſtentes, ſed potentia, dicens, quod cum ſupra dictum ſit, quod quędam ſunt quæ ab omnibus exiſtimãtur ſubſtantię eſſe, ſcilicet ſubſtantię ſenſibiles, & partes earum, manifeſtum eſt, qđ plurimæ hmõi ſubſtantiarum ſunt in potentia, & non in actu, vt patet de partibus animalium, & de omnib. aliis partibus. Dicit aũt partes eẽ plurimas harum ſubſtantiarum, quia cũ vnũquodque totum ex pluribus componatur, oportet plures eſſe partes componentes, quam tota compoſita. Et quod partes ſint in potentia tantum, patet quia nihil de numero earum eſt ſeparatum immo omnes partes inquantum ſunt partes, ſũt vnitæ in toto; omne. n. quod eſt in actu, oportet eſſe ab aliis diſtinctum, qa res vna diuiditur ab alia per ſuum actum & per formã, ſicut ſupra dictum eſt. Quando autem ea, quę ponuntur partes, fuerint ſeparata abinuicem diſſoluto toto, tunc q̃dem ſunt entia in actu, non quidẽ vt partes, ſed vt materia exiſtens ſub priuatione formæ totius. Sicut patet de terra, & igne, & aere, quę quando ſũt partes corporis miſti, nõ ſunt actu exiſtentia, ſed potẽtia in miſto. Cum vero ſeparantur, tũc ſũt in actu exiſtẽtia, & non partes. Nullũ enim elemẽtorum [antequam digeratur] idest antequã per alterationẽ debitã veniat ad miſtionem, & fiat vnũ miſtum ex eis, eſt vnum cum alio, niſi ſicut cumulus lapidum eſt vnum ſm quid, & non ſimpli- Tex. cõ. 5. Tex. cõ. 49.
E citer. Vel melius [nihil ipſorum] .i. nihil ex ipſis eſt unum &c. Quamuis. n. omnes partes ſint in potentia, tamen maxime poterit aliquis opinari partes animatorum, & partes animę eſſe propinquas vt fiant actu, & potentia. i. vt ſint in potentia propinqua actui. Et hoc iõ, quia corpora animata ſunt corpora organica habentia partes diſtinctas ſm formã, vnde maxime ſũt propinqua adhoc, ꝙ ſint actu: & hoc iõ, quia hñt principium motus ab aliquo determinato, cũ vna pars moueat aliam. Sicut patet in iuncturis, in quib. vr̃ eſſe principium motus alterius partiũ coniunctarũ, cum cõtingat vnã moueri, alia quieſcente, vt dr̃ in libro de motibus animaliũ. Et propter hoc etiam, quia non ſolũ partes corporis ſunt in potentia propinqua actui, ſed etiam partes animę, ideo quædam animalia poſt diuiſionẽ viuunt, ſicut animalia anuloſa. Quod ex hoc cõtingit, quia in toto animali erat vna anima in actu, plures autem in potentia. Facta autem diuiſione, fiunt plures animę in actu. quod contingit 3. de animal. Tex. cõ. 9.

propter imperfectionem talium animaliũ, quæ requirunt mo dicam diuerſitatem in partibus, eo quod habent animam imperfectę virtutis, non valentem diuerſa operari, ad quæ ſit neceſſaria organorum multitudo. Sed tamen, quamuis illæ partes animæ, & animatorum ſint propinquę actui, nihilominus ſunt

Tex. cõ. 37. part. 2.

omnia in potentia, quando totum fuerit vnum, & continuum per naturam, non autem ſi fiat vnum per uiolentiam. ſicut ſi ligentur partes vnius animalis cum partibus alterius, aut per cõplantationem, ſicut accidit in plantis. Ante enim quam ſurculus inſertus vniatur plantæ, eſt in actu, poſtea uero, eſt in potentia [tale nanque] idest vnum eſſe per violentiam, aut per cõplantationem, [eſt orbatio] idest aliquid læſiuum naturæ, & contra naturã exiſtens. Deinde cum dicit.

part. 3.

part. 4.

b ¶ Oſtendit ſpecialiter, quod vnum & ens non ſunt ſubſtantię, & circa hoc duo facit. Primo, pmittit propoſitum dicẽs, ꝙ hoc modo prędicatur de reb. vnum, ſicut & ens, cum ſint conuertibilia, & unum dicit de aliqua re ꝓpter ſubſtantiam eius. Vnius.n. eſt vna ſubſtantia, & illa ſunt vnum numero, quorum eſt ſubſtantia vna numero. Quod & aliquid dicatur ens per ſuam ſubſtãtiam, hoc eſt manifeſtum, quoniam inquam ita eſt, palam eſt, quod neq; vnum, neq; ens contingit eſſe ſubſtantiam rerum, immo prædicantur de ſubſtantia, ſicut de ſubiecto. Sicut etiã neque hoc, qđ eſt [ele mento eẽ, aut principio] idest ipſa ratio principii, & elementi, dicit ſubſtantiam rei, quę dicitur principium, uel elementum. Sed quærimus, quid ſit principium, uel elementum, vt ad aliquod notius referamus, ſcilicet ad ſubſtantiam ſubiectam. Sed tamen ens & unum magis ſunt ſubſtantia, quã principium, & elementum, & cauſa. Propinquius enim ſe habent ad rerum ſubſtantiam. Principium enim & cauſa, & elementũ, important ſolam habitudinem rei ad rem aliquam, ſed ens, & unum ſignificat id, quod conuenit rei ratione ſuæ ſubſtantię. & tamen nec ens, nec unum ſunt ſubſtantia ipſa rei. Secundo ibi.

Tex. cõ. 38. part. 5.

b Quoniam vero vnum dicitur ſicut & ens, & ſubſtãtia vni' vna, & quorum una numero, vnum numero; palam, quia nec vnum, nec ens contingit ſubſtãtiam eſſe rerum, ſicut neque elemento eſſe, aut principio. Sed quærimus quidem principium, vt ad notius reducamus. Magis G igitur horum ſubſtantia eſt ens & vnum, quam principium, & elementum, & cauſa.

c Sed nec iſta ſunt, ſi nec aliud commune nihil ſubſtantia ſit. Nulli nanque ineſt ſubſtãtia, ſed huic & habenti ipſam, cuius eſt ſubſtantia.

d Amplius quod unum, apud multa non utique erit ſimul. qđ autem commune, ſimul apud multa exiſtit. Quare palam, quia H nullum vniuerſaliũ exiſtit, præter ſingularia ſeparatim.

c Sed ſpecies dicentes, quidem dicunt recte ſeparantes eas, ſubſtantię ſunt, illic autẽ non recte, quia vnam in multis ſpeciem dicunt. Cauſa vero, quia non habent reddere quæ tales ſubſtantiæ incorruptibiles, prętet ſingulares & ſenſibiles. Ergo faciunt eaſdem ſpecie corruptibilibus. (Has.n. ſcimus) autanhropon, I & authippon addentes ſenſibibus verbum auto. Quamuis itaque ſi non videmus aſtra, non minus exiſtimo forent ſubſtantiæ ſempiternæ præter eas, quas nos uidemus. Quare & nunc ſi non habemus quæ ſunt, eſſe tamen quaſdam forſan eſt neceſſarium. Quod quidem igitur neque vniuerſaliter dictorum nihil ſubſtantia, nec eſt ſubſtantia, neque vna ex ſubſtantiis, manifeſtum.

K

c ¶ Probat propoſitum duabus rationibus, quarum primam ponit dicens, quod cum iſta, ſcilicet ens & unum ſint communia, non poſſunt eſſe ſubſtantię, ſi nullum cõe eſt ſubſtantia, ut probatum eſt. Quod autem nullum commune ſit ſubſtantia ex hoc patet, quia ſubſtantia nulli poteſt ineſſe niſi ipſi habenti eam, cuius eſt ſubſtantia. Vnde impoſſibile eſt ſubſtantiam eſſe communem multorum. Secundam rationem ponit ibi.

F d ¶ Dicit, quod hoc ipſum, quod eſt vnum, non poteſt apud multa ſimul inueniri. Hoc.n. eſt contra rationem unius, ſi tamẽ ponatur aliquod vnum per ſe exiſtens ut ſubſtantia. Sed illud, quod eſt commune eſt ſimul apud multa. hoc.n. eſt ratio eius, ut de multis prædicetur, & in multis exiſtat. Patet igitur, quod vnum, quod eſt cõmune, non poteſt eſſe ſic vnum, quaſi vna ſubſtantia. Et vlterius palam eſt ex omnibus prædictis in hoc capitulo ꝙ nullũ vniuerſale, nec ens, nec unũ, nec genera, nec ſpecies habent eſſe ſeparatum prętet ſingularia. Deinde cum dicit.

Cum autem unum dicatur, ſicuti, & ens, & ſubſtantia vnius vna, & quorum vna numero vnum numero, manifeſtum ꝙ neque unum, neque ens contingit ſubſtantiam eſſe rerum, ſicuti neque elemento eſſe, aut principio. ſed quęrimus quid ergo principium, vt ad notiora referamus. Magis igitur G his ſubſtantia eſt ens, & vnum, quam principium, & elementum, & cauſa.

Sed nec dum iſta, ſi nec aliud quidem commune vllum ſubſtantia eſt. nulli enim ineſt ſubſtantia niſi ſibiipſi & habenti eam, cuius ſubſtantia eſt.

Item ipſum vnum in pluribus non erit ſimul, commune uero ſimul in pluribus eſt. Quare patet, ꝙ nihil uniuer- H ſaliũ ſeparatim præter ſingularia eſt.

Sed qui formas dicunt, partim recte dicunt ſeparantes eas, ſi ſubſtãtię quidem ſunt: partim non recte, quoniã vnam in multis formam dicunt. cauſa uero eſt, ꝙ non habent reddere quænam tales incorruptę ſubſtantię, præter ſingulares, et ſenſibiles, ſint. Faciunt igitur eaſdem ſpecie his, quæ ſũt corruptibiles (has enim cognoſcimus) I ipſum hominem, & ipſum equum, addentes uocabulum, ipſum, ſenſibilibus. Attamen etiam ſi nõ uideremus aſtra, nihil minus, vt puto, eſſent ſubſtantię perpetuę, prętet eas quas nos ſciremꝰ. Quare nunc quoque, ſi non habeamus quęnam ſint, neceſſe tamen fortaſſis fuerit aliquas eſſe. Quod igitur nec eorum quicquam, quę uniuerſalia dicuntur, ſubſtantia ſit, nec ulla ſit ſubſtantia ex ſubſtantijs, patet.

e ¶ Oſtendit quantum ad quid Plato recte dixerit, & quantum ad quid nõ recte, dicẽs, ꝙ Platonici ponentes ſpẽs ideales, in hoc recte dñt ꝙ ponunt eas ſeparatas, ex quo ponunt eſſe ſubſtantias ſingularium. De rõne.n. ſubſtantię eſt, ꝙ ſit per ſe exiſtens non aũt poſſet eſſe, per ſe exiſtens, ſi in aliquo ſingulariũ eſſet, præſertim, quia ſi in uno ſingulariũ exiſteret, in aliis eſſe non poſſet. Sicut .n. iam dictum eſt, id, quod eſt unũ ſubſiſtens, non pòt in multis eſſe. Vnde in hoc recte facit Plato, ex quo poſuit ſpecies eſſe ſubſtantias, quod poſuit eas ſeparatas. In hoc autẽ non dixerunt recte, quia dicunt unã ſpeciem eſſe in multis. Hæc.n. duo videntur eſſe oppoſita, ꝙ aliqd ſit ſeparatũ per ſe exiſtens, & tamẽ hẽt eſſe in multis. Cauſa aũt propter quã inducti ſunt platonici ad ponendum huiuſmodi ſubſtantias ſeparatas, & tamen eſſe in multis, hæc eſt, quia per rõnem inuenerunt, ꝙ oportet eſſe aliquas ſubſtantias incorruptibiles, & incorporeas, cum ratio ſubſtãtię corporalibus dimenſionib. non ſit obligata. Sed quę ſunt hmõi ſubſtantiæ, quę quidem ſunt incorruptibiles, & ſunt præter has ſubſtantias ſingulares, & ſenſibiles [non habent reddere] .i. nõ poſſunt aſſignare, & manifeſtare, eo quod noſtra cognitio a ſenſu incipit. Et ideo ad incorporea, quę ſenſum tranſcendunt, non poſſumus aſcendere, niſi quatenus per ſenſibilia manuducimur. Et ĩõ ut aliquam notitiam traderent pe ſubſtantiis incorporeis incorruptibilibus [faciunt] .i. fingunt eas, eaſdem eſſe ſpẽ ſubſtantiis corruptibilibus, ſicut in iſtis ſubſtantiis corruptibilibus inuenitur homo ſingularis corruptibilis, & ſimiliter equus. Poſuerunt igiẗ, ꝙ ẽ in illis ſubſtantiis ſeparatis eſſet aliqua ſubſtantia q̃ eſſet hõ, & aliqua quæ eſſet equus, & ſic de aliis, ſed differenter, quia has ſubſtãtias ſeparatas ſcimus ex doctrina Platonicorũ per hoc, ꝙ dicimus [autanthropon] i. per hoiem [& authippon] .i. per ſe equum. Et ita in ſingulis ſubſtantiis ſenſibilibus ad deſignandas ſubſtantias ſeparatas [addimus hoc verbum]

αὐτοάνθρωπος. αὐθίππος

verbum].i.hanc dictionem, aſto, ideſt per ſe. Ex quo apparet, quod Platonici volebant illas ſubſtantias ſeparatas eſſe eiuſdem ſpeciei, cum illis ſenſibilibus, & ſolum in hoc differre, quia ſeparatis attribuebant nomen ſpeciei per ſe, non autẽ ſenſibilibus. Cuius ratio eſt, quia in ſingularibus ſunt multa, quæ non ſunt partes ſpeciei. Sed in illis ſubſtantijs ſeparatis dicebant tantum eſſe

Tex. co. 59. part. 1. illa quæ pertinent ad ſpeciem, & naturam ſpeciei. ergo homo ſeparatus dicebatur per ſe homo, quia habet ea tantum, quæ pertinent ad naturam ſpeciei. ſed hic homo ſingularis hẽt cum his, quę ad naturam ſpeciei pertinent, multa alia, & propter hoc non dr̃ per ſe homo. Eſt autem ſim his defe-

part. 2. ctus in hac poſitione, ſicut ſi poneremus, quod non videremus aſtra, & alia corpora incorruptibilia, & tamen conſtaret per rationẽ, quod eſſent aliqua corpora incorruptibilia, & poneremus, ꝙ incorruptibilia corpora eſſent eiuſdem ſpeciei cum corporib. corruptibilium. Sicut ſi diceremus, ꝙ corpora incorruptibilia eſſent bos, & homo, & equus, & alia huiuſmodi, ut Poetæ finxerũt in ſtellis eſſe arietem & taurum, & alia huiuſmodi. Sicut igitur, ſi non uideremus ſtellas non minus, vt exiſtimo forent[ſubſtãtię corporeæ ſempiternę.].i. ſtellæ, pręter eas, quas nos nunc uideremus, ſ. huiuſmodi corpora corruptibilia, & alterius ſpeciei ab eis: ita etiam & nunc, quamuis neſciamus dicere, quę ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ & cuius naturæ, tamen forſan neceſſarium eſt eſſe quaſdã ſubſtantias ſeparatas præter ſenſibiles, & alterius ſpeciei ab eis. Ideo autem dicit [forſan] quia nondum probauerat ſubſtãtias aliquas eſſe a materia ſeparatas. Probabit autem in ſequentib.

Lib. 12. Tex. cõ. 30. Tex. cõ. 47. Concludit autem ultimo concluſionem intentam in toto capitulo dicens, quod manifeſta ſunt ex prędictis duo, quorum unum eſt, quod nihil vniuerſaliter dictorum ſit ſubſtantia. Aliud eſt, quod nulla ſubſtantia ſit ex ſubſtantiis actu exiſtentibus. Vel ſecundum aliam literam ex non ſubſtantiis. Oſtendit.n. ſupra, quod ſubſtantia, quę eſt hoc aliquid non ſit ex communibus, quæ ſignificant quare quid.

LECTIO XVII.

a QVid autem oportet dicere & quale quid ſubſtantiam, iterum aliud velut principium facientes dicamus. forſan n ex his erit palam, & de illa ſubſtantia, quę eſt ſeparata a ſenſibilibus ſubſtantiis. Quoniã ergo ſubſtantia principium & cauſa quædam eſt, hinc eſt procedendum.

b Quæritur autem ipſum propter quid ſemper ſic, pp quid aliud aliquid alii alicui ineſt. Nam quærere pp quid muſicus hõ, muſicus homo eſt, aut eſt quod dictum eſt quærere propter qd homo muſic⁹ eſt, aut aliud. hoc quidem igitur propter quid ipſum eſt ipſum, nihil eſt quęrere. Oportet n. ipſum quia, & ipſum eſſe, exiſtere manifeſta entia. Dico autem ut quia luna patitur eclipſim. Ipſius autem quia ipſũ, una eſt ratio, & una cauſa in omnibus, propter quid homo, ho-

LECTIO XVII.

A

QVid uero, & quale quid ſubſtãtiam dicere oporteat, rurſus aliud quaſi principium cum fecerimus dicamus. Fortasſis enim ex his erit manifeſtum de illa quoque ſubſtantia; quę eſt ſeparata a ſenſibilibus ſubſtantys. Cum igitur ſubſtantia principium,

B *& cauſa quędam ſit, hinc eſt procedendum.*

Quęritur vero ipſum propter quid ſemper ſic; propter quid aliud alij alicui ineſt. quęrere nanque propter quid muſicus homo eſt, certe quærere eſt quod dictum eſt, propter quid homo muſicus eſt, aut aliud.

C *Quęrere igitur propter quid ipſum eſt ipſum, nihil eſt quęrere. oportet enim ipſum quod, & ipſum eſſe exiſtere manifeſta entia. dico autem, vtputa quod luna patitur eclipſim. ipſius autem quod id ipſum, non niſi una ratio, vnaq; cauſa in omnibus (propter quid homo eſt homo, aut muſicus, mu-*

LECTIO XVII.

a PHiloſop. in principio huius ſeptimi, promiſerat ſe tractaturum de ſubſtantia rerum ſenſibilium, q̃ eſt quodquideratesſe, q̃ logice notificauit, oſtendens ꝙ ea, quę per ſe prædicentur, pertinent ad quodquideſt, ex quo nondũ erat manifeſtũ quid ſit ſubſtantia, quæ eſt quodquideratesſe. Hanc aũt ſubſtantiam Platonici dicebãt eſſe uniuerſalia, q̃ ſunt ſpẽs ſeparatę, qđ Ari. ſupra immediate reprobauit. Võ reliquebatur, ꝙ ipſe phil oſtenderet ꝙ ſm rem ſit ſubſtantia, quę eſt quodquid erat eſſe. Et ad hoc ẽt oſtendendum pręmittit, ꝙ ſubſtantia, q̃ eſt quodquideratesſe, ſe habet ut principium & cauſa, quę eſt intẽtio huius capituli. Diuiditur ergo in partes duas. In prima dicit, de quo eſt intentio. In ſcđa, proſequit ſuã intentionẽ, ibi. [Quęritur autem ipſum pp quid.] Dicit ergo primo, quod ex quo oſtẽſum eſt, quod nihil uniuerſaliter dictorum eſt ſubſtantia, ut Platonici poſuerant, dicamus quid ſecundum veritatem oportet dicere ſubſtantiam, ſcilicet, quæ eſt quodquideratesſe, [& quale quid ſit] hæc ſubſtantia, utrum.ſ. ſit forma, uel materia, uel aliquid huiuſmodi, & hoc, inquam, dicamus interpo-

A nentes, uel dicentes quaſi aliud principium ab eo principio logico, per quod ingreſſi ſumus in principio Septimi ad inquiſitionem prædictæ ſubſtantiæ. Forſitan enim ex his, quę dicentur circa quidditates rerum ſenſibilium, erit palam de illa ſubſtantia, quæ eſt ſeparata a ſenſibilibus ſubſtantiis. Quamuis enim ſubſtantiæ ſeparatæ nõ ſint eiuſdem ſpeciei cũ ſubſtãtiis ſenſibilibus, vt Platonici poſuerunt, tamen cognitio illarum ſubſtantiarum ſenſibilium eſt uia ad cognoſcendum prędictas ſubſtantias ſeparatas. Subiungit autẽ, quid ſit illud principium aliud, per quod ad propoſitã quæſtionem ingrediendum eſt, dicens quod hinc procedẽdum eſt ad oſtendendum quid ſit prędicta ſubſtantia, ꝙ ſciamus, quod in ipſa ſubſtãtia eſt principium quoddã, & cauſa quædam. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quod ſubſtantia, quæ eſt quodquideratesſe, ſit principiũ, & cauſa: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ ſit principiũ & cauſa. Secundo, cuiuſmodi principium ſit, ibi. [Quoniam uero ex aliquo cõpoſitum ſit.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Scđo excludit quoddam qđ poſſet uideri propoſitæ rõni repugnans, ibi: [Latet autem maxime quod quæritur.] Eſt autem ſua ſuę rationis talis. Illud, de quo non quęritur per quæſtionem propter quid, ſed in ipſum alia quęſita reducuntur, oportet eſſe principium, & cauſam.

D Quęſtio enim propter quid quærit de cauſa. Sed ſubſtantia, quæ eſt quodquideratesſe, eſt huiuſmodi: non enim quæritur propter quid homo eſt homo, ſed propter quid homo eſt aliquid aliud. & ſimiliter eſt in alijs. Ergo ſubſtantia rei, quæ eſt quodquideratesſe, eſt principium & cauſa. Dicit ergo primo, quod [ipſum propter quid ſemper ſic quęritur] ideſt ipſa quæſtione propter quid vtimur quærentes, propter quid aliquid aliud ineſt alicui alii, & non propter quid aliquid ſit ipſum. [Quærere enim propter quid homo muſicus, ſit muſicus hõ, aut eſt quærere quod dictum eſt, propter quid homo muſicus, eſt homo muſicus, aut aliud] q.d. cum quærimus propter quid homo muſicus eſt homo muſicus, dupliciter põt hæc quęſtio intelligi: vno modo vt id, quod dictum eſt, & poſitũ quęratur, ſcilicet, vt de hoc toto, quod eſt homo muſicus quæratur hoc totum, qđ eſt homo muſicus. Alio modo, ut quęratur aliud de alio, vt ſcilicet de homine, qui eſt muſicus, quæratur non propter quid ſit homo, ſed propter quid ſit muſicus. Et ſtatim reprobat

E primum modum intelligendi, dicens, ꝙ quærere propter quid ipſum eſt ipſum. ſicut propter quid homo eſt homo, nihil eſt quærere. In omni enim quæſtione, qua quæritur pp quid, oportet aliquid eſſe manifeſtum, & aliquid eſſe quæſitum, qđ non eſt manifeſtum. Cum enim ſint quatuor quæſtiones, ut in Secundo Poſteriorum habetur, ſcilicet an eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid, duę iſtarum, ſcilicet quid, & propter quid, in idem coincidunt, vt ibi probatur. Sicut autem quęſtio quid eſt, ſe habet ad quęſtionem an eſt, ita quæſtio propter quid, ad quæſtionem quia. Cum igitur quæritur, propter quid, oportet illa duo eſſe manifeſta. Secundum enim quod propter quid eſt idem ei, quod eſt quid, oportet eſſe manifeſtum an eſt. ſecundum autem, quod propter quid diſtinguitur a quid eſt, oportet eſſe manifeſtum, quia. Et ideo dicit, quod cum quæritur propter quid, oportet exiſtere manifeſta entia illa duo, ſcilicet ipſum quia, & ipſum eſſe, quod pertinet ad quæſtionem an eſt. Sicut cum quęritur propter quid luna eclipſatur? oportet eſſe manifeſtũ, quod luna patitur eclipſim. ſi enim

non ſit manifeſtum hoc, fruſtra quæritur propter quid hoc ſit. Et eadem ratione cum quæritur quid eſt homo? oportet eſſe manifeſtum, hominem eſſe. Hoc autem non poteſt contingere ſi quæratur; propter quid ipſum eſt ipſum vt propter quid homo eſt homo? vel propter quid muſicus eſt muſicus? Scito, quod homo eſt homo, ſ[...] ur propter quid. E[...] enim vita ratio & vna cauſa i omnibus, quam impoſſibile eſt ignorari, ſicut nec alia communia, quæ dicunt communes animi conceptiones, ignorari poſſibile eſt. huius autē ratio eſt, quia vnumquodque eſt vnum ſibiipſi. Vnde vnumquodq; de ſe prędicatur. Niſi forte aliquis velit aſſignare aliam cauſam dicēs, quod iō homo eſt hō, & muſicum eſt muſicum, & ſic de aliis, quia vnumquodq; eſt indiuiſibile ad ſe ipſum. & ita non poteſt de ſe ipſo negari, vt dicatur homo non eſt homo. vnde oportet, vt de ſe affirmetur. Sed hęc ratio non differt a prima, quam diximus, ſcilicet quod unūquodque vnum eſt ſibiipſi. [Quia hoc erat vnum eſſe] id eſt ſupra poſueramus, quod vnum ſignificet indiuiſibile. Et ideo idem eſt dicere, quod vnumquodque ſit vnum ſibi, & indiuiſibile ad ſe ipſum. Sed etiam dato, quod hæc eſſet alia rō a prædicta tamen hoc ēt eſt commune omnibus, quia vnumquodque eſt indiuiſibile ad ſe ipſum. [Et eſt quod breue] idest ſe habet ad modum principij, quod eſt paruum quantitate, & maximum virtute. Vnde non poteſt quęri quaſi ignoratum, ſicut nec alia principia communia. Alia tranſlatio habet. [Et eſt ſimilis toni] quaſi dicat, & conſonat verum in omnibus. Alia uero litera habet. [Et eſt verum,] ſubaudiendum, per ſe manifeſtum. Sic igitur patet, quod non poteſt quæri propter quid ipſum ſit ipſum. Vnde relinquitur, quod ſemper quęritur propter quid hoc ſit aliud hoc. Et hoc ſubſequenter manifeſtat dicens, quod ſi aliquis quęreret: propter quid tale animal eſt homo? hoc quidem igitur palam, quod non quæritur propter quid homo eſt homo. Et ſic patet, quod aliud de aliquo quęritur propter quid exiſtit, non idem de ſe ipſo. Sed cum quæritur aliquid de aliquo propter quid exiſtit, oportet manifeſtum eſſe, quia exiſtit. nam ſi non ſit ita, vt ſcilicet ſi non ſit manifeſtum quod exiſtat, nihil quærit. Quęrit enim fortaſſe de eo, quod non eſt. Vel aliter ut referatur ad ſuperiora. [Nam ſi non ſit ita] idest ſi non quærit aliud de alio, ſed ipſum de ſeipſo, nihil quęrit, vt iam oſtenſum eſt. In quærendo autem propter quid de aliquo, aliquando quęritur cauſa, quæ eſt forma in materia, vnde cum quæritur, propter quid tonat? Reſpondetur, quia ſonitus ſit in nubibus. hic enim cōſtat, quod aliud de alio eſt, quod quęritur. eſt enim ſonitus in nubibus, vel tonitruum in aere. Aliquando autem quæritur cauſa ipſius formæ in materia. quę eſt efficiens vel finis. vt cum quęrimus; propter quid hæc, ſcilicet lapides, & lateres ſunt domus? In illa enim quęſtione eſt aliquid de aliquo quod quęritur, ſcilicet domus de lapidibus, & lignis. Et ideo, philoſophus non dixit ſimpliciter, quod quæratur quid eſt domus, ſed propter quid huiuſmodi ſunt domus. Palam igitur eſt, quod iſta quæſtio quærit de cauſa, quę quidem cauſa quæſita, eſt quodquideratesse, logice loquendo. Logicus enim conſiderat modum prædicandi, &

Alia litera, & ſimilis toni. Alia vero litera, & q̃ veram.

mo, aut muſicus, muſicus; niſi quis dicat, quia indiuiſibile ad ipſum vnumquodque. hoc autē erat unum eſſe. Sed hoc cōmune, quia de omnibus, & quod breue. Quærit autem aliquis: propter quid homo eſt animal tale? hoc quidem igitur palam, quia non quærit, quare qui eſt homo, homo eſt. aliquid ergo de aliquo quærit, propter quid exiſtit. quia uero exiſtit, oportet manifeſtum eſſe. nam ſi nō ita, nihil quęrit. Vt propter quid tonat? quia fit ſonitus in nubibus. G aliud enim ita de aliquo eſt, quod quæritur. Et propter quid hæc puta lateres, uel lapides, domus ſunt? Palam igitur, quod quęrit cauſam. hoc autem eſt quodquideratesse, ut eſt dicere logice; quod in quibuſdam quidem eſt cuius cauſa, ut forſan in H domo, aut lecto. in quibuſdam vero, quod mouit primum. nā cauſa & hoc. Sed talis quidem cauſa in fieri quæritur, & corrūpi, altera uero & ineſſe.

ſicum) niſi quis dicat, quod vnumquodque ad ſe ipſum indiuiſibile eſt. hoc autem erat vnum eſſe, ſed hoc. & commune de omnibus, & breue eſt. Quærat autem aliquis, propter quid homo animal tale quoddam eſt. hoc igitur manifeſtum eſt, quod non quærit propter quid is, qui eſt homo, homo eſt. aliquid ergo de aliquo quęrit, propter quid ineſt, quod autem ineſt, oportet manifeſtum eſſe. ſi enim non ita, nihil quęrit. utpute, propter quid tonat: quia ſonus in nubibus ſit. ita nanque aliud de alio eſt, quod quęritur. et propter quid hæc, utputa lateres, & lapides domus ſunt. Manifeſtum itaque eſt, q cauſam quęrit. hęc autem eſt quodquideratesse, ut logice dicam; quę in quibuſdam quidem eſt cuius gratia, utputa forteſſis in domo, & lecto: in quibuſdam uero, quod primum mouit, cauſa nanque etiam hoc. ſed talis quidem cauſa quęritur, dum quippiam ſit, uel corrumpitur, altera uero etiam, dum eſt.

par.3.

c Latet autem maxime quod quæritur in his, quę non de aliis dicuntur, ut homo quid eſt quæritur, propter ſimpliciter dici. ſed non deffinite, quia hoc, aut hoc.

Latet autem precipue quod quęritur in his, quę non de alijs dicuntur, utputa quęritur, homo quid eſt: eo, q ſimpliciter dicitur, neq; determinatur quod hoc uel hoc.

I

F non exiſtentiam rei. Vnde quicquid reſpondetur ad quid eſt, dicit pertinere ad quodquideſt, ſiue illud ſit intrinſecum, vt materia & forma: ſiue ſit extrinſecum, vt agens vel finis. Sed philoſophus, qui exiſtentiam quærit rerum, finem vel agentem cum ſint extrinſeca, non comprehendit ſub quodquideratesse. Vnde, ſi dicamus, domus eſt aliquid prohibens a frigore, & caumate, logice loquendo, ſignificatur quodquideratesse, non autem ſecundum conſiderationē philoſ. Et ideo dicit, q hoc quod quærit, vt cauſa formę in materia, eſt quodquideratesse, vt eſt dicere logice, q tū ſecundum rei veritatem, & phyſicā cōſiderationem in quibuſdam [eſt cuius cauſa] idest finis, vt in domo, aut in lecto. Exemplificat autem de artificialibus, quia in eis eſt maxime manifeſtum quod ſunt ꝓpter finem. Quā-uis enim naturalia ſint propter finem, ſuit tamen hoc a quibuſdam negatum. Poteſt igitur cum quęritur propter quid lapides, & ligna ſunt domus, reſponderi per cauſā finalem, ſ. ut defendamur a frigore, & caumate. In quibuſdam vero id, quod quæritur, vt cauſa formæ in materia [eſt quod mouit primum] i. agens. Nā hoc etiam eſt ca. Vt ſi quærit ꝓp quid lapides, & ligna ſunt domus? poteſt reſponderi, propter artem ædificatiuam. In hoc tamen differt inter cauſam agentē & finalem, quia talis cauſa, ſ. agens quęritur in fieri, & corrumpi. Altera autem cauſa, ſ. finalis, non quæritur ſolum in fieri, & corrumpi, ſed etiam in eſſe. Et hoc ideo, quia agens eſt cā formæ in materia, tranſmutando materiam ad formam, quæ ſit in generari, & corrumpi. Finis autem inquantum mouet agentem per intentionem, eſt cauſa etiam in fieri, & corrumpi. Inquantum vero res per ſuam formam ordinatur in finem, eſt ēt cauſa in eſſendo Vnde, cum dr̄, quod lapides, & ligna ſunt domus propter artem ædificatiuam, intelligitur quod ars ędificatiua eſt cauſa fiendi domum. Cum vero dr̄ quod lapides, & ligna ſunt domus, vt defendamur a frigore, & caumate, põt intelligi quod propter hoc facta ſit domus & q propter hoc eſſe domus ſit vtile. Hic autem loquitur philoſophus in ſubſtan- K tiis ſenſibilibus. Vnde intelligendum eſt, q hic dicitur ſolū de agente naturali, quod agit per motum. nam agens diuinum q influit eſſe ſine motu, eſt cauſa non ſolum in fieri, ſed etiam in eſſe. Deinde cum dicit.

c ¶ Quia ſuperius dixerat, quod cum quæritur: propter quid, ſemper quæritur aliud de alio. & hoc videtur in aliquo modo quærendi habere inſtantiam, ideo mouet hic circa hoc dubitationem, & ſoluit. Vnde circa hoc tria facit. Primo, mouet dubitationem. Secundo, ſoluit, ibi; [Sed oportet corrigentes quærere.] Tertio, infert quoddam corollarium ex dictis, ibi: Palam igitur, quod in ſimplicibus. par. ſeq. par. 5.

Dicit ergo primo [q id, quod quæritur]. ſ. in qualibet quōne quæri aliud de alio [maxime latet] i. dubitationem habet [in his, quæ non de alijs dicuntur] idest in quæſtionibus, in quibus non prædicatur aliquid de aliquo, ſed ſit quæſtio de aliquo uno ſimplici. ut cum quæritur, quid eſt homo? hoc inquam latet ꝓpter ſimpliciter dici [ſed non diffinite, quia hoc aut hoc,] idest iſta eſt cauſa dubitationis, quia in talib᷒ ſimpliciter profertur

ſertur aliquid vnum, vt homo: & non proferuntur in quæſtione illa, quibus conuenit eſſe hominem, ſicut partes, vel etiam aliquod hominis ſuppoſitum. Sed videtur hęc dubitatio non eſſe ad propoſitum. Locutus enim fuerat ſupra philoſophus de quæſtione propter quid eſt, & non de quæſtione quid eſt. hæc autem dubitatio inſtat de quęſtione par. 4. quid eſt. Sed dicendum, quod quæſtio quid, & pp quid, in idem quodammodo incidunt, vt eſt dictum. Et ideo, quę quid eſt, poteſt trāſformari in quęſtionem propter quid. Quęſtio.n. qd eſt, quærit de quidditate propter quā id, de quo quid eſt q̄ritur, prædicatur de quolibet ſuorum ſubiectorum, & conuenit ſuis partibus. Propter hoc.n. Socr. eſt homo, quia conuenit ei illud, par. 5. quod reſpondetur ad quæſtionē, quid eſt homo. Propter hoc et carnes & oſſa ſunt homo, quia quod quid eſt hō, eſt in carnib⁹, & in oſſib. Idē ergo eſt, par. 6. quærere, quid eſt homo, & quærere propter quid hoc, ſ. Soc. eſt homo? vel propter quid hoc. ſ. carnes, & oſſa ſunt homo? Sicut & ſupra quęrebatur pp quid lapides, & ligna ſunt domus? Et ideo etiam hic dicit, quod hoc facit dubitationem, ꝙ in quæſtione non additur hoc, aut hoc. Si.n. adderetur, manifeſtum eſſet quod eſſet eadem ratio in quæſtione, qua quęritur quid eſt homo, & in alijs quæſtionibus, de quib. ſupra dixit. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit prædictam dubitationem dicens, quod ad hoc, ꝙ prædicta dubitatio circa pręmiſſam quęſtionem excludatur, [oportet corrigentes quærere,] idest oportet quęſtionem pręmiſſam corrigere, vt loco eius, quod quærebatur, quid eſt homo, quęratur propter quid Soc. eſt homo? vel propter quid carnes, & oſſa ſunt homo? Si autē non ſic corrigatur iſta quæſtio, ſequitur hoc inconueniens, quod aliquid ſit commune eius, quod eſt nihil quærere, & eius quod eſt quęrere aliqd. Dictum Tex. com. 2. eſt enim ſupra, quod quęrere ipſum de ſe ipſo eſt nihil. Quærere autem aliquid de alio, eſt aliquid quęrere. Cum ergo quęſtio propter quid, in qua quęritur aliquid de alio: & quęſtio quid, in qua non videtur quęri aliquid de alio, niſi prędicto modo corrigantur, ſibi inuicem communicent, ſequetur, quod aliquid ſit commune quęſtioni, in qua nihil quęritur, & in qua aliquid quæritur. Vel aliter. Si non corrigatur quęſtio iſta, ſequetur, quod aliquid ſit commune eius, quod eſt nihil quęrere, & eius quod eſt quęrere aliquid. Tunc enim aliquid quęritur, quando ſit quęſtio de eo quod eſt: tunc vero nihil quæritur, quando ſit quęſtio de eo, quod non eſt. Si ergo in quęſtione, qua quęritur quid eſt, non oportet aliquid ſupponere, & aliud quęrere de illo, poſſet iſta quęſtio fieri & de ente, & de non ente. & ita quęſtio quæ eſt quid eſt, eſſet communiter facta & de aliquo, & de nihilo. Quoniam vero in hac quęſtione, qua quęritur quid eſt homo, oportet habere notum, exiſtere verū hoc ipſum, ꝙ eſt eſſe hominem, aliter nihil quæreretur, ſicut cum quęritur propter quid ſit eclipſis, oportet eſſe notum, quia eſt eclipſis, palam eſt, ꝙ ille, qui quęrit quid eſt homo, quærit propter quid eſt.

Nam eſſe, eſt pręſuppoſitū ad hoc ꝙ quęritur, quid eſt, quia eſt pręſuppoſitum ad pp quid. Sicut cū quærimus, quid eſt domus? idem eſt ac ſi quęrimus propter quid hęc, ſ. lapides, & ligna ſunt domus? propter hęc. ſ. [quia partes domus exiſtūt id, quod erat domui eſſe,] idest propter hoc, quod quidditas domus ineſt partibus domus. Dictum enim eſt ſupra, quod in talibus propter quid, quandoque quęrit formam, quandoque

d Sed oportet corrigētes quærere. Si autem non, commune eius quod nihil quærere, & eius ꝙ quærere aliquid, fit. Quoniam vero oportet habere, & exiſtere ipſum eſſe. palam itaque quia quærit materiam propter qd eſt: vt domus hæc. propter quid? qa hæc exiſtunt, quod erat domui eſſe, & homo hic? aut corpus tale habens? Quare cauſa quæritur materiæ. Hoc autem eſt ſpecies, qua aliquid eſt. Hæc autem ſubſtantia.

Oportet igitur recte diſponentes quęrere. quod ſi non commune ſit eius, quod nihil eſt quærere, & eius, quod aliquid quærere. Cum autem & habere & exiſtere ipſum eſſe oporteat, manifeſtum eſt, quod propter quid eſt ipſam materiam quęrit, vtputa hæc ſunt domus. propter quid; quia hæc exiſtunt, quod erat domui eſſe. & homo hoc, aut corpus hoc tale habens, qua- B *re: cauſa materiæ quæritur. hæc autem eſt forma, qua aliquid eſt. hęc autem eſt ſubſtantia.*

e Palam igitur, quoniam in ſimplicibus non eſt quæſtio, nec doctrina, ſed alter modus quæſtionis talium.

Patet itaque quod de ſimplicibus non eſt aliqua quęſtio, neque doctrina, ſed alius talium quęſtionis modus.

f Quoniam vero ex aliquo cōpoſitum ſit, vt unum ſit omne, ſed non ut cumulus, ſed ut ſyllaba. Syllaba autem non eſt elementa, nec idem A. & B. nec caro ignis, & terra. Diſſolutis enim, hæc quidem non ad-

C *Cum vero quod ex aliquo compoſitum, ita vt vnum totum ſit, non eſt vt cumulus, ſed vt ſyllaba, ſyllaba vero non eſt ipſa elementa, nec idem, quod B, & A. nec caro ignis, & terra. diſſolutis namque, hęc quidem amplius non ſunt, vt ca-*

A agentem, quandoq; finem. Et ſimiliter cum quærimus quid eſt homo, idem eſt ac ſi quęreretur propter quid hoc. ſ. Socr. eſt homo? quia ſcilicet ineſt ei quidditas hominis. Aut etiā idem eſt, ac ſi quęreretur propter quid corpus ſic ſe habens, vt puta organicum, eſt homo? Hæc enim eſt materia hominis, ſicut lapides, & lateres domus. Quare manifeſtū eſt, quod in talibus quęſtionib⁹ quęritur [cauſa materiæ,] idest propter quid materia pertingat ad naturam ei⁹ quod diffinitur. Hoc autem quęſitum quod eſt cauſa materię [eſt ſpecies] ſcilicet forma, qua aliquid eſt. Hoc autem [eſt ſubſtantia] idest ipſa ſubſtātia, quæ eſt quod quid erat eſſe. Et ſic relinquitur ꝙ propoſitum erat oſtendere, ſ. quod ſubſtātia ſit principium, & cauſa. Deinde cum dicit.

e ¶ Infert quoddam corollarium ex dictis dicens, quod ex quo in omnib. quęſtionibus quæritur aliquid de aliquo, ſicut de materia cauſa, quæ eſt formalis, vel cauſa formæ in materia, vt finis, & agens: Palam eſt, ꝙ in ſubſtantijs ſimplicibus, quę non ſunt compoſitę ex materia, & forma nō eſt aliqua quęſtio. In omni.n. quæſtione, vt habitum eſt, oportet aliquid eſſe notum, & aliquid quæri quod ignoramus. Tales autem ſubſtantiæ vel totę cognoſcuntur, vel totæ ignorantur, Tex. c6. 49. vt in Nono infra dicetur. vnde non eſt in eis quæſtio. & propter hoc de eis etiam non poteſt eſſe doctrina, ſicut eſt in ſcientijs ſpeculatiuis. Nam doctrina eſt generatio ſcientiæ. Scientia autem ſit in nobis per hoc, quod ſcimus propter quid. Syllogiſmi enim demonſtratiui facientis ſcire, medium eſt propter D quid eſt. Sed ne videatur conſideratio talium ſubſtantiarum omnino aliena eſſe a phiſica doctrina, ideo ſubiungit, quod alter eſt modus quæſtionis talium. In cognitione enim harum ſubſtantiarum non peruenimus, niſi ex ſubſtantijs ſenſibilibus, quarum ſubſtantiæ ſimplices ſunt quodammodo cauſę. Et idō vtimur ſubſtantijs ſenſibilibus, vt notis, & per eas quærimus ſubſtantias ſimplices. Sicut philoſophus infra, per motum inueſtigat ſubſtantias immateriales mouentes. Et ideo in doctrinis, & quæſtionibus de talibus, utimur effectibus, quaſi medio ad inueſtigandum ſubſtantias ſimplices, quarum quidditates ignoramus. Et etiam patet, quod illę ſubſtantię cōparantur ad iſtas, in via doctrinæ, ſicut formæ, & aliæ cauſæ ad materiam. Sicut enim quærimus in ſubſtantijs materialibus formam, finem, & agentem vt cauſas materiæ, ita quęrimus ſubſtātias ſimplices, vt cauſas ſubſtantiarum materialium.

E f ¶ Oſtendit cuiuſmodi cauſa, & principium ſit ſubſtantia, quæ eſt quod quid erat eſſe: & circa hæc tria facit. Primo pręmittit quoddam, quod eſt neceſſarium ad propoſitum oſtendendum. Secundo, mouet dubitationem, ibi: [Si igitur neceſſe illud.] par. ſeq. Tertio ſoluit, ibi: [Videbitur autem vtique eſſe aliquid.] par. 8. Circa primum innuit quandam diſtinctionem compoſitionis alicuius ex multis. Quandoque enim ex multis ſit compoſitio, ita quod totum compoſitum ex multis eſt vnum quoddam: ſicut domus compoſita ex ſuis partibus, & mixtum corpus ex elementis. Quandoque vero ex multis ſit compoſitum, ita quod totum compoſitum non eſt vnum ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. ſicut patet in cumulo vel aceruo lapidum, cum partes ſunt in actu, cum non ſint continuæ. vnde ſimpliciter quidem eſt multa, ſed ſolum ſecundum quid vnum, prout iſta multa aſſociantur ſibi in loco. Huius autem diuerſitatis ratio eſt, quia compoſitum quandoque ſortitur ſpeciem ab aliquo vno, qđ eſt vel forma, vt patet in corpore mi-

to:vel compoſito, vt patet in domo: vel ordo, vt patet in ſyllaba, & numero: & tunc oportet, quod totum compoſitum ſit vnum ſimpliciter. Quandoque vero compoſitum ſortitur ſpeciem ab ipſa multitudine partium collectarum, ut patet in aceruo, & populo, & aliis huiuſmodi. & in talibus totum compoſitum non eſt vnum ſimpliciter, ſed ſolú ſm quid. Dicit ergo philoſophus, quod quia aliquid eſt ſic ex aliquo compoſitum [vt omne] ideſt totum ſit vnum, & non hoc modo ſicut cumulus lapidum, ſed ſicut ſyllaba, q́ eſt unum ſimpliciter, in omnibus talibus oportet quod ipſum compoſitum non ſit ea, ex quibus cóponitur ſicut ſyllaba non eſt elementa. Sicut hęc ſyllaba quæ eſt Ba, non eſt idem quod hæ duæ literæ B, & A: nec caro eſt idem quod ignis & terra. Et hoc ſic probat, [quia diſſolutis] .i. diuiſis ab inuicem his, ea quibus fit compoſitio [hęc] .ſ. totum, non adhuc remanet poſt diſſolutionē. Sicut iam diuiſis elementis non remanet caro, & diuiſis literis, non remanet ſyllaba. [illa autem: a vero] ideſt literæ remanent poſt diſſolutionem ſyllabæ. Et ignis, & terra remanent poſt diſſolutionem carnis. igitur ſyllaba eſt aliqd præter elementa, & non ſolum eſt elementa, quæ ſunt vocalis, & conſonans, ſed alterum aliquid, per quod ſyllaba eſt ſyllaba. Et ſimiliter & caro non ſolum eſt ignis, & terra, aut calidum, & frigidū, per quorum virtutem elementa commiſcentur, ſed etiam eſt aliquid alterum per quod caro eſt caro. Deinde cum dicit.

par. 9.

par. 8.

part. 9.

g ¶ Mouet dubitationem circa id, quod principaliter intendit. Oſtenſum eſt enim, quòd in carne, & ſyllaba eſt aliquid præter elementa. Videtur autem, quòd omne, quod eſt, aut ſit elementum, aut ex elementis. ſi igitur neceſſe eſt id aliquod, quod eſt in carne, & ſyllaba præter elementa, aut elementum eſſe, aut ex elementis, ſequuntur hæc inconuenientia. Si quidem enim ſit elementum, iterum erit eadem ratio, & de hoc, & de aliis elementis connumerandum.n. aliis erit. Erit enim caro compoſita ex hoc, quod diximus præter elementa, & núc ponimus elementum eſſe, & ex igne, & terra. Et quia iam probatum eſt, quod in omni compoſito, quod eſt unum, oportet eſſe aliquid aliud præter elementa, erit eadem quæſtio adhuc de illo alio: quod ſi ſit elementum, iterum caro erit ex primo alio elemento, & ex elementis, & adhuc ex aliquo alio. quare ſic ibit in infinitum, quod eſt inconueniens. Si ergo iſtud aliud inuentum, non ſit elementum, ſed ſit ex elementis, palam eſt,

F quia non eſt ex elemento vno tantum, ſed ex plurib. elemētis. Quia ſi non eſſet ex pluribus, ſed ex uno tantum, ſequeretur, q̄ eſſet illud idem elementum totum. Quod enim eſt ex aqua tm̄, eſt vere aqua. Quare ſi ſit ex pluribus elementis, iterū eadem ratio erit de hoc, quę & de carne, & ſyllaba, quia. ſ. erit in eo aliqd præter elementa ex quibus eſt. & de hoc iterū redibit quæſtio eadem. Et ſic iterum procedit in infinitum. Deinde cum dicit.

h ¶ Soluit propoſitam dubitationem. & circa hoc duo facit. Primo ſoluit eam quantum ad illud, quod primo aſpectu de ipſa apparet. Secundo ſolutionem corrigit, & ad veritatem reducit, ibi: [Quoniam vero quędam.] Dicit ergo primo, q̄ illud, quod eſt in compoſitis aliud ab elementis, videbitur vtiq. in primo aſpectu eſſe aliquid, quod non ſit ex elementis, ſed ſit elementum, & cauſa eſſendi, vel carnem vel ſyllabam, & ſimiliter in aliis. Et iterum videbitur, quod hæc ſit ſubſtantia vniuſcuiuſque, quæ eſt quod quid erat eſſe. Subſtantia enim quæ eſt quodquid erat eſſe, eſt prima cauſa eſſendi. Deinde cum dicit.

par. ſeq.

i ¶ Corrigit prędictam ſolutionem quantum ad duo. Primo, quantum ad hoc, quod dixerat, quod hoc, quod eſt in compoſitis pręter elementa, eſt ſubſtantia uniuſcuiuſque. hoc enim eſt verum in rebus, quę ſunt ſubſtantiæ, non autem in rebus, quæ non ſunt ſubſtantię. forma enim ſyllabæ non eſt ſubſtantia. Secundo, quantum ad hoc, quod dixerat quod hoc ipſum eſt elementum, & cauſa eſſendi. Non enim poteſt dici elementum, ſed principium, quia elementum pertinet ad cauſam materialem. Dicit ergo, quod quia quædam rerum non ſunt ſubſtantiæ, ſicut præcipue patet in artificialibus, ſed quęcunque ſunt [ſecundum naturam] quantum ad eſſe [Et per naturam cōſtitutæ] quantum ad fieri, ſunt veræ ſubſtantiæ, manifeſtabitur, q̄ hæc natura, quam quæſiuimus, eſt ſubſtātia [in quibuſdam] .ſ. in naturalibus, & non in omnibus. Quæ ēt natura non eſt elementum, ſed principium formale. Elementum vero non dr̄ id, in quo aliquid diuiditur [inexiſtens] .i. intrinſecum, ſicut in materiam, puta elementa ſyllabæ Ba, ſunt A.B. Vnde, cum prædictum principium non ſit materiale, ſed formale, non erit elementum. Et ſic ſimul patet, & qualę principiū eſt ſubſtantia, & q̄ neque eſt elementum, neq; ex elementis, in quo ſoluitur dubitatio pręmiſſa.

huc ſunt, vt caro, & ſimilia: elementa uero ſunt, & ignis, & terra. Eſt igitur aliquid ſyllaba, non ſolum elementa vocalis, & cōſonans, ſed & alterum aliquid. Et caro non ſolum ignis, & terra, aut calidum, aut frigidum, ſed & alterum aliquid.

G

g Si igitur neceſſe, & illud, aut elementum, aut ex elementis eſſe: ſi quidem elemētum, iterum eadem erit rō: ex hoc.n. & igne, & terra erit caro, & adhuc ex alio; quare in infinitum ibit. ſi uero ex elemento, palam quia non uno, ſed plurib. aut illud ipſum erit. Quare rurſum in hoc eandem dicimus rationem, & in carne, uel ſyllaba.

H

h Videbitur autem utique eſſe aliquid hoc, & elementum, & cauſa eſſendi; hoc quidem carnem, hoc vero ſyllabam. ſimiliter & in aliis. Subſtantia autem vniuſcuiuſque, hoc elementum, & cauſa prima eſſendi.

I

i Quoniam uero quædam non ſubſtantiæ rerum, ſed quæcunq; ſubſtantiæ ſecundum naturam, & natura conſtitutæ ſunt, manifeſtabitur utique quibuſdā hæc natura ſubſtantia, quæ eſt nō elementum, ſed principium. Elemētum uero eſt, in quod diuiditur inexiſtens, ut materiam, puta ſyllabæ, quæ A. & B.

K

ro, & ſyllaba: elementa uero ignis, & terra ſunt. ergo ſyllaba aliquid, non ſolum elementa, uocalis, & muta, ſed etiam aliquid aliud. & caro, non ſolum ignis, & terra, aut calidū, & frigidum ſed etiam aliquid aliud.

Si igitur neceſſe eſt illud quoq; aut elementum, aut ex elementis eſſe, ſi elementum quidem, rurſus eadem ratio erit. ex hoc enim & igne, & terra erit caro, & item alio. quare in infinitum progredietur. ſi vero ex elemento, patet quod non ex vno, ſed ex pluribus, quam idipſum, erit. quare iterum de hoc eandem rationem dicemus, quam de carne, aut ſyllaba.

Videbitur autem eſſe aliquid tale, & non elementum, ac cauſam, ſed hoc carnem, hoc vero ſyllabam eſſe. ſimiliter & de cęteris. ſubſtantia uero cuiuſque quidem hoc. hoc nanque prima ipſius eſſe, cauſa eſt.

Cum autem quędam rerum nō ſubſtantię ſint, ſed quæcunq; ſubſtantiæ ſecundum naturam, & natura conſtitutę ſint, uideri poſſit profecto aliquib. hæc quoque natura ſubſtātia eſſe, quæ non elementum, ſed principium eſt. Elementum autem eſt, in quod exiſtens diuiditur, ut materiam, utputa ſyllabę ipſum A, & B.

Commentariorum S. Tho. ſuper Septimum Metaphy. finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM,

LIBER OCTAVVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

a Ex his itaque dictis ſyllogizare oportet, & colligentes capitulum, finē imponere.

b Dictum eſt itaque, quia ſubſtantiarum quæruntur cauſæ, & principia, & elementa.

c Subſtantiæ vero hæ, quidem confeſſæ ſunt ab omnibus, ſed de quibuſdam, ſingulariter quidam enuntiauerunt. Confeſſæ quidem phyſicæ, ut ignis, terra, & aqua, & alia ſimplicia corpora: deinde plantæ & partes corū & animalia, & partes animaliū, & tandem cęlum & partes cęli. Singulariter uero quidam ſubſtantias dicunt eſſe ſpecies & mathematica.

d Alias uero accidit, ex rationibus ſubſtantias eſſe, quodquid erat eſſe, & quod ſubiicitur. Adhuc aliter genus magis ſpeciebus, & uniuerſale ſingularibus. Vniuerſali uero, & generi, & ideę copulantur Nam ſecundū eandem rationem ſubſtantiæ uidentur eſſe.

e Quoniam autem, & quodquid erat eſſe ſubſtantia, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione, & de ſecun

LECTIO I.

Ex his igitur, quę dicta ſunt, colligere oportet, ac congregando ſummatim finem imponere.

B *Dictum autem eſt, quòd ſubſtantiarum cauſa, principia, & elementa quæruntur.*

Subſtantię uero, quędam ab omnibus conceſſę ſunt, de quibuſdam autem ſeparatim enuntiauerūt quidam. Conceſſę quidem, quę naturales ſunt. vt ignis, terra, aqua, & cętera ſimplicia corpora; deinde plantę, & partes earum animalia, & partes eorum; C *& tandem cęlum, & partes cęli. Separatim autem ſubſtantias quidam eſſe dicunt formas, & mathematica.*

Alias vero accidit, ex rationibus ſubſtantias eſſe, quodquid erat eſſe, & ſubiectum. Item aliter genus magis, quam ſpecies, & vniuerſale, quàm ſingularia. Vniuerſali uero & generi ideę quoque copulantur. D *eadem namque ratione ſubſtantię videntur eſſe.*

Cum autem, quodquid erat eſſe ſubſtantia, huius autem ratio definitio, ideo de definitione, & de ipſo per ſe determinatum eſt. Quoniam uero de-

a POSTQVAM determinauit philoſophus in ſeptimo de ſubſtantia modo logico, conſiderando, ſcilicet diffinitionem & partes diffinitionis, & alia huiuſmodi, quæ ſecundum rationem conſiderantur: in hoc lib. 8. intendit de ſenſibilibus ſubſtantiis determinare p propria principia, applicando ea, quæ ſuperius inquiſita ſunt logice,
T.cō. 1. par. prima. ad ſubſtantias illas. Et diuiditur in duas partes. In prima cōtinuat ſe ad præcedentia. In ſecunda proſequitur ſuam
par. 2. intentionem, ibi [Sēſibiles autem ſubſtantię omnes materiam
Infr. part. 6. Tex. com. 2. part. 3. habent.] Circa primum tria facit. Primo, proponit in generali ſuam inten-
part. ſeq. tionem. Secundo, repetit quędam, quæ dicta ſunt, ibi [Dictum eſt autē] Tertio, ponit continuationem dictorum ad
par. 5. dicenda, ibi [Quoniam autem, quod quid erat eſſe ſubſtantia.] Dicit ergo primo, quod cum multa dicta ſint in Septimo logica conſide-
part. 4. ratione circa ſubſtantiam, oportet ſyllogizare ex his quę dicta ſunt, ut applicentur, quæ ſecundum conſiderationem logicam dicta ſunt, ad res naturales exiſtentes. Et oportet [colligentes capitulum] idest,
part. 5. ſummatiue & recapitulatim recolligentes, quæ dicta ſunt, imponere finem cōplendo tractatū de ſubſtantiis, ut fiat tractando ea, quæ ſuperius tractatis deſunt. Deinde cum dicit.

Tex. com. 5. b ¶ Reſumit quædam eorum, quæ dicta ſunt, qui a dictum eſt in Septimo, quod in hac ſcientia principaliter quęruntur cauſæ, & principia, & elementa ſubſtantiarum. Cum enim hęc ſcientia conſideret ens commune, ſicut proprium ſubiectum, quod quidem diuiditur per ſubſtantiam, & nouem genera accidentium, accidentium vero cognitio ex ſubſtantia dependeat, vt in Septimo probatum eſt, relinquitur quod principalis intentio huiuſmodi
Tex. com. 4. ſcientiæ ſit circa ſubſtantias. Et quia ſcire vnumquodque non contingit niſi cognitis principiis, & cauſis eius, ſequitur quod ad hanc ſcientiam pertineat inquirere principia, & cauſas, & elementa ſubſtantiarum. Quę tria qualiter differant ſuperius in quinto oſtenſum eſt.

lect. 1. 2. 3. c ¶ Reſumit aliquid ſuperius dictorum, ſcilicet modos, quib. accipitur ſubſtantia. Et primo, ponit quæ dicuntur ſubſtantiæ

A in rerum natura exiſtentes, quarum quaſdam omnes confitentur eſſe, ſcilicet ſubſtantias ſenſibiles, vt terra & aqua, & alia elementa: & vlterius ſecundum ordinem nobilitatis & perfectionis plantæ, & animalia, & partes eorum: & vltimo cœlū, & partes cœli, ſicut ſunt orbes & ſydera, quæ tranſcendunt alias ſubſtantias ſenſibiles in nobilitate. Quaſdam vero ſubſtantias, non omnes cōfitentur in rerum natura ſubſiſtere: ſed quidā poſuerūt ſingulariter eas eē, qui ponunt ſpecies, & mathematica ſeparata ſiue eſſe, volentes, q cuilibet abſtractioni intellectꝰ reſpondeat abſtractio in eſſe rerum. Et quia intellectus abſtrahit vniuerſale a particularibus, vt hominem a Socr. & Platone, poſuerunt ſpecies ſeparatim p ſe ſubſiſtere. Quia vero intellectus abſtrahit aliquas formas a materiis ſenſibilibus, ut puta curuum, de cuius intellectu non eſt naſus, ſicut de ratione ſimi, & linea, & alia huiuſmodi, quæ mathematica dicūtur, poſuerunt mathematica ſeparata.

d ¶ Ponit modos accipiendi ſubſtantias ſecundū rationis acceptionem, & ponit duos modos. quorū vnus eſt, q ſubſtantia dicitur quidditas aliquius ſubſtantiæ naturalis, quę quidem nihil aliud eſt, q ipſum, quid eſt rei naturalis. Alio modo dicitur ſubſtantia ſecundum aliam acceptionem. ſecundum quam genus dicitur magis ſubſtantia, quàm ſpecies, & vniuerſale magis, quàm ſingularia, vt quidam poſuerunt, prout in 3. lib. in quæſtionibus tractatum eſt. Et huic acceptioni ſubſtantiæ, ſecundum quam vniuerſale, & genus ſubſtantia dicuntur, coniuncta eſt ratio de ideis, quas ſupra dixit ſpecies. Eadem enim ratione ponuntur ideæ eſſe ſubſtantiæ, & vniuerſalia. Deinde cum dicit.

c ¶ Continuat ſe ad præcedentia, dicens quid determinatū ſit, & quid determinandū reſtat. Dicit ergo. Quia quodquid erat eſſe eſt ſubſtantia, & ratio ſignificatiua eius eſt diffinitio, propter hoc in præcedenti libro determinatum eſt de diffinitione. Et quia diffinitio conſtat ex his, quę prædicantur per ſe, ppter hoc etiam ibi determinatum eſt de eo, quod eſt ſecundum ſe. Et quia diffinitio ratio eſt partes habens, neceſſariū fuit determinare

minare de partibus diffinitionis, quæ ſcilicet ſint partes rei diſ finitæ,& quæ non,& vtrum eædem ſint diffinitionis partes,&
Te.com.43. diffiniti ; & ſecundum aliam literam [Vtrum partes diffinitionis oporteat diffiniri.] Et primum melius eſt. Item in ſeptimo oſtenſum eſt, quod neque vniuerſale, nec genus eſt ſubſtãtia. Et ſic tota conſideratio, quæ accipit de rõnibus, & de ſubſtantia, in 7. lib. pertractata ẽ. Inter has ſubſtãtias vero,quæ in rerum natura exiſtunt, de ideis & Mathematicis poſterius eſt perſcrutandum, quas quidam dicunt ꝑ ſe ſingulariter ſubſiſtere præter ſubſtãtias ſenſibiles. De hoc enim agetur in
Li.13. & 14. vltimis libris huius doctrinæ. nunc autẽ immediate oportet tractare de illis ſubſtantiis, quas omnes confitentur eẽ, ſcilicet, de ſenſibili-
Tex. com.3. part. 6. bus, vt ex manifeſtis ad immanifeſta procedatur.

f ¶ Poſita continuitate dictorum ad dicẽda, hic incipit philoſophꝰ tractare de ſubſtantiis ſenſibilibus, inquirẽdo principia earum. Et diuidit in partes duas. In prima, determinat de materia, & forma, quę ſunt principia ſubſtantiarum ſenſibilium. In ſecũda de vnione earum adinuicem, ibi [De dubitatione.] Circa primum duo facit.
Infra lect. 5. Tex. com.4. part. 7. Primo oſtendit, ꝙ materia, & forma ſunt principia ſubſtantiarum ſenſibilium: ſecundo determinat ea, quæ ſunt conſideranda circa
Lect. 3. vtrũque, ibi [Oportet autem non ignorare.] Circa primũ duo facit. Primo, manifeſtat, quod materia ſit principium ſubſtantiarum ſenſibilium. Secundo manifeſtat hoc idem de forma, ibi [quoniam autem, & quæ quidem.] Circa primũ
Lect. seq. par. 1. tria facit. Primo, oſtendit, quid ſit materia diuidens eã contra alias acceptiones ſubſtantiæ. Vnde dicit, quod omnes ſubſtantiæ ſenſibiles habent materiam, quod ideo eſt, quia omnes ſunt in motu, & motus non eſt ſine materia. Sed ſciendum eſt, quod materia aliter dicitur ſubſtantia, & aliter forma, & aliter compoſitum. Materia.n. dicitur ſubſtantia, non quaſi ens aliquid actu exiſtens in ſe conſiderata, ſed quaſi in potentia, vt ſit aliquid actu, hæc dicitur eſſe hoc aliquid. Forma vero quę & ratio nominatur, quia ex ipſa ſumitur ratio ſpeciei, dicitur ſubſtantia, quaſi ens aliquid actu, & quaſi ens ſeparabile, ſecundum rationem a materia, licet non ſecundum rem. Compoſitum vero ex his, dicitur eſſe ſubſtantia, quaſi [ſeparabile ſimpliciter] ideſt, ſeparatum per ſe exiſtere potens in rerũ natura, & eius ſolius eſt generatio & corruptio. Neq; enim for-

F ma, neque materia generatur, aut corrumpitur, niſi per accidẽs. Et licet compoſitum ſit ſeparabile, ſimpliciter tamen ſecũdum rationem, aliorum quę dicuntur ſubſtantię, quędam ſunt ſeparabilia, & quędam non. Forma enim eſt ſeparabilis ratione, quia poteſt intelligi ſine materia ſenſibili indiuiduante. Materia uero non poteſt intelligi ſine intellectu formę, cum non apprehendatur niſi ut ens in potentia ad formam.

Vel poteſt eſſe ſenſus, quod [ſubſtãtiarum ſecundum rationem] ideſt, formarum, quædã ſunt ratione ſeparabiles, ut mathematicæ, ꝗdam non, vt formę naturales. Vel iterũ, quòd quędam ſunt formæ ſeparatæ abſque materia exiſtentes, de quibus inferius determinabit. Secundo ibi.

g ¶ Dicit, quod neceſſe eſt in ſubſtantiis ſenſibilibus ponere materiã, quaſi ſubſtantiam & ſubiectum. In omni.n. mutatione*, oportet eſſe ſubiectũ commune terminis mutationis in cõtrariis mutationibus, ſicut in mutatione ſecundum locum, eſt aliquod cõmune ſubiectum, quod nũc eſt hic, & iterum alibi. Et in augmento eſt aliqđ ſubiectũ commune, ꝙ nunc habet tantam quantitatem, & iterum minorem, quantum ad decrementum, & maiorẽ, quantum ad augmentum. Et in alteratione eſt aliqđ ſubiectũ, quod nũc eſt ſanum, & nunc infirmum. Cum igitur ſit quędam mutatio ſecundum ſubſtantiam, ſ. generatio, & corruptio, oportet eſſe aliquod commune ſubiectũ, ꝙ ſubiiciatur contrariis mutationibus ſecundum generationẽ, & corruptionẽ, & hoc poſitis terminis, q ſunt forma & priuatio, ita ſcilicet quod quandoque ſit actu per formam, & quandoq; ſit ſubiectũ priuationis illiꝰ formę. Ex hac autem Ariſt. ratione apparet, quod generatio, & corruptio ſubſtantialis ſunt principium veniendi in cognitionem materię primę. Si enim materia prima de ſe haberet aliquam formam propriam, per eam eſſet aliquid actu, & ſic, cũ ſuperinduceretur alia forma, non ſimpliciter materia per eam eſſet, ſed fieret hoc vel illud ens: & ſic, eſſet generatio ſecundũ quid, & non ſimpliciter. Vnde oẽs ponentes primum ſubiectũ eſſe aliquod corpus, ut aerem & aquam, poſuerunt generationem idem eſſe, quod alterationem. Patet autem ex hac ratione, qualiter accipiendus ſit intellectus materiæ primæ, quia ita ſe habet ad omnes formas & priuationes, ſicut ſe habet ſubiectum alterabile ad qualitates contrarias.

h ¶ Oſtendit

---

dum ſe eſt diffinitum. Quoniam autem diffinitio ratio eſt, ratio autem partes habet, neceſſe & de parte erat conſiderare, quæ ſubſtantię partes, & quę non : & ſi hę diffinitioni opus ſunt. Amplius etiam nec vniuerſale ſubſtantia, nec genus. De ideis vero & mathematicis poſterius perſcrutandum eſt. Nam præter ſenſibiles ſubſtantias quidam dicunt eſſe eas. Nunc autem de confeſſis ſubſtantiis tractabimus. hæ vero ſenſibiles.

f Senſibiles autem ſubſtantiæ, omnes materiam habent. Eſt autem ſubſtantia, quod ſubijcitur; aliter quidem materia. Materiam vero dico, quę non hoc aliquid ens actu, poteſtate autẽ eſt hoc aliquid. Aliter vero ratio, & forma, quia aliquid ens, ratione ſeparabile eſt. Tertium vero quod eſt ex his, cuius ſolius generatio, & corruptio, & ſeparabile ſimpliciter. Nam ſecundum ſubſtantiarum rationem, hæ quidem ſeparabiles, illæ vero non.

g. Quia vero ſubſtantia eſt materia, palam. Nam in omnibus mutationibus oppoſitis eſt aliquid, quod ſubijcitur mutationibus. vtputa ſecũdum locum, quod nunc hic, iterum & alibi: Et ſecundum augmentum, quod nunc quidem tantum, iterum minus, aut maius. Et ſecundum alterationem, quod nũc quidem eſt ſanum, iterum laborat. Similiter autem ſecundum ſubſtantiam, quod nunc quidem eſt in generatione, iterum in corruptione; & nunc quidem quod ſubijcitur, & hoc aliquid. Iterum autem quod ſubijcitur, ſic ſecundum priuationem.

---

finitio ratio, ratio autem partes habet, neceſſe quoque de parte erat uidere, quęnam ſubſtantię partes, & quę uõ, & ſi has definitionis quoque eſſe oportet. Item etiam, nec uniuerſale ſubſtãtia eſt, neque genus. De Ideis uero, & Mathematicis, poſterius conſiderandũ eſt. etenim præter ſenſibiles ſubſtantias, has quidem eſſe dicunt. Nunc uero de conceſſis ſubſtantiis tractemus.
G *hæ autem ſunt, quę ſenſibiles ſunt.*

Senſibiles uero cunctę ſubſtantię materiam habent. Eſt autem ſubſtantia idipſum, quod ſubijcitur, aliter quidem materia, & aliter ratio. materiam autem dico, quę, cum non quod*
H *quid actu ſit, potentia eſt quod quid. Aliter autem ratio, & forma, quod cum ſit, quod quid ratione ſeparabile eſt. Tertium uero, quod ex his eſt, cuius generatio ſolius, & corruptio eſt, & ſeparabile ſimpliciter. earum enim ſubſtantiarum, quę ſecundum rationem, quędam ſunt ſeparabiles, quędam uero non.*

Quod autem materia quoque ſubſtantia eſt, patet. In cunctis nanque
I *oppoſitis tranſmutationib. eſt aliquod tranſmutationis ſubiectum. utputa ſecundum locum, quod nunc hic, rurſus alibi, & ſecundum augmentationem, quod nunc tantum, rurſus minus aut maius: & ſecundum alterationẽ, quod nunc ſanum, rurſus ęgrum. ſimiliter autem & ſecundum ſubſtantiam, quod nunc in generatione, rurſus in corruptione. & nunc quidem ſubiectum, ut quod quid, rurſus autem ſubiectum, ut ſecundum priuationem.*

K

* alia litera non habet hęc, & aliter ratio.

h ¶ Oſtendit, quòd materia nõ eodem modo eſt in omnibus ſubſtantiis ſenſibilibus dicens, ꝙ materiam exiſtentem ſubiectum generationis, & corruptionis ſequuntur aliæ mutationes. Sequitur enim, ſi ſit generabile & corruptibile, quod ſit alterabile, & ſecundum locum mutabile. Sed ipſa, ſcilicet materia ſubiecta generatio-
par. 8. ni & corruptioni, non ſequit̃ ad quaſcunque alias mutationes, & præcipue ad illã, quæ eſt loci mutatio. Non.n.ſequitur, ſi aliq̃d hẽat [materiam localẽ] idest, per quam ſit i potentia ad vbi, ꝙ habeat materiã [generabilem, & corruptibilem] idest, ſubiectam generationi, & corruptioni. Deficit enim hoc in cor-
par. 2. part. 5. poribus cœleſtib⁹, in quibus etiam eſt alteratio aliqualis ſecundum illuminationem, & obſcurationem, non tamen generatio & corruptio. Et ideo dixit [vnam] propter loci mutationem, vel duas, propter talem
12. alterationem, quę tamen non vere eſt motus alterationis: quia illuminatio nõ eſt motus, ſed terminus motus. Sic autem ſecundũ q̃libet mutationem oportet accipere materiam, ſicut in quali-
part. 3. libet mutatione eſt aliquis modus fiendi ſimpliciter, vel ſecũdum quid. Quæ
Tex. co. 62. autem eſt differentia eius, quod eſt fieri ſimpliciter, & ſecundum quid, dictum eſt in primo Phyſico. quia ſimpliciter fieri, eſt ſecundum ſubſtantiam: fieri ſecũdũ quid, eſt ſecundum accidens.

h Et hanc ſequuntur aliæ mutationes, aliorum vero aut vnam, aut duas, hæc non ſequitur. Non enim neceſſe ſi aliqd materiam habet localem, hoc & generabilem, & corruptibilem habere. Quæ enim differentia ſimpliciter fieri, & non ſimpliciter, in phyſicis dictum eſt.

Et ſequuntur hanc etiam alię trãſmutationes. Cæterarum uero, aut unam, aut duas hæc non ſequitur, non enim eſt neceſſe, ſiquid materiam habet localem, hoc generabilem etiam, & corruptibilem habere: Verum, quæ inter ſimpliciter fieri, & non ſimpliciter differentia ſit, in Phyſicis dictum eſt.

B

LECTIO II.

a QVoniam autem, & quæ quidem vt ſubiectum, & vt materia ſubſtantia confeſſa eſt, hæc autem quę poteſtate, reliquum eam, quæ vt actum ſubſtantiam ſenſibilium, dicere quæ eſt.

CVm autem quędam, ut ſubiecta, & ut materia, concedatur ſubſtantiis, hæc autem eſt, quę potentia eſt, reſtat illam; quę ut actus ſubſtantia ſenſibilium eſt, quę nam ſit dicere.

b Democritus quidem igitur tres differentias ſimul eſſe exiſtimauit. Nam ſubiectum corpus ſecũdum materiam vnum & idem. Differre autem aut rhyſmo, quod eſt figura; aut trope, quod eſt poſitio; aut diathige, quod eſt ordo.

C

Democritus igitur tres differentias eſſe uidetur exiſtimare, ſubiectũ enim corpus, materiam, unum & idem. differre autem, aut rhyſmo, quod eſt figura; aut trope, quod eſt ſitus; aut diathige, quod eſt ordo.

c Videntur autem multæ differentiæ eſſe. vt alia quidẽ compoſitione dicuntur materiæ, ſicut quæcũque miſtura, quemadmodum mellicratum. Alia autem ligatione, vt capitis ligatura. Alia viſco, vt liber. Alia clauo, vt arca. Alia in pluribus horum. Alia poſitione, vt liminare inferius, & ſuperius. hæc enim in poſitione aliqualiter differunt. Alia tempore, vt cœna & prandium. Alia loco, vt ſpiritus. Alia ſenſibilium paſſionibus, vt duritie & mollitie, ſpiſſitudine & raritate, ſiccitate, & humiditate. Et hæc quidem horum quibuſdam, alia omnibus his, & omnino. Alia ſuperabundantia; alia defectu.

D

Videntur autem multę differentię eſſe. utputa quędam compoſitione dicuntur materię, ſicuti quęcunque miſtura, quemadmodum mellicratum. quędam clauo, ut arca; quędam ligamine, ut faſcis: quędam glutine, ut liber; quędam pluribus ex his, quędam poſitione, ut limen & ſuperliminare. hęc enim, eo quod modo, quodam ſita ſint, differunt. quędam tempore, ut cęna, & prandium; quędam loco, ut uenti. quędam ſenſibilium paſſionibus, ut duritie & mollitie, & denſitate & raritate, & ſiccitate & humiditate, & quędam quibuſdam ex his, quędã omnibus his. & omnino; quædam redundantia, quędam defectu:

E

LECTIO II.

a POſtquam philoſophus inquiſiuit i ſubſtãtiis ſenſibilibus materiale principium, inquirit de principio formali. Et primo continuat ſe ad præcedentia dicens, ꝙ quia ſubſtantia, quæ eſt vt materia, & ſubiectum, confitentur omnes, cum etiam antiquiſſimi, materialium ſubſtantiam rerũ ponerent eſſe materiam: huiuſmodi vero ſubſtantia eſt in potentia. reſtat igitur de forma, quæ eſt ſenſibilium per modum actus, dicere quid ſit. Secundo ibi.

b ¶ Proſequitur ſuam intentionem, & circa hoc duo facit. Primo, inueſtigat differẽtias in rebus ſenſibilibus, quæ formale principium demonſtrant. Secundo, quædam corollaria con-
Infra par. 8. cludit, ibi [Palam itaque ex his quia actus.] Circa primum duo facit. Primo, inueſtigat quaſdam differentias acciden-
par. 6. tales rerum ſenſibilium. Secundo, oſtendit comparationem earum ad ſubſtantiales differentias, ibi [Palam igitur ex his, quia ſi ſubſtantia.] Circa primum duo facit. Primo, inueſtigat dif-

A

ferentias accidentales rerum ſenſibilium. Secundo, oſtẽdit qualiter prædictæ differentiæ ſe habent ad ea, quorum ſunt, ibi [Quare palam quia.] Circa primum, duo facit. Primo, ponit opinionem Democriti de differentiis rerum dicens, quod Democritus ſimilis eſt exiſtimanti [tres eſſe differentias rerum] idest, ſecundum ea, q̃ ponit, uñ exiſtimare quod omnes differentiæ rerum ad tria genera rerum reducantur. Ponebat.n. principia rerum materialium eſſe corpora indiuiſibilia, q̃ tũ ſiot eiuſdem naturæ, conuenientia ſunt adinuicem. Diuerſitatem autem rerum conſtituunt ꝑ differẽtiam poſitionis, figuræ, & ordinis. Et ſic uidetur ponere, ꝙ corpus, qđ eſt ſubiectum, quaſi materiale principiũ unum & idem exiſtens ſecundum naturam, quãuis ſit in infinita diuiſum ſecundum numerum, [differt] idest, diuerſificatur in diuerſas res propter differentiam figuræ, poſitionis, aut ordinis. Dif- ρυσμὸς ferentia enim figurę τροπὴ eſt ſecundum rectũ, διαθιγὴ & circulare. Poſitionis autem ſecũdum ſurſum & deorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum. Ordinis autem ſecũdũ pri⁹ & poſterius. Secundo ibi.

c ¶ Oſtẽdit poſitionem Democriti eſſe inſufficientem, quia multæ aliæ uidentur eſſe rerum differentiæ, quę in prędictas nõ reducunt̃. Quædam enim differunt ſecundum diuerſum modum cõpoſitionis partiũ materialium. In quibuſdam enim partes materiæ componuntur, ꝑ modum miſtionis, ſicut mellicratum. In quibuſdam uero, quia ligantur aliquo vinculo, ſicut eſt ligatura capitis mulieris. In quibuſdam ẽt coniunguntur aliqua colla, uel viſco, ſicut fit in libris. In quibuſdam uero adunantur partes clauo, ſicut fit in arca. In quibuſdam uero fit adunatio partium pluribus prædictorum modorum. Alia uero differunt ab inuicem ſicut poſitione, ſicut liminare ſuperius, & liminare inferius, quę quidem differunt ab inuicem ex eo, quod ſic ponuntur. ſ. ſupra vel infra. Quædam uero differunt tempore, ut cœna, quę eſt comeſtio ſerotina & prandium, quod eſt comeſtio matutina. Alia differunt loco, ut [ſpiritus,] idest, uenti, quorum Aquilo a Septentrione ſlat, Fauonius ab occidente, Auſter a meridie, Subſolanus ab oriente. Alia uero differunt [ſenſibilium paſſionibus,] idest, duritie & mollitie, & aliis huiuſmodi.

Et quędam in aliquibus horum, & quædam his omnib. Alia per ſuperabundantiam & defectum. Hoc autem addit, quia ſm antiquos philoſophos omnes huiuſmodi ſenſibilium paſſiones

ad

ad ſuperabundantiam & defectum reducuntur. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit qualiter prędictæ differentiæ ſe habent ad ea, quorum ſunt, & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit, quod in ipſis differentiis conſiſtit eſſe eorum, quorũ ſunt differentiæ conſtitutiuæ. Secũdo, cõcludit, quod ad cognoſcẽdum principia eſſendi oportet reducere differentias in aliqua prima genera, ibi [Sumenda igitur ſunt] Dicit ergo primo, quod quia prędictę differentiæ ſunt cõſtitutiuę rerum, de quib. ſupra dictũ eſt, manifeſtum quod ipſũ eſſe prędictarũ rerum, toties dr̃, quot ſunt differẽtiæ. Differentia.n. complet diffinitionem ſignificantem eſſe rei. Limen.n. eſt huiuſmodi. [quia ita ponit. Et ipſum ſic poni, eſt eſſe ipſius,] i. propria eius rõ. Et ſimiliter eſſe cryſtalli, ẽ ipſum taliter inſpiſſari, & ex omnibus prædictis differt eẽ quarundam rerum: hoc quidem in eo, quod cõmiſcentur, alia quidem in eo, quod cõplectuntur, & alia aliis differentiis utuntur, ſicut man⁹, & pes, & aliæ huiuſmodi partes, quę hñt proprias differentias ſecũdum, quod ordinãtur ad determinatas operationes. Deinde cum dicit.

part.4.

D.506.

Tex. com.6. part.5.

part.6.

e ¶ Cõcludit, quod ex quo in differẽtiis conſiſtit eſſe rerũ, & ſic intendẽda eſt earum cognitio, utile eſt ſumere gña differentiarum, reducendo ſ. poſteriores differentias generis in primas, quia differentiæ huiuſmodi cões, & propriæ, erunt principia eſſe totius generis, ut patet in differentiis, q̃ ſunt ſecundum magis, & minus, & ſecundum rarum, & ſpiſſum, & alia huiuſmodi. Nam rarũ & denſum, & ſimilia reducũtur ad magnum, & paruum. Oĩa.n. hæc ſignificant ſupabundantiam & defectum. Et ſimiliter ſi quid pertinet ad figuram aut aſperitatem & lenitatem, omnia reducuntur ad rectum & curuum, quæ ſunt primę differentię ad figuram pertinentes. Et ſimiliter oportet, quod aliqua reducãtur ad eſſe miſtum, uel non eſſe miſtum, quia quędam ſunt, quorum eſſe eſt in eo, quod miſcetur: non eſſe uero eorum, in eo quod oppoſito modo ſe habent. Deinde cum dicit.

part.7.

f ¶ Oſtendit, quomodo prædictæ differẽtiæ ſe habeãt ad ſubſtantias & dicit. Ex prędictis iã manifeſtum eſt, quod in prędictis differentiis eſt quærendum, quæ ſit cauſa formalis eſſendi cuiuslibet prędictorum, quorum ſunt differẽtię, ſi ita eſt, quod

F ſubſtãtia formalis vel quodquid eſt, eſt cauſa cuiuslibet eſſendi, vt in ſeptimo manifeſtum fuit. Prædictæ.n. differentiæ ſignificant formam, & quodquideſt prædictarum rerum. Nulla autem differentiarum prædicta eſt ſubſtantia, neque aliquid ſubſtantiæ aſſoc, quaſi pertinens ad genus ſubſtantiæ. Sed eadem proportio inuenitur in eis, quæ eſt in ſubſtantia. Sicut enim in genere ſubſtantiæ, differentia, quæ prædicatur de genere, & aduenit ei ad cõſtitutionem ſpeciei, comparatur ad ipſum vt actus, & forma, ita etiam in aliis diffinitionibus. nõ enim eſt intelligendum, quod differentia ſit forma, aut genus ſit materia, cum genus, & differentiæ prædicẽtur de ſpecie, materia autem, & forma non prædicentur de compoſito. Sed hoc dicit, quia gen⁹ ſumitur ab eo, quod eſt materiale in re, differentia vero ab eo, quod eſt formale. Sicut genus hominis eſt animal, quia ſignificat aliquid habens naturam ſenſitiuam, quę quidem materialiter ſe habet ad naturam intellectiuam, a qua ſumitur rõnale, quæ eſt differentia hominis. Rationale vero ſignificat aliquid, habens naturam intellectiuam. Et inde eſt, quod genus habet differentias poteſtate, & quod genus & differentia proportionantur materiæ, & formæ, vt Porphyrius dicit. Et propter hoc etiã hic dicitur [quod actus], i. differentia, prædicatur [de materia], i. de genere. Et ſimiliter eſt in aliis generibus. Siquis enim velit limẽ diffinire, dicet, quod eſt lapis vel lignum taliter poſitum. In qua diffinitiõe lapis vel lignum eſt ut materia, poſitio vero ut forma. Et ſimiliter in diffinitione domus, lapides & ligna ſunt materia, & talis modus compoſitiõis eſt, vt forma. Et etiam vlterius in quibuſdam additur finis, a quo neceſſitas formę dependet. Et ſimiliter in diffinitione cryſtalli, aqua eſt ſicut materia, congelatio vero vt forma. Et in diffinitione ſymphoniæ acutum, & graue ut materia, & modus commiſtionis, ut forma. Et ita eſt in omnibus aliis. Deinde cum dicit.

Te com. 5? & inde.

g ¶ Concludit ergo ex prædictis duo corollaria, quorum primum eſt, quod diuerſarum materiarum diuerſi ſunt actus, & formæ. In quibuſdam enim eſt actus compoſitio, in quibuſdam commiſtio, aut aliquid dictorum. Deinde cum dicit.

d Quare palam, quia & eſſe toties dicitur. Limẽ enim inferior eſt, quia ita ponitur. Et eſſe, ſic ipſum poni ſignificat. Et cryſtallum eſſe, ſic inſpiſſari. Quorundam uero eſſe, & omnibus his diffinietur, hoc quidem permiſceri, hæc autem contemperari, illa vero ligari, alia inſpiſſari: alia autem aliis differentiis uti, ſicut manus, aut pes.

Quare patet, quod & ipſum eſt toties dicitur. limen enim eſt, quoniã ita ſitum eſt. & eſſe, ſic ipſum poni ſignificat, & glaciem eſſe, ſic denſari. Quorundam uero eſſe, & his omnibus definitur: eo quod quædam miſcentur, quædam temperantur, quædam ligantur, quædam denſantur, quędam cæteris differentiis utuntur, ſicuti manus, aut pes.

G

e Sumenda autem ſunt genera differentiarum. Hæc nanque erunt principia eſſendi, ut quę in magis & minus, aut ſpiſſo & raro, & aliis talib. Omnia nanque ſuperabundantia, & defectus ſunt. Siquidem aut figura, aut lenitate, aut aſperitate, aut recto, aut circulo. his autem eſſe, erit miſceri, oppoſitæ uero nõ eſſe.

Accipienda igitur genera differentiarum. hæc enim principia exiſtentia erunt. ut quæ in magis & minus, aut denſo & raro, & cæteris talibus. cuncta etenim hæc redundantia & defectus ſunt. Quod ſiquid figura, aut lenitate, aut aſperitate, omnia recto, & curuo. his uero eſſe erit miſceri, oppoſito autem modo, non eſſe.

H

f Palam itaque ex his, quia ſi ſubſtantia cauſa eſſendi unumquodque, quod ex his eſt, quærendum, quæ eſt cauſa eſſendi horum unumquodque. Subſtãtia quidem igitur nihil horum nec combinatum, attamen proportionale in quolibet. Et ut in ſubſtantiis id, quod de materia prædicatur, eſt actus ipſe, & in aliis diffinitionibus maxime. Vt ſi limẽ inferius oporteat diffiniri, lignũ aut lapidem ita poſitum dicemus. & domũ, lateres & ligna ſic poſita. (Aut adhuc & cuius cauſa in quibuſdã eſt.) Si uero cryſtallum, aquam cõgelatam, aut inſpiſſatã. Ita in ſymphonia, aut acuti, & grauis cõmiſtio talis: eodemquoque modo & in aliis.

Manifeſtum igitur ex his eſt, quod ſi ſubſtantia cauſa eſt, ut unumquodque ſit, in his quærendum eſt, quænam ut horum ſingula ſint, cauſa eſt. Subſtantia itaque nihil horum eſt, neque combinatum: attamen proportionale in unoquoque. Et quemadmodum in ſubſtantiis, quod de materia prędicatur, ipſe actus eſt; & in aliis definitionibus maxime. vtputa, ſi limen oportebit definire, lignum, aut lapidem ſic poſitum dicemus. & domum, lateres, aut ligna ſic poſita. (Aut etiã & cuius cauſa in quibuſdam eſt.) Si uero glaciem, aquam congelatam, aut ſic denſatam. conſonantia vero eſt acuti, & grauis miſtio talis. eodem autem modo, & in cęteris.

I

g Palã itaque ex his. quia actus alius alterius materiæ & ratio. Aliorum enim compoſitio, aliorum miſtio, & aliorũ aliud, quid dictorum.

Manifeſtum itaque ex his eſt, quod actus alius alterius materię, & ratio. quorundam enim compoſitio, quorundam miſtio. quorundam aliquid aliud eorum, quę dicta ſunt.

K

h ¶ Secundum

h Propter quod diffinientiũ, hi quidem dicentes quid eſt domus, quia lapides, lateres, ligna, poteſtate domum dicunt. Materia nanque hæc. Illi uero vas protectitiuum pecuniarum & corporum, aut aliud aliquid tale addentes, actum dicunt. Alii ambo ea componentes, tertiam & eam, quæ ex his eſt, ſubſtantiam. Videtur enim, quæ quidem per differentias ratio ſpeciei, & actus eſſe. Quæ vero eſt inexiſtentibus, materiæ magis. Similiter autem, & quos Architas approbauit terminos. ſimul enim vtriuſque ſunt. Vt quid eſt ſerenitas? quies in aeris pluralitate. aer quidem materia, actus & ſubſtantia quies. Quid eſt tranquillitas? maris æquitas. Subiectum quidem, vt materia, mare; actus autem & forma, æquitas.

Quare eorum, quę definiunt, hi quidem, qui dicunt, quid eſt domus, quod lapides, lateres, ligna, potentia domũ dicunt. materia enim hęc ſunt. Qui uero uas conſeruatiuum rerum, & corporum, aut aliquid aliud tale addentes, actum dicunt. Qui porro hęc ambo componunt, tertiam, & quæ ex his eſt, ſubſtantiam. uidetur etenim ea quidem, quę ex differentijs ratio fit formę & actus eſſe. quę uero ex his quę inſunt, materię magis. Similiter, et quas Arshytas approbat definitiones. etenim ſimul utriuſque ſunt. utputa quid eſt Serenitas? quies in multitudine aeris. materia quidem aer: actus uero, & ſubſtantia quies. quid eſt Tranquillitas: maris planities. ſubiectum quidem; ut materia, mare; actus uero & forma, planities,

C

i Palam itaque ex dictis, quę ſit ſenſibilis ſubſtantia, & quonio do; & hæc quidem enim ut materia, illa vero ut forma, quia actus; tertia autem, quæ ex his.

Manifeſtum itaque ex dictis eſt, quænam ſenſibilis ſubſtantia, & quo modo ſit. etenim hæc quidem ut materia, hęc autem ut forma, quoniam actus, tertia uero ex his.

LECTIO III.

a OPortet autem non ignorare, quia aliquando latet, vtrum ſignificet nomẽ compoſitam ſubſtantiam, aut actum & formam. Vt domus, vtrum ſignificet communiter, quia tegumentum ex lateribus & lapidibus ſic compoſitis: aut actus & ſpecies, quia tegumentum. Et linea, vtrum dualitas in longitudine, aut quia dualitas. Et animal, vtrum anima in corpore, aut anima. hæc nanque ſubſtantia & actus corporis alicuius.

LECTIO III.

D *OPortet autem non ignorare, quod aliquando latet, utrum nomen compoſitam ſubſtantiam ſignificet, an actum & formam. utputa domus utrum eſt ſignum cõmunis, quod operimentum eſt ex lapidibus, et lateribus ſic poſitis; an actus & formę, quod eſt operimentum. & linea, utrũ dualitas in longitudine, an quod dualitas. Et animal, utrum anima in corpore, an anima. hęc enim ſubſtantia, & actus alicuius corporis.*

b Erit autem vtrique, & in vtriſque animal, non vt vna ratione dictum, ſed ſicut ad vnum.

E *Erit autem utique in utriſque animal, non ut una ratione dictum, ſed ut ad unum.*

A f ¶ Secundum ponit. Et eſt, quod cum in diffinitione vnum comparetur ad aliud, vt actus ad materiam, quidam diffinientes res per materiam tantum, inſufficienter diffiniunt: ſicut diffinientes domum per cementũ & lapides & ligna, quę ſunt materia domus, quia talis diffinitio non notificat domum in actu, ſed in potentia. par. 2. Qui vero dicunt quod dom° eſt coo pertura pecuniarum & corporum, dicunt formam domus, ſed non materiam. Qui vero dicunt vtrunq; diffiniunt compoſitam ſubſtantiam. Et ideo eorum diffinitio eſt pfecta ratio. Ratio vero, quæ ſumit ex differentiis, pertinet ad formã. Quæ vero ea partibus intrinſecis, pertinet ad materiam. Et ſimiles his diffinitionibus ſunt illæ, quas Archytas approbat: ſicut Venemia, quod ſignificat diſpoſitiones aeris, quãdo eſt ſine vento, eſt quies in multo aere. Non.n. ſi modicũ de aere ĩ aliquo vaſe incluſo quieſcat dicitur ſerenitas. In hac autẽ diffinitione, aer eſt Tex. com. 7. par. 9. vt materia, & quies vt forma. Similiter cum dicitur, trãquillitas eſt planicies maris, mare eſt materia, & planicies vt forma. Materia autem in his diffinitionibus eſt ſubſtantia, Forma uero eſt par. 3. accidens. In diffinitione autem domus materia ſunt partes: actus autem, forma totius. Deinde cum dicit.

i Epilogat, quę de forma dicta ſunt. Et eſt planum in litera.

LECTIO III.

a POſtquam inquiſiuit philoſophus principia ſubſtantiæ ſenſibilis, oſtendens, quod ſubſtantia ſenſibilis componitur ex materia & par. 1. forma, & ſic de principio materiali, & formali determinare intendit, inquirendo ea, quæ ſunt conſideranda circa vtrunque. Et diuiditur in duas partes. In prima inquirit ea, quæ ſunt conſideranda circa principium formale. In ſecunda ea, quæ ſunt conſideranda circa principium materiale. ibi [De materiali autem ſubſtantia.] Et quia Plato, præcipue principium formale tetigit, ideo determinat de principio formali ſecundum ea. quæ Plato poſuit. Ponit autem Plato, formas rerum eſſe ſpecies & numeros. Vnde prima pars diuiditur in duas partes. In prima determinat de principio formali per comparationem ad ſpecies. In ſecunda per cõparationem ad numeros. ibi [Palam autem] Ponebat autem Plato, quatuor de formis per comparationem ad ſpecies, quorum primum eſt, quod nomina ſpecierum ſignificent tantum formam, non autem formam cum materia. Secundum quod forma eſt aliquid præter partes materię. Tertium eſt, quod eſt ingenerabilis, & incorruptibilis. Quartum eſt, quod formæ sũt ſeparatæ a ſenſibilibus. Vnde prima pars diuiditur in quatuor ſecundum quod Ariſt. de quatuor prędictis inquirit. Secunda pars incipit. ibi [Non uidetur.] Tertia ibi [Neceſſarium, itaq; &c.] Quarta ibi [Si autem ſunt corruptibilium.] Circa primum tria facit. Primo mouet quæſtionem dicens, quod neceſſarium eſt ſcire, quod apud aliquos dubium eſt: Vtrum nomẽ ſpeciei ſignificet ſubſtantiam cõpoſitam, aut formã tñ, ſiue aliquid, qđ eſt loco act°. Vt hoc nomen domus, utrum ſignificet communiter materiam & formam, puta quod domus ſignificet tegumentum conſtitutum ex cęmento, & lapidibus ordinatũ ut decet. nam tegumentum eſt ſicut forma cementum & lapides ut materia. Aut prædictum nomen ſignificet tantum actum & ſpeciem, ſcilicet tegumentum. Similiter, utrum hoc nomen linea ſignificet dualitatem & longitudinem, aut dualitatem tantum. Hoc autem ideo dicit, quia Platonici poſuerunt numeros eſſe formas magnitudinum. Dicebant enim quod punctus nihil aliud eſt, quam unitas poſitionem habens, ita quod poſitio ſit quaſi materiale, unitas ut formale. Et ſimiliter ponebãt. quod dualitas erat forma lineæ, ita quod linea nihil aliud eſt, quàm dualitas in longitudine. Quærit ergo Philoſophus; utrum hoc nomen linea, ſignificet dualitatem tãtum, quaſi formã, ſiue dualitatem in longitudine, ſicut formam in materia. Et ſimiliter: utrum hoc nomen animal ſignificet animam in corpore, quaſi formam in materia, aut animam tãtum, quæ eſt forma corporis organici. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit quid ſequatur ſiquis dicit, quod nomina ſpecierũ utroque modo ſe habent in ſignificando, ut ſcilicet quandoque ſignificent formam tantũm, quandoque autem formam in materia: & eſt, quod de utroque in utraque ſignificatione animal accipietur non uniuoce quaſi una ratione dictum, ſed analogice, ſicut eſt in illis, quę habent nomen unũ, propter hoc quod referuntur ad unum, nomen enim ſpeciei, non dicetur de compoſito, niſi ſecundum ordinem ad hoc, quod dicitur ſecundum formam tantum, ſicut Platonici poſuerunt. Ponebant enim quod homo, qui eſt compoſitus ex materia, & forma, dicitur per participationem hominis idealis, qui eſt forma tantum. Tertio ibi.

c ¶ Oſtendit

c Verũ & hæc ad aliquid aliud quidem differunt, ad quæſtionẽ uero ſubſtantiæ ſenſibilis nihil. Nam quodquideratesſe ſpeciei & actui exiſtit: nam anima, & animæ eſſe idem; homini uero eſſe, & homo, non idem, niſi & anima homo dicatur. ſic autem alicui quidem, alicui uero non.

d Non uidetur itaque quærentibus, ſyllaba ex elementis eſſe, & compoſitione. nec domus lateres & compoſitio. Et hoc recte. non enim compoſitio, & miſtio ex his eſt, quorum eſt cõpoſitio, & miſtio. Similiter autẽ nec aliorum nihil. Vt limen poſitione, non ex limine poſitio, ſed magis hoc ex illa. neque itaque eſt homo animal, & bipes, ſed aliquid oportet eſſe, quod præter hoc eſt, ſi hoc materia. Neque autem elementum, neq; ex elementis, ſed ſubſtantia, q̃d auferentes materiam dicunt. Si ergo hæc cauſa ipſius eẽ, & ſubſtantia hęc, ipſam utique ſubſtantiam non dicent.

e Neceſſarium itaque hanc aut ſempiternam eſſe, aut corruptibilem ſine corrumpi, aut factã eſſe ſine fieri. Monſtratum autẽ eſt & declaratum in aliis, quia ſpeciem nullus facit, nec generatur, ſed efficitur hoc, fit autẽ quod ex his.

f Si autem ſunt corruptibilium ſubſtantiæ ſeparabiles, nondum palam.

g Attamen quia quorundam, non contingit, palam, quæcunque non poſſibile eſt præter ipſa alia eſſe, ut domum, aut uas.

Sed hęc ad aliud quidem aliquid conferunt, ad quæſtionem autem ſubſtantiæ ſenſibilis nihil. etenim quodquideratesſe formę, & actui adeſt. anima nanque & animę eſſe idem eſt. homini vero & homo non idem, niſi & anima homo dicatur. ſic autem alicui quidem, alicui uero non.

G

Non videtur itaque quęrentibus, quod ſyllaba ex elementis, & compoſitione ſit, neque domus lateres, & compoſitio. Et hoc recte. Compoſitio enim & miſtio non eſt ex his, quorum eſt compoſitio, aut miſtio. ſimiliter nec aliorum ullum. vtputa limen poſitione, non ex limine poſitio, ſed magis iſtud ex illa. nec homo eſt ipſum animal & bipes, ſed aliquid eſſe oportet, quod pręter hæc eſt, ſi hęc
H *materia ſunt, ſed nec elementum, nec ex elementis, ſed ſubſtantia, quod materiam auferentes dicunt. Si itaque hoc ipſius eſſe cauſa, & hoc ſubſtantia, ipſam ſubſtantiam utique non dicerent.*

Neceſſe autem eſt, aut ſempiternam hanc eſſe, aut corruptibilem, abſque eo quod corrumpatur; & fa-
I *ctam eſſe, abſque eo quod fiat. Oſtenſum autem eſt, et declaratum in alijs, quod formam nullus facit, neque generatur, ſed efficitur hoc: fit autem quod ex his.*

Si uero corruptibilium ſubſtantiæ ſunt ſeparatæ, nondum eſt manifeſtum.

Attamen, quod quorundam non contingit, patet, ut ea, quę non poſſunt pręter particularia eſſe, ut domum, aut uas.

K

e ¶ Oſtendit philoſophus, ad quid tendit prædicta quęſtio dicens, quod ſi nomen ſpeciei ſignificet ſubſtantiam compoſitã, aut ſignificet formam tantum, hoc facit differentiam quantum ad aliquid ſed ad quęſtionem ſubſtantiæ ſenſibilis nullam differentiam facit. Manifeſtum enim eſt, quod ſubſtantia ſenſibi-
Tex. com. 8. part. 3. lis compoſita eſt ex materia, & forma. Ad quid autem differat, utrũ ſic, vel ſic ſe habẽt conſequenter manifeſtat. Manifeſtum eſt enim, ꝙ ſi aliqua res eſt, q̃ ſit forma tantum & actus, quodquideratesſe..[exiſtit ei] idest, quodquideratesſe ei᷒, idem erit cum ea. ſicut idem eſt [anima, & animę eſſe] idest, part. 4. D. 124. anima eſt quidditas animę. Si uero ſit aliquid eſt compoſitũ ex materia & forma non erit idem in ipſo, quodquideratesſe, & res ipſa. ſicut non idem eſt homini eſſe, & homo. niſi forte homo dicatur anima tantum, ſecundum illos, qui dicunt, ꝙ nomina ſpecierum ſignificant formam tantũ. Et ſic patet, quod aliqua res eſt, cui idẽ eſt quodquideratesſe ſuum, ſ. quæ non eſt cõpoſita ex materia & formæ, ſed forma tantum. Et huius rõ eſt. quia quod quideratesſe, eſt id, part. 5. quod ſignificat diffinitio, diffinitio autem ſignificat naturam ſpeciei. Si autẽ aliqua res eſt. quę ſit compoſita ex materia & forma, oportet quod in illa re ſit aliquid pręter naturam ſpeciei. Cum enim materia ſit indiuiduationis princi- part. 6. pium, oportet, q̃d in quolibet compoſito ex materia & forma, ſint principia indiuiduantia, part. 7. quæ ſunt pręter naturam ſpeciei. Vnde huiuſmodi res non tñ ẽ quidditas ſua, ſed aliquid præter hoc. Si qua uero res eſt, quæ ſit forma tantum, non habet aliqua principia indiuiduantia pręter naturam ſpeciei, cum ipſa forma per ſe exiſtens, per ſeipſam indiuiduetur. Et ideo, ipſa res, nihil aliud eſt, quam quod quid eſt eſſe ſuum. Sic igitur patet, quod ſi nomen ſpeciei ſignificet formam tantum cuiuslibet rei, idem eſt quodquideratesſe, & eſſe ſuum, ſicut homo erit, quodquideſteſſe ſuũ & equus & omnia huiuſmodi. Si autem nomina ſpeciei ſignificant compoſitum ex materia & forma, tunc non idem erit rebus quodquideratesſe earum. Deinde cum dicit.

d ¶ Proſequitur ſecundum prędictorum, ſ. quod forma ſit aliquid præter partes materiæ dicens, quod Platonicis mouentibus iſtam quæſtionem, non uidetur, quod ſyllaba ſit ex elementis & ex compoſitione, quaſi compoſitio, quæ eſt forma ſyllabæ, ſit pars materialis ſyllabæ, ſicut elementa uel literæ. Neque uidetur eis, quod domus ſit cementum, & compoſitio, quaſi domus conſtituatur ex his, quaſi ex partibus materię.

F Et in hoc recte dicunt. Quia ſi forma eſſet vna de partibus materiæ, dependeret ex materia. Et hoc videmus eſſe falſum, quia compoſitio & miſtio, quę ſunt formalia principia, non conſtituuntur ex his, quæ componuntur aut miſcentur, ſicut nec aliquod aliud formale cõſtituitur ex ſua materia, ſed econuerſo. Sublimina: e. n. conſtituitur ex compoſitione, quæ eſt forma eius, & nõ econuerſo. Ergo ſi ponatur, quod animal, & bipes ſint materia hominis, homo non erit animal & bipes, ſed erit aliquid aliud præter hoc. Nec erit elementum, neque ex elemẽtis, ſed erit tantum forma, vt dicunt Platonici, qui auferunt materiam a diffinitionib᷒. Sed contra hanc poſitionem videtur eſſe dicendum, quod ſi id, quod eſt forma tantum præter materiam, eſt ſubſtantia & principium eſſendi, non poterunt dicere, quod hoc particulare ſit illa ſubſtantia ſeparata, ſcilicet, quod homo ſenſibilis ſit compoſitus ex materia & forma, homo autem ſit forma tantum. Deinde cum dicit.

e ¶ Proſequitur tertium prædictorum, ſcilicet, quod formę ſecundum Platonicos ſũt ſempiternæ, & incorruptibiles. Vnde concludit ex dictis, quod neceſſarium eſt, formã aut eſſe ſempiternã, vt Platonici poſuerunt ponentes ideas, quas dicebant formas rerum eſſe ſempiternas, aut neceſſe eſt formam eſſe corruptibilẽ per accidẽs, ſine hoc ꝙ corrũpatur per ſe. Et ſimiliter facta ꝑ accidẽs, ſine hoc ꝙ fiat ꝑ ſe. Quod conceditur, ſ[ecundum] ſententiam Ariſt. qui non poſuit formas ſeparatas, ſed ĩ materia exiſtentes. Quod aũt formę nõ poſſint corrumpi ꝑ ſe, nec generari, ex quo vtrunque prædictorum dependet, monſtrat conſequenter per hoc, quod ſuperius probatum eſt, ꝙ nullus facit formam, neque forma generatur, neque efficitur per ſe, ſed per ſe efficitur, & generatur hoc particulare. Et ratio eſt quia oẽ quod fit, fit ex materia. vnde hoc particulare cum ſit cõpoſitum ex materia & forma, fit & generatur [ex his]. i. principiis materialibus, & indiuiduantibus. Supra autem dictum eſt, ꝙ forma non eſt elementum, neque ex elementis. vnde ſequitur, ꝙ forma nec fit, nec generatur per ſe. Deinde cum dicit. Lib. 7. Tex. c. 27. Lib. 5. Tex. c. 60.

f ¶ Proſequitur quartũ prædictorum. ſ. ꝙ Plato ponebat formas ſeparatas a materia, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quid ſit dubium circa hanc poſitionem, dicens, ꝙ non eſt [manifeſtum ſi ſubſtantiæ,] idest, formæ rerum corruptibilium ſint ſeparabiles, vt Platonici poſuerunt. Secundo ibi.

g ¶ Oſtendit quid manifeſtum eſſe videtur circa hoc, & dicit manifeſtum eſſe, ꝙ quorundam corruptibilium formas, non

contingit ſeparari, [quæcunque] ſcilicet non poſſibile eſt eſſe A præter materias ſuas, ſicut domus, aut vas, quia forma domus aut vaſis, non poteſt eſſe ſine propria materia. Tertio ibi.
h ¶ Excludit obuiationem dicens, quod formæ artificialium forſan non ſunt ſubſtantiæ, nec ipſę ſunt aliquid per ſe, vnde ſeparari nõ poſſunt.

h Forſan quidem nec ſubſtantiæ ſunt, nec aliqua ipſa hæc, nec aliquid aliorum, quæcunq; nõ natura cõſtituta ſunt. Naturam enim ſolam vtique quis ponet eorum, quæ in corruptibilibus ſubſtantiam.

Fortaſſis igitur, nec ſubſtantię sũt hęc ipſa, nec aliorum quicquam, quæcunque non natura conſiſtunt. naturã etenim ſolam profecto, quis ponet eam, quæ in corruptibilibus eſt, ſubſtantiam.

i Quare dubitatio, quam Antiſthenici, & ſic indocti dubitauerunt, habet tempus quoddã, quod non eſt ipſum quid eſt diffinire. (Terminum enim rationem eſſe longam,) ſed quale quid eſt, contingit dicere. Sicut argentum quidẽ, quid eſt, non: quia aut quale ſtannum: Quare ſubſtãtiæ eſt, quidem cuius contingit eſſe terminum, & rationem, puta compoſitę, ſiue ſenſibilis fuerit, ſiue intellectualis, primorum autem ex quibus hoc, non eſt: ſiquidem aliquid de aliquo ſignificat ratio diffinitiua, C & oportet hoc quidem, ut materiam eſſe, illud vero, vt formam.

B *Quare dubitatio, quam Antiſthenici, & hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid occaſionis ut ſoluatur, quod non eſt ipſum quid eſt definire (definitionum enim longum eſſe ſermonem) ſed quale quid eſt contingit etiam docere. quemadmodum argentum quid eſt, non: quod autem quale: ſtannum. Quare ſubſtantiæ, eſt quidem, cuius contingit definitionem & rationem eſſe, ut puta compoſitę, ſiue ſenſibilis, ſiue intellectualis ſit, ex quibus autem hoc primis, non eſt, ſiquidem aliquid de aliquo ſignificat ratio definitiua; & oportet hoc quidem ut materiam, illud uero ut formam eſſe.]*

K Palam autem, & quia ſi ſint aliqualiter numeri, ſubſtantiæ, ſic ſunt, & non vt quidam dicunt, unitatum. Nam diffinitio numerus quidam diuiſibilis, quia enim in indiuiſibilia. Non enim infinitæ rationes, & numerus autem tale.

Manifeſtum autem hoc etiam eſt, quod ſi aliquo modo ſubſtantię numeri ſunt, ita ſunt: & non, quemadmodum quidam dicunt, unitatum. Nam & definitio numerus quidam eſt. diuiſibilis etenim, & in indiuiſibilia. nõ enim infinitæ rationes. numerus uero tale quid eſt.

D

l Et quemadmodum nec a numero ablato, aliquo aut addito ex quibus eſt numerus, non adhuc idem numerus eſt, ſed alter, quamuis minimum auferatur, aut addatur, ſic nec diffinitio, nec quodquiderateſſe, nec adhuc erit ablato aliquo, aut addito.

Et quemadmodum de numero, ablato aut addito aliquo, ex quib. numerus eſt, non eſt amplius idem numerus ſed diuerſus, etiam ſi minimum auferatur, aut addatur, ita nec definitio, nec ipſum quid erat eſſe erit amplius, ablato aliquo aut addito.

m Et numerum oportet eſſe aliquid, quo unus quod nunc nõ hẽt dicere, quo unus, ſiquidem

E *Et numerum oportet aliquid eſſe, quo unus, quod nunc, non habent dicere quo unus, ſi unus eſt. aut enim*

Tex. com. 9. par. 8. Et ſimiliter nullum aliorum artificialiũ, quæ non ſunt ſecundum naturam: quia ſolum materia in rebus artificialibus ponitur eſſe ſubſtantia, formæ autem artificiales accidentia ſunt. Formæ vero naturales ſunt de genere ſubſtantiæ. Et propter hoc, Plato non poſuit formas artificiales eſſe ſeparatas a materia, ſed ſolum formas ſubſtantiales. Deinde cum dicit.

par. 9. i ¶ Oſtendit, quid manifeſte ſit contra poſitionem Platonis dicens, q ſi quis ponat eſſe formas ſeparatas, vt Platonici poluerunt, dubitatio quam Antiſthenici dubitauerunt, licet viderentur indocti, habebit locum contra Platonicos. Dicebant.n. quod non eſt aliquid diffinire diffinitione ſignificante quidditatẽ rei.

Tex. cõ. 10. par. 10 Quia, cum quidditas rei ſit ſimplex nõ conuenienter ſignificatur per orationẽ compoſitam ex multis: videmus enim q [terminus] idest, diffinitio, quę aſſignatur rei, eſt oratio lõga ex multis compoſita, unde non ſignificat, quid eſt, ſed

par. 11. [quale quid] idest, cui ſimile eſt aliqd. Sicut ſi aliqs dicat, quod diffinitio argẽti, non ſignificat argẽtum, ſed ſignificat tale quale eſt plumbum, vel ſtannum. Vnde ad ſoluẽdum iſtam dubitationem

par. 12. oportet dicere, quod ſubſtãtia q̃ diffinitur ſiue ſit intellectualis, ſiue ſit ſenſibilis, oportet, q ſit cõpoſita. Ea vero, ex quib primo componitur, cum ſint ſimplicia, non contingit diffiniri, Dictum eſt enim ſupra, quod ratio diffinitiua adiungit aliquid alteri, quorum vnum eſt, vt forma, aliud ut materia. Nam genus ſumitur a materia, & differẽtia

Lect. 1. a forma, ut dictum eſt ſupra. Vnde, ſi ſpecies rerum eſſent tantum formę, vt Platonici poſuerunt, non contingeret eas diffinire. Deinde cum dicit.

K ¶ Poſtquam determinauit de formis, ſecundum quod comparantur ad ideas introductas a Platone, nunc determinat de formis per comparationem ad numeros. Plato enim ponebat formas, & ſubſtantias rerum, reducẽdo per modum cuiuſdam aſſimilationis formas ad numeros. Et diuiditur in quatuor, ſecundum quod quatuor modis aſſimilat formas numeris. Dicit ergo primo, quod manifeſtũ eſt, quod ſi numeri aliquo modo A ſint ſubſtantiæ rerum & formæ, ſic ſunt ſicut ex præmiſſis accipi poteſt. Non autem ſunt numeri unitatum, ſicut Platonici dicunt. Dicitur autem numerus vnitatum, numerus ſimplex, & abſolutus. Numerus autem applicatus ad res, dicitur numerus rerum, ſicut quatuor canes, uel quatuor homines. quo quidem modo ſubſtantiæ rerum, quas ſignificãt diffinitiões, poſſunt dici numeri.

Eſt enim diffinitio diuiſibilis in duo, quorum vnum ſe habet vt forma, aliud vt materia, ut ſuperius dictum eſt. Tex. com. 5. & inde. Et uerum eſt indiuiſibilia diuiſibilis. Diuiſio.n. diffinitionis oportet, quod p aliqua indiuiſibilia terminetur. Non enim diffinitiones, procedunt in infinitum. Puta, ſi diffinitio hominis diuidatur in animal & rationale, diffinitio animalis in animatum, & ſenſibile. non procedet hoc in infinitum, cum non ſit procedere in infinitum in cauſis materialibus, & formalibus, ut ſecundo probatũ eſt. Et ſic diffinitionis diuiſio, non aſſimilatur diuiſioni q̃titatis continuę, quæ eſt infinitum, ſed diuiſioni numeri, qui eſt diuiſibilis in indiuiſibilia.

l ¶ Ponit ſecundam aſſimilationem ſubſtantię, quam ſignificat diffinitio, ad numeros. Et dicit, q ſi aliquid addatur, vel ſubtrahatur alicui numero, etiam ſi ſit minimum, non erit id idem numerus, ſecundum ſpeciem. Minimum enim in numeris eſt vnitas, quæ ſi addatur i ternario ſurgit quaternarius, quæ eſt alia ſpecies numeri. ſi uero abſtrahatur ab eodem, remanet binarius, qui eſt etiam alia ſpecies numeri. Et hoc ideo, quia ultima differentia dat ſpeciem numero. Et ſimiliter eſt in diffinitionibus, & in quodquideratesse, quod ſignificat diffinitio, quia quocunque minimo addito, uel ablato, eſt alia diffinitio, & alia natura ſpeciei. Sicut enim ſubſtantia animata ſenſibilis tantum, eſt diffinitio animalis, cui ſi addas & rationale, conſtituis ſpeciem hominis. Si autem ſubtrahas ſenſibile, conſtituis ſpeciem plantę, quia etiam ultima differentia dat ſpeciem.

m ¶ Ponit tertiam aſſimilationem, & dicit, quod numerus eſt id, quod eſt unum. Eſt enim per ſe unum numerus, inquantum ultima unitas dat numero ſpeciem & unitatem, ſicut etiam in rebus compoſitis ex materia & forma, per formam eſt aliqd unum, & unitatem, & ſpeciem ſortitur. Et propter hoc loquentes de unitate numeri, ac ſi numerus non eſſet unus per ſeipſum, non poſſunt dicere quo eſt unus, ſi eſt unus. Cum enim

com-

componatur ex multis unitatibus,aut non eſt unus ſimpliciter, ſed unitates aggregantur in eo,per modum coaceruationis, q̃ non facit ſimpliciter unũ,& per conſequens, nec ens in aliqua ſpecie conſtituunt,& ſic numerus,non eſt aliqua ſpecies entis. Aut ſi numerus eſt unus ſimpliciter,& non per ſeipſum, dicendũ eſt,quid facit eũ unum ex multis unitatibus,quod nõ eſt aſsignare. Et ſimiliter diffinitio eſt una per ſeipſam, & ſic non habent aliquid aſsignare, per quod fiat unum. Et hoc rationabiliter accidit, q̃a per eandem rõnem ſubſtantiæ, q̃ ſignificat diffinitio, eſt ita unum,ſicut & numerus.ſ.p ſe, ex hoc q̃ una ẽ pars eiꝰ eſt,ut forma alteriꝰ.

D. 914. par. 33. Et non eſt una ut indiuiſibile, ſicut unitas ad punctũ, ſicut quidam dixerunt, ſed quia unaquęque

part. 24. earum eſt una forma & natura q̃dã.

n ¶ Ponit quartam aſsimilationem, &

Alia litera de analogia dicit,q̃ ſicut numerus non ſuſcipit magis, aut minus, ita nec ſubſtantia,quæ dr̃ ſm ſpeciem,licet forte illa,quæ dr̃ ſecundum materiam. Sicut.n. rõ numeri

Te. com. 33 part. 9. in aliquo determinato cõſiſtit, cui nõ eſt addere,nec ſubtrahere,ut dictũ eſt, ita & ratio formæ. Sed magis & minꝰ contingit ex hoc,q̃ materia perfectius uel minus perfecte formam participat. unde etiam albedo non ſuſcipit magis & minus,ſed albũ. Deinde cum dicit.

part. 2. o ¶ Epilogat,quę dicta ſunt dicens, q̃ dictum eſt [de generatione, & corruptione talium ſubſtãtiarũ] ſ.formalium, quõ contingit, quia per accidens,& quõ eſt impoſſibile quia p ſe,& de analogia idest reductiõe earũ ad numerum per uiam aſsimilationis.

eſt unus. aut enim non eſt, ſed ut aceruus;aut ſiquidem eſt, dicendum, quodquideſt faciens unum ex multis. Et diffinitio una eſt, ſimiliter autem neque hanc habent dicere. & merito accidit, eiuſdem enim rationis & ſubſtantia unum ita, ſed non ut dicunt quidam, ut unitas q̃-

G dam exiſtens, aut punctum,ſed endelechia,& natura quædam.

n Et quemadmodum nec numerus habet magis,uel minus, nec quæ ſecundum ſpeciẽ ſubſtantia, ſed ſiquidem cum materia.

o De generatione quidem; & corruptione dictarum ſubſtantiarum,quomodo contingit,& quomodo impoſſibile, & de reductione ad numerum, ſit uſque ad hoc determinatum.

non eſt,ſed quaſi congeries: aut ſi eſt, dicendum eſt,quidnam illud ſit, quod eum ex multis facit. Et definitio una eſt. ſimiliter autem nec hanc dicere habent. & hoc merito accidit. eiuſdem enim rationis, & ſubſtantia eſt, ut unum: non, ut quidam aiunt, ut unitas quædam exiſtens, ad punctum, ſed actus, & natura quædam unaquęque.

Et quemadmodum, nec numerus habet magis, & minus,ita neque ſubſtantia, quæ ſecundum formam eſt. ſed, ſi eſt quidem, ea eſt, quæ ſecundum materiam eſt.

H *De generatione igitur,ac corruptione dictarum ſubſtantiarum, quomodo accidit, quoque modo impoſſibile eſt, deque reductione ad numerum, hactenus determinatum ſit.*

LECTIO IIII.

DE materiali autem ſubſtantia oportet non latere, q̃a & ſi ex eodem omnia primo, aut eiſdem,aut primis,& eadem materia,ut principium his, quę fiunt, eſt tamen aliqua propria cuiuslibet,ut phlegmatis prima materia,dulcia,aut craſſa, cholerę uero,amara,aut alia quędã. Forſan autem hæc ex eodem.

b Fiunt autem plures materiæ eiuſdem quando alterius altera fiũt,ut phlegma ex craſſo & dulci.ſi craſſum ex dulci: ex cholera uero per reſolui choleram primam materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc. aut quia primum erit, aut quia ex reſoluto in principium.

K c Cõtingit aũt una materia exiſtente,fieri diuerſa pp mouentem cãm:utputa ex ligno, & arca & lectus. Quorundam uero altera materia ex neceſſitate

LECTIO IIII.

DE materiali uero ſubſtantia, oportet non latere, quod etſi ex eodem omnia primo, aut eiſdem tanquam primis, & eadem ſit materia, ut principium illis, quę fiunt, eſt tamen quædam cuiuſque propria. pituitę prima materia, ipſa dulcia, aut pinguia; bilis uero, amara, aut aliqua alia. Fortaſſis autem hæc ex eo-

I *dem.*

Fiunt autem plures materiæ eiuſdem, cum alterius altera fit, utputa pituita ex pingui, & dulci, ſi pingue ex dulci; ex bili uero eſſe, ob reſolutionem in primam materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniam ex eo, quod pręcedet, aut quoniam ex eo quod reſolutum fuerit in principium.

K *Contingit autem, una exiſtente materia, diuerſa fieri propter mouentem cauſam. ut ex ligno fit arca, et lectus. Quorundam autem diuerſa materia neceſſarijs. diuerſis exiſtentibus,*

part. 3. LECTIO IIII.

a POſtquam Ariſt. proſecutus eſt ea, quę conſideranda erant circa formale principium ſubſtantiæ, nunc determinat de principio materiali,& diuiditur in partes tres. Primo.n.determinat de prin-

Inf. par. 3. cipio materiali per comparationem ad ea,quæ ſunt ex materia, ſcd̃o p comparationem ad alias cauſas ibi.[Contingit aũt una materia exiſtente.] Tertio per comparationẽ ad tranſmutationẽ gñationis & corruptionis,cuius ſubiectum eſt materia, ibi [Qm̃ uero quædã ſine gñatione.] Circa primũ duo facit.

part. p. Primo,manifeſtat,utrũ oĩum ſit una,uel plures ſpẽs materiæ. Et dicit, quod oportet nõ latere circa materiale principiũ, q̃a licet oĩa ſint ex eodẽ primo materiali principio,qđ eſt materia prima de ſe nullã hñs formã,aut ex eiſdẽ materialib. princi-

F piis [aut primis] qđ dr̃ pp quatuor elemẽta, quæ ſunt principia materialia cõiter oĩbus generabilibꝰ, & corruptibilibus. Et licet ſit eadẽ materia, ut [principium his, q̃ fiunt.] qđ dicit pp hoc q̃ materia,nõ eſt tm̃ principiũ in eſſe,ſed ẽt in fieri. Licet ẽt prima materia, & elemẽta cõiter ſe habeãt ad elemẽtatum cuiuslibet rei ẽ aliqua materia propria. ut materia propria phlegmatis nõ ſimpliciter,ſed i genere, ſicut dulcia & pigũia.hęc.n. habẽt quãdã affinitatẽ cũ phlegmate rõne ſuę humiditatis. Cholerę uero prima materia,ſunt amara, aut alia q̃dam hmõi. In amaris.n. ur̃ calor oĩno habere dñium ſuper humiditatẽ, uſq; ad eius cõſumptionẽ. Et ſic rõne ſiccitatis,& caliditatis, affinitatem hẽt cũ cholera. Sed hæ duæ materiæ.ſ. amara & dulcia, forſan ſunt ex aliquo principio materiali priore. Addidit aũt [forſan] quia quorundã eſt ſic diuerſa materia, q̃ eorũ materiæ nõ reducuntur i aliquã priorẽ,ſicut corpora corruptibilia, & incorruptibilia. Ex his igitur, q̃ hic dñr, accipitur q̃ prima materia eſt una oĩum generabiliũ, & corruptibiliũ:ſed ppriæ materiæ ſunt diuerſæ diuerſarũ.

b ¶ Scd̃o dicit,quõ ecõtrario unius ſũt plures materiæ dicẽs,q̃ eiuſdẽ rei ſũt plures materiæ, qñ una earum eſt alterius materia. Sicut materia phlegmatis ſunt pingue, & dulce. ſi pingue eſt ex dulci. Pinguis.n.ſapor inter medios ſapores computatur. Medij autẽ ſapores fiũt ex extremis, q̃ ſunt dulce & amarũ.Sed pingue eſt pximũ dulci.Conſiderandũ uero eſt,q̃ in iſtis exẽplis materiã alicuius poſuit, ex quo aliquid fit, licet non ſit permanens, ſed tranſiens.Ne igitur aliquis exiſtimaretur,q̃ ſemp aliqđ fieri diceret ex materiali principio, & non econuerſo,ſubiungit,q̃ ẽt ex cholera dr̃ aliqđ fieri p reſolutionem cholerae in primam materiã. & econtra cholera fit ex prima materia: quia dupliciter dicitur aliquid fieri ex altero. Aut quia illud ex quo fit, eſt ei principiũ naturaliter in uia generationis. hmõi.n.eſt materiale principiũ.Aut q̃a factio eſt reſolutio in principium materiale,ita.ſ.q̃ ex compoſito p reſolutionem,materiale principium fieri dicatur. Fit enim corpus mixtum ex elementis per compoſitionem. Elementa uero ex corpore mixto per reſolutionem. Deinde cum dicit.

e ¶ Determinat de materia per comparationẽ ad alias cauſas. & primo per cõparationẽ ad agentẽ tm̃, qui ex materia aliqđ facit,

facit, quæ quidem comparatio pertinet ad materiam ſm q eſt principium fiendi. Secundo per comparationem ad oẽs cas,
. ſeq. proot materia eſt principium cognoſcendi, ibi: [Quando itaq; aliquis quęſierit:] Quia uero ſuperius dixerat q una erat prima materia omnium, poſſet aliquis dubitare, quõ ex materia vna omnium diuerſitas rerum procederet. Antiqui.n. naturales attribuebãt hoc caſui, tollentes cauſam agentem & ponentes per raritatem & denſitatem ex una materia, rerum diuerſitatem produci. Hoc ergo remouens philo. dicit primo, q cõtingit vna materia exi
par. 4. ſtente fieri diuerſa ꝓp mouentẽ cãm. Aut quia eſt alia cã mouens; aut quia eadem cã mouem hẽt ſe ad operandũ diuerſa diuerſimode. quod maxime in artificialib. patet. Videm⁹.n. e a ligno fieri arcam & lectũ ab vno artifice ſm diuerſas formas artis, quas apud ſe habet. Quia vero licet materia prima ſit cõis oib. tamẽ ma-
par. 5. teriæ propriæ ſunt diuerſæ diuerſorũ, ideo oc aliquis totam diuerſitatẽ rerum attribueret mo
par. 6. uenti, & nullo mõ materiali principio ſubiungit, quod in quibuſdam diuerſo rum cã neceſſitate eſt diuerſa materia, propria.i. Nõ.n. qd
par. 7. libet natum eſt fieri ex qualibet materia, ſicut ſerra non fit ex ligno. neq; eſt in ptate artificis, ut hoc faciat: nunqua
par. 8. .n. vnam materiam attribuit cuilibet operi. non.n. põt facere ſerrã ex ligno uel lana, quæ propter mollitiem ſuam non ſunt apta ad op⁹ ſerræ, quod eſt ſecare. Patet igitur, q diuerſitas rerum eſt ca mouente & materia. Si ergo conueniat aliquid idem ſm ſpeciem fieri ex alia materia, ſicut phialam ex auro & argento manifeſtum eſt, quod principium mouens oportet eſſe idem ſaltem. Si.n. materia eſſet diuerſa & mouens diuerſum, neceſſe eſſet, quod & factum, eſſet diuerſum. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de materia per comparationem ad alia cauſas ſecundum q materia eſt cognitionis principium, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod oportet reddere materiam cũ alijs cauſis in generabilib. & corruptibilib. Secundo oſtendit
par. 7. quõ ſe hẽt materia in ſubſtantijs naturalib. perpetuis ibi: [In naturalibus quidẽ.] Tertio. quõ ſe hẽt in accidentibus, ibi [Neque quæcunq; ita quidem natura.] Circa primum tria facit. Pri
par. 8. mo.n. quia Antiqui Naturales aſſignabant tantummõ cauſam materialem, dicit quod quando aliquis de aliquo quærit quid eſt cã eius, cum pluribus modis dicantur cauſæ, oportet oẽs cãs aſſignare [contingentes] i. quæ contingant eſſe ꝓbus re. Nõ.n. habent omnes cauſas oẽs. Naturalia tñ & maxime generabilia & corruptibilia oẽs cauſas hẽnt Vt hois cã quaſi materia in generatione ipſius ſunt menſtrua. Cauſa mouens [ſperma] in quo eſt virtus actiua. Cauſa formalis [quodquiderateſſe] i. illud qđ ſignificatur per diffinitionem eius. Sed finis eſt cuius cã. Hæ at duę cauſæ.ſ. finis & forma, forte ſunt idem numero. Quod quidem dicit, qa in qbuſdã ſunt idẽ, in qbuſdam nõ. finis.n. gñationis hois eſt aia, finis uero operationis eius ẽ fœlicitas. Scdo ibi.

alteris exiſtentibus, ut ſerra non vtique fiet ex ligno, nec in mouente cauſa hęc non.n. faciet ſerram ex lana aut ligno. Si uero idem contingit ex alia materia facere, palam quia ars & principium, quod eſt ut mouens, idẽ. Nam ſi & materia altera & mouens, & quod factum eſt.

d Quando itaque aliquis quæſierit quid cã, quoniam pluribus modis dicuntur cauſæ, omnes dicere oportet cauſas contingẽtes. Vt hominis quæ cauſa ut materia? equidem mẽſtrua. quid autem ut mouens? equidẽ ſperma. Quid ut ſpecies? quodquiderat eſſe. Quid ut cuius cauſa finis. forſan autem hæc ambo idem.

e Oportet aũt proximas cauſas dicere quæ materia, non ignem, aut terram, ſed propriam.

f Circa naturales quidẽ ſubſtantias & generabiles neceſſe ſic uerſari, ſi quis recte uerſatur; ſi profecto hæ cauſæ & tot, & oportet cauſas cognoſcere.

g In naturalibus quidem & ſempiternis ſubſtantiis alia rõ. Forſan quædam non habent materiam, aut non talem, ſed ſolum ſecundum locum mobilem.

h Ne que quæcunque ita natura quidẽ, non ſubſtantia uero, non eſt his materia, ſed quod ſubijci-

A *vtputa ſerra nunquam fiet ex ligno. nec eſt hoc in cauſa mouente. non enim faciet ſerram ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia facere. Patet quod principium & ars, quæ eſt vt mouens, eadem eſt; etenim, ſi materia diuerſa et mouens, & ipſum quod factum eſt.*

B *Cum itaque quiſquam quænam ſit cauſa quærat, quoniam multipliciter cauſæ dicuntur, omnes contingentes cauſas dicere oportet. vtputa hominis, quę cauſa ut materia? nempe menſtrua. quæ uero ut mouens? nempe ſemen. quæ vero ut forma? quod quid erat eſſe. quę autem ut huius cauſa? finis, fortaſſis autem hæ ambæ idem ſunt.*

C *Oportet autem proximas cauſas dicere. quæ materia, non ignem uel terram, ſed propriam.*

In naturalibus igitur & generabilibus ſubſtantijs neceſſe eſt ita procedere, ſiquis recte procedet; ſiquidem hę, totque cauſæ ſunt, & oportet cauſas cognoſcere.

De naturalibus autem, ſed perpetuis ſubſtantijs alia ratio eſt. fortaſſis
D *etenim quędam non habent materiã, aut non talem, ſed ſolum quę ſecundum locum mobilis eſt.*

Nec quęcunque natura quidẽ, non autem ſunt ſubſtantia, his materia eſt, ſed quod ſubijcitur ſubſtantia. vt-

e ¶ Oſtendit quòd nõ ſolum oportet aſſignare omnes cauſas, ſed oportet etiam dicere cauſas proximas, vt incipiendo a cauſis primis perueniamus ad cauſas proximas. Per cauſas enim primas habetur cognitio de re aliqua, ſolum in vniuerſali & imperfecte. Per cauſas autem proximas habetur cognitio rei & perfecta. Sicut ſi quis quęrat cauſam materialem hominis, non debet aſſignari ꝓ cauſa, ignis aut terra, quæ ſunt materia communis omnium generabilium & corruptibilium, ſed debet aſſignari propria materia, vt & caro, & os, & huiuſmodi. Tertio ibi.

f ¶ Epilogat quod dictum eſt, & dicit q circa naturales ſubſtantias & generabiles neceſſe eſt ſic verſari, ſi qs recte conſideret cauſas, vt.ſ. oẽs aſſignẽtur & proximæ. Et hoc eſt neceſſe, ex eo q hæ cauſæ ſunt tot, vt dictũ eſt. Et oportet cauſas cognoſcere ad hoc, quod aliquid ſciat, quia ſcire eſt cauſã cognoſcere. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quomodo ſit materia in ſubſtantiis naturalibus & perpetuis.ſ. in corporibus cæleſtibus dicens, quod in naturalibus & ꝑpetuis ſubſtãtiis,ſ. corporibus cæleſtibus, non eſt ſimiliter materia ſicut in corporalibus generabilib. & corruptibilibus. Forſan quidem.n. tales ſubſtantiæ nõ habent materiam, aut ſi habent non habent talem qualem habent generabilia & corruptibilia, ſed ſolum ſecundum potentiam, quæ eſt in motu locali. Vt enim ſupra dictum eſt, in rebus generabilibus & corruptibilibus generatio & corruptio inducit in cognitionem materiæ, quia in generatione & corruptione oportet eſſe vnum ſubiectum, commune ad priuationem & formam. Vnde, cum in corpore cęleſti non ſit potentia ad priuationem formæ, ſed ſolum ad diuerſa loca. non habet materiam, quæ ſit in potentia ad formam & priuationẽ,
E ſed quę eſt in potentia ad diuerſa loca. Corpus autem comparatur ad locum non ſicut materia ad formam, ſed magis ſicut ſubiectum ad accidens. Et licet comparatio ſubiecti ad accidẽs ſit quodam modo vt materię ad formam, non tamen ſubiectũ eſt omnino materia, ſicut infra dicetur. Et ſic corpus cæleſte vniuerſaliter nullo modo habet materiam, ſi ſubiectum, materiam non dicit vel habet materiam ad vbi, ſi ſubiectum dicatur materia. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quõ materia attribuitur accidentibus, & dicit q illa, quæ ſunt ſecundum naturam, non tamen ſunt ſubſtantię, ſed accidentia, non habent materiam ex qua fiot, ſed ſubſtantia eſt eis ſubiectum. Subiectũ autẽ habet aliquid ſimile materię, inquantum eſt receptibile accidentis. Differt aũt a materia, inquantum materia non habet actu eſſe niſi per formam; ſubiectum autem non conſtituitur in eſſe per accidens. Si ergo quęratur quę ſit cauſa eclipſis, non eſt aſſignare quę ſit materia, ſed luna eſt ſubiectum patiens talem paſſionem. Cauſa autem mouens, quę corrumpit lumen, eſt terra interpoſita diametraliter inter ſolem & lunam. Cauſam vero finalem forſitan non

tur ſubſtantia. Puta eclipſis quæ materia? non enim eſt. ſed luna quod patitur. Quæ cauſa mouēs & corrumpens lumen? terra. Quod autem cuius gratia, forſan non. Quod vero vt ſpecies, ratio, ſed non manifeſta, ſi non cum cauſa fuerit ratio. Vt quid eclipſis? priuatio luminis. ſi vero addatur, a terra in medio obiecta, G quę cum cauſa ratio hæc. Somni vero non manifeſtum quid primum patiens. ſed quod animal ēt primum. Verū hoc ſm quid. Et quid eſt primum, cor, an aliud aliquid? Deinde a quo. Deinde quid paſſio quæ illius, & non totius; quia immobilitas talis vtiq;: ſed hoc per aliquid pati quod primum.

puta quæ cauſa eclipſis; quę materia. non enim eſt, ſed luna eſt, quę patitur. quę cauſa ut mouens, atque corrumpens lumen? terra. Cuius uero cauſa? forſan non eſt. quę uero ut formalis ratio: ſed non manifeſta ratio, niſi cum ipſa cauſa ſit. ut puta, quid eclipſis; priuatio luminis. ſi uero addatur a terra in medio interpoſita, hęc eſt cum ipſa cauſa ratio. De ſomno uero non eſt manifeſtum quid eſt primum, quod patitur. ſed nunquid animal; ita, attamē hoc ſecundum aliquid. & quid primum? cor, an aliquid aliud? deinde, a quo? deinde quę paſſio, quę illius & nō totius; quia talis immobilitas, ita. ſed hęc, eo quod aliquid patiatur ipſum primum.

i Quoniam vero quædam ſine generatione, & corruptione ſūt H & non ſunt, vt puncta, ſi quidem ſunt, & totaliter ſpēs & formę. (Non. n. album fit, ſed lignum album, aut ex aliquo, & aliquid oē quod fit) non omnia vtique contraria fient ex inuicem; ſed aliter albus homo ex nigro homine, & album ex nigro. Nec omnis materia eſt, ſed quorum generatio eſt tranſmutatio ad inuicem. Quęcunque autem ſine tranſmutari ſunt aut non, non eſt horum materia.

Cum autem quędam abſque generatione & corruptione ſint, & nō ſint ut puta puncta ſi ſint quidem, et omnino ſpecies & formę, non enim albedo fit, ſed lignum album, ſi ex aliquo, & aliquid fit omne, quod fit) profecto nō omnia contraria fiunt uiciſſim, ſed aliter albus homo ex nigro homine, & albedo ex nigredine. Nec omnium materia eſt, ſed quorum cunq; generatio, & tranſmutatio inuicē ſunt. quęcunq; uero abſque eo ꝙ tranſmutentur ſunt, aut non, horum materia non eſt.

I

K Habet autem dubitationem quomodo ad contraria, materia vniuſcuiuſque ſe habet. Vt ſi corpus potentia ſanum, contrarium vero infirmitas ſanitatis, tūc ambo potentia. Et aqua potentia vinum, & acetum. Aut huius quidem ſecundum habitū & ſecundum ſpeciem materia, illius vero ſecundum priuationem, & corruptionem ſecundum naturam.

Habet autem dubitationem, quonā modo ad contraria cuiuſque materia ſe habeat. ut puta, ſi corpus potentia ſanum, contrarium uero ſanitati infirmitas, utrum ambo potentia, & aqua potentia uinum & acetum. An huius quidem ſecundum habitum et ſecundum formam materia eſt, illius vero ſecundum corruptionem, & priuationem pręter naturam.

l Dubitatio autem quędam eſt, K & quare vinum non materia aceti, nec potentia acetum, quamuis fiat ex ipſo acetum. Et viuens potentia mortuus. Aut non, ſed ſecundum accidens corruptiones. Animalis vero materia hoc ſecūdum corruptionem mortui potentia & materia, &

At quędam dubitatio eſt, cur uinum non ſit materia aceti, neque potentia acetum. tametſi fiat ex eo acetum. & uiuens potentia mortuus. An non, ſed ſecundum accidens corruptiones. Ipſa uero animalis materia ſecundum corruptionem mortui potentia, & materia. aqua quoque aceti eſt. fiunt etenim ex illis, quemadmodum

eſt aſſignare. Ea enim, quæ ad defectum pertinent, non ſunt propter finem, ſed magis proueniūt ex neceſſitate naturæ, vel cauſę agentis. Dicit autem [forſan,] quia conſideratio cauſarum circa ſingula, quæ contingunt in motibus cęleſtibus, eſt valde difficilis. Cauſa vero formalis eclipſis eſt diffinitio eius, ſed hæc diffinitio nō eſt manifeſta, niſi in ea ponatur cauſa. vt ratio eclipſis lunæ eſt priuatio luminis in luna. Sed ſi addatur, Te.com.13. ꝙ iſta priuatio eſt a terra in medio obiecta inter ſolem & lunam diametraliter, hęc diffinitio erit cū cauſa. Similiter hoc patet in hoc accidēte quod eſt ſomnus. Sed in ſōno, non eſt manifeſtum quid eſt primum ſubiectum patiens hanc paſſionem; ſed hoc eſt manifeſtum, quòd animal eſt ſubiectū ſōni. Sed ſm quid primo ſomnus inſit animali, vtrum ſit cor, vel aliquid aliud tale, non eſt manifeſtum, cum quidam Te.com.14. par.9. ponant primum inſtrumentum ſenſus eſſe cerebrum: quidam vero cor: ſomnus autem eſt quies operationis ſenſibilis. Deinde oportet conſiderare habito ſubiecto ſōni, a quo ſicut a cauſa agente, ſit ſomnus, vtrum ab euaporatione alimēti, aut labore, aut aliquo huiuſmodi. Deinde oportet conſiderare quæ paſſio ſit ſomnus illius ſcilicet ſecundū ꝙ primo ineſt ſomnus animali, & nō totius animalis, quia ſomnus eſt quædam immobilitas, ſed ea competit animali per aliquod primum, ꝙ eſt ſubiectum talis paſſionis. Et illud primū oportet poni in diffinitione ſomni, ſicut & quodlibet accidens diffinitur per proprium ſuum primum ſubiectum. Color enim diffinitur par.10. per ſuperficiem, &c. non per corpus. Deinde cum dicit. par.11.

i ¶ Determinat de materia per comparationē ad tranſmutationē vnius ad alterū, & ideo primo oſtendit, quomodo diuerſimode fit trāſmutatio in diuerſis. Scdo, mouet quaſdam par. ſeq. dubitationes, ibi: [Habet autem dubitationem.] Dicit ergo primo, quod quędam quandoq; ſunt & quandoque non ſunt [ſine generatione & corruptione] idest ſine hoc, quòd ipſa per ſe generentur & corrumpantur, ſicut puncta & vniuerſaliter omnes ſpecies & formæ, ſiue ſint ſubſtantiales, ſiue accidentales. non enim album per ſe loquendo fit, ſed lignum album. F Omne enim quod fit, fit [ex aliquo]. f. materia, & fit aliquid ad quod terminatur generatio, quod eſt forma. Et ſic oē, quod fit, eſt compoſitum ex materia & forma. vnde ea, quę ſunt formæ tantum, per ſe fieri non poſſunt. Cum ergo dr ꝙ contraria fiunt ex inuicem, diuerſimode intelligendum eſt in compoſitis & ſimplicibus. Alter enim fit albus homo ex nigro homine, & aliter nigrū ex albo, quia albus homo ſignificat aliquid compoſitum, & ideo per ſe poteſt fieri. Sed albū ſignifi. at formam tantum, vnde non fit niſi per accidens ex nigro. Patet ergo ex prædictis, ꝙ non cuiuſlibet rei eſt materia, ſed illorum, quæ p ſe generantur, & tranſmutantur in inuicem. Illa uero, q quandoque ſunt & quandoque nō ſūt ſine hoc quod trāſmutētur per ſe, ita ſe habent quod eorum materia nō eſt ex qua fiat, ſed hāt ſubiectum, in quo ſunt pro materia. Deinde cum dicit.

K ¶ Mouet duas q̄ſtiones circa prædicta, quarum prima eſt. q̄ꝛ materia ſe hēat ad contraria; vtrum. ſ. ſit ꝙ in omnib. quæ uidenē contrarietatem aut oppoſitionem hēre, materia æqualiter uel eodem ordine ſit in potētia ad utrunq; oppoſitorum. Sicut ſanitati opponitur infirmitas, & ſubiectū vtrumq;, in potētia ad utrūq; ęqualiter ē, & eodem ordine. Eſt. n. ſanitas ęqualitas q̄dā humorū; .8. 13 infirmitas uero inæqualitas. Inæqualitas uero, & æqualitas eo ſe ordine ſe hīt ad ſuū ſubiectū. Vt ergo, ꝙ ad uinū & acetū, ſicut ad cōtraria, aqua q̄ ē materia humorū, ſit i potētia, & ęqualiter ſe habeat ad vtrūque. Sed Philoſophus dicit ſoluendo, quòd hoc nō eſt ita. .9. 109 Forma enim vini ſe habet vt habitus quidam, & ſpecies. .8. 109 Forma autem aceti eſt vt priuatio q̄dam & corruptio vini. Sic igitur materia ſe hēt per prius quidem ad vinum, ſicut ad habitum & ad ſpeciem, ad acetum autem ſicut ad priuationem & corruptionem vini. & ita non comparatur ad acetum niſi mediante vino.

l ¶ Secundam dubitationē mouet, quæ talis eſt. Illud, ex quo fit aliquid, videtur eſſe materia illius, ſicut ex elementis fiunt corpora mixta, & ſunt eorum materia. Cum igitur ex vino fiat acetum,

aceetum, & ex uiuo fiat mortuum, dubitatur, quare vinum non ſit materia aceti. & viuum materia mortui, cum ordinentur ad ea, ſicut potentia ad actū. Sed ad hoc reſpondetur, quod acetum eſt corruptio ipſius vini, mortuum uero corruptio uiui. Non ergo acetum fit ex uino ſicut ex materia, neque mortuum ex uiuo. ſed ſecūdum accidens dr̄ ex eo fieri, inquantum fit ex materia eius. unde cyphus non eſt materia phialæ, ſed argentum. Similiter uiuum non eſt materia mortui. ſed ſunt elementa. Quod autem ex viuo dr̄ fieri mortuum, uel ex vino acetum, ſi referantur ad ipſam formam uini uel animalis, hec præpoſitio, Ex, ſignificabit ordinem. quia ſ. in eadem materia poſt formam uini eſt acetum, & poſt formā animalis eſt mortuum. Per quem modum dicimus quod ex die fit nox. Et ideo, quæcunque ſic tranſmutantur adinuicē, ſicut ex uino fit acetum, & ex animali mortuum, non fit conuerſio tranſmutationis. niſi redeat ad materiam. Sicut ſi ex mortuo debet fieri animal uiuum, oportet quod redeatur ad materiam primam, inquantum corpus mortuum reſoluitur in elementa. Et ex elementis iterum ordine debito uenitur ad conſtitutionem animalis. Et ſimiliter de aceto & uino. Et huius ratio eſt, quia quandocunque materia ſe habet ad diuerſa ſecundum ordinem, non pōt ex poſteriori rediri in id, quod præcedit ſecundum ordinem. Sicut in generatione animalis ex cibo fit ſanguis, & ex ſanguine ſemen, & menſtruum, ex quib. generatur animal. non poteſt autem mutari ordo ſ. ut ex ſemine fiat ſanguis, aut ex ſanguine cib. niſi per reſolutionē ad primam materiam, ex eo quod cuiuslibet rei eſt determinatus modus generationis. Et ſimiliter quia materia uini non comparatur ad acetum niſi per uinum, inquantum. ſ. eſt corruptio uini. Similiter eſt de mortuo & uiuo, & de cæco & uidente, & cæteris, & ideo a talibus priuationibus non fit reditus ad habitus, niſi per reſolutionem in primam materiam. Si autem ſit aliqua priuatio, ad quam materia immediate ordinatur, quæ. ſ. nihil aliud ſignificat niſi negationem formæ in materia ſine ordine ad formam, ſicut a tali priuatione poterit fieri reditus ad formam, ſicut a tenebris ad lucem, quia nihil aliud ſunt niſi abſentia lucis in diaphano.

T. cō. 13. par. prima.

par. 3.

part. 3.

aqua aceti. Fit enim ex his, ut ex die nox. Et quæcūque itaque ſic tranſmutantur adinuicem, ad materiam oportet redire. Vt ſi ex mortuo animal, in primā materiam, deinde fit animal, & acetum in aquam, deinde fit uinū.

modum ex die nox, & quæcunque ita inuicem tranſmutantur, ad materiam oportet redire: vtputa ſi ex mortuo animal, primum ad materiam, deinde animal; & acetum ad aquam. deinde vinum.

LECTIO V.

a DE dubitatione uero dicta circa diffinitiones & numeros, quę cauſa eſſendi unum, deinceps dicendum eſſe ur̄. Omnium enim quæcunque plures partes habent. & non eſt ut aceruus quod totum, ſed aliquid ineſt totum præter partes, eſt aliqua cauſa. Quoniam & in in corporibus his quidem tactus cauſa eſt vnum eſſendi, alijs vero uiſcoſitas, aut aliqua paſſio altera talis. Diffinitio vero ratio eſt una, non coniunctione, quemadmodum eſt ilias, ſed per unius eſſe. Quid igitur eſt quod facit vnum hominē, & propter quid vnum, ſed non multa, puta animal & bipes?

b Aliterque, & ſi eſt, ut aiunt quidam, ipſum aliquid animal, & ipſum bipes. Quare nanque non illa ipſa homo eſt. Et erunt ſm participationem homines non hominis, & neq; unius, ſed duorum. ſ. animalis & bipedis, & totaliter utique non erit homo unum ſed plura, animal & bipes.

c Palam itaque quia ſic quidē accepıantibus, ut conſueuerunt diffinire & dicere, non contingit reddere & ſoluere dubitationem. Si autem, ut diximus, hoc quidem ut materia, illud uero forma, & hoc quidem potentia, illud uero actu, non adhuc dubitatio utique videbitur eſſe quod quæritur.

LECTIO V.

DE dubitatione autem dicta, & circa definitiones, & circa numeros, quæ cauſa eſt vt vnum ſint? Omnium nanque, quęcunque plures partes habent, & non eſt totum quaſi coaceruatio, ſed ipſum totū eſt aliquid aliud præter partes, eſt aliqua cauſa. Nam & in corporibus quibuſdam tactus eſt cauſa, vt vnum ſint; quibuſdam vero viſcoſitas, aut aliqua alia talis paſſio. definitio uero oratio eſt una, non coniunctione, vt ilias, ſed eo quod vnius eſt. Quid eſt igitur quod hominem facit vnum, & cur vnum & non multa ſunt animal, & bipes?

Præſertim, ſi quemadmodum quidam dicunt, ſit quid ipſum animal, & ipſum bipes? cur enim non illa homo eſt, & erunt ſecundum participationē homines non hominis unius, ſed duorum, animalis & bipedis? & omnino profecto homo non erit unum ſed plura, animal, & bipes.

Manifeſtum itaque eſt, quod ita quidem tractantibus, vt ſolent definire & dicere, non eſt poſſibile reddere rationem, et ſoluere dubitationem. Quod ſi, quemadmodum dicimus, hoc quidem materia, hoc vero forma eſt, et hoc quidem potentia, hoc vero actu, profecto non videtur amplius dubitatio eſſe quod quęritur.

LECTIO V.

POſtquam philo. determinauit de principio materiali & formali, nunc intendit determinare de vnione eorum adinuicem, & circa hoc tria facit. Primò enim mouet dubitationem. Secondo ſoluit, ibi: [Palam itaque quia ſic quidem accepıantibus.] Tertio excludit falſas opiniones circa prędictā quæſtionem, ibi: [Propter hanc vero dubitationem.] Circa primum duas ponit rationes, ex quibus oſtenditur quæſtio eſſe dubitabilis dicēs, quod circa hanc quęſtionē, quę ſuperius tacta eſt circa diffinitiones, & numeros, quid faciat vtrunque eſſe vnum, hoc conſiderādum eſt, quod omnia, quæ habent plures partes, & totum in eis non eſt ſolum coaceruatio partiū, ſed aliquid ex partibus conſtitutum, quod eſt præter ipſas partes, habēt aliquid quod facit in eis unitatē. In quibuſdam enim corporibus ſic vnitatem habentibus cauſa vnitatis eſt contactus, in quibuſdam viſcoſitas, aut aliquid aliud huiuſmodi, manifeſtum autem eſt, quod diffinitiua ratio eſt vna ex pluribus conſtans. Nec eſt vna per ſolā coaceruationem partiū [ſicut ilias] id eſt poema factum de hiſtoria Troiana, quod per ſolam aggregationem eſt vnum. Diffinitio aūt eſt vnum ſimpliciter. Eſt enim ſignificatiua vnius. vnde merito dubitatur, quid eſt quod faciat diffinitionem hominis eſſe unam, & hominem cuius ratio eſt diffinitio. Cū. n. homo ſit animal & bipes, quę videntur eſſe duo, merito dubitatur, quare hō eſt vnū & non plura. Secundo ibi. b ¶ Ponit ſecundam rōnem, quę quęſtionem reddit dubitabilem dicens, quod alia ratio dubitationis accidit prędictæ quæſtioni. Si. n. eſt verum, quod quidam dicunt, ſi hoc ipſum quod eſt aīal ſit aliquod per ſe exiſtens & ſeparatum, & ſimiliter hoc ipſū quod eſt bipes, quod Platonici poſuerunt. Si. n. hoc eſt, merito quæritur, quare hō no eſt illa duo aggregata. ita quod homines particulares nō ſunt hoīes niſi per participationem hois, nec per participationē alicuius vnius, ſed per participationē duorū, quæ ſunt aīal & bipes. Et ſm hoc, hō non erit unum, ſed duo. ſ. animal & bipes. Deinde cū dicit. c ¶ Soluit prædictam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo proponit vnde appareat via ad ſolutionem dubitationis, & dicens manifeſtum eſſe, quod ſi aliqui accepterunt quod dictum eſt de poſitione Platonis, & tranſmutent ſic naturas

Infra par. 3.

part. 9.

rerum, quod ponant vniuerſalia ſeparata, ſicut Platonici determinare & dicere conſueuerunt, non contingit reddere cauſam vnitatis hominis, & ſoluere dubitationem prędictam. Sed ſi ponatur, ſicut dictum eſt ſupra, quod in diffinitionibus ſit vnũ, ſicut materia, aliud ſicut forma, vnum ſicut potentia, aliud ſicut actus, quęſtio tam facilis eſt ad ſoluendum, quod dubitationem non videtur habere. F

part. 4. d ¶ Secundo, ſecundum viã præmiſſam ſoluit propoſitam dubitationẽ, & primo ſoluit eam in naturalibus, quę generantur & corrumpuntur, dicens, quod prædicta dubitatio eſt eadem, ac ſi quæratur: quare æs eſt rotundum? Ponamus .n. quod diffinitio huius nominis veſtis ſit ęs rotundum, & quod hoc nomen ſignificet iſtam diffinitionem, cum quęritur: quæ eſt cauſa, quare iſta diffinitio æs rotundum ſit vnum, non videtur eſſe dubitabilis, eo quod ęs eſt ſicut materia, & rotundum ſicut forma. nulla enim talis cauſa eſt, quare iſta ſunt vnum, niſi illa, quæ facit id, quod eſt in potentia, eſſe actu. Et hoc eſt agens in omnibus, in quibus eſt generatio. Vnde cum hoc ſit quod quid erat eẽ, ſignificatum per diffinitionem, .ſ. id quod eſt in potentia fieri actu, manifeſtum eſt quod agens eſt cauſa in rebus generabilibus, & corruptibilibus quare quod quid erat eẽ, vna eſt diffinitio.

part. 5. e ¶ Soluit prædictã dubitationẽ in mathematicis, & dicit, quod duplex eſt materia, ſcilicet ſenſibilis & intelligibilis. Senſibilis quidẽ eſt, quę concernit qualitates ſenſibiles, calidũ & frigidum, rarum & denſum, & alia huiuſmodi, cum qua quidem materia concreta ſunt naturalia, ſed ab ea abſtrahunt mathematica. Intelligibilis autem materia dicitur, quę accipitur ſine ſenſibilibus qualitatibus vel differentiis, ſicut ipſum continuum. & ab hac materia non abſtrahunt mathematica. Vnde ſiue in ſenſibilibus, ſiue in mathematicis ſemper oportet quod ſit in diffinitionibus aliquid quaſi materia, & aliquid quaſi forma. Sicut in hac diffinitione circuli mathematici. Circulus eſt figura ſuperficialis, ſuperficies eſt quaſi materia, & figura quaſi forma. Eadem enim eſt ratio: quare diffinitio mathematica eſt vna, & quare diffinitio naturalis licet in mathematicis non ſit agens, ſicut in naturalibus, quia vtrobiq; alterum eſt ſicut materia, & alterum ſicut forma.

part. 6. f ¶ Soluit prędictam dubitationem quantum ad ea, quæ ſunt omnino a materia ſeparata dicens, quod quæcunque non habent materiam intelligibilem, vt mathematica, nec ſenſibilem vt naturalia, ſicut ſunt ſubſtantię ſeparatæ, ſtatim vnumquodq; eorum eſt vnum aliquid. In his enim, quæ habent materiam, non ſtatim vnumquodque eſt vnum, ſed vnitas eorum eſt ex hoc, quod vnitas aduenit materiæ. Sed ſi aliquid ſit quod ſit forma tantum, ſtatim eſt vnum, quia non eſt in eo ponere aliquid quocunque ordine, prius, quam expectet vnitatem a forma. Et ponit exemplum, quia cum decem prædicamenta non hoc modo ſe habeant ex additione ad ens, ſicut ſpecies ſe habent ex additione differentiarũ ad genera, ſed hoc ipſũ quod eſt ens, manifeſtum eſt quod ens non expectat aliquid additum ad hoc quod ſiat hoc, id eſt ſubſtãtia, vel quantum, vel quale, ſed ſtatim a principio eſt uel ſubſtãtia, uel quantitas, uel qualitas. Et hæc eſt cauſa, quare in diffinitionibus non ponantur nec unũ, nec ens ut genus, quia oporteret quod vnum & ens ſe haberent ut materia ad differentias, per quarũ additionem ens fieret vel ſubſtantia uel qualitas. Et ſimiliter id quod eſt ſeparatum omnino a materia, quod eſt ſuũ quod quid erat eſſe, ut ſupra dictum eſt, ſtatim eſt vnum, ſicut & ſtatim eſt ens. non enim eſt in eo materia expectans formam, a qua habeat unitatem & eſſe. & ideo in talibus non eſt aliqua cauſam mouens ad hoc, quod ſint unum. Habent tamen quędam eorum cauſam ſubſtinentem ſubſtãtias ſine motu ſubſtantiarum earum, & non ſicut in generabilibus quæ per motum fiunt. Statim enim unumquodq; eorum eſt aliquod ens, & aliquod unũ, non ita quod ens, & unum ſint genera quædam, aut ſingillatim exiſtentia præter ſingularia, quæ Platonici ponebant. Deinde cum dicit.

part. 7. g ¶ Excludit quorundam falſam opinionem circa prędictam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo ponit eorum poſitiones, & dicit, propter prędictam dubitationem quidam, .ſ. Platonici poſuerunt participationem, quia .ſ. inferiora participant ſuperiora. ut hic homo, hominem: & homo, animal & bipes. Et inquirebant quid eſt cauſa participationis, & quid participare, ut eis innoteſceret, quare eſt unum, hoc quod dico animal bipes.

Alii uero ponunt cauſam unitatis hominis quandam conſubſtantialitatem, ſiue coexiſtentiam animę cum corpore, ſicut

d Eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi terminus veſtimenti ſit, rotundum æs. ſit enim vtique ſignum nomen huius rationis. Quare cum quæritur, quid cauſa eſt vnum eſſendi rotundum, & æs, non adhuc itaque dubitatio videbitur, quia hoc quidem materia, illud uero forma. Quid igitur huius cauſa eſt, .ſ. quod eſt potentia ens, actu ſit præter faciens in quibus generatio? nulla nanq; eſt cauſa altera eius, quod poteſtate ſphæra, actu eſſe ſphæram: ſed hoc erat quodquiderat eſſe vtrique. G

Etenim dubitatio eſt eadem, ac ſi definitio ueſtis eſſet ęs rotundum. eſſet etenim hoc nomẽ rationis ſignum. quare quod quæritur eſt, quęnam cauſa ſit vt rotundum & ęs unum ſint. amplius vero non apparet dubitatio, quoniam hoc quidem materia, illud uero forma eſt. Quę igitur huius cauſa eſt, ut quod potentia eſt, actu ſit in quibuſcunq; generatio eſt, præter illud, quod facit? nulla enim alia cauſa eſt, ut actu ſphęra ſit, quę potentia ſphęra erat; ſed hoc erat ipſum quodquiderateſſe utrique.

e Eſt autem materia alia intellectualis, alia ſenſibilis. Et ſemper rationis hoc quidem materia, illud vero actus eſt: ut circulus figura ſuperficialis. H

Eſt autem materia, quædam intelligibilis, quędam ſenſibilis. et ſemper rationis hoc quidem materia, hoc uero actus eſt. ut circulus figura plana.

f Quæcunque uero non habent materiam nec intellectualẽ, nec ſenſibilem, ſtatim quidem unũ aliquid eſt vnumquodque eorũ quemadmodum, & quod ens, aliquid hoc, quod quale, quod quantum. Quapropter & non ineſt diffinitionibus nec ens, nec vnum & quodquideratеſſe ſtatim vnũ aliquid eſt, ſicuti & ens aliquid. Quapropter, non eſt aliqua alia cauſa unum eſſendi nulli horum neque eſſendi ens aliquid. ſtatim enim vnumquodq; eſt ens aliquid, & vnum aliquid, non vt in genere & ente & vno, nec vt ſeparabilibus exiſtentibus præter ſingularia. I

Quęcunque uero neque intelligibilem, neque ſenſibilẽ materiam habent ſtatim unum quiddam eſſe unumquodque eſt, quemadmodum ipſum ens hoc quiddam, hoc quale, hoc quãtum, quare non ineſt in definitionibus nec ens, nec unum, & ipſum quid erat eſſe ſtatim unum quiddam eſt, quemadmodũ & ens quiddam. Propterea, nõ aliqua alia cauſa ulli iſtorum, ut unum ſint, nec ut ens quiddam ſint. ſtatim etenim unumquodque eſt ens quiddam, & unum quiddam, non ut in genere in ente & uno, nec tanquam ſint ſeparata præter particularia.

g Propter hanc vero dubitationem hi quidem participationẽ dicunt, & cauſam aliquam participationis, & quid participare dubitant. hi enim coexiſtentiam animę, vt Lycophron ait eſſe ſcientiam eius, quod eſt ſcire & animę: alii vero compoſitionẽ, aut cõiunctionem animę cum corpore, viuere. K

Ob hanc dubitationem quidam participationem aiunt, & cauſam quandam participationis, & quidnam ſit illud participare dubitant. Quidam copulã animę, ſicuti Lycophron ait, ſcientiam eſſe ipſius ſcire & animę. Quidã compoſitionem, aut coniunctionem animę cum corpore, ipſum uiuere.

ſicut ſi ſignificaretur in abſtracto anima cum corpore, quaſi di-cerennus animationem, ſicut Lycophron dixit, quod ſcientia eſt medium inter animam & ſcire. Alii autem dixerunt, quod ipſum viuere eſt medium, per quod coniungitur anima corpori. Secundo loi

par. 8. h ¶ Excludit dictas poſitiones, dicens quod ſi hoc bene dicitur de anima & corpore quod ſit aliquod medium uniens, eadem ratio erit in omnibus, quę ſe habent ut forma & materia, quia ſecundum hoc, conualeſcere erit medium quaſi quędã conſubſtantialitas,

par. 9. aut quædam coniunctio ſiue uinculum inter animam, per quam ſubſiſtit animal, & ſanitatem. Et eſſe trigonum erit quoddam medium componens ſiguram trigoni. Et eſſe album, erit quoddam medium quo componitur albedo ſuperficiei: quod eſt manifeſte falſum. Vnde falſum eſt, quod uiuere ſit medium, quo componitur anima corpori, cum uiuere nihil aliud ſit quam eſſe animatum. Tertio ibi.

h Equidem eadem ratio in omnibus. Etenim ſanum eſſe, erit aut coexiſtentia, aut colligatio, aut coniunctio animæ & ſanitatis: & æs eſſe trigonum, compoſitio æris & trigoni; & albũ unum eſſe compoſitio ſuperficiei & albedinis.

i Cauſa uero quia potentiæ & actus quærunt unum faciens & differentiam. Eſt autem, ut dictum eſt, & ultima materia, & forma idem, & hęc potentia, hæc actu. Quare ſimile eſt quærere unius quæ cã, & unũ eſſendi, unum enim aliquid unumquodque, & quod potentia, & quod actu unum aliqualiter eſt. Quare cauſa nulla alia, niſi ut quaſi mouens ex potentia ad actum. Quæcunque uero non habent materiam, omnia ſimpliciter quod vere entia aliquid.

A *Attamen eadem de omnibus ratio erit. etenim ipſum ſanum eſſe, aut copula, aut compoſitio, aut coniunctio animæ & ſanitatis erit. & æs eſſe*
B *triangulum, compoſitio æris & trianguli: & album eſſe compoſitio ſuperficiei & albedinis.*

Cauſa vero eſt, quoniam potentia, & actus rationem quærunt vnientem, & differentiam. eſt autem, ut dictum eſt, vltima materia & forma idem: &
C *hoc quidem potentia, hoc vero actu: Quare ſimile eſt quærere; quidnam vnius cauſa ſit, & vt vnum ſit. vnum enim quiddam vnumquodque. & quod potentia, & quod actu vnum quodammodo eſt. Quare nulla alia cauſa eſt, niſi ſiquid ſuit, tanquam ex potentia in actum mouens. Quæcunque vero non habent materiam, cuncta ſimpliciter entia ſunt ipſum quid.*
D

i ¶ Aſsignat cauſas erroris prædictorum dicens, quòd cauſa quare talia poſuerunt, eſt, quia inquirebant quid faciens unum potentiam & actum, & inquirebant differentias eorum, quaſi oporteret eas colligari per aliquod vnum medium, ſicut ea quę ſunt diuerſa ſecundum actum. Sed ſicut dictum eſt, vltima materia quę ſcilicet eſt appropriata ad formam, & ipſa forma, ſunt idem. Aliud enim eorũ eſt ſicut potentia, aliud ſicut actus. Vnde ſimile eſt quærere quæ eſt cauſa alicuius rei, & quæ eſt cauſa quod illa res ſit vna, quia unumquodque inquantum eſt, vnum eſt, & potentia & actus quodammodo unum ſunt. Quod enim eſt in potentia, fit in actus, & ſic non oportet ea vniri per aliquod vinculum, ſicut ea, quę ſunt penitus diuerſa. Vnde nulla cauſa eſt faciens vnum ea, quę ſunt compoſita ex materia, & forma, niſi quod mouet potentiam in actum. Sed illa quę non habent materiam ſimpliciter, per ſeipſa ſunt aliquid vnum, ſicut aliquid exiſtens. Et hęc de viij. libro dicta ſufficiant.

Commentariorum S. Tho ſuper Octauum Metaphy. ſinis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM,

LIBER NONVS

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

a DE primo quidē igitur ente, & ad quod omnes aliæ cathegoriæ entis referuntur, dictum eſt, uidelicet de ſubſtantia. G Nam ſecundum ſubſtantiæ rōnem dicuntur alia entia, quantitas & qualitas, & alia ſic dicta. Omnia nāque rationem habebunt ſubſtātiæ, ut diximus ī primis ſermonib. Quoniam uero dicitur ens hoc quidem eo quod quid, aut qualitas, aut quantitas, aliud ſecundum potentiam & actum, & ſecundum opus, determinabimus & de potētia & de actu. H Et primum de potentia, quæ dr̄ quidem maxime proprie, non tamen vtilis eſt ad quod volumus nunc. In plus enim eſt potentia & actus eorum, quę dicuntur ſecundum motum ſolum. Sed cum dixerimus de ea in determinationibus de actu, oſtendemus & de aliis.

b Quod quidem igitur dicitur multipliciter potentia & poſſe, determinatum eſt a nobis in a- I liis. Harum autem quæcunque quidem æquiuoce dicuntur potentię, prętermittantur. Quædā .n. ſimilitudine quadam dr̄. quēadmodum in geometria & poſſibilia & īpoſſibilia dicimus eo ꝙ aliquo mō ſunt, aut non ſunt. Quæcūque aūt ad eandē

LECTIO I.

DE Primo itaque ente, & ad quod cæteræ omnes entis prędicationes referuntur, hoc eſt de ſubſtantia, dictum eſt. nam ſecundum ſubſtantię rationem cętera dicuntur entia, quantū & quale, ac cętera, quę ita dicuntur. cuncta etenim habebunt ſubſtantię rationem, ut in primis ſermonibus diſſeruimus. Cum autem ens dicatur, hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc vero ſecundum potentiam, & actum ac opus, determinemus etiā de potentia & actu. Et primo de potentia, ea quidem, quę dicitur maxime proprie, non ſane eſt utilis ad quod nunc uolumus. potentia nanque & actus in plus eſt, quàm illa, quę ſecundum motum ſolum dicuntur. Sed, cum de ea dixerimus in determinationibus de actu, declarabimus etiam de alijs.

Quod igitur multipliciter potentia & poſſe dicitur, determinatū eſt a nobis in alijs. Harū uero quęcunque quidē ęquiuoce dicūtur potētia, prętermittātur. Quędā etenim ſimilitudine quadā dicūtur, ut in Geometria & poſſibilia ac impoſſibilia dicimus, eo ꝙ quodā modo ſint aut nō ſint. Quęcūque vero ad eandem formam oēs, aliqua principia ſunt, & ad unam primā dicuntur, quæ eſt principiū tranſ-

a POSTQVAM determinauit Philoſophus de ente ſecundum ꝙ diuiditur per decem prædicamēta; hic intendit determinare de ente ſecundum ꝙ diuiditur per potentiam & actū. Et diuiditur in duas partes. In prima continuat ſe ad præcedentia, & manifeſtat ſuā intentionem in hoc libro. In ſecunda proſequitur quod intēdit, ibi, [Quod quidem igitur.] [par. ſeq. Tex. c6. 1. par. 1.] Dicit ergo primo, quod in præmiſſis dictum eſt de ente primo, ad quod omnia alia prædicamenta entis referuntur, ſcilicet de ſubſtantia.

Et quod ad ſubſtantiam omnia alia referantur ſicut ad ens primum, manifeſtat, quia omnia alia entia, ſcilicet qualitas, quantitas, & huiuſmodi, dicuntur ſecundum rationem ſubſtantię. Dr̄ enim quantitas ex hoc ꝙ eſt menſura ſubſtantiæ, & qualitas ex hoc, quod eſt quædam diſpoſitio ſubſtantiæ, ſimiliter in aliis. Et hoc patet ex hoc, quod omnia accidentia habent rationem ſubſtantiæ, quia in diffinitione cuiuſlibet accidentis, oportet ponere proprium ſubiectū, [part. 2. Inf. tex. c. 7.] ſicut in diffinitione ſimi ponitur naſus. Et hoc declaratum eſt in præmiſſis, ſ. in principio Septimi. Sed quia ens diuiditur uno modo ſecūdum quod dicitur quid, ſ. ſubſtantia, aut quantitas, aut qualitas, quod eſt diuidere ens per decem prædicamenta: alio mō ſm̄ quod diuiditur per potentiam & actum, uel operationem, a qua deriuatum eſt nomen actus, ut poſtea dicetur, oportet nunc determinare de potentia & actu. Et primo de potentia, quæ maxime dicitur proprie, non tamen utile eſt ad pꝛſentem intentionem. Potentia enim & actus, ut plurimum dicuntur in his, quę ſunt in motu, quia motus eſt actus entis in potentia. Sed principalis intentio huius doctrinę non eſt de potentia & actu, ſecundum quod ſunt in rebus mobilibus ſolum, ſed ſecundum quod ſequuntur ens commune. vnde & in reb. immobilibus inuenitur potentia & actus, ſicut in reb. intellectualibus. Sed cum dixerimus de potentia, quæ eſt in reb. mobilibus, & de actu ei correſpondente, oſtendere poterimus, & de potentia, & actu ſecundum quod ſunt in rebus intelligibi- F bus, quæ pertinēt ad ſubſtātias ſeparatas, de quib. poſtea agetur. Et hic eſt ordo conueniens, cū ſenſibilia, quæ ſunt in motu, ſint nobis magis manifeſta. & ideo per ea deuenimus in cognitionē ſubſtantiarū rerū immobiliū. Ex quo ēt apparet ſenſus alterius literæ, quæ ſic habet. [Et quidem potentia, quæ dicitur proprie, non ſolum vtilis eſt ad quod volum⁹ nūc] quia licet potentia, quæ eſt in reb. mobilib. maxime proprie dicatur, non tamen hoc ſolum dicitur potentia, ut dictum eſt. Et vtilis eſt ad præſentē intentionem, non quaſi de ea principaliter intēdatur, ſed quia per eam in alias potentias deuenimus. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de potentia & actu. & diuiditur in partes tres. In prima determinat de potentia. In ſecunda de actu, ibi; [Quoniam autem de potentia ſecundum motum.] [Infra lec. 5.] In tertia, de comparatione actus ad potentiam, ibi: [Quoniam autem ipſum prius determinatū eſt.] [Infra lec. 9.] Prima diuiditur in duas partes. In prima determinat de potentia ſecundum ſe. Secundo, per comparationem ad ea, in quibus eſt, ibi: [Quoniam autem hęc quædam in animatis.] [Lect. ſeq.] Prima in duas. In prima determinat de potētia. In ſecunda de impotentia ibi: [Et impotentia & impoſsibile.] Circa primum duo facit. [Infr. par. 4.] Primo oſtendit quot modis dr̄ potentia. Secundo, manifeſtat quandā [Lect. 7.] veritatem ex præmiſsis circa potentiā, ibi: [Palam igitur quia eſt qdē vt vna.] K Dicit ergo primo, ꝙ determinatū eſt in alijs, ſcilicet. Quinto huius, ꝙ multipliciter dicitur potentia & poſſe: & iſta multiplicitas quantum ad quoſdam modos eſt multiplicitas ęquiuocationis, ſed quantum ad quoſdam analogiæ. Quædam enim dicuntur poſſibilia, uel impoſſibilia, eo quòd habent aliquod principium in ſeipſis, & hoc ſecundum quoſdam modos, ſm̄ quos omnes dicuntur potentiæ nō ęquiuoce, ſed analogice. Aliqua vero dicuntur poſſibilia vel potentia, nō propter aliquod principium, quod in ſeipſis habeant, & in illis dicitur potentia æquiuoce. Dicit ergo, quòd de modis potētię, illi prætermittendi ſunt ad pręſens, ſecundū quos potētia dicitur

tur æquiuoce. In quibuſdam enim dicitur potentia, non propter aliquod principium habitum, ſed propter ſimilitudinem quandam, ſicut in geometricis. Dicitur enim potentia alicuius lineæ eſſe quadratum eius, & dicitur quod linea poteſt in ſuũ quadratum, & ſimili modo poteſt dici in numeris, quod ternarius poteſt in nouenarium, quod eſt quadratum eius, eo quod ex ductu eius in ſeipſum facit nouenariũ. Ter enim tria, nouem faciunt. Ex linea etiam quæ eſt radix quadrati ducta in ſeipſam, ſit quadratum. & ſimiliter eſt in numeris. Vnde radix quadrati habet aliquam ſimilitudinem cũ materia, ex qua fit res. Et propter hoc per quandam ſimilitudinem dicitur potens in quadratum, ſicut dicitur materia potens in rem. ſimiliter in logicis dicimus aliqua eſſe poſſibilia & impoſſibilia, non ꝓpter aliquam potentiam, ſed eo ꝙ aliquo mõ ſunt, aut non ſunt. Poſſibilia n. dicuntur, quorum oppoſita cõtingit eſſe vera. impoſſibilia vero, quorũ oppoſita non cõtingit eſſe vera. Et hæc diuerſitas eſt ꝓpter habitudinem prædicati ad ſubiectum, quod quandoq; eſt repugnans ſubiecto, ſicut in impoſſibilibus. quandoque vero non. ſicut in poſſibilibus. His ergo mõ prætermiſſis, conſiderandum eſt de potentiis, quæ reducuntur ad vnã ſpeciem, quia quælibet earum eſt principiũ quoddam. & omnes potentiæ ſic dictæ, reducuntur ad aliquod principium, ex quo omnes aliæ dicuntur. Et hoc eſt principium actiuum, quod eſt principium tranſmutationis in alio inquantum eſt aliud. Et hoc dicit, quia poſſibile eſt, quod principium actiuum ſimul ſit in ipſo mobili, vel paſſo, ſicut cum aliquid mouet ſeipſum, non tamen ſecundum idem eſt mouens & motum, agens & patiens. Et ideo dicitur quod principium, quod dicitur potentia actiua, eſt principium tranſmutationis in alio inquantum eſt aliud: quia etſi contingat principium actiuum eſſe in eodem cum paſſo, non tamen ſecundum quod eſt idem, ſed ſecundum quod eſt aliud. Et quod ad illud principium, quod dicitur potentia actiua reducantur aliæ potentiæ, manifeſtum eſt. nam alio modo dicitur potentia paſſiua, quæ eſt principium quod aliquid moueatur ab alio, inquantum eſt aliud. Et hoc dicit, quia & ſi idem patiatur a ſeipſo, non tamen ſecundum idem, ſed ſecundum aliud. Hæc autem potentia reducitur ad primam potentiam actiuã, quia paſſio ab agente cauſatur. & propter hoc, etiam potentia paſſiua reducitur ad actiuam. Alio modo dicitur potentia quidam habitus impaſſibilitatis [eius quæ eſt in deterius] id eſt diſpoſitio quædam, ex qua aliquid habet, quod non poſſit pati tranſmutationem in deterius, & hoc eſt quod non poſſit pati corruptionem ab alio [inquantum eſt aliud] ſcilicet a principio tranſmutationis, quod eſt principium actiuum. Manifeſtũ eſt autẽ, quod vterque iſtorum modorum dicitur per comparationem alicuius exiſtentis in nobis ad paſſionem. In quorum vno dicitur potentia propter principium, ex quo aliquis poteſt non pati. In alio autem propter principium, ex quo quis poteſt pati;

part. 3.

Alia litera. eunuchizabile.

ſpeciem, omnes principia quędam ſunt, & ad primum unum dicuntur quod eſt principium tranſmutationis in alio, inquantum aliud eſt. Nam quædam patiendi potentia eſt, quæ in ipſo patiente principium mutationis paſſiuæ ab alio inquãtum aliud eſt. Hæc autem habitus impoſſibilitatis, eius, quæ in deterius & corruptionis ab alio inquãtum aliud, eſt a principio tranſmutationis. In his ineſt omnibus terminis potentię primæ ratio. Iterum autem hæ potentiæ dicuntur, aut ſolum faciendi; aut patiẽdi, aut ipſius bene. Quare in harum rationibus inſunt aliqualiter priores rationes potentiarũ.

c Palam igitur, quia eſt quidem vt vna potentia faciendi & patiendi; nam poſſibile eſt per ſe, & habere ipſam potentiam patiendi, & eo quod aliud ab ipſo; eſt autem vt alia. Hoc quidem enim in patiente. Propter habere enim quoddam principium, & eẽ materiam principium quoddã. patitur patiẽs, & aliud ab alio. Craſſum. n. combuſtibile eſt, cedens autem ſic impręſſibile, & ſuppoſitum ſic enuntiabile, ſimiliter autem & in aliis. Hoc autem in faciente, vt calor & ædificatiua, hoc quidem in calefactiuo, hoc autem in ędificatiuo. Quapropter inquantum ſimul natum eſt nihil patitur ipſum a ſeipſo. Vnũ enim, & non aliud eſt.

A Vnde cum paſſio ab actione dependeat, oportet quod in diffinitione vtriuſque iſtorum modorum ponatur diffinitio [potentiæ primæ] ſ. actiuæ. Et ita iſtæ duæ reducuntur ad primam, ſ. ad potentiam actiuam, ſicut ad priorem. Iterum alio mõ dicũtur potentiæ, non ſolũ per ordinẽ ad facere, & pati, ſed ꝑ ordinẽ

mutationis in alio, prout aliud eſt. Aliqua enim eſt patiendi potentia, quę in ipſo patiente principium eſt tranſmutationis paſſiuę ab alio, prout aliud eſt. Aliqua uero habitus impoſſibilitatis, quę in deterius eſt, & corruptionis, quę eſt ab alio, prout aliud eſt, principio tranſmutatiuo. in his enim omnibus diffinitionibus, ineſt primę potentię ratio. Rurſus autem hę potentię dicuntur B aut ipſius faciendi ſolum, aut patiendi, aut ipſius bene. quare in horum quoque rationibus quodammodo inſunt priorum potentiarum rationes.

Manifeſtum igitur eſt, ꝙ quodã quidem una eſt ipſius facere, & pati potẽtia, potens enim eſt, & eo quod ipſum habeat patiendi potentiam, & eo quod C aliud ab eo, quodam modo uero alia. Hæc enim in patiente eſt. propterea enim quod habet aliquod principium, & quod materia aliquod principium eſt, patitur quod patitur, & aliud ab alio. pingue nanque cõbuſtibile eſt. cedens uero ſic preſſibile. & ſimiliter de cęteris: Hęc uero in faciente, utputa calidum & ędificatiua. hoc quidem in calefactiuo, hæc uero in ędificatiuo. Propter quod nullum, prout connaturale factum ipſum a ſeipſo patitur. unum etenim, & non aliud eſt.

a hoc quod eſt bene in vtroque, ſicut dicimus aliquẽ potentem ambulare, non ꝙ poſſit ambulare quomodo, ſed eo quod poſſit bene ambulare, & econuerſo dicimus eſſe de claudicante quod non poſſit ambulare. Similiter dicimus ligna combuſtibilia eo quod comburi poſſint de facili. Ligna uero viridia quæ non de facili comburuntur, dicimus incombuſtibilia. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ in diffinitione harum potentiarum, quæ dicuntur reſpectu bene agere vel pati, includuntur rationes primarum potẽtiarum quæ dicebãtur ſimpliciter agere, & pati, ſicut in bene agere. includitur agere & pati. in eo quod eſt bñ pati. Vñ manifeſtum eſt, quod omnes iſti modi potentiarum, reducuntur ad vnum primum, ſ. ad potentiam actiuam. Et inde patet, ꝙ hæc multiplicitas non eſt ſecundum æquiuocationem ſed ſecundum analogiam.

Deinde cum dicit. c¶ Ex prædictis quandam veritatem circa prædictas potentias, manifeſtat, & dicit, quod potentiæ faciendi, & patiendi, eſt quodam modo vna potẽtia, & quodammodo non. Vna quidẽ eſt ſi conſideretur ordo vnius ad aliam. vna enim dr̃ per reſpectum ad alteram. Poteſt. n. dici aliquid habens potentiam patiendi, quia ipſum habet per ſe potentiam ut patiatur vel eo quod habet potentiam, vt aliud patiatur ab ipſo. Et hoc ſecundo modo potentia actiua eſt idem cum paſſiua. Ex eo enim ꝙ aliquid habet potentiã actiuam, habet potentiam ut patiatur aliud ab ipſo. Si autem conſiderentur hę duæ potentiæ actiua ſ. & paſſiua ſecundum ſubiectum, in quibus ſunt, ſic eſt alia potentia actiua & alia paſſiua. Potentia enim paſſiua eſt in patiente, quia patiens patitur propter aliquod principium in ipſo exiſtens, & huiuſmodi eſt E materia. Potentia autem paſſiua nihil aliud eſt, quam principium patiendi ab alio: ſicut combuſtio quoddam pati eſt, & principium materiale, propter quod aliquid eſt aptum combuſtioni, eſt pingue vel craſſum. Vnde ipſa potentia eſt in combuſtibili quaſi paſſiua.

Et ſimiliter illud quod ſic cedit tangenti, vt impreſſionem quandam recipiat, ſicut cera, vel aliquid huiuſmodi, inquamũ tale, eſt frangibile. [Vel ſuppoſitum], i. maſculinum, eſt ſubiectum proprium huius paſſionis, quæ eſt eunuchizare. Et ſimiliter eſt in aliis quæ patiuntur ſecundum quod in eis eſt principium quoddam patiendi quod dr̃ potentia paſſiua. Potẽtia uero actiua eſt in agente, ut calor in calefactiuo, & ars ædificatiua in ædificante. Et quia potentia actiua, & paſſiua in diuerſis ſunt, manifeſtum eſt, ꝙ nihil patitur a ſeipſo, inquantum aliquid eſt aptum natum agere vel pati. Per accidens autẽ aliquid pati contingit a ſe ipſo ſicut medicus ſanat ſeipſum, non ut medicũ,

ſed ſicut infirmum. Ideo autem non patitur aliquid a ſeipſo, quia per ſe loquendo alicui vni & eidem ineſt vnum dictorũ principiorum,& non aliud. Cui enim ineſt principium agendi, non ineſt principium patiendi, niſi ſecundum accidens, vt dictum eſt. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de
par. 4. impotentia dicens, ꝙ impotentia, quæ eſt contraria dictæ potentiæ,& impoſſibile quod dr̃ ſecũdum hmõi impotẽtiam, eſt priuatio prædictæ potẽtiæ. Hoc aũt dicit ad differentiam impoſſibilis quod ſignificat aliquem modũ falſitatis, quod nun dr̃ ſecundũ aliquam impotentiã, ſicut nec poſſibile ſecundum aliquam potentiam. Quia.n. priuatio & habitus ſũt eiuſdem,& ſm idem, neceſſe eſt ꝙ
par. 1. potentia & impotẽtia ſint eiuſdem, & ſecundum idem. Et iõ quot modis dr̃ potentia, tot modis dr̃ impotentia ſibi oppoſita. Sed ſciendum eſt quod priuatio dr̃ multipliciter. Vno.n.mõ quę quid non habet aliquid, poteſt dici eſſe priuatum, ſicut ſi dicamus lapidem priuatum viſu, eo
par. 2. quod non habet viſum. Alio modo dr̃ priuatum ſolum ꝙ eſt aptum natũ hẽre,& non habet. Et hoc dupliciter. Vno modo vniuerſaliter, quando nõ ha-
par. 3. bet, ſicut ſi dicat catus priuat⁹ viſu, qñ non habet uiſum. Alio modo ſi non habet, quando apt⁹ natus eſt habere. Vnde canis ante nonum diem non dr̃ priuatus viſu. Et iterum hoc diuerſificatur. Nã vno mõ dicitur priuatũ, eo quod non habet aliquo modo determinato.ſ. perfecte & bene, ſicut cum vocamus cæcum eum qui nõ bene uidet.

d Et impotentia,& impoſſibile, & quæ tali potentiæ contraria eſt, priuatio eſt. Quare eiuſdẽ & ſecundum idem, omnis potẽtia & impotentia. Priuatio autem dr̃ multipliciter. Etenim nõ habens,& aptum natum, ſi non habet, aut omnino, aut quando aptum natum eſt. Et aut ſic, puta perfecte; aut ſaltem quocunque modo. In quibuſdã uero ſi apta nata habere non habeant, ui priuata hæc eſſe dicimus.

G

At impotentia quoque, & impotẽs, atque quæ tali potentiæ contraria eſt, priuatio eſt. quare eiuſdem & ſecundum idem potentia, impotentiaque omnis. Priuatio aũt multifariam dicitur: etenim quod non habet, & quod natura aptum eſt ſi non habet, aut omnino, aut cum natura aptum ſit aut ſic, vt puta omnino, aut quomodocunque; in quibuſdam autem ſi natura apta habere, ui non habeant, priuari ea dicimus.

LECTIO II.

a QVoniam autẽ hęc quidẽ in inanimatis inſunt prĩcipia talia, alia vero in animatis,& in anima, & in anima rationem habente, palam quia, & potentiarum aliæ erunt irrationabiles, aliæ cũ ratione. Quapropter omnes artes & factiuæ ſcientię, potẽtiæ ſunt. Principia nanque permutatiua ſunt in alio, inquantum aliud.

H

LECTIO II.

CVm autem quędam in inanimatis talia principia inſint, quędam vero in animatis. & in anima, & in animę ea parte, quæ rationem habet, patet quod potentiarum quoque quędam irrationales, quędam cum ratione erunt. Quare omnes artes & factiuæ ſcientię, potentiæ ſunt. principia enim tranſmutatiua in alio, prout aliud eſt.

b Et quæ quidem cum ratione omnes contrariorum ſunt eædem,& quæ irrationabiles una unius. ut calidum calefaciendi ſolum, medicatiua autem infirmitatis & ſanitatis.

Et quæ quidem cum ratione omnes, eadem contrariorum ſunt: irrationales vero, vna vnius. ut calidum, ipſius calefaciendi ſolius; medicandi vero potentia, infirmitatis & ſanitatis.

c Cauſa autem, quia ratio eſt ſcientia. Ratio autem eadem oſtendit rem & priuationem, nõ tamen ſimiliter. & eſt ut amborum, eſt autem ut exiſtẽtis magis. Quare neceſſe & tales ſcientias eſſe quidem contrariorum, eſſe uero huius quidem ſecundum ſe, illius uero non ſm ſe. Etenim ratio huius quidem ſecundum ſe, illius uero quodam modo & ſecundum accidens. nam negatione & ablatione oſtendit cõtrarium. etenim priua

I

Cauſa vero eſt, quia ſcientia ratio eſt, ratio autem eadem manifeſtat & rem, & priuationem, niſi quod non ſimiliter: & quodam modo quidem amborum eſt, quodam modo vero eius magis, quod exiſtit. Quare neceſſe eſt tales etiam ſcientias eſſe quidem contrariorum; eſſe vero huius quidem per ſeipſas, illius vero non per ſeipſas. etenim ratio huius quidem ſecundum ſeipſum, huius vero quodam modo ſecundum accidens. negatione enim, & ſublatione manifeſtat contrarium. prima nanque prime

F componuntur ex corpore & anima: principium autem agendi & patiendi, quæ ſunt in corpore animatorum, non differunt ab his, quæ ſunt in animatis, ideo addit [Et in anima.] Quia videlicet principia agendi, quæ ſunt in anima, manifeſte differunt ab his, quæ ſunt in rebus inanimatis. Et iterum animæ plures ſunt, quarum multæ non multum differunt in agendo & patiendo a rebus inanimatis; quæ inſtinctu naturæ operantur. nam partes animæ nutritiuæ & ſenſitiuæ impulſu naturæ operãtur. Sola autem pars animæ rationalis eſt domina ſui actus, in quo differt a rebus inanimatis. Et ideo poſtquam dixit differentiam in anima, addit, [& in anima rationem habente.] Quia, ſcilicet illa principia animatorum a principiis inanima orum ſpecialiter differunt, quæ ſunt in parte animæ rationalis. Vnde patet, quod potentiarum animæ aliç sũt irrationales, aliæ vero cum ratione.

Et quæ ſunt cum ratione, exponit cum ſubdit, quod [omnes artes factiuę] vt fabrilis,& ædificatiua. & cçteræ huiuſmodi, quarum actiones in materiam exteriorem tranſeunt & omnes ſcientię, quæ ſcilicet non habent operationem in exteriorem materiam tranſeuntem, ſicut ſunt ſcientiæ morales & logicę, omnes inquam, huiuſmodi artes, potentiæ quædã ſunt. Quod exinde concluditur, quia ſunt principia permutationis in aliud, inquantum aliud eſt, quod eſt diffinitio potentiæ actiuę, vt ex prędictis patet. Secundo ibi.

b ¶ Aſſignat differentiam inter prædictas potentias dicens, quod potentię rationales eædem ſe habent ad cõtraria ſicut ars medica quæ eſt quædam potentia, ut dictum eſt, ſe habet ad infirmitatem,& ſanitatem faciendam. Potentiæ autem irrationales non ſe habent ad oppoſita. ſed vna eſt ad vnum effectum tantum, per ſe loquendo. Sicut calidum Solis calefacit per ſe,& ſi per accidens poſſit eſſe cauſa frigiditatis, inquantum aperiendo poros exhalare facit interios calidum, vel conſumendo materiam humoris calidi, ipſum calidum deſtruit & per conſequens infrigidat. Deinde cum dicit.

c ¶ Aſſignat Philoſophus cauſam prædictæ differentiæ, quæ talis eſt. Nam ſcientia, quæ eſt potentia rationalis, eſt quædam ratio rei ſcitæ in anima. Eadem autem ratio rem manifeſtat & eius priuationem, licet non ſimiliter, quia primo manifeſtat eam rem exiſtentem, per poſterius autem eius priuationem. Sicut per rationem viſus per ſe cognoſcitur ipſa viſiua potentia, ex conſequenti vero cæcitas, quæ nihil aliud eſt, quam ipſa carentia viſus in eo quod natum eſt habere viſum. Vnde

Alio modo quãdo non habet omnino, ſicut dicimus priuatum viſu, qui omnino uiſum non habet. Quandoque vero in rõne priuationis includitur uiolentia. Vnde quædam dicimus priuaſi, quando per uiolentiam amiſerunt ea, quę nata ſunt habere.

K

LECTIO II.

a POſtquam philo. oſtendit quot modis dicitur potentia, hic determinat de potentia per comparationem ad ea, quib. ineſt,& diuiditur in duas partes. In prima oſtendit differentiã potentiarũ ad inuicem ſecundum diuerſitatem eorũ, in quibus ſunt. In ſecunda oſtendit qñ potentia & actus ſint ſimul, vel
par. ſeq. nõ ſint in ſubſtãtia, ibi: [Sũt aũt quidã.] Circa primũ tria facit. Primo oſtdit differẽtiã potentiarũ ſm ea, in quib. ſunt dicens, ꝙ cũ potẽtiæ ſint principia qdã agendi & patiendi, horũ pricipiorũ qdã ſunt in inanimatis,& qdam in aĩatis. Et quia aĩata

de

de neceſſarium eſt, ſi ſcientia eſt quædam ratio rei ſcitæ in anima, quod eadem ſit ſcientia contrariorum. Vnius quidem per prius & ſecundum ſe, alterius vero, per poſterius. Sicut medicina per prius eſt cognoſcitiua & factiua ſanitatis, per poſterius autem infirmitatis: quia & hoc, ut iam dictum eſt, eſt de ratione rei ſcitæ in anima, quæ eſt unius oppoſitorũ ſecundum ſe, & alterius ſecundum acci-
Tex.com.4. parte 4. dens. Et quia quòd Philoſophus ſupra de priuatione dixerat, poſtmodum ad contrarium tranſtulit, oſtendit, quòd eadem ratio eſt de contrario, & priuatione. Sicut enim per negationem & ablationẽ manifeſtatur priuatio, utputa ablatio viſus manifeſtat cęcitatem, ita per negationem & ablationem manifeſtatur contrarium, quia priuatio, quæ nihil aliud eſt quam ablatio alterius, eſt quoddã primum principium inter contraria. Omnis
par.5. enim contrariorum unum eſt ſicut perfectum, alterum uero ſicut imperfectũ & priuatio alterius. Nigrum.n. eſt priuatio albi, & frigidum eſt priuatio calidi. Sic igitur patet, quòd eadem ſcientia ſe habet ad contraria. Hoc autem manifeſtat conſequenter cũ dicit.

d ¶ Accedit ergo ad
Tex.com.5. par.1. aſſignandum cauſam prędictę differentię. Manifeſtũ eſt enim, ꝙ res naturales operantur per formas ſibi inhęrentes: non autem poſſunt eidem ineſſe formæ contrariæ. vnde impoſſibile eſt, ꝙ eadem res na-
part.2. turalis faciat contraria. Sed ſcientia eſt quędã potẽtia actiua & motus principium ex eo ꝙ aliquis habet rationem rei faciendæ, & hoc principium motus eſt in anima. Et quia ita eſt, ſequitur quòd res naturales faciant unũ tantum, ſicut ſalubre facit ſolum ſanitatem, & calefactiuum facit ſolum caliditatem, & infrigidatiuum facit ſolum frigiditatem. Sed ille qui agit per ſcientiam operatur utrunque oppoſitorum, quia eadem ratio eſt utriuſq; in anima, quia habet principium talis motus, licet non ſimiliter, ſicut dictum eſt. Et ideo ſicut actio naturalis procedit ad effectũ, quaſi copulata ad formam quę eſt principium actionis, cuius ſimilitudo relinquitur in effectum, ita anima mouet per ſuam operationem ad ambo oppoſita [ab eodem principio]. i.a ratione, quæ eſt una duorũ oppoſitorum copulans ad ipſum principium utrunque motum. & ad ipſum principium utrunque terminans, inquantum ſimilitudo illius principij in utroq; oppoſitorum ineſſe productorum ſaluatur. Manifeſtum eſt igitur ꝙ potentiæ rationales, contrarium faciunt potentijs irrationalibus, quia potentia rationalis facit oppoſita, non autem potentia irrationalis, ſed unum tantum. Et hoc ideo eſt, quia unum principium oppoſitorum continetur in ratione ſcientiali, ut dictum eſt. Deinde cum dicit.

Lect. 1. e ¶ Ponit comparationem quorundam modorum potentię ſuperius ſubieis poſitorum. Dictum eſt ſupra, quod aliquid dicitur habere potentiam actiuam vel paſſiuam, quandoque quidem ex hoc ſolum quod poteſt agere vel pati, quandoque uero ex hoc quod poteſt bene agere, vel pati. Dicit ergo, quod ad potentiam bene faciendi vel patiendi, ſequitur potentia faciendi, ſed non econuerſo. Sequitur enim ſi aliquis bene facit, quod faciat, ſed non econuerſo.

LECT. III.

POſtquam Philoſophus cõparauit ſuperius potentias adinuicem, hic, incipit oſtendere quomodo potentia & actus ſe habent in eodem ſubiecto: & diuiditur in duas partes. In prima excludit quorundam falſas opiniones. In ſecunda determinat ueritatem, ibi: Lect.ſeq.
[Omnium autem potentiis.] Prima autem diuidit in duas. In prima excludit opinionem dicentium nihil eſſe poſſibile, niſi quando eſt actu. In ſecunda excludit opinionẽ dicentium econuerſo omnia eſſe poſſibilia, licet non ſint actu, ibi [Si autem eſt Infr.par.9.
quod dictũ eſt poſſibile.] Circa primum duo facit. Primo excludit dictam poſitionem erroneam. Secundo oſtẽdit quid ſit eſſe poſſibile, & quid ſit eſſe actu, ibi: [Eſt autem poſſibile.] Circa primum tria facit. Primo ponit par.7.
opinionem. Secundo deſtruit eam, ibi. [Quibus acci- par.ſeq.
dentia &c.] Tertio concludit ſuam intentionem, ibi: [Si ergo nõ contingit:] Dicit ergo primo, ꝙ part.4.
quidam dixerunt, ꝙ tunc ſolum eſt aliquid in potentia, qñ eſt in actu. utputa, quod ille, qui non ædificat actu, non poteſt ędificare, ſed tunc ſolum poteſt, quando actu ędificat. & ſimiliter dicunt de alijs. Et ratio huius poſitionis eſſe uidetur, quia opinabantur, ꝙ omnia ex neceſſitate contingerent ſecundum aliquam commiſtionem cauſarum. & ſic, ſi omnia ex neceſſitate eueniunt, ſequitur, quod ea, quæ non eueniunt, non poſſibile eſt eſſe. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit rationes contra prædictam poſitionem ducentes ad inconuenientia, quarum prima talis eſt. Aedificantem eſſe, eſt eſſe potentem ædificare. ſi igitur nullus eſt potens facere, niſi quando facit, non eſt aliquis ædificator niſi quando ædificat. & ſimiliter eſt de alijs artibus. Nam omnes artes ſunt potentiæ quædam, ut dictum eſt. Sequitur ergo, quod nullus habeat artem aliquam, niſi quando ſecundum eã operatur. Sed id oſtenditur impoſſibile, ſuppoſitis duobus. quorum unum eſt, quod iſte, qui prius non habuit aliquam artẽ, impoſſibile eſt quod eam habeat poſtmodum, niſi addiſcat eam, uel eam aliquo modo accipiat, ſcilicet inueniendo. Aliud eſt, quod ſi quis habuit aliquam artem, impoſſibile eſt eum poſtmodum non habere eadem, niſi eam aliquomodo abijciat, vel per obliuionẽ, aut per aliquam infirmitatem, aut per longitudinẽ temporis, quo aliquis ſcientia non utitur. hęc enim eſt cauſa obliuionis. Non autem

---

tio prima contrarium. Hęc autem ablatio alterius.

d Quoniam autem contraria non ſunt in eodem, ſcientia autem eſt potentia in habendo rationem, & anima motus habet principium, ſalubre quidem ſanitatem ſolũ facit, & calefactiuum caliditatẽ, & frigidatiuũ frigiditatẽ. Sciens uero ambo. Eſt enim amborum quædam ratio. Non ſimiliter autem & in anima, quæ habet motus principium. Quare ambo ab eodem principio mouebit ad ipſum copulans. Propter quod ſecundum rationem potentia ſine ratione potentibus faciunt contraria. Vnum enim principium continetur ratione.

e Palam autem quia ipſius bene potentiam, ſequitur ſolum faciendi, aut patiendi potẽtia: hanc uero illã non ſemper. Neceſſe enim benefacientem facere, ſed ſolum facientem, non neceſſe benefacere.

LECTIO III.

SVnt autem quidam, qui dicunt, ut Megarici, quando operatur ſolum poſſe, & quando non operatur non poſſe. vt non ædificantem nõ poſſe ædificare, ſed ædificantem quando ædificat. Similiter autem & in alijs.

b Quibus accidentia inconuenientia non eſt difficile uidere. Palã.n. quia non eſt ædificator,

---

contrarium eſt; hæc autem alterius demptio eſt.

Sed, quoniam contraria non ſunt in eodẽ, ſcientia vero potentia, eo quod habet rationem, anima quoque motus principium habet (ſalubre quidem ſanitatem ſolum facit, et calefactiuum caliditatem, & frigefactiuum frigiditatem. ſciens autem ambo. ratio enim amborum quidem eſt, non tamen ſimiliter, et in anima, quæ motus principiũ habet) ambo profecto ex eodem mouebit principio, ad idem contingens. Quare quæ ſecundum rationem potentiæ ſunt contrarias his faciunt, quæ abſque ratione potentia ſunt. unum nanque principium continetur ratione.

Manifeſtum autem eſt, quod & ipſius bene potentiam ſequitur ſolum faciendi aut patiendi potentia. hanc uero illa non ſemper, qui enim bene facit, neceſſe eſt ut etiam faciat, qui uero ſolum facit, non neceſſario & bene facit.

LECTIO III.

SVnt autem quidam, ut Megarici, qui dicunt tunc ſolum poſſe, cũ agat; cum uero non agat, non poſſe. utputa eum, qui non ædificat, ædificare non poſſe, ſed ædificantem, cum ædificat. ſimiliter quoque & de cæteris.

Quibus quæ inconuenientia accidunt, non eſt difficile uidere. Patet nanque, quod nec ædificator erit, ſi

autem poteſt eſſe quod aliquis amittat artem corrupta re, ſicut quandoque conuenit, quod vera cognitio amittitur mutata re, ut cum quis opinatur vere Socr. ſedere, eo ſurgente perit eius vera opinio. hoc autem non poteſt dici circa artem. Nam ars non eſt cognitio eius, quod eſt, ſed eius quod faciendum eſt. Et ita quandiu durat materia, ex qua ars pôt aliquid facere, ſemper res artis eſt. vnde non poteſt ars amitti corrupta re, niſi modis prędictis. Ex his autẽ duobus propoſitis philoſophus ſic arguit. Si aliquis non habet artem, niſi quando ea vtitur, tunc quando incipit uti, de nouo habet artem. Ergo oportet, uel quod diſcat eam, uel qualitercunque acquirat eam; & ſimiliter, qñ deſinit uti arte, ſeqt̃ quod arte careat, & ita amittet artem, quã prius habebat, uel obliuione, vel paſſione, uel tẽpore. quorum utrumque patet eſſe falſum. Nõ igitur uerum eſt, quod ſolum tunc aliquis habeat potentiam, quando operatur.

c ¶ Secũdam rationem ponit, quę quidem procedit in irrationabilibus. quę ſunt in rebus inanimatis ſcilicet calidum & frigidum, dulce & amarum, & alia huiuſmodi; quæ ſunt principia actiua immutantia ſenſus, & ita ſunt quędam potentię. Si igitur potentia nõ ineſt alicui niſi quãdo agit, ſequitur quod nihil eſt calidum vel frigidum, dulce vel amarum, & huiuſmodi, niſi quando ſentitur immutans ſenſum. Hoc autem patet eſſe falſum. Nam ſi hoc eſſet uerum, ſequeretur quod opinio Pythagoræ eſſet uera quæ dicebat, omnes proprietates & naturas rerum conſiſtere ſolũ in ſentiri & opinari. Ex quo cõſequebatur, contradictoria ſimul eſſe uera, cũ diuerſi circa idem cõtradictorie opinentur. contra quam opinionẽ philoſophus in Quarto ſuperius diſputauit. Falſum eſt igitur, quod potentia non ſit ſine actu.

d ¶ Tertiam rationem ponit, quæ talis eſt. Si ſenſus eſt potentia quædam. ſi igitur potentia non eſt abſque actu, ſequet̃ quod aliquis non habeat ſenſum: niſi quando ſentit, utputa uiſum, aut auditum. Sed ille, qui non habet uiſum, cum ſit natus habere eſt cęcus, & qui non habet auditum, eſt ſurdus. Sic igitur eadem die frequenter erit ſurdus & cæcus: quod manifeſte eſt falſum. Nam cæcus non ſit poſtea uidens, neque ſurdus audiens.

e ¶ Quartam rationem ponit, quæ talis eſt. Impoſſibile eſt agere quod caret potentia. Si igitur aliquis nõ habet potentiam niſi quãdo agit, ſequetur, quod quando aliquis non agit, impoſſibile ſit ipſũ agere. Sed quicunque dicit aliquid eſſe, aut futurum eſſe quod impoſſibile eſt fieri, mentitur. Et hoc patet ex ipſa ſignificatione hoĩ nominis, impoſſibile. Nam impoſſibile dicitur falſum, quod non poteſt contingere. Sequitur igitur quod id quod non eſt, nullo modo poſſit fieri. Et ita iſta poſitio tollet motum & generationem; quia ſtans, ſemper ſtabit, & ſedẽs ſemper ſedebit. Si enim aliquis ſedet nunquam poſtea ſtabit, quia dum non ſtat, non habet potentiam ſtandi. Et ita nõ poſsibile eſt eum ſtare, & per conſequens impoſſibile eſt ſurgere. Et ſimiliter, quod non eſt album, impoſſibile erit eſſe album. Et ita nõ poterit dealbari. Et ſimiliter in omnibus alijs. Deinde cum dicit.

f ¶ Concludit ſuam intentionem dicens quòd ſi prædicta inconuenientia nõ poſſunt concedi, manifeſtum eſt, quòd potentia & actus, diuerſa ſunt. Sed illi, qui ponunt poſitionem prædictam, faciunt potentiam & actum eſſe idẽ in eo, quod dicunt, tunc ſolum aliquid eſſe in potentia, quando eſt actu. Ex quo patet, quod non paruum quid a natura deſtruere intendunt. Tollunt n. motum & generationem, vt dictum eſt. vnde, cum hoc non poſſit ſuſtineri, manifeſtum eſt, quod aliquid eſt poſsibile eſſe, quod tamen non eſt, quod aliquid eſt poſsibile non eſſe, & tamen eſt. Et ſimiliter in alijs cathegorijs, videlicet prædicamentis, quia poſsibile eſt aliquem vadere, & non vadit, & econuerſo non vadere, qui vadit. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quid ſit eſſe in potentia, & quid eſſe in actu. Et primo quid ſit eſſe in potentia, dicens, quod dicitur eſſe in potentia.

ſi non ædificet. nam ędificatorẽ eſſe, eſt eſſe potentem ædificare. ſimiliter autem & in alijs artib. Si igitur impoſſibile eſt tales habere artes non addiſcentem aliquando, & accipientem, & non habere non abijcientem aliquã do, aut enim obliuione, aut paſſione aliqua, aut tempore. Non enim utique re corrupta, ſemper. n. eſt. qñ ceſſauerit, non habebit artem. Itẽ qui ſtatim ædificabit, aliqualiter accipiens.

c Et inanimata utiq; ſimiliter. Neque enim frigidum, neque calidũ, neque dulce, neque amarum, neque omnino ſenſibile, nihil erit nõ ſentientib. Quare * Prothagoræ rationem eis dicere continget.

d At uero neque ſenſum habebit nihil, ſi non ſentiat, nec operetur. ſi ergo cęcum non habẽs uiſum, aptũ uero natũ, & quando aptum eſt habere adhuc ens, idem cæci erunt ſępe die uno, & ſurdi.

e Amplius, ſi impoſſibile quod priuatum eſt potentia, quod nõ ſit, impoſſibile erit factum eſſe. Sed quod eſt impoſſibile factũ eſſe, dicens aut eſſe, aut futurum eſſe, mentietur. nam impoſſibile hoc ſignificauit. Quare, hæ rationes auferunt motum & generationem. ſemper enim ſtans ſtabit, & ſedens ſedebit. Non enim ſurgit ſi ſedet. Impoſſibile namque erit ſurgere, quod non poteſt ſurgere.

f Si ergo non contingit hoc dicere, palã quia potentia & actus diuiſa ſunt. illæ uero rationes potẽtiam & actũ idem faciunt. propter quod, non paruum aliquid quærunt deſtruere. Quare contingit poſſibile quidem aliquid eſſe, non eſſe autem, & poſſibile non eſſe, eſſe autem. Similiter autẽ & in alijs cathegorijs, poſſibile uadere ens, nõ vadere; & nõ uadẽs poſſibile eẽ uadere.

g Eſt autẽ poſſibile hoc, cui ſi extiterit actus, cuius dicitur habere potentiam, nihil erit im-

non ædificat. ædificatori enim eſſe ipſum poſſe ædificare eſt: ſimiliter autem & de alijs artibus. Si igitur impoſſibile eſt huiuſcemodi artes habere, niſi quandoque diſcat, & accipiat & non habere, niſi amittat aliquando, aut enim obliuione, aut quadam paſsione, aut tempore. non enim re corrupta, ſemper nanque eſt, cum ceſſauerit, non habebit artem. rurſus autem ſtatim ædificabit, quomodo accipiens.

Et inanimata etiam ſimiliter, nec enim frigidum, neque calidum, neque dulce, nec omnino vllum ſenſibile erit non ſentientibus: quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere.

At qui, nec ſenſum aliquid habebit, ſi non ſentiat, aut operatur. ſi igitur cæcum eſt, quod non habet viſum, natura tamen aptum, & quando aptum, & iterum prout natura aptum eſt habere, ijdem ſæpius in eodem die cęci, & ſurdi erunt.

Item, ſi impoſſibile id eſt, quod priuatur potentia, quod non ſit, impoſſibile eſt fieri. quod vero impoſſibile eſt fieri, qui dicit eſſe aut futurum eſſe mentietur. impoſſibile enim hoc ſignificabat. Vnde, illæ orationes & motum, & generationem perimunt. ſemper etenim & quod ſtat, ſtabit, & quod ſedet ſedebit. ſi enim ſedet, non ſurget. impoſſibile nanq; erit ſurgere, quod non eſt poſſibile, ſurgere.


Quod, ſi non eſt poſſibile iſta dicere, manifeſtum eſt quod potentia, & actus aliud & aliud eſt. illæ vero orationes idem faciunt potentiam & actum. propter quod non paruum quiddam quærunt perimere. Quare contingit poſſibile quidem eſſe aliquid, non eſſe autem: & poſſibile non eſſe, eſſe vero: ſimiliter autem in cæteris quoque prędicamẽtis, quicquam poſſibile ambulare, non autem ambulare: & poſſibile non ambulare, ambulare.

Hoc autem poſſibile eſt, cui ſi illius inſit actus, cuius potentiam habere dicitur, nihil impoſſibile erit: di-

tentia, quod ſi ponatur eſſe actu, nihil impoſſibile ſequitur. Vt ſi dicatur aliquem poſſibile eſt ſedere, ſi ponatur ipſum ſedere non accidit aliquod impoſſibile. Et ſimiliter de moueri & mouere, & de alijs huiuſmodi. Secundo ibi.

h ¶ Oſtendit quid ſit eſſe in actu, & dicit, quod hoc nomen actus, quod ponitur ad ſignificandum endelechiam, & perfectionem, & formam, & alia huiuſmodi, ſicut ſunt quæcunque operationes, veniunt maxime ex motibus quantum ad originem vocabuli. Cum enim nomina ſint ſigna intelligibilium conceptionum, illis primo imponimus nomina, quæ primo intelligimus, licet ſint poſteriora ſecundum ordinem naturæ. Inter alios autem actus, maxime eſt nobis notus, & apparens motus qui ſenſibiliter a nobis videtur. Et ideo ei primo impoſitū fuit nomen actus, & a motu ad alia deriuatum eſt. Et propter hoc, moueri non attribuitur non exiſtentibus. Licet quædam alia prędicata non exiſt entibus attribuantur. Dicimus enim non entia eſſe intelligibilia, vel opinabilia, aut etiam concupiſcibilia: ſed non dicimus ea eſſe mota. Quia cum moueri ſignificet eſſe actu, ſequeretur quod non entia actu, eſſent actu: quod patet eſſe falſum. Etſi enim quędam non entia ſint in potentia, tamen ideo non dicuntur eſſe, quia non ſunt in actu. Deinde cum dicit.

i ¶ Poſtquam Philoſophus deſtruxit opinionem dicentium, nihil eſſe poſſibile niſi quando eſt actu, hic deſtruit contrariam opinionem dicentium omnia poſſibilia, & circa hoc duo facit. Primo deſtruit hanc poſitionem. Secundo, determinat quandā veritatem circa conſequentiam poſſibilium, ibi; Simul autē palam] Dicit ergo primo, quod ſi verum eſt quod aliquid dicatur eſſe poſſibile, ex eo quod aliquid ſequitur ſecundum quod dictū eſt, quod poſſibile eſt, quod ſi ponatur eſſe, non ſequitur impoſſibile, manifeſtum eſt, quod non contingit uerum eſſe hoc quod dicunt quidam, quod vnumquodque poſſibile eſt, etiā ſi nunquam futurum ſit, ita quod per hāc poſitionem impoſſibilia tolluntur. Sicut ſi aliquis dicat diametrum quadrati commenſurari lateri, eē poſſibile, ſed tamen non cōmenſurabitur: & eodem mō dicatur de aliis impoſſibilibus: & non cogitet, quod diametrum quadrati commenſurari lateri, eſt impoſſibile: dico quod ponētes hanc poſitionem quantū ad aliquid dicūt uerum, & quantum ad aliquid dicūt falſum. Sūt n. aliqua, de quib. nihil phibebit dicere quod sūt poſſibilia eſſe, aut fieri, cū tñ nunquā ſint futura, nec unquā fiāt: ſed hoc nō pōt dici de oīb. ſed ſm ea, quæ ſuperius dicta ſunt, & q nūc oportet nos ſupponere, illa ſolū poſſibile eſt eſſe, aut fieri licet nō ſint, quib. poſitis nō ſequit aliquid impoſſibile. Poſito āt quod diametrū cōmēſurari, ſequit aliquid impoſſibile. & ideo non poteſt dici quod diametrum commenſurari, ſit non poſſibile. eſt enim non ſolum falſum, ſed impoſſibile.



Quædam vero ſunt falſa tantum, ſed non impoſſibilia, ſicut Socratem ſedere, & ſtare. Non enim idem eſt, falſum eſſe, & eſſe impoſſibile, ſicut teſtare nūc eſt falſum, ſed non impoſſibile. Prædicta ergo poſitio quantum ad aliqua, vera eſt, quia quædam ſūt poſſibilia, licet ſint falſa. non autem quantum ad omnia, quia quædā ſunt falſa, & impoſſibilia. Deinde cum dicit.

K ¶ Quia dixerat, quod poſſibile iudicatur aliquid ex hoc, quod ex ipſo nō ſequitur impoſſibile, oſtēdit qualiter habeant ſe conſequentia poſſibilia dicēs, quod ex diffinitione poſſibilis ſuperius poſita, nō ſolū deſtruitur prę miſſa poſitio, ſed et ſimul eſt manifeſtū, quod ſi alicuius conditionalis antecedēs eſt poſſibile, & cōſequēs poſſibile erit. Vt ſi hæc cōditionalis ſit vera: Si eſt A, eſt B. neceſſe ē, ſi A. ſit poſſibile, quod B. ſit poſſibile. Sciendum tamen eſt ad huius intellectū, quod poſſibile dupliciter dr̄. Vno modo ſecundū quod diuiditur contra neceſſe, ſicut dicim⁹ illa poſſibilia, quæ contingunt eſſe & non eſſe. Et ſic accepto poſſibili, nō habet locum quod hic dicitur. Nihil. n. phibet, quod antecedens ſit cōtingēs eſſe, & non eſſe cōſequens, tamē ſit neceſſariū: ſicut patet in hac cōditionali. Si Soc. ridet, eſt homo.

par. ſeq.
part. 8.
Tex. com. 8. par. 9.
Tex. cō. 9. par. 10.

poſſibile. Dico autē puta ſi poſſibile ſedere, & contingere ſedere, huic ſi ineſt ſedere, nihil erit impoſſibile, & aut moueri, aut mouere, aut ſtatui, aut ſtatuere, aut eſſe, aut fieri, aut nō eſſe, aut non fieri, ſimiliter.

h Venit autem actus ſecūdum nomen, qui ad endelechiam cōpoſitus & ad alia, ex motib. maxime. Vr̄ n. actus, maxime motus eſſe. Quapropter & non exiſtentibus non aſſignant moueri. Alias autem cathegorias puta, intellectualia & concupiſcibilia eſſe non entia, mota uero nō, hoc autem, quia non entia actu erūt actu. nō entium enim quædam potentia ſunt; non ſunt autem: quia non endelechia ſunt.

i Si autem eſt quod dictum eſt, poſſibile, inquantum ſequit̄, palam quia non contingit uerum eſſe aliquid dicere. quia poſſibile hoc, nō erit autē, ut & impoſſibilia eſſe ſic diffugiāt. Dico autem, puta ſi quis dicat poſſibile diametrum cōmenſurari, nō tamen cōmenſurabitur, non cogitans eſſe impoſſibile; quia nihil prohibet aliquid ens eſſe, aut fieri, non eſſe uero, aut non futurū eſſe. Sed illud neceſſe ex poſitis ſit, & ſupponamus eſſe aut fieri quod non eſt quidem, poſſibile autē, quia nihil erit impoſſibile. Non enim eſt idem falſum, et impoſſibile. Nam te ſtare nunc, falſum quidem eſt: et non impoſſibile.

K Simul aūt palam, quia ſi A. ente, neceſſe B eſſe, et poſſibile ente

A

B

...co autem, ut ſi poſſibile ſedere eſt, ut ſedere contingit, huic ſi extiterit ipſum ſedere, nil impoſſibile erit. etſi moueri quicquam, aut mouere, aut ſtare, aut ſiſti, aut eſſe, aut fieri, aut non eſſe, aut non fieri, ſimiliter.

C

Nomen uero actus, qui ad perfectionem annectitur, aduenit etiam in alijs, maxime ex motibus. uidetur etenim maxime motus actus eſſe. Quare non entibus non attribuunt ipſum moueri, ſed alias quaſdam prædicationes; utputa intelligibilia, & deſiderabilia eſſe ipſa non entia, non autem mota, hoc autem, quia cum non ſint actu, erūt actu. non entium enim quædam potentia ſunt, non autem ſunt, quoniam actu non ſunt.

D

Si autem poſſibile eſt quod dictum eſt, quatenus ſequitur, manifeſtum eſt quod non poteſt uerum eſſe dicere, quod poſſibile quidem eſt hoc, non tamen erit: alioqui, quænam impoſſibilia ſint, hoc modo fugiūt nos. dico autem, ut ſi quis dicat poſſe diametrum commenſurari, non tamen commenſurabitur, non cogitans quidnam impoſſibile ſit: quia nihil prohibet aliquid poſſibile exiſtens, aut eſſe, aut fieri, non eſſe nec futurum eſſe. Attamen ex his, quæ poſita ſunt, illud neceſſario ſequitur. quia, ſi ſupponamus eſſe, aut factum eſſe, quod non quidem eſt, poſſibile autem eſt, nihil impoſſibile erit. at accidet quidem: commenſurari enim impoſſibile eſt. Enimuero non eſt idem falſum, & impoſſibile: te nanque nunc ſtare, falſum quidem, ſed non impoſſibile eſt.

E

Simul autem manifeſtum eſt quod, ſi A exiſtente neceſſe eſt B eſſe, ita etiā

mo. Alio vero modo poſſibile dicitur ſm φ eſt cõe ad ea, quæ ſunt neceſſaria, & ad ea, quæ contingunt eſſe & non eſſe, put poſſibile contra impoſſibile dicitur. Et ſic loquitur hic philoſophus dicens de poſſibili, φ neceſſe eſt, conſequens eſſe poſſibile, ſi antecedens fuit poſſibile. Detur. n. hęc conditionalis eſſe vera, ſi eſt A. eſt B. F.

& detur antecedens, ſ. A. eſſe poſſibile: aut igitur neceſſe eſt B. eſſe poſſibile, aut nõ. ſi eſt neceſſe, habetur propoſitum. ſi nõ eſt neceſſe, nihil phibet ponere oppoſitũ ſ. B. non eſſe poſſibile. Sed hoc non poteſt ſtare. nam A. ponitur eẽ poſſibile, & quando ponitur eſſe poſſibile, ſimul ponitur φ nihil impoſſibile ſequitur ex eo. Sic. n. ſuperius diffinitum eſt poſſibile, ad quod nihil ſequitur impoſſibile: ſed B ſequitur ad A. vt poſitum eſt, & B. ponebatur eẽ impoſſibile: nam idem eſt eſſe impoſſibile, quod non eſſe poſſibile. igitur A. non erit poſſibile, ſi ſequitur ad ipſum B. quod erat impoſſibile. Ponatur ergo B eſſe impoſſibile, & ſi eſt impoſſibile, & poſito A. neceſſe eſt eſſe B. erit ergo impoſſibile & primum & ſecundũ. ſ. A. & B. Vbi aduertendum eſt, quod bene ſequitur, ſi cõſequens eſt impoſſibile, quod antecedẽs ſit impoſſibile, non tamen ecõuerſo. Nihil. n. phibet ex impoſſibili ſequi aliquid neceſſariũ, vt in hac conditionali. Si homo eſt aſinus, homo eſt animal. vnde nõ ſic intelligendum eſt, qđ philoſophus dicit hic, ſi primum erat impoſſibile, i. antecedens, ergo & ſecundum erat impoſſibile. ſ. conſequẽs: ſed ita debet intelligi. Si cõſequens eſt impoſſibile, vtrunque erit impoſſibile. Sic ergo manifeſtum eſt, quod ſi ſic ſe habent. ſ. A. & B quod A. exiſtente, neceſſe eſt B eſſe, & neceſſario ſequitur, quod ſi A. eſt poſſibile, quod B. erit poſſibile. Et ſi B. non eſt poſſibile A poſſibili exiſtente, non ita ſe habebunt A & B vt poſitum eſt ſ. quod ad A. ſequitur B. ſed oportet quod A poſſibili exiſtente, neceſſe eſt B. poſſibile eſſe, ſi exiſtẽte A. neceſſe eſt eſſe B. Cum. n. dico, ſi eſt A. eſt B. hoc ſignificatur quod neceſſe ſit B. eſſe poſſibile ſi A. poſſibile eſt, ita tamen φ quando, & eodem modo ſit poſſibile B. eſſe quando & quomodo eſt poſſibile A. non enim poſſibile eſt ut ſit quocunque tempore & quocunque modo.

te A. & B. neceſſe eſt eſſe poſſibile. Si. n. non neceſſe poſſibile eẽ, nihil prohibet non eſſe poſſibile eſſe A. igitur ſit poſſibile eſſe. Si autem poſſibile, ergo quãdo A. poſſibile erit eſſe, ſi ponatur, nihil impoſſibile eſſe accidit: B autem neceſſe eſt eſſe. ſed erat impoſſibile. Sit itaque impoſſibile. & ſi impoſſibile neceſſe eſſe B, & A, neceſſe eſſe. Sed erat primũ impoſſibile. ergo & ſecundum. Si igitur ſit A. poſſibile, & B erit poſſibile. Si quidem ſic ſe habebant. Ergo A. ente neceſſe B eſt eſſe. Si itaque ſic habentibus A B: non eſt poſſibile A ita nec A B. habebit, vt poſitũ eſt. Et ſi A poſſibili ente, neceſſe B poſſibile eſſe, ſi eſt A, neceſſe eſt B. Nam poſſibile eſſe ex neceſſitate B eſſe, ſi A ſit poſſibile, hoc ſignificat, ſi ſit A, & quando, & ut erat poſſibile eſſe, & illud tunc eſſe, & ita eſſe neceſſe. G H

LECTIO IIII.

a OMnibus autem potentiis exiſtentibus, his quidem cognatis, ut ſenſibus; his autem conſuetudine, ut quæ eſt fiſtulandi; aliis aũt diſciplinatu ut quæ eſt artium, has quidem neceſſe eos, qui præexercitati fuerunt, habere quæcunque conſuetudine & ratione. Non tales autem, & eas, quæ ſunt pati, nõ neceſſe.

b Quoniam autem poſſibile, & quando, & quomodo, & quæcũque alia neceſſe adeſſe in diffinitione; & hæc quidem ſecũdum rationem poſſunt mouere, & potentiæ ipſorum cum ratione: hęc autem irrationabilia, & potentiæ irrationales, & illas quidem neceſſe in animato eẽ: has uero in ambobus.

Tex. cõ. 10. part. 1.

part. 2.

LECTIO IIII.

a POſtquam philoſophus excludit falſas opiniones circa potentiam, & actum, hic determinat ueritatem, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quomodo actus precedat potentiam in ſubiecto. Secundo quomodo potentia precedens actum, ad actum reducatur, ibi [Quo-

part. ſe.

A exiſtente poſſibile eſſe, neceſſe eſt B quoque poſſibile eſſe. Nam, ſi non neceſſe eſt poſſibile eſſe, nihil prohibet non eſſe poſſibile eſſe. ſit itaque A poſſibile. cum igitur A poſſibile fuerit eſſe, ſi ponetur ipſum A, nihil impoſſibile eſſe accidit. at tum ipſum B neceſſe eſt eſſe. attamen impoſſibile erat. Sit igitur impoſſibile. quod ſi impoſſibile, neceſſe eſt A eſſe, neceſſe eſt & B eſſe. ſed erat A poſſibile, ergo etiam B. Si igitur A poſſibile ſit, B etiam poſſibile erit. ſi ita quidem ſe habebant, ut A exiſtente, neceſſe ſit etiam B eſſe. Si itaque ſic ſe habentibus A B, non ita poſſibile ſit B, nec ipſum A B ſe habebunt ut poſitum eſt. & ſi A poſſibili exiſtente, neceſſe eſt B poſſibile eſſe, ſi A eſt, neceſſe eſt B etiam eſſe. poſſibile namque eſſe neceſſario B eſſe, ſi A poſſibile, hoc ſignificat, ſi A ſit, & quando, & ſicuti erat poſſibile eſſe, illud quoque tunc, et ita neceſſe eſſe.

LECTIO IIII.

CVm autem omnium potentiarum quædam natura nobis inſitæ ſint ut ſenſuum; quædam conſuetudine, ut tibijs canendi: quædam doctrina ut artium, has quidem neceſſe eſt eos, qui primo operati ſunt habere; quæcunque ſcilicet conſuetudine & ratione. quæcunque uero non tales, & quæ patibiles potentiæ ſunt, non eſt neceſſe. I

Quoniam uero quod poteſt, aliquid poteſt, & aliquando, & aliquo modo: & quæcũque alia neceſſe eſt adeſſe in definitione, et quædam quidem rationem poſſunt mouere, & potentiæ eorũ cum ratione, quædam uero irrationalia, & potentię irrationales, & illas quidem neceſſe eſt in animato eſſe, has uero in ambobus.

itiam autem poſſibile.] Dicit ergo primo, φ cum potentiarum quædam ſint inditæ his, quorum ſunt, ſicut ſenſus animalibus. Quædam vero per conſuetudinem acquirantur, ſicut ars tibicinandi, & aliæ huiuſmodi artes operatiuę. Quędam vero acquirantur per doctrinam, ſiue diſciplinam, ſicut Medicina, & aliæ huiuſmodi artes. dictarum potentiarum quæcunque per conſuetudinem & rõnem nobis inſunt, neceſſe eſt prius agere & præexercitari in eorũ actibus antequam acquirantur, ſicut tibicinãdo, aliquis fit tibicinator: & conſiderando medicinalia, aliquis fit medicus. Sed aliæ potentiæ, quæ non acquirunt per conſuetudinem, ſed inſunt a natura & ſunt in patiendo, ſicut patet de potentijs ſenſitiuis, nõ procedunt a ſuis actibus. Non enim aliquis videndo, acquirit ſenſum viſus. ſed ex eo φ potentiam viſuã habet, fit actu videns. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quomodo potẽtiæ præcedentes actum reducuntur ad actum. & circa hoc duo facit.

Primo. n. oſtendit quõ in hoc differunt diuerſæ potentię ad inuicem. ſ. rationales, & irrationales. Secundo, oſtendit qualiter rationales potẽtię ad actum reducantur, ibi [Neceſſe ergo.] Circa primum tria facit.

Primo præmittit quædam neceſſaria ad prædictam dictam conſiderandam, quorum vnũ eſt, quod in ratione poſſibilis oportet multa conſiderare. non n. n. dicitur poſſibile reſpectu cuiuſque, ſed reſpectu alicuius determinati. unde oportet, poſſibile eſſe aliquid poſſibile, utputa ambulare vel ſedere. Et ſimiliter quod poteſt aliquid facere vel pati, non poteſt illud quocunque tempore facere, aut pati, ſicut arbor non poteſt fructificare niſi determinato tempore. Et ideo, cum dicitur aliquid eſſe poſſibile, oportet determinare quando ſit poſſibile: & ſimiliter oportet determinare quõ ſit poſſibile. non. n. poſſibile, quocũque modo poteſt agere aliquid, vel pati, ſicut aliquis ſic poteſt ambulare. ſ. tarde, non autem velociter, Et ſimile eſt de alijs circunſtantiis, quę conſueuerunt determinari in diffinitionibus rerum, ſicut quo inſtrumento, quo loco, & alia huiuſmodi. Aliud, quod præmittit, eſt, φ quędam ſunt poſſibilia ſecundum rationem, & potentię horum poſſibilium ſunt rationales. Quędam vero poſſibilia ſunt irrationabilia, & potentię irrationales. Et quidem potentię rationales non poſſunt eſſe niſi in rebus animatis. Sed potentię irrationales poſſunt eſſe in ambobus, ſ. in rebus animatis & inanimatis. Et non ſolum in plantis & brutis animalibus, quę rõne carent, ſed etiã in ipſis hoibus, in quibus inueniuntur

K

.1.

Inf. part. 5.

uenīūtur quædam principia actionum & paſſionum, quæ ſunt ſine ratione, vt potentia nutritiua, & augmentatiua, & grauitas, & alia huiuſmodi. Secundo ibi.

c ¶ Ponit differentiam prædictarum potentiarum dicens, φ in potentijs irrationalibus, neceſſe eſt quando paſſiuum appropinquat actiuo, in illa diſpoſitione, qua paſſiuum poteſt pati, & actiuum poteſt agere, neceſſe eſt φ vnum patiatur, & alterum agat. vt patet qñ comboſtibile applicatur igni. In potentijs vero rationalibus, non eſt neceſſarium. non.n.neceſſe eſt ædificatorem ędificare quandocunq; ſibi materia appropinquaret. Tertio ibi.

part. 3.

part. 4.

d ¶ Aſsignat cām prædictæ drīæ dicens, φ potentiæ irrationales ita ſe habent, φ vna eſt factiua tantū vnius, & ideo pñte paſſiuo, neceſſe eſt φ faciat illud vnū, cuius eſt factiua. Sed vna & eadem potentia rationalis eſt factiua contrariorum, vt ſuperius habitum eſt. Si igitur neceſſarium eſſet, φ præſente paſſiuo faceret illud, cuius eſt factiua, ſequeretur φ ſimul faceret contraria, qđ eſt impoſsibile. Sicut ſi medicus induceret ſanitatem & ęgritudinem. Deinde cum dicit.

part. 5.

tex. cō. 9.

e ¶ Oſtendit quid requiratur ad hoc φ potētiæ rationes exeant in actum, ex quo non ſufficit propinquitas paſsiui, & circa hoc tria facit. Primo, oſtendit per quid potentia rationalis reducatur in actum, concludens ex dictis, φ cum potentia rationalis ſe habeat communiter ad duo contraria & ita cum à cauſa cōi non procedat effectus determinatus, niſi ſit aliquid proprium, quod cauſam cōem ad hunc effectū magis determinet φ ad illum: ſequitur φ neceſſe eſt, præter potētiam rationalem, quæ eſt cōis ad duo contraria, poni aliquid, quod approprietur eam ad alterū faciendum ad hoc φ exeat in actum. Hoc autē eſt appetitus, aut proæreſis, i. electio quorūcūq; electio quæ pertinet ad rōnē. Quod.n.aliquis cōſiderat, hoc facit: ita tñ ſi exiſtit in diſpōne, qua eſt potēs agere, & paſſiuum adſit. Vnde ſicut potens potētia irrationali neceſſario agit, paſſiuo appropinquante, ita oē potēs ſm rōnem, neceſſe eſt φ faciat qñ deſiderat illud, cuius hēt potētiā, & eo modo quo habet. habet autem potētiā faciendi cum paſſiuum

part. 9.

Tex. cō. 11. part. prima.

c Tales quidem potentiæ neceſſe, quādo vt poſſunt paſſiuū & actiuum appropinquāt, hoc quidem facere, illud vero pati: illas vero non neceſſe.

d Hæ quidē.n. oēs vna vnius factiua, illę aūt cōtrariorū. Quare ſimul facient cōtraria. ſ. ſi agerēt approximata paſsiuo ſine aliquo determinante. hoc autem impoſsibile.

e Neceſſe ergo alterum aliquid eſſe, quod proprium eſt. Dico aūt hoc appetitum, aut proæreſim. quod n. deſiderabit principaliter, hoc faciet, qñ vt poſsit extiterit, & appropinquauerit paſsiuo. Quare poteſt ſecundū rationem omne neceſſe, qñ deſiderat cuius habet potentiam, & vt habet hoc facere. habet autem præſente paſsiuo, & ita ſe habente facere. Si autem non, facere non poterit.

f Nullo nāque exteriorū prohibente, adiungere nihil adhuc oportet. Potentiam.n. habet, vt eſt potentia faciendi. eſt aūt nō oīno, ſed habentiū aliquo mō, in quibus excludētur quę exterius prohibēt. Remouent enim hęc eorum quę in determinatione apponuntur quædam.

g Propter quod nec ſi ſimul volunt, aut cupiunt facere duo, aut contraria, facient. Non enim ita ſimul habent ipſorum potētiā, nec eſt ſimul faciendi potentia, q̄m quorum eſt, ſic facient.

LECTIO V.

a Quoniam autem de potentia, quæ ſecūdum motum dr̄, dictum eſt, de actu determinemus, quid eſt actus, & quale quid. Etenim poſsibile ſimul manifeſtum erit diuidentibus, quia non ſolū hoc dicimus poſſibile, quod aptum natum eſt mouere aliud, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter, aut modo quodam, ſed & aliter. Quapropter quærentes, & de his ſuperueniemus.

Huiuſcemodi quidem potentias neceſſe eſt, ut cum quoad poſſint, actiuū & paſſiuum approximent, hoc quidē faciat, illud uero patiatur, illas uero non eſt neceſſe.

Hæ enim omnes, una unius factiua, illę vero contrariorum. Quare, ſimul ne faciat contraria; hoc uero impoſſi-
B *bile eſt.*

Neceſſe eſt igitur aliud quiddam eſſe, quod dominetur. dico autem, ſiue appetitum, ſiue electionem. quodcunque enim appetat, principaliter hoc faciet, cum quoad poſſit, approximet paſſiuo. Quare omne ſecundum rationem potens neceſſe eſt ut cum appetat id, cuius potentiam habet, & uti habet, hoc faciat. habet autē paſſiuo præſen-
C *te, & ſic ſe habente facere. ſin minus, facere non poterit.*

Nullo enim intrinſecus prohibēte, ſeparationem faciendo, nihilo opus amplius eſt: potentiam enim habet, ut ea quod eſt poteſtate faciendi. at non quomodocunque, ſed aliquo modo ſe habentibus. a quibus ſeparabuntur etiam extrinſecus prohibentia. remouentur enim hęc eorum quędam quę in defini-
D *tione adſunt.*

Quare nec ſi ſimul uelit aut deſideret duo, aut contraria facere, faciet. non enim ita potentiam eorum ſimul habet, nec eſt potentia ſimul faciendi. at quorum eſt, ita faciet.

LECTIO V.

Cum autem de potentia, quę ſecūdum motum dicitur, dictum ſit, de actu determinemus, quidnam actus
E *& quale quid ſit. etenim poſſibile quoque ſimul manifeſtum erit, ſi diuiſerimus, quod non ſolum hoc dicimus poſſibile, quod natura aptum ſit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut ſimpliciter aut quodam modo, ſed etiam aliter propter quod cum inquiramus, de his etiam tractabimus.*

A præſens fuerit, & ita ſe habeat quod poſſit pati, aliter facere non poſſet. Secundo ibi.

f ¶ Reſpondet tacitę qōni. Poſſet.n.aliquis quærere: quare, cū dixerit φ omne potens ſm rōnē, quando deſiderat, neceſſario agit paſſiuo præſente, nō addit, ſi nihil prohibeat exterius. Sed reſpōdet, φ illud. ſ. nullo exteriorum prohibente, non oportet addere. Dictum eſt.n. quod neceſſe eſt agere ſi habeat potentiam, q eſt ſufficiens ad faciendū, ſed hoc nō eſt quolibet modo ſed quādo illud, qđ hēt potentiā, aliquo mō ſe hēt, & in hoc excluduntur ea quę exterius prohibent. Nam ea, q exterius prohibēt, remouent aliqua eorum, quæ poſita ſunt ſuperius in determinatione cōmuni poſſibilis, vt ſcilicet vel non ſit poſſibile tunc, vel nō poſſibile hoc mō, vel aliquid huiuſmodi. Tertio ibi.

g ¶ Docet euitare inconueniens, quod primo ſequebatur, ſ. φ potentia rōnalis ſimul faceret contraria. Nō.n. ſequit φ ſi neceſſe eſt, φ faciat potentia rōnalis, quod deſiderat, & dato φ aliqui ſimul velint ſm rōnē, aut cupiant, ſm appetitū ſenſitiuū, facere duo diuerſa aut contraria, quod propter hoc faciāt. Non enim ſic habent potentiā contrariorum, quod ſimul cōtraria faciāt. ſed ſic faciunt, ſicut habent potentiam, vt dictum eſt.

LECT. V.

a Poſtquam determinauit de potentia, hic determinat de actu, & diuiditur ī duas partes. In prima determinat quid eſt actus, in ſecunda, quando aliquid eſt in potentia ad actū. ibi [Quando autem potentia.] Et circa primum duo facit. Primo continuat ſe ad præcedentia dicens, quod quia dictum eſt de potentia, quæ inuenitur in rebus mobilibus, quæ ſcilicet eſt principium motus actiue vel paſſiue, oportet determinare quid eſt actus, & qualiter ſe habeat ad potentiam, quia per hoc ſimul manifeſtum erit de potentia cum diuiſerimus actum. Actus enim non tantum inuenitur in rebus mobilibus, ſed etiam in reb. immobilibus. Ex quo manifeſtum eſt, cum potentia dicatur ad actum, quod actiue poſſibile vel potens, non ſolum dicatur quod eſt natum mouere actiue,

Lect. ſeq.

actiue, vel moueri ab alio paſſiue, aut ſimpliciter, ſm qđ dr̃ potentia reſpectu actionis aut paſſionis cōiter, aut mō quodā, ſm qđ potētia dr̃ reſpectu eius, ꝙ eſt bene agere, aut bene pati, ſed ēt dicetur poſſibile, vel potens aliter ſm ordinem ad actum, qui eſt ſine motu. Licet .n. nomen actus a motu originē ſumpſerit, ut ſupra

Lect. 3. par. 2. dictum eſt, non tamē ſolum motus dr̃ actus. unde nec dr̃ ſolum poſſibile in ordine ad motum, & idō oportet inquirendo de his tractare. Secundo ibi.

par. 3. b ¶ Determinat de actu & primo oſtendit quid ſit actus. Secundo quō diuerſimode dicatur in diuerſis ibi [Dicuntur autē actu.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quid eſt actus dicēs, quod actus eſt, quādo res eſt, nec ita eſt ſicut quando eſt in potentia. Dicimus .n. in ligno eſſe imaginē Mercurii potentia, & non actu, antequā lignum ſculpatur; ſed ſi ſculptū fuit,

par. 4. tunc dr̃ eſſe in actu imago Mercurii in ligno. Et ſimiliter in aliquo toto cōtinuo pars eius. pars .n. puta medietas, eſt in potentia, in quantū non poſſibile eſt ut

par. 5. pars illa auferatur à toto per diuiſionem totius. ſed diuiſo toto, iam erit pars illa in actu. & ſimiliter ſciens & nō ſpeculans, eſt potēs cōſiderare ſine conſideratione. Sed hoc ſcilicet ſpeculari ſiue cōſiderare eſt eſſe in actu. Scđo ibi.

c ¶ Reſpondet q̃ōni tacitę. Poſſet .n. aliquis quęrere ab eo, ut oſtenderet quid ſit actus, per diffini-

Te. com. 21. tionem. Sed ipſe reſpondet dicens, qđ inducēdo in ſingularibus per exempla manifeſtari poteſt illud, quod uolum' dicere, ſ. quid eſt actus. [& non oportet cuiuslibet rei q̃-

par. 2. rere terminum] .i. diffinitionem. Nam prima ſimplicia diffiniri non poſſunt, cum non ſit in diffinitionibus abire in infinitum. Actus autem eſt de primis ſimplicibus. unde diffiniri non pōt. Sed per proportionem aliquorum duorum adinuicē, poteſt uideri quid eſt actus. Vt ſi accipiamus proportionem ędificantis ad ędificabile, & uigilantis ad dormientem, & eius, qui uidet ad eum, qui habet clauſos oculos cū habeat potentiam viſiuā, & eius [quod ſegregatur a materia] .i. per operationē artis, uel naturę formatur, & ita a materia informi ſegregatur, & ſimiliter per ſeparationem eius, quod eſt p̃paratum, ad illud, qđ non eſt p̃paratum, ſiue quod eſt elaboratū ad id, qđ non eſt elaboratū, ſed quorūlibet ſic differētium altera pars erit act', & altera potētia. Et ita proportionaliter ex parti-

F culāribus exemplis poſſumus venire ad cognoſcendum quid ſit actus & potentia. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ꝙ diuerſimode dicatur actus. & ponit duas diuerſitates, quarum prima eſt, quod actus dicitur uel actus, uel operatio. Ad hanc diuerſitatem actus inſinuandam dicit primo, ꝙ non omnia dicimus ſimiliter eſſe actu, ſed hoc diuerſimode. & hęc diuerſitas conſiderari poteſt per diuerſas proportiones. Poteſt enim ſic accipi proportio vt dicim', ꝙ ſicut hoc eſt in hoc. ita hoc in hoc. Vt puta viſus ſicut eſt in oculo, ita auditus in aure. & per hunc modum proportionis accipitur comparatio ſubſtantię, .i. formę, ad materiam, nam forma in materia dicitur eſſe. Alius modus proportionis eſt, vt dicamus, ꝙ ſicut hēt ſe hoc ad hoc, ita hoc ad hoc, puta ſicut ſe habet viſus ad videndum, ita auditus ad audiendū. Et per hūc modum proportionis accipitur comparatio motus ad potentiam motiuam, vel cuiuſcunq; operōnis ad potētiā operatiuā. Scđo ibi

e ¶ Ponit aliā diuerſitatē actus dicēs, ꝙ infinitū, & inane, ſiue vacuū, & quęcūque hmōi ſūt, aliter dr̄ eſſe in potentia & actu q̄ multa alia entia. vt puta videns & vadens & viſibile. Hmōi .n. cōuenit aliquā ſimpliciter eē vel in potentia tm̄, vel in actu tm̄. ſicut viſibile i actu qñ uidetur, & i potētia tm̄ qñ pōt videri & nō uidetur. Sed infinitū nō ita dr̃ in potētia, vt quandoq; ſit ſeparatū in actu ſm̄. ſed act' & potētia diſtinguunt rōne & cognitiōe i infinito. Puta in infinito ſm diuiſionem dr̃ eſſe act', cū potētia ſimul, eo ꝙ nūq̄ deficit potētia diuidēdi. qñ .n. diuidit in actu, adhuc eſt ulterius diuiſibile in potētia. nonq̄ aūt ſeparat act' a potētia, vt .ſ. qñq; ſit totū diuiſū in actu, & nō ſit ulterius diuiſibile in potētia. Et ſic eſt cōſiderādū in vacuo. poſſibile .n. ē locū euacuari ab hoc corpore, nō vt ſit totū vacuū: remanet .n. plen' alio corpore. & ſic ſp in vacuo remanet potentia cōiūcta actui. Et idē eſt in motu, & tpe, & hmōi aliis, quę nō hent eē pfectū. Deinde in fine epilogat qđ dixit. & eſt planū in litera.

b Eſt autem actus exiſtere rem, non ita ſicut dicimus potentia, ut in ligno Mercurium, & in toto medietatem, quia auferetur utique: & ſcientem & non ſpeculantem ſi potens poteſt ſpeculari. ſed hoc actu.

c Palam autem in ſingularibus inductione quod dicere uolu- G mus. & non oportet omnis terminū inquirere; ſed proportionale conſpicere. quia ut ædificans ad ædificabile; & uigilans ad dormiens, & uidens ad claudens quidem oculum, uiſum autem habens; & ſegregatum ex materia ad materiam, & laboratum ad illaboratum, eſt aliud, & huius differentiæ alteri parti ſit actus determinatus, alteri autem poſſibile.

H d Dicitur autem actu non omnia ſimiliter, ſed aut proportionaliter, ut hoc ī hoc, aut ad hoc. Hoc quidem ut motus ad potentiam, illa uero ut ſubſtantia ad aliquam materiam.

e Aliter autem & infinitum & uacuum, & quæcunque talia dicuntur potentia & actu multis entium, ut uidenti, & uadenti, & uiſibili. Hæc quidem .n. contingunt & ſimpliciter uerificari, aliquando quidem hoc uiſibile, quia uidetur; illud uero, quia I uideri poſſibile. ſed infinitum non ita potentia eſt, tanquam actu futurum ſeparabile, ſed notitia. Eo enim quod non deficiat diuiſio, oſtendet eſſe potētia hunc actum, in ſeparari uero nō: Quod quidē igitur actu, & quid eſt, & quale, ex his & ſimilibus manifeſtum erit nobis.

LECTIO VI.

K Vando autem potentia eſt unumquodque, & quando non, determinādum. Non enim quandocunq;,

Eſt autem actus, rem exiſtere, non ita quemadmodum dicimus poteſtate. Dicimus autem poteſtate, ut in ligno Mercurium, & in tota dimidium, eo quod auferri poſſit. & ſcientem etiam illum, qui non ſpeculatur, modo ſpeculari poſſit. eſt autem hoc actu.

G *Manifeſtum autem quod dicere uolumus per inductionem in ſingularibus. & non oportet omnium definitionem querere, ſed etiam quod proportionale eſt conſpicere quoniam vt ędificans ad ędificatiuum, & uigilans ad dormiens, & videns ad continens habens tamen uiſum, & ſegregatum a materia ad materiam, & elaboratum ad inelaboratum. huius autem differentię alteri parti actus applicatus ſit; alteri uero poſſibile.*

H *Dicuntur autem acta non omnia ſimiliter, ſed proportionaliter. vt hoc in hoc, aut ad hoc, ita illud in illo, aut ad illud in illo, aut ad illud: quędam enim, vt motus ad potētiam, quędam, vt ſubſtantia ad aliquam materiam.*

Aliter autem infinitum & uacuū, & quęcunque huiuſcemodi, quam pleraque entium potentia & acta dicuntur, vt quam videns, ambulans, & viſum. etenim hęc quidem contingunt, & ſimpliciter, & quandoque vera eſſe. viſum enim hoc quidem quoniam videtur; hoc uero quoniam uideri poſſibi-

I *le eſt. infinitum uero non ita potentia eſt, ut actu futurum ſeparatum, ſed cognitione. etenim potentia eſſe hunc actum attribuunt diuiſioni, ne deficiat, tioni autem ut ſeparetur. Quidnam igitur, & quale quid ſit, quod actu eſt, & his & huiuſmodi manifeſtum nobis ſit.*

LECTIO VI.

K *Vando autem potentia unumquodque eſt, & quando non, determinandum eſt. Non enim quandocumque;*

LECTIO VI.

POſtquam manifeſtauit philoſophus quid eſt actus, hic intendit oſtendere & quando & in quali diſpoſitione exiſtens aliquid, dicatur eſſe in potentia ad actum. & circa hoc duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio, dicens ꝙ determinandum eſt, quando aliquid eſt in potentia, & qñ nō.

Non

Non.n. qñcunque & qualitercunq; diſpoſitũ, aliquid põt dici eſſe in potentia, etiam ad id quod fit ex eo. nunquam enim poterit dici, quod terra ſit in potentia homo. Manifeſtum eſt.n. quod non, ſed magis tunc dicitur eſſe in potentia homo, quando ex præcedenti materia iam factum eſt ſperma. Et forte neq; adhuc eſt in potentia homo, vt infra patebit. Secundo ibi.

b ¶Soluit propoſitã qõnem. & circa hoc duo facit. Primo oſtẽdit in quali diſpõne materia exiſtẽs, dicatur eſſe in potentia ad actũ. Secundo, ꝙ à materia in tali diſpoſitione denominatur ſolum id, quod eſt in materia, ibi [Vt aũt quod dicimus.] Circa primum conſiderãdũ eſt, ꝙ ſicut 7. ſuperius dixit, quarũdã artiũ effectus contingunt et ſine arte. Domus.n. nõ fit ſine arte, ſed ſanitas fit ſine arte medicinæ ex ſola opatione naturę. Et licet id qđ fit à natura, nõ ſit fortuitũ, neque caſuale, eo ꝙ natura eſt cã agẽs p ſe: fortuna vero & caſus eſt cã agẽs per accidens, tamẽ ex eo, ꝙ ille, qui ſanatur, à natura ſanatus præter intẽtionẽ artis, dr ſanari à fortuna. Nihil enim prohibet aliqd non eſſe fortuitum in ſe, quod tamẽ dr fortuitum per comparationem ad aliquem, qui nõ cõſiderat cauſam per ſe talis effectus. Dicit ergo, ꝙ non quicũque vel in qualibet diſpoſitione exiſtẽs, ſanatur à medicina vel à fortuna, ſed eſt aliquod poſſibile in determinata exiſtens diſpoſitione quod ſanetur, vel à natura, vel ab arte. Quibuſlibet.n. actiuis reſpõdent determinata paſſiua. Illud autẽ poſſibile quod vnica actione natura vel ars põt in actum ſanitatis reducere, eſt ſanum in potẽtia. Et vt plenius cognoſcatur, ſubiungit diffinitionem huius poſſibilis, & quantũ ad operationem artis, & quãtũ ad operationẽ naturæ. Dicit ergo, ꝙ eſt poſſibile ꝙ eſt potẽtia ente, cum fit actu ab intellectu ſiue arte. [Terminus.n.] idest diffinitio eſt, qñ ſtatim cũ vult aliquis fieri id eſſe actu, ſi nihil exterius phibeat. Et aũt potẽtia dr eſſe ſanũ, qa per vnã opationẽ artis fit ſanũ. In illis aũt, q̃ ſanant per natura, dr eſſe aliquid in potẽtia ſanũ, quãdo nõ eſt aliqd prohibẽs ſanitatẽ, qđ debeat moueri, vel trãſmutari, prius q̃ intrinſeca virtus ſanat, effectum habeat in ſanãdo. Et ſicut diximus de ſanatione, q̃ fit ab arte, ita põt dici de alijs, quæ per artẽ fiũt. nã tunc materia eſt in potentia domus, qñ nihil eorũ, quæ ſunt in materia, phibet domũ fieri ſtatim vna actione, nec eſt aliquid qđ oporteat addi vel auferri, vel mutari, antequam materia formetur in domum: ſicut lutum oportet tranſmutari, antequam ex eo fiant lateres. Ex arboribus autẽ oportet aliquid auferri per do

vt terra generatione eſt potentia homo? Aut non, ſed magis cum fiat ſperma? ſed neque hoc ſimpliciter forſan.

b Quemadmodum igitur nec a Medicatina omne vtique ſanabitur, nec a fortuna: ſed eſt aliquid quod poſſibile eſt, & hoc eſt ſanum potẽtia. Terminus autem eius, quod ab intellectu actu fit ex potentia ente, quando volitum ſit nullo exteriorum prohibente. Ibi autem in eo quod ſanatur, quando nihil prohibet eorũ quæ in ipſo. Similiter aũt potẽtia & domus, ſi nihil prohibeat eorum in his materia fieri domum, nec eſt quod oporteat adijci, aut remoueri, aut permutari, hęc domus potentia. Et in alijs ſimiliter quorũcunque extrinſecus principiũ eſt generationis, & quorumcunque etiã in ipſo habente quæcunque nullo exteriorũ impediẽte erit per ipſum, quale ſperma nondum. Oportet.n. in alio & permutari. Quando vero iam per ſuum principium eſt tale, iam hoc eſt potentia. Illa vero altero egẽt principio, vt terra nondum eſt ſtatua potentia. Permutata enim erit æs.

c Videtur autem quod dicimus eſſe, de quo non hoc, ſed ecininum. vt arca, non lignum, ſed lignea: nec lignum terra, ſed terreum. Iterum terra, ſi ſit, non aliud, ſed ecininum. Et ſemper illud potentia ſimpliciter, quod poſterius eſt. vt arca nõ terra, nec terrea, ſed lignea: hoc enim potentia arca, & materia arcæ hoc. ſimpliciter quidem ipſius ipſum ſimpliciter, huius vero hoc lignum. Si vero aliquid eſt primum, quod

utputa terrane homo eſt potentia? An non, ſed magis cum iam fuerit ſemen? nec hoc adhuc fortaſſis.

Quemadmodum nec a Medicina quodcunque utique ſanetur, nec a fortuna; ſed aliquid eſt, quod poſſibile eſt, & hoc potentia ſanum. Definitio vero eius, quod a mente actu fit, ex potentia ente eſt, quando quod uult fiat, nullo eorũ quæ extrinſecus ſunt, prohibente. ibi enim in eo qui ſanatur eſt, cum nihil eorum quæ in eo ſunt, prohibeat. ſimiliter autem potentia & domus. ſi nihil eorum, quæ in ea re & in materia ſunt, ut domus fiat prohibeat, nec eſt, quod aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc eſt potentia domus. Similiter autem in cæteris, quorum extrinſecus generationis principium, & quorũ in habente ipſo, quæcunque nullo exteriori prohibente per ſeipſa erunt, quale ſemen nondum eſt. oportet nanque in alio eſſe, & tranſmutari. cum autem iam per ſuũ principium tale fuerit, hoc iam potentia eſt. illud uero altero principio indiget quemadmodum terra nondum eſt potentia ſtatus; tranſmutata nanque æs erit.

Videtur autem eſſe quod dicimus, non hoc, ſed illiuſmodi. ut arca non lignum, ſed lignea: neque lignum terra, ſed terreum. rurſus terra, ſi ſic non aliud, ſed quod illiuſmodi, ipſum ſemper potentia ſimpliciter poſterius eſt. ut arca, neque terrea, neque terra, ſed lignea, hoc enim potentia arca, & materia arcæ hæc, ſimpliciter quidem eius, quod ſimpliciter eſt, huius autem hoc lignum. Quod ſi eſt aliquid primum, quod non ſecundum aliud dicitur illiuſmodi, hoc prima materia, utputa, ſi terra

A lationem, & addi per compaginationem ad hoc, quod componatur domus. Vnde lutum & arbores non ſunt potentia domus ſed lateres & ligna iam preparata. Et ſimiliter eſt in alijs ſiue habeant principium perfectionis extra, ſicut ſunt artificialia, ſiue intra, ſicut naturalia. & tunc ſemper ſunt in potentia ad actum, quando nullo exterius prohibente per proprium principium actiuum poſſunt reduci in actum. Tale autem nondum eſt ſperma. Oportet enim, quod mediantibus permutationibus multis ex eo fiat animal. Sed, quando iam per proprium principium actiuum poteſt fieri tale, ſcilicet actu exiſtens, tunc iam eſt in potentia. Sed illa, quæ oportet tranſmutari ad equã ſint ſtatim reducibilia in actum, indigent alio principio actiuo, ſcilicet præparante materiam. quod interdum eſt aliud a perficiente, quod inducit ultimam formam. Sicut patet, ꝙ terra nondum eſt in potentia ſtatua. non enim una actione, nec uno agente reducitur in actum. ſed prius per naturam tranſmutatur, & fit æs, & poſtea per artẽ fit ſtatua. Deinde cũ dicit.

c ¶ Oſtendit quod a tali materia, quæ eſt in potentia ad actum, denominatur miſtum & circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit qualiter miſtum a materia denominatur dicens, quod id, quod fit ex materia, non dicitur hoc, ſed eciniuum, quod latine non dicitur, ſed per conſuetudinem, græcum eſt denominatiuum ad ſignificandum illud, quod eſt ex altero tanquã ex materia, ac ſi dicatur, materia non prædicatur in abſtracto de eo quod eſt ex materia, ſed denominatiue. Sicut arca non eſt lignum, ſed lignea, & lignũ non eſt terra, ſed terreum. Et iterum, ſi terra habeat aliam materiam priorem, terra non erit illud, [ſed eciniuum] idest nõ prædicatur de terra in abſtracto. ſed denominatiue. Ita tamen fiat talis prædicatio, ꝙ ſemper id, quod eſt in potentia ſecundum modum determinatum, prædicatur de eo, quod eſt immediate poſterius, ut terra, quæ non poteſt dici potentia arca, non prædicatur de arca nec in abſtracto, nec denominatiue. Arca enim neque eſt terra, neque terrea, ſed lignea. Lignum enim eſt in potentia arca & materia arcæ. Vniuerſaliter eſt quidem lignum arcæ, particulariter uero hoc lignum huius arcæ. Si uero eſt aliquid primũ, quod non dicitur de [alio eciniuum,] id eſt quod non habet aliquid, quod de eo quidem denominatiue prædicetur modo prædicto, hoc erit materia prima: ſicut, ſi aer eſt materia terræ, ut quidam dixerunt, aer prædicatur de materia denominatiue.

nat ue,ut dicitur terra eſt aerea. Et ſimiliter dicetur aer igne' & non ignis eſt materia eius. ignis autem, ſi non denominatur ab aliqua priori materia, erit materia prima ſecundum poſitionem Heracliti. Sed hic oportet adiungere, ſi ſit aliquid exiſtens ad differentiam vniuerſalis. nam uniuerſale prędicatur etiam de aliis, & alia non prædicantur de eo, nec tamen eſt materia cum ſit aliquid ſubſiſtens. Vniuerſale enim & ſubiectū differunt per hoc, quod ſubiectum eſt hoc aliquid, non autem uniuerſale. Secundo ibi.

par.4. d ¶ Ponit ſimilitudinem prædicationis denominatiuæ dicēs, quod ſicut id quod ſubiicitur paſsionib' vt homo, corpus, & animal, recipit denominatiuam prędicationem paſsionū, ſic id quod eſt ex materia, recipit denominatiuam prędicationem materię. nā paſsio eſt muſicum & album. Dicitur autem ſubiectum, cui aduenit muſica, non eſſe muſica in abſtracto, ſed muſicum denominatiue: & homo non dr̄ albedo, ſed album. Neque etiam homo dicitur ambulatio, aut motus abſtractiue, ſed ambulans, aut motum, ut ecininum idest denominatum.

Te.com.13. Tertio ibi.

Te.cō.13. par. prima. e ¶ Ponit comparationem utriuſque denominationis. & dicit, quòd quæcunq; ſic prędicantur denominatiuè; ſicut iſta accidētia ultimum, qd̄ ſuſtētat ea, ē ſubſtantia. Sed quæcunque non prædicantur ſic denominatiuè, ſed id, quod ſbdicai denominatiuè. eſt quædam ſpecies, & hoc aliquid, ut lignū aut terra, ultimum in talibus prædicationib. qd̄ ſuſtētat alia, eſt materia, & ſubſtātia materialis. Et cōuenienter [accidit dici ecininum]. i. denominatiue [ſm materiam & paſsiones]. i. accidentia, quę ambo ſunt indeterminata. nā & accidens determinatur & diffinitur per ſubiectū, & materia per id od quod eſt in potentia. Vltimo epilogat quod dictum eſt; & eſt manifeſtum.

par. 2.

non adhuc de alio dicitur ecininum, hæc prima materia eſt. vt ſi terra aerea eſt, & aer nō ignis, ſed igneus, ignis eſt prima materia, hoc aliquid exiſtens. In hoc enim differt uniuerſale & ſubiectum, per eſſe hoc aliqd.

d Vtputa paſſionibus quod ſubiicitur homo, & corpus & animal, paſſio autem muſicum & album. Dicitur autem muſica adueniente illud, non muſica, ſed muſicum: & nō albedo hō, ſed album: nec ambulatio aut motus, ſed ambulans, aut motum, ut ecininum.

e Quæcunque quidem igitur ſic ultimum, ſubſtantia. quæcūque uero non ſic, ſed ſpecies quędam, & hoc aliquid, quod prædicatur, ultimū materia, & ſubſtantia materialis. Et rectè itaq; accidit ecininum dici ſecundū materiam & paſſiones. ambo nanq; indeterminata. Quando quidem igitur dicēdum eſt potentia, & quando non, dictum eſt.

LECTIO VII.

a Qvoniam autem ipſum prius, determinatum eſt quot modis dicitur, palam quia prior eſt actus potentia. Dico autem potentia non ſolum determinata, quæ dicitur principium permutatiuum in alio inquantum aliud, ſed totaliter oī principio motiuo, aut immobilitatiuo. etenim natura in eodem fit. in eodem. n. genere potentiæ. Principium. n. motiuum, ſed non in alio, ſed in aliquo inquantū idē. Omni itaq; tali prior eſt actu rōne & ſubſtantia. tempore uero, eſt quidē ut ſic, eſt autem ut non.

b Ratione quidem igitur quod prio, palam. Nam per cōtingere actu eſſe, poſſibile eſt quod primo poſſibile. puta dico ædificatorē potentem ædificare, & ſpeculatorē ſpeculari, & uiſibile potens uideri. Eadem aūt rō & in aliis. Quare neceſſe rationem præexiſtere, & notitiam notitia.

aerea, aer vero non ignis, ſed igneus, ignis prima materia eſt, tanquam quodquid, & ſubſtantia. hoc enim vniuerſale, & ſubiectum differt, eo quod eſt quodquid, aut non eſt.

G *Vtputa quod ſubijcitur paſſionibus, homo, corpus, & anima; paſsio vero muſicum & album; dicitur autem muſica adueniente, illud non muſica, ſed muſicum: & homo, non albedo, ſed album; nec ambulatio, aut motus, ſed ambulans, aut motum, ſicut ipſum illiuſmodi.*

Quæcunque igitur ita, vltimum ſubſtantia eſt. quæcunque autem non ita, ſed forma aliqua, & quodquid eſt quod prędicatur, vltimum materia, & ſubſtantia materialis eſt. Et rectè ſanè accidit illiuſmodi dici ſecundum H *materiam, & paſsiones. ambo etenim indeterminata ſunt.*

Quando igitur dicendum eſt potentia, & quando non, dictum eſt.

LECTIO VII.

Qvoniam autem quot modis dicatur prius, determinatum eſt, manifeſtum eſt quod actus prius potentia eſt. Dico autem non ſolum illa potentia definita, quæ dicitur princi- I *pium transmutatorium in alio prout aliud eſt, ſed prorſus omni motiuo, et ſtatorio principio, etenim natura in eodem fit. in eodem enim genere cum ipſa potentia: principium enim motiuum; non tamen in alio, ſed in ipſo, prout ipſum. Omni itaque tali prior eſt actus, et ratione, & ſubſtantia: tempore vero quodammodo quidem eſt, quodammodo uero non.*

Quod autem ratione prior, patet. K *potens enim eſt, quod primò poteſt, propterea quod contingit operari. utputa ędificatiuum, quod poteſt ędificare: & uiſiuum, quod poteſt uidere: & uiſibile, quod poteſt uideri. eodem autem de cęteris quoque ratio eſt. quare neceſſe ut ratio pręcedat, & notitia notitiam.*

LECTIO VII.

a Poſtquam determinauit Philoſophus de potentia & actu, hic comparat ea adinuicem, & diuiditur in tres partes. In prima comparat ea adinuicem ſecundum prius & poſterius. In ſecunda ſecundum bene, & ma- F le. ibi [Quod autem melior & honorabilior.] In tertia ſecundum cognitionem veri & falſi. ibi [Inueniuntur autem & diagramata.] Circa primum duo facit. Primo proponit quod intendit dicens, quod cum ſupra determinatum ſit in quinto, quot modis prius dicitur, manifeſtum eſt, quod actus eſt prior potētia diuerſis modis. Loquimur aūt nunc de potentia non ſolum ſm quod eſt principiū motus in alio, ſm quod eſt aliud, vt ſupra diffinita eſt potentia actiua, ſed vniuerſaliter de oī pńcipio, ſiue ſit principiū motiuum. ſiue immobilitatis & quietis, aut operationis alique motu exſtinſ, cuiuſmodi eſt intelligere, quia & natura ad idē pertinere vr̄, qd' potētia. Eſt. n. natura in eodem genere cum potentia ipſa, quia vtrunque eſt principium motus, licet natura non ſit principium motus in alio, ſed in eo in quo eſt, inquantum hmōi, vt manifeſtatur in 2. Phyſic. & iō natura non ſolum eſt principium motus, ſed etiam quietis. & pp hoc, potentia intelligēda eſt non ſolum principium motus, ſed etiam principiū immobilitatis. Omni ergo tali potētiæ, actus prior eſt, & ratione, & ſubſtantia, etiam tempore quodammodo, alio vero modo non. Infra lec. ... Ibid. par. 5. Tex. com. 4.

b ¶ Secūdo oſtendit propoſitum. Et primo, quod actus eſt prior potentia ratione. Secundo, oſtēdit quomodo eſt prior tempore, & quomodo non. ibi [Tempore vero prius.] Tertio oſtēdit, quod eſt prior ſecundum ſubſtantiam. ibi [At vero & ſubſtantia pri' quidem.] Primum ſic probatur. Id, per quod oportet alterū diffiniri, eſt prius eo ratione, ſicut animal prius homine, & ſubiectum accidente. Sed potentia nō poteſt diffiniri niſi per actum. Nam prima ratio poſſibilis ē hoc conſiſtit, quod conuenit ipſum agere, vel eſſe in actu, ſicut ædificator dicitur. q poteſt ædificare, & ſpeculator, qui poteſt ſpeculari, & viſibile dicit aliquid quod poteſt videri, & ſic eſt in aliis. Ergo eſt neceſſarium quod rō actus pręcedat rationem potentiæ, & notitia actus notitiam potentiæ. Et propter hoc ſuperius Ariſt. manifeſtauit potentiam diffiniendo per actum, actum autem non potuit per aliquod aliud diffinire, ſed ſolum inductiue manifeſtauit. Deinde cum dicit. 1. par. ſeq. Lect. ſeq. Tex. com. 5.

c Oſtendit

e ¶ Oſtendit quomodo ſit actus potentia prior tempore, & quomodo non: & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat hoc in potentijs paſſiuis. Secundo in potentijs actiuis quibuſdam. ibi
part seq. [Quapropter uidetur impoſſibile.] Dicit ergo primo, quod actus eſt prior tempore potentia, ita tamen quod idem ſpecie eſt prius agens, vel
part 3. ens actu quam ens in potentia, ſed idē numero eſt prius tempore in potētia quā in actu. Quod ſic manifeſtatur. Si enim accipiamus hunc hominē, qui eſt iam actu homo, ſuit prius ſin tempus materia, quæ erat potentia homo. Et ſimiliter prius tempore fuit ſemē, quod potentia eſt frumentum, quam frumentum actu [& viſiuum.] id eſt habens potentiam videndi, quā vidēs actu. Sed tamen quædam exiſtentia in actu fuerunt priora ſecundum tempus his exiſtentib. in potentia, ſ. agentia, a quib. reducta ſunt in actum.
part. 4. Semper enim oportet, quod id, quod eſt in potentia ens, fit actu ens ab agēte, quod ē actu ens. vnde homo in potentia fit homo in actu ab homine generante, qui eſt in actu. Et ſimiliter muſicum in potentia
part. 5. reſpicit muſicum in actu, diſcendo a doctore, qui eſt muſicus actu. Et ita ſemper eo, quod eſt in potentia, eſt aliquis
part. 6. prius quod mouet, & mouens eſt in actu. Vnde relinquitur, quod licet idem numero prius tempore ſit in potentia quam in actu, tamē aliquod ens in actu ſecūdum idem ſpecie eſt etiā prius tempore quam ens in potentia. Et quia poſſet aliquis dubitare de quibuſdam
in 6. Phyſi. quæ dixerat, ideo
Tex. cō. 25. ſubiungit ea eſſe manifeſta ſuperius. Dictum eſt enim in ſupe
Tex. cō. 22. rioribus de ſubſtantia, ſ. in ſexto li. quod omne quod fit, fit ex aliquo, ſicut ex materia, & ab aliquo ſicut ab agente. Et hoc etiam agens eſt ſpecie idem cum eo quod fit. quod manifeſtum eſt in generationibus vniuocis, in generationibus æquiuocis oportet eſſe aliquam ſimilitudinem generantis ad genitum, vt ibidem oſtenſum eſt.

Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit ordinem actus, & potentiæ ſecundum tempus in quibuſdam potentijs actiuis. & circa hoc tria facit. Primo, oſtendit propoſitum. Dictum enim fuit ſupra, quod quædam potentiæ operatiuæ ſunt, quas oportet accipere præagentes, ſiue præexercitantes ſe in eorum actionibus. Sicut quæ acquiruntur per conſuetudinem, vel diſciplinam. & de his dicit hic, quod etiam in eiſdem ſecundum numerum, actus præcedit potentiam. Impoſſibile enim uidetur quod aliquis fiat ædificator, qui non prius ædificauerit: aut quod fiat citharœdus, qui non prius citharizauerit. Hoc autem inducit conclu-

A dens ex præmiſſis. Dictum eſt enim ſupra, quod potentia muſica fit actu muſicum a muſico in actu, in quantum ſcilicet ab eo addiſcit. & ſimiliter in alijs eſt actibus. Addiſcere autem non poterit artem huiuſmodi, niſi exercitando ſe in actu eius: Tex. cō. 10
ſicut aliquis citharizando, addiſcit citharizare. Et ſimiliter eſt in alijs artibus. Vnde manifeſtum eſt, quod impoſſibile eſt habere huiuſmodi potentias, niſi prius fuiſſent actiones earum etiam in eodem ſecundum numerum. Secundo ibi.

e ¶ Ponit quandam ſophiſticā obiectionem contra prædicta dicēs, quod quidam [ſophiſticus elenchus factus eſt,] id eſt, ſyllogiſmus apparens contradicēs veritati, qui talis eſt. Diſcens artem operatur actionem artis: ſed diſcens artem non habet artem. ergo qui non habet ſciētiam, nec artem facit id, cuius eſt ſcientia, aut ars. Quod uidetur contrarium ueritati. Tertio ibi.

f ¶ Soluit dictam obiectionē aſſignādo quoddam, quod dictum eſt & probatū in 6 Phyſicorū. Oſtenſum eſt ibi, quod omne moueri præcedit motum eſſe, propter diuiſionem motus. Oportet enim quod quacunque parte motus data, cū diuiſibilis ſit, aliquam partē eius accipi, quæ iam pertranſita ſit, dum pars motus data peragitur. Et ideo quicquid mouetur, iam quantum aliquid motum eſt. et eadem ratione quicquid fit, iam quantum ad aliquid factum eſt. Licet enim factio in ſubſtantia quantum ad introductionem formæ ſubſtantialis ſit indiuiſibilis, tamen ſi accipiatur alteratio præcedens cuius terminus eſt generatio, indiuiſibilis eſt, & totum poteſt dici factio. Quia igitur quod fit, quantum ad aliquid factum eſt, poteſt aliqualem operationem habere, quod ſit eius, ad quod terminatur factio: ſicut quod calefit poteſt aliquo modo calefacere, licet non perfecte, ſicut id, quod iam factum eſt calidum. Et ſic cum diſcere ſit fieri ſcientem, neceſſe eſt quod diſcens quaſi aliquid iam ſcientiæ & artis habeat. vnde non eſt inconueniens ſi aliqualiter facit operationem artis. non enim eam facit perfecte, ſicut qui iam habet artem. Sed & ratione ipſa ratione naturaliter præinſunt quædam ſemina, & principia ſcientiarum & virtutum, v[i]rtute quorum poteſt homo aliqualiter exire in ſcientiæ, & virtutis actum, antequam habeat habitum ſcientiæ & virtutis, quo adepto, operatur perfecte, prius autem imperfecte. Vltimo epilogat quod ſupra dictum eſt, vt patet in litera.

c Tempore vero prius ſpecie idē agens prius, ſed numero nō. Dico autem hoc, quia hoc quidem homine iam ente ſin actu, & frumento, & videnti, pri' eſt tempore materia, & ſemē, & uiſiuum, quæ potentia ſunt hō, & frumentum, & uidens, nōdum autem actu, ſed his tēpore priora altera entia actu, ex quib. hæc acta ſunt. Semper enim ex poteſtate ente, fit actu ens, ab actu ente, ut homo ex homine, muſicus a muſico, ſemper mouente aliquo primo. mouens autem actu iam eſt. Dictum eſt autem in ſermonibus de ſubſtantia, quia omne quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc ſpecie idem.

Tempore autem prius ſic. quod idē ſpecie agit prius, numero uero non. dico autem hoc, quod eo quidem homine, qui actu iam eſt, & frumento, & uidente prior tempore materia, & ſemen, & uiſiuum eſt, quę potentia quidem homo, & frumentum, & uidens ſunt, actu uero nondum: ſed his alia tē-
B *pora priora actu exiſtentia, e quibus hæc facta fuerunt. ſemper etenim ex eo, quod potentia eſt, fit actu ens ab actu exiſtente, ut homo ex homine, muſicus ex muſico ſemper aliquo primo mouente. mouens autem actu iam eſt. Dictum eſt autem in ſermonibus de ſubſtantia, quod omne quod ſit ex aliquo, aliquid, & ab aliquo ſit. & hoc ſpecie idem.*

d Quapropter & uidetī impoſſibile eſſe ædificatorem eſſe, q nō ædificauerit aliquid, aut citharœdum, qui non citharizauit. Similiter autē & alij: Nam addiſcens citharizare, citharizans addiſcit citharizare. Similiter autem, & in alijs.

C *Quare uidetur impoſſibile eſſe ædificatorem, qui nihil ædificauerit, aut citharœdum, qui nihil citharizauerit, qui enim diſcit citharizare, citharizando diſcit citharizare. ſimiliter etiam alij.*

e Vnde ſophiſticus elenchus factus eſt, quia non habens quis ſcientiam, faciet cuius ſcientia eſt. Addiſcens enim non habet.

Vnde redargutio ſophiſtica oriebatur, quod aliquis non habens ſcientiā, faciet id, cuius ſcientia. qui nanque diſcit, non habet.

D

f Sed quia eius, quod fit factū eſt aliquid, & totaliter eius, qđ mouetur, motum eſt aliquid: palam autem in his, quæ de Motu hoc. Et diſcentem neceſſe habere aliquid ſcientiæ forſan. Sic igitur & hoc palam, quia & actu ſit prior potentia ſecundum generationem & tempus.

Sed quoniam eius, quod ſit, aliquid factum eſt, & eius quod aliquo modo mouetur, aliquid motum eſt (hoc autē in de motu manifeſtum eſt) diſcentem quoque neceſſe fortaſſe eſt aliquid ſciētiæ habere. At ex hoc quoque patet quod actus prior potentia, & generatione, & tempore eſt.

E

LECTIO VIII.

a Postquam philoſophus oſtẽdit, ꝙ actus eſt prior potentia rõne, & tpe quodammodo, hic oſtendit ꝙ ſit prior ſm ſubſtantiam; quod erat ſuperius tertio propoſitum. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit propoſitum rationib. ſumptis ex his, quæ quãdoque ſunt in potẽtia, quandoque in actu. (part.2.) In ſecunda vero per comparationem ſempiternorũ, quæ ſemper ſunt actu, & mobilia, quæ quandoque ſunt in potentia, quandoq; in actu ibi. (Lect.ſeq.) [At vero magis proprie.] Et quia eſſe prius ſecundum ſubſtantiã eſt eſſe prius perfectione; perfectio autem attribuitur duabus cauſis. ſ. formæ. & fini, ideo duabus rationibus in parte prima vtitur ad propoſitum oſtendẽdum. (part.3.) Quarum prima ſumitur ex parte formæ: ſecunda ex parte finis, quæ ponitur. ibi [Et quia omne ad principium vadit.] (part.4.) Dicit ergo primo, quod non ſolũ actus eſt prior potentia, & ratione, & tempore [ſed ſubſtãtia] idest perfectione: nomine.n. ſubſtãtię conſueuit forma ſignificari, per quam aliquid eſt perfectũ. (part.ſeq.) (Tex.cõ.16. part.5.) Et hoc quidem primum apparet tali ratione, quia ea, quę ſunt poſteriora in generatione, ſunt [priora ſecundũ ſubſtantiam & ſpeciẽ] idest perfectione, (part.6.) quia generatio ſemper procedit ab imperfecto ad perfectum, ſicut uir eſt poſterior generatione quam puer: nam ex puero fit vir, & homo, poſterius generatione quam ſperma. Et hoc rõ, quia vir & homo iam habet ſpeciem perfectam, puer autem & ſperma nondum. (part.7.) Cum igitur in eodẽ ſecundum numerũ actus generatione, & tempore ſit poſterior potentia, vt ex ſuperioribus patet, ſequitur quod actus ſit prior potẽtia ſubſtantia & ratione. Deinde cum dicit. (Tex.cõ.13.)

b ¶ Oſtendit idem rõne ſumpta a parte finis, & circa hoc tria facit Primo proponit rõnem. Secundo manifeſtat quoddam in rõne ſuppoſitum. ibi [Non.n. vt uiſum habeant.] Tertio determinat quoddam, quod poſſet facere dubium circa prędicta. ibi [Quoniam vero eſt horum.] Dicit ergo primo, quod omne qđ fit uadens ad finem uadit ad quoddam principium. nam finis cuius cauſa fit aliquid, eſt quoddam principium. Eſt.n. prius in intentione agentis, quia eius cauſa fit generatio. Sed actus eſt finis potentię: ergo actus eſt prior potentia, & principiũ quoddam eius. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit quod ſupra poſuerat, ſcilicet quod actus ſit finis

F potentiæ. Quod quidem primo manifeſtat in potentijs actiuis naturalibus dicens, ꝙ animalia non vident, vt habeant potentiam viſiuam: ſed magis habent potentiam viſiuam, vt videant. & ſic manifeſtum eſt, ꝙ potentia eſt propter actum, & non e conuerſo. Secundo ibi.

d ¶ Manifeſtat idẽ in potentiis rõnalibus dicens, ꝙ ad hoc hõis potentiam habent ædificandi vt ędificẽt, ad hoc habẽt theoricam. ſ. ſcientiam ſpeculatiuam, vt ſpeculentur. Non aũt ſpeculantur vt habeant theoricam, niſi addiſcentes, qui meditantur ea quæ sũt ſcientiæ ſpeculatiuæ, vt acquirãt eã. Et hi non perfecto ſpeculanẽ, ſed quodammodo, & imperfecte, ut ſupra dictum eſt: quia ſpeculari non eſt pp aliquam indigentiam, ſed ſcia iam habita uti. Diſcentium autem ſpeculatio eſt, quia indigent acquirere ſciẽtiam. Tertio ibi.

e ¶ Manifeſtat idẽ in potentiis paſſiuis dicens, ꝙ materia eſt in potentia, donec veniat ad formam, vel ſpẽm: ſed tunc primo eſt in actu quando habent ſpẽm. & ita ẽ in omnibus aliis q̃ mouentur pp finẽ. Vnde ſicut docentes putant ad finẽ pertingere, quando demonſtrat diſcipulum quem inſtruxerunt, operantem ea, quæ ſunt artis, ita, & natura pertingit ad finem qñ conſequitur actum & ſic manifeſtũ eſt ꝙ actus eſt finis in motu naturali. Quarto ibi.

f ¶ Manifeſtat propoſitum deducẽdo ad inconueniens dicens, ꝙ perfectio, & finis non cõſiſterent in actu, tũc non uideretur differẽtia inter aliquẽ ſapientẽ, ſicut fuit Mercuri⁹, & aliquẽ inſipiẽtẽ, ſicut fuit Paxonas. Si.n. pfectio ſciæ non eſſet in agendo, non eſſe Mercurius manifeſtatus in ſua ſciẽtia, ſi hẽrent [ſcientia interi⁹]. ſ. quantũ ad interiorẽ actũ, [aut exterius] quantũ ad exteriorem actũ, ſicut nec Paxonas. Nã per actum ſcientiæ manifeſtat aliquis eſſe ſciens, & non per potentiã. Operatio.n. eſt finis ſciæ. Operatio aũt eſt actus quidam. Propter ꝙ, nomen actus dr̃ ad operatione, vt ſupra dictũ eſt. Et inde deriuatum eſt ad formã, quæ dicitur endelechia, ſiue perfectio. Deinde cum dicit. (Tex. com.7.)

g ¶ Manifeſtat qđdam, quod poterat eſſe dubium circa prædicta. Quia enim dixerat, quod opus eſt finis, poſſet aliquis credere, quod hoc eſſet uerum in omnibus. Sed ipſe hoc remouet dicens, quod quarundam actiuarum potentiarum vltimus finis eſt ſolus uſus potentiæ, & non aliquid operatum per actionẽ potentiæ, ſicut ultimus finis potentiæ viſiuæ & viſio. Et præter eam

LECTIO VIII.

a At vero, & ſubſtantia prius quidem, quia quæ generatione poſteriora, & ſpecie & ſubſtantia ſunt priora, vt uir puero, & homo ſpermate. Hoc quidem enim iam habet ſpeciẽ, illud uero non.

b Et quia omne ad principium vadit quod fit, & finem. Principium.n. cuius cauſa, finis uero cauſa generatio. Finis aũt actus & huius gratia potentia ſumiẽ.

c Non enim vt uiſum habeãt. vident animalia, ſed vt uideant, uiſum habent.

d Similiter autem & ædificandi ſcientiam ut edificẽt, & theoricam habent ut ſpeculentur: ſed non ſpeculantur ut theoricam habeant, niſi meditantes. Hi autem non ſpeculantur, ſed inquantum ſic aut quia non egent ſpeculari.

e Amplius autem materia potẽtia eſt, donec ueniat ad ſpeciẽ. quando vero actu eſt, tunc eſt in ſpecie. ſimiliter autem. & in aliis, & quorum motus eſt finis. Propter quod ſicut docentes operantem oſtendentes; putãt finem reddidiſſe, & natura ſimiliter.

f Nam ſi nõ ſi ita, Paxonas Mercurius erit. Non manifeſtius.n. & ſcientia ſi interius, aut exterius, quemadmodum ille. opus enim finis actus autem opus. Propter quod & nomẽ dicitur actus ſecundum opus, & tendit verſus endelechiam.

g Quoniam uero eſt horum quidem vltimum vſus, vt viſus viſio, & præter hanc nullum fit,

LECTIO VIII:

At vero ſubſtantia etiam. Primo quidem, quia quę generatione poſteriora, forma, & ſubſtantia priora ſunt, vt uir puero, & homo ſemine: illud enim iam habet formam, hoc vero non.

G

Et quoniam omne quod fit, ad principium & finem progreditur. etenim cuius cauſa principium eſt. generatio vero finis gratia. finis vero actus, & huius gratia potentia ſumitur.

Non enim vt viſum habeant animalia uident, ſed vt videant, viſum habent.

H

Similiter etiã ędificatiuam, ut ædificent, & ſpeculatiuam ut ſpeculẽtur, non vt ſpeculatiuam habeãt ſpeculantur, niſi qui exercitantur. hi uero non ſpeculantur ſed aut ſic, aut quia non indigent ſpeculari.

I

Itẽ materia eſt potentia, quia progredi poteſt ad formam, cum uero actu ſit, tunc in forma eſt. ſimiliter etiã de cæteris, & quorum motio finis. Quare quemadmodum docentes, cum diſcipulum oſtendant operantem, putant impoſuiſſe finem. ſimiliter etiam natura.

Si enim non ita ſit, erit Mercurius Paxonas. non enim erit manifeſtum an intra uel extra ſit ſcientia quemadmodum etiam ille, opus enim finis. operatio uero opus. Vnde nomen operatio dicitur ab opere, & tendit ad perfectionem.

K

Cum autem quorundam quidem ultimum ſit uſus ut uiſus uiſio. et nihil pręter hanc aliud a uiſu fiat opus,

eam non fit a potentia viſiua aliquod opus operatum. In quibuſdam vero potentijs actiuis fit aliquod opus præter actionē, ut ab arte ædificatiua fit domus, præter ipſam ædificationem. Tamen hæc differentia non facit quod in aliquib. harum potentiarum minus ſit actus finis potentiæ & in aliquib. magis, quia ipſa actio eſt in facto, vt ædificatio in eo, quod ędificatur, & ædificatio ſimul fit, & hēt eſſe cum domo. Vnde, ſi domus aut ædificatum ſit finis non excluditur, quin actus ſit finis potētiæ. Talis autē differentia inter prędictas potentias eſt conſiderāda, quod quando prēter actum ipſum potentiæ, qui eſt actio, fit aliqđ operatū, actio taliū potentiarum eſt in facto, & actus facti vt ędificatio in ædificato, & contextio in contexto, & vniuerſaliter motus in moto. Et hoc ideo, quia quando per actionem potentiæ
Te. com. 17. par. 2. cōſtituitur aliquod operatum, illa actio perficit operatum, & non operātem. Vnde eſt in operato ſicut actio & pfectio eius, nō aūt in operante. Sed quando non eſt aliquod opus operatum pręter actionē potentię, tūc actio exiſtit in agente &
par. 2. ut perfectio eius, & non tranſit in aliquid exterius perficiendum, ſicut uiſio eſt in vidente, ut pfectio eius, & ſpeculatio in ſpeculā
par. 3. te, & vita in anima vt per vitam intelligantur opera vitæ. Vnde manifeſtum eſt, quod & felicitas in tali operatione conſiſtit, quæ eſt in operante, non quæ tranſit in rem exteriorem, cum felicitas ſit bonum felicis & perfectio eius. eſt.n. aliqua uita felicis. ſ. vita perfecta eius. Vnde ſicut uita eſt in uiuente, ita felicitas in felice. Et ſic patet, quod felicitas non conſiſtit nec in ædificando, nec in aliqua huiuſmodi actione, quæ in exterius tranſeat, ſed in intelligendo & uolendo. Vlomo autem cum dicit.

h ¶ Redit ad concludendum principale propoſitum dicens quod manifeſtum eſt ex prædictis, quod ſubſtantia & forma & ſpēs eſt actus quidam. Et ex hoc manifeſtum eſt, quod actus eſt prior quam potentia ſecundum ſubſtantiam & formam. Et eſt prior
... tēpore, vt ſupradictum eſt, quia ſemper prius exigitur actus
Tex. cō. 13. ſecundū quem generans, aut mouens, aut faciens eſt actu, ante alterū actum, quo generatum, vel factū eſt in actu, poſtquā fuit in potentia, quouſq; veniatur ad primum mouēs, quod eſt in actu tantum. Id.n. quod exit de potentia in actum, requirit actum præcedentem in agente, a quo reducitur in actum.

A alterum a viſu opus, ad quibuſdam vero fit aliquid, vt ab ædificatoria domus, pręter ędificationem, tamen nō minus quidem hic finis, hic aūt magis finis potētiæ eſt. nam ædificatio in ędificato, & ſimul fit & eſt cum domo. Quorumcunque igitur aliquid alterum eſt, quod fit præter uſū horum, actus in facto eſt, ut ædificatio in ædificato, & contexio in contexto.
B Similiter autem & in alijs, & totaliter motus in eo, quod mouetur. Quorum vero non eſt aliquod aliud opus præter actionē, in ipſis exiſtit actio, uti viſio in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante, & uita in anima. quare & felicitas. Vita namque qualis quędam eſt.

h Quare manifeſtum quod ſubſtātia & ſpecies, actus quidam eſt.
C Secundum hanc itaque rōnem palam, quia prior ſubſtantia eſt actus potentia. Et ut diximus, tpe ſemper præaccipitur actus alius ante alium, vſque ad eum, qui eſt ſemper mouentis principium.

LECTIO IX.

AT uero magis proprie ſempiterna, priora ſubſtantia ſunt corruptibilibus. Eſt autē nihil potentia ſempiternum.

D b Ratio vero hæc, omnis potentia ſimul contradictionis eſt. Qđ quidem.n. eſt non poſſibile exiſtere, non utiq; exiſtet in aliquo. Poſſibile autem omne cōtingit non actu eſſe. Quod igitur poſſibile eſſe contingit eſſe & non eſſe. Idem igiť poſſibile eſſe & non eſſe. Poſſibile uero non eſſe, contingit non eſſe. Contingens autē nōn eſſe, corruptibile, aut ſimpliciter hoc ipſum quod dr continngere non eſſe, aut ſm locum, aut
E ſecundum quantum, aut ſecundum quale. Simpliciter autem quod ſecundum ſubſtantiam.

a quibuſdam uero fiat aliud, vt ab ædificatiua domus pręter ędificationem, nihilominus tamen, illic quidem finis, hic uero magis finis potentię eſt, ædificatio nanque in ędificato ſimul et fit, & eſt cum domo. Quorumcunque itaque aliud quiddam pręter uſum eſt id, quod fit, horum actus in eo, quod fit, eſt: ut ædificatio in eo, quod ędificatur, et contextio in eo, quod contexitur.
B ſimiliter & de alijs, & omnino motus in moto. Quorum uero non eſt aliud quoddam opus præter actionem, in ipſiſmet actio eſt. ut uiſio in uidente, & ſpeculatio in ſpeculante, & uita in anima. quare felicitas etiam, uita nanque quædam eſt.

Vnde patet, quod ſubſtantia, et forma, actus eſt: ſecundum hanc igitur
C rationem manifeſtum eſt: quod prior ſubſtantia actus, quam potentia. Et quemadmodum diximus, tempore ſemper pręcedit actus, alius ante alium, uſque ad eum, qui eſt primo mouentis.

LECTIO IX.

VEruntamen etiam magis principaliter. æterna enim priora corruptibilibus ſubſtantia ſunt: nihil uero potentia æternum eſt.

D Ratio autem hæc, omnis potentia ſimul contradictionis eſt. quod enim non eſt poſſibile eſſe, non inerit alicui. omne uero poſſibile, contingit nō agere. quod igitur eſt poſſibile eſſe, contingit eſſe & non eſſe: quod uero eſt poſſibile nō eſſe, contingit non eſſe; quod autem contingit non eſſe, corruptibile eſt, aut ſimpliciter, aut hoc ipſum, quod dicitur, aut dicitur contingere non eſſe, ſiue ſecundum locum. ſiue ſecundum quantum, ſiue ſecundum quale: ſimpliciter uero quod ſecundum ſubſtantiā.
E

A LECTIO IX.

SVperius probauit Ariſ. quod actus erat prior potentia ſubſtantia, diffinitione, & perfectione, per rationes ex ipſis corruptibilibus ſumptas. Hic autem idem oſtendit per comparationem ſempiternorum ad corruptibilia. Et diuiditur iſta pars in duas. In prima oſtēdit propoſitū. In ſecunda, ex propoſito oſtenſo, excludit qđ dictum a Platone dictū. ibi: [Si ergo aliquæ ſunt naturæ.] Et circa primū duo
Infr. par. 4. facit. Primo oſtēdit propoſitum, & hoc tali rōne. Sempiterna comparantur ad corruptibilia ſicut actus ad potētiā. nā ſempiterna, inquantum huiuſmodi nō ſunt in potentia, corruptibilia uero inquantum huiuſmodi in potētia ſunt. Sed ſempiterna ſūt priora corruptibilibus ſubſtantia & pfectione. hoc.n. manifeſtum eſt. ergo actus eſt potentia prior ſubſtantia & pfectione. Dicit aūt, quod hac rōne magis proprie oñdit ppoſitū, quia non aſſumit actus & potētia in eodē, ſed in diuerſis, quod facit pbationē magis euidentem. Sc̃do ibi.
b ¶ Probat qđ ſuppoſuerat. ſ. quod nullū ſempiternū ſit in potentia, & circa hoc duo facit. Primo ponit rōnem ad oſtendendum hoc, quæ talis eſt: Omnis potentia ſimul eſt contradictionis. Dicit autē hoc. non de potētia actiua. iam.n. ſupra dictum eſt, quod potētiæ irrationales non ſūt ad oppoſita. Sed loquitur hic de potentia paſſiua, ſm quam aliquid dicit̃ poſſibile eſſe & nō eſſe, vel ſimpliciter, vel ſm quid. Hoc autem quod poſuerat, manifeſtat p oppoſitum, quia vbi nō eſt talis potentia, non contingit utraque pars contradictionis. Nam quod non eſt poſſibile eſſe nunquam in aliquo eſt. Si enim nō eſt poſſibile eſſe, impoſſibile eſt eſſe, & neceſſe eſt non eſſe. Sed id quod poſſibile eſt eſſe, contingit non eſſe in actu. Manifeſtum eſt ergo, quod illud, quod poſſibile eſt eſſe, contingit eſſe & non eſſe. Et ſic potentia ſimul contradictionis eſt, quia idem eſt in potentia ad eſſe & non eſſe. Se I id quod poteſt non eſſe, contingit non eſſe: hæc.n. duo æquipollent. Quod autem contingit non eſſe, eſt corruptibile, uel ſimpliciter, uel ſecundum quid, prout dicitur contingere non eſſe: ſicut ſi contingat aliquod corpus non eſſe in aliquo loco, illud eſt corruptibile ſecundum locum. & ſimiliter eſt de quāto, & de quali. ſed ſimpliciter eſt corruptibile. quod pōt non eſſe ſm ſubſtantiā. Relinquiť ergo, quod omne, quod eſt in potentia, inquantū huiuſmodi, corruptibile eſt. Secundo ibi.

c Nihil ergo incorruptibilium ſimpliciter, potentia eſt ens ſimpliciter: Aliquid autē nihil prohibet. vt quale, aut vbi. actu ergo omnia.

d Nec eorum, quæ ex neceſſitate ſunt. Et quidem ipſa prima. Nanque ſi hæc non eſſent, nihil vtique eſſet.

e Neque utique motus, ſi quis eſt ſempiternus. nec ſi quid motum ſempiternum, nō eſt ſecundum potentiam motum, niſi vnde quo. Huius autem materiam nihil prohibet exiſtere.

f Propter quod agit ſēper Sol, & aſtra, & totum cœlum. Non eſt autem timendum, ne quādo ſtent, quod timent qui de natura. Neque laborant hæc agentia. non enim ineſt potentia contradictionis ipſis. ut corruptibilibus motus, ut laborioſa ſit cōtinuatio motus. Nam ſubſtantia materia. & potentia non actu cauſa huius.

g Imitantur autem incorruptibilia, & quæ in tranſmutatione ſunt entia. vt terra & ignis. Etenim hæc ſemperagunt. Nam ſecundum ſe & in ſeipſis habēt motum.

h Potentiæ uero aliæ, de quibus diffinitum eſt, omnes contradictionis ſunt. Nam poſſibile ſic mouere poteſt, & non ſic, quæcunque ſecundum rationem. Irrationabiles vero per aliud eſſe. & non contradictionis erunt eædem.

i Si ergo aliquæ ſunt naturæ tales, aut ſubiæ, quales dicunt, qui in rationib. ideas, multo magis ſciens vtiq; erit aliquid, quā per ſe ſcientia, & motum q̄ motus. Hic.n. actus magis, illæ autē potentiæ horum. Quod quidē igitur eſt prius actus potentia, & omni principio mutabili, palam.

F *Nihil igitur ſimpliciter incorruptibilium ſimpliciter, potentia eſt, ſecundum aliquid autem nihil prohibet, ut quale, aut vbi. actu ergo omnia.*

Nec eorum, quæ neceſſario ſunt, licet hæc prima. ſi enim ipſa non eſſent, nihil eſſet profecto.

G *Nec igitur motus, ſi quis æternus eſt, neque ſi quid quod mouetur æternum, non ſecundum potentiam mouetur, niſi vnde quo. huius autem materiam nihil prohibet eſſe.*

Quare ſemper agit Sol, & ſtellæ totumque cælum. Neque timendum ne quandoq; ſtet, quod metuunt quidam Naturales, non.o. fatigantur, cum hoc faciunt, eo ꝙ motus eis non eſt circa contradictionis potentiam, quemadmodum H *corruptibilibus, ita ut laborioſa eis ſit motus continuatio, ſubſtātia nanque, materia & potentia exiſtens non actu, huius cauſa eſt.*

Imitantur autem incorruptibilia, & illa entia, quæ in tranſmutatione ſunt, ut terra, & ignis: etenim ſemper hæc agunt, per ſe enim, & in ſeipſis habent motum.

Cæteræ uero omnes potentiæ, ut determinatum eſt, contradictionis ſunt I *(quod enim poteſt ſic mouere, poteſt etiam non ſic) quæcunq; ſcilicet ſecundum rationem. Irrationales uero, eo ipſo quod adſunt & abſunt, contradictionis erunt eadem.*

Si igitur aliquæ naturæ, ſiue ſubſtātiæ tales ſunt, quales dicunt in ſermonibus ideas, multo magis ſciēs aliquid erit, quam ipſa ſcientia, & motum, quam motus. illa enim magis actus, hæ uero harum potentiæ. Quod igitur actus & potentia & omni tranſmutatiuo principio eſt, patet.

K

e ¶ Infert concluſionem ex poſitione præmiſſa intentam, & circa hoc tria facit. Primo concludit propoſitum circa ſempiterna inferens ex prædictis, quod ſi omne, quod eſt in potentia, eſt corruptibile, ſequitur quod nullum incorruptibilium ſimpliciter, ſit ens in potētia, vt accipiamus incorruptibile ſimpliciter, & ens ī potentia part. 3. ſimpliciter ſecundum ſubſtantiā. Sed nihil prohibet id, quod eſt incorruptibile ſimpliciter, eſſe in potentia ſm part. 4. quid, aut ſecundum quale, aut vbi. Vt Luna eſt in potentia vt ſit illuſtrata a ſole, & ſol eſt in potē part. 5. tia cum eſt in oriente ꝙ ſit in occidente. Patet ergo ex ꝑdictis, quod omnia ſempiterna inquantum hmōi, ſunt in actu. Secundo ibi.

d ¶ Concludit idē part. 6. de neceſſariis quod concluſerat de ſempiternis, quia etiam in ipſis rebus corruptibilibus ſunt quędā neceſſaria, vt hominem eſſe animal, omne totum eē maius ſua parte. Dicit ergo, ꝙ neque aliquid eorum, q̄ ſunt ex neceſſitate, in potentia eſt. Quæ.n. ne Te. com. 18. par. 7. ceſſaria ſunt, ſemꝑ ſunt in actu, & non poſſunt eſſe & non eſſe. Ea vero, quæ ſunt neceſſaria, ſunt prima inter omnia. quia eis ablatis nihil remanet aliorum vt pote ſi tollerentur part. 8. eſſentialia ꝑdicata, quæ neceſſario ꝑdicantur, non poſſent ineſſe accidentalia prædicata, quæ contingit ineſſe & non ineſſe. Et ſic relinquitur, quod actus eſt prior potentia. Tertio ibi.

e ¶ Concludit idē part. 9. de motu ſempiterno, qđ concluſerat de ſubſtātiis ſempiternis, & circa hoc tria facit. Primo, ex prædictis concludit propoſitum dicens, ꝙ ſi aliquis motus eſt ſempiternus, ille motus nō eſt in potentia. nec id qđ mouetꝰ eſt in potētia ad motū, ſed eſt in potentia [vndequò,].i. vt ab hoc in id tranſeat. Cum.n. motus ſit actus exiſtentis in potentia, oportet omne quod mouetur, eſſe in potentia ad terminum motus, non autem ad ipſum moueri. ſed ad aliquod vbi, quò tendit per motum. Et quia quod mouetur, oportet habere materiam, ſubiūgit, quod nihil prohibet id, quod mouetur motu ſempiterno, habere materiam: quia licet non ſit in potentia ad moueri ſimpliciter, eſt tamen in potentia ad hoc, uel ad illud vbi. Secundo ibi.

f ¶ Concludit quoddam corollarium ex dictis. Quia enim quod mouetur motu ſempiterno, non eſt in potentia ad ipſum moueri, motus autem coeli ſempiternus eſt, ſecundum qđ traditur in libro 8. Phyſi. ſequitur quod ſol & aſtra & totum coe- Lec. 5. lum ſemper agant, quia ſemper mouētur, & per motum ſuum agunt. Nec eſt timendum, quod aliquando motus coeli ſtet, vt [timuerunt quidam naturales] ſ. Empedocles & ſequaces eius, qui poſuerunt, quod per litem & amicitiam, mundus quādoque corrumpitur, & rurſus reparatur. Et ideo dicit non eſſe timendum, quia non ſunt in potentia ad non mouere. Et propter hoc, etiam non corruptibilia in eo quod mouentur, non laborant. non enim ineſt eis [potentia contradictionis] ſ. ut moueantur & non moueantur, ſicut eſt in corruptibilibus, quæ hęc habent ꝑ motum, & ita per huc modum, continuꝰ motus ſit eis motꝰ cum labore. Quod .n. corruptibilia laborēt in eo ꝙ mouentur, cauſa eſt, quia ſunt in potentia ad moueri, & non moueri, & nō habent hoc ex natura ſubſtātiali ſua ꝙ ſemꝑ moueātur. Vnde videmꝰ, ꝙ tanto aliqs motus eſt laborioſior quanto et natura rei eſt propinquior ad non moueri. Sicut patet ꝙ moueri ſurſum in aīalibus laborioſū eſt. Quod aūt hic dr̄ de ꝑpetuitate motus cæli. dr̄ ſm cōuenientiā naturæ corporis cęleſtis, q̄ experti ſumus. Sed hoc nō præiudicat diuinæ voluntati, a qua depēdet motus cæli & eſſe eius. Tertio ibi.

g ¶ Cumparat corpora corruptibilia corporibus incorruptibilib. in agendo, & primo q̄tum ad ſimilitudinē dicēs, ꝙ corpora eorum, quorum eſſe eſt in tranſmutatione, imitantur corpora incorruptibilia in eo ꝙ ſemper agunt. ſicut ignis qui ſecundum ſe ſemper calefacit, & terra q̄ ſecundū ſe ſemper facit operōnes proprias, & naturales. Et hoc iō eſt, quia habeat motū & operationem ſuā propriam ſecundum ſe & in eis, inquātum. ſ. formæ eorum ſunt principia talium motuum & actionum. Secundo ibi.

h ¶ Ponit comparationem ſecundū diſſimilitudinē dicens, ꝙ aliæ potentiæ rerum mobilium, de quib. ſupra determinatū eſt, oēs ſunt contradictionis, ecōtrario reb. ſempiternis, q̄ ſemper ſunt in actu. Sed diuerſimode. Nam potentiæ rōnales ſunt contradictionis, eo ꝙ poſſunt mouere ſic, vel non ſic, vt ſupra dictū eſt: potentiæ uero irrationales operantur vno mō, ſed & Lect. 2. ipſæ ſunt contradictionis ꝑ hoc ꝙ pñt adeſſe & non eſſe, ſicut animal pōt amittere potentiam uiſiuam. Deinde cū dicit.

i ¶ Ex præmiſſis excludit quoddam a Platone poſitum. Ponebat enim Plato formas ſeparatas, quas maxime eſſe dicebat. ſicut ſi poneret ſcientiā eſſe ſeparatam, quā vocabat ꝑ ſe ſcien-

ſcientiam, & dicebat, quod hoc erat principaliſſimum in genere ſcibilium, & ſimiliter per ſe motum in genere mobilium. Sed ſecundum præuilenia, aliquid erit primo in genere ſcibilium quam per ſe ſciatur. Oſtenſum eſt enim, quod prior eſt actus perfectione quam potentia. Scientia.n. ipſa eſt quædam potẽtia. unde cõſideratio, quæ eſt actus eius, erit ea potior, & ſic de alijs huiuſmodi. Te.com. 19. par. 1. Vltimo epilogat quod dictũ eſt, ſ. quod actus eſt prior potentia & oĩ principio motus.

LECTIO X.

a QVod autem & melior, & nobilior & honorabilior, ſtudioſa potentia actus, ex his eſt palam. Quæcunque enim ſecundum poſſe dicuntur, idem eſt potens contraria, ut ꝙ dicitur poſſe conualeſcere, idem eſt & languens, & ſimul. Eadem.n. potentia conualeſcendi & laborandi, & quieſcendi & mouẽdi & ædificandi & deſtruendi, & ædificandi & corruendi. Poſſe quidem igitur contraria, ſimul exiſtit: contraria uero impoſſibile ſimul exiſtere. ut ſanum eſſe & laborare. Quare † neceſſe horum alterum eſſe bonũ. Poſſe uero ſimiliter utrunque, aut neutrũ. Actus uero melior eſt.

b Neceſſe autem & in malis, finem & actum eſſe deteriorem potentia. Quod enim potens idem contraria ambo.

c Palam ergo, quia non eſt malum aliquid præter res. Poſteriꝰ enim ipſi naturæ malum quam potentia.

d Non ergo nec in eis, quæ a principio & ſempiternis, nihil eſt neque malum, neque peccatum, neque corruptum. etenim corruptio malorum.

e Inueniuntur autem & diagramata actu, nam diuidentes inueniunt. ſi ergo eſſent diuiſa, manifeſta utique eſſent, nunc autem inſunt potentia. Propter quid duo recti trigonum? quia qui circa unum punctum anguli æquales duobus rectis. Si ergo educeret qui iuxta coſtam, uidẽti utique ſtatim eſſet palam. Propter quid in ſemicirculo rectus uniuerſaliter? quia ſi æquales tres, quæ baſes duæ, & quæ ex medio ſuperſtans recta uidenti, palã ei q illud ſciuit. Quare palam, ꝗ potentia entia ad actũ reducta inueniuntur, cauſa uero quia intelligentia eſt actus. Quare ex actu potentia, & ꝓp hoc facientes cognoſcunt. Poſterius enim generatione quę ſecundũ numerum actus.

LECTIO X.

QVod autem melior ac præſtantior quam ipſa ſtudioſa potentia actus ſit, ex his patebit. Quacunque enim ſecundum poſſe dicuntur, idem eſt potens contraria. ut quod dicitur poſſe ſanum eſſe, idem eſt etiam ęgrotans, & ſimul. eadem enim potentia B *eſt ſanum, & ęgrotum eſſe. & quieſcere & moueri. & extruere & deſtruere domum, & extrui domum & deſtrui. Poſſe itaque contraria ſimul eſt: contraria uero ſimul eſſe impoſſibile eſt, ut ſanum & ęgrotum eſſe, quare neceſſe eſt unum eorum bonum eſſe. ipſum autem poſſe utrunque ſimul, aut neutrum, actus igitur melior.*

Neceſſe autem eſt etiam in malis finem, & actum deteriorem potentia C *eſſe. etenim potens eſt idem ambo contraria.*

Patet igitur quod malum non eſt pręter res. malum namque natura poſterius potentia eſt.

Non igitur quicquam in his, quę a principio, & quę perpetua ſunt, malum eſt neque corruptum. etenim corruptio de malis eſt.

*Figurę quoque actu inueniuntur. diuidentes namque inueniunt. quod ſi diui*D*ſę eſſent, manifeſtę eſſent. nunc autem inſunt potentia. Cur triangulus duo recti? quia qui circa unum punctum anguli duobus rectis ęquales ſunt: ſi igitur qui circa latus eſt, educeretur, uidenti mox eſſet manifeſtum. Cur in ſemicirculo uniuerſaliter rectus: quia ſi tres æquales, & qui baſis eſt duo, & qui ex medio ſupra ſtat rectus, videnti manifeſtum erit ei, qui illud ſciat. Quare patet, quod quę potentia ſunt, redacta in actum inueniuntur. Cauſa autem eſt, quia intellectio eſt actus, quare ex a*E*ctu, potentia, & ob hoc agendo cognoſcunt. poſterior namque generatione eſt, qui ſecundum numerum actus eſt.*

LECTIO X.

a POſtquam comparauit Philoſophus actum & potentiam ſecundum prius & poſterius, hic comparat ea ſecundum bonum & malum. & circa hoc duo facit. Primo dicit, quod in bonis actus eſt melior potentia. †Alia litera ergo. Quod quidẽ manifeſtum eſt ex hoc quod id, quod eſt potentia, eſt idẽ in potentia exiſtens ad contraria. part.2. Sicut quod poteſt conualeſcere, hoc poteſt infirmari, & ſimul eſt in potentia ad utrunque. Et hoc ideo, quia eadem eſt potentia utriuſque, conualeſcendi & laborandi, & quieſcẽdi & mouendi, & aliorum huiuſmodi oppoſitorum. part.4. Et ita patet, quod aliquid ſimul poteſt contraria, licet cõtraria nõ poſſint ſimul eſſe actu. Contrariorum igitur utrunque ſeorſum, eſt hoc quidem bonum, ut ſanum: aliud uero malum, ut infirmum: Te.com. 20. part. 5. nam ſemper in contrarijs unum eſt ut deficiens, ꝙ ad malum pertinet. Sic igitur quod eſt bonum in actu, eſt ſm bonum. Sed potentia ſe habet ſimiliter [ad utrunque]. ſ. ſm quid quod eſt eſſe in potentia: Habet autem neutrum ſimpliciter ꝙ eſt eſſe in actu. Relinquitur igitur, ꝙ actus eſt melior potentia, quia quod eſt ſimpliciter & pure bonum, eſt melius eo, quod eſt ſecundum quid bonum, et coniunctũ malo. Secundo ibi.


b ¶ Oſtendit quod e contrario in malis eſt actus peior potentia, et circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitum ex ratione ſupra inducta, quia id, quod eſt ſimpliciter malum, et non ſecundum quid ſe habens ad malum, eſt peius eo quod eſt ſecundum qd malum, et quod ſe habet ad malum et ad bonum: unde cum potẽtia ad malum nõdũ habeat malum niſi ſecundum quid, & eadem eſt ad bonũ, nam idem eſt potentia quod eſt ad contraria, relinquitur quod actus malus eſt peior potentia ad malum. Secundo ibi.

c ¶ Concludit ex dictis quod ipſum malum non eſt quædam natura præter res alias, quæ ſecundum naturã ſunt bonæ. Nam ipſum malum ſecũdum naturã eſt poſterius quam potentia, quia eſt peius & magis elongatum a perfectione naturę. Vnde cum potentia non poſſit eſſe alia pręter res, multo minus ipſum malum. Tertio ibi.

d ¶ Inducit aliam concluſionem. Si.n. malum eſt peius potentia, potentia aũt non inuenitur in rebus ſempiternis, ut ſupra oſtenſum eſt, Lect. 9. nõ erit in eis aliqđ malum, neque peccatum, neq; alia corruptio. Nam corruptio quoddã malũ eſt. Eſt hoc aũt intelligendum inquantũ ſunt ſempiterna, & incorruptibilia. Nã ſm quid nihil prohibet in eis eẽ corruptionem, ut ſecundum ubi, aut ſecundum aliquid huiuſmodi.

e ¶ Poſtquã comparauit potentiam & actum ſm prius, & poſteriꝰ & bonum & malum, hic comparat eadem ſm intelligentiam ueri & falſi. Et circa hoc duo facit. Primo cõparat ipſa ſecũdũ intelligere. Secũdo uero, ſecundum ueritatem & falſitatẽ, ibi [Quoniam uero ens.] Lect. ſeq. Dicit ergo primo [quod diagramata] idest deſcriptiones geometrię, [inueniuntur] idest per inuentionem cognoſcuntur ſecundum diſpoſitionem figurarum in actu. Geometræ enim inueniunt uerum quod quęrunt, diuidendo lineas & ſuperficies. Diuiſio autem reducit in actum quod erat in potentia. Nã partes cõtinui ſunt potentia in toto ante diuiſionem. Si autem omnia eſſent diuiſa ſecundum qđ requirit inuẽtio ueritatis, manifeſtæ eſſent concluſiones quęſitę. Sed quia in prima protractione figurarum ſunt in potentia huiuſmodi diuiſiones, ideo non ſtatim fit manifeſtum quod quæritur. Hoc autem notificat per duo exempla, quorum primum eſt circa quæſitum, quare [trigonum eſt duo recti,] idest quare triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis? Quod quidem ſic demonſtratur.

Hac figura oſtenditur angulos trianguli, eſſe ęquales duobus rectis.



Sit triangulus a.b.e. & protrahatur baſis a.c. in continuum & directum. Hæc igitur baſis protracta faciet cum latere trianguli b.c. angulũ in puncto c. qui quidem angulus extra exiſtẽs æqualis eſt duobus angulis interioribus ſibi oppoſitis, ſcilicet angulo a.b.c. & angulo b.a.c. Manifeſtum eſt autem, quod duo anguli conſiſtentes circa punctũ c. quorum vnus eſt extra triangulum, & alter intra, ſunt ęquales duobus rectis. Demonſtratum eſt .n. quod linea recta ſuper aliam lineam cadens qualitercunque, faciet duos angulos rectos, aut æquales duobus rectis. Relinquitur ergo, quod angulus interior in puncto c. conſtitutum cum aliis duobus, q ſunt æquales angulo exteriori, omnes ſcilicet tres ſunt æquales duob. rectis. Hoc eſt ergo quod Philoſophus dicit, q probatur triangulo habere duos rectos, quia duo anguli, qui ſunt circa unũ punctum, puta circa punctum c. quorum unus eſt interior, & alius exterior, ſunt æquales duobus rectis. Et ideo, quando producitur angulus, qui fit extra, producto vno latere trianguli, ſtatim manifeſtum fit uidẽti diſpoſitionem figuræ, quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Secundum exemplum eſt circa hoc quæſitum, quare omnis angulus, qui eſt in ſemicirculo deſcriptus, eſt rectus. Quod quidem demonſtratur ſic.

Tex.cõ. 21. part.1.

part.2.

LECTIO XI.


QVoniam autem ens dicitur & non ens, hoc quidem ſecundum figuras categoriarum, illud uero ſecundum potentiam, aut actum horum, aut contraria. hoc autem maxime proprie, aut uerum, aut falſum.

H

b HOC autem in reb. eſt componi, aut diuidi; unde uerus eſt, diuiſum putans diuidi, & compoſitum componi; mentitur autẽ, econtrario habens res. Quãdocunque eſt, aut non, eſt quod uerum dicitur, aut falſum. hoc perſcrutandum quod dicimus. Nõ enim propter nos exiſtimare te vere album eſſe, tu albus es; ſed propter te eſſe album, eſſe nos hoc dicentes, uerum dicimus.

I

Per hanc Figuram apparet, angulum exiſtentem in ſemicirculo, rectum eſſe.



F Sit ſemicirculus a.b.c. & in puncto b. qualitercunque cadat conſtituatur angulus, cui ſubtenditur baſis a. c. quæ eſt diameter circuli. Dico ergo quod angulus b. eſt rectus. Cuius ꝓbatio eſt, quia cum linea a.c. ſit diameter circuli, oportet quod tranſeat per centrum. Diuidatur ergo per medium in puncto d. & producatur linea d.b. Sic igitur linea d.b. ęqualis eſt lineæ d.a. quia ſunt protractæ a centro uſque ad circunferentiam, ergo in triangulo d.b.a. æqualis eſt angulus b. angulo a. quia omnis trianguli, cuius duo latera ſunt æqualia, anguli qui ſunt ſupra baſes, ſunt æquales. duo igitur anguli a. & b. ſunt duplum ſolius anguli b. Sed angulus b.d.c. cum ſit exterior, eſt æqualis duobus angulis a. & b. partialibus, ergo angulus b. d.c. eſt duplus anguli b. partialis. Et ſimiliter probatur, quòd angulus c. eſt æqualis angulo b. trianguli b.d.c. eo q duo latera d.b. & d.e. ſunt æqualia, cum ſint protracta centro ad circunferentiam, & angulus exterior, ſ. a.d.b. eſt æqualis vtrique, ergo eſt duplus anguli b. partialis. Sic ergo duo anguli a.d.b, & b.d. e. ſunt duplum totius anguli a.b.c. Sed duo anguli a.d. & b.d.c, ſunt aut recti, aut æquales duobus rectis, quia linea d. b. cadit ſupra lineam a.c, ergo angulus a.b.c. qui eſt in ſemirculo, eſt rectus. Et hoc eſt quod Philoſophus dicit, q ideo demonſtratur eſſe rectus ille, qui eſt in ſemicirculo, quia tres lineæ ſunt æquales, ſcilicet duæ, in quas diuiditur baſis, ſcilicet d.a, & d.c, & tertia, quæ ex media iſtarum duarum protracta ſuperſtat utrique ſcilicet b.d. Et hanc diſpoſitionem uidenti, ſtatim manifeſtum eſt ſcienti principia geometrię, quòd omnes angulos in ſemicirculo eſt rectus. Sic igitur concludit Philoſophus manifeſtum eſſe, q quando aliqua reducuntur de potentia in actum, tunc inueniuntur earum ueritas.

G

Et huius cauſa eſt quia intellectus actus eſt.

Et ideo ea quæ intelliguntur, oportet eſſe actu. Propter quod, ex actu cognoſcitur potentia. Vnde facientes aliquid actu cognoſcũtur, ſicut patet in prædictis deſcriptionibus. Oportet enim quod in eodem ſecundum numerum, poſterius ſecundum ordinem generationis & temporis ſit actus quam potentia, ut ſupra expoſitum eſt. Lec. 7. & 8.

LECTIO XI.

CVm autem ens & non ens dicatur, quoddam quidem ſecundum figuras prædicamentorum: quoddam autem ſecundum potentiam, aut actũ horum, aut contraria: quoddam uero maxime proprie ens uerum aut falſum.

H

Hoc autem in rebus eſt compoſitione uel diuiſione: quamobrem verum dicit, qui diuiſum diuidi, & compoſitum componi putat; falſum autem qui contra quam res ſe habeant, aut quando ſunt, aut non ſunt. quare quod uerũ aut falſum dicitur, quid profecto hoc dicimus, conſiderandum eſt. Nõ enim propterea quod nos te vere putamus album eſſe, tu albus es, ſed propterea quod tu albus es, nos, qui dicimus, uerum dicimus.

I

LECTIO XI.

HIc comparat Philoſophus actum ad potentiam ſecundum ueritatem & falſitatem, & circa hoc tria facit. Primo ponit, quod uerum & falſum pręcipue dicitur ſecundum actum. Secundo manifeſtat propoſitum, ibi [Hoc autem in rebus eſt componi aut diuidi.] Tertio concludit quoddam corollarium, ibi [Palam etiam & quia de immobilibus.] Dicit ergo primo, quod cum ens & non ens ei oppoſitum diuidantur dupliciter, uno modo ſecundum diuerſa prędicamẽta, quę ſunt ſubſtantia, quantitas, qualitas &c. alio modo ſecundum potentiam & actum, vel vnius, uel alterius contrariorum, quia utrũque cõtrariorum contingit actu eſſe & potentia hoc quod eſt in actu, maxime proprie dicitur aut verum aut falſum. Deinde cum dicit. a part. ſeq.

K

b ¶ Probat quod propoſuerat, & circa hoc tria facit: Primo manifeſtat in ſubſtãtiis cõtinuis. Secundo in ſimplicibus, ibi [Circa incõpoſita.] Tertio colligit utrũque, ibi [Eſſe uero ut uerũ.] Circa primũ duo facit. Primo manifeſtat propoſitũ dicens, q [hoc]. ſ. eſſe verũ uel falſum in rebus, nihil eſt aliud, q̃ cõponi & diuidi. Vnde qui putat diuidi qđ eſt diuiſum in reb9, verus eſt in ſua opinione. vt qui putat hoĩem nõ eſſe aſinũ. Et ſimiliter q putat cõponi quod eſt cõpoſitum in reb9, ut q putat hominẽ eſſe animal. Ille aũt mentit in opinãdo, q ecõtrario hẽt res aliter i ſua opinione, q̃ res ſint i ſua natura. vt q putat hominem aſinum, aut nõ eſſe aĩal, quia quando aliquid eſt aut non eſt, part. 4. part. 5.

A est, tunc dicitur verum vel falſum. Quod ſic conſiderandū eſt. Non enim ideo tu es albus, quia nos vere exiſtimamus te eſſe album, ſed econuerſo, ideo exiſtimamus te album, quia tu albus. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ diſpoſitio rei, eſt cauſa veritatis in opinione & oratione. Hoc autem addit ad manifeſtandum qđ

part. 3. ſupra dixerat, quod verum & falſum eſt in rebus componi & diuidi. Oportet. n. veritatem & falſitatem, quę eſt in oratione uel opinione, reduci ad diſpoſitionem rei, ſicut ad cauſam. Cum autem intellectus compoſitionem format, accipit duo, quorum unum ſe habet ut formale reſpectu alterius. unde accipit id ut in alio exiſtens,
Tex. cõ. 22. propter quod prædicata tenentur formaliter. Et ideo, ſi talis
part. 4. operatio intellectus ad rem debeat reduci ſicut ad cauſam, oportet ꝙ in compoſitis ſubſtantijs ipſa compoſitio formę ad materiam, aut eius, quod ſe habet per modū formæ & materiæ, vel etiam compoſitio accidentis ad ſubiectum, reſpondeat quaſi fundamentum & cā veritatis compo-
part. 5. ſitioni, quā intellectus interius format & exprimit uoce. Sicut cum dico Socr. eſt homo, ueritas huius enunciationis cauſatur ex compoſitione formæ humanę ad materiam indiuiduelem, per quā Socr. eſt hic homo. Et cum dico, homo eſt albus, cauſa veritatis eſt compoſitio albedinis ad ſubiectum. & ſimiliter eſt in alijs. & idem patet in diuiſione. Secundo ibi.

c Si igitur hæc quidem ſemper componuntur, & impoſſibilia diuidi; hæc uero ſemper diuiſa ſunt, & impoſſibilia componi; hæc autem contingunt eſſe contraria, eſſe quidem componi & unum eſſe, & non eſſe, non cōponi, ſed plura eſſe. Circa contingentia quidem igitur eadem fit falſa & uera opinio, & oratio eadem contingit quan-
B doque eſſe ueram, & contingit quandoque eſſe falſam. Circa impoſſibilia uero aliter ſe habere non fit aliquando uerum, aliquando falſum, ſed ſemper hęc uera, & hæc falſa.

d Circa incompoſita uero quid eſſe & non eſſe, & uerum & falſum. Non enim eſt compoſitū, vt ſit quidem, quandocunque compoſitum, & non ſit, quādocunque diuiſum fuerit. ſicut album lignum, aut incommenſu-
C rabile diametrum. Nec uerū & falſum ſimiliter adhuc exiſtet, & in alijs. Aut ſicut nec uerum in his idem, ſic nec eſſe.

e Sed hoc eſt uerum quidē aut falſum. Attingere quidem & repreſentare, uerum. non. n. idem affirmatio & repreſentatio. Ignorare autem non attingere. Decipi enim circa quodquideſt, nō eſt, ſed aut ſecundum accidens. ſimiliter autem & circa compoſitas ſubſtantias, non enim eſt
D decipi.

Si quędam itaque ſemper compoſita & impoſſibilia diuidi, quædam vero ſemper diuiſa & impoſſibilia componi ſunt, quędam uero contingit contraria eſſe, eſſe quidem eſt componi, & unum eſſe, non eſſe vero non componi, ſed plura eſſe. Ergo circa contingentia quidem eadem fit falſa et uera opinio, & eadem oratio, & contingit quandoque ueram, quandoque falſam eſſe: circa uero impoſſibilia aliter ſe habere, non fit quandoque uerum, quandoque falſum, ſed hæc ſemper uera, & falſa ſunt.

Circa incompoſita uero quid eſſe, aut non eſſe, & uerum, & falſum. Nō enim eſt compoſitum, ut ſit quidem, ſi componatur, non ſit autem, ſi diuiſum ſit, ſicuti album lignum, aut diametrum incommenſurabilem eſſe, nec uerum, & falſum ſimiliter etiam in illis erit; An, quemadmodum neque uerum eſt, idem in his, ita nec ipſum eſſe.

Sed illud quidem uerum, hoc uero falſum eſt. Attingere namque ac dicere uerum eſt; non enim eſt idem affirmatio & dictio; non attingere uero eſt ignorare. Non eſt enim decipi circa quodquideſt, niſi ſecundū accidēs. ſimiliter autem eſt circa non compoſitas ſubſtantias, non enim eſt decipi.

c ¶ Concludit ex dictis, quod ſi cōpoſitio & diuiſio rei eſt cauſa ueritatis, & falſitatis in opinione & oratione, neceſſe eſt, ꝙ ſm differentiā cōpoſitionis & diuiſionis eius quod eſt in rebus, eſt differentia ueritatis & falſitatis in opinione & oratione. In reb. autē talis differentia inuenitur circa compoſitionē & diuiſionem, quod quędā ſemper cōponuntur, & impoſſibile eſt ea diuidi, ſicut animę rōnali coniungitur natura ſenſitiua ſemper. & impoſſibile eſt ꝙ diuidatur ab ea, ita. ſ. quod aīa rōnalis ſit ſine rōne. Quædam vero ſunt diuiſa & impoſſibile eſt ea cōponi, ſicut nigrum albo, & formam aſini homini. Quędam uero ſe habent ad contraria, quia poſſunt componi & diuidi, ſicut homo & albus, & ēt currens. Eſſe autem in quo conſiſtit
E compoſitio intellectus, ut affirmatio, compoſitionem quādam & uniōnē indicat, non eſſe uerum qđ ſignificat negatio, tollit compoſitionem, & deſignat pluralitatem & diuerſitatem. Vnde manifeſtum eſt, quod in his, quæ contingit componi & diuidi, vna & eadem oratio ſit quandoque uera, quandoque falſa, ſicut hæc oratio: Socr. ſedet, eſt uera eo ſedente: ead ē aūt falſa eo ſurgente. Et ſimiliter eſt de opinione. Sed in his, quę non pōt aliter ſe habere, ſ. quę ſemper componuntur uel diuiduntur, non eſt poſſibile, quod eadem opinio uel oratio quandoque ſit uera quādoque falſa. Sed quę eſt uera, ſemper eſt uera, & quæ eſt falſa, ſemper eſt falſa; ſicut hęc eſt uera, homo eſt animal: hæc autem falſa, homo eſt aſinus. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quomodo in ſimplicibus poſſit eſſe uerum, & falſum, & circa hoc tria facit. Primo, oſtendit non ſimiliter eſſe uerum in ſimplicibus & in compoſitis dicens, quod circa incōpoſita & ſimplicia, cuiuſmodi ſunt ſubſtantię immateriales,

A non eſt verum vel falſum per compoſitionē aut diuiſionem, quę ſit in rebus, ſed per hoc quod cognoſcitur quodquideſt, aut non cognoſcitur. Cum. n. attingamus ad cognoſcendum quod quid eſt alicuius ſimplicis, tunc intellectus videtur verus eſſe. Cum autem non attingimus ad cognoſcendum quodquideſt, ſed aliquid aliud ei attribuit, tunc falſ⁹ eſt. nō enim in ſimplicibus eſt compoſitio, ut poſſit dici, quod quando componitur res, tunc intellectus componens ſit uerus: uel quando diuiſum eſt
B in re, quod intellectus componit, tūc intellectus non ſit verus. Vel aliter, nō eſt in ſimplicibus compoſitio, ita ꝙ cum dī de eo affirmatiue quod ſit, ſignificetur eius cōpoſitio; & cum dī de eo ꝙ non ſit negatiue, ſignificetur eius diuiſio. Sicut in reb. cōpoſitis cū dī ꝙ lignum ſit album, ſignificatur eius cōpoſitio: aut cum dī, quod non ſit lignum album, aut ꝙ diametrum
C non ſit commenſurabile, ſignificatur eius diuiſio. Et ſic patet, quod uerum & falſum non eſt ſimiliter in ſimplicibus, ſicut in cōpoſitis. Neque hoc mirum eſt, quia ēt eſſe non eſt ſimiliter in utriſque. Sed eſſe compoſitorum ſurgit ex componentibus, non autem eſſe ſimplicium. Verum autem conſequitur ens, quia ſicut
D in Secundo hui⁹ eſt habitum, eadē eſt diſpoſitio rerum in Tex. com. 4.
eſſe & in ueritate. Vnde quæ non ſunt ſimilia in eſſe, nō ſunt ſimilia in ueritate. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit qualiter ſit uerum & falſum in ſimplicib. dicēs, ꝙ hmōi eſt uerū & falſum in ſimplicib. ut dicetur. Attingere .n. mente ad ipſm ſimplex, ut. ſ. apphendat quid eſt, [& dicere] .ſ. ſignificare uoce ipſū ſimplex, hoc eſt uerum quod eſt in ſimplicib. Et quia dicere qñq; ſumit pro ꝑdicatione affirmatiua, q̃ cum cōpoſitione ſit, hunc intellectū remouet dicēs, ꝙ non eſt idē affirmatio, & dictio, quia affirmatio eſt per hoc, ꝙ aliquid dī de aliquo, ꝙ eſt cum cōpoſitione, dictio aūt ſimplex prolatio alicuius. ſic ergo attingere & dicere, eſt uerum, ſed nō attingere mēte ipſa ſimplicia, eſt ea penitus ignorare. Qui
E cunq;. n. non attingit ad quodquideſt rei ſimplicis, penitus ignorat ipſā. non. n. pōt aliquid eius ſcire, & aliquid ignorare, ex quo non eſt compoſitū. Videbaſ aūt, ꝙ ſicut dixerat, ꝙ attingere ſimplicia eſt dicere uerū in eis, ita nō attingere eſt falſū, aut decipi. Hoc aūt nō dixit, ſed dixit ꝙ non attingere eſt ignorare. Et iō ſubdit cām, quare nō attingerē nō eſt decipi dicēs, ꝙ circa qđquideſt nō eſt decipi niſi ſm accidēs, ꝙ ſic intelligēdū eſt. Dictū eſt. n. ſupius in 7. & 8. ꝙ in ſubſtātijs ſimplicib⁹ Te. com. 41
idē eſt res. & qđquid eſt eius. Sic igit, cū ſubſtantia ſimplex ſit Tex. com. 8
ipſū qđquideſt, iudiciū eſt de cognitione ſubſtantiæ ſimplicis, & de cognitione eius qđquid eſt. Sed circa qđquideſt non decipit intellectus, niſi ꝑ accidēs. Aut. n. ꝑ intellectū attingit aliquid qđquideſt rei, & tunc vere cognoſcit qd eſt res: aut nō attingit, & tunc nō apphēdit eē illā. vnde circa eā non uerificat, neq; decipit. Propter qđ dicit Ariſ. in 3. de Aia, ꝙ ſicut ſē- Te. com. 16.
ſus circa ꝑpria obiecta ſemꝑ eſt uerus, ita itellect⁹ circa qđquideſt, quaſi circa ꝑpriū obiectū. Et ꝙ itellect⁹ circa qđquideſt,

non decipiatur, non ſolum eſt in ſimplicibus ſubſtantijs, ſed & in compoſitis. Quō aūt per accidens decipiatur aliquis circa quod quid eſt, conſiderandum eſt, non. n. decipi ut quis circa quodquideſt, niſi componendo, aut diuidendo. Quod quidem in ſubſtantijs compoſitis contingit dupliciter. Vno mō ꝑ compoſitum diffinitionis ad rem diffinitam, aut diuiſionem. Vt ſi aliquis
part. 6.
diceret aſinum eſſe animal rōnale mortale, aut homo non eſt animal rōnale, mortale, vtrobique falſum eſt. Alio mō ſecūdum quod diffinitio conſtituitur ex partib. quæ non ſunt inuicem componibiles, vt ſi qs aſſignaret hāc diffi-
par. 7.
nitionē, hō eſt animal inſenſibile. Primo igitur modo diffinitio dr̄ eſſe falſa, quia non eſt huius. Secundo modo dr̄ falſa per ſe, vt ſupra in Qnnto docuit philoſo.
Tex. c6. 34.
In ſimplicib. vero ſubſtantijs non poteſt eſſe deceptio circa qd̄ quideſt per accidēs niſi primo modo. non, n. eorum quod quideſt, eſt compoſitum ex plurib. circa quorum compoſitionem vel diuiſionem poſſit accidere falſum.

f Adaptat quod dixerat de ſubſtātijs ſimplicib. ad principale propoſitum, ſ. ad oſtendendum ꝙ verum magis eſt actu quam in potentia.
part. 8.
Oſtenderat quidem hoc circa cōpoſita pro eo ꝙ verum eſt circa compoſitionem & diuiſionem, quæ actum deſignant. In ſubſtantijs uero ſimplicibus ex eo, ꝙ non eſt in eis falſum, ſed tantum uerum. Propter quod non ſunt in potē ja, ſed in actu. Dicit ergo, ꝙ oēs ſubæ ſimplices ſunt actu entes, & nunq̄ entes in potentia, quia ſi, ſique eſſent in actu, & q̄ūq; in potentia gñarentur & corrūperentur: ſed hoc non pōt eſſe ut oñſum eſt, nā hmōi ſubæ ſunt formæ tantum. vnde et ſm ſe ſunt entes. Ens aūt ſm ſeipſum non generatur, nec corrūpitur. Oē n. qd̄ generatur ex aliquo generatur. Ens aūt ſimpliciter inq̄tum ens, non pōt ex aliquo generari. Nō. n. eſt aliqd extra ens, ſed extra tale ens, utputa ex ꝗ̄tto iam eſt aliqd ens. Vnde hoc ens pōt generari ſm qd, ſed ens ſimpliciter nō. Id ergo, quod eſt ens ſecundum ſe, per hoc quod ipſum eſt forma, aut quia ſe quit ens, non eſt generabile. vnde non eſt quandoque in potētia, quandoque in actu. Et ideo quia circa actum maxime cōſiſtit verū, ꝗ̄ci que ſunt talia, q̄ ſunt ſolū in actu, & ſunt id ꝙ vere aliquid eſt, qa ſunt qddi:ates & formæ, circa ea non couenit decipi, aut eſſe falſum. Sed oportet ut intelligantur ſi mente attingantur, uel penitus non intelligant, ſi mēte non attingātur. Sed quāuis in eis contingat decipi ſecundū ſe, contingit tamen cum [quæritur de eis quodquideſt], i. ſi talia ſunt, aut non. Et ſic contingit decipi in eis per accidens. utputa ſi quis quærat de aliqua ſubſtantia ſimplici, utrum ſit ignis aut ſubſtantia corporea, uel non, quia ſi attribuit eis eſſe ſubſtantiam corporeā, erit falſitas per accidens propter compoſitionem. Deinde cū dicit.

g Colligit quod dixerat de uero & falſo tam circa compoſita, quam circa ſimplicia dicens, quod hoc ipſum eſſe, quod ſignificat ueritatem, & non eſſe, quod ſignificat falſitatem, quia qui dicit homo eſt albus, ſignificat hoc eſſe uerum: qui dicit, non eſt albus, ſignificat hoc eſſe falſum, hoc, inquam eſſe & non eſſe uno modo dr̄, ſ. in compoſitione, ſcilicet quod eſt uerum ſi componitur in re quod intellectus componit. Falſum autem ſi non componit in re quod intellectus componit, intelligens aut denuntians. Alio vero modo in rebus ſimplicibus uerum eſt, ſi id [quod eſt vere ens,] id eſt, quod eſt ipſum quodquideſt, id eſt ſubſtantia rei ſimplex, ſic eſt ſicut intelligitur. Si uero nō eſt ita, ſicut intelligitur, non eſt uerum in intellectu. Et ſic eſt verum intelligere ipſa, ſed falſum non eſt ibi, neque deceptio, ut expoſitum eſt, ſed ignorantia. Qui aſi nō attingit ad quodq̄d eſt, penitus ignorat rem illam. In compoſitis autem poteſt unum ſcire, & circa aliud proprie decipi. Qualis aūt ignorantia eſt, oſtendit cum dicit, quod illa ignorātia nō eſt [talis priuatio ſicut cæcitas] que eſt priuatio potentiæ uiſiuæ. Vnde illa ignorantia ſimilis cæcitati eſſet, ſi aliquis non haberet uim intellectiuam, ad attingendum ſubſtantias ſimplices. Ex quo patet, quod ſm ſententiam Ari. humanus intellectus poteſt pertingere ad intelligendum ſubſtancias ſimplices. Quod uidetur ſub dubio reliquiſſe in Tertio de Animā. Deinde cum dicit.

h ¶ Inducit quoddā corollarium dicēs, quod ex dictis manifeſtum eſt; quod de immobilibus nō eſt deceptio ſecundum quando. In cōtingentibus vero cōtingit decipi ſecundum quando, in his ſcilicet quę non ſemꝑ ſunt. ut puta, ſi Socra. eſt ſeſſurus, & hoc aliquis putet, poteſt aliquis decipi in eo, quod putet eum ſeſſurum, quando non eſt ſeſſurus. Et ſimiliter ſi putet eclipſim futuram, quando non eſt futura. Sed in rebus immobilibus & quæ ſemper ſunt, non poteſt contingere niſi uno modo ſcilicet ſi quis putet ea eſſe mobilia, & non ſemper eſſe. Tunc enim decipitur mens, ſed non ſecundum quando. Et ideo dicit: ſi quis putet ea eſſe immobilia, non decipitur in eis ſecundum quando. Et hoc ideo dicit, quia ſi quis putat ea eſſe immobilia, non putabit ea quandoque eſſe, & quandoque non eſſe. Et ſic non decipitur in eis ſecundum quando. Vt ſi quis putet triangulum non permutari, nō opinabitur ꝙ quandoq; habeat duos rectos, quantum ad æquiualentiam, & quandoque non. ſic enim permutaretur, & non permutaretur. Sed in rebus immobilibus conuenit ſub aliquo communi accipere aliquid quod ſic ſe habet, & aliquid quod non ſic, puta ſub triangulo aliquem æquilaterum & aliquem non. Et conuenit dubitari de numero pari, utrum nullus ſit primus, uel aliqui ſint primi, aliqui non. Numerus primus dicitur quem ſola vnitas menſurat. Vnde inter numeros pares ſolus binarius eſt primus & nullus aliorum. Et circa unum numerō in rebus immobilibus non conuenit errare ac decipi, neque quantum ad hoc. Non enim in eodem numero poteſt aliquis putare aliquem ſic ſe habere, & aliquem non ſic. Vnum enim numero non diuiditur in multa. Vnde oportebit, quod ſimpliciter dicat uerum vel falſum, cum illud unum, numerō ſemper ſimiliter ſe habeat, nec ſit in eo accipere diuerſitatem, neque quantum ad tempus, neque quantum ad ſuppoſita. Ex quibus apparet, quod uerum eſt magis circa actum: Immobilia enim inquantum huiuſmodi, ſemper ſunt actu.

f Et omnes ſunt actu, non potentia: generarentur. n. utique, & corrumperentur. nunc aūt ipsū ens non generatur, nec corrumpitur, ex aliquo. n. utique generaretur. Quæcunque igitur ſunt ꝙ uere eſt qd, & actu, circa hoc non eſt decipi, ſed aut intelligere, aut non. Sed quodquideſt quæritur de ipſis, ſi talia ſunt, aut non.

g Eſſe uero, vt verum, & non eſſe ut falſum, vnum quidem eſt ſi componitur, verum hoc aūt ſi non componitur, falſum. Vnū autem, ſi uere ens, ſic eſt: ſi uero non ita, non eſt. Verum autē intelligere ipſa. Falſum uero non eſt; nec deceptio, ſed ignorāna. non qualis cæcitas: cæcitas. n. eſt ut utiq; ſi intellectiuum omnino non habeat aliquis.

h Palam ēt & quia de immobilib. non eſt deceptio ſm qñ, ſi qs putet immobilia. ut trigonum ſi non permutari putat, non opinabitur qñque duos rectos hēre & qñq; non: permutaretur. n. vtique. Sed aliquid quidem, aliqd uero non, ut parem numerum primum eſſe nullū, aut aliquos quidē, aliquos uero non. Numero uero circa unū, nec hoc. Non. n. eſt aliquem quidem, aliquē vero nō putabit; ſed verū dicet aut mentictur ſemper ſic ſe habēre.

Et cuncta ſunt actu, non potentia; generarentur etenim profecto, ac corrumperentur. nunc autem ipſum ens non fit, neque corrumpitur: ex aliquo enim utique generaretur. Quęcunque itaque ſunt uerę ipſum eſſe, & quid & actu, circa hęc non eſt decipi, ſed aut intelligere, aut non: uerū quod quid eſt de eis quęritur, ſi talia ſint an nō.

Eſſe uero ut uerum eſt, & non eſſe ut falſum. vnum quidem ſi componitur, uerum: ſi uero non componitur, falſum. unum uero ſi eſt quidem ens ſic, eſt; ſin uero non ita, non eſt. uerum autem intelligere hęc. falſum uero non eſt deceptio, ſed ignorantia, non qualis cęcitas eſt, etenim cæcitas quidē ſicuti ſi omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam.

Manifeſtum autem eſt, quod neque de immobilibus deceptio eſt ſecundum quando. ſi quis immobilia putet, utputa ſi triangulum non putet mutari, nō opinabitur modo duos rectos habere, modo non. mutaretur etenim: uerum aliquid quidem, aliquid uero non: utputa putens numerum primum nullum eſſe, aut quoſdam quidem, quoſdam uero non. quo ad numerum autem circa unum, nec hoc non amplius enim quędam quidem, quędam uero non putabit, ſed uerum dicet aut falſum, tamquam ita ſemper ſe habeat.

ARISTO-

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM,

LIBER DECIMVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

a Tex.c.1. & 2. SVPERIVS in 4. huius philoſophus oſtendit, quod iſta ſcientia habet pro ſubiecto ens, & unum, quod cum ente conuertitur; & ideo, poſtquam determinauit de ente per accidens & de ente, quod ſignificat ueritatem propoſitionis in Sexto, & de ente per ſe ſecundum quod diuiditur per decem prædicamenta in 7. & 8. & ſecundum quod diuiditur per potentiam & actum in 9. Nunc in hoc 10. intendit determinare de uno, & de his, quæ conſequuntur ad unum. & diuiditur in duas partes. In prima determinat de vno ſecundum ſe. In ſecunda per comparationem ad multa ibi [Opponuntur autem unum & multa.] Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quot modis unum dicitur. In ſecunda determinat quandam proprietatem eius, ibi [Maxime uero in eo quod eſt menſuram eſſe.] Prima in tres. In prima determinat, quot modis dicitur unum. In ſecunda reducit omnes illos ad rationem unam, ibi [Dicitur quidem igitur unum.] In tertia oſtendit quot modis unum prædicatur de his, de quibus dicitur. ibi [Oportet enim intelligere.] Circa primum tria facit. Primo ponit duos modos vnius, ſecundo oſtendit rationem unitatis in his duobus modis, ibi: [Tale vero.] Tertio ponit alios duos modos vnius, ibi [Hæc autem.] Circa primum primo ponit quatuor modos dicendi unum dicens, quod in 5. lib. oſtenſum eſt, quoties dicantur nomina, quæ pertinent ad conſiderationem huius ſcientiæ.

5. huius. Tex.com.7. — 7.cō 1. — par. prima. Infr.le. 4. — Lec. 4. — part.2. — Lec. ſeq. — part.3. — part.5. — part.6. — part.3. — part.4. — Tex.com.7.

LECTIO 1.

VNum quia multis modis dr̃. in diuiſis de quoties dictū eſt prius. Multipliciter uero dicto, capitales modi ſunt quatuor primorum & ſecundum ſe dictorum unū, ſed non ſecundum accidens. Continuum enim, aut ſimpliciter, aut maxime quod natura, & non tactu, nec ligatione. Et horum magis unum, & prius, cuius indiuiſibilior motus eſt, & magis ſimplex.

B

b. Amplius tale, & magis totū, & habens aliquam formam & ſpeciem, maxime autem ſi quid natura eſt tale, & nō ui, ut quæcunque uiſco aut clauo, aut cōiunctione: ſed habeat in ſe, quod eſt cauſa ſibi, quod ſit continuum.

C

c. Tale uero, eo quod in motu vnū eſſe & indiuiſibile loco & tpe. Quare palā ſiquid per naturā, motus habet pricipium primi primum, utputa dico lationis circulationem, quia hæc prima magnitudo vna. Hoc quidem itaque ſic unum cōtinuum, aut totum.

D

LECTIO I.

QVOD unum multis dicatur modis, in diuiſione de quoties, dictum eſt prius. Cum autem multipliciter dicatur, primorum, & eorum, quæ ſecundum ſe, non ſecundum accidens dicuntur unum, quatuor in ſumma modi ſunt. Et ipſum itaque continuum, aut ſimpliciter, aut maxime quod natura, & non tactu, neque ligatione. Et horum illud magis unum, & prius, cuius motus indiuiſibilior, & magis ſimplex eſt.

H

Item tale etiam magis eſt, quod totum eſt, aliquamque formam & ſpeciem habens, & maxime quodcunque natura tale ſit, & non ui; quemadmodum quæcunque, aut glutine, aut clauo, aut coniunctione; at habens in ſe, quod cauſa ei ſit, ut continuum ſit.

Tale uero eſt, cui unus motus loco & tempore indiuiſibilis ſit. Quare manifeſtum eſt, quod ſi quid natura motionis primæ principium habet primum (dico autem lationis circulationem) id prima magnitudo vna. Quædam itaque ita unum, aut continuum, aut totum ſunt.

Dictum eſt enim, quod unum dr̃ multis modis. Sed, cū multipliciter dicatur unum, principales modi ſunt quatuor, ita tamen quod dicamus modos vnius, ſecundum quos unum dicitur primo & per ſe & non per accidens. Nam unum per accidens habet alios ſuos modos. Et inter modos omnes dicti per ſe, unus modus eſt ſecundum quod continuum dicitur unum; Quod quidem accipi poteſt dupliciter, aut uniuerſaliter, ſcilicet quocunque modo ſit aliquid continuum dicatur unum, aut vnum continuitate ſolum quod ſecundum naturam eſt continuum, quod maxime continuum eſt, & non eſt continuum per uiolentiam, aut per artem, neque per alium modum contactus, ſicut patet in caltraturis lignorum; neque per aliquam continuationem, ſicut in his quę continuantur vel ligantur clauo, uel quocunque obſtaculo. Continuum autem ſecundum naturam dicitur dupliciter, ſcilicet quod eſt

A

totum vniforme, ut linea recta, aut etiam circularis. Et quod non eſt totum vniforme, ſicut duæ lineæ conſtituentes angulum, in quo continuantur. Maxime autem horum eſt vnum, & per prius vnum, quod dicitur linea recta, vel circularis, quam lineæ angulum conſtituentes. Nam linea recta oportet quod habeat unum motum. Non enim poteſt eſſe quod vna pars eius moueatur & alia quieſcat, nec vna ſic moueat, alia uero aliter, ſed tota ſimul, & vno motu mouetur. & ſimiliter & in circulari eſt. Sed in duobus continuis conſtituentibus angulum, hoc non conuenit. Poſſumus n. imaginari, quod vna linea quieſcat, & altera moueatur et appropinquans & minorem angulum conſtituat, aut ab ea elongata, & conſtituens angulum maiorem. Vel etiam quod vtraque moueatur in diuerſas partes. Et ideo dicit, quod illud continuū eſt magis unū, cuius motus eſt indiuiſibilior & magis ſimplex. Secundo cum dicit.

b ¶ Ponit ſecundū modum, in quo quidē conſideratur non ſolum, quod id quod dicitur unum, [ſit tale,] id eſt continuū, ſed & quod plus habeat, ſcilicet quod ſit quiddam totum habens aliquam formam, aut ſpeciem; ſicut animal eſt unum, & ſuperficies triangularis eſt una. Hoc igitur unum ſupra unitatem continuitatis addit vnitatem, quæ eſt ex forma, ſecundum quam aliquid eſt totum, & ſpeciem habens. Et quia aliquid eſt totum per naturam, aliquid uero per artem, addidit, quod [maxime eſt vnum] ſiquidem eſt unum per naturam, & non per violentiam. Sicut per violentiam ad aliquod totum conſtituendum coniunguntur, quæcunque vniuntur aut viſco, aut aliqua tali coniunctione. Sed id quod eſt coniunctum per naturam, eſt magis unum, quia ſcilicet eſt ſibi ipſi cauſa quod ſit continuum, quia per ſuam naturam eſt tale. Deinde cum dicit.

E

c ¶ Oſtendit rationem unitatis in iſtis duobus modis dicens, quod aliquid eſt tale & continuum & vnum, eo quod motus eius eſt & unus & indiuiſibilis, loco & tempore. Loco quidem, quia verſus quamcunque partem loci mouetur una pars continui, & alia. Tempore vero, quia quando mouetur una, & alia. Vnde, ſi aliquod continuum & totum per naturam dicitur unum, quia motus eius eſt unus, manifeſtum eſt quod ſi aliquid continuum & totum habet in ſe principium primi motus, hoc erit primum unum in magnitudine. Sicut Tex. cō.7.

inter

d Hæc autem ſi ratio vna fuerit. talia uero ſunt, quorum intellectio vna. Talia autem quorum indiuiſibilis. Indiuiſibilis uero eius quod indiuiſibilis ſpecie, aut numero. Numero uero ſingulare indiuiſibile. Specie uero quod noſcibili & ſcientia. Quare unum utique erit primum, quod ſubſtantiis cauſa vnius.

Quędam autem, quorum una ratio eſt, talia uero, quorum intellectio una, talia autem quorum indiuiſibilis. indiuiſibilis uero eius eſt, quod aut ſpecie, aut numero indiuiſibile eſt. Numero igitur indiuiſibile eſt ſingulare. Specie uero cognoſcibili & ſcientia. quare unum utique erit primum, quod ſubſtantijs, ut unum ſint, cauſa eſt.

G

e Dicitur quidē igitur unum tot modis, continuum natura, & totum, & ſingulare. & uniuerſale. Omnia enim hęc unum per indiuiſibile eſſe: horum quidem motum, illorum autem intelligentiam, aut rationem.

Toties igitur dicitur unum, & qđ natura continuum eſt, & totum, & ſingulare, & uniuerſale. hęc autem omnia unum ſunt, eo quod quorundā motus, quorundam intellectio aut ratio indiuiſibilis eſt.

f Oportet enim intelligere, qa non ſimiliter ſumendum qualia una dicuntur, & quidem vni eſſe, & quæ ipſius ratio. Dicitur .n. unum tot modis. Et unumquodque erit unum horum, cuicunque extiterit horum aliquis modorum. Vni autem eſſe, quandoque quidem horum alicui inerit, quandoque autem alii, quod & magis ꝓpinquum nomini eſt, potentia uero illa. Sicut de elemento, & cauſa ſi oportet dicere in rebus determinantem, & nominis terminum reddentem. Eſt quidem .n. ut elementum ignis. Eſt autem forſan ſecundum ſe, & infinitum, aut aliud aliquid tale. eſt autem vt non. non enim idem igni, & elemento eſſe, ſed ut quidem re & natura, ignis elementum. nomen uero ſignificat eo ꝙ accidit ipſi, quia eſt aliquid ex hoc, ut primo inexiſtente. Sic & in cauſa, & in uno, & in talibus oībus. Propter quod & uni eſſe, indiuiſibili eſt eſſe. Qđ quidem hoc enti & inſeparabili, aut loco, aut ſpē. aut mente, aut toto, & determinato.

H

Oportet autem conſiderare, quod non eſt eodem modo accipiendum, cū dicatur, quæ unum dicuntur, & quid eſt uni eſſe, quæue ratio eius eſt. Vnum etenim toties dicitur, & unumquodque eorum, cui aliquis horum modorum inſit unum erit. Eſſe autem, quandoque quidem alicui horum erit, quandoque uero alteri, quod & magis propinquum nomini eſt. illa uero, potentia. quemadmodum ſi de elemento, & cauſa oporteat dicere, & de ipſis rebus, determinando, & nominis definitionem reddendo, ignis etenim quodā modo quidem eſt elementum (fortaſſis uero ſecundum ſe etiam ipſum infinitum, aut aliud tale) quodam modo uero nimime eſt. non enim eſt idem igni & elemento eſſe, ſed tanquā res quędam, & natura ignis elementum eſt: nomen autem ſignificat quod hoc ei competat, quod ex eo, tanquam ex primo inexiſtente aliquid ſit. ita & de cauſa, & uno, & cunctis huiuſcemodi. Propter quod, unum eſſe eſt indiuiſibile eſſe, ipſum re uera ens & inſeparabile, aut loco, aut ſpecie, aut mente, aut toto, atque determinato.

K

.inter motus, primus motus eſt localis. & inter motus loca-
Tex. c8.77. les, primus eſt circularis. ut probatur in octauo Phyſic. Et inter corpora, quæ mouentur motu circulari, aliquod eſt, quod habet principium talis motus, ſcilicet corpus, quod reuoluitur & reuoluit alia corpora motu diurno. Vnde manifeſtum eſt, quod hæc eſt primo magnitudo una, quæ
part.4. habet primum principiū motus primi. Sic igitur apparent duo modi unitatis. aut ſicut continuum dicitur unum, aut ſicut totum dr̄ unū. Deinde cum dicit.
d ¶ Ponit alios modos unius dicens, ꝙ quædam alia dicuntur unum non propter motum unum,
part.5. ſed propter rationem vnam. huiuſmodi autem ſunt, quorum intelligētia eſt una, quæ una apprehenſione apprehenduntur ab anima. Et dicuntur una apprehenſione apprehendi ta-
Tex. com.2. part.6. lia, quorum eſt una apprehēſione indiuiſibilis. Quod quidē contingit dupliciter, aut quia apprehenſio indiuiſibilis eſt eius, quod eſt unum ſpecie, aut eiꝰ quod eſt unum numero. numero quidem indiuiſibile eſt ipſum ſingulare, quod non poteſt prædicari de multis. Specie autē unum, eſt indiuiſibile, quod eſt unum ſecundum ſcientiam, & notitiam. Non .n. in diuerſis ſingularibus eſt aliqua natura una numero, quę poſſit dici ſpēs: ſed intellectus apprehēdit vt vnū id, in quo omnia inferiora cōueniunt. Et ſic in apprehenſione intellectus, ſpecies fit indiuiſibilis, quę realiter eſt diuerſa in diuerſis indiuiduis. Et quia ſubſtantia prior eſt rōne omnibus aliis generibus cum unū uocat his modis propter rationem unē, ſequitur quod primum unum ſm hos modos, ſit unū ſubſtantia, quod ſcilicet eſt ſubſtantialis cauſa unius, ſicut ſecundum primos duos modos, primum unum erat magnitudo circulariter mota. Deinde cum dicit.
e ¶ Reducit modos unius ſupra poſitos ad unam rationem, colligendo quæ ſupra dixerat. Dicit ergo, quod unum dicitur quatuor modis. Primo quidem continuum ſecundum naturā, ſecundo totum, tertio ſingulare. quarto uniuerſale ut ſpecies. & omnia hæc dicuntur unum per rationem unam ſcilicet per hoc. quod eſt eſſe indiuiſibile. Nam proprie unum eſt ens indiuiſibile. Sed in primis duobus dicitur unum, quia eſt motus indiuiſibilis: in aliis autem duobus, quia eſt intelligentia, aut ratio indiuiſibilis. ut ſub hoc etiam comprehendatur apprehenſio rei particularis. Deinde cum dicit.
f ¶ Oſtendit quomodo unum prædicetur de his, quę dicunt unum, dicens, quod oportet intelligere quod non ſimiliter
F ſumendum eſt unum, cum aliqua res dicitur una. & cum dicitur quodquideſt unum, quod eſt ratio unitatis. Sicut etiam non hoc modo dicitur lignum eſt album, quia lignum ſit hoc ipſum, quod eſt album, ſed quia album accidit ei. hoc autem qđ dixerat, ſic manifeſtat. Quia unum dicitur multis modis, ut dictum eſt, quęlibet res dicitur eſſe una, ex eo quod ineſt ei aliquis iſtorum modorum, puta vel cōtinuum, vel totum, uel ſpecies, uel ſingulare. Sed hoc ipſum quod eſt unum quandoque quidem accipitur ſecundum quod ineſt alicui dictorum modorum, puta ut dicam quod unum ſecundum ꝙ eſt continuum, unū eſt, & ſimiliter de aliis. Quandoque autem hoc ipſum, qđ eſt unum, attribuitur ei, quod eſt magis propinquum naturæ unius, ſicut indiuiſibili, ꝙ tamen ſecundum ſe, poteſtate continet prædictos modos: quia indiuiſibile ſm motum, eſt continuum. & totū, indiuiſibile autē ſecundum rationem, eſt ſingulare, & uniuerſale. & ad hoc ſubdit exemplū de elemento & cauſa, quę quidem accipiuntur ſecundum determinationes ad res, put dicimus rem talem eſſe elementum uel cauſam, aſſignando diffinitionem nominis, prout dicimus cauſam hoc ipſum ꝙ eſt eſſe cauſam. Quo dicimꝰ ꝙ ignis eſt elementum, aut [etiam infinitum ſecundum ſe] .i. hoc ipſum quod eſt infinitum, quod Pytagorici ponebant ſeparatum, & elementū omnium, uel aliquid aliud tale, ꝓp quod pōt dici elementum eſſe: ſed quodā modo ignis non eſt elementum neque infinitum. Non .n. ignis eſt hoc ipſum quod eſt elementum, quia non eſt eadem ratio ignis & elementi, ſed quantum in re eſt & in natura, ignis eſt elementum. Sed nomen elementi, cū de igne prędicatur, ſignificat aliquid [accidiſſe igni] .i. quod ignis ſit ex quo aliquid eſt, ut ex primo interius exiſtēte, quod eſt ratio elementi. Dicit autem [inexiſtente] ad remouendum priuationes. Sicut autem dictum eſt de elemento, ſic eſt in cauſa, & uno, & omnibus talibus, quia res, de quibus dicuntur, nō ſunt hoc ipſum quod ſignificant nomina, ſicut homo albus, non eſt hoc ipſum quod ſignificat hoc nomen album. Album enim ſignificat qualitatem. Propter quod, & hoc unum eſſe, eſt indiuiſibile eſſe. Quod quidem competit enti, quod eſt inſeparabile loco, & ſpecie, uel quocunque alio modo.

LECTIO II.

MAxime uero in eo quod eſt metrum, eſſe primum, vniuſcuiuſque generis, & maxime proprie quantitatis. hinc. n. ad alia uenit. Metrum & enim eſt, quo primo quantitas cognoſcitur: cognoſcit uero, aut uno, aut numero quantitatis, inquantum quantitas: numerus autem omnis uno. quare omnis quantitas cognoſcitur inquantum quantitas uno.

b Et quo primo cognoſcitur, hoc ipſum unum. Quapropter unum, numeri principium ſecundum quod numerus.

c Hinc autem & in alijs dr̄ metrum quo primo unumquodque cognoſcitur, & metrū vniuſcuiuſque unum in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate & velocitate. Grauitas. n. & uelocitas cōe eſt in contrariis. Duplex. n. eorum utrumque. Vt graue, & quod eſt ut quantumcunque habens inclinationem & quod eſt habens exceſſum inclinationis. et uelocitas, & quantumcunque motus habens, & exceſſum motus, Eſt enim uelocitas quædam, & tardi, & grauitas leuioris.

d In omnibus aūt his, metrū & principium unum aliquid & indiuiſibile. Qm̄, & in lineis utimur quaſi indiuiſibili, pedali ubique, nāque metrū vnum aliqd quærunt & indiuiſibile. hoc aūt aut ſimpliciter, aut quali, aut q̄to. vbicūque quidē igitur uiꝫ

LECTIO II.

MAxime autem menſuram eſſe cuiuſque generis, primum, & maxime proprie quantitatis. hinc enim, & ad alia aduenit. Menſura enim id eſt, qua quantum cognoſcitur: cognoſcitur autem quantum, ut quantum, aut uno, aut numero, omnis vero numerus uno: quare omne quantum, prout quantum, uno cognoſcitur.

Et quo primo hoc cognoſcitur, ipſum unum. propter quod unum principium eſt numeri; prout numerus eſt.

Hinc autem, & in alijs id dicitur menſura, quo primo unumquodque cognoſcitur, & uniuſcuiuſque menſura unum eſt, in longitudine, in latitudine, in profunditate, in grauitate, in celeritate. Grauitas enim, & celeritas communis eſt in contrarijs. duplex enim & unumquodq; horum eſt, ut grauitas, & quæ quantumcunque ponderis habet, & quæ excedit pondere: & celeritas, quæ quantumcunque motum habet, & quæ excedit in motu. etenim eſt aliqua tardi celeritas, & leuis grauitas.

In his itaque omnibus menſura, & principium unum quiddam & indiuiſibile eſt. nam & in lineis utuntur pedali tanquam indiuiſibili. vbique etenim menſuram unum quiddam & indiuiſibile quærunt. hoc autem ſimplex, aut quali, aut quanto. Vbi itaque uidetur non eſſe, aut auferen-

LECTIO II.

POſtquam oſtendit philoſophus, quot modis unum dr̄, & quę ſit ratio unius, ad quam omnes modi reducuntur. ſ. eſſe indiuiſibile, hic ex hac rōne vnius oſtendit quandam eius proprietatem, ſ. eſſe menſuram. & diuiditur in partes duas. In prima oñdit, quomodo vni competit ratio mēſuræ, & alijs generibus accidentiū. In ſecūda vero oñdit, qūo vnum habens rōnem mēſuræ inueniat in ſubſtantijs, ibi: Secundum ſubſtantiam uero & natura. Circa primum duo facit. Primo, oſtēdit in quo genere primo inueniatur vnū habens rōnem mēſuræ, & qūo exinde ad alia deriuet ſm propriam rōnem menſuræ. Secundo, ponit qūo deriuetur ad alia ſm quandam ſimilitudinem, ibi, [Et ſcientia autem rerum metrum.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit vbi primo ſit unū rationem mēſurę habens, & qūo exinde ad alia fiat deriuatio. Secūdo, ponit quædam cōſideranda circa mēſuras, ibi, [Nō ſemꝑ autem numero unum.] Circa primū tria facit. Primo oſtendit qūo unum, quod eſt menſura, inueniatur in quātitate, & exinde ad alia genera deriuetur. Secundo in qua ſpecie quantitatis eſt primo, ibi [Et quo primo cognoſcitur.] Tertio qūo deriuetur in alias ſpecies quantitatis, ibi: [hic autem & in alijs.] Dicit ergo primo, quod cum ratio vnius ſit indiuiſibile eſſe. id autē quod eſt aliquo modo indiuiſibilem quolibet genere ſit menſura, maxime dicetur in hoc, quod eſt eſſe primam menſuram cuiuslibet generis. Et hoc maxime proprie dr̄ in quantitate, & inde deriuatur ad alia genera ratio menſuræ. Menſura autē nihil aliud eſt quam id, quo quantitas rei cognoſcitur. Quantitas vero rei cognoſcitur per vnum, aut numerum. Per vnum quidem ſicut cum dicimus, vnum ſtadium, vel vnum pedem. Per numerū autem, ſicut dicimus tria ſtadia, vel tres pedes. Vlterius autem omnis numerus cognoſcitur per vnum, eo ꝙ vnitas aliquoties ſumpta quemlibet numerum reddit. Vnde relinquitur ꝙ omnis quantitas cognoſcatur per vnum. Addit autem in quantum quantitas, ut hoc referatur ad menſuram quantitatis. Nam proprietates & alia accidentia quantitatis, alio modo cognoſcuntur. Deinde cum dicit.

par. 1. Lect. ſeq. par. 2. Tex. cō. 3. par. 3. Infra par. 8. par. 6. par. 4. par. ſeq. par. 5.

b ¶ Dicit, in qua ſpecie quantitatis primo ſit vnum, & menſura. & circa hoc, duo facit, primo oſtendit quod ratio menſuræ primo inuenitur in diſcreta quantitate, quæ eſt numerus dicens, quod id quo primo cognoſcitur quātitas [eſt ipſum vnum] id eſt unitas, quæ eſt principium numeri. Nam vnum in alijs ſpeciebus quantitatis non eſt ipſum vnum, ſed aliquid cui accidit vnum, ſicut dicimus vnam manum, aut vnam magnitudinem. Vnde ſequitur quod ipſum vnum, quod eſt prima menſura, ſit principium numeri ſecundum quod eſt numerus. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit quomodo deriuetur in alias ſpecies quantitatis. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit ad quas ſpecies quantitatis deriuetur dicēs, quod ſicut ex numero & uno, quod eſt principium numeri, dicitur menſura in alijs quantitatibus, id ſcilicet quo primo cognoſcitur unumquodq; eorū. Et id, quod eſt menſura cuiuſlibet generis quantitatis, dicitur unum in illo genere. Et hoc exemplificat in tribus generibus ſcilicet in dimenſionibus, quæ ſunt ſcilicet longitudo, & latitudo & ꝓfunditas: & in ponderibus, in hoc qđ dicit, in grauitate: & in motibus, in hoc quod dicit, in uelocitate, quod refertur ad menſuram temporis. Et de dimenſionibus quidē nulli dubium erat, quin quantitates eſſent, et quòd ꝓprie eis primo competeret mēſurari. Sed de grauitate & uelocitate poterat eſſe dubium, eo quòd magis uidetur eſſe qualitates, quā quantitates. Et ideo dicit, quomodo pertinent ad genus quātitatis, & quomodo competit eis menſurari dicēs, quòd grauitas & uelocitas habent aliquid commune in contrarijs, quia ſcilicet in uno contrariorum inuenitur alterum. nam graue eſt aliquo mō leue, & econuerſo: & uelox eſt aliquo modo tardum: utrūque. n. eorū eſt duplex. Sicut graue, uno modo dicitur abſolute. ſ. ꝙ habet inclinationē, vt feratur ad mediū ſine hoc, ꝙ cōſideretur quātū habeat de tali inclinatione. & ſic nō pertinet ad genus quātitatis, nec cōpetit ei menſurari. Alio modo dicitur graue per cōparationē ad aliud. ſcilicet quòd excedit alterum in inclinatione prædicta, ut ſcilicet dicamus, ꝙ terra eſt grauis in comparatione ad aquam, & plumbum in comparatione ad lignum. Sic igitur ratione huius exceſſus inuenitur aliqua ratio quātitatis & mēſuræ. Et ſimiliter velox dicitur dupliciter. Vno modo abſolute, ſcilicet quod habet motum quemcunque. Et alio modo quòd habet exceſſum motus. & uno modo competit ſibi ratio quantitatis & menſuræ alio modo non. Et vt exponat quod dixerat de conditione grauitatis & uelocitatis in contrarijs, ſubdit ꝙ in ipſo tardo inuenitur uelocitas, inquantum id quod eſt ſimpliciter & abſolute tardum, per exceſſum ſe habet ad tardiora. Et ſimiliter grauitas inuenitur in leui, ſicut aer eſt leuis ad terram, & grauis ad ignem comparatus.

h ¶ Oſtendit qualiter a numero deriuetur ratio menſuræ ad alia, & primo hoc manifeſtat ſimul in dimenſionibus & ponderibus. Secundo in velocitate motuum, ibi: [Et motu ſimplici.] Dicit ergo primo, quòd hoc modo deriuatur ratio menſuræ a numero ad alias quantitates, quod ſicut unum, quod eſt menſura numeri, eſt indiuiſibile, ita in omnibus alijs generibus quantitatis

quātitatis, aliquod unum indiuiſibile eſt] menſura & principiū. Sicut in menſuratione linearum vtuntur homines quaſi indiuiſibili, [menſura pedali] id eſt unius pedis. Vbiq; enim quæritur pro mēſura aliquid indiuiſibile, quod eſt aliquod ſimplex, vel ſecundum qualitatem, vel ſecundum quantitatem. Secūdū qualitatem quidem, vt albū in colorib⁹, quod quodāmodo eſt menſura colorū ut dicetur infra. Secundū quantitatem vero, ut unitas in numero, & mēſura pedalis in lineis. Aſſignat autem rationē, quare mēſurā oportet eſſe aliquid indiuiſibile. quia ſcilicet hoc eſt certa menſura, a qua non poteſt aliquid auferri, uel addi. Et ideo unum eſt menſura certiſſima, quia unū, quod eſt principium numeri, eſt omnino indiuiſibile, nullamq; additionem, aut ſubtractionē ſuſcipiens manet unum. Sed menſuræ aliorum generū quātitatis imitantur hoc unum, quod eſt ſcd indiuiſibile, accipientes aliquid minimum pro menſura ſecūdum quod poſſibile eſt. Quia ſi acciperetur aliquid magnum, vtpote ſtadium in longitudinibus, & talentum in ponderibus, lateret ſi aliquod modicum ſubtraheret, vel adderetur, & ſemper in maiori mēſura hoc magis lateret quàm in minori. Et ideo omnes accipiūt hoc pro menſura tam in humidis, vt eſt oleū & uinum: quam in ſiccis, ut eſt granum & hordeū. quàm in ponderibus & dimēſionibus, quæ ſignificantur per graue, & magnitudinē: quod primo inuenitur tale, ut ab eo non poſſit aliquid auferri ſēſibile, uel addi, quod lateat. Et tunc putāt ſe cognoſcere quantitatem rei certitudinaliter, quando cognoſcunt per huiuſmodi menſuram minimam. Deinde cum dicit.

e ¶ Manifeſtat idem in uelocitate motuum dicens, quòd etiam motum menſurant homines [motu ſimplici] id eſt uniformi, & uelociſſimo, quod habet minimum de tempore. Et idem in Aſtrologia accipiunt tale principium ad menſurandum. Accipiunt enim motum [primi cęli] ſcilicet motum diurnum, qui eſt regularis & uelociſſimus, ad quem iudicant & menſurant omnes alios motus. Et quia ex uelocitate & tarditate motuū contingit grauitas & acuitas in ſonis, ut determinatur in Muſica, ſubdit exemplum de menſuratione ſonorum dicens, quòd in muſica prima menſura [dieſis eſt] id eſt differentia duorum ſemitonorum. Tonus enim diuiditur in duo ſemitonia inæqualia, ut in muſica probatur. Et ſimiliter in uoce, menſura eſt elementum. quia etiam breuitas & longitudo uocis, velocitatem, & tarditatem motus conſequitur. Omnes autem iſtæ menſuræ ſunt aliquid vnum, non ita quòd aliqua menſura ſit communis

Tex.cō.7.

nō eſſe auferre, aut addere, hoc eſt certū metrū. Quapropter, numerus certiſſimū. Vnitatem. n. ponunt oīno indiuiſibilem. in aliis uero imitantur tale. A ſtadio. n. & talento, & ſemper maiore, latebit utique & additum aliquid & ablatū, magis quàm a minore. Quare a quo primo ſecundum ſenſum non contingit, hoc omnes metrum faciūt, & humidorum, & ſiccorum, & grauitatis, & magnitudinis. Et tunc putant cognoſcere quātum, quando cognoſcunt per hoc metrum.

Tex.cō.4. part.5.

e Et motum ſimplici motu & velociſſimo. paruiſſimum enim hoc habet tempus. Quapropter in Aſtrologia, tale unum principium, & metrum Motum. n. regularem ſupponunt, & velociſſimum eum qui cæli, ad quem alios iudicant. Et in muſica dieſis, quia minimum. Et in uoce elementum. Et hæc omnia unum aliquid, non ita ut commune aliquid, quod vnum, ſed ſicut dictum eſt.

part.6.

f Non ſemper autem numero, vnum metrum, uerum aliquando plura. ut dieſes duę quæ non ſecundum auditum, ſed in rationibus & uoces plures, quibus menſuramus. Et diameter duobus menſuratur, & latus, & magnitudines omnes. Sic itaq; metrum omnium quòd vnum, quia cognoſcimus ex quibus eſt ſubſtantia, diuidentes aut ſecundum quantitatem, aut ſecūdum ſpeciem. Et ideo quod vnū, indiuiſibile, quia quod primum ſingulorū, indiuiſibile. Non ſimiliter autem omne indiuiſibile, ut pes, & unitas: ſed hoc quidem omnino, illud uero indiuiſibile ad ſenſum uoluit, ſicut dictum eſt iam, nam forſan omne continuum eſt diuiſibile.

dum, aut addendum, illa certa menſura eſt. Quare numeri certiſſima eſt. unitatem etenim ponunt, quæ omnino indiuiſibilis eſt. in cæteris uero imitantur huiuſcemodi. ex ſtadio nanque & talento, ac ſemper a maiore magis profecto latebit, & additum aliquid, & demptum, quam ex minore. Quare

G *a quo primo ſecundum ſenſum non cōtingit, hoc omnes menſuram, & humidorum, & ſiccorum, & grauis & leuis faciunt, & tunc putant cognoſcere quantum, cum per hanc menſuram ſciant.*

A e etiam motum ſimplici & uelociſſimo motu. minimum enim tempus hic habet. Quapropter in Aſtrologia tale unum principium & menſura eſt. motum enim æqualem & uelociſſimū

H *cęli ſupponunt, ad quem cæteros iudicant. & in Muſica primus ſenſibilis tonus, quia minimum. & in uoce elemētum, & hęc omnia ita unum quiddā, non ut commune quiddam unum, ſed ut prędictum eſt.*

Non ſemper autem menſura numero unum eſt, uerum aliquando plura. utputa primi ſenſibilis toni duo, qui non ſecundum auditum, ſed in rationibus ſunt. & uoces plures, quib. menſuramus. & diameter duobus menſuratur, & latus, & omnes magnitudines.

I *Sic igitur menſura omnium unum eſt, quia cognoſcimus ex quibus ſubſtātia eſt, aut ſecundum quantum, aut ſecundum formam diuidētes. Et propterea, unum indiuiſibile eſt, quia primum ſingulorum indiuiſibile eſt. non tamen omnia ſimiliter indiuiſibilia ſunt, ut pes & unitas, ſed hoc quidem omnino, illud uero uult indiuiſibilia ad ſēſum, ut iam dictum eſt fortaſſis etenim omne continuum diuiſibile eſt.*

K

F omnibus, ſed quia quælibet menſura in ſe eſt aliquid vnum, vt dictum eſt.

f ¶ Poſt quam oſtendit philoſophus vbi ſit primo unum habens rationem menſuræ, hic determinat quædam circa menſuras conſideranda. Et eſt primum, quod licet id, quod eſt menſura, habeat rationē vnius, inquantum accedit ad indiuiſibilitatem, non tamen neceſſarium eſt unum numero eſſe quod menſurat. Sed aliquando plura ſunt menſurantia, ſicut in melodiis [ſunt duæ dieſes] i. duo ſemitonia. ſed propter paruitatem non diſcernitur ſm auditum. Nam ſenſus non percipit differentiam valde paruorum, ſed eorū differentia percipitur [in rōnibus] i. ſm diuerſas rationes proportionum, quæ ex diuerſis proportionibus numeralibus cauſantur. Similiter etiam uoces, quibus ēt mēſuramus, plures ſunt. Quantitas. n. vnius metri, uel unius pedis, menſuratur ex diuerſis ſyllabis, quarum aliæ ſunt breues, & aliæ longę. ſimiliter etiam eſt diameter circuli, vel quadrati, & ēt lat⁹ quadrati, & quælibet magnitudo menſuratur duob. non. n. inuenitur quantitas ignota niſi per duas quantitates notas. Hoc autem dicto concludit epilogādo, quæ ſupra dicta ſunt ſ. quod unum eſt menſura oium. Cuius rō eſt. quia unum eſt, ad quod terminatur diuiſio. Ea uero, ex quibus eſt ſubſtantia uniuſcuiuſque, cognoſcuntur per diuiſionem. ſiue reſolutionem totius in cōponentia, ſiue ſint partes, ſm quantitatem, ſiue ſint partes ſm ſpeciem, ut materia & forma, & elementa corporum miſtorum. Et ideo oportet id, quod eſt per ſe unum, eſſe indiuiſibile, cū ſit menſura, qua cognoſcitur res, quia quod in ſingulis eſt primum in compoſitionem, & vltimum in reſolutionem, eſt indiuiſibile, & per hoc cognoſcitur res, ut dictum eſt. Sed tamē nō ſimiliter in omnib. inuenitur indiuiſibile, ſed quædam ſunt omnino indiuiſibilia ſicut unitas, quę eſt principium numeri. Quædā uero non ſunt omnino indiuiſibilia ſm ſenſum, ſecundum quod uoluit authoritas inſtituentium tale aliquid pro mēſura, ſicut mēſura pedalis, quę quidem indiuiſibilis eſt proportione, ſed non natura, nam omne continuum forſan diuiſibile eſt. Dicit autem forſan, propter dubitationem quorundam ponentium magnitudinem componi ex indiuiſibilibus, vel quia magnitudines naturales non diuiduntur in infinitum, ſed ſolæ mathematicæ. eſt enim inuenire minimam carnem, ut tangitur pri- Tex. cō. 38
-phyſi. Deinde cum dicit.

Prat.

g ¶ Ponit ſecundum, quod conſiderandum eſt circa menſurã dicens, [quod metrum] ideſt menſura ſemper debet eſſe cognatum, ſ. eiuſdem naturæ, vel menſuræ cum menſurato. Sicut menſura magnitudinum debet eſſe magnitudo, & non ſufficit ꝙ conueniat in natura communi, ſicut omnes magnitudines cōueniūt. Sed oportet eſſe conuenientiã menſurę ad mẽſuratũ in natura ſpeciali ſecũdum vnũquodque ſic, quod longitudinis ſit longitudo menſura, latitudinis latitudo, vox vocis & grauitas grauitatis, & vnitatum unitas. Sic.n. oportet accipere, vt abſque calumnia loquamur: ſed non ꝙ numerorum menſura ſit numerus. numerus autem nõ habet rationem menſuræ primę, ſed unitas. Et ſi vnitas mẽſura eſt ad ſignificã dum cõuenientiam inter menſuram, & menſuratum, oportet dicere quod unitas ſit menſura unitatum, & non numerorum. Et tamen ſi rei veritas attendat, oporteb. hoc etiã concedere, ꝙ numerus eſſet menſura numerorum, aut etiã unitas numerorum ſimiliter acciperet: ſed non ſimiliter dignum uidetur dicere unitatem eſſe mẽſuram unitatum, & numerum numeri, uel unitatem numeri, propter differentiam, quæ videt eſſe inter unitatem & numerum. Sed iſta differentiam obſeruatæ, idem eſt ac ſi quis dignum diceret ꝙ unitates eſſent menſuræ unitatum, ſed non unitas, quia unitas differt ab unitatibus, ut ſingulariter prolatum ab his, quę pluraliter proferuntur. Et ſimilis ratio eſt de numero ad unitatem, quia numerus nihil aliud ẽ quam pluralitas unitatum. Vnde nihil aliud eſt dicere unitatem eſſe menſuram numeri, quam unitatem eſſe menſuram unitatum. Deinde cum dicit.

part. 7.

part. 9.

Tex. cõ. 96. part. 1.

h ¶ Oſtendit qualiter menſura transfertur ad quædam ſm ſimilitudinem dicens, quod cum dictum ſit, quod menſura eſt qua quantitas rei cognoſcitur, dicemus ſcientiam eſſe menſuram rerum ſcibilium, & ſenſum rerum ſenſibilium, quia ipſis aliquid cognoſcimus, ſenſu ſcilicet ſenſibilia, & ſcientia ſcibilia. Non tamen eodem modo ſicut menſura. Nam per menſuram cognoſcitur aliquid ſicut per principiũ cognoſcendi, per ſenſum autẽ & ſcientiam, ſicut per potentiã cognoſcitiuam, aut habitum cognoſcitiuum. Sic igitur per hanc ſimilitudinem dicuntur menſuræ, quia ſecundum rei veritatem magis menſurantur, quam menſurent. Non.n. quia nos aliquid ſentimus, aut ſcimus, ideo ſic eſt in rerum natura: ſed quia ſic in rerum natura. ideo uere aliquid ſcimus, aut ſentimus, ut dicitur 9. Metha. Et ſic accidit nobis, quod in ſentiendo & ſciendo quod menſuramur per res, quæ extra nos ſunt. Nobis autẽ cognoſcentibus & menſurantibus, ſicut aliquo alio nos menſurante, cognoſcimus quanti ſumus in quantitate corporali p menſuram cubitalẽ applicatã nobis. Et ſic ſicut cubitus exterius appoſitus, eſt menſura quantitatis corporalis noſtræ, ita res ſcitæ uel per ſenſum apprehenſę ſunt menſuræ, per quas poteſt ſciri, utrum uere cognoſcamus aliquid per ſenſum, uel per intellectum. Si qua vero ſcientia eſt, quæ eſt cauſa rei ſcitæ, oportet quod ſit eius menſura: ut ſcientia artificis eſt menſura artificiatorum, q. unumquodque artificiatũ ſecundum hoc pfectum eſt, quod attingit ad ſimilitudinem artis. Et hoc modo ſe habet ſciẽtia Dei reſpectu omnium. Sed Protagoras dixit hominẽ eſſe menſuram omnium rerũ inquantum eſt ſciẽs aut ſentiens, quia ſciẽtia & ſenſus ſũt menſura ſubſtantiarum, ſcilicet ſenſibilium & ſcibilium. Dicebant enim Pytagorici, ut in Quarto habitum eſt, quod res ſunt tales, quia ſic ſẽtimus eas, uel ſic opinamur in eis. Cum igitur nihil ſupabũdans, uel magnum dicant, uidentur tamen aliquid dicere, qa occulte inſinuãt quæ dicere uolunt. Deinde cum dicit.

Te. com. 11.

Te. com. 15.

i ¶ Epilogat quæ dicta ſunt ſcilicet, ꝙ de ratione unius eſt, ꝙ ſit menſura. Et hoc maxime proprium eſt, prout eſt in quãtitate, deinde in qualitate, & in aliis generibus: quia id, qđ eſt menſura, debet eſſe indiuiſibile aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitatem. Et ita ſequitur, quod unum ſit indiuiſibile, aut ſimpliciter, ſicut unitas quæ eſt principium numeri: aut [ſecundum quid [ideſt inquantum eſt unum, vt dictum eſt in aliis menſuris.

g Semper autem cognatum eſt metrum. Magnitudinum quidẽ enim magnitudo. Et ſecundum vnumquodque lõgitudinis longitudo, & latitudinis latitudo, vocis vox, grauitatis, grauitas, vnitatum unitas: ſic enim oportet accipere, ſed non ꝙ numerorum, numerus. Et quidem oportebat, ſi ſimiliter. ſed non ſimiliter ſignificãt, ſed ac ſi vnitatum unitates ſignificarent metrum, ſed nõ unitatem. Numerus autem pluralitas unitatum eſt.

h Et ſcientiã autem rerum metrum dicimus, & ſenſum propter idem, quia cognoſcimus aliquid ipſis. Sed menſurantur magis, quam menſurant. Sed accidit nobis, veluti ſi alio nos menſurãte, cognoſcamus quanti ſumus, per cubitum ad tantũ noſtri adijcere. Protagoras uero hominem ait oĩum eſſe metrum, ac utique ſi ſcientem diceret, aut ſentientem. Hos autem, q. habent, hic quidem ſenſum, ille vero ſcientiã, quæ dicimus eſſe metra eorum, quæ ſubiiciũtur. Nihil itaque dicentes ſuperabundans, uidentẽ aliqd dicere.

i Quod quidem igitur uni eſſe maxime eſt ſecũdum nomen, ꝙ determinat metrum quoddam & maxime quãtitatis, deinde qualitatis palam. Erit autem tale, hoc quidem ſi eſt indiuiſibile ſecundum quantitatem, illud autem ſi ſecundum qualitatem. Propter ꝙ indiuiſibile eſt quod unum, aut ſimpliciter, aut inquantum unum.

A

Semper autem menſura eiuſdem generis eſt. magnitudinum nanque magnitudo, & ſecundum unumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, uocum uox, grauitatis grauitas, unitas unitatum. ita enim accipere oportet, & non quod numerorum numerus. At oportet, ſi ſimiliter. non tamen ſimiliter cenſet, ſed ac ſi unitatum unitates, & non unitatẽ cenſeret eſſe menſuram. numerus enim unitatum eſt multitudo.

B

At ſcientiam quoque & ſenſum menſuram rerum dicimus eſſe, propterea quia per ea aliquid cognoſcimus, atqui menſurantur magis quam menſurent. ſed accidit nobis, ac ſi alio nos menſurante, cognoſceremus quãti nam ſumus, eo quod toties nobis cubitalis menſura admota eſt. Protagoras autem hominem ait menſuram eſſe cunctorum, per inde ac ſi ſcientem, aut ſentientem diceret. iſtos autem, quia habent, ille quidem ſcientiam, hic uero ſenſum, quę dicimus obiectorum menſuras eſſe. nihil itaque dicentes egregium, aliquid dicere uidentur.

C

Quod itaque uni eſſe (maxime ſecundum nomen, quod determinant) menſura quædam eſt, maxime proprie quantitatis, deinde qualitatis, manifeſtum eſt. tale autem erit, ſi hoc quidem ſecundum quantitatem, hoc uero ſecundum qualitatem indiuiſibile ſit. Quare unum, aut ſimpliciter, aut prout eſt unum, indiuiſibile eſt.

D

LECTIO III.

a SEcundum ſubſtantiam uero, & naturam quærendum eſt utro modo ſe habeat, quemadmodum in du-

LECTIO III.

E *SEcundum ſubſtantiam autem & naturam quonam modo ſe habeat, quærendum eſt. quemadmodum in dubitationibus tra-*

LECTIO III.

POſtquam oſtendit Philoſophus, quomodo unum ſit in quantitate primum, ſecundum quamlibet rationem menſuræ, & ex inde ad alia genera deriuetur, nunc determinat de uno qualiter ſe habeat ad ſubſtantiam, utrum ſcilicet unum ſit ipſa ſubſtantia rei. & diuiditur in tres partes. In prima mouet quæſtionem, & ponit opiniones diuerſas. In ſecunda autem determinat ueritatem, oſtendendo, quod unum & ens nõ ſunt ſubſtantia eorum, de quibus dicuntur, ibi [Si itaque nullum.]

Part. seq. art. 4. lum.] In tertia comparat unum ad ens, ibi [Quia uero idem significant:] Dicit ergo primo, quod quia iam manifestum est qualiter vnum secundum quod habet rationem mensuræ, se habet in quantitate, & in alijs generibus, quærendum est de uno, quomodo se habeat quantum pertinet ad substantias & naturas rerum. Quæ quidem dubitatio est mota superius in Tex. com. 2. iij. lib. in quo motæ sunt quæstiones diuersæ. Est autem dubitatio: utrum hoc ipsum, quod dicitur unum, sit substantia aliqua & per se subsistens, ut dixerunt Pythagorici, & postea Platonici eos sequentes: aut magis ei, quod est unum, supponatur quedam natura subsistens, se part. 2. cundum quam, notius & magis debet dici quid est, quod dicitur unum. Et hoc supposuerunt Naturales, quorum unus dixit, amorem esse aliquid, quod est unum, sicut Emped. qui ponebat quatuor principia materialia, i. quatuor elementa, quibus priora dicunt esse principia agentia, quæ ipse ponebat, s. amorem & odium. Inter quæ præcellit amor, inquantum perfectũ & bonorum principium. Vnde, si id, quod est primum principium, dicitur unum, consequitur secundum opinionẽ eius, part. 3. quod amor sit illud, quod est unum. Quod est conueniens inquantum amor unionem quandam indicat amantis & amari. Alius uero, s. Diogenes ponens aer in cipium omnium rerum, dixit aerem esse id, quod est unum. Alius uero dixit infinitum esse id, quod est unum, sicut Melissus, qui posuit esse unum ens infinitũ & immobile, ut patet in Primo physic. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 15. & inde. b ¶ Determinat propositam quæstionẽ dicens, quod unum non est substantia subsistens, de qua dicatur quod sit unum. Probat autem hoc dupliciter. Primo ratione. Secundo similitudine, ibi: [Adhuc similiter.] Dicit ergo, quod Infr. lec. 5. Tex. co. 45. & inde. probatum est superius in vij. scilicet in quo agebat de ente, & precipue de substantia, quod nullum uniuersalium esse potest substantia, quę scilicet per se sit subsistens, quia omne uniuersale commune est multis. Nec possibile est uniuersale esse Idem sup. Te. com. 57. substantiam subsistentem, quia sic oporteret, quod esset unum preter multa, & ita non esset commune, sed esset quoddam singulare in se, nisi forte diceretur commune per modum causę. Sed alia est communitas uniuersalis, & causę. Nam

F caosa non prædicatur de suis effectibus, quia non est idẽ causa suipsius. Sed vniuersale est commune, quasi aliquid prædicatum de multis. Et sic oportet, quod aliquo modo sit unum in multis, & non seorsum subsistens ab eis. Sed oportet ens & unum magis vniuersaliter & communiter de omnib. prędicari. Non ergo sunt ipsa substantia subsistẽs, quæ dicitur ens uel unũ, sicut Plato posuit. Per hanc rationem concluditur, quod nulla genera sunt aliquæ naturæ, & substantiæ per se subsistentes, quasi separabiles ab alijs, de quibus dicuntur. Quod Tex. cõ. 10. etiam superius inter quæstiones fuit dubitatum. Nec tamen hoc pro tanto dicit, quod unũ sit genus: eadem enim ratione vnum nõ potest esse genus, qua nec ens, quia nec uniuoce prędicatur, & propter alia quę superius in Tertio facta sunt. Tex. cõ. Et ex eadem ratione vnum, & ens nõ potest esse substantia subsistens. Deinde cum dicit.

e ¶ Ostendit idem ex similitudine dicẽs quod oportet quod unum similiter se hēat in omnibus generib⁹, quia ens & unũ ęqualiter de omnibus generibus prędicatur. In omnibus autem generibus, quęritur aliquid, quod est unum, quasi ipsa unitas non sit ipsa natura, quæ dicitur una, sicut patet in qualitatibus & quantitatibus. Vnde manifestum est, quod i omnibus generib⁹ non est sufficiens dicere, quod hoc ipsum, quod est unum, sit natura ipsius, quod unum dicitur, sed oportet quęrere quid est, quod est unum. Et quod in qualitatibus & quantitatibus oporteat quęrere quid est, quod dicitur unum, manifestat per exempla, & primo in coloribus. Quærimus enim aliquid quod est unũ, sicut albũ, quod est primum inter colores. Vnde, si in quolibet genere est aliquid, quod est primũ, oportet quod albũ sit vnum in genere colorum, & quasi mensura aliorum colorum, quia unusquisque color tanto perfectior est, quanto magis accedit ad albũ. Et quod album sit primum in coloribus, ostendit, quia colores medij generantur ex albo, & nigro, & ita sunt posteriores. Nigrum etiam est posterius albo, quia est priuatio albi, sicut tenebræ priuatio lucis. Non autem sic est intelligendum, quod nigrum sic pura priuatio, sicut tenebræ, cum nigrum sit species coloris, & per consequens, natura coloris in eo seruetur:

birationibus tractauimus quid quod unum est, & quomodo oportet de eo suscipere: utrum uelut substantia aliqua existente ipso uno. sicut Pytagorici dicunt prius, & Plato posterius: aut magis supponitur aliqua natura. Et quomodo oportet notius dici & magis, sicut qui de natura. Illorum enim alius dixit amicitiam esse quidem unum, alius aerem, alius infinitum. G

b Si itaque nullum uniuersaliũ esse substantiam est possibile, sicut in sermonibus de substantia, & de ente dictum est, nec ipsum hoc substantia, nisi unum aliquid præter multa, possibile est esse. (communne nanque.) sed si ut prædicatum solum, palam quod neque ipsum unum. Nam ens & unum uniuersaliter prædicantur de omnib. ma- H xime. Quare nec genera naturæ quędam, & substantiæ separabiles ab aliis sunt, nec unum genus contingit esse propter easdem causas, propter quas quidem nec ens, nec substantia.

c Adhuc aũt similiter in oĩbus necesse est se hr̃e. Dicuntur aũt æqualiter ens, & unum. Ergo, qm̃ in qualitatib. est aliquid qđ unum, & aliqua natura, & similiter in quantis, palam quia & totaliter quærendum quid quod unum, quemadmodũ & quid ens, tanquam non sufficiẽs qđ hoc ipsum, ipsius natura. At vero & in colorib. est aliquid, qđ color unus, puta albus. Deinde alii ex hoc & nigro uident geniti. Nigrum uero priuatio albi est, ut lucis tenebra. hæc. n. est priuatio lucis. Quare, si entia essẽt colores, essent utique numerus quidam entia. Sed quorum? palam utiq; quia colorum. Et ip- K sum unum, esset utique aliquid unum, puta album. Similiter autem & si melodiæ essent, numerus utique essent, diesium equidem. Sed nõ numerus substãtia

ctauimus, quidnam unum sit, & quomodo de eo opinari oporteat. utrum vt ipsum unum substantia sit, quemadmodum Pythagorici dixerũt prius, & Plato posterius; an magis aliqua subijcitur natura. & quomodo oporteat notius dici. & an magis: sicuti naturales. illorum enim quidam amicitiam ipsum unum ait esse, quidam aerem, quidam infinitum.

Si autem nihil uniuersalium possibile est substantiam esse, quemadmodum in sermonibus de substantia, & de ente dictum est; nec hoc ipsum, ut unum quid pręter multa substantiam esse possibile est (commune nanque) sed ut prędicatio solum, patet, quod nec ipsum unum, ens enim, & unum uniuersaliter maxime de omnibus prædicantur. Quare, neque genera naturę quædam, & substantia a cæteris separabiles sunt: nec ipsum unum genus contingit esse, propter easdem causas, propter quas nec ens.

Adhuc autem similiter in omnibus necesse est se habere. Dicuntur autem ęqualiter ens, & unum. Quare, cum in qualitatibus sit aliquid ipsum unum & aliqua natura, similiter autem, & in quantitatibus, manifestum est quod omnino quærendum est: quidnam unũ sit, sicuti quid ens: tanquam non sufficiens sit quod hoc ipsum eius natura sit: at uero in coloribus est unus color, utputa album; deinde alij ex hoc & nigro fieri uidentur. nigrum autem priuatio albi est, sicuti tenebra lucis. hæ autem lucis priuatio sunt. Quare, si entia colores essent, aliquis profecto numerus entia essent; sed quorum? patet quod colorum. & ipsum unum esset utique aliquid unum: utputa album. Similiter, si entia modulationes essent, numerus essent profecto. attamen primorum sensibilium tonorum, sed non numerus esset substantia ipsorum, & ipsum unum

ipſorum. Et ipſum unum eſſet utique aliquid, cuius ſubſtantia non ipſum unum, ſed dieſis. Similiter autem & in ſonis, elemẽtorum eſſet utique entia numerus, & ipſum unum elementum uocale. Et figurę rectilineę, figurarum utique eſſet numer⁹, & ipſum unum trigonum. Eadem autem ratio & in aliis generibus. Quare, ſiquidem in paſ- B ſionibus, & in qualitatibus, & in quantitatibus, & in motu numeris exiſtentib⁹, & uno aliquo in omnibus, numerus eſt quorũdam, & ipſum unum aliquid unum, ſed non hoc ipſius ſubſtantia, & in ſubſtantiis nec eſſe eſt ſimiliter ſe habere. ſimiliter enim ſe habet in omnibus. Qđ quidem igitur unum in omni genere eſt quędã natura, & nullius natura hoc ipſum quod unum, palam. Sed ſicut in coloribus colorem unum quærendũ C ipſum quod unum, ſic etiam in ſubſtantia, ſubſtantiam unam ipſum unum.

d Quia uero idem ſignificant aliqualiter unum & ens, palam per aſſequi æqualiter cathegorias: & quia non ſunt in nulla una, ut neque in quid eſt, neque in quale, ſed ſimiliter ſe habet ſicut ens. Et per hoc, ꝙ unus homo non prædicat alterum aliquid ab homine, quemadmo- D dum neceſſe, præter quid, aut quale, aut quantum: & uni eſſe, id quod unicuique eſſe.

utique eſſet aliquid, cuius ſubſtantia non ipſum unum, ſed primus ſenſibilis tonus. Similiter autem & in ſonis elementorum eſſet entia profecto numerus, & ipſum unum elementũ uocale. Et ſi figurę linearum rectarum, figurarũ profecto numerus eſſent, & ipſum unum triangulum. eadem uero ratio, & in cæteris generibus eſt. Quare, ſi cum in paſſionibus B qualitatibus, quantitatibus, ac in motu numeri ſint, & unum quoddam in omnibus, & ipſe numerus aliquorũ ſit, & ipſum unum aliquid unum, nõ autem hoc ipſum ſubſtantia eius ſit, neceſſe eſt ut etiam in ſubſtantijs ſic ſe habeat. ſimiliter nanque in omnib. ſe habet. Quod igitur in omni genere ipſum unum aliqua natura eſt, & quod nullius hoc ipſum unum natura eſt, patet. quemadmodum enim in coloribus ipſum unum unus color quærendus eſt, ita & in ſubſtantia una ſubſtantiam ipſum unum. C

Quod autem idem quodammodo ſignificat unum & ens patet etiam ex eo, quod ęqualiter ſequitur prędicamenta, & in nullo eſt, nec in ipſo quid eſt, nec in ipſo quale, ſed ſimiliter ſe habet ſicuti ens. Et ex eo, quod in prędicatione unus homo, non addit aliquid aliud quã homo, ſicut nec ip- D *ſum eſſe, præter quid eſt aut quale, aut quantum, & uni eſſe eſt unicuique eſſe.*

ſeruetur; ſed quia in nigro eſt minimum de luce, quæ facit colores. & ſic comparatur ad album, ſicut defectus lucis ad lucẽ. Et quia in coloribus quæritur aliquid, quod poſſit dici primũ, & unum. ſ. album, manifeſtum eſt, quod ſi omnia entia colores eſſent, haberent quidem aliquem numerum. Non tamen ita, ꝙ numerus eſſet ipſæ res ſubſiſtentes, ſed eſſet numerus aliquarum rerum ſubſiſtentium, ſ. colorũ. & per conſequens, eſſet aliquid quod ſubiiceret ipſi uni, ſ. album. Et ſimiliter eſſet, ſi omnia eſſent melodia: quia entia haberent aliquẽ numerum, qui quidem eſſet numerus dieſium, ſiue tonorum. Sed tamẽ numerus non eſt ipſa ſubſtantia entium, & ꝑ conſequens oporteret quærere aliquid, qđ eſſet unum, ſ. quod eſt dieſis: non tamẽ ita, ꝙ ipſum unum eſſet ſubſtantia. Et ſimiliter, ſi omnia entia eſſent toni, eſſet quidem numerus entium, quia aliquorũ ſubiectorum ipſi numero ſcilicet [elemẽtorum] id eſt literarum. Et per conſequẽs litera uocalis, quæ eſt prima inter literas, cum ſine ea conſonantes ſonum reddere nõ poſſint, eſſent unum. Similiter ſi omnia eſſent figuræ rectilineæ, numerus eẽt aliquorum ſubiectorum, ſcilicet figurarum, & unum eſſet triangulus, quę eſt prima rectilinea figura. omnes enim figuræ rectilineæ in triangulum reſoluuntur. Et eadem ratio eſt in omnibus generibus. Si igitur ita eſt, ꝙ in omnibus aliis generibus, ſcilicet paſſionibus, & qualitatibus, & quantitatibus, & in motu inuenitur numerus: & unum & numerus & unum nõ ſunt ſubſtantia eorum, de quib. dicuntur, ſed numer⁹ dicitur de quibuſdam ſubſtantiis, & ſimiliter unum requirat aliquod ſubiectum quod dicatur unum, neceſſe eſt ꝙ ſimiliter ſe habeat in ſubſtantiis, quia ens & unum ſimiliter prædicantur de omnibus. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ in quolibet genere eſt aliqua natura, de qua dicitur unum, non tamen ita ꝙ ipſum unum ſit ipſa natura, ſed quia dicitur de ea. Et ſicut in coloribus, cum dicimus unum, quærimus aliquem colorem, qui dicatur unum, ſic in ſubſtantia, cum dicimus unum, neceſſe eſt quęrere aliquam ſubſtantiam, de qua dicatur ipſum unum. Et hoc primo & principaliter dicitur de eo, quod eſt primum in ſubſtantiis. quod inquiret inferius, & per conſequens de aliis generibus &c. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 9. par. 4.

Lib. 12. Tex. cõ. 39.

d ¶ Quia eandem rationem dixerat de ente & de uno, oſtendit quod ens & unum aliqualiter idem ſignificant. Et dicit aliqualiter, quia ens & unum ſunt idem ſubiecto, differunt tamẽ ſola ratione. Vnum enim addit indiuiſionem ſupra ens. Dicitur enim unum, ens indiuiſibile, vel indiuiſum. Oſtendit autem quod ſignificant idem tribus rationibus, quarum prima eſt, ꝙ unum conſequitur omnia alia prædicamenta, & non eſt in aliquo uno prædicamento tantum, neq; in ſubſtantia, neque in quantitate, neque in aliquo alio, ſicut ſe habet de ente. Secundo quia cum dicitur unus homo non aliquam naturam aliã ab homine prædicat, ſicut nec ipſum quod eſt ens, prędicat aliam

4. par. 11. ar. prima.

A naturam a decem prædicamentis: quia ſi prædicaret aliam naturam, oporteret abire in infinitum, quia etiam illa natura diceretur unum & ens. & ſic unum unicuique idem eſt. Et ſi ens de eis prædicaret aliam naturã, procederetur in infinitum. ſi autem non, pari ratione ſtandum fuit in primo. Tertia ratio eſt, quia unumquodque dicitur unum inquantum eſt ens. Vnde ꝑ diſſolutionem res ad non eſſe rediguntur. Videtur autem in hac determinatione Philoſophus ſibi cõtrarius eſſe: nam primo dixit, quod unũ & ens non ſunt ſubſtantia eorum, de quibus dicuntur. hic autem dicit, quod unũ & ens non prædicãt aliquam aliam naturam ab his, de quib. dicuntur. Sciendum eſt igitur, quod ſubſtantia dr̃ dupliciter. Vno modo ſuppoſitum in genere ſubſtantiæ, quod dr̃ ſubſtantia prima & hypoſtaſis, cuius proprie eſt ſubſiſtere. alio mõ quod quid eſt, quod et dr̃ natura rei. Secundum ergo Platonis opinionem cum uniuerſalia eſſent res ſubſiſtentes ſignificabant ſubſtantiam non ſolum ſecundo mõ, ſed primo. Ari. vero probat in vij. quod uniuerſalia non ſubſiſtunt: uñ ſequit̃ quod uniuerſalia non ſunt ſubſtãtiæ primo modo ſed ſecundo modo tantum. Propter quod dicitur in Prædicamentis, quod ſecundæ ſubſtantię, quę ſunt genera & ſpecies, non ſignificant hoc aliquid, quod eſt ſubſtantia ſubſiſtens, ſed [ſignificant quale quid] id eſt naturam quandam in genere ſubſtantię. Sic igitur Philoſophus ſupra probauit, ꝙ unum & ens non ſignificant ſubſtantiam, quæ eſt hoc aliquid, ſed oportet quærere aliquid ꝙ ſit unum & ens. Sicut quæritur aliquid quod ſit homo vel animal, ut Soc. vel Plat. Poſt modum uero oſtendit, ꝙ ſignificant naturam eorum, de quib. dicuntur, & nõ aliquid additum ſicut accidentia. In hoc enim differũt cõia ab accidentibus, quamuis utriſque ſit commune non eſſe hoc aliquid, quia communia ſignificant ipſam naturam ſuppoſitorum non autem accidentia, ſed aliquam naturam additam. Hoc autem non conſiderans Auic. poſuit quod unum & ens ſunt præ- E dicata accidentalia, & quod ſignificant naturam additam ſupra ea, de quibus dicuntur. Deceptus enim fuit ex æquiuocatione unius. Quod quidem ſecundum quod eſt principium numeri habens rationem menſuræ in genere quantitatis, ſignificant quandam naturam additam his, de quibus dicitur, cum ſit in genere accidentis: ſed unum quod conuertitur cum ente, circuit omnia entia; unde non ſignificat aliquam naturam determinatam ad aliquod genus. Similiter etiam deceptus eſt ex æquiuocatione entis; nam ens, quod ſignificat compoſitionẽ propoſitionis, eſt prædicatum accidentale, quia compoſitio fit per intellectum ſecundum determinatum tempus. eſſe autem in hoc tempore, vel in illo, eſt accidentale prædicatum. Sed ens, quod diuiditur per decem prædicamenta, ſignificat ipſas naturas decem generum, ſecundum quod ſunt actu uel potentia,

Tex. cõ. 45. & inde.

LECTIO IIII.

LECTIO IIII.

a Opponuntur autem unum & multa ſecundum plures modos. Quorum uno, unũ & multitudo, ut indiuiſibile & diuiſibile. Quodquidem enim diuiſum aut diuiſibile, multitudo quædam dicitur: indiuiſibile uero, aut non diuiſum, unũ. G

b Quoniam ergo quatuor modis oppoſitiones dicuntur, & horum ſecundum priuationẽ dicitur alterum, contraria utiq; erunt & neque ut contradictio neque ut ad aliquid dicta.

c Dicitur autem ex contrario, & oſtenditur ipſum unum ex diuiſibili indiuiſibile, propter magis ſenſibilem multitudinẽ eſſe, & diuiſibile, quam indiuiſibile. Quare ratione prior multitudo indiuiſibili propter ſenſum. H

LECTIO IIII.

Opponuntur autem unum, & multa multis modis. quorum uno unum & multitudo, ut indiuiſibile & diuiſibile. quod enim aut diuiſum, aut diuiſibile eſt, multitudo quædam dicitur, quod uero indiuiſibile, aut non diuiſum, unum.

Cum autem oppoſitiones quatuor ſint modi, & horum alius ſecundum priuationem dicatur, contraria erunt profecto. & neque ut contradictio, nec ut ea, quę ad aliquid dicuntur.

Dicitur autem ex contrario ipſum unum, & ſignificatur ex diuiſibili indiuiſibile, eo quod magis multitudo, et indiuiſibile ſenſibile eſt. Quare multitudo ratione prior quam indiuiſibile propter ſenſum eſt.

Poſtquam Philoſophus determinauit de uno ſecundum ſe, hic determinat de uno per comparationem ad multitudinem. & diuiditur in partes duas. In prima determinat de uno & multitudine, & de his quę ad ea conſequuntur. In ſecunda determinat de cõ-
Tex. com. 9. part. 1. trarietate, quę inter unũ & multa inuenitur, eo quod ſpecia-
Infr. lec. ſeq. prin. lẽ difficultatem hẽt cõſideratio eius, ibi [Quoniam autem differre contingit ab inuicem.] Primam diuidit in duas. in prima oſtendit quomodo unum opponitur multitudini.
part. 2. In ſecunda determinat de his, quę conſequuntur ad unum & multitudinem, ibi [Eſt autẽ
Inf. par. 4. unius.] Circa primũ tria facit. Primo oſtendit ſecundum quid accipienda ſit oppo-
part. 3. ſitio, quæ eſt inter unum & multa dicẽs ꝙ licet unũ & multa multis modis opponantur, ut patet infra, eorũ tamen unus & principalior eſt ſecundum quod unum & multitudo opponuntur, ut diuiſibile & indiuiſibile, quia hic oppoſitionis modus attenditur ſecundum propriam rõnem utriuſque. Rõ. n. multitudinis conſiſtit in hoc, quod eſt eſſe diuiſa abinuicem, aut diuiſibilia. Dicit autem diuiſa propter ea, quæ actu abinuicem ſeparata ſunt, & pp hoc multa dicuntur. Diuiſibilia autem propter ea, quæ non ſunt actu ſeparata ſed appropinquant ſeparationi, ſicut humida, ut aer & aqua, & alia his ſimilia, in quib. propter facilitatem diuiſionis, multitudinem dicimus. Dicitur enim multa aqua & multus aer. Ratio uero unius conſiſtit in hoc, qđ eſt eſſe indiuiſibile, aut non eſſe diuiſum. Dicitur enim & continuum unum, quia non eſt actu diuiſum, licet ſit diuiſibile. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit, ad quod genus oppoſitionis prædictus modus oppoſitionis reducatur dicens, quod cum quatuor ſint oppoſitionis genera, quorum unum eſt oppoſitio, quæ dicitur ſm priuationem, manifeſtum eſt quod unum & multa non opponuntur ut contradictio, neque ad aliquid, quæ ſunt duo genera oppoſitionis, ſed opponuntur ut contraria. Et quidem quod non opponantur ſecundum contradictionem, manifeſtum eſt, quia neutrum eorum uerificatur de non ente. non ens enim, neque unum, neque multa eſt. Oporteret autem alteram partem contradictionis uerificari tam de ente, quam de non ente. Similiter etiam manifeſtum eſt, quod non opponuntur ut ad aliquid dicta. nam unum & multitudo dicuntur abſolute. Sed cum dixerit, quod unum & multitudo opponuntur ut indiuiſibile & diuiſibile, quę uidentur opponi ſecundum priuationem & habitum, concludit tamen quod unum & multitudo opponuntur ut contraria. Oppoſitio enim quę eſt ſecundum priuationem,
Te. com. 15. & habitum, eſt principium oppoſitionis, quæ eſt ſecũdum cõ- K trarietatem, ut infra patebit. Alterum enim contrariorum ſemper eſt priuatio, ſed non priuatio pura. Sic. n. non participaret naturam generis, cum contraria ſint in eodem genere. Oportet igitur quod utrunque contrariorum ſit natura quędam, licet
Lib. 9. lec. 2. alterum eorum participet naturam generis cum quodam defectu, ſicut nigrum ſe habet ad album, ut ſupra dictum eſt. Quia igitur unum non ſignificat priuationem puram, non enim ſignificat ipſam indiuiſionem, ſed ipſum ens indiuiſum, manifeſtum eſt, quod unum & multitudo non opponuntur ſecundum priuationem puram & habitum, ſed ſicut contraria. Tertio ibi.

c ¶ Reſpondet tacitę quæſtioni. Quia enim dixerat, ꝙ unum ſe habet ad multitudinem ut diuiſibile ad indiuiſibile, indiuiſibile autem uidetur priuatio eſſe diuiſibilis, cum priuatio ſit poſterior habitu & forma, uidetur ſequi quod unum ſit poſteriꝰ multitudine, cum tamen ſupra dixerit quod unum eſt princi-

F pium multitudinis ex quo cognoſcitur. Ad huius igitur obiectionis ſolutionem uidendam, conſiderãdum eſt, quod ea, quę ſunt priora ſecundum naturam & magis nota, ſunt poſteriora & minus nota quo ad nos, eo quod rerũ notitiam per ſenſum accipimus. Compoſita autem & confuſa prius cadunt in ſenſu, vt dicitur in primo Phyſic. & inde eſt, Tex. com. 3. 4. & 5. quod cõpoſita priꝰ cadunt in noſtram cognitionem. Simpliciora autem, quæ ſunt priora & notiora ſecundum naturam, cadũt in cognitionem noſtram per poſterius. inde eſt ꝙ prima rerum principia, non diffinimus niſi per negationes poſteriorũ ſicut dicimꝰ ꝙ punctũ eſt, cuius pars non eſt, & Deũ cognoſcimꝰ ꝑ negationes, inquãtum dicimus Deũ incorporeũ eſſe, immobile, infinitum. Sic igitur licet unũ prius ſm naturam multitudine, tamen ſecũdum cognitionem noſtram, diffinitur & nominatur ex priuatione diuiſionis. Et propter hoc Philoſophus dicit ꝙ [ipſum unum dicitur] id eſt nominatur, [& oſtẽditur]. id eſt cognoſcitur ex ſuo contrario, ſicut indiuiſibile ex diuiſibili, propter hoc quod multitudo eſt magis ſenſibilis, quam vnum & diuiſibile magis quam indiuiſibile. Vnde multitudo ratione prius eſt quam indiuiſibile, non quidem ſecundum ordinem naturæ, ſed propter ſenſum, qui eſt principium noſtræ cognitionis. Sed contra ea, quę hic Philoſophus determinat, duplex dubitatio conſurgit. Prima quidem circa hoc, quod dicit, quod unum & multa opponuntur ut contraria. Hoc enim uidetur impoſſibile, quia unum conſtituit multitudinem. unum autem contrariorum non conſtituit aliud, ſed magis deſtruit. Sciendum igitur eſt, quod cum contraria differant ſecundũ formam, ut infra dicetur, cum dicimus I aliqua eſſe contraria, accipiendum eſt utrunque eorum ſecundum quod habet formam, non autem ſecundum quod eſt pars habentis formam. Corpus enim ſecũdum quod aliquę animã accipitur ut formam habens, opponitur animali, ut inanimatũ animato. Secundum uero quod accipitur non quaſi aliquod Tex. co. 54. & 62. perfectum & formatum non opponitur animali, ſed eſt pars materialis ipſius. Et ſic etiam uidemus in numeris: nam binarius ſecundum quod eſt quoddam totum, ſpeciem & formam determinatam habens eſt diuerſum ſpecie a ternario: ſi uero conſideretur abſque hoc quod ſit perfectum per formam, eſt pars ternarii. Sic igitur & ipſum unum ſecundum quod conſideratur ut in ſe perfectum & ſpeciem quandam habens, opponitur multitudini, quia quod eſt unum, non eſt multa, neque econtra. Prout uero conſideratur, ut non completum ſecundũ ſpeciem & formam, ſic non opponitur multitudini, ſed eſt pars eius. Secunda autem dubitatio oritur circa hoc, quod dicit, ꝙ K multitudo eſt prior ratione quam unum. Cum enim unum ſit de ratione multitudinis, eo quod multitudo non eſt aliud quã aggregatio vnitatum, ſi ipſum vnum eſt poſterius ratione quã multitudo, ſequitur quod in ratione unius & multitudinis, eſt quidam circulus, ita quod neceſſe ſit per multitudinem intelligi unitatem, & econuerſo. Circulus autem in rationibus rerũ non ſuſcipitur, quia eſſet idem eodem notius & minus notum; quod eſt impoſſibile. Dicendum igitur, quod nihil prohibet aliquid eſſe prius & poſterius eodem ſecundum rationem, ſecundum diuerſa in eo conſiderata. In multitudine enim conſiderari poteſt, & quod multitudo eſt, & ipſa diuiſio. Ratione igitur diuiſionis prior eſt quam unum ſecundum rationem, nam unum eſt, quod non diuiditur. Secundum autem quod eſt multitudo, poſterius eſt uno ſecundum rationem, cum multitudo dicatur aggregatio unitatum. Diuiſio autem, quæ pręſupponitur ad rationem unius, ſecundum quod conuertitur

cum

cum ente, non eſt diuiſio quantitatis continuæ, quæ præintelligitur uni, quod eſt principium numeri: ſed eſt diuiſio, quam cauſat contradictio, prout hoc ens & illud dicuntur diuiſa, ex eo quod hoc non eſt illud. Sic ergo primo in intellectu noſtro cadit ens. & deinde diuiſio, & poſt hoc unum, quod diuiſionẽ

Tex. cõ. 10. part. 4. priuat, & ultimo multitudo, quæ ex unitatibus conſtituitur. Nã licet ea, q̃ ſunt diuiſa, multa ſint, nõ habent tamen rõnẽ multorũ, niſi poſtq̃ huic & illi attribuitur quod ſit unum.

part. 5. Quamuis etiam nihil prohiberet dici, rationem multitudinis dependere ex uno, ſm quod eſt menſurata per unum, quod iam ad rationẽ numeri pertinet. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de his, quæ cauſantur ex uno & multo, & circa hoc duo facit. Primo ponit ea, quę conſequuntur unum & multa dicens, quod

Tex. cõ. 12. part. 6. Lec. 9. & 10. ſicut ſuperius (Quinto) dictum eſt, ubi diſtinxit ſiue diſtinxit quot modis dicantur contraria, ad unum cõſequitur idem & ſimile & ęquale. Nã idem eſt unũ in ſubſtantia, ſimile unum in qualitate, æquale vero, unum in quantitate. Ad pluralitatem uero pertinent contraria horum, ſ. diuerſum, & diſſimile, & inæquale. Nã diuerſa ſunt, quorum non eſt ſubſtantia vna, & diſſimilia, quæ non habent qualitatem unã, & inæqualia, quę nõ habent unam quantitatem. Secundo ibi.

e ¶ Oſtendit quot modis dicantur prædicta. & circa hoc duo facit. Primo diſtinguit modos eorum, quæ conſequuntur ad unum. Scdo diſtinguit modos eorum, quæ conſequuntur pluralitatem, ibi [Quare palam, quod diuerſum & diſſimile.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quot modis dr̃ idem. Secundo quot modis dr̃ ſimile: ibi [Similia uero, & ſi non ſunt &c.] Aequale uero non diſtinguit, quia non dr̃ multipliciter niſi forte ſm diuerſas ſpecies quantitatis. Ponit ergo tres modos, quibus dicitur idẽ. Cum. n. idẽ ſit unum in ſubſtantia, ſubſtãtia autem dupliciter dicatur, ſ. ipſum ſuppoſitum, & natura, ſiue ſpecies, tripliciter dicitur idem. Vel ſecundum ſuppoſitum ſolum, ut hoc album, hoc muſicum, ſi Socr. ſit albus uel muſicus. Vel ſolum per naturam ſuppoſiti ſiue rationem, aut ſpeciem eius, ſicut Socr. & Pla. ſunt idem humanitate. Vel ſecundum utrunque, ſicut Socr. eſt idem Socr. Hos igitur tres modos philoſophus aſſignans dicit, quod cum idẽ multipliciter dicatur: vno modo dicitur idem ſecundum numerum, quod aliquando dicimus ipſum, ſicut ſi dicamus, Socr. eſt hõ, & ipſum eſt albũ. Cum. n. hoc pronomen ipſum ſit relatiuum, relatiuum autem idem ſuppoſitum referat, ubicunq; ponitur hoc quod dico ipſum, deſignat quod ſit idem ſuppoſitum numero. Alio modo dicitur idem, ſi fuerit unum, non ſolũ unitate ſuppoſiti, ut hoc lignum, & hoc album, ſed ſimul ratione & numero, ut tu tibi ipſi es idẽ & ſpecie & materia; ut materia referat ad ſuppoſitum, quæ eſt indiuiduationis principium, & ſpecies pro natura ſuppoſiti accipiatur. Tertio modo dicitur idem, quando [ratio primæ ſubſtantiæ] id eſt ſuppoſiti eſt una, licet ſuppoſitum

d Eſt autem unius quidẽ, ſicut & in diuiſione contrariorũ deſcripſimus, idem & ſimile, & æquale: Pluralitatis uero, diuerſũ & diſſimile, & inæquale.

Item unius quidem eſt (quemadmodum & in diuiſione contrariorum deſcripſimus) idem, ſimile, & æquale: multitudinis uero diuerſum, diſſimile, & inæquale eſt.

e Dicto verbo eodem multipliciter. vno quidem modo ſecundum numerum, quod dicimus aliquando ipſum. Hoc aũt ſi ratione & numero unum ſiunt, ut tu tibi ipſi, & ſpecie & materia vnũ. Amplius aũt, ſi ratio primæ ſubſtantiæ una fuerit. vt æquales lineæ rectæ eadem & æqualia, & iſagonia & tetragonia, & etiã plura, ſed in his æqualitas unitas.

Cum autem idem multipliciter dicatur, uno quidem modo ſecundum
B *numerum, quod quandoque dicimus ipſum. Hoc uero ſi ratione & numero unum ſit, ut puta, tu tibi ipſi & forma & materia unum. Item ſi primæ ſubſtantiæ ratio una ſit. ut æquales lineæ rectæ eadem, & æqualia, & ęqualiũ angulorum quadrata, tametſi plura ſint, ęqualitas tamen in eis eſt unitas.*

f Similia uero, ſi nõ eadem ſimpliciter entia, nec ſecundũ ſubſtantiam indifferentia ſubiectã, ſed ſi ſecundum ſpeciem eadẽ ſint. Vt maius tetragonum, minori ſimile, & inæquales rectæ. hæ nanque ſimiles quidem, eadem uero ſimpliciter non. Alia, ſi eandem ſpeciem habentia in quibus maius & minus ſit, nec maius ſit, nec minus. Alia, ſi ſit eadem paſſio & una ſpecie, vt album ualde, & minus ſimilia dicuntur eſſe, quia una ſpecies ipſorum. Alia, ſi plura habent eadem qua altera, aut ſimpliciter, aut quæ in promptu, ut ſtãnum argento, uel auro ignis, aut rubicundum & ruffum.

Similia uero, ſi cum non ſint eadẽ ſimpliciter, nec ſecundum ſubſtantiã
C *ſubiectam in differentia, ſecundum formam eadem ſint. quemadmodum maius quadratum minori ſimile eſt, & lineę inęquales. hę enim ſimiles quidem, uerum non eędem ſimpliciter ſunt. Quędam uero, ſi cum eandẽ formam habeant, in quibus magis & minus ſit, neque magis neque minus ſit. Quędam autem, ſi eadem & una ſpecie paſſio ſit. ut ualde album & minus, ſimilia eſſe aiũt, quia una ſpecies eorum eſt. Quędam uero ſi plura habet eadem quam diuerſa, aut ſimpli-*
D *citer, aut quæ in promptu ſunt. ut ſtannum argento quam auro; aurum uero igni, prout flauus, & ruffus eſt.*

A non ſit unum. & hoc eſt idem ſpecie uel genere, ſed nõ numero. Ponit autem exemplum in quantitatibus ſecundum opinionem eorum, qui ponebant, quantitates eſſe ſubſtantias rerum, ſecundum quam quidem opinionem plures lineæ rectæ, ſunt ſicut plura ſuppoſita in genere ſubſtantię, menſura autẽ lineę eſt ſicut ſpecies eius. unde multę lineæ rectæ æquales, ſunt vnum ſecundum hãc poſitionem, ſicut diuerſa ſuppoſita ſunt unum, quæ communicãt in una ratione ſpeciei. Et quia Mathematici utuntur ſcientiis in abſtractiõe, apud eos plures lineæ æquales rectæ accipiunt ut vna. & ſimiliter plura [tetragona] ſcilicet figuræ quatuor angulorũ, q̃ ſunt æqualia q̃titate, & ſunt [iſagonia] .i. æqualium angulorum, accipiũtur ut idem. Et æqualitas in eis eſt quaſi unitas ſecundum rationem ſpeciei. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quot modis dicitur ſimile. & ponit quatuor modos, quorum primus reſpondet tertio modo eius, qđ dr̃ idem. Quia enim idem eſt unũ in ſubſtancia, ſimile uero onum in qualitate, oportet illud, ſecundum quod dicitur ſimile, ſe habere ad id, ſecundum quod dr̃ idem, ſicut ſe habet qualitas ad ſubſtantiam. Et quia viſum eſt æqualitate quaſi unitate in ſubſtantia, utitur figura & proportione quaſi qualitate. Attendendum etiam, quod cũ qualitas & quantitas fundentur in ſubſtãtia, ubi eſt unitas ſubſtãtiæ, ſequitur quod ſit unitas quantitatis & qualitatis, non tamẽ unitas nominatur a quantitate & qualitate, ſed a principaliori, ſ. ſubſtantia. Et iõ vbi eſt unitas ſubſtantiæ, non dr̃ ſimilitudo, uel æqualitas ſed identitas tantum. Ad ſimilitudinem ergo uel æqualitatem requiritur diuerſitas ſubſtãtiæ. Et pp hoc dicit, quod ſimilia dicuntur aliqua, licet non ſint ſimpliciter eadem ſecundum ſpeciem ſubſtantiæ, & ſi non ſint etiã indifferen-
E tia ſecundum ſubſtantiam ſubiectam, quæ dr̃ ſuppoſitum, ſed ſunt eadẽ ſecundum ſpẽm aliquo mõ. ſicut maius tetragonum dicitur eſſe ſimile minori tetragono, quando ſ. anguli unius ſunt æquales angulis alterius, & latera æquales angulos continentia ſunt proportionalia. Sic igitur patet, ꝙ hæc ſimilitudo attenditur ſecundum unitatẽ figuræ & proportionis. Et ſimiliter multæ rectæ lineę inęquales nõ ſunt eædem ſimpliciter, licet ſint ſimiles. Põt aũt & hic cõſiderari, ꝙ quando ẽ unitas ſecũdũ rõnẽ perfectã ſpẽi, dr̃ identitas: quando autem eſt unitas nõ ſecundũ totã rõnẽ ſpẽi, dr̃ ſimilitudo. Vt ſi quis dicat, ꝙ ea, quę ſunt unũ genere, ſunt ſimilia; ea uero, q̃ ſunt unum ſpẽ, ſunt eadẽ, ut uident innuere exẽpla poſita. nã lineas rectas æquales, & tetragona æqualia dixit habere identitatem adinuicem: tetragona autem inæqualia, & rectas lineas inæquales habere ſimilitudinẽ. Secundus modus eſt, ſi aliqua conueniunt in una forma, quæ nata ſit ſuſcipere magis & minus. & tamẽ participent illam formam ſine magis & minus. ſicut albedo recipit intenſionem & remiſſionem. Vnde ſi aliqua ſunt alba æqualiter ſine magis & minus, dicuntur ſimilia.

Tertius modus eſt, quando aliqua conueniunt in una forma aut paſſione, etiam ſecundum magis & minus, ſicut magis album & minus album dicũtur ſimilia quia eſt [una ſpecies] .i. qualitas ipſorum. Quartus modus eſt, ſecundum quod aliqua dicuntur ſimilia, non propter unam qualitatem tantum, ſed cõſideratiõe multorũ.

g Quare palam quòd diuerſum & diſſimile multipliciter dicitur. Et hoc quidem aliud oppoſite & idem. Propter quod omne ad omne aut idem, aut aliud hoc autem ſi non, & materia & ratio eſt una, (quapropter & tu & propinquus diuerſus.) tertium autem ut quæ in mathematicis. Diuerſum quidem igitur aut idem ꝑꝑ hoc omne ad omne dicitur, quæcunque dicunt & unum & ens. non enim cõtradictio eſt ipſius eiuſdẽ. Quapropter non dicitur in non entibus. (non idem autem dicitur.) in entibus uero omnibus dicitur. Aut enim unum, aut non unum, aptum natum & ens & unum. Diuerſum igitur & idẽ ita opponuntur.

Quare manifeſtum eſt quod diuerſum, & diſſimile multipliciter dicuntur. Aliudque & idem oppoſite. Vnde omne ad omne, aut idem, aut aliud eſt. hoc vero, niſi ſit & materia & ratio una (quare tu & propinquus, diuerſum) tertium autem, ſicuti illa, quę in mathematicis ſunt. G *Diuerſum igitur aut idem ideo omne ad omne dicitur, quod quęque unum & ens dicuntur. non eſt enim contradictio ipſius eiuſdem. Quare non dicitur de non entibus (at non idem dicitur) ſed de omnibus entibus. aut enim unum, aut non unum natura aptum ens, & unum eſſe. Diuerſum igitur & idem ita opponuntur.*

h Differentia uero & diuerſitas aliud. Diuerſum enim a quo eſt diuerſum non neceſſe aliquo eſſe diuerſum, omne nanque aut diuerſum, aut idem quodcunque eſt ens. Differens uero ab aliquo, aliquo differens. Quare neceſſe ipſum idem aliquid eſſe, quo differunt, hoc autem ipſum idẽ genus, aut ſpecies. Omne nanque differens, differt aut genere, aut ſpecie. Genere quidẽ, quorum non eſt communis materia, nec generatio adinuicem, ut quorumcumque alia figura cathegoriæ. Specie uero, quorum idem eſt genus. Dicitur autem genus, ſecundum quod ambo idem dicuntur ſecundũ ſubſtantiam indifferentia. Contraria uero differentia ſunt, & contrarietas differentia quædã.

Differentia uero et diuerſitas, aliud eſt. diuerſum nanque, & illud, a quo H *diuerſum, non eſt neceſſe aliquo eſſe diuerſum. omne etenim quodcunque ſit ens, aut idem, aut diuerſum eſt: differens uero ab aliquo, aliquo differẽs eſt; quare neceſſe eſt aliquid idem eſſe, quo differunt. hoc vero idem, aut genus, aut ſpecies eſt. omne nanque differens, aut genere, aut ſpecie differt. genere quidem, quorum non eſt communis materia, neque mutua generatio, utputa, quorum alia prędicationis figura eſt, ſpecie uero, quorum idem genus. dicitur autem genus, quo ambo quę differunt, ſecundum ſubſtantiam idẽ dicuntur.* I *Contraria uero differentia ſunt, et contrarietas quędam differentia eſt.*

i Quod aũt hoc bene ſupponimus, palam ex inductione. Omnia .n. differentia uidentur eadem, & non ſolum diuerſa entia, ſed hæc quidem genere diuerſa, hæc aũt in eadem coelementatiõe cathegorię, quare in

Quod autem recte hoc ſupponimus, ex inductione patet. Cuncta enim differre uidentur, & non ſolum diuerſa eſſe, ſed quędam ſecundum genus diuerſa. quędam in ea- K *dem prędicationis coordinatione. quare & eadem ſpecie in eodem qua*

part. 7. ut dicantur illa eſſe ſimilia, quę in pluribus conueniunt quàm differant, uel ſimpliciter, vel quantum ad ea, quæ in promptu apparent. Sicut ſtannum argento dr̄ ſimile, quia in multis conueniunt. Et ſimiliter ignis auro, & crocus rubeo. Deinde cum dicit.

part. ſeq. g ¶ Proſequitur de illis, quæ conſequũtur ad pluralitatem & primo de diſſimili & de diuerſo. Secundo de differentiis ibi [Differentia vero & diuerſitas &c.] Dicit ergo primo, ꝙ quia idem & diuerſum opponuntur, & ſimile, & diſſimile, idem aũt & ſimile multipliciter dicũtur, manifeſtum eſt quod diuerſũ & diſſimile multipliciter dicentur, quia ſcilicet quando unũ oppoſitorum dr̄ multipliciter, & reliquũ ut dicitur in Primo Topicorum. Te.com. 12. part. 8. Omiſſa autem multiplicitate diſſimilis, qa facile apparet qualiter modi eius accipiantur per oppoſitũ ad modos ſimilis, ponit tres modos eius, quod eſt diuerſum. Te.com. 13. Quorum primus eſt, quod diuerſum dicitur omne, quod eſt aliud per oppoſitum ad idẽ. Sicut .n. idem dicebatur oẽ quod eſt ipſum, quod eſt relatiuũ identitatis, ita diuerſum dr̄ oẽ qđ eſt aliud, quod eſt relatiuum diuerſitatis. part. 9. Et propter hoc unũquodq; ad aliud comparatum, aut ẽ idem, aut diuerſum. Alius modus eſt, qñ non eſt una materia & una rõ. ſicut tu & propinquus tibi, diuerſi eſtis. Tertius aũt modus eſt, ſicut in mathematicis, ut ſi dicantur lineæ inæquales diuerſæ. Et quia dixerat, quòd omne ad omne eſt idem aut diuerſum, ne quis crederet hoc eſſe uerum, tam in entibus, quam in non entibus, remouet hoc dicens. Diuerſum aũt idem dicitur omne ad oẽ in his, quæ dicuntur unũ & ens, non aũt in non entib. Idem enim & diuerſum nõ opponunt̃ ut contradictoria, quorum alterum neceſſe eſt uerum eſſe de quolibet ente, aut non ente: ſed opponuntur ut contraria, quę non uerificantur niſi de ente. & ideo diuerſum non dicitur de non entibus. Sed non idem, quod contradictorie opponitur eidem, dicitur etiam de non entibus. ſed in omnibus entibus dicitur idem, aut diuer- F ſum. Omne enim, quod eſt ens & unum in ſe, comparatum alteri, aut eſt unum ei, & ſic eſt idem: aut non unum, aptum natum eſſe unum, & ſic eſt diuerſum: ſic igitur diuerſum & idem opponuntur. Siquis autem obiciat, quod diuerſum & idem non ſunt in omnibus entibus, cum idem ſequatur unitatẽ ſubſtantiæ, diuerſitas autem ſubſtantiæ pluralitatem; dicẽdum eſt, quod quia ſubſtantia radix eſt aliorum generũ, illud, quod eſt ſubſtãtiæ, transfertur ad oĩa alia genera, ſicut de eo, qđ quid eſt Philoſoph' dixit ſupra in Septimo. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit in quo differat differentia, & diuerſitas dicẽs, quod aliud eſt differentia, aliud diuerſitas. Duo enim, quorum unũ eſt diuerſum ab altero, non eſt neceſſe ꝑ aliqd eſſe diuerſa. Pñt .n. eſſe diuerſa ſeipſis. Et hoc ex prędictis patet: qa quodcunque ens alteri cõparatũ aut eſt diuerſum, aut eſt idem. ſed qđ eſt differens ab aliquo, oportet quod per aliquid ſit differens. Vnde neceſſe eſt, ut id, quo differẽtia differunt, ſit aliquid idẽ in illis, quæ nõ ſic differunt. Hoc aũt quod eſt idem in plurib. uel eſt gen', uel eſt ſpecies. unde omne differens, differt aut genere, aut ſpecie. Genere quidem differunt, quorum non eſt communis materia. Dictũ eſt enim ſupra in Octauo, ꝙ licet materia nõ ſit genus, tamẽ ab eo, qđ eſt materiale in re, ſumitur ratio generis. Te.com.6. Sicut natura ſẽſibilis eſt materialis in homine reſpectu rationis. Et iõ illud, quod non cõmunicat in natura ſenſibili cum homine, eſt alterius generis. Et quia ea, quæ non cõmunicant in materia, nõ generãtur adinuicẽ, ſequitur ea genere eſſe diuerſa, quorum nõ eſt generatio adinuicem Quod etiam neceſſe fuit addere propter ea, quæ nõ habent materiam, ſicut accidentia ſunt. Vt ſint genere diuerſa quęcunque ſunt in diuerſis prædicamentis, ut linea & albedo, quorum unum non fit ex alio. Specie uero differentia dicũtur, quorum eſt idem genus, & ſecundum formam differunt. Dicitur autem genus, quod prædicatur de duobus ſpecie differentibus, ſicut de homine & de æquo. Contraria autem differunt, & contrarietas eſt differentia quædam. Deinde cum dicit.

i ¶ Probat per inductionem quod dixerat de ratione differentię: quia omnia differentia uidentur eſſe talia ſcilicet quod nõ

ſolum

A ſolum ſint diuerſa, ſed aliquò modo diuerſa, ſicut hæc quidē diuerſa ſunt genere. Hæc autem ſunt in eodem prędicamento & in eodem genere, ſed differunt ſpecie; & quædam ſunt ea-
Tex. cō. 19. & Lec. 11. dem ſpecie. Quæ aūt ſunt genere eadem, aut diuerſa, determinatum eſt in alijs, in Quinto huius.

eodem genere & in eadem ſpē. Determinatum aūt eſt in alijs q̄ ſunt genere eadē, & q̄ diuerſa.

genere ſunt. determinatum autem in alijs eſt, quæ eadem, aut diuerſa genere ſunt.

LECTIO V.

Quoniā autem differre contingit abinuicem differētia plus & minus, eſt aliqua maxima differentia.

b Et hanc dico contrarietatem. Quia vero maxima eſt differentia, palam ex īductione. Genere nanque differentia, non habent viā in inuicem, ſed diſtant magis & incōparabiliter. Differētibus uero ſpecie, generatione ex contrariis ſunt ut ultimis. Vltimorum uero diſtantia, maxima eſt, Quare & quæ contrariorū.

c At uero maximū in vnoquoque genere perfectum. Maximū enim, cuius non eſt exceſſus. Et perfectum, cuius non eſt adhuc extra ſumere aliquid poſſibile. Finem.n. habet perfecta differētia, ſicut, & alia eo ꝙ finem habeant dicuntur perfecta. Nihil aūt extra finē. ultimum autē in omni, & continet. Propter quod nihil extra finē, nec eget aliquo quod perfectum. Quod quidē igitur contrarietas eſt differētia perfecta, ex his palam. Multipliciter autem dictis contrariis, ſequetur quod perfecte, ita ſicut utique quod eſt contrariis eſſe extiterit ipſis.

d His enim entibus, palā quod non contingit uni plura contraria eſſe. Nec.n. ultimo ultèrius & erit utique aliqd. Nec diſtātię unius, plura ſunt quā duo ultima.

LECTIO VI.

B *Cum autem contingit inuicem differre, quæ differunt, & plus & minus, eſt etiam quædam maxime differentia.*

Et hanc dico contrarietatem. Quod autem maxima differentia eſt, manifeſtum eſt ex inductione. Quæ enim genere differunt, non habent ad ſe mutuo viam, ſed plus diſtant, & non conueniunt. illis vero, quę ſpecie differunt, generationes ex contrarijs tanquam ex ultimis ſunt. diſtantia vero ultimorum maxima eſt, quæ etiam contrariorum.

C *Atqui quod maximum eſt in quoque genere perfectum eſt. etenim maximum eſt, cuius non eſt exceſſus.* H *perfectum vero, extra quod non eſt poſſibile aliquid habere. finem nanque habet perfecta differentia. quemadmodum cætera perfecta dicuntur, eo quod habeant finem. extra finem autem nihil eſt. ultimum enim in re omni eſt, & continet. quare nihil extra finem eſt, nec indiget aliquo, quod perfectum eſt. Quod igitur contrarietas eſt differentia perfecta, ex his* D *patet. Cum autem multipliciter dicantur contraria, ita perfectum ſequitur, ſicuti eis ineſt eſſe contrarijs.*

His autem exiſtentibus, patet quod non contingit uni plura contraria eſſe. nec enim ultimo ulterius aliquid erit, nec unius diſtantię plura, quam duo ultima.

LECTIO V.

Poſtquam philoſophus determinauit de vno & multo, & de his, q̄ ad ea cōſequūtur,
par. 11 quorum vnum eſt contrarietas, quæ eſt differentia quædam, vt dictum eſt, hic determinat de contrarietate, quia eius conſideratio
par. 2. ſpecialem habet difficultatem. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtēdit quod contrarietas eſt differentia maxima. In ſecūda inquirit, vtrum contraria differant genere, aut ſpecie. ibi [Diuerſum autem ſpecie ab alieno &c.] Prima diuidi-
Lect. 16. tur in duas. In prima determinat de contrarijs, In ſecūda de medijs. ibi [Qm̄ uero contrariorum conuenit
Lect. 9. &c.] Prima diuiditur in duas. In prima, oſtendit naturam contrarietatis. In ſecunda, mouet quaſdam dubitationes circa prędeter-
Lect. 7. minata. ibi [Quoniā aūt vnum vni contrarium eſt.] Prima diuiditur in duas partes. In prima o-
Tex. cō. 14. ſtendit quid ſit cōtrarietas. In ſecunda determinat de contrarietate per comparationē ad alias ſpecies oppo-
par. 4. ſitionis. ibi [Prima vero contrarietas &c.] Circa primū duo facit. Primo, oſtendit diffinitionem contrarietatis. Secūdo ad diffinitionem aſſignatā reducit omnes alias dif-
Infra pert. 6 finitiones, quæ de contrarijs aſſignantur. ibi [Neceſſe eſt alios terminos &c.] Circa primum duo facit. Primo ponit diffinitionem contrarietatis. Secundo ex diffinitione aſſignata quædam
par. 3. corollaria concludit. ibi [At vero maximum in unoquoq; genere &c.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit aliquā eſſe differentiam maximam hoc modo. In quibuſcunq; eſt inuenire magis & minus, eſt inuenire maximum, cum non ſit procedere in infinitum; ſed contingit differre aliquid ab altero magis & minus: ergo & contingit aliqua duo maxime differre. Et ita eſt aliqua differentia maxima. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit ꝙ contrarietas ſit maxima differentia per inductionem. Quæcunq; .n. differunt, aut differunt genere, aut differunt ſpecie. Illa aūt, quę differunt genere, non ſunt comparabilia adinuicem, ſed magis diſtant q̄ poſſit in eis accipi magis & minus differre. hoc.n. accipitur in illis, quorum eſt träſmutatio inuicē. Intelligitur.n. proceſſus quidā & via tränſmutationis de uno in aliud ꝑ hoc primo, ꝙ magis differunt, & poſtea minus, & ſic quouſq; unū tranſmutatur in alterū. In illis aūt, q̄ differūt genere, non eſt accipere hmōi viā tranſmutationis vnius in alterū. Vnde in eis nō eſt accipere magis & min' differre, & per conſequens nec maxime differre, & ſic in differentijs genere non eſt maxima differentia. In illis vero, q̄ differūt ſpe, oportet maximā dfiam eſſe inter contraria, quia generationes mutuæ ſunt ex cōtrarijs, ſicut ex ultimis. Generatur quidem medium ex extremo, aut ecōuerſo, aut ēt mediū ex medio, ut pallidū ex nigro, uel ex nibeo, nō tamen hmōi generationes ſūt ex duob^s, quaſi vltimis. Cū.n. in generatione, ex nigro procedit ad pallidum, adhuc vlterius poteſt procedere ad aliquid magis differens. Sed cū iam peruenerit ad albū, non pōt vlterius procedere ad aliquid magis differens a nigro. Et ſic ibi eſt ſtatus ſicut in vltimo. Et propter hoc dicit, ꝙ generationes ſunt ex contrarijs ſicut ex ultimis. Sed manifeſtum eſt, ꝙ diſtātia vltimorū, ſemper eſt maxima. Relinquit ergo, quod inter ea, q̄ differunt ſpē, maxime differunt contraria. Cum autē oſtenderimus, quòd ea, quę differunt genere, non dr̄ maxime differre, & tñ ē aliqua maxima differentia, ſequitur, quòd contrarietas nō ſit aliud q̄ maxima differentia. Deinde cum dicit.

c ¶ Inducit duo corollaria ex pręmiſſis, quorū primū eſt, ꝙ contrarietas ſit perfecta differentia. Quod ſic probatur. Maximū in vnoquoque genere eſt idem, quod perfectum eſt. Quod patet ex hoc, quod maximū eſt quod nō exceditur, & perfectum eſt, extra quod nō poteſt aliquid ſumi. & ſic eadē videtur eſſe differentia maximi, & perfecti. Et ꝙ perfectū ſit, extra quod non pōt aliqd ſumi patet, quia oīa dr̄ pfecta, eo ꝙ deuenīt ad finē. Extra finē aūt nihil eſt, quia finis eſt id, qđ eſt ultimū in oī re, & qđ continet rē. Vnde nihil eſt extra finem. Nec id, qđ
E perfectū eſt, indiget aliquo exteriori, ſed totū continet ſub ſua perfectione. Et ſic patet, quod perfecta differentia eſt. quæ peruenit ad finem. Et ſic cum contrarietas ſit maxima dfia, vt ꝓbatum eſt, ſequitur quod ſit differentia perfecta. Sed quia contraria dicuntur multipliciter, vt poſtmodum dicetur, non omnia contraria dicuntur perfecte differentia. Sed ita conſequitur qualibet contraria perfecte differre, ſicut competit eis eſſe contraria, quibuſdam ſcilicet primo, & quibuſdam ſecūdario. Tex. com. 15

d ¶ Secundum corollarium ponit dicens, quod cum prędicta ſint uera, manifeſtum eſt, quod non conuenit plura eſſe cōtraria uni. Quod quidem probat dupliciter. Primo, quia contrarietas eſt maxima & perfecta dfia, quaſi ultimorū. Vnius autē diſtantię non poſſunt eſſe plura ultima quam duo. Sicut uidemus, quod unius rectæ lineæ ſunt duo puncta extrema. Nec iterum ultimo eſt aliquid ulterius. Vnde impoſſibile eſt, ſi contrarietas eſt una diſtantia, quod uni contrariorum contrarientur aliqua duo ex ęquo quaſi ultima. Nec quòd unū cōtrarientur magis, & alterum minus, quia id, quod contrarietur minus, non eſſet ultimum, ſed aliquid haberet ulterius.

e ¶ Probat idem alio modo: dicens quòd contrarietas eſt differentia quędam. Omnis autem differentia eſt aliquorum duorum. Vnde & perfecta differentia eſt duorum. Et ſic unum vni tantum eſt contrarium. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit quòd omnes diffinitiones de contrariis datæ part.1. ſecundum prędictã diffinitionem cõtrarietatis verificantur. Et ponit [quatuor terminos]. i. diffini- part.4. nitiones contrariorum ab aliis aſſignatas. Quarum prima eſt, ꝙ contraria ſunt quę plurimum differunt. Hoc.n. verificatur ſm prędicta, cũ contrarietas ſit perfecta differentia, quę facit plurimum differre. Manifeſtum eſt.n. ex prędictis, ꝙ in his, quæ differunt genere, non eſt accipere quid magis differens his, quæ differũt ſpecie, quia ad ea, quæ ſunt extra genus, non eſt diffe- Tex. co.15. part.1. rẽtia, vt dictum eſt. Eorum uero, quæ differunt ſpecie, maxima differentia eſt cõtrariorum. Et ſic ſequitur, ꝙ contraria ſunt quæ plurimum differunt. Secunda diffinitio eſt, quod contraria ſunt quę plurimũ differunt in eodem genere. Quæ etiam verificatur ſm prædicta, quia contrarietas eſt perfecta differẽtia. Maxima aũt differentia eorum, part.2. quæ ſunt in eodem genere, eſt perfecta differentia. Vnde relinquitur, quòd contraria ſunt quæ plurimum differunt in eodem genere. Tertio diffinitio eſt, ꝙ contraria ſunt quę part.3. plurimum differunt in eodem ſuſceptibili. Quod etiam verificatur ex prędictis, quia eadem eſt materia contrariorũ, cũ ex inuicem generentur. Quarta diffinitio eſt, ꝙ contraria ſunt, quæ plurimum differũt [ſub eadem potentia], ſ. arte vel ſcientia Nam ſcien- Tex. com.3. Lect.2. tia eſt potentia rõnalis, vt in Nono dictum eſt. Et hæc etiã diffinitio ex prædictis verificatur, quia vna ſcientia eſt circa unum genus. Cum igitur contraria ſint in eodem genere, oportet ꝙ ſint ſub eadem potentia ſiue ſcientia. Et quia contrarietas eſt perfecta differentia in eodem genere, oportet ꝙ contraria plurimum differant eorum, quæ ſunt ſub eadem ſcientia.

e Totaliter autem ſi eſt contrarietas differentia: differentia vero duorum quare & perfecta.

f Neceſſe autem & alios terminos eſſe veros contrariorum. etenim plurimum differt perfecta differentia. Genere autem differentibus non eſt magis extra accipere his, quæ ſpecie. Oſtenſum enim quia ad ea, quę ſunt extra genus, non eſt differentia. horum autem hæc maxima. & in eodem genere plurimum differentia contraria. Maxima nanque differẽtia horum quæ perfecta. Et quę in eodem ſuſceptiuo plurimum differẽtia contraria, eadem.n. eſt materia contrariis. Et quæ ſub eadẽ potentia plurimum differentia. Etenim ſcientia circa vnum genus, quæ una in quibus perfecta differentia maxima.

F *Et omnino ſi contrarietas differentia eſt, differentia vero duorum eſt. ergo & ipſa perfecta.*

Neceſſe autem alias contrariorum definitiones veras eſſe. etenim plurimum differt perfecta differentiã. Nãque non eſſe aliquid ſumendum extra ea, quæ & genere differunt, & ſpecie, G *oſtenſum eſt enim quod ad ea, quæ extra genus ſunt, non eſt differentia, horum autem hæc maxima eſt. Et quæ in eodem genere plurimum differunt, contraria ſunt, maxima enim horum differentia eſt, quæ perfecta eſt. Et quæ in eodem ſuſceptiuo plurimum differunt contraria ſunt. materia enim eadem contrariis. Et quæ ſub eadem potẽtia plurimum differunt, etenim ſcientia circa unum eorum genus una, in quib. perfecta differentia, maxima eſt.*

H

LECTIO VI.

Prima uero contrarietas, habitus & priuatio eſt: ſed non omnis priuatio (multipliciter enim priuatio) ſed quæcunque perfecta fuerit.

b Alia autem contraria ſecundum hoc dicentur: hæc quidem per habere: Alia vero per facere, aut facta eſſe: alia autem per acceptiones eſſe & abiectiones horum, aut aliorum contrariorum.

c Si ergo opponuntur contradictio, & priuatio, & contrarietas, & ad aliquid; horum autem primum contradictio, contradictionis autem nihil eſt mediũ, contrariorum autem cõtingit; quod quidem non idem contradictio & contraria, palam.

LECTIO VI.

Prima vero contrarietas habitus, & priuatio eſt. non tamen omnis priuatio (multipliciter enim priuatio dicitur) ſed quæcunque perfecta ſit.

Cætera vero contraria ſecundum hæc dicentur, quædã eo quod habeant, quædam eo quod faciant, aut factiua ſint; quædam, eo quod accipiant, abjiciant hæc, aut alia contraria. I

L

Si opponuntur itaque contradictio priuatio, contrarietas, et ad aliquid horum autem primum contradictio: contradictionis uero nihil medium eſt contrariorum autem contingit. patet quod non idẽ eſt contradictio & contraria.

LECTIO VI.

a POSTQVAM Philoſophus diffiniuit contrarietatẽm, hic comparat ipſam ad alia ſpecies oppoſitionis, & circa hoc duo facit. Primo, proponit quod intendit, ſcilicet quod contrarietatis principium eſt oppoſitio priuationis & habitus. Secundo, manifeſtat quod ſuppoſueInfra part.3. rat. ibi [Si ergo opponuntur &c.] Circa primum duo facit. Primo enim proponit, quod principium contrarietatis eſt priuatio & habitus dicens, ꝙ prima contrarietas eſt priuatio, & habitus, quia. ſ. in omni contrarietate priuatio & habitus includitur. Sed ne aliquis crederet, ꝙ idem eſſet opponi ſecundum priuationem & habitum, & ſecundum contrarietatem ſubiungitur, quod non omnis priuatio ſit contrarium, quia priuatio, ſicut in ſuperioribus habitum eſt, multipliciter dr. Aliquando.n. quocũque mõ, ſi non habeat quod natũ eſt haberi dr eſſe priuatio. Sed talis priuatio non eſt cõtrarium quia talis priuatio non ponit aliquam naturam oppoſitam habitui, licet ſupponat ſubiectum determinatũ. Sed priuatio dr eſſe contrarium, quęcunque fuerit perfecta priuatio. Cũ autem priuatio ſm id quod eſt, non recipiat magis & minus, non poteſt dici perfecta priuatio, niſi ratione alicuius naturæ, quæ perfectã diſtantiam habeat ad habitum. Sicut non omnis priuatio albi eſt cõtraria albo, ſed priuatio magis diſtans ab albo, quam oportet fundari in aliqua natura eiuſdem generis maxime diſtante ab albo. & ſm hoc dicimus, ꝙ nigrũ eſt contrarium albo. Deinde cum dicit. Lib. 5.c. de priuatione.

b ¶ Secundo oſtendit qualiter ab iſta prima contrarietate alia contraria deriuentur dicens, ꝙ alia contraria [dicũtur ſecundũ hoc] .ſ. ſecundum priuationem & habitum diuerſimode. Quędam enim dicuntur contraria, in eo ꝙ habent in ſe incluſam priuationẽ, & habitum, ſicut albũ & nigrum, & calidũ & frigidũ; Alia per hoc ꝙ actu faciũt priuationẽ, & habitum, ſicut ſunt calefaciens & infri- K gidans: aut per hoc, ꝙ ſunt uirtute actiua priuationis & habitus, ſicut calefactiuum & infrigidatiuum: Alia vero per hoc, ꝙ ſunt acceptiones dictorũ, ſicut calefieri & infrigidari; Aut per hoc, ꝙ ſunt abiectiones eorũ, ſicut corruptio caliditatis & frigiditatis. Et non ſolũ aliqua dicunt contraria per hoc, ꝙ dicũt dictas habitudines ad prima contraria, ſed ẽt ꝑ hoc ꝙ hñt habitudines eaſdẽ ad cõtraria ſequẽtia. Sicut ſi dicamus ꝙ ignis & aqua ſũt cõtraria, qa hñt calidũ & frigidũ, q̃ ẽt dicebant cõtraria ꝑ hoc, ꝙ icludũt priuationẽ habitũ. Deĩde cũ dicit.

c ¶ Manifeſtat quod ſuppoſuerat ſcilicet quod prima contrarietas eſt priuatio & habitus, & hoc dupliciter. Primo ꝑ ſyllogiſmũ. Secundo ꝑ inductionem, ibi [Palam aũt & per in- Infr.par. 7. ductionem &c. [Circa primum duo facit. Primo, oſtendit ꝙ contrarietas non eſt contradictio dicens, quod cum quatuor modis aliqua alicui opponantur: Vno modo ut contradictio,

ſicut

ſicut ſedens non ſedenti. Alio modo ut priuatio: ſicut cæcus uidenti. Tertio modo ut contrarietas, ſicut nigrum albo. Quarto modo ad aliquid, ſicut filius patri. Inter iſta quatuor genera oppoſitionis primum eſt contradictio. Cuius ratio eſt, quia contradictio includitur in omnibus aliis tanquam prius & ſimplicius.

d Priuatio vero contradictio quædam eſt. aut enim quod impoſſibile eſt totaliter habere, aut ſi quod aptũ natum habere non habeat, priuatum eſt aut totaliter, aut aliqualiter determinatum. multipliciter enim iam hoc dicimus, ſicut diuiſum eſt a nobis in aliis. Ergo priuatio, quædam eſt contradictio, aut in potentia determinata, aut concepta cum ſuſceptiuo. Quapropter contradictionis quidem nõ eſt medium, ſed priuationis alicuius eſt. Aequale nanque aut non æquale omne. Aequale vero, aut inæquale non omne, niſi ſolum in ſuſceptiuo æqualitatis.

e Si itaq; generationes ipſi materię ex contrariis fiunt: fiunt vero, aut ex ſpecie, & ex ſpeciei habitu, aut priuatione aliqua ſpeciei & formæ: palam, quia contrarietas priuatio quædam vtiq; erit omnis.

f Priuatio vero non omnis forſan contrarietas. Cauſa uero, quia multipliciter contingit priuari priuatum. ex quibus enim permutationes extremis contraria.

Priuatio uero quædam contradictio eſt. aut enim quod omnino impoſſibile eſt habere, aut quod, cum natura aptũ habere ſit, non habeat, priuatum eſt, aut totaliter, aut modo quodam determinatum. multipliciter enim hoc, ut in alyis diuiſum a nobis eſt, dicimus. quare priuatio quædam contradictio eſt, aut impoſſibilitas determinata, ſiue ſimul accepta cum ſuſceptiuo. Ideo B *contradictionis quidem non eſt mediũ, ſed priuationis alicuius eſt. omne enim, aut æquale, aut non ęquale. æquale uero, aut inæquale non omne, niſi ſolum in ſuſceptiuo ęqualitatis.*

Si itaq; generationes ipſi materiæ ex contrarys. fiunt autem aut ex forma, & habitu formę, aut ex aliqua priuatione ſpeciei, & formę; patet C *quod omnis quidem contrarietas priuatio eſt.*

Priuatio uero non omnis fortaſſe contrarietas eſt. Cauſa uero eſt, quia multipliciter priuari cõtingit quod priuatum eſt. a quibus enim ultimis trãſmutationes, hæc contraria ſunt.

part. 4. Oppoſita enim ſecundum quodcunque oppoſitionis genus impoſſibile eſt ſimul exiſtere. Quod quidem cõtingit, ex hoc, quod alterum oppoſitorum de ſui ratione habet negationem alterius. Sicut de ratione cæci eſt, quod ſit non uidens. Et de ratione nigri quod nõ ſit album. Et ſimiliter de ratione filii eſt quod non ſit pater eius, cuius eſt filius. Manifeſtum eſt autem quod in cõtradictione non eſt aliquod mediũ. Neceſſe eſt enim aut affirmare aut Tex.com.8. negare, ut ſupra in Quarto manifeſtum fuit. Contrariorum Tex. cõ.16. par.5. autem conuenit eē medium. Et ſic manifeſtũ eſt, quod contrarietas & cõtradictio non ſunt idem. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat priuatio ad contradictionẽ, manifeſtans qualiter par 6. conueniant, & qualiter differant. Dicit ergo, quod priuatio eſt quædam contradictio. Dicitur enim priuatio uno modo, quando aliquid non hẽt quod nullo modo natum eſt habere. ut ſi diceremus quod lapis non habet viſum. Alio modo dicitur aliquid priuari, ſi non habeat quod natum eſt habere, ſicut animal ſi non habeat viſum: & hoc dupliciter. Vno modo qualitercunque non habeat. Alio modo, ſi non habeat cum aliqua determinatione, puta in tempore determinato, aut aliquo modo determinato, quia priuatio multipliciter dicitur, Lect.7.& li. 2. Lect.2. ſicut ſupra habitum eſt in Quinto & Nono. Ex his ergo patet, quod priuatio eſt quædam contradictio. Et quidem, quod ſit contradictio, patet ex hoc, quod aliquid dicitur priuatum ex hoc quod non habet. Sed quod non ſit contradictio abſoluta, ſed contradictio quędam, patet ex hoc, quod contradictio de ſui ratione non requirit neque aptitudinem, neque etiam exiſtentiam alicuius ſubiecti. verificatur enim de ente & de nõ ente quocunque. Dicimus enim, quod animal non uidet & lignum non uidet, & quod non ens non uidet. ſed priuatio de neceſſitate requirit aliquod ſubiectum. & quandoque etiam requirit aptitudinem in ſubiecto: quod enim eſt omnino non ens, non dicitur priuatum. Et ideo dicit, quod priuatio aut eſt in determinata potentia, ſcilicet cum aptitudine ad habitum, aut ſaltem [concepta cum ſuſceptiuo], id eſt, cum ſubiecto, licet non habente aptitudinem ad habitum. Sicut, ſi dicamus vocem inuiſibilem, aut lapidem rem mortuam. Et ideo contradictio non poteſt habere medium, ſed priuatio aliquo modo mediũ habet. Neceſſe eſt enim omne aut æquale, aut non æquale eſſe, ſiue ſit ens, ſiue non ens. Sed non neceſſe eſt dici de omni, quod ſit æquale, aut inæquale, ſed ſolum hoc neceſſe eſt in ſuſceptiuo æqualitatis. Sic igitur oppoſitio contradictionis omnino eſt immediata, oppoſitio uero priuationis eſt immediata in determinato ſuſceptiuo, non autem eſt immediata ſimpliciter. Ex quo patet, quod contrarietas, quæ nata eſt habere medium, propinquior eſt priuationi quam contradictioni. Nondum tamen habetur quod priuatio ſit contrarietas.

e ¶ Reſtat tertio oſtendendum, quod contrarietas ſit priua- A tio. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit per ſyllogiſmum quod contrarietas ſit priuatio hoc modo. Omne illud, ex quo ſit generatio, aut eſt ſpecies, ſiue quicunque habitus ſpeciei, aut eſt priuatio ſpeciei, ſiue cuiuſcunque formæ. Omne quidẽ dicit, quia eſt duplex generatio. Generatur enim aliquid ſimpliciter in genere ſubſtantiæ, & ſecundũ quid in genere accidentium. Generationes enim ſunt ex contrariis in materia. Manifeſtũ eſt ergo, quod omnis contrarietas eſt aliqua priuatio. Si.n. alterum extremorum in qualibet generatione eſt priuatio, & utrunque cõtrariorum eſt extremum generationis, quia contraria generantur ex inuicẽ ſicut album ex nigro, & nigrum ex albo, neceſſe eſt quod ſemper alterũ contrariorũ ſit priuatio. Deinde cũ dicit.

f ¶ Oſtendit quod nõ omnis priuatio eſt contrarietas, quod etiam ſupra dixerat, dicens: Nõ omnis priuatio eſt contrarietas. Tex.cõ.15. & cauſa huius eſt, quia priuatũ contingit multipliciter priuari. Quocunque enim modo id, quod natum eſt habere aliquam formam, & non habeat illam, dici poteſt eſſe priuatum, ſiue ſit in diſpoſitione propinqua ad formam illam, ſiue remota. ſed contrarium eſt ſemper in diſpoſitione remo-D ta, quia contraria ſunt ex quibus fiunt permutationes ſicut ex extremis. Vnde ſupra dictum eſt, quod ſunt maxime diſtãtia. Aliquid enim priuari dicitur albedine ſi non ſit album, ſiue ſit pallidum, ſiue quocunq; alio colore coloratum. Tex.cõ.15. Sed non ideo dicitur eſſe contrarium, niſi quando eſt maxime diſtans ab albo, ſ. quando eſt nigrum. Vnde manifeſtum eſt, quod non omnis priuatio eſt contrarietas. Ex hoc etiam apparet, quod cum priuatio nihil aliud requirat niſi abſentiam formæ, ſuppoſita tantum habitudine in ſubiecto, ſine hoc quod determinet aliquam diſpoſitionem in ſubiecto, per quam ſubiectum ſit propinquum formę, vel diſtans ab ea. quod priuatio non ſignificat aliquam naturam in ſubiecto, ſed præſupponit ſubiectum cum aptitudine. Contrariũ vero requirit determinatam diſpoſitionem ſubiecti, ſecundum quam maxime diſtet a forma. Vnde de neceſſitate aliquam naturam ſignificat in ſubiecto, quę eſt eiuſdem generis cum forma abſente, ſicut nigrum eſt in genere albi. Conſiderandum eſt etiam, quod eſt duplex priuatio.

E Quædam, quæ habet immediatum ordinem ad ſubiectũ formę, ſicut tenebra habet immediatum ordinem ad diaphanum & inter huiuſmodi priuationem & formam oppoſitam eſt mutua tranſmutatio, aer enim de lucido ſit tenebroſus, & de tenebroſo ſit lucidus. Quędam autem priuatio eſt, quæ non comparatur ad ſubiectum formæ, niſi mediante forma, cum ſit vel quędam corruptio eius, ſicut cæcitas eſt corruptio uiſus, mors eſt corruptio uitæ. Et in talib. non eſt mutua conuerſio, ſicut ſupra in nono habitum eſt. Cum igitur hic oſtendatur contrarietatem eſſe priuationem ex mutua tranſmutatione, quæ eſt in cõtrariis, & priuatione, & forma. manifeſtum eſt quod non dicitur iſta eſſe contrarietas, quę eſt corruptio formę, ſed quę habet immediatum ordinem ad ſubiectum formę. Et ſic ceſſat illa obiectio, quæ ponitur in pręedicamentis, quod a priuatione ad habitũ non ſit reuerſio; contraria autem tranſmutantur inuicem. Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit per inductionem, ꝙ contrarietas ſit priuatio, & hoc dupliciter. Primo inducendo in ſingulis contrariis. Secundo, reducendo ad prima contraria, ibi [Sufficit autem & ſic prima &c.] (Infra part. 9) Circa primum duo facit. Primo oſtendit per inductionem, quod contrarietas ſit priuatio dicens, ꝙ hoc quod ſupra ratione ſyllogiſtica oſtenſum eſt, (par. 7.) palam eſt etiam per inductionem. Quia omnis contrarietas inuenitur habere priuationẽ alterius contrariorum. ſemper enim duorum contrariorum vnũ eſt defectiuum reſpectu alterius. (par. 8.) Sed tamen non in omnibus contrariis ſimiliter inuenitur vnũ priuatio alterius, ut infra, dicetur. Et ꝙ vnum contrariorũ ſit priuatio alterius ex hoc apparet, quia inæqualitas eſt priuatio æqualitatis, & diſſimilitudo ſimilitudinis, & malitia virtutis. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, ꝙ diuerſimode vnum contrarium eſt priuatio alterius. hoc (par. 9. et Te. com. 17.) .n. contingit ſm diuerſam rationem priuationis. Quę quidem diuerſitas attenditur dupliciter. Vno modo ex hoc, quod priuatio poteſt dici, uel quia (par. 1.) ſolum aliquod priuatum eſt mõ quocunque, vel quia eſt priuatum in aliquo tempore determinato, uel in aliqua parte determinata. in tempore quidem determinato, (par. 2, Tex. co. 17.) ſicut ſi ſit priuatũ in aliqua ætate. In parte autem determinata, ſicut ſi ſit priuatum in aliqua parte pricipali. Aut [et in omni], idest in toto. Dicitur .n. aliquis inſenſatus ſi in ætate perfecta diſcretione careat, non autem in puerili ætate. Et ſimiliter aliquis nudus, non ſi aliqua pars eius non ſit tecta, ſed ſi plures, aut principales partes intactæ remaneant. Et ꝓpter iſtam diuerſitatem priuationis, quæ in cõtrarietate includitur, contingit quod quorundam contrariorum eſt medium, & quorundam non. inter bonum enim & malum, medium eſt. eſt .n. aliquis homo neque bonus, neque malus. Dicitur enim bonus homo ſecundum uirtutem. nam virtus eſt quæ bonum facit habentem. non autem omnis, qui caret uirtute malus eſt. Nam K puer caret uirtute, & tamen non dr̃ malus. Sed ſi in ætate, in qua debet habere uirtutem non habeat, malus dicitur. Vel etiã, ſi aliquis uirtute careat quantum ad aliquos actus minimos & quaſi indifferentes ad uitam, non dicitur malus, ſed ſolum, ſi careat uirtute quantum ad actus principales & neceſſario ad vitam. Sed par & impar in numeris non habent medium, quia numerus dr̃ impar ex hoc, ꝙ quocunq; modo caret paritate. Alia uero diuerſitas priuationis eſt, quod priuatio quędã determinat ſibi ſubiectum, quędam uero non. Dictum eſt enim ſupra, quod id, quod caret aliquo, etiam ſi non natum ſit habere quandoque dicitur priuatum.

Ex hac autem diuerſitate priuationis poteſt contingere in aliquibus contrariis, quod habeant medium, uel non habeant, ſicut ſi dicamus, quod cum homo dicatur bonus ſecun- F dum virtutes politicas, ſi malum quod includit priuationem boni requirat determinatum ſubiectum, ruſticus qui non participat conuerſatione ciuili, nec bonus nec malus eſt bonitate vel malitia ciuili. Sic igitur patet ex prędictis, quod alterũ cõtrariorum dicitur ſecundum priuationem. Deinde cum dicit.

i ¶ Oſtendit idem reducẽdo ad prima contraria, dicens ꝙ ſufficit ad oſtendendum, quod alterum contrariorum ſit priuatio, ſi hoc inueniatur in primis contrariis quę ſunt genera aliorum contrariorum, ſicut ſunt unũ & multa. Et ꝙ iſta ſint prima contraria patet ex hoc, ꝙ omnia alia contraria reducunt ad illa. Nam ad unũ & multa reducunt ęquale & inęquale, ſimile & diſſimile, idem & diuerſum. Differentia autem diuerſitas quędã eſt & contrarietas differentia quædã, ut ſupra habitũ eſt. Et ſic patet, (Lect. 5.) ꝙ omnis contrarietas reducitur ad unum & multa. Vnũ autem & multa opponuntur, ut diuiſibile & indiuiſibile, ut ſupra habitum (Lect. 6.) eſt. Et ita relinquitur, quod omnia cõtraria priuationem includant.

g Palam autem & per inductionem. Omnis enim contrarietas habet priuationem alterius contrariorum: ſed nõ ſimiliter omnia. Nam inęqualitas æqualitatis & diſſimilitudo ſimilitudinis, & malitia virtutis.

h Differt autem, ut dictum eſt: Hoc quidem enim ſi ſolum ſit priuatum, hoc autem ſi eſt, aut quando, aut in quo ut ſi certa ętate aliqua, aut prĩcipali, aut omninc. Quapropter horum quidem medium eſt, ſed neque bonus homo, neque malus. Aliorum uero non eſt, ſed neceſſe eſſe aut parem, aut imparem. Amplius alia quidem habent ſubiectum determinatum, alia autem nõ. Quare palam, quia ſemper alterum contrariorum dicitur ſecundum priuationem.

i Sufficit autem & ſi prima, & genera contrariorum, puta unũ & multa. Alia nanque ad hæc reducuntur.

Hoc autem et per inductionem manifeſtum eſt. omnis nanque contrarietas habet alterius contrariorum, priuationem; verum non omnia ſimiliter, inęqualitas enim ęqualitatis, diſſimilitudo uero ſimilitudinis, uitium autem uirtutis.

G *Differt autem, ut dictum eſt. etenim hoc quidem, ſi ſolum priuatum ſit. hoc uero, ſi ſit, aut quando, aut in aliqua, ut puta in aliqua ætate, aut in principali, aut omnino. Ideo horum quidem eſt aliquid medium, & eſt nec bonus homo, nec malus: illorum uero non eſt, ſed neceſſe eſt eſſe parem, vel imparem. Pręterea, quędam habent ſubiectum determinatum, quędã non. Quare manifeſtum eſt, quod ſemper alterum contrariorum ſecundum priuationem dicitur.*

H *Sufficit uero etiam, ſi prima & genera contrariorum, utputa unum & multa. cætera enim ad hęc reducuntur.*

LECTIO VII.

QVoniam autem vnum uni contrarium eſt, dubitabit aliquis quomodo opponuntur unum & multa, et æquale magno et paruo.

b Vtrum enim ſemper in oppoſitione dicimus. ut utrum album, aut nigrum. et utrum album, aut non album. Vtrum vero album, aut homo, non dicimus niſi ex ſuppoſitione quærẽtes, ut utrũ uenit Cleõ, aut Soc.

LECTIO III.

CVm autem uni contrarium ſit, dubitauerit quiſpiam, quonammodo unum & multa opponuntur, & æquale magno & paruo.

I *Ipſum enim utrum, ſemper in oppoſitione dicimus, utputa, utrum album, an nigrum, utrum album, an non album: utrum uero homo, an album, non dicimus, niſi ex ſuppoſitione, & quęrentes, utputa, utrum Cleon uenit, an Socrates. ſed hoc in nullo ge*

LECTIO VII.

POſtquam philoſophus oſtẽdit, qd eſt contrarietas, hic determinat quaſdam dubitationes circa ꝓdeterminata, & circa hoc duo facit. Primo mouet dubitationes. Secundo proſequitur eas, ibi [Vtrum enim ſemper in oppoſitione dicimus &c.] Oriũtur autem dubitationes ex hoc. quod (part. seq. Te. com. 14.) ſupra dictum eſt, ꝙ unũ uni contrariorũ eſt. Qđ qdẽ in duplici oppoſitione fallere vr̃. Nam unũ & multa opponuntur. cũ tñ & multis opponãt pauca. Similiter aũt & æquale vr̃ oppoñi duob. ſ. magno & paruo. Vñ relinquitur dubitatio quõ ꝓdicta opponuntur. Si enim opponantur ſm contrarietatem, uĩ falſum eſſe quod dictum eſt, quod unũ uni contrarium eſt. Deinde cum dicit.

b ¶ Proſequitur prædictas dubitationes, & primo dubitationem ęqualis ad magnũ & paruũ. Secũdo proſequitur dubitationem de oppoſitione unius ad multa: ibi [Similiter aũt & de uno & de multis &c.] (Lect. seq.) Circa primum duo facit. Primo diſputat quæſtionem. Secundo ueritatem determinat quęſtionis, ibi [Reſtat igitur aut vt negationem oppoñi.] (Infr. par. 8.) Et circa primũ duo facit. Primo obĳcit ad oſtendendũ æquale eſſe contrariũ magno & paruo Secundo, obĳcit ad oppoſitum, ibi [Sed accidit unum &c.] Circa primum tres ponit rationes. In prima quarum duo facit. Primo manifeſtat quoddam, ex quo ratio procedit dicens, quod hac dictione, Vtrũ, ſemper utimur in oppoſitis. (part. 6.) Vt cum quærimus, utrum aliquid ſit album, aut nigrum, quę ſunt oppoſita ſecundum contrarietatem: & utrum ſit album, aut non album, quæ ſunt oppoſita ſecundum contradictionem. Sed utrum aliquid ſit homo, aut album, non dicimus, niſi ex hac ſuppoſitione, quod non poſſit aliquid eſſe album & homo. Et ſic quęrimus, utrum ſit album uel homo, ſicut

ſicut quęrimus utrum ueniat Cleon, aut Socr. ſupponentes ꝙ non ambo ſimul ueniant. Sed hic modus quęrendi in his, quæ non ſunt oppoſita in nullo genere eſt, ſecundum neceſſitatem, ſed ſolum ſecundum ſuppoſitionem. Et hoc ideo, quia hac dictione utrum, utimur ſolum in oppoſitis ex neceſſitate: in alis autem ex ſuppoſitione tantum, quia ſola oppoſita ex natura non contingit ſimul exiſtere. Et hoc .ſ. ſi non ſimul ſit uerum utrunq;, quo utitur qui quęrit utrum ueniat Soc. aut Cleon: quia ſi contingeret eos ſimul uenire, deriſoria eſſet interrogatio. Et ſi ita eſt, ꝙ ſimul non contingat eos uenire, incidet

part.3. prędicta quęſtio in oppoſitione, quæ eſt inter unum & multa. Oportet enim quęrere de Soc. & Cleone, utrum ambo ueniant, uel alter tm̃. ꝙ quidem nõ eſt ſecundum oppoſitionem

part.4. vnius ad multa. Et ſuppoſito quod alter ueniat, tunc demum habet locũ quæſtio: vtrum ueniat Socr. aut Cleon.

c ¶ Ex propóne iam manifeſtata argumẽ-

Tex.co. 19. part.5. tatur hoc modo. hac particula: Vtrum, interrogantes, in oppo-

part.6. ſitis ſemper utimur ut ſupra dictum eſt: ſed utimur hac particula in æquali, ma-

par.7. gno, & paruo. Quærimus .n. utrum hoc illo ſit maius, aut minus, aut æquale. Eſt ergo aliqua oppoſitio æqualis ad magnũ & paruum. Sed nõ põt dici, ꝙ alterũ horum ſit contrariũ magno, uel paruo, quia nulla rõ é, qua-

part.8. re magis ſit contrarium magno quam paruo. Nec iterũ ſm prædicta uĩ, ꝙ ambobus ſit contrariũ, quia unũ uni eſt cõtrarium. Secũdam rationem ponit ibi.

d ¶ Quę talis eſt. Aequale eſt contrarium inæquali. Sed inæquale ſignificat

part.9. aliquid ineſſe ambobus .i. magno & paruo, ergo æquale eſt cõtrariũ ambob. Tertiam rõné ponit ibi.

e ¶ Quæ procedit ex opinione Pythagorę, q attribuebat inęqualitatem & alteritatem dualitatibus & numero pari, identitatem uero numero impari. Et eſt ratio talis. Aequale opponitur inęquali: ſed inęquale competit dualitatibus. Ergo ęquale eſt contrarium duobus. Deinde cum dicit.

f ¶ Obiicit in oppoſitũ duab. rõnib. quarum prima talis eſt. Magnum & paruũ ſunt duo: ſi igitur ęquale eſt contrariũ magno & paruo, unum eſt cõtrariũ duob. Quod quidem eſt im-

Tex.com. 14. poſſibile, ut ſupra oſtenſum eſt. Secũdam rationem ponit ibi.

g ¶ Quæ talis eſt. Non eſt contrarietas medii ad extrema.

ſed non neceſſe in vno aliquo genere hoc. Sed hoc inde venit. Nam oppoſita ſola non contingit ſimul exiſtere, quo & hic vtitur in eo quod uter uenit. Si .n. ſimul contingeret, ridiculoſa erit interrogatio. Si vero & ita ſimiliter incidunt in oppoſitionẽ in id, quod vnum, aut multa, vt; vtrum ambo venerũt, aut alter.

nere neceſſe eſt. Verum hoc quoque illinc aduenit. ſola nanque oppoſita non contingunt ſimul eſſe, quo & hic utitur, in eo quod eſt uter uenit. nam, ſi ſimul contingeret, ridicula eſſet interrogatio. quod ſi etiam ita, ſimiliter etiam in oppoſitionem cadit, ad unum, aut multa. utputa: utrum ambo uenerunt, an alter.

B

c Si itaque in oppoſitis ſemper eſt ipſius utrum interrogatio; dicitur autem utrum maius, aut minus, aut æquale, aliqua oppoſitio adhuc æqualis. Non .n. alteri ſoli contrariorum, nec ambobus: quid .n. magis vel maiori, aut minori?

Si itaque ipſius vtrum quęſtio ſemper in oppoſitis ſit; dicitur autem utrũ maius, an minus, an æquale: quænam æqualis ad hæc oppoſitio eſt? Nec alteri ſoli contrarium, nec ambobus eſt. cur enim magis maiori, quam minori?

d Amplius inæquali contrariũ eſt æquale. Quare in pluribus erit, aut in uno. Si uero inæquale ſignificat idem ſimul amborũ, utique erit quidem oppoſitum ambobus.

C *Pręterea inęquali ęquale contrariũ. quare in pluribus quam vno erit. quod ſi inęquale idem ambobus ſimul ſignificat, erit quidem ambobus oppoſitum.*

e Et dubitatio iuuat, dicentes inęquale dualitatem eſſe.

Et dubitatio iuuat illos, qui dicunt inęquale dualitatem eſſe.

f Sed accidit unum duobus contrarium, quod eſt impoſſibile.

Verum accidit unum duobus contrarium eſſe; quod impoſſibile eſt.

g Amplius æquale quidem mediũ uĩ eſſe magni & parui. Contrarietas autem inter media, neque uidetur neq; eſt diffinitione poſſibile. Nõ .n. unique eſſet perfecta, mediatio alicuius exiſtẽs, ſed magis habet ſemper ſuimet aliquod medium.

D *Item, ęquale quidem medium magni & parui videtur. contrarietas uero neque media uidetur, neque ex deſinitione poſſibile eſt. non enim eſſet perfecta, ſi alicuius media eſſet, ſed magis ſemper aliquid ſuipſius mediũ habet.*

h Reſtat igitur aut ut negationem opponi, aut ut priuationẽ. Alterius quidem utique itaque non contingit (quod enim magis magni, aut parui;) amborum igitur negatio priuatiua. Qua pp ad ambo utrum dĩ, ad alterum uero non. Vt, vtrum maius, aut æquale, aut vtrum æquale aut minus? ſed ſemper tria.

Reſtat itaq;, aut ut negationem opponi, aut ut priuationem. Alterius igitur non contingit (cur enim magni quam parui?) amborum ergo priuatiua negatio. ideo ipſum utrum ad ambo, non ad alterum ſolum dicitur. utputa, utrũ maius an ęquale. uel utrum ęquale, an minus, ſed tria ſemper.

E

i Non autem priuatio ex neceſſitate. Non .n. omne æquale aut maius, aut minus, ſed in quibus aptum natum eſt eſſe. Eſt itaque æquale qđ neque magnum,

Non autem priuatio neceſſario. etenim non omne, quod non maius, aut minus, æquale eſt, ſed in quibus apta natura ſunt illa eſſe. Eſt igitur ęquale, quod, cum nec magnum,

A quod quidem & ſecundum ſenſum apparet, & ex diffinitione contrarietatis manifeſtatur, quia contrarietas perfecta eſt diſtãtia. Quod aũt eſt medium duorum aliquorum, nõ eſt perfecte diſtans ab altero eorum. quia extrema magis differunt ab inuicem quam a medio. Et ſic relinquitur, quod contrarietas nõ eſt mediorum ad extrema: ſed magis contrarietas eſt eorũ, q̃ hẽnt inter ſe aliqđ medium. Aequale autem uidetur eſſe medium magni, & parui. Non igitur ęquale eſt contrariũ magno & paruo. Deinde cum dicit.

h ¶ Determinat ueritatem quæſtionis, & circa hoc tria facit. Primo oñdit æquale opponi magno & paruo, alio mõ q̃ ſm cõtrarietatẽ, cõcludẽs hoc ex rõnibus ſupra poſitis ad vtranq; partẽ. Nam primæ rõnes oſtenderũt ꝙ æquale opponitur magno & paruo. Scdę autẽ ꝙ non eſt contrariũ eis. Reſtat igitur ꝙ opponatur eis alio modo oppoſitionis. Et remota rõne oppoſitionis, ſm quã æquale dicit ad inæquale, non a ſ magnum & paruũ, reſtat, ꝙ æquale opponatur magno & paruo, aut ſicut negatio eorũ, aut ſicut priuatio. Et ꝙ altero iſtorũ modorũ opponatur vtriq; eorũ, & nõ alteri tantũ, oñdit dupliciter. Primo quidẽ, quia nõ eſt rõ, quare æquale ſit magis negatio aut priuatio magni, q̃ parui, aut econuerſo. unde oportet ꝙ ſit negatio aut priuatio amborũ. Item oſtendit hoc p ſignum. Quia .n. ęquale opponitur vtriq; pp hoc vtimur hac particula: Vtrũ, interrogantes de æquali p cõparationem ad ambo, & non ad alterũ tantũ. Non .n. quærimus: vtrũ hoc illo ſit maius, uel ęquale, aut ęquale uel minus, ſed ſp ponimus tria .ſ. vtrum ſit maius, aut minus aut ęquale. Secundo ibi.

i ¶ Oſtendit determinate, quo genere opponatur æquale magno & paruo dicens. ꝙ hæc particula, non, quæ includitur in ratione æqualis, cum dicimus æquale eſſe quod nec eſt maius, neque minus, non eſt negatio ſimpliciter, ſed ex neceſſitate eſt priuatio. Negatio enim abſolute de quolibet dicitur, cui non ineſt ſua oppoſita affirmatio. quod non accidit in propoſito. Non enim eſſe dicimus æquale omne id, quod non eſt maius, aut minus, ſed ſolum hoc dicimus in illis, in quibus aptum natum eſt eſſe maius, aut minus. Hæc eſt igitur ratio æqualis, quod æquale eſt quod nec magnum, nec paruũ eſt,

aptum tamen natum eſt eſſe, aut magnum, aut paruum, ſicut aẽ. lio priuationes diffiniuntur. Et ita manifeſtum eſt ꝙ æquale opponitur ambobus. ſ. magno & paruo, vt negatio priuatiua. Tertio concludendo ibi.

K ¶ Oſtendit ꝙ æquale eſt medium magni & parui, & circa hoc duo facit. Primo concludit ex dictis propoſitum. Cum. n. dictum ſit, ꝙ æquale eſt quod nec magnum, nec paruum eſt, aptum tamẽ natum eſt eſſe aut hoc, aut illud. quod aũt hoc modo ſe habet ad contraria, medium eſt inter ea, ſicut ꝙ nec malum, nec bonum eſt, opponitur ambobus, & eſt medium inter bonum & malum. Vnde ſequitur ꝙ æquale ſit medium inter magnum, & paruum. Sed hæc eſt differẽtia inter vtrumque, quia quod nec magnum, nec paruum eſt, eſt nominatum: Dr̃ enim æquale. Sed quod nec bonum nec malũ eſt, innominatum eſt. Et ratio huius eſt, quia quandoq; ambæ priuatiões duorum contrariorum cadunt ſuper aliqd vnũ determinatũ, & tunc eſt vnum tantum medium, & poteſt de facili nominari ſicut æquale. Ex eo enim eſt aliquid nec maius nec minus, ꝙ habet vnam, & eandem quantitatem. Sed quandoque illud, ſuper quod cadunt duę priuationes cõtrariorum, dr̃ multipliciter, & non eſt vnum tãtum ſuſceptiuum vtriuſq; priuationis cõiunctę, & tunc non habet vnum nomen, ſed vel omnino remanet innominatum, ſicut quod nec bonum, nec malum eſt. quod multipliciter contingit, vel habet diuerſa nomina. Sicut hoc qđ dicim᷒ ꝙ neque album, neq; nigrum eſt. hoc. n. nõ eſt aliquid unũ. Sed ſunt quidam colores indeterminati, in quibus prædicta negatio priuatiua dr̃. neceſſe eſt enim ꝙ id quod neque eſt album, nec nigrum, aut eſſe pallidum, aut croceum, aut aliquid tale. Deinde cum dicit.

l ¶ Excludit ſm prædicta quorundam irriſionem de hoc ꝙ id quod nec bonum, nec malum eſt, ponitur medium inter bonũ & malum. Dicebant. n. ꝙ pari rõne poſſet aſſignari medium inter quæcunque. Dicit ergo, ꝙ cum dictum ſit, quod oportet eſſe aliquod ſuſceptiuum, ꝙ natum eſt eſſe vtrumlibet extremorum in his, in quibus medium prædicto modo aſſignatur per abnegationem vtriuſque, manifeſtum eſt ꝙ non recte increpant in aſſignatione huiuſmodi medii illi, qui opinantur ſe qui. quod ſimiliter poſſet dici in omnib. puta ꝙ calcei & manus ſit medium, ꝙ nec calceus, nec manus eſt, quia quod nec bonum nec malum eſt, medium eſt boni & mali, ꝙ propter hunc modum quorumlibet ſit futurum aliquod medium. Sed hoc non eſt ne eſſe accidere quia illa coniũctio negationum, quæ perficit mediũ, eſt oppoſitorum, quæ habẽt aliquod medium, & quæ ſunt in vna diſtãtia, quia ſi unius generis extrema &c. Sed aliorum, de quib. ipſi inducunt, ſicut calcei & manus, non eſt talis differentia ꝙ ſint in vna diſtãtia, quia ſunt in alio genere, quorũ negationes ſimul accipiuntur. Vnde non eſt aliquid unum, quod ſubiiciatur huiuſmodi negationib. & ſic inter talia non eſt accipere medium.

part. 10.

part. 11.

neque paruum, aptum natum magnum & paruum eſſe, & opponitur ambobus, vt negatio priuatiua.

nec paruum ſit, natura tamen aptum eſt magnum, aut paruum eſſe. & ambobus, tamquam priuatiua negatio opponitur.

K Quapropter & medium eſt. & quod neque malum, neque bonum opponitur ambob. ſed innominatum. Multipliciter. n. dr̃ vtrunque, & non eſt vnum ſuſceptiuũ, ſed magis quod neque album, neque nigrum. Vnũ vero non hoc dr̃, ſed determinati coloris, in quibus dicitur priuatiue negatio hæc. Nam neceſſe aut pallidum, aut rubeum eſſe, aut tale aliquid aliud.

G *Ideo & medium eſt. & quod nec bonum, nec malum eſt, ambobus opponitur, uerum innominatum eſt. multipliciter nanque utrunque dicitur, & ſuſceptiuum non eſt unum, ſed magis, quod nec album, neque nigrum. neque tamen hoc dicitur unum, ſed determinati quodammodo colores ſunt, de quibus priuatiue hęc negatio dicitur. neceſſe eſt enim, aut fuſcum, aut pallidũ aut huiuſcemodi aliquid determinatum eſſe.*

l Quare, non recte increpãt opinantes ſimiliter dici omnia, vt ſi calcei & manus medium, quod neque calceus, neque manus: quoniam quidem & quod neq; bonum, neque malum, boni & mali, tanquam omnium futuro aliquo medio. Non neceſſe autẽ accidere hoc. Hæc quidẽ oppoſitorum cõnegatio eſt, quorum eſt medium aliquod, & diſtantia aliqua nata eſt eſſe, horum autem non eſt differentia. nam in alio genere, quorum connegationes. Quare non unum quod ſubiicitur.

H *Quare non recte reprehendunt, qui ſimiliter putant omnia dici. vt calcei & manus medium ſit, quod neque calceus, neque manus eſt, quandoquidem & quod nec bonum, nec malum eſt boni & mali, ac ſi omnium eſſet aliquod medium. Verum non eſt neceſſe ut hoc accidat. etenim hæc negatio ſimul oppoſitorum eſt, & quorum aliquod medium, ac aliqua diſtantia natura apta eſt eſſe. illorum autem non eſt differentia. in alio enim genere ea ſunt, quorum ſimul erant negationes. quare quod ſubiicitur, non eſt unum.*

I

LECTIO VIII.

LECTIO XIII.

Tex. cõ. 20. part. 1.

part. 2.

SImiliter autem, & de uno & de multis dubitabit utique aliquis. Nam, ſi multa ſimpliciter uni opponuntur, accidunt quædam impoſſibilia.

SImiliter autem de uno & multis quiſpiam dubitare poſſit. Etenim ſi multa uni ſimpliciter opponũtur, accidunt quædam impoſſibilia.

b Nam unum paucum, aut pauca erit. nam multa paucis opponuntur. Amplius ipſa duo ſunt multa (ſi duplex multiplex) dicitur autem multiplex ſm duo: quare unum paucum. Ad quid enim ſunt multa ipſa duo niſi ad vnum & paucum. nihil enim eſt minus.

K *Vnum etenim paucum, aut pauca erit, multa etenim paucis opponuntur. Præterea duo ſunt multa (ſiquidem duplex multiplex), dicitur autem duplum a duobus, quare ipſum unum paucum erit. ad quid enim ipſa duo dicerentur multa, niſi ad unum & paucum: nihil namque eſt minus.*

L E C T. VIII.

POſtquam proſecutus ẽ philoſo. quæſtionem, quæ mota fuerat de oppoſitione æqualis ad magnũ, & paruum. hic proſequitur quęſtionẽ motam de oppoſitione uni᷒ ad multa. & circa hoc duo facit. Primo, obiicit ad quæſtionem. Secundo determinat ueritatem, ibi. [Sed forſan multa dicũtur &c.] Circa primum tria facit. Primo aſſignat rõnẽ dubitationis dicens, ꝙ ſicut dubitabile eſt de oppoſitione æqualis ad magnũ & paruũ, ſimiliter quidẽ põt dubitari de uno & multis, vtrũ opponãtur adinuicẽ. Et rõ dubitationis eſt, quia ſi multa abſq; diſtinctione opponãtur uni, ſequunt̃ quędã impoſſibilia, niſi diſtinguatur de multo, ſicut ipſe poſt diſtinguit. Infra part. 4. 1. part. q. x. a

b ¶ Probat ꝙ dixerat. Probat. n. ꝙ ſi vnũ opponit̃ multis ꝙ vnum ſit paucum, vel pauca. Et hoc duabus rõnib᷒, quarũ prima talis eſt. Multa opponuntur paucis: ſi igitur multa opponuntur uni ſimpliciter ſine diſtinctione, cum unum uni ſit contrarium, ſequitur ꝙ unũ ſit paucum uel pauca. Secunda ratio talis eſt, Duo ſunt multa. Quod probatur ex hoc, quod duplex eſt multiplex. ſed multa opponuntur paucis. Ergo duo opponuntur aliquibus paucis. Sed duo non poſſunt eſſe multa ad aliquid paucum, niſi ad unum. nihil enim minus eſt duobus, niſi unum. Sequitur igitur quod unum ſit paucum.

Oſten-

c Amplius, ſit vt in longitudine productum & breue, ſic in multitudine multum, & paucũ, & quodcunque fuerit multũ, & multa, & multa, & multum, ſi nõ aliquid differat forte in continuo bene terminabili, paucum multitudo quędam erit. Quare vnum multitudo quædam eſt, ſiquidem eſt & paucum. hoc autem neceſſe, & ſi duo ſunt multa. B

d Sed forſan multa dicuntur quidem, vt & multum, ſed vt differens; velut aqua eſt multum, multa autẽ non, ſed quęcunq; diuiſa in his dicuntur.

e Vno quidẽ modo, ſi fuerit multitudo habens excedẽtiã, aut ſimpliciter, aut ad aliquid, & paucum ſimiliter, multitudo defectum habens. hoc aũt vt numerus, quod & opponitũ vni ſolum. ita.n. dicimus vnũ, aut multa, vt ſi quis dicat vnũ, & pluraliter vna, vt albũ, & alba, & menſurata ad metrum. i. menſura & menſurabile. Sic & multiplicia dicuntur. Multa.n. vnuſquiſq; numerus, quia vnũ & quia menſurabile vno vnuſquiſq; & vt qđ opponitur vni, nõ pauco. Sic igitũ ſunt multa, & ipſa duo, vt autẽ multitudo habens excedentiã, aut ad aliquid, aut ſimpliciter, nõ ſunt, D ſed primum pauca ſimpliciter ipſa duo. Multitudo enim eſt quòd defectum habens prima.

f Quapropter non recte dixit Anaxagoras, cum dixiſſet, quia ſimul omnes res erant infinitæ & multitudine, & paruitate. Oportebat autem dicere, & paruitate pro & paucitate: nõ enim infinitæ, quoniam paucum, non propter vnũ, vt quidam dicunt, ſed propter duo. E

Præterea, ſi ut in longitudine longũ & breue, ita in multitudine multum & paucum, & quodcunque ſit multũ & multa, & rurſus quę multa etiam multum. niſi ergo in continuo facile terminabili differat, quod paucum eſt, quædam multitudo erit. quare ipſum unum multitudo quædam eſt, ſiquidem & paucũ. hoc uero eſſe eſt, ſi ipſa duo multa ſunt.

Verum fortaſſis multa dicuntur quidem, ſicuti & multum, ſed ut differens; ueluti aqua multum, multa uero minime. ſed quæcunque diuiſibilia sũt in his dicuntur.

Vno quidem modo, ſi qua multitudo ſit, exceſſum aut ſimpliciter, aut ad aliquid habens; paucumque ſimiliter, multitudo defectum habens. alio uero ut numerus, qui ſolum uni opponitur. C *ita enim dicimus unum, aut multa, quemadmodum ſi quis dicat unum & ipſa una, aut album & ipſa alba, & menſurata ad menſuram & menſuratum. ſic & multiplicia dicuntur. multa namque unuſquiſque uno numerus, quia unius, & quia unuſquiſque menſurabilis, et tanquam uni, non pauco oppoſitus. Hoc itaq; modo multa ſunt, & ipſa duo. tanquam uero multitudo, aut ad aliquid, aut ſimpliciter exceſſum habens non ſunt, ſed prima, ſimpliciter uero ſunt pauca ipſa duo;* D *multitudo namque eſt prima defectũ habens.*

Quare, non recte fuerit dicens Anaxagoras, quòd ſimul cunctę res erant, multitudine & paruitate infinita, oportebat namque pro paruitate dicere, & paucitate. non enim infinitę, cũ paucum non propter unum, ut quidã aiunt, ſed propter duo.

c ¶ Oſtendit hoc eſſe impoſſibile, ſcilicet quòd unum ſit paucum. Ita.n. ſe habent unum & paucum ad pluralitatem, ſicut productum & breue ad longitudinem. vtraque.n. vtriuſq; propriæ paſſiones ſunt. Sed omne breue eſt longitudo quędam: ergo omne paucum eſt pluralitas quædam. Si ergo vnũ eſt paucum, quod neceſſe videtur dicere, ſi duo

part. 3. ſunt multa, ſequitur q̃ vnum ſit quędam pluralitas. Et ita vnũ erit non ſolum multum, ſed etiam multa. Nam omne multum eſt etiam multa, niſi forte hoc differat in humidis facile diuiſibilibus, vt ſunt aqua, oleum, aer, & huiuſmodi, quæ nominat hic continua bene terminabilia.

part. 4. Nam humidum eſt, quod bene terminatur termino alieno. In talibus enim etiã aliquid continuũ dicitur multum, ſicut multa aqua, vel multus aer, quia propter

par. 5. facilitatẽ diuiſionis ſunt propinqua multitudini. Sed, cum horum aliquid eſt continuum, ita dr̃ eſſe multum ſingulariter quòd non dicitur eſſe multa pluraliter. ſed in aliis non dicimus multũ, niſi quãdo ſunt diuiſa actu, non enim ſi lignum ſit continuum, dicimus, quòd ſit multũ, ſed magnum. Diuiſione autem actu adueniente, non ſolum dicimus, q̃ ſit multum, ſed quòd etiam ſit multa. In aliis igitur non differt dicere multũ, & multa, ſed ſolum in cõtinuo bene terminabili. Si igitur vnũ ſit multũ, ſequitur q̃ ſit multa: quod eſt impoſſibile. Deinde cũ dicit.

par. 6. d ¶ Soluit propoſitã dubitationem. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, q̃ multum non eodẽ modo opponitur vni, & pauco. Secundo oſtendit qualiter multum opponitur vni, ibi [Opponitur itaque vnum

ibi. par. 7. multis, &c.] Circa primum duo facit: Primo ſoluit propoſitam dubitationem. Secundo ex dictis excludit quendam errorem, ibi [Quapropter non recte &c.] Duo aũt ſuperius in

par. 8. obiiciendo tetigerat, ex quib. impoſſibile hoc ſequi videbatur ſcilicet, quòd multum ſit multa, & q̃ multa opponantur paucis. Primo ergo manifeſtat primum dicens, quòd forſan in quibuſdam multa dicuntur indifferenter, ſicut & multum. Sed in quibuſdam multum, & multa accipiuntur, vt aliquid differens, ſcilicet in continuo bene terminabili, ſicut de vna aqua continua dicimus, quòd eſt aqua multa, & nõ quòd ſunt aquę multæ. Sed in his, quæ ſunt diuiſa actu, quęcunque ſint illa, in his differenter dicitur, & multum & multa.

e ¶ Manifeſtat ſecundũ ſcilicet qualiter multa opponãtur paucis dicens, quod multa dicuntur dupliciter. Vno enim modo ſignificãt pluralitatem excedẽtem, vel ſimpliciter, vel per re- A ſpectum ad aliquid. Simpliciter quidem, ſicut dicimus aliqua eſſe multa, eo quod excedunt pluralitatem, quę ſolet communiter in rebus ſui generis reperiri: ut ſi dicamus multã pluuiã, quando vltra communem curſum pluit. Per reſpectum autem ad aliquid, ut ſi dicamus decẽ homines multos in comparatione ad tres. Et ſimiliter paucum dr̃ [pluralitas habens defectum] i. deficiens a pluralitate excedente. Alio modo dicĩ multum abſolute, ſicut numerus dicitur quędam multitudo, & ſic multum opponitur tantũ uni, non autem pauco. Nam multa ſecundum hanc ſignificationẽ ſunt quaſi plurale eius, quod dicitur vnum, ut ita dicamus vnum & multa ac ſi diceremus unũ & una pluraliter, ſicut dicimus album & alba, & ſicut menſurata dicuntur ad menſurabile. nam multa menſurãtur per unum, ut infra dicetur. Et ſecundum hanc ſignificationem, a multis dicuntur multiplicia. Manifeſtũ eſt enim, quod ſecũdum quẽlibet numerum dicitur aliquid multiplicitur, ſicut a binario duplum: & a ternario, triplum. & ſic de aliis. Vnuſquiſque enim numerus eſt multa hoc modo, quia refertur ad unũ, & quia quodlibet mẽſurabile eſt uno. Et hoc ſecundum q̃ multa opponuntur uni, non autem ſm̃ quod opponuntur pauco. unde & ipſa duo, quę ſunt numerus quidam, ſunt multa ſecundum q̃ multa opponuntur uni. Sed ſecũdũ q̃ multa ſignificant pluralitatem excedẽtem, duo nõ ſunt multa, ſed ſunt pauca. nihil enim ẽ paucius duobus, quia unum non eſt paucum, ut ſupra probatum eſt. Paucitas enim eſt pluralitas habent defectum. Prima uero pluralitas hñs defectũ eſt dualitas. vñ dualitas eſt prima paucitas. Deinde cũ dicit,

f ¶ Excludit ſecundum prædicta quendam errorem. Sciendum eſt enim, quod Anaxagoras poſuit generationem rerum fieri per extractionẽ. Vnde poſuit a principio omnia exiſtere ſimul in quodam miſto, ſed intellectus incœpit ſegregare ab illo miſto ſingulas res. & hæc eſt rerum generatio. Et quia generatio ſm̃ eum eſt in infinitum, ideo poſuit quod res in illo miſto exiſtentes infinitatem habebant. Dixit igitur, quod ante diſtinctionem rerum omnes res eſſent ſimul infinitæ quidem & pluralitate, & paruitate. Et q̃ quidem infinitũ in paruitate, & pluralitate poſuit, recte dictom eſt, quia in quantitatibus continuis inuenitur infinitum per diuiſionem, quam quidem infinitatem ſignificauit per paruitatem. In quantitatibus autem diſcretis, inuenitur infinitum per additionem, quam quidem ſignificauit

Tex. cõ. [illegible]

ficauit per pluralitatem. Cum igitur hic recte dixiſſet deſtitit ab hoc ſuo dicto non recte. viſum enim fuit ei poſtmodum, ꝙ loco eius, quod dixit paruitatem, debuit dicere & paucitatem. Quæ quidem correptio ideo non recta ſuit, quia res non ſunt infinitæ paucitate. eſt enim inuenire paucum primum ſcilicet duo, non autem unum, ut quidam dicunt. (Tex. cō. 11. par. 7.) Vbi enim eſt inuenire aliquid primum, non proceditur in infinitum. ſi autem unum eſſet paucum, oporteret in infinitum procedere. ſequeretur enim, quod vnum eſſet multa, quia omne paucum eſt multum vel multa, vt ſupra dictum eſt. Si autem unum eſſet multa, (par. 8.) oporteret eſſe aliqd minus eo quòd eſſet paucum. & illud uerum oporteret eſſe multum, & ſic in infinitum abiretur.

g Opponitur itaq; unum multis, ut metrum menſurabili: hoc autem ut quæ ad aliquid, quæcunque non ſecũdum ſe eorũ, quę ad aliquid. Diuiſum eſt autem a nobis in aliis, quia dupliciter dicuntur quæ ad aliquid. Alia nãque vt contraria, alia ut ſcientia ad ſcibile: quia dicitur aliquid aliud ad ipſum.

Opponuntur autem unum & multa, quę in numeris, ut menſura menſurato: hæc uero, ut ea, quæ ad aliquid, quęcunque eorum, quę ad aliquid non ſecundum ſe. diſtinctum autem a nobis in alijs eſt, quod ea, quę ad aliquid, dupliciter dicuntur. quędam ut contraria, quędam ut ſcientia ad ſcibile, eò quòd aliud dicatur ipſum.

G

h Vnũ uero, eſſe minus aliquo puta duobus, nihil prohibet: nõ enim ſi minus, & paucum. Multitudo autẽ quaſi genus eſt numeri, eſt enim numerus multitudo uno mẽſurabilis. Et opponuntur aliqualiter, unum & numerus, non ut contrarium, ſed ſicut dictum eſt, eorum, quę ad aliquid quædam. Inquantum .n. metrum, hoc autem menſurabile, ſic opponuntur. Quapropter, non omne quodcunque fuerit unum, numerus eſt, puta ſi quid indiuiſibile eſt.

Vnum uero aliquo minus eſſe, utputa duobus nihil prohibet. non enim ſi minus eſt, etiam paucum eſt. Multitudo autem quaſi genus numeri eſt. numerus etenim, eſt multitudo, vno menſurabilis. Et quodam modo unũ & numerus opponuntur, non ut contraria, ſed quemadmodum dictum eſt ut quędam eorum, quæ ad aliquid. quatenus enim hoc quidem menſura, illud uero menſurabile, eatenus opponuntur. Ideo non omne, quod unum ſit, numerus eſt. utputa, ſi quid indiuiſibile ſit.

H

i Similiter autem dicta ſcientia ad ſcibile, non ſimiliter aſſignatur. Videbitur. n. utique ſcientia ad metrum eſſe, ſcibile uero quod menſuratur. Accedit autem ſciẽtiam quidem omnẽ ſcibile eſſe, ſcibile uero non eſſe ſcientiam, quia modo quodã ſcientia menſuratur ſcibili.

Cum autem ſimiliter dicatur ſciẽtia ad ſcibile, nò ſimiliter aſſignatur. videri nanque poſſit ſcientia quidem menſura eſſe, ſcibile uero quod menſuratur. accidit autem omnem quidẽ ſcientiã ſcibile eſſe, ſcibile non omne ſcientiam eſſe, eò quòd modo quodam ſcientia ſcibili menſuratur.

I

(Tex. cō. 10. par. 10.) k Pluralitas aũt nec pauco eſt cõtraria, ſed huic quidẽ multũ ſicut excedens multitudo exceſſæ multitudini. Neque ipſi vno.

Multitudo autem neque pauco cõtraria eſt, ſed huic multum, tanquã excedens multitudo exceſſę multitudini, nec uni omnino, ſed hoc quidem,

Deinde cum dicit.

g ¶ Oſtendit quomodo unum, & multa opponantur. & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, ꝙ unũ opponitur multis relatiue. Secundo oſtẽdit quòd multitudo abſoluta non opponitur pauco. ibi [Pluralitas autem.] Circa primum tria facit. Primo oſtendit quòd (par. 9.) unũ opponitur multis relatiue, dicens, ꝙ unũ opponitur multis, ſicut menſura mẽſurabili, quæ quidem opponuntur ut ad aliquid: non tamen ita, quòd ſit de numero eorũ quæ ſunt ad aliquid ſecũdum ſeipſa. Supra enim in Quinto dictum eſt, quòd dupliciter dicũtur aliqua eſſe ad aliquid. Quędam nanque referuntur adinuicem ex ęquo, ſicut dominus & ſeruus, pater & filius, magnũ & paruum, & hæc dicit eſſe ad aliquid ut contraria: & ſunt ad aliquid ſecundum ſeipſa, quia vtrunque eorum hoc ipſum quid eſt, ad alterum dicitur. Alia uero ſunt ad aliquid, non ex æquo, ſed unum eorum dicatur ad aliquid, non quòd ipſum referatur, ſed quia aliquid refertur ad ipſum, ſicut in ſcientia, & ſcibili contingit. Scibile enim dicitur relatiue, non quia ipſum refertur ad ſcientiam, ſed quia ſcientia refertur ad ipſum. Et ſic patet, quod huiuſmodi non ſunt relatiua ſecundum ſe, quia ſcibile nõ hoc ipſum quod eſt, ad alterum dicitur, ſed magis aliud dicitur ad ipſum.

h ¶ Manifeſtat qualiter unum opponitur multis, ut menſura menſurabili. Et quia de ratione menſuræ eſt, quod ſit minimum aliquo modo, ideo primo dicitur, quòd unum eſt minus multis, & etiã duobus, licet non ſit paucum, non enim ſequitur, ſi aliquid ſit minus, quòd ſit paucum, licet de ratione pauci ſit quòd ſit minus, quia omnis paucitas pluralitas quædam eſt. Sciendum uero eſt, quòd pluralitas, ſiue multitudo abſoluta, quæ opponitur uni quod conuertitur cum ente, eſt quaſi genus numeri, quia numerus nihil aliud eſt, quàm pluralitas & multitudo menſurabilis uno. Sic igitur vnum ſecundum quòd ſimpliciter dicitur ens indiuiſibile, conuertitur cum ente: ſecundum autem quòd accipit rationem menſurę, ſic determinatur ad aliquod genus quantitatis, in qua proprie inuenitur ratio menſuræ. Et ſimiliter pluralitas uel multitudo, ſecundum quod ſignificat entia diuiſa, non determinatur ad aliquod genus. Secundum autem quod ſignificat aliquid menſuratũ, determinatur ad genus quãtitatis, cuius ſpecies eſt numerus. Et ideo dicit, quod numerus eſt pluralitas menſurata uno, & quòd pluralitas eſt quaſi genus numeri. Et non dicit quòd ſit ſimpliciter genus, quia ſicut ens, genus non eſt, proprie loquendo, ita nec unum, quod conuertitur cum ente, nec pluralitas ei oppoſita: ſed eſt quaſi genus, quia habet aliquid de ratione generis, inquantum eſt communis. Sic igitur accipiendo unũ, quod eſt principium numeri, & habet rationem menſuræ. & numerũ, qui eſt ſpecies quantitatis, & eſt multitudo menſurata uno: opponuntur unum & multa, non vt contraria, ut ſupra dictum eſt de uno, quod conuertitur cũ ente, & de pluralitate ſibi oppoſita, ſed opponuntur ſicut aliqua eorum, quæ ſunt ad aliquid, quorum ſcilicet unum dicitur relatiue, quia alterũ refertur ad ipſum. Sic igitur opponitur unum & numerus, inquantum unum eſt menſura, & numerus eſt menſurabilis. Et quia talis eſt natura horũ relatiuorum, quòd unum poteſt eſſe ſine altero, ſed nõ econuerſo, ideo hoc inuenitur in uno & numero, quia ſi eſt numerus, oportet ꝙ ſit unum, ſed non oportet quòd ubicunque eſt unum, quòd ſit numerus: quia ſi eſt aliquid indiuiſibile ut punctus, ibi eſt unum, & non numerus. In alijs uero relatiuis, quorum utrunque ſecundum ſe dicitur ad aliquid, neutrum eſt ſine reliquo. Non enim eſt ſine ſeruo dominus, nec ſeruus ſine domino.

i ¶ Manifeſtat ſimilitudinem relationis ſcibilis ad ſcientiam, & unius ad multa dicens, quòd cum ſcientia ſimiliter ſecundũ rei ueritatem dicatur ad ſcibile, ſicut numerus ad unum, non ſimiliter aſſignatur a quibuſdam. quia uidetur quibuſdam, ſicut Pythagoricis, ſicut ſupra dictum eſt, quòd ſcientia ſit menſura & ſcibile menſuratum. (Tex. cō. 5.) Sed contrarium apparet. Dictum eſt enim, quod ſi eſt unum, quod eſt menſura, non eſt neceſſe numerum eſſe. qui eſt menſuratum, ſed econuerſo. videmus autem, quod ſi eſt ſcientia, oportet ſcibile eſſe. Non autem oportet ſi eſt aliquid ſcibile, quòd ſit eius ſcientia. vnde apparet, quod magis ſcibile eſt ſicut menſura, & ſcientia ſicut menſuratum. Quodam enim modo menſuratur ſcibili ſcientia, ſicut numerus uno. Ex hoc enim vera ſcientia rei habetur, quòd intellectus apprehendit rem ſicuti eſt. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit ꝙ pluralitas vel multitudo abſoluta, non opponitur pauco dicens: Dictum eſt, quòd pluralitas ſecundum quod eſt menſurata, opponitur vni ut menſurę, ſed non eſt contraria pauco. Sed pauco, quod ſignificat pluralitatem exceſſam opponitur multum, quod ſignificat pluralitatẽ excedentẽ. Similiter & pluralitas, non uno modo opponitur uni, ſed dupliciter.

Vno

K

Vno modo, ſicut ſupra dictum eſt, opponitur ei ut diuiſibile indiuiſibili. Et hoc ſi accipiatur communiter unum, quod conuertitur cum ente, & pluralitas ei correſpondens. Alio modo opponitur pluralitas uni, ut ad aliquid, ſicut ſcientia ad ſcibile. Et hoc dico ſi accipiatur pluralitas quæ eſt numerus, & unum, quod habet rationẽ menſuræ, & eſt principium numeri.

LECTIO IX.

POſtquam Philoſophus determinauit de contrariis, hic determinat de medijs contrariorum. & circa hoc duo facit. Primo proponit de quo eſt intentio, dicens quia contrariorum contingit aliqd eſſe medium, ut ſupra dictum eſt: & quædam contrariorum mediũ habẽt: oſtendendũ eſt ꝙ neceſſe eſt media eſſe ex contrariis. Non autem hoc ſolum oſtendit, ſed & quædam alia, quæ ad huius probationẽ ſunt neceſſaria.

Text. co. 13. par. 1.

part. 2.

Text. co. 15.

b ¶ Proſequitur ſuã intentionem; & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quòd media ſunt in eodẽ genere cum contrariis. Secundo oſtendit, ꝙ media ſunt inter contraria tantum, ibi. [At uero media &c.] Tertiò vero oſtendit, quòd media componunt ex contrariis, quod eſt principaliter intentum, ibi. [Si uero ſunt in eodẽ genere.] Dicit ergo primo, ꝙ omnia media ſunt in eodẽ genere cum his, quorũ ſunt media. Qđ ſic probat. Quia hæc eſt diffinitio mediorum, ꝙ media ſunt inter quæ prius venit illud, qđ mutatur de uno extremorum quam in alterum extremum. Et hoc manifeſtat per duo exẽpla. Primũ quidẽ in ſonis. Sunt enim quidam ſoni graues, & quidã acuti, & quidam medij. & ſecundum hanc diſtinctionem ſonorum, diſtinguũtur chordæ in muſicis inſtrumentis. Illæ enim chordæ, quæ reddunt graues ſonos, dicuntur hypothæ, quia principales. Illæ uero, quæ reddunt acutos ſonos, dicuntur netæ. Si igitur Muſicus paulatim a grauibus ad acutos deſcendere uelit, quod eſt tranſire per mediam rationem, neceſſe eſt quòd prius ueniat ad ſonos medios. Secundo autem manifeſtat in coloribus. Si enim aliquid mutatur ex albo in nigrum, oportet quod primum ueniat ad medios colores quàm ad nigrum. & ſimiliter eſt in alijs medijs. Sic igitur patet, quod de medijs fit tranſmutatio ad extrema, & econuerſo. Sed in his, quæ ſunt in diuerſis generibus, non fit tranſmutatio

part. 3.

part. 5.

part. 4.

omnino, ſed hoc quidem, ut dictũ eſt, quia diuiſibile, illud aũt quia indiuiſibile. Hoc aũt vt ad aliqđ, ut ſcientia ſcibili, ſi fuerit merus, unum uero metrum.

LECTIO IX.

QVoniam autem contrariorum contingit medium eſſe aliquid, & quorundam eſt, neceſſe ex contrariis eſſe.

b Omnia nanque media in eodem ſunt genere, & quorũ ſunt media. Media enim hæc dicimus in quæcunque permutari prius eſt neceſſe quod permutatur, ut ab hypate in neten ſi tranſit per mediam rationem, ueniet prius ad medios ſonos. Et in coloribus, ſi ueniet ex albo in nigrum, prius ueniet ad puniceũ & ad plumbeum, quam ad nigrum. Similiter autẽ & in aliis. Permutari uero ex alio genere in aliud genus non eſt, niſi ſecundum accidens, ut ex colore in figuram. Neceſſe eſt ergo media, & quorum ſunt media, in eodem genere eſſe.

c At uero omnia media ſunt oppoſitorum quorundam. Ex his enim ſolis ſecundum ſe eſt permutari. Quapropter impoſſibile eſt eſſe media non oppoſitorum. eſſet enim permutatio & non ex oppoſitis.

d Oppoſitorum enim contradictionis quidem medium non eſt. hæc enim eſt contradictio, oppoſitio eius cuicunque adeſt altera pars non habentis mediũ ullum. Cæterorum uero alia ad aliquid, alia ut priuatiua, alia contraria. Eorum uero, quæ ad aliquid, quæcunque non cõtraria, non habent media. Cauſa uero, quia non in eodem genere ſunt. quid enim ſcientiæ & ſcibilis medium? ſed magni & parui.

A in inuicem niſi per accidens, ſicut patet in colore & figura. non enim mutatur aliquid de colore in figuram, aut econuerſo, ſed de colore in colorem, & de figura in figuram. Vnde neceſſe eſt quod media & extrema ſint in eodem genere. Deinde cum dicit.

ut dictum eſt, quod diuiſibile, hoc indiuiſibile, tanquam ad aliquid, quemadmodum ſcientia ſcibili, ſi fuerit numerus, unum uero menſura eſt.

LECTIO IX.

B *CVm uero contrariorum contingat aliquid medium eſſe, & quorundam ſit, neceſſe ex contrarijs media eſſe.*

Omnia enim media, & illa, quorum media ſunt, in eodem genera ſunt. Media nanque illa dicimus, in qua neceſſe eſt prima tranſmutari, quod tranſmutatur. utputa ſi ab ultima ad primam paulatim pertranſeat, prius ad medios ſonos ueniet. & in coloribus, ſi ex albo ad nigrum ueniat, prius ad puniceum, & fuſcum, quam ad nigrum ueniet. ſi-
C *militer autem & in alijs. Tranſmutari uero ex alio genere in aliud genus non eſt niſi ſecundum accidens, ut ex colore in figuram. neceſſe igitur ut media & ſibi inuicem, & quorum media ſunt, in eodem genere ſint.*

At uero omnia aliquorum oppoſitorum ſunt. ex his nanque ſolis per ſe tranſmutari eſt. Quare impoſſibile eſt
D *media eſſe non oppoſitorum, eſſet nanque profecto tranſmutatio etiam ex non oppoſitis.*

Oppoſitorum uero contradictionis quidem nullum eſt medium. Hoc enim eſt contradictio, oppoſitio, cuius cum nihil habeat medium, cuicunque altera pars adeſt. Cæterorum uero quædã ad aliquid, quædam priuatio, quædam contraria ſunt. Eorum uero, quæ ad aliquid, quæcunque non ſunt contraria, non habent medium. cauſa uero, quia
E *non in eodem genere ſunt. quid nanq; ſcientiæ & ſcibilis medium? uerum magni & parui eſt.*

c ¶ Oſtendit quod media ſint inter cõtraria. & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quod media neceſſe eſt eſſe inter oppoſita. Secũdo inter quæ oppoſita, quia inter contraria, ibi. [Oppoſitorũ uero.] Dicit ergo primo ꝙ omnia media neceſſe eſt eſſe inter oppoſita. Quod ſic probat. Quia ſolum ex oppoſitis per ſe loquẽdo ſiũt mutationes, vt probatur in Primo Phyſi. Ex nigro n. aliqđ fit album ꝑ ſe loquendo. Dulce aũt nõ fit ex nigro niſi per accidens, in quantũ dulce cõuenit eſſe albũ. Sed media ſunt inter illa, ex quibus ẽ mutua trãſmutatio, ſicut ꝑ diffinitionem mediorũ ſuprapoſitam patet. Impoſſibile ẽ ergo ꝙ media ſint nõ oppoſitorum, quia ſequeretur quod eſſet permutatio non ex oppoſitis. Deinde cum dicit.

part. 4.

Tex. cõ. 43 & inde. & 5. Phyſic. Tex. com. 6. & inde.

d ¶ Manifeſtat inter q̃ oppoſita poſſint eſſe media dicens, ꝙ inter oppoſita in cõtradictione nullo modo põt eẽ medium. Contradictio n. eſt oppoſitio, cuius altera pars ex neceſſitate adeſt cuicunq; ſubiecto, ſiue ſit ens, ſiue nõ ens. De quolibet n. ente uel non ente, neceſſe ẽ dicere quod ſedet, uel nõ ſedet. & ſic patet, quod contradictio nullũ habet mediũ. Sed aliorum oppoſitorũ alia ſunt ad aliqđ, alia priuatio & forma, alia ut contraria. Eorum aũt, quæ ſunt ad aliquid, quædam ſe habent, ut contraria, q̃ ex æquo adinuicem referuntur, & iſta habent mediũ. Quædam uero non ſe habent ut cõtraria, q̃ non ex æquo adinuicem referunt, ſicut ſcientia & ſcibile, & iſta nõ habent medium. Cuius cauſa eſt, quia media & extrema ſunt in eodem genere. Hæc autem non ſunt in eodem genere, cum unum ſm ſe referatur, ut ſcientia, non autem aliud, ut ſcibile. Quomodo ergo ſcientiæ & ſcibilis poteſt aliquid eſſe medium? Sed magni & parui poteſt eſſe [aliquid medium,] idest æquale, ut ſupradictũ eſt. Et ſimiliter eorum, quæ referuntur adinuicem, ut contraria. Quomodo autẽ ea, quæ opponuntur priuatiue habeant media, uel non habeãt, & quomodo hæc oppoſitio aliquo modo pertinet ad contrarietatem, hic tacet, quia ſupra expoſuit. Deinde cum dicit. Text. co. 15.

e Si vero ſunt in eodem genere media, ut oſtenſum eſt, & media contrariorum, neceſſe ipſa componi ex his contrariis.

f Nam erit aut aliquid genus ipſorum, aut nullum. Et ſi quidẽ genus erit, ita ut ſit prius aliquid contrariis, differentiæ priores contrariæ erunt, facientes contrarias ſpecies, ut generis. Ex genere.n. & differẽtiis, ſpecies. Vt ſi album & nigrum contraria: eſt autem hic quidem diſgregatiuus color, ille uero congregatiuus color: hę differentiæ cõgregatiuum & diſgregatiuum, priores. quare hęc contraria inuicem priora. At uero contrariæ differentiæ, magis ſunt contraria.

G

g Et reliqua & media ex genere erunt & differentiis. Vt quicunque colores albi & nigri ſũt medii, oportet, hos ex genere dici (eſt autem genus color) & ex differentiis quibuſdam. hæc uero non erunt prima contraria. Si autem non, erit unuſquiſque aut albus aut niger. altera igitur media. Ergo primorum contrariorum hæ erunt.

H

h Primæ aũt differentiæ cõgregatiuũ & diſgregatiuũ, quia hęc prima ſunt. Quęrendum aũt q̃cunq; contraria non in genere, ex quo media ipſorũ. Neceſſe.n. quæ ſunt in eodem genere, ex incompoſitis genere componi aut incompoſita eſſe. Contraria nãque incompoſita ſunt ex inuicẽ, quare principia. quæ autẽ ſunt intermedia, aut omnia, aut nullum: ex contrariis uero fit aliquid. quare erit trãſmutatio in hoc prius, q̃ in ipſa. utrinſque .n. & minꝰ erit & magis. mediũ igitur erit & hoc cõtrariorũ. Et alia igitur oĩa cõpoſita, q̃ ſunt media. nam huius quidem magis, iſtius uero minus, cõpoſitũ

I

K

Quod ſi media in eodem genere ſunt, ut oſtenſum eſt, & contrariorum media neceſſe eſt ipſa ex his contrariis componi.

Aut enim erit aliquod genus eorum, aut nullum. & ſi genus quidem ita erit, ut aliquid prius contrariis ſit, differentiæ priores contrariæ erunt, quæ faciunt contrarias ſpecies, tanquã generis. ex genere nanque & differentia ſpecies ſunt. ut puta ſi album & nigrum contraria ſunt: eſt autem illud ſegregatiuus color, hoc uero congregatiuus; hæ differentiæ congregatiuum & ſegregatiuum priores. quare priora inuicem contraria ſunt. at uero quę cõtrarię differentiæ ſunt, magis contraria ſunt.

Cætera quoque & media ex genere & differentiis erunt, vt puta quicunque colores medii inter album & nigrum ſunt, hos oportet ut & ex genere dicantur (eſt autem genus color) & ex quibuſdam differentiis: hæ vero non erunt prima contraria. quod ſi ſecus, unumquodque aut album, aut nigrum erit, ergo alię. medię igitur primorum contrariorum hę erunt.

Primę vero differentię ſegregatiuum & congregatiuum. Quare hoc primum quęrendum eſt, quęcunque contraria non in genere, ex quo media eorum. Quæ enim in eodem genere ſunt, neceſſe eſt, vt aut ex incompoſitis genere componantur, aut incompoſita ſint. & quidem contraria inuicem incompoſita, propterea quod principia ſunt. media vero, aut omnia aut nullum. ex contrariis vero aliquid fit. quare erit in hoc tranſmutatio, antequam in illa. vtroque enim & magis & minus erit. medium igitur contrariorum hoc etiam erit. Ergo cętera quoque media compoſita ſunt. id enim, quod uno minus, altero magis eſt, compoſitum ex illis quodam modo eſt, quorum vno minus, altero

e ¶ Oſtendit tertium, quod principaliter intendit, ſ. quod media ſunt compoſita ex contrariis, & circa hoc duo facit. Primo proponit quod intendit dicens, quod ſi media in eodem genere ſint cum extremis, ſicut oſtenſum eſt: & ſi iterum media ſint ſolum contrariorum, ut etiam oſtenſum eſt: neceſſe eſt media componi ex

Tex. cõ. 55. his contrariis, inter

part. 1. quæ ſunt.

f ¶ Probat propoſitũ: & circa hoc tria facit. Primo oſtendit quod contrariæ

part. 6. ſpecies habent priora contraria, ex quibus cõſtituuntur. quod ſic probat. Oportet enim quod contrariorum aut ſit aliquod genus, aut nullum: ſi autem nullũ genus eſſet contrariorum, non haberent medium: quia medium nõ eſt niſi eorum, quæ ſunt unius generis, ut ex dictis patet. Sed, ſi contrariorum, quorum ponitur mediũ, ſit aliquod genus prius ipſis contrariis, neceſſe eſt etiam, quod ſint differentię contrariæ priores ſpeciebus contrariis: quę faciant & conſtituant

part. 7. ſpecies cõtrarias ex ipſo genere uno. Species enim ex genere & differentiis conſtituuntur. Et hoc manifeſtat p exemplũ: ſicut ſi album & nigrum ſint contrariæ ſpecies, & habeant unum genus, quod eſt color, neceſſe eſt q habeant aliquas differentias conſtitutiuas, ita quod album

part. 8. ſit color diſgregatiuus viſus, nigrum uero color congregatiuus. Et ſic hæ differentiæ congregatiuũ & diſgregatiuum, ſunt priores albo & nigro. Vñ, cũ utrobique ſit contrarietas, manifeſtum eſt, q contraria ſunt ſeinuicem priora. contrariæ.n. differentiæ ſunt priores contrariis ſpeciebus. Et ſunt etiam magis contrariæ, quia ſunt cauſę contrarietatis ipſis ſpeciebus. Conſiderandũ tamen, quod diſgregatiuum & congregatiuum uiſus, non ſunt ueræ differentię conſtitutiuæ albi & nigri, ſed magis effectus eorum. Ponũtur tamen loco differentiarum, ſigna earum. Sicut interdum per accidentia, deſignantur differentiæ & formæ ſubſtantiales. Diſgregatio enim uiſus prouenit ex uehementia lucis, cuius plenitudo albedinem conſtituit. Et congregatio uiſus prouenit ex cauſa contraria.

g ¶ Oſtendit, quod etiam mediæ ſpecies habent priora media, ex quibus conſtituuntur dicens, q cum media ſint ſpecies euſdem generis. & oẽs ſpecies ex genere & differentia conſtituantur, neceſſe eſt, quod media conſtituantur ex genere & differentiis: ſicut quicunque colores ſunt medii inter album & nigrum, oportet hos diffiniri ex genere, quod eſt color, & ex quibuſdam differentiis. & hæ differentiæ, ex quibus conſtituuntur medii colores, non poſſunt eſſe [immediate prima contraria] .ſ. differentiæ contrariæ, quæ conſtituebant contrarias ſpecies albi & nigri: aliter oportet, quod quilibet color medius eſſet albus, aut niger. nam color congregatiuus eſt niger, & diſgregatiuus eſt albus. Oportet igitur quod differentiæ conſtitutiuę mediorum colorum, ſint alteræ a differẽtiis cõtrariis, quæ ſunt conſtitutiuæ contrariarum ſpecierum. Et quia ſicut ſe habent ſpecies ad ſpecies, ita ſe habent differentiæ ad differentias, oportet quod ſicut medii colores ſunt ſpecies mediæ inter ſpecies contrarias, ita differentiæ conſtitutiuæ earum ſint mediæ inter differentias contrarias, quæ dicuntur prima contraria. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit, quod mediæ differentiæ ex differentiis contrariis componũtur dicens, quod differentię primę cõtrarię, ſunt diſgregatiuum viſus & congregatiuum. vnde iſtæ differentiæ ſunt illud primum, ex quo cõponimus oẽs ſpecies generis ſed, ſi aliqua contraria nõ eſſent in eodem genere, quęrendum reſtaret, ex quo eorũ media conſtituerentur. Sed in his, quę ſunt in eodem genere, non eſt difficile hoc accipere, quia neceſſe eſt omnia q̃ ſunt in eodem genere [aut eſſe incompoſita] idest ſimplicia, aut componi [ex incompoſitis] .i. ſimplicibus quę ſunt in genere illo. Contraria enim ſunt incompoſita ex inuicem, quia nec album componitur ex nigro, neque nigrum ex albo, neque congregatiuum ex diſgregatiuo, neque ecõuerſo. Quare oportet, quod cõtraria ſint principia, quia ſimplicia in quolibet genere ſunt principia. Sed de mediis oportet dicere, quod aut omnia componantur [ex ſimplicibus] ideſt ex contrariis: aut nullum. quia eadem ratio videtur de omnibus. Sed non poteſt dici, quod nullum, quia aliquod eſt medium, quod componitur ex contrariis, ex quo contingit quod tranſmutatio primo peruenit ad media, quam ad extrema. Hoc autem ſic apparet, quia illud, in quod primo peruenit tranſmutatio, eſt magis & minus reſpectu vtriuſque extremorum. Prius enim aliquid fit minus album & minus nigrum, quam totaliter album,

&

& totaliter nigrum: & hoc ipſum quod eſt minus album, q̃ album ſimpliciter, & minus nigrum quam nigrum ſimpliciter. Eſt etiam magis accedens ad album, quam nigrum ſimpliciter, & magis accedens ad nigrum, quam album ſimpliciter. Et ſic patet, quod illud, in quod primo uenit tranſmutatio, eſt magis & minus reſpectu utriuſque extremorum. & propter hoc, oportet ꝙ ſic medium contrariorum. & ſic ſequit ꝙ omnia media ſint cõpoſita ex contrariis. Nam idem medium, quod ẽ magis & minus reſpectu utriuſque extremorum, o-

Te.com.24. portet eſſe compoſitum ex extremis ſimplicib. reſpectu quorum dicitur magis & minus. Et quia nõ ſunt aliqua extrema priora contrariis in eodem genere, relinquitur ꝙ duæ differentiæ contrariæ conſtitutiuæ medio a rum ſint compoſitæ ex contrariis. differẽtiis. Et ita media erunt ex contrariis. Quod patet, quia [omnia inferiora] .ſ. omnes ſpecies generis tam contraria q̃ media ſunt ex primis contrariis, .ſ. differentiis.

i ¶ Concludit epilogando, quod ſupra de mediis dictum ẽ. Et eſt litera plana.

eſt aliqualiter ex illis, quorum dicitur eſſe huius quidem magis, illius vero minus. Quoniam autem non ſunt alia priora eiuſdem generis contrariis. omnia utique ex contrariis media erũt. quare & inferiora omnia & contraria & media ex primis contrariis erunt.

i Quod quidem igitur media **B** & in eodem genere omnia, & intermedia contrariorum, & componuntur ex contrariis omnia palam.

magis dicitur eſſe. Cum uero contrariorum alia priora eiuſdem generis non ſint, omnia media profecto ex contrarÿs erunt. quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrarÿs erunt.

B *Et quidem quod cuncta media in eodem genere, & contrariorum media ſint, ac ex contrarÿs componantur, patet.*

LECTIO X.

a Diuerſum autem ſpecie ab aliquo diuerſum eſt. & oportet hoc ambobus ineſſe. ut ſi animal diuerſum eſt ſpecie, ambo animalia. neceſſe ergo in eodem genere eſſe diuerſa ſpecie. **C** Tale enim genus uoco, quo ambo unum & idem dicuntur, nõ ſecundum accidens habens differentiam, ſiue ut materia ens, ſiue aliter. Non ſolum enim oportet commune exiſtere, puta animalia ambo, ſed & alterum in talibus hoc ipſum animal, ut hoc quidem equum, illud uero hominem. propter quod hoc commune diuerſum abinuicẽ eſt ſpecie. erit itaque ſecundum ſe hoc tale quidẽ animal, illud **D** vero tale, ut hoc quidem equus illud uero homo. Neceſſe ergo differentiam hanc, diuerſitatem eſſe generis. dico enim generis differentiam, diuerſitatem, quæ diuerſum facit hoc ipſum.

LECTIO X.

Diuerſum autem ſpecie ab aliquo diuerſum aliquid eſt, & hoc ambobus ineſſe oportet. ut ſi animal ſpecie diuerſum, ambo animalia, neceſſe eſt igitur in eodem genere eſſe, quæ **C** *ſpecie diuerſa ſunt. Huiuſcemodi enim appello genus, quo vnum & idem ambo dicuntur, non ſecundum accidens differentiam habens, ſiue ut materia exiſtens, ſiue ut aliter. etenim non ſolum commune oportet exiſtere, ut ambo animalia, uerum etiam vtrique diuerſum hoc ipſum animal; ut hoc quidem equum, hoc uero hominem. quare hoc commune diuerſum ſpecie vicisſim eſt. erit itaque ſecundum ſe hoc quidem tale quid animal, hoc vero tale quid, ut hoc quidem equus, hoc uero* **D** *homo. Neceſſe igitur hanc differentiam generis diuerſitatem eſſe. dico namque differentiam generis diuerſitatem, quæ diuerſum hoc ipſum facit.*

LECTIO X.

a Quia Philoſophus ſuperius oſtendit contrarietatem eſſe differentiã quandam, differentia autem, uel eſt ſecundum genus, uel ſecundum ſpeciem, intendit hic Ariſtot. oſtendere quomodo contraria ſe habeãt ad hoc, ut differant genere & ſpecie. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtẽdit, quod differentia ſecundum ſpeciem pertinet ad contrarietatem. In ſecunda oſtendit, quomodo de quibuſdam contrariis aliter eſt, ibi. [Dubitabit autem aliquis quare fœmina &c.] Circa primum tria

Lect. seq. part. 1. facit. Primo, oſtendit quod differentia, quę facit differre ſpecie, eſt ſecundum ſe ipſius generis, quaſi ipſam naturam generis in diuerſas ſpecies diuidens. Secundo, oſtendit quod hoc conuenit contrarietati, ibi. [Contrarietas igitur hæc &c.] Tertio, concludit quoddam corollarium ex dictis, ibi. [Quare palam q

et 2. part. 3. ad id quod uocatur genus &c.] Dicit ergo primo, quod in omni diuerſitate ſecundum ſpeciem oportet duo accipere ſcilicet ut hoc ſit diuerſum ab aliquo, & ut ſit aliquid diuerſificatum per hæc duo: & hoc quod eſt diuerſificatum per hæc duo, oportet ineſſe ambobus.

Sicut animal eſt quod eſt diuerſificatum in diuerſas ſpecies, .ſ. in hoiem & equũ, & oportet ꝙ ambo ſcilicet homo & equus ſint aialia. Vnde patet, ꝙ neceſſe eſt ea, quæ ſunt diuerſa ſpẽ adinuicem, in eodem genere eſſe. Id enim uocatur genus, ꝙ eſt unum & idem ambobus, non ſecundum accidens de utroque prædicatum, neq; ſecundum accidẽs diuerſificatũ in utroque. Vnde oportet ꝙ habeat differentiam non ſecundum accidens, ſiue genus ponatur ens quaſi materia, ſiue qualitercunq; aliter. Hoc autem ideo dicit, quia aliter diuerſificatur materia

A per formas, & aliter genus per differentias. Forma enim nõ eſt hoc ipſum, quod eſt materia, ſed facit compoſitionem cum ea. vnde materia non eſt ipſum compoſitum, ſed aliquid eius. Differentia vero additur generi, non quaſi pars parti, ſed quaſi totum toti. unde genus eſt hoc ipſum quod eſt ſpecies, & non ſolum aliquid eius. ſi autẽ eſſet pars, non prędicaretur de ea. Sed tamen, quia totũ poteſt denominari an vna ſola parte ſua, puta ſi hõ denominetur habens caput, vel habens manus, cõtingit ipſum cõpoſitum ex materia & forma denominari. Et quidẽ nomẽ, quo aliqd totũ denominatur ab eo, quod eſt materiale in ipſo, eſt nomen generis. Nomen autem, quo denominatur a principio formali, eſt nomen differentiæ. Sicut homo nominatur animal a natura ſenſibili, rõnale uero a natura intellectiua. Sicut igitur habens manũ competit toti, licet manus ſit pars, ita genꝰ & differentia conueniũt toti, licet ſumantur a partibus. Si ergo conſideretur in genere & dria id, a quo vtrunque ſumitur, hoc modo genꝰ ſe habet ad differẽtias, ſicut materia ad formas: ſi autẽ conſideretur ſecundum quod nominant totum, ſic aliter ſe habent. Hoc tñ cõmune eſt vtrobique, ꝙ ſicut ipſa eſſentia materiæ diuiditur per formas, ita ipſa natura generis diuerſificatur per differẽtias. Sed hoc utrobique differt, quia materia eſt in utroque diuiſorum, non tamen eſt utrunque eorum. Genus autẽ vtrunque eorũ eſt, quia materia nominat partem, genus autem totum. Et ideo exponens quod dixerat, genus eſſe, quo ambo ſpecie differentia dicuntur vnum & idem, ſubiungit quod nõ ſolum oportet

E genus eſſe commune duobus differentibus ſecundum ſpeciẽ, ſicut quòd utrumque ſit animal, ſicut aliquid indiuiſum eſt cõmune diuerſis, vt eadem domus, aut poſſeſſio. ſed oportet hoc ipſum, quod eſt animal, eſſe alterum vtrumque, ita ꝙ hoc animal ſit equus, & hoc animal ſit homo. Et hoc dicit contra Platonicos, qui ponebant communia ſeparata, quaſi ipſa nec natura communis non diuerſificaretur, ſi natura ſpeciei eſſet aliqd aliud præter naturam generis. Vnde contra hoc concludit ex dictis, quod hoc ipſum, quod eſt commune, diuerſificatur ſecundum ſpeciem. Vnde oportet ꝙ commune, ut animal, ipſũ ſecundum ſe ſit hoc tale ſecundum vnam differentiam, & illud tale ſecundum aliam differentiam, ſicut quod hoc ſit equus, & illud homo. Et ita ſequitur, quod ſi animal ſit ſecundum ſe hoc tale & hoc tale, quod differentia faciens differre ſpecie, ſit quædam diuerſitas generis. Et exponit diuerſitatem generis, quæ ipſam naturam generis diuerſificat. Per hoc autem quod hic Philoſophus dicit, non ſolum excluditur opinio Platonis ponentis commune vnum, & idem per ſe exiſtere, ſed etiã excluditur opinio eorum, qui dicunt, quod illud, quod pertinet ad

ad naturam generis, non differt ſpecie in ſpeciebus diuerſis, ſicut quod anima ſenſibilis non differt ſpecie in homine, & equo. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit quod differentia diuerſificans ſecundum ſe genus modo prædicto, eſt contrarietas dicens, cum differentia ſecundum ſpeciem ſit ſecundum ſe diuerſificãs genus, manifeſtum eſt quod hæc differẽtia eſt contrarietas. Et hoc primo manifeſtat ex inductione. Videmus enim, quod omnia genera diuiduntur per oppoſita. quod quidẽ neceſſe eſt. Nam ea, quæ non ſunt oppoſita, poſſunt ſimul exiſtere in eodẽ. Quæ autem huiuſmodi ſunt, non poſſunt eẽ diuerſa, cum nõ ex neceſſitate ſint ĩ diuerſis. Vnde oportet, quod ſolum oppoſitis aliquid commune diuidatur. Non autem diuiſio generis in diuerſas ſpẽs poteſt fieri per alia oppoſita. Nam contradictoria oppoſita non ſunt in eodem genere, cum negatio nihil ponat. Et ſimile eſt de priuatiuè oppoſitis, cum priuatio non ſit niſi negatio in ſubiecto aliquo. Relatiua ẽt, ut ſupra habitũ eſt, non ſunt eiuſdẽ generis, niſi quę ſecũdum ſe adinuicem referuntur quæ quodammodo ſunt cõtraria, vt ſupra dictum eſt. Et ſic relinquitur, quod ſola cõtraria faciunt differre ſpecie a, quæ ſunt vnius generis. Deinde cum dicit.

c ¶ Manifeſtat idem per rõnem dicens, quod contraria ſunt in eodem genere, ſicut oſtenſum eſt. Dictum eſt. n. quod contrarietas eſt differentia perfecta &

Tex. cõ. 25. iterum dictũ eſt quod differentia ſecundũ ſpeciem eſt [aliquid alicuius] i. ab aliquo. Et quod præter hoc. idem genus oportet eſſe in ambobus differentibus ſpecie, & ex his duobus ſequitur, quod omnia contraria ſint in eadem [coelementatione cathegoriæ,] ideſt in eadem ordinatione prædicamentali. Vt hoc tamen intelligatur de contrariis, quæcunque ſunt differentia ſpecie, & non genere. Quod quidem dicit, præſeruando ſe a corruptibili & incorruptibili, de quibus poſt dicetur, quod ſunt diuerſa genere. Et non ſolum contraria ſunt in uno genere, ſed ſunt

Tex. cõ. 26. etiam diuerſa abinuicem. Quod patet, quia ea, quæ perfecte differunt, ſicut contraria non ſunt inuicem ſimul. Vnde, cum ad differentiam ſecundum ſpeciem requiratur identitas generis, & diuerſificatio generis per diuerſas ſpecies, & cũ vtrũq; in contrarietate reperiatur, ſequitur quod differentia ſecũdum ſpeciem ſit contrarietas. Quod manifeſtum eſt, quia hoc eſt aliqua eſſe diuerſa ſecundum ſpeciem exiſtentia in eodem genere, habere cõtrarietatem differentiarum, [cum ſint indiuidua,] ideſt non ulterius diuiſa in ſpecies, ſicut ſunt ſpecies ſpecialiſſimę. Quæ quidem dicuntur indiuidua, inquantum vlterius non diuiduntur formaliter. Particularia vero dicuntur indiui-

F dua inquantum nec materialiter, nec formaliter vlterius diuiduntur. Et ſicut diuerſa ſpecie ſunt quæ contrarietatem habent, ita eadem ſpecie ſunt, quæ non habent contrarietatem, cum ſint indiuidua ſecundum formalem differentiam. Contrarietates. n. fiunt in diuiſione, non ſolum in ſupremis generibus, ſed etiã in medijs [priuſquam ueniatur ad indiuidua] i. ad vltimas ſpecies. Sicut igitur manifeſtum eſt, quod licet non in omni genere ſit contrarietas ſpecierum, in omni tamẽ genere eſt contrarietas differentiarum. Deinde cum dicit.

d ¶ Cõcludit quoddam corollariũ ex dictis. i. quod nihil eorum, quæ conueniunt in genere, ſicut ſunt ſpecies generis, dicitur idem ſpecie, nec diuerſũ ſpecie ad genus: quia id, ad quod aliquid dicitur ſpecie idem, habet unam & eandem differentiam. Illud autem, ad quod aliquid dicitur diuerſum ſpecie, hẽt oppoſitam differentiam. Si igitur aliqua ſpecierum diceretur idem ſpecie, vel diuerſum ad genus, ſequeretur, quod genus haberet in ſui ratione aliquam differentiam. ſed hoc falſum eſt. Quod ſic patet. Materia enim [oſtenditur negatione] ideſt natura materiæ intelligitur per negationem omniũ formarum. Genus autem eſt quodammodo materia, ſicut expoſitum eſt. & loquimur nunc de genere, quod inuenitur in naturis rerũ, non de genere, quod in hominibus dicitur: ſicut genus Romanorum vel Heraclidarum.

Vnde patet, quod ẽt genus in ſua ratione non habet differentiam aliquam.

Et ſic patet, quod

K nulla ſpecies a ſuo genere differt ſpecie, nec eſt cum eo idem ſpecie: & ſimiliter non differunt aliqua ſpecie ab illis, quæ nõ ſunt in eodem genere proprie loquendo, ſed differunt ab eis genere. Specie uero differunt ab his, quæ ſunt in eodem genere, quia contrarietas eſt differentia, qua aliqua differunt ſpecie, ut oſtẽſum eſt, non quia ipſa contrarietas differentiarum differat ſpecie, licet contraria differant ſpecie, ſed contrarietas eſt ſolum in his, quæ ſunt eiuſdem generis.

Vnde relinquitur quod differre ſpecie non ſit proprie in his quæ ſunt alterius generis.

b Contrarietas igitur hæc erit. Palam autem & ex inductione. omnia. n. diuiduntur oppoſitis.

c Et quod contraria in eodem genere ſunt, oſtenſum eſt. nam cõtrarietas erat differentia perfecta. differentia vero quæ ſpẽ omnis alicuius aliquid: quare hoc idẽ & genus in ambobus. Quare & in eadem coelementatione oĩa contraria cathegoriæ, quęcunq; ſpecie differentia & non genere, diuerſaque abinuicem maxime. Perfecta. n. ipſorum differentia, & ſimul inuicem non ſiunt. ergo differẽtia contrarietas eſt. Hæc enim eſt diuerſa eſſe ſpecie in eodem genere entia, contrarietatẽ habere entia indiuidua. eadem uero ſpẽ quæcũque contrarietatem non habent, indiuidua entia. In diuiſione. n. & medijs fiunt contrarietates prius, quã ad indiuidua perueniatur.

d Quare palam, quia ad id, quod vocatur genus, nec idem, neque diuerſum ſpecie, nihil eſt eorũ quæ cõueniunt, vt generis ſpecierum. Nam materia negatione oſtenditur; genus autẽ materia. Quod dicitur genus, non ut heraclidarum, ſed ut in natura: neque ad ea, quæ non in eodem genere, ſed differunt genere ab illis; ſpecie uero ab eis, quæ in eodem genere. Contrarietetẽ. n. neceſſe eſt differentiam eſſe, nõ differre ſpẽ. Hoc aũt ineſt in eodem genere exiſtentibus ſolum.

LECTIO XI.

DVbitabit aũt utiq; aliqs, quare fœmina a viro nõ ſpecie

Contrarietas igitur hæc erit. Patet autem ex inductione: cuncta nanque oppoſitis diuiduntur.

Et quod contraria in eodem genere ſint, oſtenſum eſt. contrarietas enim perfecta differentia erat: omnis uero ſpecie differentia eſt alicuius aliquid: G *quare hoc & idem, & genus in ambobus. ideo in eadem coordinatione prædicamenti ſunt omnia contraria, quęcunque non genere differunt, & inuicem maxime diuerſa. perfecta uũque differentia. & ſimul inuicem non ſiunt. Differentia ergo contrarietas eſt. Hoc enim eſt diuerſa ſpecie eſſe, quod cum in eodem genere ſint, contrarietatem habent, indiuidua exiſtentia. Eadem autem ſpecie, quęcunque contrarietatem non habent, indiuidua exiſtentia. in diuiſione nanque, & in medijs ſiunt contrarietates, antequam* H *ad indiuidua deueniatur.*

Quare manifeſtum eſt, quod ad id, quod uocatur genus, nec eadem, neq; diuerſa ſpecie, ulla, quæ ut generis ſpecies, conueniunt. materia nanque negatione oſtenditur, genus uero materia eius eſt, cuius genus dicitur, non ut quod Heraclidarum*, ſed ut quod eſt in natura. Nec ad ea, quæ non in eodem genere ſunt, ſed ab illis genere differunt, ſpecie uero ab his, quę in eodẽ* I *genere ſunt, etenim differentiam neceſſe eſt eſſe contrarietatem eius, a quo ſpecie differt, hæc autem his ſolis eſt. quæ in eodem genere ſunt.*

LECTIO XI.

DVbitabit aũt quiſpiã, cur mulier a uiro nõ ſpẽ differat, cũ mas, &

LECTIO IX.

QVia Philoſophus iam oſtendit, quod differentia ſecundum ſpeciem eſt contrarietas, hic oſtendit in quibus contrarietas non ſit differentia ſecundum ſpeciem, & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quod ſunt contraria, quæ non faciunt differre ſecundum ſpeciem, ſed ſunt in eadem ſpecie. In ſecunda oſtendit quę ſunt contraria

ria quæ faciunt genere differre, non ſolum ſpecie,ibi. [Quoniam vero contraria diuerſa,&c.]Circa primum duo facit. Primo mouet dubitationem. Secundo ſoluit, ibi. [Aut quia hoc quidem dicit,&c.] Dicit ergo primo, quòd dubitatio eſt,quare fęmina non differt ſpecie a viro, cum fœmininum & maſculinum ſint contraria, & differentia ſecundũ ſpeciem,cauſetur ex contrarietate,vt ſupra oſtenſum eſt:& iterum cum oſtenſum ſit,ꝙ ipſa natura generis diuerſificetur in diuerſas ſpecies per differentias, quæ ſunt per ſe differentiæ generis: quare animal maſculinum,& animal fœmininum non ſunt diuerſa ſecũdum ſpeciem, cum maſculinum, & fęmininum ſint per ſe differentiæ animalis, & non ſe habeant per accidens ad animal, ſicut albedo, & nigredo, ſed maſculinum & fęmininum prædicentur de animali inquantum eſt animal, ſicut par & impar de numero, in quorum diffinitione ponitur numerus, ſicut in diffinitione maſculini, & fęminini animal. Ex duplici ergo ratione quęſtio dubitabilis redditur, tum, quia contrarietas facit differre ſpecie, tum, quia differentiæ diuidentes genus in diuerſas ſpecies, ſunt per ſe differentiæ generis, quorum vtrumque ſupra oſtenſum eſt. Et quia hanc dubitationem in ſpecialibus terminis mouerat, reducit eã ad generaliorem formam, & dicit ꝙ hæc dubitatio fere eſt eadem, ſicut ſi quęratur, quare quędam contrarietas facit differre ſpecie, & quædam non, ſicut ambulatiuum, & volatiuum, ſiue greſſibile, & volatile faciunt differre ſpecie animalia:ſed albedo,& nigredo non. Deinde cum dicit.

b ¶ Soluit propoſitam quæſtionem, & circa hoc duo facit. Primo,ſoluit eam in generali,ad quod quæſtionem reduxerat. Secundo, adaptat generalem ſolutionem ad ſpeciales terminos,in quibus primo mouerat quæſtionem,ibi. [Maſculus vero & fęmina.] Dicit ergo,quod ideo cõtingit,quod quædam contrarietas facit differre ſpecie, & quædam non, quia quædam contraria ſunt propriæ paſſiones generis,& quædam ſunt minus propriæ. Quia.n.genus a materia ſumitur,materia autẽ per ſe habet ordinem ad formam illæ propriæ ſunt differentiæ generis,quę ſumuntur a diuerſis formis perficientibus materiam. Sed,quia forma ſpeciei iterum multiplicatur in diuerſa ſecundum materiam ſignatam,quæ eſt ſubiecta indiuidualibus proprietatibus, contrarietas accidentium indiuidualium minus propriæ ſe habet ad genus, quam contrarietas differentiarum formalium. Et ideo ſubiũgit, ꝙ quia in compoſito eſt materia & forma hæc [quidem eſt ratio,] ideſt forma, quæ conſtituit ſpeciem:hæc autem eſt materia, quæ eſt indiuiduationis principium:quæcunque [contrarietates ſunt in ratione,] ideſt

Lec. ſeq. parte ſeq.

D. 308. par. 2.

part. 3.

D. 308.

differt,contrario maſculino,& fęminino exiſtente, differentia autem contrarietate. Neque animal maſculinum, & fœmininũ diuerſum eſt ſpecie, quãuis ſecundum ſe animalis, hæc ſit differentia, & non ut albedo aut nigredo, ſed inquantum animal maſculinum, & fœmininum eſt. Eſt autem dubitatio hęc fere eadem, & quare hæc quidem contrarietas facit ſpecie diuerſa,hæc vero non,vt ambulatiuũ, & volatiuum, ſed albedo,& nigredo non.

b Aut quia hæc quidem ſunt propriæ paſſiones generis, illa vero minus. Q̃m hęc eſt quidẽ ratio,hæc aũt materia.quęcunque quidem in rõne ſunt contrarietates, ſpecie faciunt differentiã:quæ vero in cõceptu cũ materia,non faciunt. Quapropter hominis albedo nõ facit, nec nigredo, nec albidi hominis eſt differẽtia ſecundũ ſpẽm ad nigrum hominẽ, nec ſi vnũ nomen imponatur, ut materia enim homo:non facit aũt differẽtiam materia. non.n.hominis ſpecies ſunt homines propter hoc.quamuis diuerſæ carnes,& oſſa,ex quib. hic,& hic. Sed ſimul totũ, diuerſum quidem,ſpecie vero nõ diuerſum, quia in rõne non eſt contrarietas.hoc autem vltimum, & indiuiduum. Callias vero eſt ratio cum materia, & albus itaq; homo,quia Callias albus. Secũdum vero accidens, homo albus.Nec ęreus itaque circulus, nec ligneus,nam triangulus æreus, & circulus ligneus, non

fæmina contraria exiſtant, differentia vero contrarietas ſit.neque diuerſum ſpecie animal maſculus,& fęmina,cum tamen hęc differentia per ſe animalis ſit, & non vt albedo,aut nigredo, ſed quatenus animal. & maſculus,& fęmina exiſtant. Hæc autem dubitatio fere eadem eſt, & cur hæc quidem contrarietas diuerſa ſpecie faciat,hęc vero non,vt greſſibile,

B *& volucre, albedo vero & nigredo non.*

An,quoniam illa quidem propriæ paſſiones generis ſunt, hęc vero minime? & cum illud quidem ratio,hoc vero materia ſit, quęcunque in ratione contrarietates ſunt, ſpecie differentiam faciunt:quęcunque vero in coaſ

C *ſumpto materię,minime faciũt.Quare hominis albedo, nec nigredo non facit, nec hominis albi ad hominem nigrum ſecundum ſpeciem differentia eſt, etiam ſi unum nomen ponatur.homo namque ut materia eſt.materia vero non facit differentiam.non enim hominis ſpecies ſunt homines. Quare & ſi carnes, & oſſa, ex quibus hic,& hic eſt, diuerſa ſint, attamen totum diuerſum quidem, ſpecie uero nõ eſt diuerſum,quoniam in ratione non eſt contrarietas. hoc aũt*

D *eſt vltimum indiuiduum. Callias vero, ratio cum materia eſt, & albus homo,quoniam Callias albus. per accidens igitur homo eſt albus. Nec ęneus,& ligneus circulus,ſiue triangulus ęneus, & circulus ligneus ob materiam ſpecie differunt,ſed quoniã in ratione contrarietas ineſt. Vtrum autem materia nõ faciat diuerſa ſpecie, cum quodam modo diuerſa ſit:*

A ex parte formæ,faciunt differre ſecundum ſpeciem. Illæ vero,quæ ſunt ex parte materiæ,quę ſunt propę indiuidui,quod eſt acceptum cum materia,non faciunt differre ſecundum ſpeciem. Et propter hoc,albedo & nigredo non faciunt homines differre ſecundum ſpeciem. Non enim homo albus,& homo niger differunt ſpecie, etiam ſi vtrique imponatur aliquod nomen, ut ſi homo albus dicatur A, & homo niger B. Hoc autem addit, quia homo albus non videtur eſſe aliquid vnũ. ſed ſi imponeretur nomen, videtur eſſe aliquid vnum. Et ſimiliter eſt de homine nigro. Et ideo dicit, quòd homo albus, & homo niger non differunt ſpecie, quia homo, ſcilicet particularis,cui conueniunt album,& nigrum, eſt quaſi materia. non enim dicitur quòd homo ſit albus, niſi quia hic homo eſt albus, & ſic cũ homo particularis conceptus ſit cũ materia, & materia non faciat differẽtiam ſecundum ſpeciem, ſequitur quòd hic homo, & ille homo nõ differant ſpecie,quia plures homines non propter hoc ſunt plures ſpecies hominis, quia ſunt plures,quia non ſunt plures niſi propter diuerſitatem materiæ, quia ſcilicet ſunt diuerſæ carnes.& oſſa, ex quibus eſt hic & ille.Sed [ſimul totum,] ideſt, indiuiduum congregatum ex materia,& forma,eſt diuerſum, ſed non eſt diuerſum ſpecie, quia non eſt contrarietas ex parte formæ.Sed hoc ſcilicet homo, eſt ultimum indiuiduum ſecũdum ſpeciem,quia non diuiditur ulterius diuiſione formali. Vel hoc, ſcilicet particulare, eſt ultimum indiuiduum, quia non diuiditur ulterius nec materiali, nec formali differentia.Sed quamuis in diuerſis indiuiduis non ſit contrarietas ex parte formæ, eſt tñ diuerſitas indiuiduorum particularium.quia particulare aliqđ

E ut Callias,non ſolum eſt forma,ſed eſt forma cum materia indiuiduata. Et ita,ſicut diuerſitas formæ facit differentiam ſpecierum, ita diuerſitas materiæ indiuidualis facit differentiam indiuiduorum. album autem non prædicatur de homine niſi ratione indiuidui. non enim dicitur homo albus,niſi quia aliquis homo dicitur albus,ut Callias. Et ſic patet ꝙ homo per accidens dicitur albus,quia non inquantum homo, ſed inquantum hic homo,albus dicitur.Hic autem homo dicitur propter materiam. Vnde patet,quod album & nigrum non pertinent ad differentiam formalem hominis,ſed ſolum ad materialem: & propter hoc,non differunt ſpecie homo albus,& niger,ſicut nec circulus æreus,& ligneus differunt ſpecie. Et in his etiam, quæ differunt ſpecie, nõ eſt differentia ſpeciei ꝑꝑ materiam, ſed propter formam,ſicut triangulus æreus & circulus ligneus non differunt ſpecie propter materiam,ſed propter diuerſitatẽ formæ. unde, ſi quæratur, utrum materia faciat diuerſa ſpecie

aliquo

aliquo modo, videtur quòd faciat, quia hic equus ab hoc homine eſt diuerſus ſpecie: & tamen manifeſtum eſt, quòd ratio vtriuſque eſt cum materia indiuiduali. Et ſic videtur, quòd materia aliqualiter faciat differre ſpecie. Sedtamen manifeſtum eſt, quòd hoc non contingit propter diuerſitatem materiæ, ſed quia contrarietas eſt ex parte formæ, quia homo albus, & equus niger differunt ſpecie: ſed hoc non eſt propter album, & nigrum: quia ſi ambo eſſent albi, adhuc ſpecie differrent. Sic igitur apparet, quod contrarietas, quæ eſt ex parte ipſius formæ, facit differre ſpecie, non autem illa, quæ eſt ex parte materiæ. Deinde cum dicit.

c ¶ Solutionem generalem poſitã adaptat ad terminos ſpeciales, in quibus primo quæſtionem mouerat, ſcilicet ad maſculum, & fœminam dicens, quod maſculus, & fœmina ſunt propriæ paſſiones animalis, quia animal ponitur in diffinitione vtriuſque. Sed nõ conueniunt animali ſecundũ ſubſtantiam & formã, ſed ex parte materiæ, & corporis. Quod patet ex hoc, quod idem ſperma poteſt fieri maſculus, & ſęmina, ſecundum quod diuerſimode patitur aliquã paſſionem, quia cum fuerit calor operans fortis, fiet maſculus: cum autem erit debilis, fiet fęmina. hoc aũt non poſſet eſſe vel contingere, ſi maſculus, & ſęmina differrent ſpecie. non.n. ex vno ſemine diuerſa ſcd'm ſpecie producũtur. Quia in ſemine vis eſt actiua, & omne agens naturale agit ad determinatã ſpecie, quia agit ſibi ſimile. Vnde relinquitur, quod maſculus, & ſęmina non differãt ſecundũ formam, nec ſunt diuerſa ſecũdum ſpeciem. Deinde cum dicit.

Tex. cõ. 26.

d ¶ Epilogat quod dixerat: quod planum eſt in litera.

pp materiam ſpecie differunt, ſed quia in ratione ineſt contrarietas. Vtrum autẽ materia non facit diuerſa ſpecie ens aliqualiter, aut eſt vt facit? Propter quid enim equus hic, ab hoc homine diuerſus eſt ſpecie? equidem rationes ipſorum cũ materia. Aut quia eſt in ratione contrarietas. Etenim albi hominis, & nigri equi, diuerſitas eſt ſpecie, ſed non inquantum hic albus, ille niger; quoniam ſi ambò albi eſſent, tamen eſſent ſpecie diuerſa.

e Maſculus vero, & fœmina, animalis propriæ ſunt paſſiones, ſed non ſecundum ſubſtantiam, uerum in materia, & corpore. Propter quod idem ſperma fęmina, aut maſculus fit, patiens paſſionem aliquam.

d Quid quidem igitur eſt eſſe diuerſũ ſpecie, & quare alia differunt ſpẽ, alia non, dictum eſt.

LECTIO XII.

a QVoniam vero contraria diuerſa ſpecie, corruptibile autem & incorruptibile contraria, (priuatio enim eſt in potentia determinata) neceſſe diuerſum eſſe genere corruptibile, & incorruptibile.

b Nuncautem diximus de his vniuerſalibus nominibus. Vt autem videbitur, nõ neceſſe eſt quodcunque incorruptibile, et corruptibile diuerſa ſpecie eſſe, quemadmodum neque album & nigrum; idem.n. contingit eſſe, & ſimul, ſi fuerit vniuerſaliũ; quemadmodũ homo erit vtique & albus, & niger, & non ſimul ſingularium. Erit.n. non ſimul albus idem & niger. Equidem album contrarium nigro.

c Sed contrariorum hæc qui-

G

An aliquo modo facit? Cur enim hic equus ab hoc homine diuerſus ſpecie, cum rationes eorum cum materia ſint? An, quoniam in ratione contrarietas ineſt? etenim hominis albi, & equi nigri ſpecie diuerſitas eſt, nõ tamen prout hic quidem albus, hic uero niger: ſiquidem & ſi ambo albi eſſent, nihil minus ſpecie diuerſi eſſent.

Maſculus autem & fœmina proprie quidem animalis paſſiones ſunt, ſed non ſecundum ſubſtantiam, verum in materia, & corpore. quare idem ſemen aliquam paſſionem paſſum, aut fęmina, aut mas fit.

H

Quid igitur ſit ſpecie diuerſum eſſe, & cur quædam ſpecie differant, quædam non, dictum eſt.

LECTIO XII.

CVm vero contraria ſpecie diuerſa ſint, corruptibile autem & incorruptibile contraria ſunt (priuatio namque determinata impotentia) neceſſe eſt diuerſum genere eſſe corruptibile, & incorruptibile.

Nunc quidem in ipſis vniuerſalibus nominibus diximus. quare videbitur vtique non eſſe neceſſe quodcunque corruptibile, & incorruptibile diuerſa ſpecie eſſe, quemadmodum nec album, & nigrum. Idem enim contingit, & ſimul eſſe, modo vniuerſalium ſit. ſicuti homo profecto eſſe poſſit, & albus, & niger, & ſingularium fuerit idẽ (non ſimul) & albus, & niger, tametſi album nigro contrarium eſt.

K

Verum contrariorum quædam ſe-

LECTIO XII.

a POſtquam Philoſophus oſtendit quæ ſunt contraria, quæ non faciunt differre ſpecie, hic oſtendit quæ ſunt contraria quæ etiam genere differre faciunt: & circa hoc tria facit. Primo determinat veritatem. Secundo, excludit quorundam falſam opinionem, ibi [Nunc ergo diximus, &c.] Tertio, infert quoddam corollarium ex dictis, ibi. [Palam igitur quod non contingit, &c.] Primo ergo præmittit duo ad oſtendendum propoſitum, quorum primum eſt, quod contraria ſunt diuerſa ſpecie, ut ſupra oſtenſum eſt. Secundum eſt, quod corruptibile, & incorruptibile ſunt contraria. Quod probat ex hoc, quod impotentia oppoſita determinatæ potentiæ, eſt quędam priuatio, vt in Nono habitum eſt. Priuatio autem eſt

parte ſeq.

Tex. cõ. 24.

Tex. cõ. 23.

F principium contrarietatis. Vnde ſequitur quod impotentia ſit contrarium potentiæ. Corruptibile autem & incorruptibile opponuntur ſecundum potentiam, & impotentiam, ſed diuerſimode. Nam, ſi accipiatur potentia communiter, ſecundum quod ſe habet ad poſſe agere, uel pati quodcunque, ſic corruptibile ſecundum potẽtiam, dicetur incorruptibile ſecundum impotentiã. Si autem dicatur potentia ſecundum q̃d non eſt poſſe aliquid deterius, ſic econuerſo, incorruptibile dicetur ſecundum potentiam, corruptibile uero ſecũdum impotentiam. Cum autem ex his videretur concludendum, quod corruptibile, & incorruptibile differũt ſpecie, concludit quod ſunt diuerſa genere. Et hoc ideo, quia ſicut forma, & actus pertinẽt ad ſpeciem, ita materia & potentia pertinẽt ad genus. Vnde ſicut cõtrarietas, quæ eſt ſecũdum formas & actus, facit differẽtiam ſecundũ ſpeciem, ita contrarietas, quæ eſt ſecundum potentiam, facit generis diuerſitatem. Deinde cum dicit.

b ¶ Excludit quorundam falſam opinionẽ, & circa hoc duo facit. Primo proponit eam. Secundo improbat, ibi. [Sed contrariorum, &c.] Dicit ergo primo, quod probatio præmiſſa de corruptibili, & incorruptibili eſt accepta ex ratione horum uniuerſalium nominũ, ſecundum. ſ. quod vnum ſignificat potentiam, & aliud impotentiam. Sed ſicut quibuſdam videtur, non neceſſe eſt quod corruptibile, & incorruptibile differãt ſpecie, ſicut non eſt hoc neceſſe in albo, & nigro. Conuenit enim idem eſſe album, & nigrũ, ſed diuerſimode. Quia ſi illud, q̃d dicitur album, & nigrum, ſit aliquod vniuerſale, ſimul eſt album, & nigrum quantum ad diuerſos. Sicut ſimul uerum eſt dicere, quod homo eſt albus propter Socr. & niger propter Platonem. Si uero fuerit aliquid ſingularium, non erit ſimul albũ & nigrum. Sed tamen poteſt nunc eſſe album, poſtea nigrum, cum tamen album & nigrum ſint contraria. Et hoc modo dicũt quidam, quod ſimul in eadem ſpecie poſſunt eſſe quædam corruptibilia, & quædam incorruptibilia. Et idem ſingulariter quandoque corruptibile, & quandoque incorruptibile.

Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit prædictam opinionem, dicens, quod contrariorum quædam ſunt in his, de quibus dicuntur ſecundum accidens: ſicut album, & nigrum homini, de quibus nunc dictum eſt, & alia multa ſunt huiuſmodi contraria, in quibus locum habet quod dictum eſt, ſcilicet quod poſſunt ſimul eſſe in eadem ſpecie, & ſucceſſiue in eodem ſingulari. Sed quędã contraria ſunt, de quibus hoc eſt impoſſibile, de quorum numero ſunt corru-

pubile

ptibile & incorruptibile, non enim corruptibile ineſt ſecundũ A accidens alicui eorum, de quibus prædicatur, quia quod eſt ſecundum accidens, contingit non ineſſe. Corruptibile autẽ, ex neceſſitate ineſt his, quibus ineſt. At ſi hoc non ſit, ſequitur ſe quod vnum & idem ſit quandoque corruptibile, & quandoque incorruptibile: quod eſt impoſſibile ſecundum naturam. Licet per hoc nõ excludatur, quin virtus diuina poſſit aliqua corruptibilia ſecundũ ſuã naturam incorruptibiliter conſeruare. Sic igitur neceſſe ẽ, cũ corruptibile non prędicetur ſecundũ accidens, quod aut ſignificet ſub ſtantiam eius, de quo prædicatur, aut aliquid, quod eſt in ſubſtantia. Eſt enim unumquodque corruptibile per materiam, quę eſt de ſubſtantia rei. Et ſimilis ratio eſt de incorruptibili, quia utrunque ex neceſſitate ineſt. Sic igitur patet, quod corruptibile & incorruptibili ſe opponuntur, ſicut ſecundum ſe prædicata, quæ ſcilicet prædicantur de aliquo inquantum huiuſmodi ſecundum quod tale & primo. Et ex hoc ſequitur ex neceſſitate, quòd corruptibile & incorruptibile ſint genere diuerſa. Manifeſtum eſt enim, quod contraria, quæ ſunt in uno genere, non ſunt de ſubſtantia illius generis. non enim rationale & irrationale ſunt de ſubſtantia animalis: ſed animal eſt potentia vtrunque. Quodcunque autem genus accipiatur, oportet quod corruptibile & incorruptibile ſint de intellectu eius. Vnde impoſſibile eſt, quod communicent in aliquo genere. Et hoc rationabiliter accidit. nam corruptibilium, & incorruptibilium non poteſt eſſe materia una. Genus autem, phyſice loquendo, a materia ſumitur. Lec.9. & 10. Vnde ſupradictum eſt, quod ea, quæ non communicant in materia, ſunt genere diuerſa. Logice autem loquendo, nihil prohibet quod conueniant in genere, inquantum conueniunt in una A communi ratione, uel ſubſtantiæ, vel qualitatis, uel alicuius huiuſmodi. Deinde cum dicit.

d ¶ Infert quoddam corollarium ex dictis ſcilicet quòd non poſſunt eſſe ſpecies ſeparatæ, ſicut Platonici poſuerunt. Ponũt enim duos homines, unum ſenſibilem, qui eſt corruptibilis, & unum ſeparatum, qui eſt incorruptibilis, quem dicunt ſpẽm, vel ideam hominis. Species autem, hunc ideę dicũtur eſſe eadem ſpecie ſecundũ Platonicos cum ſingularibus. Et nomen ſpeciei non æquiuoce prędicatur de ſpecie & de ſingulari, cum tamen incorruptibile & corruptibile ẽt genere differant. Et ea, quæ ſunt diuerſa genere plus diſtant, quam quæ differunt ſpecie. Attendum eſt autem, quod licet Philoſophus oſtenderit, quod quędam contraria non faciũt differre ſpecie, & quędam faciunt differre etiam genere: tamẽ omnia contraria aliquo modo faciunt differre ſpecie, & quædam faciunt differre etiam genere; tamen omnia cõtraria aliquo modo faciunt differre ſpecie, ſi fiat comparatio contrariorum ad aliquod determinatum genus. Nam album & nigrum, licet non faciant differrę ſpecie in genere animalis, faciunt tamen differre ſpecie in genere coloris. Et maſculinum & fœmininum faciunt differre ſpecie in genere ſexus. Et animatum & inanimatum, licet faciant differre genere quantum ad infimas E ſpecies, tamen quantum ad genus, quod per ſe diuiditur in animatum & inanimatum faciunt differre ſpecie tantum nã omnes differentiæ generis ſunt conſtitutiuæ ſpecierum quarundã licet illæ ſpẽs poſſint genere eſſe diuerſa. Corruptibile aũt & incorruptibile diuidunt per ſe ens, quia corruptibile eſt quòd poteſt non eſſe, incorruptibile aũt, quod non poteſt non eſſe. Vñ, cũ ens non ſit genus, non mirũ ſi corruptibile & incorruptibile nõ conueniãt in aliquo uno genere. Et hęc de decimo li.

dem ſecũdum accidens inſunt quibuſdam, vt quæ nũc dicta ſunt, & alia multa; hęc autẽ impoſſibile, quorum eſt & corruptibile & incorruptibile, ſecundum accidens. nam accidẽs con B tingit non exiſtere, & corruptibile ex neceſſitate exiſtentium eſt quibus ineſt. Aut erit idẽ & vnum corruptibile & incorruptibile, ſi contingit non exiſtere ipſum incorruptibile. Aut ſubſtantiam igitur, aut in ſubſtãtia neceſſe eſt ineſſe corruptibile vnicuique corruptibilium. Eadẽ vero ratio & de incorruptibili. ex neceſſitate enim exiſtentium C ambo ſunt. Inquantum igitur & ſecundum quod primũ, hoc quidem corruptibile, hoc autem incorruptibile habet oppoſitionem, vnde neceſſe genere eſſe diuerſa.

d Palam igitur quod non contingit eſſe ſpecies, tales quales dicunt quidam. Erit.n. homo, hic D quidem corruptibilis, hic autem incorruptibilis. equidem ſpecie eadem dicuntur eſſe ſpecies, & H non æquiuoce. Diuerſa vero genere, plus diſtant quàm quæ ſpecie.

cundum accidens quibuſdam inſunt, ut ea quę nunc dicta ſunt, ac alia multa; quędam impoſſibile eſt. quorum eſt corruptibile, & incorruptibile nihil eorum ſecundum accidens corruptibile eſt. accidens nanque contingit B non eſſe; corruptibile uero eorum eſt, quę neceſſario inſunt his, quibus inſunt. aut unum & idem corruptibile, & incorruptibile erit, ſi contingit nõ ineſſe ei corruptibile. Aut ſubſtantia igitur, aut in ſubſtantia cuique corruptibilium neceſſe eſt, corruptibile eſſe. Eadem autem ratio & de incorruptibili eſt. eorum enim ambo ſunt, quę neceſſario inſunt. Prout igitur & ſe C cundum quod primum, hoc quidem corruptibile, illud uero incorruptibile, oppoſitionem habent. quare neceſſe eſt genere diuerſa eſſe.

Manifeſtum itaque eſt, quod non cõtingit tales formas eſſe, quales qui D dam aiunt. erit nanque & ipſe homo hic quidem corruptibilis, ille uero incorruptibilis, quamuis formę eadem H ſpecie cum particularibus eſſe dicantur, & non ęquiuoce. quę uero genere diuerſa ſunt, plus diſtant, quam quæ ſpecie.

Commentariorum S. Tho. Super Decimum Metaphy. finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM,

LIBER VNDECIMVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

QVod quidem igitur ſapientia circa principia ſcientia eſt, palam ex primis, in quibus dubitatum eſt ad dicta ab alijs de principijs.

b Dubitabit autem utique aliquis, vtrum unam exiſtimare eſſe oportet ſapientiam, ſcientiã, aut multas. ſiquidem.n. unam, una aũt eſt ſemper cõtrariorũ: principia aũt nõ cõtraria. Si aũt non vna, quales oportet ponere has?

c Adhuc ſpeculari demonſtratiua principia, unius aut pluriũ? Siquidẽ.n. unius, quare magis huius, quã cuiuſque? ſi autẽ pluriũ, quales oportet eas ponere?

d Adhuc vtrum oĩum ſubarum, aut nõ? ſiquidẽ.n. nõ oĩum quale difficile aſſignare ſi aũt oĩum nõ una, immanifeſtũ qũo cõtingit plurium eandem ſciam eſſe.

e Adhuc utrum circa ſubſtantias ſolum, aut circa accidentia de-

LECTIO I.

QVod quidem Sapientia ſcientia quędam circa principia eſt, patet ex primis, in quibus ad ea, quæ ab alijs de principijs dicta fuerunt, dubitatum eſt.

G *Ambigat autem quiſpiam, utrum ipſam Sapientiam par ſit unam eſſe ſcientiam, an plures. ſi enim unam, una certe ſemper contrariorum eſt. at principia contraria non ſunt. quod ſi non unam, quales has ponere oportet?*

Item demonſtratiua principia ſpeculari utrum unius eſt, an plurium? nã ſi unius, cur huius magis quam cuiuſcunque? quod ſi plurium, quales has ponere oportet? H

Pręterea, utrum oĩum ſubſtãtiarũ, an non? nam ſi omnium, difficile erit qualiũ nã ſit reddere. ſi aũt non oĩum una, incertum eſt, quonam modo contingit plurium eandem ſcientiam eſſe.

Pręterea: vtrum circa ſubſtantias ſolum, an etiam circa accidentia. Si.n.

a QVia particulares ſcientiæ, quædam eorum, quæ perſcrutatione indigent, prætermittunt, neceſſe fuit quandam ſcientiam eſſe uniuerſalem & primam, q̃ perſcrutetur ea, de quibus particulares ſcientiæ nõ conſiderant. Huiuſmodi aũt uidenẽ eſſe tam communia, quæ ſequuntur ens commune, de quib. nulla ſcientia particularis conſiderat, cũ non magis ad unam pertineat quã ad aliam, ſed ad oẽs communiter, q̃ ẽt ſubſtãtiæ ſeparatæ, quæ excedunt conſiderationem omnium particulariũ ſciẽtiarũ. Et iõ Ariſt. hmõi ſcientiam nobis tradens, poſtquã perſcrutatus eſt de cõib. accedit ad tractandum ſpecialiter de ſubſtantiis ſeparatis, ad quarũ cognitionem ordinãtur non ſolũ ea, quæ in hac ſciẽtia tractãtur, ſed ẽt, quæ in aliis ſcientiis tractantur. Et iõ ad manifeſtiorem conſiderationem de ſubſtantiis ſeparatis habendam, primo ſub quodam compendio recolligit ea, q̃ dicta ſunt, tam in hoc libro, quam in libro Phyſicorum, utilia ad cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum. Secundo, de ipſis ſubſtantiis ſeparatis inquirit, circa medietatem ſequentis libri, ibi. [Sed quoniam tres ſunt ſubſtantię.] Prima pars diuiditur in duas. In prima recolligit ea, quæ p̃cedunt conſideratione ſubſtantiæ. In ſecunda recolligit ea, quæ ad conſiderationem ſubſtantiæ ptinent, ibi, in principio ſequentis libri. [De ſubſtantia q̃dẽ theorica.] Tria autem p̃miſerat ante conſiderationem ſubſtantiæ. Primo mouerat dubitationes in 3. lib. quas in hoc Primo recolligit, Secundo determinauerat ea quæ ad conſiderationẽ huius ſcientiæ ptinent in 4. lib. quę & hic ſecundo loco recolligit ibi. [Qm autẽ phy. ſcientia] Tertio, determinat de ente imperfecto. ſ. de ente p accidens, & de motu, & infinito, & de quibus partim determinauerat in ſecundo & ſexto huius, partim in tertio Phyſicorum & de his in tertio loco hic recolligit, ibi. [Qm autem ſimpliciter ens &c.] Prima pars diuiditur in duas. Primo mouet dubitationem circa conſiderationem huius ſcientiæ. In ſecunda circa res, de quibus in hac ſcientia determinaẽ, ibi. [Adhuc nouum oportet poni.] Circa primum duo facit. Primo inquirit qũo ſit conſideratio huius ſcientiæ circa principia, & ſubſtantias. Secundo circa quæ principia, & circa quas ſubſtantias, ibi. [Sed nec circa dicta a Phyſicis.] Circa primum duo facit. Primo dubitationes mouet de conſideratione huius ſcientiæ circa principia. Secundo de conſideratione huius ſcientiæ circa ſubſtantias, ibi. [Adhuc vtrum omnium ſubſtantiarum.] Circa primum tria facit. Primo ſupponit conſiderationem huius ſcientiæ eſſe circa principia, dicens, q manifeſtum eſt ex Primo libr. in quo diſputauit contra ea, quę alii philoſophi dixerant de primis rerũ principiis, quod ſapientia eſt ſcientia quædam circa principia. Oſtenſum eſt enim in procemio iſtius libri, quod ſapientia conſiderat cauſas altiſſimas, & maxime uniuerſales, & eſt nobiliſſima ſcientiarum. Secundo ibi.

b ¶ Mouet quæſtionem de conſideratione huius ſcientiæ, quę ſapientia dicitur circa principia rerum, dicens, q aliqs põt dubitare: utrũ oporteat, ſapientiam quæ cõſiderat principia, eſſe unam ſcientiã, aut multas. Et ſi dicatur, quod eſt una, uẽ hoc eſſe in contrariũ, qa plura, de quib. conſideraẽ in una ſciẽtia, ſunt cõtraria, eo q unũ cõtrariorum eſt rõ ad cognoſcendũ alterũ. propter hoc uidenẽ ſub una arte cadere: ſed principia rerum cũ ſint plura, nõ ſũt cõtraria, alioquin nõ poſſent conuenire in uno principiato. Sapiẽtia ergo, q̃ eſt de principiis, nõ uẽ eſſe una ſcientia. Si uero dicat, q nõ eſt una, ſed plures, nõ ẽ eas aſſignare. eſt aũt ueritas, q ſapiẽtia eſt una ſcia, q̃ tamẽ cõſiderat plura pricipia, inquantum reducuntur ad unum genus, quia & hac ratione contraria ſub una ſcientia cadunt, inquantum ſunt unius generis. Tertio ibi. I

c ¶ Mouet dubitationem de conſideratione huius ſciẽtiæ circa principia demonſtrationis dicens, q adhuc dubitabile eſt, vtrũ ſpeculari principia demõſtratiua, ut oẽ totũ eſt maius ſua parte, & ſimilia, ſit vnius ſciæ, aut plurium. Et ſi dicaẽ q uni°, uẽ difficile aſſignare, quare magis ſit iſtius ſciæ, q̃ alicuius alterius, cũ oẽs ſciæ cõiter eis utanẽ. Si aũt detur, q ſit pluriũ ſciarũ, videbit difficile aſſignare plures ſcias tales. Eſt aũt veritas, q una ſcia principaliter conſiderat iſta principia, ad quam cõſideratio pertinet cõium, qui ſunt termini illorum principiorũ, ſicut ens, & non ens, totũ & pars, & alia hmõi: & ab ea aliæ ſcientiæ huiuſmodi principia accipiunt. Deinde cum dicit.

d ¶ Mouet dubitationes de conſideratione huius ſciæ circa ſubas, & quærit duo. Primo: vtrũ hæc ſcia cõſideret de oĩbus ſubijs, aut non. Et ſi detur q non, difficile eſt aſſignare de quibus ſubiis conſideret, & de quibus nõ. Et ſi detur, q de oĩbus conſideret, cum ſit una, remanet dubium, qũo eadem ſciẽtia poſſit eſſe de pluribus. cum una ſcientia ſit vnius. Et veritas eſt, q hæc ſcientia eſt de omnibus ſubſtantijs, licet de quibuſdam principalius, ſ. de ſubſtantiis ſeparatis, inquantum omnes conueniunt in uno genere, quod eſt ens per ſe. Secundo ibi.

e ¶ Quęrit, vtrum demonſtratio ſit ſolum circa ſubſtantias, aut ẽt circa accidentia. Si.n. demõſtratio propriæ eſſet circa accidentia. quia ad demonſtrationem pertinet concludere per ſe accidentia de ſubſtantiis, nõ erit demonſtratio circa ſubſtãtias. Sed ſi dicatur, q alia demõſtratiua ſcia eſt ſubſtantiarũ, & alia accidẽtium per ſe, quærendũ reſtat, quę ſit utraq; earum. & ſi utraque

utraque earum ſit digna nomine ſapientiæ: quia ex una parte videtur quod illa, quæ circa accidentia, ſit ſapientia, quia demonſtratio proprie eſt accidentium & demonſtratiua ſcientia certiſſima eſt. Et ſic videtur quod ſapientia ſit demonſtratiua, quę eſt circa accidentia. Ex alia parte videtur, quod ſit circa ſubſtãtias, quia cum ſubſtantia ſit prima in entibus, ſcientia, quæ eſt circa ſubſtãtias, vr̃ eſſe prima. Eſt autem veritas ꝙ ſapientia ſubſtantias & accidentia conſiderat, inquantum conueniunt in ente, quod eſt eius ſubiectum, ſed ſubſtantias principalius, ſicut per ſe prima entia, & de his accidentia demonſtrat. Deinde cum dicit.

f ¶ Mouet quæſtiones magis ſpeciales de cõſideratione huius ſcientiæ. & primo, circa quas ſubſtantias ſit conſideratio huius ſcientiæ. Secundo, circa quæ principia. ibi [Dubitabit autem unque.] Circa primum mouet quatuor quæſtiones. Et prima quęſtio pertinet ad cãs ſubſtantiarum ſenſibilium dicens, ꝙ nõ vr̃ ponendum hanc ſcientiam, quam q̃rimus, circa quatuor genera cauſarum, de quibus dictum eſt in libro Phyſicorum: Tex. com. 37. quia maxime uideretur eſſe circa cam finalem, quę eſt potiſſima inter alias. Sed non uidetur eſſe hæc ſcientia [circa id cuius gratia] ideſt circa cauſam finalẽ, quia finis habet rõnem boni. Bonum autem conſiſtit in operationibus, & in his quę ſunt in motu. Vnde in immobilibus, ſicut in mathematicis, nihil demõſtratur per cauſam finalem. Et manifeſtum eſt, ꝙ finis eſt quod primũ mouet. Mouet enim efficientem. Primum autem mouens, non uidetur eſſe in reb. immobilibus. Eſt autem ueritas, quod hæc ſcientia conſiderat dicta genera cauſarum, & præcipue cauſam formalem & finalem. Et ulterius finis qui eſt primum mouens, eſt omnino immobile, ut infra oſtendetur. Secundo ibi.

g ¶ Mouet quæſtionem de conſideratione ſubſtantiarum ſenſibilium, & quęrit, utrum hæc ſcientia ſit circa ſubſtantias ſenſibiles, aut non. ſi enim ſit circa ſubſtantias ſenſibiles, non uidetur differre a Scientia Naturali. Si autem circa alias ſubſtantias, difficile eſt aſſignare circa quas alias. Aut enim eſt [circa ſpecies] ideſt circa ideas, quas Platonici poſuerunt. Aut eſt circa mathematica, quæ etiam quidam poſuerunt eſſe media inter ideas & ſubſtantias ſenſibiles, ſicut ſunt ſuperficies, & lineæ, & figurę, & alia huiuſmodi. Sed manifeſtũ eſt per ſuperiores libros, ꝙ [ſpecies non ſunt] ideſt ideę ſeparatæ, & de mathematicis ſtatim quæretur. Eſt autem veritas huius quęſtionis, quod iſta ſcientia determinat de ſubſtantiis ſenſibilibus, inquantum ſunt ſubſtantiæ, non inquantũ ſunt ſenſibiles & mobiles. hoc. n. proprie pertinet ad naturalem. Sed propria conſideratio huius ſciæ eſt de ſubſtãtiis, quę non ſunt ideæ, nec mathematica ſeparata, ſed primi motores, ut infra patebit. Tertio ibi. Lib. 12.

h ¶ Mouet tertiã dubitationẽ ex incidẽti. Quia. n. dixerat manifeſtum eſſe, ꝙ non ſunt ſpecies ſeparatæ, mouet dubitationem de mathematicis, vtrũ ſint ſeparata. Et oſtendit primo ꝙ nõ; quia, ſi aliquis ponat ſpecies ſeparatas, & mathematica ſeparata, præter ſubſtãtias ſenſibiles: quare non eſt ita in oĩb. quæ hñt ſpecies, ſicut in mathematicis? ut ſicut mathematica ponitur media inter ſpecies & ſẽſibilia, quaſi quædam tertia entia præter ſpecie & particularia, q̃ ſunt hic, vt linea mathematica præter ſpẽm lineæ, & lineã ſenſibilẽ, ita ponerent tertius homo, & tertius equus [equus præter auton] .i. per ſe hominẽ, & per ſe equũ, quæ appellabãt Platonici ideas, & equũ & hoĩem ſingulares. Sed ĩ his Platonici media non ponebant, ſed ſolũ in mathematicis. Poſtea vero cum dicit.

i ¶ Obiicit in cõtrarium: quia ſi non ſunt mathematica ſeparata, difficile eſt aſſignare circa q̃ mathematicæ ſcientiæ negocientur. Nõ. n. negociari uidentur circa ſenſibilia inquantum huiuſmodi, quia in illis ſenſibilib. non ſunt tales lineæ, & tales circuli, quales ſciæ mathematicę quærũt. vnde uidetur neceſſe ponere quaſdam lineas, & quoſdam circulos ſeparatos: Eſt aũt ueritas, ꝙ mathematica non ſunt ſeparata a ſenſibilibus ſm ſe, ſed ſolum ſecundum rõnem, ut ſupra oſtenſum eſt in Sexto, & infra declarabitur. Tex. com. 2. Et, quia hanc dubitatiõnẽ ex incidenti interpoſuerat de ſeparatione mathematicorum ea occaſione, quia dixerat manifeſtum eſſe, ꝙ ſpecies non ſunt ſeparatæ, conſequenter cum dicit [Neque etiam circa mathematica,] redit ad quæſtionem principalem, qua quærebatur, circa quas ſubſtantias ſit iſta ſcientia. Et, cum oſtenderit quod non ſit circa ſpecies, quia ſpecies nõ ſunt ſeparatæ, nunc oſtendit eadẽ rõne, ꝙ non eſt circa mathematica, quia nec ipſa ſunt ſeparata, ſ. ſecundum eſſe. Sed non uidetur eſſe circa ſenſibiles ſubſtãtias, cum ſint corruptibiles & in motu exiſtentes. Eſt autem veritas huius quęſtionis, quæ ſupra poſita eſt. Quartam dubitationem ponit ibi.

k ¶ Et quærit, cuius ſcientiæ ſit [dubitare de materia mathematicarum ſcientiarum] id eſt inquirere de quibus Mathematicę conſiderent. Non. n. hoc eſt Scientiæ naturalis, propter hoc ꝙ

monſtratio eſt? ſi. n. circa accidẽtia demõſtratio eſt, circa ſubſtantias non eſt, ſi aũt altera q̃ utraque & utra ſapientia. Demõſtratiua quidem ſapientia quæ circa accidentia; hæc autem circa prima, quæ ſubſtantiarum.

f Sed non circa dictas in Phyſicis cãs quæſitam ſciam ponendũ. neque. n. circa qđ cuius grã. tale. n. bonum, hoc autem ĩ operabilib. exiſtit, & exiſtentibus in motu, & hoc primum mouet. Tale. n. finis. Primum autẽ mouens non eſt in immobilibus.

g Totaliter aũt dubitationem habet, utrum quidem circa sẽſibiles ſubãs eſt q̃ſita nunc ſcĩa, aut nõ, ſed circa quaſdam alias. Si. n. circa alias, aut circa ſpecies, aut ſicut circa mathematica. Species quidem. n. ꝙ nõ ſunt, palã.

h Attamen dubitationem hẽt, & ſi eſſe quis ipſas ponat ꝓꝑ qđ quidem nõ quemadmodum in mathematicis, ſic habet & in aliis, quorum ſunt ſpecies. Dico autem, q̃a mathematica q̃dem intermedia ſpecierum, ponunt & ſenſibilium, uelut tertia q̃dã ꝑter ſpecies, & q̃ hic. Tertius autem hõ non eſt, neque equus præter auton, & ſingulares.

i Si autem iterum non eſt, ut dñt, circa qualia ponendum negociari mathematicum? nõ eſt enim utique circa ea, quæ hic; horum enim nullum eſt, quale mathematicæ quærunt ſcientiarum. Neque enim circa Mathematica quęſita eſt nunc ſcientia. Separabile enim ipſorũ nullum. Sed neque ſenſibilium ſubſtantiarum. corruptibiles enim.

k Totaliter autem dubitabit vtique aliqs, cuius ſcientiæ dubitare de mathematicarũ materia: neque enim phyſicæ, ꝓꝑ circa habentia in ipſis principium motus & quietis naturalis omne

A *circa accidentia demonſtratio eſt, circa ſubſtantias, nõ eſt. quod ſi altera quanam vtraque, & utra ſapientia ſit. demonſtratiua enim ſapientia, quę circa accidentia eſt; quæ vero circa ipſa prima, quæ ſubſtantiarum eſt.*

B *At nec circa cauſas, quæ in Phyſicis dictæ ſunt, quam quærimus, ſciẽtia ponenda eſt. neque enim circa ipſum cuius cauſa. tale enim eſt bonum. hoc vero in agendis, & his, quæ ſunt in motu, exiſtit, & hoc primum mouet. tale namque finis eſt. in immobilibus vero primum mouens non eſt.*

Et omnino dubitationem hẽt, utrũ circa ſenſibiles ſubſtantias eſt, quę nunc quæritur, ſcientia, an non, ſed circa alias quaſdam. etenim ſi circa alias, aut circa formas erit profecto, aut circa mathematica. quod autem formę non ſunt, manifeſtum eſt.

C *Attamen etiam, ſi quis eas ponat eſſe, dubitationem habet, cur non ita ſe habet cæteris, quorum formæ ſunt, quemadmodum de mathematicis; dico autem, quod mathematica quidem, media ponunt formarum, & ſenſibiliũ eſſe, quaſi tertia quędam præter formas, & ea, quę hic ſunt. at tertius homo non eſt, nec equus, præter ipſum, et particulares.*

D *Quod ſi, ut aiunt, non ſunt, circa qualia ponendum eſt, quod Mathematicus tractet; non enim circa ea quę hic ſunt, nihil enim horum tale eſt, quale Mathematicę ſcientiæ quęrunt. At vero nec circa mathematica eſt, quę nunc quæritur ſcientia. nihil enim horum ſeparatum eſt. Verum nec ſenſibilium ſubſtantiarum, corruptibiles namque ſunt.*

Et omnino dubitare aliquis poſſit, qualiſnam ſcientię ſit, de Mathematicorum materia dubitare, nec enim naturalis, eo quod circa ea, quę in ſe principium motus, & quietis habent omnis Naturalis in-

E

eſſe negotiū. Neq; ēt intendentis de demonſtratione, & ſcīa, circa hoc ipsū, genus.n.inquiſitionē facit. Relinquitur igitur propoſitam philoſophiam de ipſis conſiderationem facere.

l Dubitabit aūt vtiq; aliquis, ſi oportet q̄rere quæſitā ſcīam, circa principia vocata ab aliquibus elementa. hæc aūt oēs in G exiſtentia cōpoſitis ponūt. Magis aūt vtiq; videbitur vniuerſaliū oportere eſſe quęſitā ſcīam. Oīs.n.ratio, & oīs ſcīa vniuerſaliū, & non extremorū. Quare erūt vtiq; ſic primorū generū.

m Hæc aūt fient vtique ens, & vnum. Hæc.n.maxime vtique exiſtimabuntur cōtinere entia oīa, & maxime principia videri, quia prima natura ſunt. Cor H ruptis.n. ipſis cointerimuntur reliqua. Oīa.n.ens, & vnum. Secundum quod aūt differentias ipſis, neceſſe participare, ſi ponat quis ipſa genera, differentia autem nulla genera participat: ſic non vtiq; videbit oportere ipſa poni genera, neq; pricipia.

n Adhuc aūt, ſi magis principiū, qđ ſimplicius, eo quod minus tale, vltima aūt eorum, quę ex gñe ſimpliciora generibus (indiuiſibilia.n. Gña, autem in plura, & dr̄ia diuiduntur) ma- I gis vtiq; principiū videbit̄ eſſe ſpēs generib. Quia autem cointerimuntur gñcribus ſpēs, gña principijs aſſimilantur magis. principium.n.quod interimit. Quę quidem igitur dubitationē hñt, hæc & talia ſunt altera.

LECTIO II.

ADhuc, vtrum oportet poni aliquid præter ſingularia, aut non, ſed horum quęſita ſcīa, ſed hæc infinita? q̄ vero prętcr ſingularia, gña aut ſpecies ſunt. Sed neutrius horum quęſita nunc ſcīa. Propter quod.n. K impoſſibile hoc, dictum eſt.

tentio eſt. Nec illius, quæ de demonſtratione, & ſcientia tractat. circa nanque idipſum genus, conſiderationem facit. Reſtat itaque Philoſophiā propoſitam de hiſce rebus tractare.

Dubitauerit autem quiſpiam profecto, ſi hæc, quę quæritur ſcientia, ponenda ſit circa principia, quæ a quibuſdam elementa uocantur. hęc autem omnes ineſſe compoſitis ponunt. Aut magis uideatur uniuerſalium eam oportere eſſe, quæ quęritur ſcientia. omnis.n.ratio, omniſque ſcientia uniuerſalium, non ultimorum eſt. quare ſic erit utique primorum generū.

Hæc autem ſane fuerint ens, & unum. hæc enim maxime putabuntur cuncta entia continere, & maxime principijs aſſimilari, eo quod natura prima ſint. corruptis nanque eis, ſimul cætera quoque pereunt. omne enim ens & unum. Quatenus autem neceſſe eſt, ut differentię participent his, ſi quis hęc genera ponat, nulla uero differentia participat genere, hoc pacto non uidebitur ea genera ponere, neque principia.

Item, ſi magis principium eſt, quod ſimplicius, quàm quod minus tale ſit, ultima uero eorum, quæ ex genere ſunt ſimpliciora, quàm genera ſint (hæc enim indiuidua ſunt: genera uero in plures ſpecies, & differentes diuiduntur) magis ſpecies, quàm genera uideantur principium eſſe. quatenus uero ſpecies, ſimul cum generibus pereunt, genera magis aſſimilantur principijs. principium nanque eſt, quod cointerimit. Hęc utique & huiuſcemodi alia ſunt, quę dubitationem habent.

LECTIO II.

ITem, vtrum ponendum eſt quicquam præter particularia, an non; ſed horum eſt, quę quęritur, ſcientia, at hęc infinita ſunt. quę uero pręter ſingularia ſunt, aut genera, aut ſpecies ſunt. neutrius autem horum, quę quęritur, ſcientia eſt. cur enim hoc impoſſibile ſit, dictum eſt.

totum negocium naturalis Philoſophiæ, eſt circa ea, quæ habent in ſeipſis principium motus, & quietis, quę naturalia dicuntur vnde de hac dubitatione ſe non intromittit. Similiter etiam conſideratio huius dubitationis non videtur pertinere ad illam ſcientiam, quæ intendit de demonſtratione, & ſcientia mathematicorum, quę dicitur mathematica ſcientia: quia huiuſmodi ſcientia præſupponit huiuſmodi materiam, ſiue huiuſmodi ſubiectum, & circa ipſum aliqua inquirit. vnde relinquitur, quod ad hanc philoſophiam pertineat conſiderare, de quo tractant ſcientiæ mathematicæ. Deinde cum dicit.

l ¶ Inquirit, circa qualia principia ſit conſideratio huius ſcientiæ: & circa hoc mouet tres quæſtiones. Primo enim quærit, vtrum hæc ſcientia ſit circa principia, quæ a quibuſdam elementa dicuntur. Quod videtur ex hoc, quòd omnes ponunt, huiuſmodi principia eſſe inexiſtentia, id eſt intrinſeca compoſito, & ita oportet ad cognitionem compoſitorum, quod ipſa cognoſcantur. Sed ex alia ratione uidetur, quod iſta ſcientia ſit magis uniuerſalium, quia omnis ratio, & omnis ſcientia uidetur eſſe [uniuerſalium, & non extremorum] id eſt particularium, ad quæ diuiſio communium terminatur. & ſic uidetur, quod iſta ſcientia maxime ſit priorum generū. Et ueritas eſt, q̄ hæc ſcientia præcipue cōſiderat communia, non tamen quod cōmunia ſint principia ſicut Platonici poſuerunt. Conſiderat autem & principia intrinſeca rerum, ſicut materiam & formam. Secundo ibi.

m ¶ Mouet ſecundam dubitationem. Videtur enim ex vna parte, quod vnum & ens ſint principia, & genera, quia hæc maxime uidentur cōtinere omnia ſuo ambitu communitatis. Et maxime uidentur eſſe principia, quia ſunt prima naturaliter, quia eis interemptis interimuntur alia. omnia enim ſunt ens, & unum. vnde, ſi auferatur unum, & ens, omnia alia auferuntur, ſed non conuertitur, & ſic uidentur eſſe prima naturaliter, cum prius naturaliter dicatur, à quo non conuertitur conſequentia eſſendi. Ex alia parte uidetur, quod unum, & ens non ſint genera, & per conſequens nec principia, ſi genera ſunt principia. Nulla enim differentia participat actu genus, quia differentia ſumitur a forma genus aūt a materia. Sicut rationale a natura intellectiua, animalia natura ſenſitiua. Forma autem non includitur in eſſentia materiæ actu, ſed materia eſt in potentia ad ipſam. Et ſimiliter differentia non pertinet ad naturā generis, ſed genus habet differentiam poteſtate. Et propter hoc, differentia non participat genus. quia cum dico rationale, ſignifico aliquid habens rationem, nec eſt de intellectu rationalis, q̄ ſit animal. Illud autem participatur, quod eſt de intellectu participātis. Et propter hoc dicitur, quod differentia non participat genus. Nulla autem poſſet differentia ſumi, de cuius intellectu non eſſet unum & ens. vnde unum & ens, nō poſſunt habere aliquas differentias. & ita non poſſunt eſſe genera, cum omne genus habeat differentias. Eſt autem ueritas, quod unum & ens non ſunt genera, ſed ſunt omnibus cōmunia analogice. Tertiam quæſtionem ponit ibi.

n ¶ Et eſt dubitatio, utrum principia ſint magis genera quam ſpecies. & primo oſtendit, quod ſpecies magis ſint principia quàm genera: quia quod eſt ſimplicius, eſt magis principium: ſed ſpecies uidentur eſſe ſimpliciores: ſunt enim indiuiſibilia, ad quæ terminat diuiſio gñis formalis; ſed genera in plura, & differentia ſpecie diuiduntur. ergo magis uidentur principia eſſe ſpecies quā genera. Sed ex ea parte, qua gña conſtituunt ſpecies, & non ecōuerſo, uidentur genera eē magis principia. Hoc.n.eſt de ratione principij, q̄ eo remoto, alia remouentur. Eſt aūt ueritas, quod uniuerſalia ſunt principia, ſcilicet in cognoſcēdo, & ſic genera magis ſunt principia, quia ſimpliciora. Et quod diuidantur in plura quàm ſpecies, hoc eſt, quia continent plura in potentia; ſed ſpecies continent plura in actu. Vnde ſunt magis diuiſibiles per modū reſolutionis compoſiti in ſimplicia.

LECTIO II.

POTSQVAM mouit dubitationem de conſideratione huius ſcientiæ, hic mouet dubitationem de his, quæ in hac ſcientia conſiderantur. Et primo, de ſubſtantijs. Secundo, de principijs, ibi. [Adhuc autem ſiquidem eſt.] Circa hoc mouit duas dubitationes, quarum prima eſt, utrum oporteat aliquid poni in rerum natura exiſtere pręter ſingularia, aut non. Et ſi dicatur quod non, uidetur ſequi, quod hæc ſcientia, quę nunc quæritur, ſit ſingularium, & quælibet alia. Sed hoc uidetur impoſſibile: quia ſingularia ſunt infinita, & infinitorum non eſt ſcientia. Si autem dicatur, quod aliquid exiſtit præter ſingularia, oportet quod ſint uel genera, uel ſpecies, & ſic hæc ſcientia eſſet de generibus uel ſpeciebus. Sed quare hoc ſit impoſſibile, dictum eſt prius, quia

quia nec genera, nec ſpecies videntur eſſe principia, cũ tamen hęc ſit ſcientia de principiis. Et ueritas hæc eſt, quia nihil eſt in rerum natura præter ſingularia exiſtens, ſed tantum in conſideratione intellectus abſtrahẽtis communia a propriis.

b ¶ Et eſt, utrum ſit aliqua ſubſtantia ſeparabilis præter ſenſi-
par. 2. biles ſubſtãtias, quæ ſunt hic & nunc. Et hæc quæſtio neceſſaria eſt hic ad quærẽdum: quia ſi nihil eſt præter ſenſibilia, tũc ſola ſenſibilia ſunt entia. Et cum ſapientia ſit ſcientia entiũ, ſequitur ꝙ ſapientia ſit circa ſola ſenſibilia, cũ tamen in hac ſcientia uideamur ꝙrere quandam aliam naturam ſeparatam. Et ſic ad propoſitũ huius ſcientiæ pertinet quærere, ſi eſt
par. 3. aliquid ſeparatum a ſenſibilibus, uel non. & quicquid horum detur, ſequitur alia quæſtio. & ideo cõſequenter cum dicit.

c ¶ Mouet quęſtionẽ, quę ụr ſi qui, ſi ponatur aliquid ſeparabile a ſenſibilib. quæ quidẽ quæſtio eſt, Vtrum pꝛęter omnes ſubſtantias ſenſibiles ſit aliquid ſe-
par. 4. parabile, aut præter quaſdam tantum, ſi præter quaſdam tantum, difficile eſt aſſignare rationem pręter quales ſubſtãtiarum ſenſibilium oportet ponere ſubſtantiam ſeparatam, & præter quales. Nõ enim uidetur eſſe rõ aliqua, quare præter homines & equos ſenſibiles ſit homo & equus ſeparatus, & non ſimiliter de aliis animalibus, & etiam de aliis inanimatis. Si autem præter omnia ſenſibilia ſit aliqua ſubſtantia ſeparata, ſequitur ꝙ oporteat ponere ali-
par. 5. quas ſubſtantias ſeparatas, perpetuas, æquales numero ſubſtantiis ſenſibilibus & corruptibilibus, ut ſcilicet, ſicut eſt homo corruptibilis, ita ſit homo incorruptibilis, & equus, & bos, & etiam in rebus naturalibus aliis. Et hoc uidetur cadere in irrationabilia. Deinde cum dicit.

d ¶ Mouet aliam quæſtionem, quæ uidetur ſequi, ſi non ſit aliqua ſubſtantia ſeparata a ſenſibilib. & eſt quæſtio, quid ſit primum principiũ, utrum ſcilicet materia vel forma, ex his enim duobus componuntur ſubſtantiæ ſenſibiles. Videtur enim primo aſpectu, quod nihil magis poſſit poni principium quam materia, quæ eſt primum ſubiectum, & ſemper manet, ſicut primi naturales poſuerunt. Sed hoc, vt videtur, non poteſt eſſe principium, quia materia non eſt in actu, ſed in potentia. Et ita, cum actus naturaliter ſit prior potentia, vt in Nono habitum eſt, uidetur quod ſit principiũ ſpecies, & forma, quę eſt actus. Sed nec forma poteſt eſſe principium, vt videtur, quia forma ſenſibilis uidetur eſſe corruptibilis.

Et ita, ſi forma ſenſibilis ſit primũ principium, uidetur ſequi, quod nulla ſubſtantia ſit perpetua, quæ ſit ſeparabilis, & ſecundum ſe exiſtens. Quod uidetur inconueniẽs, quia a ſummis philoſophis, & quæritur aliquod principium perpetuum, & ſeparatum, & aliqua talis ſubſtãtia, & hoc rationabiliter. non enim eſſet ordo perpetuitas in rebus, niſi eẽt aliquod principium ſeparabile & perpetuum, quod daret reb. perpetuitatem. Et ueritas harum quæſtionum eſt, ꝙ eſt aliqua ſubſtantia ſeparata a ſenſibilibus, nõ quidem ſpecies rerum ſenſibilium, ut Platonici poſuerunt, ſed primi motores, ut infra oſtendetur. Deinde cum dicit.

e ¶ Mouet quæſtionem de principiis, & primo quales ſint. Secundo quæ ſunt ibi. [Si autem ſunt aliq.] Tertio, quomodo ſe habeant ad inuicem ibi. [Adhuc autem utrum principium.] Quęrit ergo, ſi ſit aliqua ſubſtantia ſeparata, & principium, ut nunc quærimus, vtrum ſit aliquod principium omnium, ſcilicet corruptibilium uel non. ſi ſit principium aliquod omnium, dubitatio remanet, quare ex eodem principio quædam ſunt perpetua, quædam nõ perpetua. ſi autem aliud eſt principiũ corruptibilium, & aliud incorruptibilium, adhuc remanet dubitatio, quare cum principium ſit perpetuum, ea quæ ſunt ex primo non ſunt perpetua. ſi autem principium ſit corruptibile, omne autem corruptibile eſt generabile, omne autem generabi-

b Etenim totaliter dubitationem habet, utrum oportet aliquam exiſtimari ſubſtantiam ſeparabilem præter ſenſibiles ſubſtantias, & eas; quæ hic aut nunc, ſed hæc eſſe entia, & circa hæc ſapientiam exiſtere. Quærere quidem enim uidemur aliã quandam, & propoſitũ eſt hoc nobis. Dico autem ſcire ſiquidẽ ſeparabile ſecundum ſe, & nulli ſenſibilium exiſtens.

c Adhuc autem, ſi pręter ſenſibiles ſubſtantias eſt aliqua alia ſubſtantia, præter quales ſenſibiles oportet ponere hanc eſſe. Quid enim magis pręter homines aut equos, quam aliorum animalium ponet quis ipſam, aut totaliter inanimatorũ: Ac quales quidem ſenſibilib. & corruptibilib. ſubſtantiis ꝑpetuas alteras conſtituere, extra rationabilia uidebitur utique cadere.

d Si autem non ſeparabile a corporib. quęſitum nũc principiũ eſt, quod utique aliud quis ponet magis materia? hæc tñ actu quidẽ non eſt, potentia aũt eſt. Magis utiq; principiũ principalius hac, uidebitˀ eſſe ſpẽs & forma. hoc autẽ corruptibile. quare totaliter non eſt perpetua ſubſtantia ſeparabilis & ſecundum ſe. Sed inconueniẽs. Vr.n. & q̃ritur fere a gratioſiſſimis tanquã exiſtens quoddam principium & ſubſtantia talis. Quomodo.n. erit ordo non exiſtente aliquo principio perpetuo. & ſeparabili, & manente?

e Adhuc aũt ſiquidẽ eſt aliqua ſubſtãtia, & principium tale ſecundum naturam, quale nunc quærimus, & hoc unum oĩum, & idem perpetuorum & corruptibilium, dubitationem habet ꝑꝑ quid quidem eodem principio exiſtente, hęc quidem ſunt perpetua eorũ, q̃ ſub prĩcipio, hæc autem non perpetua: hoc.n. inconueniens. Si autem aliud quidem principium eſt corruptibilium, aliud autẽ ꝑpetuorũ. ſiquidẽ ꝑpetuum & qđ corruptibilium, ſimiliter dubitabimus. Propter quid.n. nõ ꝑpetuo principio exiſtẽte, & q̃ ſub principio ꝑpetua. Corruptibili autem exiſtente, aliud aliquid principium ſit huiˀ. & illius alterum, & hoc in infinitum procedit.

A *Etenim omnino haſitationem habet, vtrum arbitrandum ſit aliquam ſeparatam ſubſtantiam præter ſenſibiles ſubſtantias, & has quæ hic ſunt, an nõ, ſed illa eſſe entia, & circa illa Sapientiam uerſari. quęrere nanque uidemur aliam quandam, & hoc eſt nobis propoſitum. dico autem uidere ſi quid per*
B *ſe ſeparabile ſit, & in nullo ſenſibilium exiſtens.*

Item, ſi præter ſenſibiles ſubſtãtias, eſt aliqua alia ſubſtantia, præter quales ſenſibiles ea ponẽda eſſet. cur enim magis præter homines, quam præter equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata ponenda ſit? at his ſenſibilibus, & corruptibilibus ſubſtantiis alias ſempiternas æquales ponere, profecto extra rationem cadere uideretur.
C

Quod ſi id, quod nunc quæritur, principium non eſt a corporibus ſeparabile, quod aliud magis, quam materiam quis ponet? at hęc actu quidem non eſt, potentia uero eſt. Magis itaq; ac principalius ea uideatur eſſe principiũ, ſpecies & forma. uerũ hæc quoq; corruptibilis eſt. quare omnino non eſt perpetua ſubſtantia, & per ſe ſeparabilis. Sed hoc inconueniens eſt. uidetur nanque eſſe, ac ab ipſis maxime
D *gratia pręditis quęritur, tanquam ſit tale principium, ac talis ſubſtantia. Quo nanque pacto ordo erit non exiſtente aliquo perpetuo ſeparato, ac permanente?*

Item, ſi eſt aliqua ſubſtantia, et principium natura tale, quale nunc quęrimus, & hoc omnibus vnum, & idem perpetuis, atque corruptibilibus, dubitationem habet, cur cum idem principium ſit, quædam quæ ſub illo principio ſunt, ęterna ſunt. quędam non. hoc
E *enim inconueniens eſt. Et ſi aliud quidẽ corruptibilium principium, aliud ęternorum eſt, ſi etiam corruptibilium ęternum eſt, ſimiliter dubitabimus. Cur enim principio ęterno exiſtente, non ſunt ęterna, quę ſub ęterno ſunt? corruptibili uero exiſtente, aliud quoddam huius principium ſit, & illius aliud, & hoc in infinitum procedet.*

le habet principium, ſequitur quod principium corruptibile, ha. at aliquod principium, & illud aliud, & ſic in infinitum. quod eſt impoſſibile, ut oſtenſum eſt ſupra in Secundo. Et oerrat eſt, quod primum principium omnium eſt incorruptibile; ſed quædam propter longe diſtare ab eo, ſunt corruptibilia, in quib generatio & corruptio cauſatur per cauſā mediam, quæ eſt incorruptibilis ſm ſubſtantiam, uariabilis ſecundum vbi. Deinde cum dicit.

f ¶ Quęrit q̄ ſunt principia, & primo quærit de opinione illorum, qui poſuerunt principia unum & ens, quia ſūt maxime immobilia. qualitercumque.n. varietur aliquid, ſemper remanet vnū & ens. Sed ex eorum opinione cōſurgit duplex dubitatio, quarum vna eſt, vtrum unū ens ſignificat hoc aliquid & ſubſtantiam: ſi.n. non, non potuerunt eſſe ſeparabilia & per ſe exiſtentia, ſed talia principia quærimus, quę ſint ppetua & ſeparata exiſtētia. Si autem ſignificat hoc aliqd & ſubſtā tiam, ſequit̄ q̄ oīa ſint ſubſtantiæ, & nihil ſint accidens, quia ens prędicatur de omnib. entibus, unum aūt prędicatur de quibuſdam. Quędam uero ſunt, quæ in multitudine cōſiſtūt, de quib. uere manifeſtum eſt, qualiter prædicetur unum. hoc aūt eſt falſū, q̄ oīa ſint ſubſtātiæ. Vnde vr̄, q̄ unum, & ens non ſignificent ſubſtantiam.

g ¶ Secunda dubitatio quam ponit, talis eſt: Ponentes .n. vnum principiū & ſubſtantiam, dicunt q̄ ex uno & ex materia generatur numerus tanquam primus effect᷒. Et hūc .ſ. numerum dicunt eſſe ſubſtantiā. ſed hoc non uidetur eſſe verū, quia, ſi numerus componitur ex uno & materia, oportet quod ſit aliquid unum, ſicut quod componitur ex anima, & materia, oportet quod ſit animatum; ſed quomodo dualitas & quilibet aliorū numerorum, qui ſunt compoſiti ex multis unitatibus, ſunt unum, ut dicunt Platonici, nec facile eſt aſſignare, ut poſſit dici eſſe derelictum ab eis, quaſi de facili intelligibile. Secundo ibi.

h ¶ Proſequitur aliam opinionē de principiis. Quidam. n poſuerunt [lineas & habita] .i. conſequenter ſe habentia ad eas. ſ. ſuperficies eſſe principia, quia ponebāt corpora cōponi ex ſu-

F perficiebus, & ſuperficies ex lineis. Sed manifeſtum eſt, quòd hmōi non ſunt ſubſtantiæ ſeparabiles & per ſe exiſtentes, qa ſunt quædam deciſiones, & diuiſiones lineæ quidem ſuperficierum, ſuperficies corporum, puncta uero linearum. Et ſunt ēt termini eorundē, puncta. ſ. linearū, & ſic de aliis. Punctum. n. quod eſt in extremitate lineæ, eſt terminus lineæ. Quod autem ſignificatur actu infra lineam, eſt deciſio lineæ. & ſimiliter eſt de linea ad ſuperficiem, & de ſuperficie ad corpus. Manifeſtum eſt autem, quod termini & deciſiones ſunt exiſtentia in aliis, ſicut in ſubiectis unde non poſſent eſſe ſeparabilia. & ſic lineæ & ſuperficies, non ſunt principia. Deinde cum dicit.

i ¶ Inducit aliam rationem dicens, q̄ nō pōt opinari q̄ ſit aliqua ſubſtantia unitas & puncti, qa ſubſtantia non incipit eſſe niſi per generationem, cum aūt linea diuidit in actu, ipſa diuiſio eſt punctum. Eſt aūt harum qōnū veritas, q̄ nec unum, nec lineæ & ſuperficies ſunt principia. Tertio ibi.

K ¶ Poſt qōnē de uno & ente, & de dimenſionibus, mouet quæſtionem de ſubſtantia, & primo quærit, utrum ſubſtantię ſint principia. & uř q̄ non, quia omnis ſcientia eſt uniuerſalium, & unaquęque ſcientia eſt [talis uniuerſalis] id eſt alicuius ſubiecti uniuerſalis determinati. Sed ſubſtātia nō eſt de numero uniuerſalium, ſed magis eſt hoc aliquid ſeparabile, i. per ſe exiſtēs, & ita uidetur, quòd de ſubſtantiis nō eſt ſcientia. Sed ſcientia eſt circa principia, ergo ſubſtantia nō eſt principium. Et ueritas eſt, q̄ licet uniuerſalia non per ſe exiſtant, tamen naturas rerum, quæ per ſe ſubſiſtunt, eſt conſiderare uniuerſaliter. Et ſecundum hoc, accipiuntur genera & ſpecies in prędicamento ſubſtantię, quæ dicuntur ſecundę ſubſtātię, de quibus eſt ſcientia,

Quædam etiam per ſe exiſtentes ſunt principia, quæ quia immateriales, pertinent ad intelligibilem cognitionem, licet excedant intellectus noſtri comprehenſionem.

l ¶ Secundo quærit, utrum ſit aliquod [principium præter ſynolon,] i. præter ſimul totum, quod eſt compoſitum, aut non. Et exponit ſynolon, q̄ eſt materia, & quod cum materia cōponitur. Si enim non ſit aliqd prę ter cōpoſitū ex materia & forma,

f Si autem rurſus aliquis putat maxime principia immobilia eſſe, ens & unū ponat, primo q. dem, ſi non hoc aliquid & ſubſtantiam vtrunque ipſorū ſignificat, qūo erunt ſeparabilia & p ſe? Talia aūt quęrimus perpetua quæ & prima principia. Si vero hoc aliquid & ſubſtantiā utrunque ipſorum ſignificat, oīa erūt ſubſtantia entia. De omnibus .n. ens prædicatur, de quibuſdam autem, & vnum. Subſtantiam autem eſſe omnia entia, falſum.

g Adhuc aūt primum principiū q̄ unum dicentibus, & hoc ſubſtantiam, ex uno aūt & materia, numerū generat primo & hanc ſubſtantiā dicunt eſſe, qūo contingit quod dr̄ uerum eſſe? Dualitatem. n. & reliquorū vnūquēque numerum compoſitorum, quomodo vnum oportet intelligere: de hoc. n. neque dicunt nihil, neque facile eſt dicere.

h Si uero lineas, aut his habita (dico aūt ſupficies prima) ponat quis principia, hæc aūt non ſunt ſubſtātiæ ſeparabiles: deciſiones autem & diuiſiones, hę quidem ſuperficierum, hæ autem corporum, puncta autem lineatū. Ad hæc autem termini eorundem horum. Omnia autem exiſtunt in aliis, & ſeparabile nullum eſt.

i Adhuc quomodo ſubſtantiā exiſtimare oportet unius & pūcti? ſubſtantiæ quidem enim oīs generatio eſt, puncti aūt nō eſt. Diuiſio. n. punctum exhibet.

k Exhibet autē dubitationē, & oportet quidem ſcientiam eſſe vniuerſalium, & talis, ſubſtantiā aūt non uniuerſalium eſſe, magis autem hoc aliquid ſeparabile. Quare, ſi circa principia eſt ſcientia, qūo oportet principiū exiſtimare ſubſtantiam eſſe?

l Adhuc utrum eſt aliqd præter ſynolon, aut non? dico autē materiam, & quod cum hac. Si quidē enim non, q̄ quidem in materia corruptibilia omnia. ſi aūt

Quod ſiquis rurſus (quæ maxime videntur immobilia principia eſſe) ens & unum ponat, primo quidē niſi quod quid & ſubſtantiam utrunque eorum ſignificet, quomodo ſeparabilia, et per ſeipſa erunt? talia nanque prima, & æterna principia quærimus. Quod ſi ſubſtantiam, & quod quid utrunque eorum ſignificet, omnia entia ſubſtantia ſunt, cum de omnibus ens prædicetur, de quibuſdam uero etiam unum. G *cuncta uero entia ſubſtantiam eſſe, falſum eſt.*

Item illis, qui primum principium ipſum unum aiunt, et hoc ſubſtantiam eſſe, ex uno uero, & materia primo numerum generant, & hunc ſubſtantiam eſſe dicunt, quo modo contingit uerum eſſe quod dicitur? Dualitatem namque, & cæterorum compoſitorum numerorum H *unumquemque, quonam modo unum intelligere oportet? de hoc. n. nec dicunt aliquid, nec ut dicant facile eſt.*

Si quis uero lineas, aut quæ has ſequuntur (dico autem primas ſuperficies) principia eſſe ponat, hæc nō ſunt ſubſtantiæ ſeparabiles, uerum ſectiones & diuiſiones, illæ quidem ſuperficierum, hæ uero corporum. puncta uero linearum ſunt, & etiam ipſarum earundem termini. hæc autem omnia in aliis ſunt, & nihil ſeparabile eſt.

I

Item, quonam modo arbitrari oportet unius & puncti ſubſtantiam eſſe? omnis namque ſubſtantiæ generatio eſt, puncti uero minime. punctum enim diuiſio eſt.

Præbet autem dubitationem hoc et, quod omnis quidem ſcientia uniuerſalium eſt, & eius, quod tale eſt: ſubſtantiam uero non eſſe uniuerſaliam, ſed magis ipſum quod quid, & ſeparabile, quare, ſi ſcientia circa principia eſt, quonam modo arbitrari oportet, principium ſubſtantiam eſſe. K

Item, utrum eſt aliquid præter ipſum totum, an non, dico autem materiam, & quod cum ea eſt. Nam ſi non eſt, quæ in materia ſunt, omnia corruptibilia ſunt. quod ſi eſt aliquid, ſpecies

ma, quę autem ſunt in materia, dicuntur corruptibilia, ſequitur quod nihil ſit perpetuum. Et ſi eſt aliquid præter compoſitũ, hoc erit ſpecies & forma & remanebit dubitatio, in quibus forma ſeparatur, & in quibus non. Manifeſtum eſt enim, quod in quibuſdam forma non ſeparatur: forma enim domus non ſeparatur a materia. Vnde & Platonici non poſuerunt ideas rerum artificialium, quia formę rerum artificialiũ ſunt actus, quæ non poſſunt per ſe exiſtere. & ueritas eſt, quod eſt aliqđ præter materiam, non tamen forma rerum ſenſibilium. Deinde cũ dicit.

Cap. 3. par. prima. m Quęritur qualiter principia ſe habeant adinuicẽ, verum.ſ. omnium principia ſint eadem numero, aut ſpecie tñ: ſi.n. ſint eadem numero, ſequitur quod omnia ſint eadẽ numero. Si autẽ non ſunt eadem numero, oportebit quęrere cauſã diuerſitatis. Et ueritas eſt, quod loquendo de principiis extrinſecis, vnum numero ſunt, ſcilicet id, qđ eſt primũ principium omnium, ſit agens & finis. Principia vero intrinſeca, ſ. materia & forma, non ſunt unum numero omnium, ſed ſecũdum analogiã, vt infra oſtendetur.

eſt aliquid, ſpecies vtique erit & forma. Hoc igitur in quib. eſt, & in quibus non, difficile eſt determinare. In quibuſdam.n. palam non exiſtens ſeparabilis ſpecies, puta domus.

m Adhuc utrum principia ſpecie, aut numero eadem, ſi enim numero, omnia erunt eadem.

& forma profecto fuerit. hoc itaque, in quibus eſt, in quibuſue non eſt, difficile determinare eſt. in quibuſdã enim manifeſtum eſt non eſſe formam ſeparabilem, ut puta domo.

Item principia, utrum ſpecie, an numero eadem ſint: ſi enim numero unum, omnia erunt eadem.

LECTIO III.

a QVoniam autem philoſophi eſt ſcientia entis inquantũ ens, uniuerſaliter, & non ſecundum partem: ens autem multipliciter, & non ſecundum unũ dicitur modum. Siquidem igitur æquiuoce, ſecũdum cõe aũt nihil, nõ eſt ſub una ſciã. non.n. eſt unum genus talium. Si autẽ ſecundum aliquid commune, erit utique ſub una ſcientia.

b Videtur itaque dicto modo dici, quemadmodum medicatiuũ & ſalubre, etenim horum vnũquodque multipliciter. Dicitur autem ſecundum vnumquęque modorum, eo ꝙ hoc quidẽ ad medicatiuam ſcientiam reducitur aliqualiter, hoc autem ad ſanitatem, hoc aũt aliter ad idẽ, aut unũquodque. Medicatiuus enim ſermo dicitur & cultell⁹, eo ꝙ hic quidem a medicatiua ſcientia ſit, hic autem huic utilis ſit. Similiter autẽ & ſalubre: hoc quidem.n. quia ſignificatiuum ſanitatis, hoc aũt quia factiuum. Idem autẽ modus & in reliqs. Eodem itaque modo & ens oẽ dicitur. Eo enim ꝙ entis inquãtum ens paſſio, aut habitus, aut diſpoſitio, aut motus, aut aliorũ aliquid taliũ ſit, dicitur vnumquodque eorum ens.

LECTIO III.

CVm autem Philoſophi ſcientia ſit entis prout ens, uniuerſaliter, & non ſecundum partem, ens uero multipliciter, & non ſecundum unum modum dicitur, ſi æquiuoce, & non ſecundum aliquid commune dicitur, non eſt ſub una ſcientia: talium enim non eſt unum genus. quod ſi ſecundum aliquid commune, erit utique ſub una ſcientia.

Videtur autem prędicto modo dici, quemadmodum medicatiuum, & ſalubre. etenim utrunque horum multipliciter dicitur: dicitur namque hoc modo unumquodque eorum, eo quod hoc quidem ad medicandi ſcientiam quodam modo referatur, hoc uero ad ſanitatem, hoc uero aliter, unumquodque uero ad idem. medicatiuus nanque ſermo, et cultellus dicitur, eo quod ille quidem a medicandi ſcientia, hic uero ei utilis. ſimiliter et ſalubre. hoc enim, quia ſanitatis ſignificatiuum, hoc uero, quoniam factiuum. idem autem modus, et de cęteris eſt. Eodẽ autem modo et omne ens dicitur, eo quod que quod entis, prout ens eſt, paſſio, aut habitus, aut diſpoſitio, aut motus, aut aliquid huiuſcemodi ſit, dicitur ens unumquodque eorum.

LECTIO III.

Lib. 12. Tex. c. 3. & inde. a POſtquam mouit quæſtiones, hic incipit colligere ea, quę pertinent ad cõſiderationem huius ſcientiæ, & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit de quibus hæc ſciẽtia conſiderat. In ſecunda comparat hanc ſcientiam ad alias. ibi. [Omnis autem ſcientia.] Prima diuiditur i duas partes. In prima oſtendit quod ad hanc ſciam pertinet conſiderare de omnibus entib. In ſecunda ꝙ ad hanc pertinet conſiderare de principiis demonſtratiuis. ibi. [Quoniam autem.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit, quod omnium eſt reductio aliqualiter ad unum. Secundo oſtendit, quod de omnibus reductis ad unum eſt conſideratio huius ſcientiæ. ibi. [Quemadmodum autem. Circa primum duo facit. Primo oſtendit, ꝙ neceſſarium eſt ad præſentem conſiderationem inquirere, utrum omnia reducantur aliqualiter ad unum, dicens, quod quia ſcientia philoſophiæ eſt de ente inquantum eſt ens. ita quod conſiderat de ente ſecundum uniuerſalem rationem entis, & non ſecundum rationem entis alicuius particularis cum ens multipliciter & nõ uno modo dicatur; ſi iſta multiplicitas eſſet pura æquiuocatio, quæ non diceretur ſecundum aliquid commune, non caderent omnia entia ſub una ſciẽtia, quia non reducerentur aliquo modo ad unum genus. Oportet autem unam ſcientiam eſſe unius generis. Sed, ſi iſta multiplicitas habeat aliquod commune, omnia entia poſſunt eſſe ſub vna ſcientia. Vnde ad quæſtionẽ qua quærebatur, utrum iſta ſcientia ſit una, cum ſit de pluribus & diuerſis, neceſſarium eſt conſiderare, utrum omnia entia reducantur ad aliquid vnum, uel non. Secundo ibi.

Infra lec. 4. Infr. part. 5. part. 6. D. 549.

b¶ Oſtendit quod omnia reducuntur ad aliquid unũ, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit propoſitum. Secundo, manifeſtat quoddam quod poterat eſſe dubium. ibi. [Quoniam autẽ ſunt.] Prima diuiditur in duas. In prima oſtendit quod omnium reductio eſt ad vnum. In ſecũda oſtendit ad qđ omnia reducantur. ibi. [Differt autem nihil.] Circa primum duo facit. Primo oñdit, quod omnia entia reducũtur ad aliquod unum commune ens. Secundo ꝙ omnes contrarietates reducuntur ad vnam contrarietatẽ. ibi. [Quoniam autẽ cõtraria omnia &c.] Dicit ergo primo ꝙ ens uidetur dici mõ prædicto ſcilicet, ꝙ dicatur multipliciter ſecundum aliquid commune.

Infr. part. 5.

Quod manifeſtat per duo exempla ſcilicet medicatiuũ & ſalubre. Vtrunque enim eorum dicitur ſecundum diuerſos modos, tamen per reductionem ad aliquod unum. Medicatiuum enim aliquid dicitur multipliciter ſecũdum quod hoc refertur ſic ad medicamentum, & id aliter. Et ſimiliter ſalubre dicitur multipliciter, ſecundum quod hoc refertur ſic ad ſanitatem, & id aliter. Vtrobique tamen idem eſt ad quod fit reductio, licet diuerſis modis: ſicut ſermo dicitur medicans, eo quod eſt a ſcientia medicatiua: cultellus autẽ dicitur medicatiuus, eo quod eſt vtilis eidem ſcientię ſicut inſtrumentum. Et ſimiliter hoc dicitur ſalubre, quia eſt ſignificatiuum ſanitatis, ſicut urina. hoc aũt quia eſt factiuum ſanitatis, ſicut potio medicinalis. Et ſimiliter eſt in aliis, quæ hoc eodem mõ dñr. Manifeſtum eſt.n. ꝙ quæ ſic dicuntur, media ſunt inter uniuoca & æquiuoca. In uniuocis enim nomen unum prædicatur de diuerſis ſm rõnem totaliter eandem, ſicut animal de equo & de boue dictum, ſignificat ſubſtantiam animatam ſenſibilem. In ęquiuocis uero, idem nomen prędicatur de diuerſis ſm rõnem totaliter diuerſam: ſicut patet de hoc nomine canis, prout dr de ſtella, & quadã ſpẽ animalis. In his vero, quæ prædicto mõ dñr, idem nomen de diuerſis prædicatur ſecũdum rõnem partim eandem partim diuerſam. Diuerſam quidem, quantum ad diuerſos modos relationis. eandem uero quãtum ad id, ad qđ fit relatio. eſſe enim ſignificatiuum, & eſſe effectiuum, diuerſum eſt. ſed ſanitas vna eſt. Et propter hoc huiuſmodi dicũtur analoga. quia proportionantur ad unũ. Et ſimiliter eſt de multiplicitate entis. nam ens ſimpliciter, dicitur id quod in ſe hẽt eſſe ſcilicet ſubſtantia. Alia vero dicuntur entia, quia ſunt huius quod per ſe eſt, vel paſſio, vel habitus, uel aliquid huiuſmodi. non enim qualitas dicitur ens, quia ipſa habeat eſſe, ſed per eam ſubſtantia dicitur eſſe diſpoſita. Et ſimiliter eſt de aliis accidentibus. Et propter hoc dicit, quod ſunt entis. Et

ſic patet quòd multiplicitas entis habet aliquid commune, ad quod ſit reductio. Deinde cum dicit,

c ¶ Oſtendit quòd reductio omnium contrarietatum ſit ad vnã primam. Quia enim omnium entium ſit reductio ad aliquid vnum commune, contrarietatis autem entium, quæ ſunt oppoſitæ differentiæ per ſe conſequuntur entia, neceſſe eſt, quòd contrarietates reducantur ad aliquam primam contrarietatem, quæcunque ſit illa, ſiue pluralitas & unum, ſiue ſimilitudo & diſſimilitudo, ſiue quæcunque aliæ ſint primæ differentiæ entis. Et huiuſmodi contrarietates debet conſiderari ab ſcientia, quæ determinat de entibus. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit quid ſit illud commune, ad quod ſit reductio omnium entium, & dicit quod nihil differt utrum fiat reductio ad ens, vel vnum: ſi enim dicatur quòd ens & vnum nõ ſunt idem, ſed differunt ratione, ſecundum quod unum addit indiuiſibilitatem ſupra ens, tñ manifeſtum eſt, quòd adinuicem conuertuntur; quia omne unum eſt aliqualiter ens, & omne ens eſt aliqualiter unum. Et ſicut ſubſtantia eſt propriè & per ſe ens, ita propriè & per ſe unum. Quõ autem unum ad ens ſe habeat, ſupra dictum eſt in Quarto

Tex.com. 3. Tex.com. 7. & Decimo. Deinde cum dicit:

e ¶ Remouet quandam dubitationem dicens, quod omnia contraria pertinent ad conſiderationem unius ſcientiæ, & huius ratio potiſſima uidetur eſſe, quia in omnibus contrariis unum dicitur ſecundum priuationem, quod cognoſcitur ex ſuo oppoſito, remanet dubitatio: quomodo contraria dicuntur ſm priuationem, inter quæ eſt medium, cum in oppoſitis priuatiue, nõ ſit mediũ. Et ad hoc reſpondendum eſt, quod in talibus contrariis, alterum contrariorum non ponitur priuatio, quaſi tollens totam rõnẽ alterius oppoſiti, ſed quia eſt priuatio ultimæ ſpeĩ; inquantũ.ſ. tollit completam rõnem totius ſpeĩ. Sicut ſi aliquis dicitur iuſtus, eo q eſt obediens legibus ſecundum habitum aliquem, non ſemper dicetur iniuſtus, eo quod ſit priuatus tota ratione iuſtitiæ, quod in nullo obediat legibus, ſed quia perſuaſus eſt, ut in aliis deficiat ab obedientia legis. Et ſic ineſt ei priuatio iuſtitiæ, inquantum deficit a perfecta ratione iuſtitiæ. &

c Qm̃ autem omnis entis ad unum aliquid & commune, reductio fit & contrarietatũ unaquæq; ad primas differentias, & contrarietates reducetur entis, ſiue pluralitas & unum, ſiue ſimilitudo & diſſimilitudo, primæ entis ſint dr̃æ, ſiue aliæ aliquæ. ſunt enim hę ſpeculatæ.

B

d Differt autem nihil entis reductionem ad ens, aut ad unũ fieri. etenim ſi non idem, ſed eſt aliud, conuertitur quidem. Vnum enim ens aliqualiter & ens unum.

G

e Qm̃ autem contraria omnia unius & eiuſdem ſcientiæ ſpeculari, dr̃ autem unumquodque ipſorum ſm̃ priuationem, & utique quædam dubitabit aliquis quomodo dicuntur ſm̃ priuationem, quorum eſt inter medium aliquid, quemadmodum iniuſti & iuſti. Circa omnia itaq; talia, priuationẽ oportet poni, non totius rõnis, ſed ultimæ ſpeciei. puta ſi eſt iuſtus ſecundum habitum quẽdã obediens legib. nõ ſemper erit iniuſtus tota priuatus rõne. Circa perſuaderi autem legibus deficiens in aliquo, & ſecundum hoc priuatio ineſt ipſi. eodem autem modo & in aliis.

H

f Quemadmodum aũt in aliis Mathematicus circa ea, quæ ex ablatione, theoricam facit; circum tollens.n. omnia ſenſibilia ſpeculat; puta grauitatem, & leuitatem, & duritiem, & contrarium: adhuc autem caliditatẽ & frigiditatẽ, & alias ſẽſibiles cõtrarietates ſolũ, aũt derelinquit q̃tum & continuũ, & horũ quidẽ ad unũ, horũ autẽ ad duo, horum uero ad tria: & paſſiões horum inquãtum q̃ta ſunt & continua, & non ſm̃ aliud aliquid ſpeculatur, & horum qdẽ cas, q adinuicem poſitiones cõſiderat, & i his exiſtentia: horum aũt commenſurõnes & icommenſurationes, horum uero rationes, ſed tantum omnium unam & eandem ponimus ſciẽtiam geometricam; eodem modo ſe habet & circa ens.

I

K

g Huic.n. accidentia, inquan-

F. propter hoc poteſt habere medium, quia non omnis, qui caret iuſtitia, totaliter iuſtitia priuatur, ſed aliqua parte; & hoc eſt medium, quod inuenitur ſecundum magis & minus, & ſimiliter eſt in aliis contrariis. Sed priuatio uitus dicitur in hoc, q totaliter aliquis caret viſu: & ideo inter cæcitatem & viſionem non eſt medium. Deinde cum dicit.

Cum autem omnis entis ad vnum quid & commune reductio fiat, contrarietatum quoque ſingulæ ad primas differentias, & contrarietates entis reducuntur, ſiue multitudo & unum, ſiue ſimilitudo & diſſimilitudo; primæ ſint entis differentiæ, ſiue aliquæ aliæ, ſint autem hę ſpeculatione perceptę.

Nihil autem intereſt ad ens, uel ad unum entis reductionem fieri. etenim ſi non idem, ſed aliud ſit, attamen conuertitur. et ipſum unum quodam modo ens, & ipſum ens unum eſt.

Cum autem unius et eiuſdem ſcientię ſit cuncta contraria ſpeculari, unumquodque autem horum ſecundum priuationem dicatur, quorum aliquid intermedium eſt quemadmodum iniuſti & iuſti, dubitauerit quiſpiam quonam modo ſecundum priuationem dicuntur. Circa omnia talia ſane priuatio ponenda non totius rationis, ſed ultimę ſpeciei. ut puta, ſi iuſtus eſt ſecundum habitum quendam, legibus obtemperans, iniuſtus non erit omnino tota ratione priuatus. circa uerò obedientiam legum deficiens, aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit. eodem autem modo & de aliis.

Quemadmodum autem Mathematicus circa abſtracta ſpeculatur: tollendo namque omnia ſenſibilia, ita ſpeculatur, utpute grauitatem & leuitatem, duritiem & contrarium, item autem caliditatem & frigiditatem, & ceteras ſenſibiles contrarietates; ſolum vero dimittit quantum, & continuum, horum quidem ad unum, horum verò ad duo, horum autem ad tria, & paſſiones eorum prout quanta, & continua ſunt, non prout aliquid aliud ſpeculatur, & horum quidem ſitus adinuicem conſiderat, & ea quę eis inſunt, horum uero commenſurationes et incommenſurationes, horum autem rationes, attamen unam omnium, et eandem ſcientiam ponimus Geometriam; eodem modo etiam circa ens ſe habet.

Quę enim prout eſt accidunt, &

f ¶ Oſtendit quod ſicut de omnibus entibus reductis ad unum, ſed conſideratio huius ſcientiæ, & circa hoc utitur exemplo Geometriæ oſtendit, q ad vnam ſcientiam pertinet conſiderare omnia, quæ reducuntur ad ens, dicẽs, quod ſicut Mathematica habet conſiderationem circa ea, quæ ſunt ex ablatione, idest circa abſtracta, quæ quidem abſtractio fit non eo, q ponat ea, de quibus conſiderat, in rerum natura eẽ ſeparata a ſenſibilibus, ſed quia cõſiderat ea abſque conſideratione ſenſibiliũ. Speculatur.n. Mathematica auferens a ſua conſideratione oĩa ſenſibilia, ſicut leuitatem, grauitatem, duritiem, molliciem, caliditatem & frigiditatem, & omnes alias ſenſibiles contrarietates, & derelinquit in ſua conſideratione ſolũmodo quantum & continuum, ſiue ſit continuum ad unã tantum dimenſionem, ut linea: ſiue ad duas, ut ſuperficies: ſiue ad tres, ut corp⁹, & conſiderat primo paſſiones horũ inquantum ſunt continua, & non ſm aliquid aliud. Non.n. cõſiderat paſſiones ſuperficiei ſecundũ quod eſt ſuperficies, lignea, uel lapidea; & ſimiliter rõnes eorũ adinuicẽ. Cõſiderando figuras & cõſiderat accidẽtia, quę exiſtũt in figuris, & cõſiderat menſurationes & incommenſurationes quantitatum, vt patet in decimo Euclidis, (& rõnes.i. proportiones earũ, ut patet in quinto. Sed tñ de omnibus eſt una ſciẽtia quæ eſt Geometria. Et ſicut eſt de Mathematico, ita eſt de Philoſopho, q conſiderat ens, & prætermittit conſiderare omnia particularia entia, & cõſiderat ea tantum quę pertinent ad ens commune, quæ licet ſint multa, tamen de omnibus eſt una ſcientia, inquantum.ſ. reducuntur omnia in vnum, ut dictum eſt. Secundo ibi.

g ¶ Oſtendit cuius ſcientiæ ſit prædicta conſiderare, dicens, q conſiderare accidentia entis, inquantum eſt ens, non eſt alte

rius

rius ſcientiæ, quàm huius philoſophiæ. Si n. eſſet alterius, maximè videretur eſſe Naturalis ſcientiæ & Dialecticæ, quæ videntur maximè inter ſcientias eſſe communes. Naturalis quidem ſecundum opinionem antiquorum, qui non ponebant alias ſubſtantias, niſi ſenſibiles. Sic enim ſequeretur, quòd ad naturalem pertineret conſiderare de omnibus ſubſtantiis, & per conſequens de omnibus entibus, quæ reducuntur ad ſubſtantiam. Dialectica autem videtur eſſe communis, & ſimiliter ſophiſtica, quia conſiderant quædam accidentia entibus, ſcilicet intentiones & rationes generum, ſpeciei, & aliorum huiuſmodi. Vnde relinquitur quod Philoſophus conſideret prædicta, ut quæ in entibus ſunt accidentia entis. Et hoc

b ¶ Ex dictis infert concluſionem principaliter intentam, dicens, quod quia ens dicitur multipliciter ſecundum aliquid vnum, & omnia contraria reducuntur ad primam contrarietatem entis, & talia ſic reducta in vnum, poſſunt cadere ſub una ſcientia, vt dictum eſt, per hoc ſoluitur dubitatio prius mota, quomodo multorum differentium genere ſit vna ſcientia.

tum eſt ens, & contrarietates ipſius, inquantum ens, non alterius ſcientiæ, quàm philoſophiæ ſpeculari. Naturali quidem n. non inquantum entia, magis autem inquantum motum participant, theoriam vtique quis diſtribuet. Dialectica enim entia & Sophiſtica ſunt accidentium quidem entibus, nõ autem inquãtum entia, neque circa ens, inquantum ens eſt. Quare relinquitur, philoſophum, inquantũ entia ſunt eſſe circa dicta ſpeculatiuum.

b Quoniam autem ens omne ſecundum vnum, & commune aliquid dicitur multipliciter dictum, & contraria eodem modo (ad primas enim contrarietates & differentias entis) talia enim poſſunt ſub una ſcientia eſſe, diſſoluetur utique quæ ſecundum principia dubitatio dicta. Dico autem, in qua dubitatum eſt, quomodo erit multorum, & differentium genere aliqua ſcientia.

A munia, pertinet ad hanc ſcientiam, quæ conſiderat de ente inquantum eſt ens. Dicit ergo, quod Mathematicus vtitur principiis communibus propriè, idest ſecundum quod appropriantur ſuæ materiæ. Oportet autem quod ad primam philoſophiam pertineat conſiderare principia huiuſmodi ſecundum ſuam communitatem.

eius prout entium contrarietates, nõ eſt alterius ſciẽtia, quàm philoſophiæ ſpeculari. Naturalis namque ſpeculationem de eis, non prout entia, ſed prout motus participant, attribuet quis quiſpiam. Dialectica vero, & Sophiſtica de his, quæ accidunt quidem entibus ſunt, verum non prout entia ſunt, neque circa ipſum ens prout ens eſt. vnde reſtat philoſophum eſſe circa prædicta B ſpeculatiuum, prout entia ſunt.

Cum vero, & omne ens ſecundum vnum quid, & commune dicatur, multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad primas namque contrarietates, & differentias entis reducuntur) huiuſcemodi vero poſſibile ſit ſub H vna ſcientia eſſe, ſoluetur profecto dubitatio a principio dicta. dico autem C in qua dubitatur, quonam modo multorum & genere differentium, vna quædam ſcientia erit.

ſed communitatem ſuam. Ea enim accepta ſunt principia ſuppoſitum, ſed quod ſunt alicui materiæ particulari appropriata. Et hoc quod dicitur, manifeſtat per exemplum: vt hoc principium, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ relinquuntur æqualia ſunt, eſt cõe in omnib. quantis, in quibus inueniuntur æquale & inæquale. Sed mathematicæ aſſumunt huiuſmodi principia ad propriam conſiderationẽ circa aliquam partem quanti, quæ eſt materia ſibi conueniens. nõ eſt. n. aliqua mathematica ſcientia, quæ conſideret ea, quæ ſunt quantitatis cõis, inquantum eſt quãtitas: hoc. n. eſt primæ philoſophiæ, ſed conſiderant Mathematicæ Sciẽtiæ ea, quæ ſunt huius vel illius quãtitatis, ſicut Arithmetica, ea quæ ſunt numeri, & Geometria ea quæ ſunt magnitudinis. Vnde Arithmeticus accipit prædictum principium, ſecũdum qđ pertinet ad numeros tãtum, Geometria autem ſecũdũ quod pertinet ad lineas, uel ad angulos. non aũt cõſiderat Geometria hoc prĩcipium circa entia, inquantum ſũt entia, ſed circa ens inquantum eſt continuum. uel ſm vnã dimenſionem, ut linea, vel ſecundum duas, vt ſuperficies, vel ſecundũ tres, ut corpus. Sed philoſophia prima nõ intendit de partib. entis, inquãtũ aliquid accidit unicuique eorum, ſed cũ ſpeculatur vnũquodque cõium talium, ſpeculatur circa ens inquantum eſt ens. Deinde cum dicit.

LECTIO IIII.

a Poſtquam Philoſophus oſtendit quod conſideratio huius ſcientiæ eſt circa ens, & ea quæ conſequuntur ens inquantum huiuſmodi: hic oſtendit quomodo conſideratio huius ſcientiæ eſt de primis principiis demõſtrationis: & diuiditur in duas partes. In prima oſtendit quod ad hanc ſcientiã pertinet conſideratio de his. In ſecunda determinat de quodam principio demõſtrationis, quod eſt inter alia primum ibi [Eſt autem quoddã &c.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit propoſitum ex cõſideratiõe ſciẽtiæ Mathematicæ. Secundo ex conſideratione ſcientiæ naturalis, ibi [Eodẽ autem.] Vtitur autem in prima parte tali ratione. Quæcumque communia ſcientiis particularibus accipiuntur particulariter, & non ſecundum quod ſunt in ſua communitate, pertinent ad conſiderationem huius ſcientiæ, ſed prima principia demonſtrationis accipiuntur a Mathematica, & ab aliis particularibus ſcientiis particulariter tantum. ergo eorum conſideratio ſecundum quod ſunt com

LECTIO IIII.

a Quoniam autem mathematicus vtitur communib' propriè, & horum principia, erit vtique ſpeculari philoſophiæ primæ. Quod. n. ab æqualibus, æqualibus ablatis, quę relinquũtur æqualia, commune quidem eſt omnibus quantis. Mathematica autem aſſumens circa aliquam partem conuenientis materiæ, facit theoriam. Puta circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut reliquorum aliqđ quantorum, non inquantum continuũ ipſorũ unumquodq; aut vnum, aut duo, aut tria. Philoſophia autem de his, quæ in parte quidem, inquantum horum unicuique aliquid accidit, non intendit. Circa ens autem E inquantum ens, unumquodq; talium ſpeculatur.

b Eodem autẽ habet modo & circa Naturalẽ ſcientiã Mathe-

LECTIO IIII.

Cum autem etiam Mathematicus propriè ſpecialiter communibus vtatur, horum quoque principia ſpeculari primæ Philoſophiæ profecto erit. I quod enim ab æqualibus demptis æqua D libus, æqualia ſunt quæ reſtant, commune quidem in omnibus quantis eſt. Mathematica vero accipiens, circa quandam ſuæ materiæ partem ſpeculatur, vt circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut aliquid ceterum quantorum, non tamen prout entia, ſed prout vnumquodque horum ad vnũ, uel duo vel tria continuum eſt. Philoſophia uero de particularibus quidem, prout vnicuique horum aliquid accidit, non conſiderat: circa uero ens prout ens, unumquodque horum ſpeculatur.

Eodem autem modo circa etiam Naturalem ſcientiam ſe habet, quo

b ¶ Oſtendit idem ex conſideratiõe naturalis ſcientię, dicẽns, quod eodem mõ ſe habet naturalis ſcientia quantũ ad hoc ſicut & Mathematica; quia naturalis ſcientia ſpeculatur accidentia entium & principia, non inquantum ſunt entia, ſed inqtũ ſunt mota. Sed prima ſcia eſt de his ſecundum quod ſunt entia, & non ſecũdũ aliquid aliud. & idõ naturalem ſcientiã, & mathematicã oportet partes eſſe primæ philoſ, ſicut particularis ſcientia

part. 1.

part. 2.

ſcientia pars dī eſſe vniuerſalis. Quod autem huiuſmodi principia communia pertineant ad conſiderationem primę philoſophiæ huius, ratio eſt, quia, cum omnes primę propoſitiones per ſe ſint, quorum prędicata ſūt de ratione ſubiectorum, ad hoc quod ſint per ſe notæ quantum ad omnes, oportet quod ſubiecta, & prędicata ſint nota omnibus. Huiuſmodi autem ſunt cōmunia, quæ in omniū conceptione cadunt, ut ens & nō ens, & totum & pars, ęquale & inęquale, idem, & diuerſum, & ſimilia, q̄ ſunt de conſideratione philoſophi primi. Vnde oportet, quod propoſitiones cōmunes, quę ex huiuſmodi terminis conſtituuntur, ſint principaliter de conſideratione Philoſop. Primi.

Cap. 4. par. 1.

LECTIO V.

par. 1. POſtquam oſtēdit philoſophꝰ, ꝙ cōmunia demōſtrationis ſunt pricipaliter de conſideratione huius philoſophiæ, hic determinat de primo principio inter ea. Neceſſe eſt

par. 2. Alia litera Adhuc. enim, ꝙ ſicut omnia entia reducūtur ad aliquod primū, ita oportet ꝙ principia demonſtrationis reducātur ad aliquod principium, quod principaliꝰ cadit in conſideratione

par. 3. huius philoſophiæ. Hoc aūt eſt, quod non contingit ſimul eſſe & nō eſſe. Quod quidem ea ratione primum eſt, quia termini eiꝰ ſunt ens & non ens qui primo in conſideratione intellectus cadunt. Diuiditur aūt hæc pars in duas. In prima determinat ueritatem

par. 4. circa illud principiū. In ſecunda excludit errorem ibi. [ad dicentem aūt.] Circa primum duo dicit de illo principio. Primo dicit, ꝙ eſt quoddam principium demōſtratiuū in entibus [circa qd non contingit mentiri]. ſecundum interiorem rationem ſed neceſſariū [eſt ſemper facere contrarium] .ſ. dicere uerum circa ipſum. Et hoc principium eſt, quod non contingit idem eſſe, & non eſſe ſecundum unum & idem tempus, & alijs conditionibus ſeruatis, quæ conſueuerunt in contradictione apponi ſcilicet ſecundum idem, ſimpliciter, & alia huiuſmodi. Impoſſibile enim eſt, quód aliquis opinetur hoc principium eſſe falſum: opinaretur enim contradictoria eſſe ſimul uera Et ſic

maticæ. Naturalis.n.accidentia, & principia ſpeculatur entium inquantum mota, & non inquātum entia. Primam autem ſcientiam diximus horum eſſe, ſecundum quod entia ſubiecta ſunt, ſed nō alterum aliquid. Propter quod & hāc & Mathematicam ſcientiam partes ſapientiæ eſſe ponendum. G

LECTIO V.

EST autem quoddam in entibus principium, circa qđ non eſt mentiri, contrarium autem neceſſarium ſemper facere. Dico autem uerum dicere, puta ꝙ non contingit idem ſecundū vnum & idem tempus eſſe, & non eſſe, & alia ipſis oppoſita hoc modo. H

b Et de talibus ſimpliciter quidem non eſt demonſtratio, ad huc autem eſt. non enim eſt ex credibiliori principio hoc ipſo facere ſyllogiſmum. oportet autem, ſi quidem erit ſimpliciter demonſtrare.

c Ad dicentem autem oppoſitas dictiones ei, qui falſum id eſſe oſtendit, ſumendum aliquid tale, quod idem quidem erit ei, quod eſt non contingere idē eſſe & non eſſe ſecundum unum & idem tempus, non uidebitur autem eſſe idem. Sic.n. ſolū utique demonſtrabitur ad dicentē contingere oppoſitas dictiones uerificari de eodem. I

d Futuros itaq; inuicē ratione communicare, oportet aliqđ ipſorum intelligere. non facto aūt hoc, qūo eſt communicatio his adinuicem ſermonis? Oportet igitur nominum unūquodque eſſe notum, & ſignificare aliqd, & nō multa, ſolum autē unum. Si aūt plura ſignificet, manifeſtū facere ad ꝙ fert nomē eorum. Dicēs itaq; eſſe hoc, & non eſſe hoc, ꝙ totaliter eē dicit nō dicit. quare qdē qđ ſignificat nomen, K

Mathematica. Naturalis namque accidentia & principia entium prout mouentur. & non prout entia ſunt, ſpeculatur. primam uero ſcientiam horum diximus eſſe, prout ipſa ſubiecta entia ſunt, & modo prout aliquid aliud. Propter quod & illam, & Mathematicam ſcientiam Sapientiæ partes eſſe ponendum eſt.

LECTIO V.

EST autē aliquod in entibus principium, circa quod dicere falſum non erit, ſed neceſſe eſt ſemper contrarium facere: dico autem verum dicere, vt puta quod non contingit idem ſecundum vnum, & idem tempus eſſe, & non eſſe; & cætera eodem atque hęc, oppoſita.

Et de his talibus ſimpliciter quidē demonſtratio non eſt, ad aliquem autem eſt. non eſt enim ex certiore principio ſyllogiſmum ipſius eiuſdem facere, quod eſſe oporteret ſi ſimpliciter demonſtrare eſſet.

Ad illum vero, qui dicit locutiones oppoſitas, accipiendum eſt ab eo, qui monſtrat hoc falſum eſſe, aliquid tale, quod idem erit quidem ei, quod non contingit ſecundum unum & idē tempus idem eſſe, & non eſſe, non autem appareat idem eſſe. ſic enim ſolummodo demonſtretur ad eum, qui dicat oppoſitas locutiones de eodem verificari.

Qui autem ſermonem inuicem cōmunicaturi ſunt, oportet vt aliquatenus inuicem intelligant. hoc enim non facto, quomodo erit eis inuicem ſermonis communicatio? Oportet igitur nominum vnumquodque notum eſſe, & aliquid ſignificare, nec multa, ſed vnum. quod ſi plura ſignificet, manifeſtare ad quod eorum nomen fert. Qui igitur dicit eſſe hoc & non eſſe hoc, quod omnino eſſe dicit, non dicit. quare id, quod nomen ſignificat, idipſum non ſignificare dicit. hoc

F idem habere ſimul contrarias opiniones. Nam contrariæ opiniones ſunt, quæ ſunt de contrariis. Sicut opinio, qua quis opinatur Socr. ſedere, eſt contraria opinioni, qua quis opinatur, eum non ſedere.

b ¶ Secundo dicit, ꝙ de prędicto principio & ſimilibus non poteſt eſſe ſimpliciter demōſtratio, ſed poteſt eſſe demonſtratio ad hominē. Quod autem non poſſit ſimpliciter demōſtrari, probat ex hoc, quòd non contingit facere ſyllogiſmū ad hoc principium demōſtrandum ex aliquo principio magis noto, quod oporteret, ſi contingeret illud principium ſimpliciter demonſtrare. Sed ad hominē contingit hoc principiū demonſtrare, qui cōcedit aliqđ aliud, licet minus notum, & hoc negat. Deinde cum dicit.

c ¶ Excludit opinionem negantiū illud principium, & diuiditur i partes duas. Primo diſputat contra negātes hoc principium. Secundo oſtēdit quomodo ad hāc opinionem poſſit reſponderi, ibi. [Soluetur autem.] Circa primum duo facit. Primo diſputat contra negantes hoc principium ſimpliciter. Secundo deſcendit ad ſpeciales opiniones, ibi. [Cito autem.] Circa primum duo facit. Primo ponit modū diſputandi contra hunc errorem dicens, quòd ille, qui contra ponentē contradictorias propoſitiões eſſe veras, vult oſtendere, quod ſit falſum, debet ſumere aliquid tale, quod idem ſit huic principio ſcilicet, non contingere idem eſſe & non eſſe, ſecundum idē tempus, ſed non uideatur idem. ſi.n. uideretur idem, non cōcederetur ab aduerſario: ſi autē non eſſet idem, non poſſet concludere propoſitum, quia huiuſmodi principiū non poteſt ex notioribus oſtendi. Et ideo hoc ſolum modo poteſt ſumi demonſtratio contra dicentem, ꝙ contradictoria uerificentur de eodem: ut ſcilicet illud, quod ſumitur, ſit idem concluſioni, ſed non uideatur idem.

Lect. 6. par. primus

d ¶ Secundo procedit ad diſputandum contra prędictum errorem, & circa hoc facit tres rationes, quarum prima eſt; quod ſi duo homines debeat adinuicem communicare rationem, vt ſcilicet unus alteri rationem ſuam communicet diſputando,

oportet

oportet vnum ipſorum intelligere aliquid, quod ab alio dicitur: quia ſi hoc non eſſet, non communicarent adinuicem in ſermone ſecundum rationem. Et ita, fruſtra acciperetur diſputatio contra eum, qui hoc negaret. Si autem vnus ex eis intelligeret quod alius dicit, oportet quod vnumquodque nominum quæ proferuntur, ſit notum in ſua ſignificatione, & per conſequens, quod ſignificet aliquid, & non multa, ſed ſolū unū. Et ſi ſignificet multa quod manifeſtetur, ad quod illorū multorum ſignificādum utatur nomine: alias neſciret unus, quod alius uellet dicere. Hoc igitur ſuppoſito, quod nomen ſignificet unum, manifeſtum eſt, quod ille, qui dicit eſſe hoc, & nō eſt hoc: puta quod Socr. eſt homo, & nō homo: illud unum, quod attribuit Socrati, quod ſcilicet eſt homo, negat, cū adiungit quod non eſt homo. Et ſic negat id quod primo ſignificauit. Vnde relinquitur, quod nomen nō ſignificat id, quod ſignificat, quod eſt impoſſibile. Sequitur ergo, quod ſi nomen aliquid determinate ſignificat, quod impoſſibile eſt contradictionē uerificari de eodem. Secundam rationem ponit ibi.

hoc non inquit, ſignificare. hoc autē impoſſibile. Quare ſiquidem ſignificat aliquid eſſe hoc, contradictionem verificari impoſſibile de eodem.

A *autem impoſſibile eſt: vnde ſi quidem ſignificat aliquid, hoc ſcilicet eſſe hoc, impoſſibile eſt contradictionem de eodem uerificari.*

c Adhuc autem ſi quid ſignificat nomen, & hoc verificatur, oportet & hoc ex neceſſitate eſſe. Quod autem ex neceſſitate eſt, non contingit tunc non eſſe. oppoſitas igitur non contingit dictiones, & negationes verificari de eodem.

Item, ſi nomen aliquid ſignificat, & hoc uerificatur, oportet hoc neceſſario eſſe. quod uero neceſſario eſt,
B *non contingit tunc non eſſe. oppoſitas ergo non eſt poſſibile locutiones, de eodem verificari.*

f Adhuc autem, ſi nihil magis dictio quā negatio verificatur, dicens hominem, aut non hominem, nihil magis verum dicet. Videbitur autem vtiq; non equum eſſe dicens hominem, & magis aut nō minus verum dicere, quàm non hominem, quare & equū dicens eſſe eundem, verum dicet. oppoſitas.n. ſimiliter erat verum dicere. Accidet igitur, eūdem hominem eſſe, & equum, aut aliorum aliquod animalium. Demonſtratio quidē igitur nulla horum eſt ſimpliciter; ad ponentem tamen hæc demonſtratio.

Item, ſi nihil magis affirmatio, quā negatio verificatur, qui dicit hominem; uel non hominem, nihil magis uerum dicet. attamen uideri poteſt, quod ſi hominem non equum eſſe dicat, aut magis, aut non minus uerum dicere, quàm ſi non hominem. vnde
C *etiam ſi eundem dicit equum eſſe, verum dicet. oppoſitas enim ſimiliter erit ueras eſſe. accidit igitur eundem, & hominem, & equum eſſe, aut cæterorum animalium aliquod. Horum ſane, nulla eſt ſimpliciter demonſtratio: verum ad eum, qui hæc ponit, demonſtratia eſt.*

g Cito autem & vtique quis & ipſum Heraclitū hoc interrogans modo, cogeret confiteri nunquam oppoſitas dictiones poſſibile eſſe de eiſdem verificari. Nunc autem non intelligens ſeipſum, quod quidem dicit, hanc accipit opinionē. Totaliter autem, ſi quod dicitur ab ipſo eſt verum, neq; vtiq; ipſum hoc verum erit. Dico autē idem contingere ſecundū vnū & idem tempus, & eſſe & non eſſe. Quemadmodum enim & diuiſis ipſis, nihil magis affirmatio quàm negatio verificatur, eodem modo & ſimul vtriſq; & ſimul complexi velut vna quadam affirmatione exiſtente, nihil magis negatio quàm totum, vt in affirmatione poſitum, verum erat.

Facile autem & ipſum Heraclitū quiſpiam hoc modo interrogans concedere cogeret, nunquam poſſibile eſſe
D *oppoſitas locutiones de eodem verificari. nunc vero, cum ſeipſum quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. Omnino autem ſi hoc, quod ab eo dicitur, uerum eſt, nec hoc ipſum uerum erit, ſcilicet inquam, quod contingit idem ſecundum unum & idem tempus eſſe. Quemadmodum enim & ipſis diuiſi, nihil magis affirmatio, quàm negatio verificatur, eodem modo ſimul utroque, ac complexo, ac ſi una quadam affirmatio eſſet, nihil, magis negatio, quàm*
E *totum tanquam in affirmatione poſitum uerificabitur.*

c ¶ Quæ talis eſt. Si nomen ſignificet aliquid, & hoc quod ſignificatur per nomen, uerificatur de eodem, de quo primo prædicatur nomen, neceſſe eſt hoc ineſſe ei, de quo prædicatur nomen, dum propoſitio uera fuit. manifeſtum eſt enim quod hæc conditionalis eſt uera: ſi Socr. eſt homo, Socrates eſt homo. Omnis autem conditionalis uera, eſt neceſſaria. Vnde neceſſe eſt, quod ſi conſequens ſit uera, quod antecedēs ſit uerum, quoniam concluditur quod neceſſe eſt quamlibet propoſitionem eſſe ueram dum uera eſt. Sed quod eſt aliquādo, non contingit tūc non eſſe, quia neceſſe eſſe, & non contingens non eſſe, æquipollent. Ergo dum hæc eſt uera, Socra. eſt homo, non contingit hanc eſſe ueram, Socr. non eſt homo. Et ſic patet, quod non contingit oppoſitas affirmationes & negationes ſimul uerificari de eodem. Tertiam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis eſt. Si affirmatio non eſt uera, magis quàm negatio ei oppoſita, ille, qui dicit Socratem eſſe hominem, non magis uerum dicit, quàm ille, qui dicit, Socratem non eſſe hominem. Sed manifeſtum eſt ꝙ ille, qui dicit hominem non eſſe equum, aut magis uerum dicit, aut non minus quàm ille, qui dicit hominem non eſſe hominem. Ita ergo per locum a

ſimili, vel a minori, verum dicet, qui hominem dicet non eſſe equum. Sed, ſi oppoſita contradictionis ſunt ſimul uera, ſi hæc eſt vera, homo nō eſt equus, & hæc erit vera, homo eſt equus. Et ita ſequitur, quòd homo ſit equus & quodcunque aliud animalium. Sed quia poſſet aliquis calumniari prædictas rōnes, ex hoc quod ea, quæ aſſumunt in eis, ſunt minus nota q̄ concluſio, quę intenditur, ideo reſpondet dicens, ꝙ nullus prędictarum rationum ē demōſtratiua ſimpliciter, ſed tñ pōt eſſe demōſtratio ad hominem, qui ponit hanc rationē, quem oportebit concedere ea, quæ aſſumuntur, licet ſint minus nota ſimpliciter q̄ id quod negat. Deinde cum dicit.

g ¶ Excludit prędictum errorē, deſcendendo ad ſpeciales opinantes, & primo ad Heraclitum, ſecundo ad Pythagorā ibi. [Simile aūt.] Ponebat autem Heraclitus duo, ſ. ꝙ affirmatio & negatio ſit ſimul vera. ex quo ſequebatur, ꝙ omnis propoſitio tam affirmatiua q̄ negatiua ſit vera. Item ponebat, quòd inter affirmationem & negationē ſit aliquod mediū: & ſic ſequebatur, quod contingeret, neque affirmationem, neque negationem eſſe uerā, & per conſequens omnem propoſitionem eſſe falſam. Primo ergo inducit rationem contra primum. Secundo, contra ſecundum: ibi [Adhuc autem.] Dicit ergo, quod de facili aliquis hoc modo diſputādo ad hominē coget ipſum Heraclitum, qui fuit author huius ꝓpoſitionis, cōfiteri ꝙ oppoſitæ propoſitiōes non uerificantur de eodem. Videtur enī hanc opinionem accepiſſe, quòd uerificentur de eodem, ex hoc quòd nō intellexit ſeipſum quod diceret. Hoc autem modo cogeretur negare quod dicit, quia ſi illud, quod dictum eſt ab eo, uerum eſt, ſcilicet quod contingat idem ſecundum unum & idem tempus eſſe & non eſſe, ſequitur, ꝙ hoc ipſum non erit verum. Sicuti enim, ſi diuiſim accipiantur affirmatio & negatio, non magis uera eſt affirmatio quàm negatio: ita & ſi accipiantur affirmatio & negatio ſimul, tanquā ex eis una affirmatio ſit, non erit minus negatio uera huius totius compoſiti ex affirmatione & negatione, quā ipſa tota affirmatio oppoſita. Manifeſtum eſt enim, quòd contingit aliquā propoſitionē copulatiuam eſſe ueram, ſicut aliquam ſimplicem propoſitionem, & contingit accipere eius negationem. ſiue autem illa copulatiua componatur ex duabus affirmatiuis, ſicut

cum

part. 9.
Lect. prio. part. 9.
part. 2.

eum dicitur Socr. ſedet & diſputat: ſiue ex duabus negatiuis, ſi cut cum dicitur verum eſſe Socratem non eſſe lapidem neque aſinum: ſiue ex affirmatione & negatione, vt cum dicitur, verum eſt Socratem ſedere & non diſputare; ſemper tamẽ copulatiua verificata ſumitur in virtute unius affirmatiuæ. Et ille, qui dicit eã eſſe falſam, aſſumit negationem quaſi totius copulatiuæ. Qui ergo dicit ſimul eſſe verum, hominem eſſe & non eſſe, aſſumit hoc ut quãdam affirmationẽ: & hoc non eſſe verum, eſt eius negatio. Si ergo affirmatio, & negatio eſt ſimul vera, ſequitur ꝙ hæc ẽt negatio ſit uera, quã dicitur nõ eſſe uerũ, ſcilicet ꝙ affirmatio & negatio ſint ſimul uera. Oportet enim ſi aliqua negatio eſt ſimul vera cum affirmatione ſibi oppoſita, ꝙ omnis negatio ſit ſimul uera cũ affirmatione ſibi oppoſita. Eadem.n. eſt ratio in omnibus.

Deinde cum dicit.

h ¶ Inducit rõnẽ contra hoc quod ponebatur, ꝙ nulla affirmatio ſit uera. Si .o. nihil cõtingat verum affirmare, qui autem dicit nullam affirmationem veram eſſe, aliquid affirmat, hoc.ſ. ꝙ verum ſit, nullam affirmationem eſſe verã: ergo hoc ipſum falſum erit. Et ſi aliqd affirmatiue dictum verum ſit, remouebitur opinio taliũ, qui contra oĩa inſtant. Et qui iſta poſitione vtuntur, auferunt totaliter diſputationẽ: quia ſi nihil eſt uerum, non poteſt aliquid cõcedi ex quo diſputatio poſſit ꝓcedere. Et ſi affirmatio & negatio ſint ſimul vera, non erit ſignificare aliquid ꝑ ſermonem, ut ſupra dictum eſt. Et ſic ceſſabit diſputatio.

par. prima. cap. 5.

Deinde cum dicit.

i ¶ Deſcendit ad opinionem Pythagoræ, & dicit quòd id, quod dictum eſt a Pythagora, ſimile eſt dictis ab Heraclito, & ab aliis, qui ponunt affirmationem & negationem ſimul eſſe verã. Dicit.n. Pythagoras quod homo eſt menſura omnium rerum, ſ. ſecundum ſenſum & intellectum, vt in Nono dictum eſt, quaſi eſſe rei ſequatur apprehenſionem intellectus & ſenſus. Et ſic, qui dicit hoĩem eſſe menſuram omnium, nihil aliud dicit quam hoc eſſe verũ, quod uidetur unicuique. Quo poſito ſequitur, ꝙ idem ſit & non ſit, & quòd idem ſimul ſit bonum & malum. Et ſimile eſt in aliis oppoſitis, eo quod multoties uidetur hominibus aliquibus aliquid eſſe bonum, & aliis uidetur cõtrarium, & ipſum uideri eſt menſura rerum ſecundum opinionem Pythagoræ, ut ſcilicet in tantum ſit verum rem eſſe, in quãtum uidetur.

Lect. 2.

h Adhuc autem ſi nihil eſt vere affirmare, hoc ipſum vtique falſum erit dicere, nullam verã affirmationem exiſtere. Si autẽ eſt aliquid, ſoluetur utique quod dicitur ab his, qui talia inſtant, & penitus auferentibus diſputare.

G

l Simile autem dictis eſt & qđ dicitur a Pythagora. Etenim ille dixit omnium rerũ eſſe menſuram hominem, nihil aliud dicens, quàm quod videtur unicuique hoc & eſſe firmiter. Hoc autem facto, idem accidit & eſſe & non eſſe, & bonum & malum eſſe, & alias ſecundum oppoſitas dictiones dicta, propter multoties his quidem uideri eſſe hoc bonum, his autem contrarium. Menſuram autem eſſe, quod videtur unicuique.

H

LECTIO VI.

a Soluetur autem vtiq; huiuſmodi dubitatio. conſiderantibus vnde venit principium exiſtimationis huius.

b Videtur enim quibuſdã quidem ex Phyſiologorum opinione, aliis aũt ex non eadẽ de eiſdem omne cognoſcere, ſed his quidem deteſtabile hoc uideri, his autem contrarium.

I

c Nihil enim ex non ente fieri, omne autem ex ente, fere omnium eſt commune dogma eorum, qui de natura. Quoniam igitur non album fit ex albo ꝑfecte exiſtẽte, & nequaquam ex non albo, nunc autem factum non albũ, fiet vtiq; ex non ente nõ albo, qđ fit nõ album. Quare ex non ente fiet vtique ſecundum illos, ſi non exiſtit non album idẽ & album. Nõ difficile autem diſſoluere dubitationem hanc, Dictum eſt.n. in phyſicis, quomodo ex non ente fiũt quæ fiunt, & quomodo ex ente.

K

LECTIO VI.

a Poſtquã philoſophus diſputauit contra ponentes contradictoria ſimul verificari de eodẽ, hic oſtendit quõ hæc ratio poſſit ab eorum mentibus remoueri. Et diuiditur in partes duas. In prima oſtendit propoſitũ. In ſecunda inducit quędam corollaria ex dictis, ibi. [Quare manifeſtũ.] Prima pars diuiditur in partes duas. In prima oſtendit quõ prædicta ratio in aliquib. ſolui poſſit. In ſecũda oſtẽdit, in quib. poſſit ſolui, & in quibus non, ibi. [Ad habentes igit.] Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit modum, quo prædicta rõ in aliquibus ſolui poſſit, dicens, ꝙ dubitatio prædicta, ex qua aliqui mouentur ad ponendum contradictoria ſimul verificari de eodẽ, poterit ſolui, ſi quis cõſideret unde principium ſumpſit hęc poſitio. Secũdo ibi.

Lect. prim. part. 2. Lect. prim. part. 10.

Item, ſi nihil eſt vere aſſerere, id etiam ipſum falſum erit dicere, aſſertionem nullam veram eſſe. quod ſi aliquid ſit, ſoluetur profecto, quod ab illis dicitur, qui ad huiuſcemodi inſtãt, & qui totaliter ipſum diſputare perimunt.

Simile autem dictis eſt, & quod a protagora dictum eſt, & ille nanq; omnium rerum menſuram, hominem aiebat eſſe, nihil aliud dicens, niſi quod id, qđ unicuiq; apparet; hoc etiã indubitato eſſe. hoc autẽ poſito, idem accidit eſſe, & non eſſe, & malum & bonum eſſe, & cætera, quę ſecundum oppoſitas locutiones dicuntur, propterea quod plerunque his quidem hoc apparet, iſtis uero contrarium eſſe bonum: menſuram autem eſſe, quod vnicuiq. appareat.

LECTIO VI.

Soluetur autem hæc dubitatio, uiſo unde huius opinionis principium uenit.

Videtur etenim quibuſdam quidẽ ex naturalium opinione ſumpſiſſe principium, quibuſdam uero ex eo quod nõ omnes eadem de eiſdẽ cognoſcant, ſed quibuſdam hoc apparere delectabile, quibuſdam contrarium.

Nihil enim ex non ente fieri, omne uero ex ente fere omnium Naturaliũ eſt decretum. Cum igitur non album ex perfecte albo fiat, & minime ex non albo, nunc uero factum nõ album, ſi fieret ex non ente albo, quod ſit non album, fieret profecto ex non ente ſecundum illos, ſi non erat idem album, & non album. Non eſt autem difficile hanc dubitationem ſoluere. dictum eſt enim in Naturalibus, quomodo ex non ente, & quomodo ex ente fit quæ fiunt.

b ¶ Aſſignat duplex principiũ prędictæ poſitionis, dicẽs ꝙ quibuſdam uĩ, ꝙ principiũ dictæ opinionis ſit ex opinione naturaliũ philoſophorũ, qui poſuerunt aliqd non fieri ex non ente. Alijs autem vĩ ꝙ principiũ ſumpſerit ex hoc, quod nõ omnes eadem iudicant de eiſdem; ſed quibuſdam uĩ hoc eſſe delectabile, & alijs cõtrarium. Ex hoc enim ſequitur ꝙ oppoſita ſint ſimul uera, ſi quis credat, ꝙ omne quod videtur alicui, ſit uerum. Tertio ibi.

c ¶ Manifeſtat quõ ex præmiſſis duobus principijs dicta opinio ſequatur, & quõ ſoluatur. Et primo, quõ ſequatur ex opinione naturaliũ phiſicorũ. Secũdo, quõ ſequatur dicta opinio ex eo quod creditur, quodcunque vĩ eſſe uerum, ibi [Sed & ſimiliter.] Dicit ergo primo, quòd fere omnium eorũ, qui de natura tractauerũt, cõe dogma eſt, ꝙ nihil fit ex non ente, ſed oẽ quod fit, fit ex ente. Manifeſtum eſt etiam, quod aliquid fit nõ album ex eo, quod eſt perfecte album, non aũt fit album ex non albo. Vlterius & manifeſtum eſt quod non album fit ex eo, quod non eſt non album. Quod exinde patet, quod id, quod non eſt non album, fit non album, ſicut quod non eſt nigrum fit nigrum. Sic igitur illud, ex quo fit non album, eſt album, & non eſt non album. Quod non poteſt intelligi tanquam penitus ſit non ens non album, quia ſic uideretur ſequi quod aliquid fieret ſimpliciter ex non ente. Sicut ſi diceremus, quod ignis fit ex nõ igne, quo

modo intelligebant ꝙ illud, quo fit ignis, ſit penitus nõ ignis? Sic enim videbatur eis quod ſequeretur, qđ fieret aliquid ex non ente. Et pp hoc ponebant, qđ in eo, ex quo fit, ignis erat ignis latens, vt patet ex opinione Anaxagoræ, quæ ponitur in Primo Phyſi. Similiter credebant, quod ſi aliquid fit nõ album ex eo qđ nõ e non albũ quod nihilominus non album præexiſteret in eo, ex quo fit nõ album, vt dictum eſt. Sequebatur etiam ſecundũ eos, quod illud, ex quo fit non album, eſſet album, & non album ſimul, niſi ponatur ꝙ aliqđ fiat ex non ente. Sed hãc dubitationem, ut ait philoſop. non difficile eſt ſoluere. Expoſitum.n. eſt in primo phiſicorum, quomodo aliquid fiat ex ente, & quo ex non ente. Dictum eſt.n. ꝙ aliqđ fit ex nõ ente in actu, & ente in actu peraccidẽs. ſed ex materia quę in potẽtia eſt, fit aliquid per ſe. accidit .n. factioni ꝙ materia, ex qua fit aliq̃, fuerit ſubiecta formæ, & priuationi. Et ſic non oportet, qđ id, ex quo aliqđ fit, ſimul ſit ens, & nõ ens in actu: ſed quod de ſe ſit potentia ad ens, & nõ ens, id eſt ad formam, & priuationem. Deinde cum dicit.

Lect. 5. Tex. cõ. 33.

Tex. cõ. 75. Lect. 12.

d ¶ Remouet prædictam opinionem ſecũdum quod cãtur ex alio principio, quod eſt opinari, omne quod uẽ eſſe uerũ. Et primo, remouet hoc principium, & ſecũdo cauſam eiꝰ ibi. [Totaliter autẽ.] Dicit ergo primo, quod ſicut ſtultum eſt, ꝓpter prædicta opinari, quod contradictoria ſimul verificantur de eodem, ſimiliter [etiam eſt ſtultum attendere] id eſt aſſentire prędictis utriſque opinionibus philoſophorum dubitantium contra ſeipſos. manifeſtum eſt enim, ꝙ neceſſe eſt alterum eorum mentiri. & hoc palam eſt ex his, quę apparent ſecundum ſenſum. Nunquam.n. idem uidetur his quidem dulce, alijs amarum, niſi in alteris eorum ſit aliqua corruptio aut priuatio ſecundum organum ſenſus, & ſecundum virtutem quæ iudicat de ſaporibus. Huiuſmõi autem corruptione in alteris eorum exiſtente, exiſtimandũ eſt [alteros eorum eſſe menſuram.] i. accipiendum eſt eorum iudicium, quaſi regulam, & menſuram ueritatis. illorum. ſ. in quibus non eſt corruptio. Non autem hoc putandum eſt, & de alteris, in quibus eſt corruptio.

par. ſeq.

Et ſicut hoc manifeſtum eſt in cognitione ſenſus, ſimiliter dicendũ eſt in bono, & malo, in pulchro, & turpi, & huiuſmodi omnibus, quæ per intellectum cognoſcuntur. Si enim quibuſdam uideatur ſecundum intellectum hoc eſſe bonum, aliis

d Sed & ſimiliter attendere utriſque opinionibus & phantaſiis ad ipſos dubitantium, ſtultum. palam. n. ꝙ alterum ipſorũ neceſſe eſt mẽtiri. palam autem hoc ex his, quæ fiunt ſm ſenſũ. Nunquam. n. uidetur idem his quidem dulce, his autem cõtrarium non corruptis, & priuatis alteris ſecundum organum ſenſus, & indicatoris dictorum ſaporum. Hoc autem exiſtente tali, alteros quidem exiſtimãdum menſuram eſſe, alteros autẽ nõ putandum. Similiter autem hoc dico, & in bono, & in malo, & pulchro, & turpi, & in aliis talibus. Nihil. n. differt hoc dignificare quam quæ apparẽt ſubmittentibus ſub uiſu digitum, & facientibus ex uno uideri duo, oportere eſſe, propter apparere tãta, & iterum vnum. Non mouẽtibus enim uiſum, unum apparet quid unum.

C

e Totaliter autẽ inconueniens ex uideri præſentia permutãtia, & nunquam permanentia in eiſdẽ, ex hoc de ueritate iudicium facere. Oportet enim ex ſemper ſecundum eadem habentib., & neque unam permutationem facientibus, uerum uenari: talia autem ſunt, quæ ſecundum mundum. Hæc enim non quandoque quidem talia, iterum autem ſemper, & permutationem nulla participant.

D

f Adhuc autem, ſi motus eſt, & motum aliquid, mouetur autẽ oẽ ex aliquo ad aliquid, oportet igitur quod mouetur, eſſe & ad huc in illo, ex quo mouebit, & non eſſe in ipſo. Et ad hoc moueri & fieri in hoc, ſecundum contradictionem autem non uerificari ſecundum ipſos.

A autem malum, ſtandum eſt eorum iudicio, in quib. non eſt aliqua corruptio ſecundum intellectum, nec ex praua conſuetudine, neq; ex praua affectione, neq; ex aliq̃ alia huiuſmodi cauſa. Nam, ſi quis dicat ꝙ nihil minus dignũ eſt credere his, quã illis, nihil hoc differt quam ſi diceret, ꝙ ea, quæ apparent [hominibus ponentibus ſub uiſu digitum,] i. mouentibus occulum digito, & ex hoc facientibus, ꝙ id quod eſt unum, uideatur duo, quod propter hoc oporteat eſſe duo, quia apparent tot. & iterum oporteat eſſe unum, quia quando aliquis non mouet oculum, apparet unum, id quod eſt unum. Manifeſtum eſt enim quod iudicandum eſt de veritate rerum, ſecũdum id qđ viſus iudicat, nulla extranea paſſione exiſtẽte in eo, non autẽ ſecundum quod iudicat ex ꝓdicta paſſiõe. Sic autẽ iudicat unũ eẽ duo, quia ſpecies unius uiſibilis duob. modis redditur organo uiſus quando mouetur, & ſecũdũ utriuſque diſpoſitionẽ ꝑuenit ad organum ſenſus communis, quaſi eſſent duo uiſa. Deinde cũ dicit.

e ¶ Excludit cauſã, propter quam ponebat, omne quod uidetur, eſſe uerum. Hoc.n ponebant aliqui, quia exiſtimabant res omnes eſſe in cõtinuo fluxu, & quod nulla natura eſſet in reb. fixa, & determinata. Et ſic ſequebatur, ꝙ rem eſſe talem, non erat niſi uideri. Contra hoc ergo, ponit quinque rõnes, quarum prima talis eſt, quod totaliter incõueniens eſt ſumere iudicium de tota ueritate ex hoc, quod iſta ſenſibilia, quæ ſunt prope, ſ. uicina nobis, permutantur & nunquam permanent. Oportet autem magis uenari uerum ex his, quæ ſemper ſe habent eodem modo, & non patiuntur aliquam permutationẽ quantum ad ſubſtantiam ſuam, licet appareat in eis motus ſecundum locum. talia enim ſunt [quæ continent mundum] ſcilicet corpora cæleſtia, ad quæ comparata hæc corpora corruptibilia, quaſi nullius ſunt quantitatis, ut Mathematici probãt. Corpora autem cæleſtia, ſunt ſemper eadem & non uidentur quandoque talia & alia uice alia, ſed nulla permutatione participant, quæ ſcilicet ſit in eorum ſubſtantia. Secundam rationem ponit ibi.

f ¶ Quæ talis eſt, Si motus eſt in iſtis inferioribus, oportet quòd id, quod mouetur, ſit aliquid, & etiam oportet, quod id quod mouetur, moueatur ex aliquo, & etiam ad aliquid. Vnde oportet id, quod mouetur, adhuc eſſe in eo, ex quo mouetur, & nondum eſſe in eo, ad quod mouetur, ſed moueri ad ipſum & cõtinue fieri in ipſo. Et ſic aliqua affirmatio determinate

At ſimiliter utriſque opinionibus, ac imaginationibus eorum, qui ſibi ex aduerſo addubitant, attendere ſtultũ eſt. manifeſtum eſt enim, quod alteros eorum, neceſſe eſt falſum dicere. Hoc etiam illis patet, quæ ſecundum ſenſum fiunt. nunquam enim idem quibuſdam dulce, quibuſdam contrariũ apparet, non corruptis, & læſis alteris organo ſenſus, & iudicatiuo prędictorum ſaporum.

B

hoc autem ita ſe habẽte, alteros quidem putandum menſuram eſſe, alteros uero minime. Similiter autem & de bono, & malo, & turpi, & aliis huiuſcemodi dico. nam uũ ponere eſſe, niſi ea quę apparent, nihil differt ab his, qui digitum uiſui ſupponentes, ex uno duo apparere faciũt ac duo eſſe putant, propterea quod tot apparent, & rurſus unum, illis nãque, qui uiſum non mouent, unum apparet, quod unum eſt.

Simpliciter autem inconueniẽs eſt ex eo, quod præſentia uidentur mutabilia, & nunquam in eiſdem permanẽtia, ex hoc de ueritate iudicare. oportet etenim ex eis, quæ ſemper ſimiliter ſe habent, nullamque mutationem faciunt, ueritatem uenari. talia uero ſunt, quę in mundo. hęc enim non quãdoque quidem talia, rurſus autem alia apparent, uerum ſemper eadem, nullius mutationis participantia.

Præterea, ſi motus, & aliquid motum eſt, omne uero ex aliquo in aliquo mouetur, oportet igitur quod mouetur, eſſe adhuc in eo, ex quo mouetur, & non eſſe in eo, & ad hoc moueri, ac fieri in eo, aut contradictionem non uerificari ſecundum eos.

E

eſt

eſt vera,& aliqua negatio,& non oportebit quod contradictio verificetur de eodem. quia ſecundum hoc nihil moueretur. Si enim idem foret, eſſe in termino ad quem, & non eſſe, nulla ratio eſſet, quare moueretur ad terminum, ad quẽ aliquid q̃d nondũ eſt in illo; quia iam eſſet ibi. Tertiã rationẽ ponit ibi.

F Et ſic nihil differt quod comedat, vel non comedat. Sed nos videmus, quod ipſi offerunt hunc cibum, quem medicus iubet, quaſi habentes verum iudicium de ipſo cibo, & quaſi hic cibus vere ſit ille cibus, de quo medicus iubet. Hoc aũt non oporteret, ſi nulla natura ſit per certitudinem maneret in ſenſibilib. ſed omnia ſẽper mouerent & fluerent. Quintam rationem ponit ibi.

g Et ſi ſecundum quãtum continue præſentia fluunt & mouentur. & quis hoc ponat equidem non verum exiſtens, propter quid ſecundum quale non manet? Videtur.n. nõ minime quæ ſecundum cõtradictiones eiuſdem prędicari, & exiſtimare quantum nõ manere in corporibus, propter & eſſe quadricubitum idem & nõ eſſe. Subſtantia autem ſecundum quale, hoc quidem determinatæ naturæ, quãtum autem indeterminatæ.

At ſi ſecundum quantum præſentia fluunt, & mouẽtur, & hoc aliquis ponat, quamuis uerum non ſit, cur ſecundum quale non manent? Videntur autem haud minime ea, quę ſecundum contradictiones ſunt, de eodem prædicari, ex eo, quod putant quantum in corporibus non manere, propterea q̃ G idem & quatuor cubitorum eſt, & nõ eſt. ſubſtantia uero ſecundum quale. hoc enim determinatæ naturę, quãtum vero indeterminatę eſt.

g ¶ Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, q̃ Heraclitus uidẽs aliquid augeri lõgo tempore, puta per vnum annum ſecundum aliquam determinatam quantitatem, & modicam, exiſtimauit q̃ qualibet parte illius temporis aliquod augmentum fieret, ſed inſenſibile propter paruitatem quantitatis, quę augetur. Et ex hoc inductus fuit ad credẽdum, quod omnes res, etiã quæ videntur quieſcẽtes, etiam inſenſibiliter mouerentur continue. ſed poſt longũ tempus ſenſibiliter eorum motus appareret. Eſt autem hoc falſum, quod de augmento opinabatur. Non.n. continue fit augmentum, ita q̃ in qualibet temporis parte aliquid creſcat, ſed diſponitur ad augmentum corpus per aliquod tẽpus, & tunc creſcit, vt Ariſt. expreſſius manifeſtat in octauo Phyſic. Dicit ergo, q̃ ſi corpora p̃ſentia hic apud nos continue fluunt, & mouentur ſ. eũdum quantitatem, & ſi hoc aliqs vellet cõcedere, licet non verum ſit, non eſt ratio quare nõ poſſit aliquid moueri ſecundum quantitatem. Videtur enim, q̃ non parum hæc opinio, quæ ponit contradictiones ſimul eſſe eiuſdẽ, procedat ex eo quòd exiſtimat, quòd quantum nõ remanet in corporibus, & ſic opinatur quod id ſit & non ſit ſimul quadricubitum. Sed ſubſtantia rei determinatur ſecundũ quale, id eſt ſecundum aliquam formam. Quale autem eſt determinatæ naturę in rebus, & ſi quantum ſit indeterminatum propter motũ, vt dictum eſt. Quartam rationem ponit ibi.

Tex. cõ. 62. Lect. 12.

Te. com. 63.

h Adhuc propter quid iubẽte medico hunc cibum offerre, offerunt? Quid.n. magis panis eſt, aut nõ eſt? quare nihil utiq; aliquid habebit comedere, aut non comedere. Nunc autem vt uerum dicentes circa ipſum, & exiſtente iuſſo cibo hoc, offerũt H hunc. Quamuis nõ oportebat, non permanente vlla natura firmiter in ſenſibilibus, ſed ſemp̃ omnibus motis, & fluentibus.

Item. cur, cum hunc cibum pręcipiat medicus, ſumunt: quid nãque magis hoc, panis quam non panis ſit: quare nihil differt comedere, uel nõ comedere. nunc vero tanquam verum dicente circa idipſum, & hoc cibo exiſtente, qui pręceptus fuit, ſumunt illum. at nõ oportebat, cum nulla natura in ſenſibilibus firmiter maneat, ſed omnes ſemper fluant, ac moueantur.

i Adhuc, ſi ſemper alteramur, & nunquam permanemus idẽ, quid mirabile ſi nunquam eadem nobis uidentur, quemadmodum laborantibus? Etenim his propter non ſimiliter diſpoſitioni ſm habitum, & quando ſani erant non ſimilia videntur I quæ ſecũdum ſenſus: ipſa tamẽ nulla propter hoc permutatione participantia ſenſibilia, impreſſiones autem alias facientia laborãtibus, & non eadem. Eodem itaq; modo habere, & dicta permutatione facta, forte neceſſarium eſt. Si aũt non permutamur, ſed ſi idẽ permanemus entes, erit vtiq; aliquid manens.

Item, ſi ſemper quidem alteremur, & nũquam idem permanemus, quid mirum, ſi nunquam nobis eadem appareant, quemadmodum etiam ęgrotis, et enim his cũ quod non ſimiliter diſpoſitus habitus eorũ ſit, ut cum ſani erant non ea apparent ſimilia, quæ ſecundũ ſenſus, cum ipſa quidem ſenſibilia nullam mutationem propter hoc participent, diuerſas tamen ęgrotis, & non eadem ſenſationes faciunt. Eodem igitur modo fortaſſe neceſſe eſt ſe habere ſi dicta mutatio ſit. Quod non ſi mutamur, ſed idem permanemus, ſit aliquid profecto permanens,

i ¶ Quæ talis eſt. Cum ſecundum opinionem predictã ponatur, quod propter continuam mutationem, quę eſt in rebus, nõ ſit aliqua veritas in reb. fixa, ſi ſit verum eſſe, q̃ eſt videri, neceſſe eſt dicere, quod nos homines, qui de rebus alijs iudicam⁹, aut ſumus in motu, aut non. Si.n. ſemp̃ alteramur, & nunquam permanemus eodem modo nos habentes. nõ eſt mirabile ſi res non eodem modo uidentur ſe habere nobis, ſicut accidit infirmis. Quia .n. trãſmutati ſunt & non in eadem diſpõne ſe habent, ſicut quãdo ſani erant, non videntur eis ſenſibilia, quę percipiunt per ſenſum, qualia videbantur eis ante infirmitatem. Nã eis, qui habent guſtum infectum etiã quæ ſunt dulcia, uidentur eis amara, vel inſipida. Et ſimile eſt in alijs ſenſibilibus. non tamen propter hæc ſenſibilia ſunt permutata, ſed faciunt alias impreſſiones infirmis, propter hoc q̃ ſenſus eorum alio modo ſe habent. Si ergo nos homines in continua trãſmutatione exiſtentes, de rebus alijs diuerſimode iudicamus, non eſt hoc imputandum rebus, ſed nobis ipſis. Si autẽ nos non permutamur, ſed ſemper p̃manemus eodẽ mõ nos habentes, ergo in rebus erit aliqd permanens, & per conſequens aliqua ueritas determinata, de qua poſſum⁹ præciſe diiudicare. Non.n. ſolum iudicamus de reb. alijs, ſed etiam de natura humana. Deinde enim dicit.

k Ad habẽtes quidẽ igitur dubitationes dictas, ex rõne nõ facile diſſoluere, non ponentibus K aliquid, & horũ non adhęc rõnem exquirẽtibus. ſic.n. omnis ratio & omnis demõſtratio fit: nihil.n. ponẽtes, interimunt totaliter diſputare, & totaliter rationem. Quare ad tales quidem non eſt ſermo. Ad dubitantes autẽ, ex datis defectibus facile

Adeos igitur, qui ex ratione prędictas dubitationes habent, non eſt facile diſſoluere, ſi nihil ponant, nec huius rationem quęrant. hoc enim modo omnis ratio, omniſque demõſtratio ſit, ſi enim nihil ponunt, ipſum diſputare, & omnino orationem perimunt, quare ad eos quidem non eſt ſermo. Ad illos uero qui hęſitant facile eſt ex iam traditis dubitationibus obuiare, & ea diſſoluere, quę

h ¶ Quæ talis eſt. Si in rebus nihil eſt fixum, neq; quantum, ad eſſe, neque quantũ ad non eſſe, propter quid deferũt hunc cibum, quem medicus iubet, & non alium? Secundum enim dictam opinionem, quid magis eſt panis, uel non panis? quaſi diceret, non magis prædicantur de eo affirmatio q̃ negatio.

K ¶ Oſtendit a quib. prędicta opinio remouetur, & a quibus non; & dicit, q̃ ſi qui incidunt in prædictas opiniones non pp̃ aliquam rationem, ita q̃ ex pertinacia non concedant aliqd, neque inquirant rationem eorum, quæ dicuntur, ſed pertinaciter inhærent his, quę opinabant, nõ facile eſt eis ſoluere hmõi

opi-

opinionem. Omnis enim ratio & demonſtratio fit hoc modo, ſcilicet concedendo & exquirendo rationem alicuius dicti. Sed illi, qui nihil concedunt, interimunt diſputationem & omnem argumentatiuam ronem. Vnde ad eos non pōt haberi ſententia ratiocinationis, per quam a ſuo errore tollantur. Sed ſi aliqui ſūt, qui dubitant ꝓpter aliquos defectus, puta, quia non bene aliqua intelligunt, facile eſt
par.11. obuiari tali errori ſoluendo ea, quæ faciunt in eis dubitationem. Et hoc palā ex prædictis, in quibus ſoluit dubitationes, quæ poterāt ad prædictam poſitionem inducere. Deinde cum dicit.

l ¶ Inducit tria corollaria ex dictis, quorum primū eſt, quod manifeſtū eſt ex prædictis, quod oppoſitæ ꝓpoſitiones non uerificātur de codē ſecundum unum & idem tempus. & ꝑ conſequēs ex hoc patet, quod neque etiam cōtraria poſſunt ſimul uerificari de eodem.
par.12. Et hoc ió, quia oīs contrarietas dicitur ſecundum priuationem. Semper enim alterū contrariorū eſt priuatio. Et hoc palam eſt, ſi quis uelit rationes contrariorum reducere ad primum principiū. De ratione enim nigri eſt priuatio albi. cum igitur priuatio ſit quędam negatio habens ſubiectū determinatum,
par.13. manifeſtum eſt, ꝙ ſi cōtraria de eodē uerificarētur, oporteret ꝙ affirmatio & negatio ſimul uerificarentur de eodē. Nō ſolum autē duo cōtraria nō poſſunt ſimul uerificari de eodem, ſed ēt nullum mediū poſſibile eſt prędicari de uno & eodem, de quo ꝓdicatur alterum extre-
Par. 1. Cap. 6. Tex. cō.22. morum. Ex his. n. q̄ dicta ſunt in Decimo, manifeſtum eſt, quod medium īter contraria eſt habēs priuationē utriuſq; extremorum, ſiue ſit nominatum uno nomine, ſiue pluribus, ſiue innominatum. Vnde medium inter album, & nigrum, ut puta rubeum uel citrinum, habet in ſui ratione ꝙ neque ſit album, neque nigrum. Si quis igitur aliquo ſubiecto exiſtente albo, dicat ipſum eſſe rubeum, ſimul dicit ipſum eſſe neq; album neq; nigrum, & ita mentitur. ſequitur enim ꝙ id ſubiectum, ſimul album ſit & non ſit. Quod ſi uerum eſt de illo ſubiecto, ꝙ ſit neq; album, neque nigrum, oportet ꝙ uerificetur de eodem altera pars copulatiuæ, quæ contradictoria eſt eius ꝙ eſt album eſſe. Et ita ſequitur, ꝙ ſi medium, & extremum uerificatur de eodem, ꝙ contradictoria de eodem uerificentur. Secundum corollarium ponit ibi.

obuiare & diſſoluere facientia dubitationem in ipſis. palam autem ex dictis.

l Quare manifeſtum ex his, ꝙ non contingit oppoſitas dictiones de eodem ſecundum unum tempus uerificari: neque contraria, propter dici ſecundum priuationem omnem contrarietatem. Palam autem hæc ad principium reſoluentibus rationes cōtrariorum. Similiter autē neque intermediorum nullum, poſſibile eſt prædicari de vno & codē. albo. n. exiſtente ſubiecto, dicentes ipſum eſſe neque album, neque nigrum, mentientur. accidit enim album eſſe ipſum, & non eſſe. alterum. n. complexorū uerificabitur de ipſo. hæc autem eſt contradictio albi.

m Neque. n. itaque ſecundum Heraclitum contingit uerum dicere, neque ſecundum Anaxagoram. ſi autē non, accidet contraria de eodem prædicari. Cum enim in omni dicat omnis eſſe partem, nihil magis dicit eē dulce, quam amarum, aut reliquarū quarumcunque cōtrarietatum. ſiquidem in omni exiſtit nō potentia ſolum, ſed actu & ſegregatum.

n Similiter autem neque omnes falſas, neque ueras dictiones poſſibile eſſe, & ꝑꝑ alia multa collectarum vtique difficultatū, propter hāc poſitionē, & quia falſis quidem exiſtentibus omnibus, neque hoc ipſū quis dicens uerum dicet. Veras aūt falſas dicēs eſſe omnes, non mentietur.

LECTIO VII.

a OMnis autem ſcientia quærit aliqua principia, & cauſas circa unumquodque eorum, quæ ſub ipſa ſcibilium, puta Medicatiua, & exercitatiua, & reliquarum unaquequæ

A *faciunt in eis dubitationem, ut ex prædictis patet.*

Quare manifeſtum eſt ex his, quod non eſt poſſibile locutiones oppoſitas de eodem, uno & eodem tempore verificari, nec ipſa contraria, cum omnis
B *contrarietas ſecundum priuationem dicatur, hoc autem patebit, reſoluentibus ad principium rationes contrariorum. Similiter nec mediorum quicquam poſſibile eſt de uno & eodē prædicari. ſi enim album ſit aliquod ſubiectum, dicentes illud, nec nigrum, nec album, falſum dicemus. accidet enim illud album eſſe, & non eſſe, alterum enim complexorum de eo uerificabitur. hoc autem eſt albi contradictio.*

C

Neque igitur ſecundum Heraclitū dicentibus, uera dicere poſſibile eſt, neque ſecundum Anaxagoram. aliter accidet contraria de eodem prædicari. cū enim in omni re dicat omnis rei partem eſſe, non magis dicit eſſe dulce, quam amarum, aut quamcunque cęterarum contrarietatum, ſi omnia quidē non ſolum in omni potentia, uerum etiam actu & ſeiunctim inſunt.

D

Similiter autem, nec omnes locutiones falſas, nec ueras poſſibile eſt eſſe; tum propter alias multas difficultates quæ ob hanc poſitionem eueniunt, tū etiam, quoniam ſi cūctæ falſæ ſint, nec cum hoc ipſum aliquis dicet, uerum dicet, ſi autem uere, cum omnes falſas dicet, non falſum dicet.

LECTIO VII.

E *OMnis autem ſcientia circa unumquodque eorum, quę ſub ea ſcibilia ſunt, principia quędam, & cauſas quærit, ut Medicatiua, & Exercitatiua, ac ſingulę effectiuarum, uel Mathematicarum.*

m ¶ Concludit enim, quod ſi affirmatio & negatio non ſit ſimul vera, quod neque opinio Heracliti eſt uera, neque opinio Anaxa. Et quidem de opinione Heracliti patet ex dictis. Vnde hoc manifeſtat de opinione Anaxa. dicens, quod ſi non ſit falſa opinio Anaxa. ſequitur cōtraria prędicari de eodem, & per conſequens contradictoria. quod ſic patet. Ponebat. n. Anax. quodlibet fieri ex quolibet, & omne, quod fit, ex aliquo fit. Vnde nō cogebatur ponere aliquid fieri ex nihilo, & ſic ponebat quodlibet eſſe in quolibet. Cū igitur poneret partem cuiuslibet eſſe in quolibet, puta partem carnis eſſe in oſſe, & partem albi in nigro, & ecōuerſo, ſequitur ꝙ totū non magis erit dulce quam amarū. & ſimile eſt de aliis contrarietatibꝰ. Et hoc ſi pars cuiuslibet eſt in quolibet toto non ſolum in potentia, ſed in actu, & ſeparatim. Hoc autē addidit, quia id, q̄ fit ex aliquo, oportet pręexiſtere in eo potētia, non actu. & ſic contraria præexiſtūt in eodē in potentia, non in actu. Et hoc non eſt eſſe ſeparatim contraria in aliquo, quia eadē eſt potentia contrariorum. Sed anaa. neſciebat diſtinguere inter potentiam, & actum. Tertium corollarium ponit ibi.

n ¶ Concludit. n. ex prędictis falſam eſſe utranque opinionem, & illorum qui dixerūt omnes propoſitiones eſſe ueras, & qui dixerunt oēs falſas. Et hoc manifeſtum ē ꝑꝑ multa difficilia & grauia conſequētia ad has opiniones, q̄ collectę ſunt & hic, & ſuperius in quarto. Et ſpecialiter ꝑꝑ hoc, [quia ſi oēs propoſitiones ſunt falſæ.] qui ait dicit: Oīs propoſitio eſt falſa, quandam propoſitionē dicit, unde non dicet uerum. Et ſimili- Tex. cō.11. & inde.
liter, ſi omnes propoſitiones ſint uerę, ille, qui dicit, omnes eſſe falſas, non mentietur, ſed dicet uerum. Propter qđ deſtruitur poſitio ponentis omnia eſſe uera.

LECTIO VII.

POſtquam Philoſ. oſtendit de quibus ſit conſideratio huius ſciẽtiæ, hic comparat iſtam ſciētiam ad alias, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quid ſit propriū particularū ſciarum. Secundo, oſtēdit differentiā particularium ſcientiarum ad inuicem, ibi: [Quoniam aūt eſt quædā.] Tertio comparat iſtam Infra par.3. Infra par.5
ad

a faƈtiuarum,& doƈtrinalium. Vnaquęque.n. harum circunſcribens aliquod genus ſibiipſi, circa hoc negociatur, tanquam exiſtens & ens, non inquantum aũt ens, ſed altera quædam hæc præter has ſcientias eſt ſcientia.

par. 2. b Diƈtarum autem ſcientiarum vnaquæque ſumens aliqualiter quodquideſt in vnoquoque genere, tentat oſtendere reliqua debilius, aut certius. Sumunt autẽ quodquideſt hæc, quidẽ per ſenſum, hæc autem ſupponentes. Propter quod, & palam ex tali inductione, quod ſubſtantiæ, & eius quodquideſt, non eſt demonſtratio.

par. 3. c Quoniam autem eſt quædã ſcientia de natura, palam quia, & a practica altera, & faƈtiua erit. Faƈtiuæ quidem.n. in faciente, & non in facto, motus principium. & hoc eſt ſiue ars aliqua, ſiue aliqua potentia. Similiter autem & practicæ non in agibili, magis autem in agentibus motus. Quæ autem Phyſici circa habentia in ſe motus, principium eſt. Quod quidem igitur neque actiuam, neq; faƈtiuam, ſed ſpeculatiuam neceſſarium eſſe naturalem ſcientiam, palam ex his. in unum.n. aliquod horum generum neceſſe cadere ipſa.

par. 4. Tex. 16. 2. Lect. 2. d Quoniam autem quodquid eſt neceſſarium vnicuiq; aliqualiter ſciarum ſcire, & hoc vti principio, oportet non latere qualiter diffiniẽdum naturali, & qualiter ſubſtantiæ ratio ſumenda, utrum vt ſimum, aut magis, ut concauum. Horum.n. ſimi ratio quidem cum materia diciturea, quæ eſt rei, quę autem concaui, ſine materia. Simitas.n. in naſo fit. propter quod & rõ ipſius cũ hoc dicta eſt. Simus enim eſt naſus concauus manifeſtum igit, ꝙ & carnis & oculi, & reliquarum partium, cum materia ſemper rationem reddendum.

F *batum etenim unaquęque circa quoddam circumſcriptum genus, tanquam exiſtens, & ens, non tamen prout ens eſt, tractat ſed hęc alia quędam ſcięntia pręter illas ſcientias eſt.*

G *Dictarum uero ſcientiarum unaquęque accipiens aliquo modo ipſum quid eſt in unoquoque genere, cętera uel debilius, uel exactius conatur oſtẽdere. Accipiunt autem ipſum quid eſt, quędam per ſenſum, quędam ſupponentes. vnde ex hac inductione patet ſubſtantię, & ipſius quid eſt demonſtrationem non eſſe.*

H *Cum autem ſit aliqua de natura ſcientia, patet quod & ab actiua, & ab effectiua diuerſa erit. Effectiuę namque in faciente, non in eo quod fit, motus principium eſt. et hoc, aut ars quędam, aut alia vis eſt. Similiter et actiuę, non in eo quod agitur, ſed magis in agentibus motus eſt. Naturalis uero ſcientia circa ea, quę in ſeipſis habent motus principium eſt. Quod itaque neque actiuam, neque effectiuam, ſed ſpeculatiuam eſſe naturalem ſcientiam neceſſe ſit, ex his patet: in unum namque horum genus eam cadere neceſſe eſt.*

I *Cum vero vnicuique ſcientiarum neceſſe ſit aliquo modo ipſum quid eſt ſcire, & hoc, vt principio uti, oportet non latere quoniam modo definiendum naturali ſit, quove modo ſubſtantiæ ratio ſumenda ſit, vtrum vt ſimum, an magis vt concauum. horum enim, ſimi quidem ratio vna cum materia rei dicitur, concaui vero, abſque materia. ſimitas namque in naſo fit, & ideo ratio quoque eius cum eo dicitur: ſimum enim eſt naſus concauus. manifeſtum eſt igitur etiam carnis, & oculi, & cæterarumque partium rationem cum materia reddendam eſſe.*

K

ad alias, ibi [Quoniam autem eſt quædam entis ſcientia.] Circa primum duo facit ſecũdum duo, quę dicit pertinere ad particulares ſcientias. Dixit ergo primò, quòd omnis ſcientia particularis quęrit aliqua principia & cauſas, circa proprium ſcibile quod ſub ipſa continetur. Dicit autem aliquę principia & cauſas quia non omnis ſcientia conſiderat omne genus cauſæ. Et ponit exemplũ de Medicatiua, quæ eſt circa ſanitatem & de Exercitatiua, quæ eſt circa exercitia, ordinata ad bonam valetudinem corporis. & ſimiliter de qualibet ſciẽtia alia [ſiue ſit faƈtiua] .i. practica [ſiue doƈtrinalis] idest theorica: quia unaquæq; harum ſciẽtiarum particularium circunſcribit & accipit ſibi aliqđ determinatum genus entis, circũſcribens illud & diuidẽs ab alijs entibus, & de illo ſolo determinans negociatur.n. circa hoc genus entis, quaſi circa aliquod ens, ſed nõ inquãtum eſt ens. Sed hoc .ſ. conſiderare de ente inquantum eſt ens, pertinet ad quandam ſcientiã, quæ eſt alia præter omnes ſciẽtias particulares. Secundo ibi.

b ¶ Ponit aliud pertinens ad particulares ſcientias, dicẽs, ꝙ vnaquęq; prædiƈtarum ſcientiarum particularium ſupponit aliqualiter ꝙ quideſt in quocũq; genere conſideret. Vnde & in 1. Poſteriorum diƈtum eſt ꝙ de ſubieƈto oportet ſupponere, & quia eſt, & quid eſt. Et hoc ſuppoſito, ſ. quodquid eſt, quo qualibet ſcientia utitur tanquam medio ad demonſtrandum aliqua, ſicut paſſiones, & hmói, tentat demõſtrare aut debilius, aut certius, quia in quibuſdam ſciẽtijs eſt certior modus demonſtrandi, ſicut in mathematicis: in quibuſdam autem debilior, ſicut in naturalibus. Et quia dixerat ꝙ aliæ ſcientiæ aliqualiter ſupponunt quodquideſt, ideo ſubiungit, ꝙ quędam ſcientiæ ſumunt quodquideſt per ſenſum, inquantum ex accidentib. ſenſibilibus deueniũt in cognitionem eſſentiæ rei. Quędam vero ſumunt quodquideſt, ſupponentes ab alijs ſcientijs, ſicut particulares ab uniuerſalibus. Et ſic manifeſtum eſt, ꝙ in ſcientijs particularibus non eſt demonſtratio de ſubſtantia rei, nec de eo quodquideſt. Vtrumque igitur horum, de quib. particulares ſcientiæ non ſe intromittunt pertinet ad uniuerſalem ſcientiam, ideſt conſiderare de ſubſtantia, & ente, & quidditate rei. Deinde cum dicit.

c ¶ Oſtendit differentiam particularium ſcientiarum ab iſtis licem. & primo, ſcientię naturalis ad ſcientias operatiuas. Secundo, ſcientiæ Mathematicæ ad naturalem, ibi [Quoniam autem quod quid eſt.] Dicit ergo primo, quod cum ſit quædam particularis ſcientia de natura, oportet quod ſit altera [a practica] idest actiua & faƈtiua. Omnis enim ſcientia operatiua uel eſt actiua, uel faƈtiua. Ad quam differentiam cognoſcendam, ſumendum eſt quod ſupra in Nono habitum eſt, ſcilicet quod agere & facere differunt. Nam agere, proprie dicitur ſecundum operationem, quæ permanet in agente, & non trãſit in materiam exteriorem, ſicut intelligere & ſentire, & hmói. Facere aũt, eſt ſecundum operationem tranſeuntem in materiam exteriorem, quę permutatur, ſicut calefacere, ſecare & alia. Eſt ergo ſcia actiua, ex qua inſtruimur ad recte exercendum operationes, quæ actiones dicuntur, ſicut eſt Scientia moralis. Faƈtiua aũt ſcientia eſt, per quã recte aliquid facimus, ſicut ars fabrilis, & alia hmói. Ab vtraq; autem harum operatiuarum ſcientiarum, Scientia naturalis altera eſt, quia faƈtiuæ ſcientiæ non habẽt principiũ motus in facto, ſed in faciẽte. Et hoc principiũ eſt ſicut ars, quæ eſt principiũ ſicut dirigẽs, ſiue potẽtia aliqua, quæ eſt principium ſicut exequens. Et ſimiliter [ſciæ practicę] idest actiuę, non habent principium motus in eo, in quod agitur. ſed magis in agentibus. Sed illa, quę pertinent ad conſiderationem Scientiæ naturalis, ſunt habentia principium motus in ipſis, ſcilicet natura ſit principiũ motus in eo in quo eſt. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ Scia naturalis non eſt actiua neque faƈtiua, ſed ſpeculatiua. Neceſſe eſt.n. ꝙ Scientia naturalis cadat in vnum aliquod horum generum, ſcilicet actiua, uel faƈtiua, uel ſpeculatiua. vnde, ſi non ſit actiua, uel faƈtiua, ſequitur quod ſit ſpeculatiua. Deinde cum dicit

Tex. 16. 2.

d ¶ Oſtendit differentiam Mathematicæ ad naturalem, & dicit, quod cum ita ſit quod neceſſarium ſit vnicuique ſcientiarũ cognoſcere aliqualiter quodquideſt, & uti eo quaſi principio ad demonſtrandum, oportet quod ſecundum diuerſum modũ diffinitionis diuerſificentur ſcientiæ. Et ita ad cognoſcendum qualiter Scientia naturalis differat ab alijs, oportet non latere, quem modum ſeruet naturalis in diffiniendo, & qualiter ſit ſumenda diffinitio in Scientia naturali: vtrum, ſcilicet ſicut diffinitur ſimum, aut ſicut diffinitur concauum. Diffinitio autem

ſimi

ſimi eſt cum materia ſenſibili; ſed diffinitio concaui eſt ſine materia ſenſibili. Quia enim ſimitas non eſt niſi circa determinatã materiam ſenſibilem, quia non eſt niſi in naſo: propter hoc ratio ſimi oportet q̃ accipiatur cum materia ſenſibili. Hæc eſt enim diffinitio ſimi. Simus eſt naſus concauus. ſed in diffinitione concaui ſiue curui nõ ponitur aliqua materia ſenſibilis. Sicut igitur in diffinitione ſimi ponitur materia ſenſibilis, ita oportet q̃ in diffinitione carnis, & oculi, & aliarum partium, reddatur materia ſenſibilis. & ſimiliter eſt de alijs rebus naturalibus. Et ex hoc accipitur differentia inter Mathematicam & ſcientiam naturalem, q̃a naturalis ſcia eſt de his, in quorum diffinitionibus ponit materia ſenſibilis, Mathematica vero eſt de alijs, in quarũ diffinitionibus non ponitur materia ſenſibilis, licet habeãt eſſe in materia ſenſibili. Deinde cum dicit.

part. 5.

e ¶ Comparat iſtam ſcientiã ad alias ſcientias particulares, & circa hoc tria facit: Primo comparat iſtã ſcientiã ad alias ſcientias particulares, quãtum ad modum ſeparationis. Secũdo quantum ad nobilitatem ſ. ibi, [Optimum quidẽ genus &c.] Tertio, quantum ad voluntatem, ibi, [Dubitabit autẽ.] Dicit ergo primo, q̃ eſt quędã ſciẽtia de ente inquantũ eſt ſeparabile. Non enim ſolum pertinet ad hanc ſciẽtiam determinare de ente in cõmuni, quod eſt determinare de ente inquantum eſt ens, ſed etiam pertinet determinare de entib' ſeparatis a materia ſcdm eſſe. Vnde cõſiderandũ eſt, vtrũ iſta ſcientia, ad quam pertinẽt hæc duo, ſit eadẽ cũ ſcientia naturali, aut altera ab ea. Et quòd ſit altera, manifeſtat, quia ſcientia naturalis eſt circa ea, quæ habent in ſeipſis principium motus, & ſic oportet quòd naturalia habeant determinatam materiam, quia nihil mouetur niſi quod habet materiam. Sed Mathematica ſpeculatur circa immobilia, quia ea, quorum ratio accipitur ſine materia ſenſibili, oportet quod eodem modo eorum ratio ſit ſine motu, cum motus non ſit niſi in ſenſibilibus. Sed hæc, de quibus conſiderat Mathematica non ſunt ſeparabilia a materia & motu ſecundum eſſe, ſed ſolum ſecũdum rationem. Oportet igitur, quòd circa illud ens, quod eſt ſeparatum a materia & motu ſecundum eſſe & omnino immobile, ſit quædam ſcientia alia & a Mathematica, & a Naturali. Et hoc dico, ſi tamen ſit aliqua talis ſubſtantia præter ſenſibilia, quæ ſit omnino immobilis. Et hoc dicit, quia nondũ eſt probatũ aliquã talem ſubſtantiã eſſe, ſed hoc oſtendere intendit. Si aũt eſt aliqua talis natura in entibus, ſ. quę ſit ſeparabilis & imobilis, oportet q̃ talis natura [ſit alicubi,] i. q̃ attribuatur alicui ſubſtãtię. Et id q̃d hẽt iſtã naturã, erit quodam diuinum & quoddam principaliſſimum omnium, quia quãto aliquid eſt ſimplicius & formalius in entibus, tanto eſt nobilius & prius & magis cauſa aliorum. Et ſic patet, quòd hæc ſciẽtia, quæ conſiderat huiuſmodi entia ſeparabilia, debet vocari ſciẽtia diuina, & ſcientia de primis principijs. Et ex hoc vlterius concludit, quòd tria ſunt genera ſpeculatiuarum ſcientiarum, ſcilicet naturalis, quæ cõſiderat ea mobilia, quæ in ſui diffinitione materiam ſenſibilem recipiunt. & Mathematica, quæ conſiderat immobilia, quę non recipiunt materiam ſenſibilẽ in ſui diffinitione, licet habeant eſſe in materia ſenſibili, & Theologia, quæ eſt circa entia penitus ſeparata. Deinde cum dicit.

part. 6.

f ¶ Comparat iſtam ad alia ſecundum nobilitatem, & dicit, q̃ ſcientiæ ſpeculatiuæ ſunt nobiliſſimæ inter omnes alias ſcientias, quia in eis quæritur ſcire propter ſeipſum. In ſcientijs autem operatiuis, quæritur ſcire pp opus. Et in ſcientijs ſpeculatiuis vltima, ſcilicet theologia cum ſit circa nobiliora entia, eſt nobilior. Tanto enim vnaquæque ſcientia nobilior eſt, quanto eius ſcibile nobilius fuerit. Deinde cum dicit.

part. 7.

g ¶ Comparat iſtam ſcientiã ad alias, quãtum ad vtilitatẽ & dicit. Dubitabile eſt, vtrum iſtam ſcientiã, quæ eſt circa entia ſeparabilia, oporteat poni vniuerſalẽ i. ſcientia entis inquantum eſt ens, aut non. Et oſtendit q̃ ſic, quaſi per diuiſionem. manifeſtum eſt. n. q̃ prædictæ ſcientiæ operatiuæ non ſunt vniuerſales. & ideo eas prætermittit. Sed inter ſpeculatiuas ſciẽtias, manifeſtum eſt, quòd quęlibet Mathematicarum ſciẽtiarum eſt circa vnum aliquod genus determinatũ. Vniuerſalis aũt ſcientia cõmuniter de omnibus eſt. vnde nulla Mathematicarum ſcientiarum eſt communis omnium entium. Sed de Naturali manifeſtum eſt, quia ſi naturales ſubſtantiæ quæ ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles & mobiles, ſunt primæ inter entia, oportet quòd naturalis ſcientia ſit prima inter ſcientias: quia ſecundum ordinem ſubiectorum eſt ordo ſcientiarum, vt iam dictum eſt. Si autem eſt alia natura & ſubſtantia præter ſubſtantias naturales, quæ ſit ſeparabilis & immobilis, neceſſe eſt alteram ſcientiam ipſius eſſe, quæ ſit prior naturali. Et ex eo quòd eſt prima, oportet quòd ſit vniuerſalis. Eadem enim eſt ſcientia, quæ eſt de primis entibus, & quæ eſt vniuerſalis. nam prima entia ſunt principia aliorum.

e Quoniam autem eſt quędam ſcientia entis, inquantum ens, & ſeparabile, conſiderandum, verũ quidem naturali eandem ponendum eſſe hanc, aut magis alterã. Naturalis quidẽ igitur circa habentia motus principiũ in ipſis eſt. Mathematica aũt, ſpeculatiua quidẽ & circa manentia quædã hæc, ſed non ſeparabilia. Circa ſeparabile igitur ens & immobile, altera ab his ſcientijs ambabus eſt aliqua, ſiquidẽ exiſtit aliqualis ſubſtantia talis. dico autẽ ſeparabilis & immobilis, quod quidem tentabimus oſtendere. Et ſiquidem eſt aliqua talis natura in entibus, hoc vtique erit alicubi, & quod diuinum, & hoc vtique erit primum & principaliſſimum principium. Palam igitur, quod tria genera ſpeculatiuarum ſcientiarum ſunt, Naturalis, Mathematica, Theologia. f Optimum quidem igitur ſpeculatiuarum genus, harum autem ipſarum vltima dicta. circa honorabiliſſimum enim eſt entium. Melior autem & deterior vnaquæque dicitur, ſecundum proprium ſcibile. g Dubitabit autem quis, vtrum entis inquãtũ ens ſcientiã vniuerſalẽ oportet poni, aut nõ. Mathematicarum quidem. n. vnaquęq; circa vnũ aliquod genus determinatum eſt. Quę aũt vniuerſalis cõuenit de oĩbus. Siquidẽ igitur naturales ſubſtãtiæ primæ entiũ ſũt, & Naturalis vtiq; prima ſciẽtiarũ erit. Si aũt eſt altera natura & ſubſtãtia ſeparabilis & immobilis, alterã neceſſe & ſcientiam ipſius eſſe, & priorem naturali, & vniuerſalem, eo quòd priorẽ.

A *Cum autem quædam ſit entis ſcientia, prout ens & ſeparabile eſt, conſiderãdum eſt vtrum eam eandem cum Naturali ponendum ſit, an magis aliã. Naturalis ſanè circa ea eſt, quæ motus principium in ſeipſis habent. Mathematica vero ſpeculatiua quidem eſt, & hæc quadam circa manentia, non tamen ſeparabilia. Circa ſeparabile* B *igitur ens, & immobile alia præter has ambas ſcientia eſt, ſi aliqua quidem talis ſubſtantia eſt. dico autem ſeparabilis, & immobilis, quod tentabimus oſtendere, & ſi qua talis in entibus natura ſit, illic profecto diuinitas erit, & hoc erit primum & principale principium. Patet igitur, tria genera ſpeculatiuarum eſſe ſcientiarum, Naturalem, Mathematicam, Theologiam.*

C *Optimum igitur ſpeculatiuarum quidem ſcientiarum genus, harum ſane ipſarum ea, quæ vltimo dicta eſt, circa nanque honorabiliſſimum entium eſt. vnaquæque vero melior, aut deterior dicitur ſecundum proprium ſcibile.*

Dubitauerit autem quiſpiam, vtrũ entis, prout ens eſt, ſcientiam vniuerſalem ponere oportet, an non. Mathe- D *maticarum etenim vnaquaque circa vnum quoddam determinatum genus eſt. vniuerſalis vero communis de omnibus eſt. Si itaque naturales ſubſtantiæ primæ ſint entium, ipſa quoque naturalis ſcientia, prima ſcientiarum erit. quòd ſi alia natura, atque ſubſtantia ſeparabilis, & immobilis eſt, neceſſe eſt, vt ſcientia quoque eius alia ſit, & naturali prior, & vniuerſalis prior.*

LECTIO VIII.

Capitul. 7. part. prima

a QVoniã aũt ſimpliciter ens ſcdm plures dr̃ modos, quo

LECTIO VIII.

E *CVm autem ſimpliciter ens pluribus eſſe modis dicatur, quorum*

LECTIO VIII.

POſtquam Philoſophus recollegit, ea quæ prædicta erant de conſideratione huius ſcientiæ: hic incipit recolligere ea, quæ dicta ſunt tam in Sexto huius, quàm in ii. Phyſic. Tex. cõ. 4 Tex. cõ. 30 & iade.

de ente imperfecto. Et primo de ente per accidens. Secundo de motu, ibi. [Eſt autem.] Circa primum duo facit. Primo ponit ea, quæ dicta ſunt de ente per accidens. Secūdo ea, quæ dicta ſunt de cauſa per accidens. ibi. [Quod autem genere huius.] Circa primum duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio, dicens quòd quia [ens ſimpliciter,] ideſt cōmuniter acceptū multis modis dicitur: inter quos unus modus eſt ſecū-
parte 2. dū quod dicitur ens per accidens, utputa cum dicimus muſicū eſſe album, quæ qui-
Tex. cō. 7. dem in Quinto ſuperius manifeſta ſunt: prius quàm dicatur de ente per ſe, conſiderandum eſt de ente per accidens ut huiuſmodi ente remoto abſolutior fiat ſermo de ente per ſe.
parte 3. b ¶ Secundo proſequitur quod propoſuit. & circa hoc duo facit. Primo, oſtendit quod ad nullā ſcientiam pertinet conſiderare de ente per accidens. Secūdo, remouet huiuſmodi ens, & ens quod ſignificat ueritatē propoſitionis a conſideratione huius
Infra pt. 6. ſcientiæ. ibi. [Quod autē ut uero.] Circa primū duo facit. Primo oſtendit quod nulla ſcientia cōſiderat de
parte 4. ente per accidens. Secūdo, quod nec conſiderare pōt. ibi. [Quod autem neque contin-
Infra pt. 5. gens.] Circa primum duo facit. Primo inducendo manifeſtat, quod nulla ſcientia conſiderat de ente per accidens, dicens manifeſtū eſſe, quod nulla ſcientia tradita a nobis negociatur circa accidens. Non aūt accipitur hic accidens pro eo, quod eſt in aliquo genere accidentis, ſicut albedo eſt quoddam accidens. ſunt. n. multæ ſcientiæ, quæ circa hmōi accidētia ſunt, quia hmōi accidentia, & ſecundū ſe habent ſpeciem quandam & cauſas determinatas in ſubiecto: & accidentia dicuntur, quia non per ſe, ſed in alio habent eſſe. Accipitur autem hic accidens pro ente per accidens. ſicut album eſſe muſicum eſt per accidens. Huiuſmodi enim neque aliquam ſpeciem habent in ſe, neque aliquam cauſam determinatam. & circa huiuſmodi ens non negociatur aliqua ſcientia. Et hoc manifeſtat inducendo. Ars enim ædificatiua non conſiderat quid per accidens eueniat habitantibus in domo quam facit. utrum accidat eis aliquod triſte, aut habitabit. [ibi contrarie,] ideſt proſpere. hoc enim accidit domui. Similiter ars textiua non conſiderat quid accidat utentibus panno texto: neque coriaria quid accidat utentibus calceis: neque coquinaria de his, quæ per accidens ſe habēt ad cibum. puta quis eo utatur ad ſuperfluitatem uel ad neceſſitatem tantum: ſed unaquæq; harum ſcientiarum conſiderat id. quod ſolū eſt propriū ſibi, & ſubiectū, & per ſe accidentia eius. Et in hoc eſt finis conſiderationis cuiuslibet ſcientiæ.
c ¶ Aſſignat cauſam, quare nulla ſcientia conſiderat ea, quæ per accidens ſunt. Ratio enim eſt: quia quod per accidens eſt, non eſt proprie ens, ſed magis non ens, ſicut non eſt per ſe & proprie unum. nam unum & ens conuertuntur. Omnis autem ſcientia eſt de ente. Vnde relinquitur, quòd nulla ſcientia ſit

rum vnus eſt qui ſecundum accidens dicitur, cōſiderandum primo de ſic ente.
b Quod quidem igitur nulla traditarum ſcientiarū negociatur circa accidens, palam. Neque. n. ædificatiua conſiderat quid accidet utentibus domo, puta ſi triſte, aut cōtrarie habitabūt: neq; textiua, neque coriaria, neque coquinaria. Quod autem ſecundum ipſam propriū, vnaquęque harū conſiderat ſcientiarum ſolum. hoc autē eſt proprius finis.
c Neq; inquantum muſicum & grammaticum, neq; exiſtentem muſicum, quia factus grammaticus, ſimul erunt ambo prius nō ens. Quod autē non ſemper ens factum, & hoc. quare ſimul muſicus factus eſt & grammaticus. Hoc autem nulla quærit cōſeſſe exiſtentium ſciētiarum, niſi Sophiſtica. circa accidens n. hęc ſola negociatur. Propter quod Plato non male dixit, dicens circa non ens Sophiſticam uerſari.
d Quod autem neq; contingens eſt eſſe accidētis ſcientiam, manifeſtū eſt tentātibus ſcire quid eſt accidēs. Omne itaq; dicimus eſſe, hoc quidē ſemper & ex neceſſitate (neceſſitate aūt non ſecundū uiolentiā dicta, ſed ſecundū qđ utimur in his, quæ ſecundum demonſtrationes) hoc aūt ut in plus, hoc autem neq; ut in plus, neque ſemper & ex neceſſitate, ſed ut contingit. puta ſub cane utique fiet frigus: ſed hoc neque ut ſemper & ex neceſſitate, neque ut in plus fit. Accidet tamen aliquando vtiq;. Eſt itaq; accidens quod fit quidē, nō au-

vnus eſt, qui ſecundum accidens dicitur eſſe, primo de ente hoc pacto conſiderandum eſt.

G *Quòd igitur nulla ſcientiarum, quæ traditæ ſunt, circa accidens verſetur, patet. Nec enim ars ædificatoria quidnam illis, qui vſuri ſunt domo, accidit, conſiderat: vtputa, ſi anxie, vel econtrario habitabunt, neque textoria, neque ſutoria. quod vero proprium ſib ipſi eſt, ſolum vnaquæque iſtarum ſcientiarum conſiderat. hoc autem finis proprius eſt.*

H *Neque quatenus muſicus & grammaticus, nec quod is, qui muſicus eſt, factus grammaticus ſimul ambo erit, cùm prius non eſſet. quod autem cum non ſemper eſſet, eſt, hoc fiebat, quare ſimul muſicus, & grammaticus fiebat. Hoc autem nulla earum, quæ certæ ſcientiæ ſunt, quærit, præter Sophiſticam. hæc enim ſola, circa accidens verſatur. Quare non male Plato ait, cum dixit Sophiſticam circa non ens immorari.*

I *Quod autem nec ſit poſsibile accidentis ſcientiam eſſe, manifeſtum erit, ſi videre conabimur quidnam accidens ſit. omne itaque dicimus quoddam quidem ſemper, & ex neceſsitate eſſe (ex neceſsitate autem non ea dico, quæ ſecundum violentiam dicitur, ſed qua in demonſtrationibus vtimur) quoddam vero vt plurimum, quoddam autem, nec vt plurimum. nec ſemper & ex neceſsitate, ſed vt contingit, vtputa ſub cane fiat frigus: ſed hoc nec vt ſemper ex neceſsitate, nec vt plurimum fit, quandoque tamen accidet. accidens ergo eſt, quod fit quidem, non ſemper tamen, nec ex neceſsitate, nec vt plurimum.*

F de eo, quòd eſt per accidens. Dicit ergo, quòd muſicus eſt etiam grammaticus, non inquantum eſt muſicus. & ſi contingat de aliquo qui ſit muſicus, quòd fiat grammaticus, non ſimul factus eſt ambo, grammaticus ſcilicet & muſicus, cum prius non fuerit vtrumque. Sed ſi aliquod ens eſt modo, & non fuit ſemper ens, oportet quòd ſit factum. Si igitur hoc, quod dico, muſicus eſt grammaticus, eſt quoddam ens, cum non ſemper fuerit, ſequitur, quòd ſimul vtrunque ſit factum, ſcilicet muſicū & album, quia cuiuslibet entis eſt aliqua generatio. Vnde, cum non ſimul facta ſint, manifeſtum eſt, quòd hoc totum, quod eſt muſicum grammaticum non eſt aliquod vnū & ens. Nec eſt inſtātia de hoc, quòd in generatione ſubſtantiarū præexiſtit materia, quæ eſt ingenita, quia forma nō ſit proprie, ſed compoſitum, vt in Septimo probatum eſt. Materia autem præexiſtit non quaſi ens actu, ſed potentia tantum: hic autem muſicus præexiſtit in actu. Cum igitur ille, qui erat muſicus, fit grāmaticus, eſt generatio grammatici tantum, non autem totius, quod eſt, muſicū grammaticum. vnde hoc totum non eſt aliquid vnum & ens. Et propter hoc nulla ſcientia, quæ eſt uere ſcientia, & certitudinē habet, conſiderat de ente per accidens. Sed ſola Sophiſtica circa ipſum negociatur, & ad decipiendum utitur eo, quod eſt per accidens, ac ſi per ſe eſſet. Vnde ſit fallacia Cap. 4.
accidentis, quæ eſt efficaciſsima ad decipiendum etiam ſapientem, ut dicitur in Primo Elenchorum. Vnde Plato non male dicit, dicens quòd Cap. 4.
K uerſatur circa non ens, quia uerſatur circa ens per accidens.
d ¶ Oſtendit quod etiā non poſsit eſſe conſideratio alicuius ſcientiæ de ente per accidens, & hoc dupliciter facit. Primo ex diffinitione de ente per accidens, dicens quod manifeſtum erit, quod nō contingit eſſe ſcientiā de ente per accidens, ſi cōſideremus quid ſit ens per accidens. Ad quod conſiderandū, utitur quadā diuiſione trimēbri, dicens quod eorum quæ dicūtur eſſe, quædā ſunt ſemper & ex neceſſitate, nō quidē ſm qđ neceſſitas pro uiolētia ſumitur, ſed ſm quod utimur neceſſitate in demonſtrationibus, puta dicētes neceſſariū eſſe quod triangulus hēat tres angulos æquales duobus rectis. ſic. n. neceſſariū dicimus, qđ impoſsibile eſt nō eſſe. Quędā uero ſunt ut in pluribus, ſicut quod hō naſcatur cū quinq; digitis in manibus. Hoc. n. nō ſemper eſt ex neceſsitate, cū contingat aliquē naſci cū ſexto digito, ſed eſt ut in pluribus. Quędā uero nec ſunt ut in pluribus, neq; ſemper ex neceſsitate, ſed cōtingēter eueniūt, ſicut ſi [frigus fiat ſub cane,] .i. in diebus canicularibus: ſed nō ſemper & ex neceſsitate neq; in pluribus. ſed tñ quādoq; accidit etiam hmōi ens. Quia aūt raro accidit, & nō ſemper & ex neceſsitate, neque ut in pluribus, uocatur ens per accidēs. Quæ. n. ſemper uel in pluribus cōtingūt, uel ita ſe habēt quod unū eſt cauſa alterius, uel ambo reducuntur in unā cām, quę per ſe eſt cā utriuſq; & utroq; mō cōtingunt.

Si quidem

Si quidem cauſa indeficienter producit effectum ſuum, erit qđ dicitur ex neceſſitate. Si aũt poſſunt deficere propter aliquod impedimentum, erit vt in pluribus. Si aũt ita ſit, q̃ duorum vnum non ſit cauſa alterius, neq; habeant vnam cauſam per ſe communem, quæ coniungat ea ſimul, eorum cõiunctio erit rara, ſicut in hoc q̃ dico: muſicum ædificare, nã ædificationis cauſa non eſt a muſica, ſed ab arte ædificatiua, quæ eſt omnino alia a muſica. Similiter ẽ in pmiſſo exẽplo. Nã quòd ſit feruor caloris ſub cane, eſt a ſole appropinquante nobis. part.5. Quod autem ſit frigus, ẽ ex aliqua alia cauſa, puta ex Saturno, aliquo modo cõiuncto Soli. Vnde hoc eſt per accidẽs, quòd ſole dies caniculares faciente, frigus ſit. Sic igitur manifeſtum eſt, q̃ eſt ens per accidens, q̃ neq; quod eſt in maiori parte, neq; quod eſt ſemper. Omnis autẽ ſcientia eſt de eo quod ſemper, aut in plus, vt probatum eſt in 1. Poſteriorũ. Lect. 12. Vnde manifeſtũ ẽ, quòd ſcientia nõ poteſt eſſe de eo, quod eſt per accidens. Secundo ibi.

e ¶ Inducit ad idẽ manifeſtandũ, quod ens per accidens nõ habet cauſas, & principia talia, qualia habet ens per ſe. & ſic de eo nõ põt eſſe ſciẽtia, cum omnis ſcientia ſit ex principiis, & cauſis. Quod quidem ſic pbat, quia, ſi ens per accidẽs haberet per ſe cauſas, part.6. omnia eſſent ex neceſſitate. entia enim per ſe talem cauſam habent, qua poſita q̃ neceſſitate ſequitur effectus. Et ſi aliqua cauſa ſit, ad quã non de neceſſitate ſequitũ effectus, ſed vt i pluribus, hoc eſt propter impedimentũ, quod per accidens contingit. part.7. Et ſic, ſi ens per accidẽs tollatur a rebus, omnes cauſa per ſe de neceſſitate inducet ſuum effectũ.

Sic ergo, ſi ens per accidens de neceſſitate habet cauſam per ſe, qua poſita ex neceſſitate ſequitur effectus, licet forte eam poni non ſit neceſſarium, nihilominus tamen ſequitur quòd omnia ex neceſſitate eueniant. Quod ſic patet. Sit. n. aliquid præteritum, vel præſens, quod ſit cauſa futuri effectus: hoc quidem iã poſitum eſt. Sed poſita cauſa, vt tu dicis, ex neceſſitate ſequitur effectus. Si igitur hoc præſens, vel præteritum, quod iam poſitum eſt, eſt cauſa huius entis futuri, & illud alterius non quocunque modo, ſed ita quòd ex neceſſitate ſequatur effectus. Poſita enim cauſa, ex neceſſitate erit illud, cuius cauſa iam poſita eſt, & hoc vſque ad vltimum cauſatum. Sed hoc ponebatur eſſe per accidens. Et ſic quod ponebatur per accidens, erit ex neceſſitate. Vnde ſequitur, quòd omnia ſint ex neceſſitate, & quòd a rebus auferatur, [quòd ad vtrunque contingit,] ideſt, quod eſt

tem ſemper. neq; ex neceſſitate, neque vt plus. Quid quidem igitur eſt accidens, dictum eſt. Quia aũt non eſt ſcĩa talis, palã. Scientia quidem.n. omnis ſemp entis, aut in plus: accidens autem in neutro horum eſt.

e Quod autẽ ſcd̃m accidens entis non ſunt cauſę & principia talia, qualia quidem ſecundum ſe entis, palam; erunt. n. omnia ex neceſſitate. ſi enim hoc quidẽ eſt huius entis, hoc autẽ huius, hoc autem non vt contingit; ſed ex neceſſitate erit, cuius hæc erat cauſa vſque ad vltimum dictum cauſatum, hoc autẽ erat ſecundum accidens. Quare ex neceſſitate omnia erunt, & q̃ vtrumque contingit, & accidere & fieri, & nõ omnino ex generatis auſertur. Et ſi non exiſtens, ſed quæ ſit cauſa ſuponatur, eadem accidẽt. omne. n. ex neceſſitate fiet. Sic enĩ cras eclipſis fiet ſi hoc fuerit, hoc autem, ſi alterũ aliquid, & hoc ſi aliud, & hoc itaq; modo a finito tempore, eo quòd a nũc vſque cras, ablato tpe, veniet & quãdoque ad exiſtẽs. Quare ſiquidem hoc eſt, omnia ex neceſſitate quæ poſt hoc fient, vt omnia ex neceſſitate fiant.

f Quod autẽ vt vere ens, & ſecundum accidens, hoc quidem eſt in complexione mentis, & paſſio in hac, propter quod circa ſic quidem ens, non quærũtur principia, circa autem quod extra ens, & ſeparabile. Hoc autem non neceſſarium, ſed infinitum. dico autem quod ſecundum accidens. talis autem inordinatæ, & infinitę cauſę.

g Quod autem gratia huius, in his, quę a natura fiunt, & a mẽte eſt. Fortuna autẽ eſt, quando

A *Quid itaque accidens ſit, dictum eſt. Cur vero non ſit huiuſcemodi ſcientia, patet. omnis nanque ſcientia eius eſt, quod ſemper, aut plurimum eſt. accidens vero, in neutro horum eſt.*

B *Quòd autem entis ſecundum accidens non ſint cauſæ, & principia talia, qualia per ſe entis, manifeſtum eſt. eſſent enim omnia ex neceſſitate: nam ſi hoc exiſtente, hoc erit, & hoc, hoc (atque id non ut contingit, ſed ex neceſſitate) illud quoque ex neceſſitate, erit, cuius hoc cauſa erat, vſque ad vltimum dictum cauſatum. hoc vero ſecundum accidens erat. quare ex neceſſitate omnia erunt, & de entibus auferetur, tum quod ad vtrumlibet ſe habet, tum ipſum contingere & fieri & non fieri.* C *At & ſi cauſa non vt ens, ſed vt ea, quæ ſit, ſupponatur, eadem accident. omne nanque ex neceſſitate fiet. enim craſtina eclipſis fiet, ſi hoc fiat. hoc vero, ſi aliud quiddam. & hoc, ſi aliud. & hoc itaque modo, ſi ab eo tempore finito, quod a nunc eſt uſque cras, demâtur tempus, deueniet aliquando ad exiſtens. quare cum hoc ſit, cuncta, quæ ſequuntur, ex neceſſitate profecto fient. vnde ex neceſſitate omnia fient.*

D *Quoddam autem vt verum & non ſecundum accidens eſt ens, quod eſt in mentis complexione, & paſſio in eas, quare circa illud, quod ita eſt ens: non quæruntur principia, verum circa id, quod extra & ſeparabile ens eſt. Quoddam vero non neceſſarium, ſed infinitum. dico autem quod ſecundum accidens eſt. huius vero inordinatæ & infinitæ cauſæ ſunt.*

E *Ipſum vero alicuius gratia in eis eſt, quæ a natura, aut a mente fiunt. Fortuna vero eſt, cum aliquid bo-*

caſuale fortuitum, [& accidere] idest ens per accidẽns. Et [fieri & non fieri,] ideſt poſſibile eſſe & non eſſe, uel fieri & non fieri. Sed quia poſſet aliquis obuiare huic rationi dicendo, quòd cauſa futurorum contingentium, non eſt iam poſita ut præſens & præterita, ſed adhuc eſt contingens, ut futura; & propter hoc effectus ſunt adhuc contingentes, conſequenter hanc obuiationẽ remouet. ibi [Et ſi nõ exiſtens.] Dicens, q̃ eadem inconuenientia accident, ſi ponatur quòd cauſa futurorum contingentiũ non ſit iam ens quaſi præſens vel præterita, ſed quæ in fieri, & quaſi futura. Sequitur enim, quòd omnia ex neceſſitate accidant, ſicut & prius. ſi enim cauſa illa futura ſit, oportet quod ſit futura in aliquo tempore determinato, & determinate diſtincto a præſenti nunc, puta cras. Si ergo eclipſis, quæ eſt per ſe cauſa quorundam futurorum accidentium, ſit futura cras, & omne quod ſit, ſit ex aliqua cauſa, oportet quòd ipſa eclipſis, quæ eſt futura cras, ſiat [ſi hoc fuerit] ideſt propter aliquid præexiſtens, & hoc iterum propter aliud, & ſic ſemper propter anticipationem, uel ablationem cauſarum auferetur aliquid a tempore, quod eſt inter præſens nunc, & eclipſim futuram. Vnde cum illud tempus ſit finitum, & omne finitum conſumatur ablato quodam, quandoque erit deuenire ad aliquam cauſam nunc exiſtentem. Quare, ſi illa iam ponitur, omnes futuri effectus conſequuntur ex neceſſitate. & ita omnia ex neceſſitate euenient. Ergo, cum hoc ſit impoſſibile, manifeſtum eſt, quòd ea quæ ſunt per accidens, non habent cauſam determinatam, qua poſita, ex neceſſitate conſequãtur. Ea autem omnia, quæ circa hoc dici poſſunt, ſupra in Sexto poſita ſunt. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit q̃ ens per accidẽs, & ens, quod ſignificat ueritatẽ propoſitionis prætermittẽdũ eſt in iſta ſciã, dicens, q̃ eſt quoddã ens [quod eſt ut uere ens,] i. quod ſignificat ueritatẽ propõnis, quæ in cõpoſitione conſiſtit, & eſt per accidẽs: ſed primũ conſiſtit in cõpoſitione intellectus, & eſt quædã paſſio circa operationem animæ. Vnde hmõi entis non quæruntur principia in ſciã quæ cõſiderat de ente, quod eſt extra animã, & eſt ſeparabile, ut ſupra dictum eſt. Aliud autem, ſcilicet ens per accidens, non eſt neceſſarium, ſed indeterminatum, & ideo non habet cauſam ordinatam, ſed eius ſunt infinitæ cauſæ, & non habentes ordinem adinuicem. Et ideo de tali ente non conſiderat iſta ſcientia. Tex. cõ. 4. Lib. 6. Tex. cõ. 4. & inde.

g ¶ Colligit hoc quod dictum eſt de cauſa per accidens, ſcilicet de fortuna, in ſecundo Phyſic. & dicit hic quatuor circa fortu- Tex. cõ. 30 & inde.

nam. Primo quid ſit. Et ad hoc inueſtigandum præmittit, ꝙ [id quod eſt gratia, huius] id eſt, aliquid eſſe propter finem, inuenitur & in his, quæ ſunt ſecundum naturam, & in his, quæ
Tex. c6. 49. lec. 4. ſunt ab intellectu. Et hoc manifeſtum eſt in 2. Phyſi. Et adiungit, quòd fortuna eſt in his, quæ fiunt propter aliquid, ſed ſecundum accidens.

Sicut enim inuenitur ens per ſe & ens per accidens, ita & cauſa per ſe, & cauſa per accidens. Sic igitur fortuna eſt cauſa per accidens] in his quæ fiunt gratia huius,] id eſt pro-
parte 8. pter finem, non quidem a natura ſed ſecundum electionẽ. Sicut, ſi aliquis eli-
parte 9. gat fodere in agro vt plãtem arborem, & inuenit theſaurũ. hoc dicimus eſſe per accidens, quia eſt præter intentionem. & hoc eſt a fortuna. Se-
parte 10. cundo ibi.
h ¶ Oſtendit in quibus ſit fortuna. & dicit, ꝙ cum electio
part. 11. non ſit niſi a mente, vel intellectu, oportet quòd circa eadẽ ſit fortuna, & intellectus. Vnde in reb. carentibus ratione, nõ eſt fortuna, ſicut plantæ, lapides, & bruta aĩalia. Neque etiam eſt in pueris, qui carent vſu rationis. Tertio ibi.
Cap. 8. part. 1. i ¶ Oſtendit quòd fortuna eſt incerta, dicens quòd infinitę ſunt cauſæ, a quibus aliquid poteſt fieri a fortuna, ſicut patet in exemplo poſito. Poteſt enim aliquis inuenire theſaurum fodiens in terra, vel ad plantandum, vel ad faciendum ſepulchrum, & propter infinita alia. Et quia omne infinitum eſt ignotum, ideo fortuna eſt incerta humanę cognitioni. & dicitur eſſe cauſa ſecũdum accidens. nullius autem eſt cauſa ſimpliciter & per ſe. Quarto ibi.
K ¶ Oſtendit qualiter fortuna dicitur bona vel mala, & dicit, ꝙ dicit bona vel mala ex eo ꝙ bonũ & malum fortuito euenit. Sed ſi ſit magnum bonum, ꝙ fortuito euenit, dicitur eufortunium: ſi ſit magnum malum, dicitur infortunium. Quinto ibi.
l ¶ Oſtendit ꝙ fortuna non eſt prima cauſa rerum. Nullum. n. per accidens eſt prius his, quæ ſunt ſecundum ſe. vnde neque cauſa per accidens eſt prior ea, quæ eſt per ſe. Et ſic ſi fortuna & caſus, quæ ſunt cauſę per accidens, ſint cauſa cœli, oportet, ꝙ per prius ſint cauſæ intellectus & natura, quę ſunt cauſæ per ſe.

LECTIO IX.

Poſtquam determinauit Phyloſophus de ente per accidens, hic determinat de motu: & diuiditur in partes tres. In prima determinat de motu ſecundum ſe. In ſecunda de

aliquid horũ fiunt ſecundum accidens. ſicut. n. & ens eſt, hoc quidem ſecundum ſe, hoc autẽ ſecundum accidens, ſic & cauſa. Fortuna autẽ, cauſa ſecundũ accidens in factis, ſecundũ electionem eorum, quæ gratia huius.

h Propter quod circa eadem, fortuna & mens. Electio enim non ſine mente.

G

i Cauſæ autem infinitæ, a quibus vtiq; fiet quod a fortuna. Propter quod, incerta humanæ cognitioni, & cauſa ſecundum accidens, ſimpliciter autem nullius.

k Bona autem fortuna & mala, cũ bonũ, aut malum euenerit. Proſperitas aũt & infortunium, circa magnitudinem horum.

l Quoniam aũt ſecundũm accidens nullũ prius his, quæ ſecundũ ſe, neque igitur cauſa. Si igĩ fortuna aut caſus cauſa cœli eſt, prius intellectus cã, & natura.

H

LECTIO IX.

a Est autem hoc quidem actu ſolum, hoc autem potentia: hoc aũt potentia & actu. hoc quidem ens; hoc aũt quantum, hoc autem reliquorum. Non eſt autem aliquid motus præter res. permutatur enim ſemper ſecundum entis cathegorias. Commune autem in his nullum eſt, quod neque in vna cathegoria. Vnũquodque autem dupliciter exiſtit in omnib⁹, vt puta ꝙ hoc, iſtud forma quidem ipſius, hoc autem priuatio. Et ſecundũ quale, hoc quidem album, hoc autem nigrum. Et ſecundum quantum, hoc quidem perfectum, hoc autem imperfectum. Et ſecundum lationem, hoc quidem ſurſum, hoc autẽ deorſum, hoc eſt autem leue, hoc autem graue. Quare motus & permutationis tot ſpecies, quot entis.

I

K

rum ſecundum accidens fiat. quemadmodum enim & ens quoddam per ſe, quoddam ſecundum accidens eſt, ita & cauſa. fortuna vero ſecundum accidens cauſa eſt in eis, quæ ſecundum electionem alicuius gratia fiunt.

Quare circa idem fortuna & mens. electio namque abſente mente non eſt.

Cauſa vero, quibus ea fiant, quæ a fortuna ſunt, indeterminatę ſunt, quare humanę cogitationi incertę ſũt. & cauſa per accidens eſt. ſimpliciter vero nullius.

Bona vero fortuna & mala dicitur, cum bonum aliquod, aut malum euenerit. Fors fortuna vero & infortunium, circa magnitudines horum.

Cum autem nihil ſecundum accidens prius his ſit, quę ſecundum ſe ſunt, nec igitur cauſæ. Si itaque fortuna aut caſus cœli cauſa eſt, prior mens & natura cauſa erit.

LECTIO IX.

EST autem hoc quidem actu ſolum, illud vero potentia: hoc autem potentia & actu. hoc quidem ens: illud vero quantum: hoc autem cæterorum aliquid. Non eſt autem motus præter res. mutatur enim ſemper ſecundum entis prædicationes, commune autem nihil in his in vlla prędicatione, vnumquodque vero dupliciter omnibus ineſt, velut hoc. nam hoc vt forma, hoc vero vt priuatio. ac ſecundum qualitatem hoc album, illud nigrum, ſecundum quantitatem hoc perfectum, illud imperfectum. eodem modo & ſecundum lationem: nam hoc ſurſum, illud deorſum, aut leue aut graue. quare motus & mutationis tot ſunt ſpecies, quot entis.

F infinito. quod eſt quædam paſſio motus & aliorum continuorum. ibi. [Infinitum autem.] In tertia determinat de diuiſio- Infra lec. 10.
ne motus in ſuas ſpecies. ibi. [Prætermittatur autem.] Prima Infra lec. 11.
diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, quid ſit motus. In ſecunda oſtendit, in quo ſit. ibi. [Et quòd eſt immobi-
li.] Circa primum parte 11.
tria facit. Primo præ- parte 2.
mittit quædam quaſi neceſſaria ad diffiniendum motum. Secundo diſtinguit ipſum. ibi. [Diuiſio autem, & cæter.] Tertio probat diffinitionem bene eſſe aſſignatam. ibi. [Quod autem bene.] Circa primum ponit quatuor, ex quibus concludit quintum, quorum primũ eſt, quòd ens diuiditur per actum, & potentiam. Et hoc eſt quod dicit, quòd entium quoddam eſt actu, ſicut primum mouens, quod Deus eſt: quoddam potentia tantum, vt materia prima: quoddam potentia, & actu, ſicut omnia intermedia. Vel eſſe actu tan- parte 3.
tum dicit id, quod iam perfecte habet formam, puta quod perfecte iam eſt album. Eſt autem potentia tantum, quod nondum habet formam, puta quòd nullo modo eſt album. Actu autem, & potentia eſt, quòd & ſi nondum perfecte habet formam, eſt tamen in moueri ad formam. Secundum eſt, quòd ens diuiditur per decem prædicamenta, & hoc eſt quod dicit, quòd entium quoddam eſt per ſe, ideſt ſubſtantia: quoddam eſt, quantum, quoddam quale, & ſic de alijs generibus. Tertium eſt, quòd motus non habet aliquam aliam naturam ſeparatam a rebus aliis, ſed vnaquęque forma ſecundum quod eſt in fieri, eſt actus imperfectus, qui dicitur motus. Hoc enim ipſum eſt moueri ad albedinem, quòd eſt albedinem incipere actu fieri in ſubiecto: ſed non debet eſſe in actu perfecto. & hoc eſt quod dicit, quòd motus non eſt aliquid præter res. Omne enim quod mutatur, mutatur ſecundum prædicamenta entis. & ſicut non eſt aliquid commune decem prædicamentis quod ſit genus eorum, ita non eſt aliquod genus commune omnium motuum. Et propter hoc, motus non eſt aliquod vnum prædicamentum diſtinctum ab aliis prædicamentis, ſed ſequitur alia prædicamenta. Quartum eſt, quòd in vnoquoque genere inuenitur aliquid dupliciter, ſcilicet ſecundum perfectionem & imperfectionem, ſicut in genere ſubſtantiæ vnum eſt vt forma, & aliud vt priuatio. Et in genere qualitatis hoc eſt, quod eſt perfectum vt album, quod habet perfectum colorẽ: & hoc eſt ut nigrum, quod eſt imperfectum

perfectum in genere coloris. Et in quantitate unum eſt perfectum, quod dicitur magnum, & aliud imperfectum, quod dicitur paruum. Et in vbi in quo [eſt locatio,] ideſt motus localis, eſt ſurſum & deorſum, & graue & leue, ſecundum quod graue dicitur quod actu ſubſidet, & leue quod actu ſupereminet. & horũ vnũ eſt vt perfectum, & aliud vt imperfectum. Et ratio huius eſt, quia omnia genera diuiduntur p contrarias differentias. Contrariorum autem ſemper alterum eſt ut perfectũ, alterum vt imperfectum. Ex his quatuor concludit quintũ, ſcilicet quòd tot ſunt ſpecies mot⁹, & permutationis, quot ſunt ſpecies entis. Quod quidem nõ dicit, eo quòd in quolibet genere entis ſit motus, ſed quia ſicut ens diuiditur, p actũ & potẽtiam, per ſubſtantiam & quantitatem, & huiuſmodi, & ſecundum perfectum & imperfectum, ita & motus. Et hoc ſequitur ex eo quod dictum eſt, quòd motus nõ eſt præter res. Quomodo autem differant permutatio & motus, infra dicetur. Deinde cum dicit.

part. 2.

part. 3.

part. 4.

b ¶ Diffinit motum, & primo ponit diffinitionem ipſam, dicens, quòd cum ens ſecundũ vnumquodque genus entis diuidatur per potentiam & actum, motus dicitur eſſe actus eius, quod eſt in potentia inquantum huiuſmodi. Secundo ibi,

c ¶ Exponit poſitam diffinitionem, & circa hoc duo facit. Primo exponit id, quod ponitur in diffinitione ex parte ſubiecti motus. Secundo id, quod ponitur in diffinitione quaſi genus motus. ibi. [quod quidem enim eſt.] Circa primũ duo facit. Primo exponit hanc particulam eius, quod eſt in potẽtia. Secundo hanc, inquantum huiuſmodi. ibi. [Dico autem inquantum.] Dicit ergo primo, quòd ex hoc manifeſtum eſt verum eſſe motum eſſe hoc, quod dictum eſt. Manifeſtum eſt enim quòd ædificabile ſignificat aliquid exiſtens in potentia & iſta potentia ſignificatur eſſe reducta in actum per hoc, quòd dicitur ædificari. & iſte actus vocatur ædificatio. Et ſimiliter in omnibus alijs motibus, vt in ambulatione & alteratione & huiuſmodi. Dicitur autem aliquid moueri, cum huiuſmodi fiat in actu, & huiuſmodi fuerit in potentia, & non prius, nec poſterius. Cum ergo ita ſit, ſequetur quòd motus eſt alicuius exiſtentis in potentia, cum ſit reductum ad actum. Et hoc dico ſcilicet quòd ſit reductum ad actum, inquantum eſt mobile. nam mobile dicitur aliquid per hoc, quòd eſt in potentia ad moueri, & ſic reducitur huiuſmodi potentia in actum, quando mouetur actu. non autem habet reduci in actum per motum id, quod in potentia eſt [inquantum ipſum,] ideſt ſecundum id, quod actu eſt, & ſecundũ ſeipſum. nam hoc etiam eſt in actu antequam incipiat moueri. Neque etiam reducitur ad actum per motum, ſecundum quòd

part. 5.

Infra par. 3. parte ſeq.

A eſt in potentia ad terminum motus, quia dum mouetur adhuc remanet in potentia ad terminum motus. Sed ſolum per motum reducitur aliquid de potentia in actum, de illa potentia, quæ ſignificatur cum dicitur [aliquid eſſe mobile,] ideſt potens moueri. Deinde cum dicit.

b Diuiſio autem ſecundum vnumquodque genus, hoc quidẽ potentia, hoc autem actu, eius quod potentia inquantum tale actum, dico motum.

c Quod autẽ verum dicimus, hinc palam. Cum enim ædificabile inquantum tale, ipſum dicimus eſſe actu inquantum ædificatur, & eſt hæc ædificatio. Similiter doctrinatio, ambulatio, curatio, ſaltatio, orbatio. Accidit autem moueri cum fuerit actu eodem & neq; prius, neque poſterius, iam potentia entis cũ actu ens operatur, non inquantum ipſum, ſed inquantum mobile, motus eſt.

d Dico autem inquantum ſic. eſt enim æs potentia ſtatua, ſed tamen non æris actus, inquãtum æs eſt, motus eſt. Non enim idẽ eſſe æri, & potentiæ alieni. Quod ſi idem erat ſimpliciter & ſecundum rationem, erit vtique æris actus motus quidam, non eſt autem idem. palam autem in contrarijs. Poſſe quidem enim ſanari & poſſe laborare non idem. etenim ſic ſanari & laborare idẽ eſſent. Subiectum autem & ſanũ & languens, ſiue humiditas ſiue ſanguis idem & vnũ. Quoniam autem non eſt idem, quemadmodum neque color idem & viſibile, poſſibilis inquãtum poſſibile actus, motus eſt.

e Quod quidẽ n. eſt hic, & qđ accidit tũc moueri quãdo fuerit actu ſic, & nec prius, nec poſterius palã. Cõtingit n. vnũquodque aliquãdo quidem actu eſſe, aliquando autem non. Puta ædificabile inquantum ædificabile: & ædificabilis actus, inquantum

Cum autem vnumquodque genus in actum, & potentiam diuidatur, actum eius, quod potentia eſt, prout tale eſt, dico eſſe motum.

Quòd autem vera dicimus, hinc conſtat, cum enim ædificabile prout tale, ipſum dicimus eſſe actu quatenus B *ædificatur, & hoc eſt ædificatio. ſimiliter eruditio, curatio, & volutatio, ambulatio, ſaltatio, ſeneſcentia, ac increſcentia. Accidit autem moueri cum actus ipſe fuerit, & neque prius, neque poſterius. actus autem eius, quod eſt potentia, cum actu ens agat, non prout ipſum, ſed prout mobile, motus eſt.*

Dico autem prout ſic: nam æs potentia eſt ſtatua, non tamen actus æris C *prout æs, motus eſt. non enim idem eſt æri eſſe, & alieni potentiæ. Quòd ſi idem eſſet ſimpliciter, ac ſecundum rationes, eſſet profectò æris actus motus quidam. at non eſt idem quod & in contrarijs patet. ſiquidem poſſe ſanari, poſſeque ægrotare, non eſt idem alioqui & ſanari & ægrotare idem foret. ſubiectum vero, quod ſanabile, aut ægrotabile eſt, ſiue humor, ſiue ſanguis, vnum idemque eſt. Cum non ſit igitur idem, ſicut nec color, ac viſibile idem eſt, conſtat motum eſſe actum rei poſſibilis, prout poſſibilis eſt.*

D

Quòd igitur ipſe eſt, & quod tunc contingit moueri, cum actus ipſe ſit, & quod nec ante nec poſt, manifeſtum eſt, nam contingit vnumquodque aliquando quidem operari aliquãdo minime, velut ædificabile, prout ædificabile; & ædificabilis, prout ædificabilis actus, ædificatio eſt. aut enim

d ¶ Exponit hãc particulam poſitam in diffinitione motus ſcilicet inquantum huiuſmodi, uel inquantum tale. Ad cuius expoſitionem dicit, quòd æs eſt in potentia ad ſtatuam, & ſic idem eſt ſubiectum æs & æs in potentia ad ſtatuam. tamen non eſt idem ratione. Sed alia eſt ratio æris inquantum æs, & alia eſt ratio æris, inquãtum habet aliquam potentiam. Et hoc eſt quod dicit, ꝙ non eſt idẽ æri eſſe, & alicui potentiæ. ſi enim eſſet idẽ ſimpliciter ſecũdum rationem, tunc ſicut motus eſt actus æris inquantum eſt æs in potentia, ita eſſet actus æris inquantum eſt æs. ſed nõ eſt idẽ ſecundum rationem æs, & potentia æris. Et hoc manifeſtum eſt in potentia contrariorum, quia poſſe [ſanari & poſſe laborare,] ideſt infirmari, non eſt idem ſecũdum rationem. Ratio enim potentiæ ſumitur ex actu. Vnde, ſi poſſe ſanari & poſſe infirmari, eſſet idẽ ſecundum rationem, ſequeretur quod idẽ eſſet infirmari & ſanari: quod eſt impoſſibile. Sic igitur non eſt eadem potentia ad vtrunque contrariorum ſecundum rationem potentiæ, ſed eſt eadem ſubiecto. idem enim eſt ſubiectum, quod poteſt eſſe ſanum & languens, ſiue illud ſubiectum ſit quicunque humorum in corpore animalis, ſiue ſanguis, qui eſt naturalior & magis proprius mixtæ, & animalium nutrimento poſſit eſſe cauſa ſanitatis & ægritudinis. Quia ergo poſſe ſanari & poſſe infirmari, non eſt idem ſecundum rationem, manifeſtum eſt quòd neutrum horum eſt idem ſecundum rationem cum ſuo ſubiecto: quia Quæ uni & eidem per ſe ſunt eadem, ſibijnuicem ſunt eadem per ſe. Quia ergo non eſt idem ſecundum rationem æs, & æs in potentia ad ſtatuam, ſicut neque color & uiſibile quod eſt potens uideri, ideo neceſſarium fuit quòd in diffinitione motus, dicto quòd eſt actus exiſtentis in potentia adderetur, inquantum huiuſmodi. Deinde cum dicit.

E

e ¶ Exponit id, quod ponitur in diffinitione motus tanquam genus, dicens manifeſtum eſſe, ꝙ hoc ſit motus. quia dico motum tunc eſt, quia tunc accidit moueri [quando ſic] ideſt actus exiſtẽtis in potentia fuerit actu, & neque prius, neque poſterius. Manifeſtum eſt enim, ꝙ vnumquodque mobilium contingit aliquã eſſe actu, aliquando non. ſicut ædificabile inquãtum ædificabile quandoq; eſt in potentia, & quandoq; eſt in actu. Dicit autẽ ꝙ ædificabile inquantum ædificabile, quia materia domus eſt ad

duo in potentia, ſcilicet ad formam domus,& ad hoc quòd ædificetur, & quod ad utrunque contingit eſſe,quandoque in potentia,quandoque in actu. Sed potentia, quæ eſt in materia domus ad hoc quòd ædificetur, ſignificatur in hoc ꝙ dicitur ædificabile. Tunc ergo ædificabile inquãtum ædificabile ſit actu,quando ædificatur. & ſic ædificatio eſt actus ædificabilis, inquantũ ædificabile. Quod ſic probat: quia materia domus non eſt in potentia niſi ad duos actus,ſcilicet ad ædificationẽ domus & ad formam. Aedificabile autem,ſignificat quandam potentiam in materia domus exiſtentẽ. Oportet igitur, cum omni
part. 6. potentiæ reſpondeat aliquis actus, quòd potentiæ ſignificatæ per hoc quod dico ædificabile, reſpondeat alter duorum actuũ, ſcilicet uel forma do-
part. 7. mus, uel ædificatio. ſed non eſt actus ædificabilis inquantum
parte 8. ædificabile forma domus, quia adueniente forma domus non eſt adhuc ædificabile, ſed eſt iam ædificatum. ſed ædificabi-
parte 9. le eſt actu, quando ædificatur actu. neceſſe eſt igitur, quòd ædificare ſit actus ędificabilis. Aedificare autem eſt quidã motus, & ſic motus eſt actus ædificabilis. & eadẽ ratio eſt de om-
parte 10. nibus alijs motibus. Vnde Manifeſtũ eſt, ꝙ motus eſt actus exiſtentis in potentia. Deinde cum dicit.

f ¶ Probat diffinitionem poſitam eſſe bene aſſignatam, & primo ponit probationem in generali, dicens quòd manifeſtũ eſt motum eſſe bene diffinitũ ex his, quæ alij dixerunt de motu diffinientes ipſum, & etiã ex eo quod non poteſt de facili aliter diffiniri. non enim poteſt poni in alio genere niſi in genere actus. Secundo ibi.

g ¶ Ponit ea,quę alij dixerunt de motu,dicẽs quòd quidam dixerunt motum eſſe alteritatem,& quidam inæqualitatem. & quidam non ens. Porro ideo,quia illud,quòd mouetur,recedit ab eo quod prius erat,& dum mouetur ſemper alio & alio modo ſe habet, & magis appropinquat ad terminum. Tertio ibi.

h ¶ Oſtendit prædictas diffinitiones non eſſe conuenientes. ne quę.n.conueniunt motui ex parte ſubiecti, quod mouetur. Si.n. motus eſſet non ens,uel inæqualitas, uel alteritas,ſequeretur ꝙ omne nõ ens,uel alterũ,uel inæquale moueretur: ſed nullũ horũ neceſſe eſt moueri. nõ eſt igitur motus quod dictũ eſt. Idem etiam apparet ex parte terminorum motus, qui ſunt terminus a quo.& terminus ad quẽ. Non.n.magis eſt motus ad non ens, uel inæqualitatẽ,uel alteritatẽ,quàm ad oppoſita horũ: neq; magis eſt motus ex his,quàm ex oppoſitis. Cõtingit.n.moueri ex non ente ad ens.& econuerſo: & de alteritate ad ſimilitudinem, & ab æqualitate ad inæqualitatem, & econuerſo. Quarto ibi.

i ¶ Oſtendit quare prædicto modo diffinierunt motum,dicens ꝙ iſta eſt cauſa,quare poſuerũt motũ in prædicta quaſi genera, quia motus uidetur eſſe aliquid indeterminatum, & illa ſunt indeterminata,quę ſunt priuatiua. Et ideo motum poſuerunt quaſi priuationẽ quandam. Et ſciendũ,ꝙ ſicut in Primo huius dictum eſt, Pythagorici poſuerũt duos ordines: in quorũ vno,quẽ dicebant ordinẽ bonorũ,poſuerunt illa,quę uidebãtur perfectionẽ habere: ſicut lucẽ dextrum, maſculum, quietem,& hmói: in alio autẽ ordine, quẽ ſub malo cõſtituebãt, Lect. 5.
poſuerunt tenebras, ſiniſtrum, fœminam, motum, & hmói. Et oĩa hmói dicebãt eſſe indeterminata & priuatiua, quia nullũ iſtorum uidebatur ſignificare [neq; hoc,] idest ſubſtantiã. [neque tale,] idest qualitatem,neque aliquod aliud prędicamentorum. Quinto ibi.

K ¶ Dicit cauſam, quare motus inter indeterminata ponit, & dicit ꝙ cauſa huius eſt, quia motus neq; poterat poni in genere potentiæ, neque in genere actus. ſi.n.eſſet in genere potẽtię, ſequeretur ꝙ quicquid eſt in potentia ad aliquid, puta ad eſſe quantum moueretur ad illam quantitatem. ſed hoc non eſt neceſſarium, quia etiã antequam incipiat aliquid moueri ad quãtitatẽ, eſt in potẽtia ad quãtitatem illam. Neque etiã mouetur quando iam actu eſt quantum ſm illã quantitatem, ad quã erat in potentia. ſed tunc terminatus eſt motus. Sed oportet, ꝙ motus ſit actus quidã,ut ſupra probatum eſt, ſed eſt actus imperfectus. Et Lect. 9.
huius cauſa eſt, quia illud,cuius eſt actus, eſt imperfectum: & hoc eſt ens poſſibile ſiue ens potẽtiã. Si.n. eſſet actus perfectus, tolleret totam potentiam,quæ eſt in materia ad aliquid determinatum. Vnde actus perfecti non ſunt actus exiſtentis in potẽtia, ſed exiſtentis in actu. Motus autem ita eſt exiſtẽtis in potẽtia,ꝙ non tollit ab eo potentiã. Quamdiu.n.eſt motus, remanet potentia in mobili ad id,quod intendit per motũ, ſed ſolum potentia, quæ erat ad moueri,tollitur per motum, & tñ non totaliter: quia id quod mouetur, adhuc in potentia eſt ad moueri: quia omne, quod mouetur, mouebitur, propter diuiſionem motus continui, ut probatur in 6.Phyſic. Vnde relinquitur,ꝙ motus eſt actus exiſtentis in potentia,& ſic eſt actus imperfectus & imperfecti. Et Text.cõ.55.
propter hoc difficile eſt accipere, quid ſit motus. Videtur enim quòd aut neceſſe ſit ponere motum in genere priuationis, ſicut patet ex præmiſſis diffinitionibus, aut in genere potentiæ, aut in gene-

ædificabile, ædificatio eſt.aut.n. hæc domus eſt, aut ædificatio actus.ſed,cum domus fuerit,nõ adhuc ædificabile erit. ædificatur autem ædificabile. neceſſe igitur ædificationem actum eſſe. ædificatio autem motus quidam eadem autem ratio & in alijs motibus.

G

f Quod autem bene dictum eſt, palam eſt, quibus alij dicunt de ipſo, & ex eo quòd nõ facile eſt aliter ipſum diffinire. Neque.n. in alio poterit aliquis genere ponere ipſum.

g Palam autem ex quibus dicũt. Hi quidem alteritatẽ & inæqualitatem & non ens.

h Quorum nullum neceſſe moueri. ſed nec permutatio,neque in hoc neq; ex his magis, quàm oppoſitis.

H

i Cauſa autem in hoc ponendi, quia infinitum aliquid uidetur eſſe motus. Alterius coelementationis autem principia, quia priuatiua ſunt indeterminata. neque enim hoc; neque tale nullum ipſorum, neq; reliquorum prædicamentorum.

k Cur autem uideatur indeterminatus, cauſa quia nec in potentia entium; neque in actum eſt ponere ipſum: neque enim poſſibile quantum eſſe; mouetur ex neceſſitate; neque quod actu quantum. Motuſque actus quidem uidetur aliquis, imperfectus autem. cauſa autem, quia imperfectum quod poſſibile,cuius eſt actus.& propter hoc difficile ipſum ſumere quid eſt. aut enim in priuationem neceſſe eſt poni, aut in potentiam, aut in actum ſimplicẽ. horum autem nullum uidetur cõtingens. quare relinquitur, quod dictum eſt eſſe & actum, & non actu dictũ, uidere quidem difficile, contingentem autem eſſe.

I

K

hoc, ædificatio in ædificabili actus, aut domus. at vbi domus ſit, non vltra ædificabile erit. ædificatio vero eius eſt, quod ædificabile eſt. neceſſe itaque ædificationem actum eſſe. ædificatio vero motus quidam eſt. eademque in cæteris motibus ratio eſt.

Quod vero hæc ſint recte dicta, ex his quoque conſtat, quæ alij de ipſo referunt. tum ex eo quòd non facile eſt ipſum aliter definire. nec enim licebit cuiquam in alio genere eum collocare.

Et patet ex his etiam, quæ alij protulerunt. quidam enim alteritatem, inæqualitatem, & ipſum non ens.

Quorum nullum neceſſe eſt moueri. at neque mutatio hęc, neque ex his potius quàm ex oppoſitis eſt.

Cauſa vero, propter quam in his motum ſtatuerunt, ea eſt, quòd indefinitum quiddam videtur eſſe motus: alterius vero coordinationis principia, utpote priuatiua, indefinita ſunt. nam nec quod quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorum vllum ipſorum eſt.

Quod vero motus indefinitus eſſe videatur, ea eſt cauſa, quòd neque inter ea, quæ ſunt potentia entia, nec quæ ſecundum actum, ponere ipſum eſt. nec enim quod poteſt quantum eſſe, moueri neceſſarium eſt, nec actu quantum. ac motus actus quidam eſſe videtur, quanquam imperfectus, cauſa vero eſt, quod imperfectum eſt poſſibile, cuius actus eſt. quamobrem difficile ipſum comprehendere, quidnam ſit. nam aut in priuationem neceſſario reponetur, aut in potentiam, aut in actum ſimplicem, horum autem nullum videtur contingere poſſe. ſupereſt igitur, quod dictum eſt, eſſe & actum & non actum qui dictus eſt, qui eſt difficilis cognitu, ſit, tamen contingit eſſe.

in genere actus ſimplicis & perfecti. quorum nullum contingit eſſe motum. Vnde relinquitur, quòd motus ſit id, quod dictum eſt, ſcilicet actus, & quòd non dicatur actus perfectus. Quod quidem difficile eſt uidere, ſed tamen contingens eſt eſſe, quia hoc poſito nullum ſequitur inconueniens. Quidam autem diffinierunt, dicentes, ꝙ

part. 11. motus eſt exitus de potentia in actū, non ſubito. Sed errauerunt, quia neceſſe eſt

part. 12. ꝙ in diffinitione exitus ponatur motus, cū ſit ſpecies motus. Et ſimiliter in diffini-

part. 13. tione eius, quod eſt ſubito, ponitur tempus, & in diffinitione temporis, motus. De-

part. 14. inde cum dicit.

l ¶ Oſtendit in quo ſit motus, & primo

par. 15. oſtendit quòd in mobili, quia omnis actus eſt in eo cuius eſt actus. Sed motus eſt actus mobilis a mouente cauſatus. Vnde relinquitur quòd ſit in mobili. Et quòd ſit actus mobilis, vt ex ſuperioribus pa-

Capitu. 9. part. prima. tet. Secundo ibi.

m ¶ Oſtendit qualiter ſe habeat motus ad mouens, & proponit duo, ſcilicet quòd motus eſt actus motiui, & quòd non eſt alius motus qui eſt actus motiui, & qui eſt mobilis. Oportet enim motū eſſe actū

part. 2. amborum. Tertio ibi.

n ¶ Primum eorum duorum probat ſcilicet, quòd motus ſit

part. 3. motiui actus. Illud enim actus eſt alicuius, quo fit actu: ſed motiuum dicitur ex eo quòd eſt potens mouere, mouens autē in operari, id eſt in eo quòd eſt eſſe actu, & ita cum mouens dicatur propter motum, motus erit actus motiui. Quarto ibi.

o ¶ Probat ſecundum propoſitorum, ſcilicet, quod vnus motus ſit actus motiui & mobilis, hoc modo. Dictū eſt enim, quòd motus eſt actus motiui inquantum facit motum, eſt autem mobilis inquantum fit in eo motus: ſed motiuum facit illum motum, qui eſt in mobili & non alium: & hoc quod eſt dicit quòd mouens eſt actiuum mobilis. vnde relinquitur, quòd vnus motus ſit actus & mouentis & mobilis. Quinto ibi.

p ¶ Manifeſtat hoc per exempla & dicit, quòd una eſt diſtantia duorum ad vnum, & vnius ad duo: ſed differt ratione. Propter quod diuerſimode ſignificatur. id eſt per duplum & dimidium. Similiter vna eſt via ad aſcendendum & deſcendendum, ſed differt ratione. Et propter hoc, dicuntur hi aſcendentes &

D.34. 35. illi deſcendentes. Et ita eſt de mouente & moto. Nam idem vnus motus ſecundum ſubſtantiam eſt actus vtriuſque, ſed differt ratione. Eſt enim actus mouentis vt a quo, mobilis autem ut in quo, & non actus mobilis ut a quo, neque mouentis vt in quo. Et ideo actus mouentis dicitur actio, mobilis vero paſſio.

Sed ſi actio & paſſio ſunt idem ſecundum ſubſtantiam, videtur quòd non ſint diuerſa prædicamenta. Sed ſciendum, quòd prædicamenta diuerſificantur ſecundum diuerſos modos prædicandi. Vnde idem ſecundum quòd diuerſimode de diuerſis prædicatur, ad diuerſa prædicamenta pertinet. Locus enim ſecundum quòd prædicatur de locante, pertinet ad genus quantitatis: ſecundum autem quod prædicatur denominatiue de locato, conſtituit prædicamentum vbi. Similiter motus ſecundum quòd prædicatur de ſubiecto in quo eſt, conſtituit prædicamentum paſſionis: ſecundum autem quod prædicatur de eo a quo eſt, conſtituit prædicamentum actionis.

l Et quod eſt motus in mobili palam. Actus eſt enim huius a motiuo.

m Et motiui actus non alius eſt: oportet quidem enim eſſe actu amborum.

n Et motiuum quidē enim eſt in poſſe: mouens aūt in operari.

o Sed eſt actiuū mobilis: quare ſimiliter vnus amborum actus.

p Quemadmodum eadē diſtantia vnius ad duo, & duorum ad vnum, & aſcendentis & deſcendentis, ſed eſſe nō vnū. Similiter autem & in mouēte & in moto.

LECTIO X.

INfinitum autē aut quod impoſſibile pertranſire, eo quòd nō ſit natum pertranſiri, quemadmodum vox inuiſibilis: aut pertranſitionem habens imperfectam: aut quod vix: aut quod natum eſt habere, & non habet pertranſitionem, aut terminum.

b Adhuc appoſitione, aut ablatione, aut vtroque.

c Separabile quidē itaq; ipſum aliquid ens, ſenſibile autem, non poſſibile eſſe. Si enim nec magnitudo eſt, nec multitudo, ſubſtantia autē ipſum infinitum & nón accidens, indiuiſibile erit. Quod

A

Simul & illud perſpicuum eſt, motum eſſe in moto. actus enim eius eſt a motiuo.

Neque alius eſt motiui actus: oportet enim vtriuſque actum eſſe.

Nam motiuum eſt, eo quòd poſſit: mouens vero, eo quòd operetur.

B

Verum actiuum eſt ipſius mobilis, quare eodem modo vnus vtriuſque actus.

Quemadmodum eadem diſtantia ad duo vnius, & ad vnum duorum, aſcenſus quoque ac deſcenſus, at eſſe non eſt vnum, ita etiam in mouente, & in moto.

LECTIO X.

C

INfinitum vero eſt, aut quod impoſſibile eſt pertranſire, eo quòd non ſit aptum permeari, quemadmodum vox inuiſibilis: aut quod tranſitum habet inconſummabilem, aut quod vix, aut quod natura aptum eſt habere, nequaquam tamen tranſitum, aut finem habet.

Item ſecundum appoſitionem, aut ablationem, aut ambo.

D

Separabile ſane ipſum quicquam eſſe impoſſibile eſt. nam ſi nec magnitudo, nec multitudo eſt, ſed infinitum ſubſtantia eius eſt, & non accidens, indiuiſibile erit. ſiquidem diuiſibile, aut magnitudo, aut multitudo eſt.

LECTIO X.

a POſtquam Philoſophus determinauit de motu, hic determinat de infinito, quod eſt paſſio motus & cuiuſlibet quāti vniuerſalis, & circa hoc tria facit. Primo diſtinguit quot modis dicitur infinitum. Secundo oſtendit ꝙ non eſt infinitū actu

ibi. [Separabile quidem.] Tertio quomodo infinitum inuenitur in diuerſis. ibi. [Infinitū autem.] Circa primū duo facit. Primo oſtēdit quot modis dicitur infinitum in actu. Secūdo, quot modis dicitur infinitum in potentia. ibi [Adhuc autem appoſitione.] Circa primū conſiderandum eſt ꝙ omne finitum diuidendo pertranſitur. Vnde infinitum proprie eſt quod menſurando pertranſiri nō poteſt. Tot ergo modis dicitur infinitum, quot modis dicitur intranſibile. Vtrunq; autem dicitur quatuor modis. Quorum primus eſt ſecūdum quod infinitum ſiue intranſibile dicitur, quod non poteſt trāſiri menſurando, eo quòd non eſt natum ſecundum ſuum genus pertranſiri: ſicut dicimus punctum, aut vnitatem, aut aliquid quod non eſt quantum & menſurabile. eſſe infinitū ſeu intranſibile. Per quē modum, vox dicitur inuiſibilis, quia non eſt de genere viſibilium. Secundo modo dicitur infinitum uel intranſibile, quod nondum eſt pertranſitum, licet inceptū ſit pertranſiri. Hoc enim eſt quod dicit (habens tranſitionem imperfectam.) Tertius modus eſt ſecundum quod dicitur infinitum uel intranſibile, quod uix tranſitur. Vt ſi dicamus profunditatem maris infinitam, uel altitudinem cœli uel aliquam uiam longam immenſurabilem, ſeu intranſibilem, ſeu infinitam, quia excedit uires menſurantis, licet in ſe ſit tranſibilis. Quartus modus eſt, ſecundum quòd dicitur infinitum illud, quod natum eſt habere tranſitionem, aut terminum ſecundum ſuum genus, ſed non habet. Puta ſi ſit linea aliqua interminata, & hoc eſt uere & proprie infinitum. Secundo ibi.

Infra pr. 1. Lect. pñ. parte 11. Lect. pñ. parte 32. Lect. pñ. parte vlt. Lect. pñ. parte 2.

E

b ¶ Oſtendit, quot modis dicitur infinitum in potentia, & dicit quòd dicitur infinitum uno modo appoſitione ſicut numerus. Semper enim cuilibet numero dato eſt apponere unitatem, & ſic numerus eſt augmentabilis in infinitum. Alius modus ſecundum quod infinitum dicitur ablatione & diuiſione, ſecundum quod magnitudo dicitur diuiſibilis in infinitum. Tertius modus contingit utrinque, ſicut tempus dicitur infinitum, & diuiſione, quia continuum eſt. & appoſitione, quia numerus eſt. Et ſimiliter etiam in motu infinitum eſt. Deinde cum dicit.

e ¶ Oſtendit quòd non ſit infinitum in actu. circa quod ſciendum eſt, ꝙ Platonici poſuerunt infinitum ſeparatum a ſenſibilibus, & poſuerunt ipſum eſſe principiū. Naturales autē philoſophi poſuerunt infinitum in rebus ſenſibilibus, non ita ꝙ ipſum infinitum eſſet ſubſtantia, ſed quòd eſſet accidens alicui corpori ſenſibili. Primo ergo oſtendit. quòd non eſt infinitum ſeparatū. Secundo, quòd non eſt in infinitum actu in ſenſibilibus. ibi. [Quod autem in ſenſibilibus.] Circa primum ponit tres rationes, quarum prima eſt: ꝙ ſi ipſum infinitum eſt quædam ſubſtātia per ſe exiſtens, & non accidens alicui ſubiecto, oportet quod — Prima par. q. 7. 3.

ipſum infinitum ſit abſque magnitudine & multitudine, quia magnitudo & numerus ſunt ſubiectum infiniti. Si autem eſt ſine magnitudine & multitudine, oportet quòd ſit indiuiſibile, quia omne diuiſibile, aut eſt magnitudo, aut multitudo. ſi autem eſt indiuiſibile non eſt infinitum, niſi primo modo, ſicut uox dicitur inuiſibilis: quo modo non inquirimus nos nūc, nec ipſi, ſed de infinito intranſibili ſecundum quartum modum. Ergo de primo ad ultimum, ſi infinitum ſit ſubſtantia ſeparata per ſe exiſtēs, non erit uere infini-
part. 4. tum. & ſic iſta poſitio deſtruit ſeipſam. Secundam rationem ponit ibi.
d ¶ Quæ talis eſt.
part. 5. Text. com. 35. & inde. Infinitum eſt paſſio numeri & magnitudinis: ſed numerus & magnitudo non ſunt per ſe exiſtentia ſeparata, ut in Primo oſtenſum eſt, & infra oſtendetur: ergo multo minus infinitum ſeparatum eſt. Tertiā rationem ponit ibi.
e ¶ Quæ talis eſt. Si infinitum ponitur ſeparatum a ſenſibilibus, aut ponitur ut ſubſtantia per ſe exiſtens, aut ut accidens inhærens alicui ſubiecto ſeparato, puta magnitudini, aut numero, quæ ſunt ſeparata ſecundum Platonicos. Si autem ponatur eſſe accidens, tunc ipſum infinitū non erit principium entium inquantum hoc eſt infinitum, ſed magis ſubiectum infiniti. Sicut principiū locutionis nō dicitur inuiſibile, ſed uox, quamuis uox ſit
parte 6. ſic inuiſibilis. ſi autē infinitum ſit ſubſtantia, & non prædicetur de aliquo ſubiecto, etiam manifeſtū eſt quòd non poteſt eſſe actu infinitum. Aut enim eſt diuiſibile, aut indiuiſibile.
parte 7. Si autem eſt diuiſibile, & infinitum, hoc ipſum quod eſt infinitum, eſt ſubſtantia, oportet quòd quælibet pars eius accepta
parte 8. ſit infinita, quia idem eſt infinito eſſe & infinitum, ſi [infinitum eſt ſubſtantia,] idest ſi infinitum prædicat propriam rationem eius, quod eſt infinitum. Vnde ſicut quælibet pars aquæ eſt aqua, & quælibet pars aeris eſt aer, ita quælibet pars infiniti eſt infinita, ſi infinitū eſt ſubſtantia diuiſibilis. Quare oportet dicere, quòd aut ſit indiuiſibile infinitum, aut ſit diuiſibile in multa infinita. Sed hoc eſt impoſſibile, quòd multa infinita conſtituant unum infinitum, quia infinitum non eſt maius infinito, omne autem totum maius eſt ſua parte. Relinquitur igitur, quod infinitum ſit indiui-

F ſibile. Sed impoſſibile eſt, quòd id, quod eſt indiuiſibile, ſit actu infinitum, quia infinitum oportet eſſe quantum. Relinquitur igitur quod non ſit ſubſtantia, ſed accidens. Sed, ſi eſt accidens, non eſt principium ipſum infinitum, ſed illud, cui accidit, vt dictum eſt, ſiue ſit aer, vt quidam naturales poſuerunt, ſiue ſit par vt poſuerunt Pythagorici. Relinquitur igitur, quòd infinitū nō poſſit eſſe ſubſtantia ſimul & principiū entium. Et vltimo concludit, quòd hæc inquiſitio eſt uniuerſalis excedens naturalium conſiderationē. Deinde cū dicit.
f ¶ Probat quòd infinitum actu non ſit in ſenſibilibus, & primo probat hoc per rationes probabiles. Secundo per rationes naturales. ibi. [Naturaliter autem. Dicit ergo primo, quòd manifeſtum eſt, quòd infinitum actu non eſt in ſenſibilibus. & oſtendit duo. Dicit ergo primo, quòd in ſenſibilibus non eſt corpus infinitum. De ratione enim corporis eſt, quòd ſit ſuperficie determinatum: ſed nullū corpus determinatum ſuperficie eſt infinitum: ergo nullum corpus eſt infinitum, [neque ſenſibile,] idest naturale, [neq; intellectuale,] idest mathematicum. Secundo ibi.
g ¶ Dicit, quòd in ſenſibilibus non eſt numerus infinitus hoc modo. Omnis numerus, & omne habens numerum eſt numerale: ſed nullum numerale eſt infinitum. quia numerale eſt pertranſibile numerando: ergo nullus numerus eſt infinitus. Hæ autē rationes non ſunt naturales, quia non ſumuntur ex principijs corporis naturalis, ſed ex quibuſdā principijs cōmunibus & probabilibus, non ex neceſſarijs: quia qui poneret corpus infinitum, non poneret ipſum terminari ſuperficie. hoc enim eſt de ratione corporis finiti. Et qui poneret multitudinem infinitorum, non poneret eam numerum, quia numerus eſt multitudo menſurata per unum, ut in Decimo habitum eſt .. Nul- Text. com. 38.
lum autem menſuratum infinitum eſt. Deinde cum dicit.
h ¶ Oſtendit, quòd non ſit infinitum in actu in ſenſibilibus per rationes naturales, & primo, ex parte actiui & paſſiui. Secundo, ex parte loci & locati. ibi. [Adhuc ſenſibile.] Actiuum autem & paſſiuum, locus & locatum ſunt proprietates corporis naturalis inquantum huiuſmodi. Et ideo dicit, quòd iſtæ rationes ſunt naturales. Dicit ergo primo, quòd ſi corpus aliquod

enim diuiſibile, aut magnitudo, aut multitudo: ſi autem indiuiſibile, non infinitum, niſi ſicut uox inuiſibilis. Sed non ſic dicunt, neque nos quærimus, ſed tanquam impertranſibile.

quòd ſi eſt indiuiſibile, non eſt infinitum, niſi quemadmodum vox inuiſibilis eſt. verum nec ſic aiunt, nec nos ſic quærimus, ſed tamquàm impermeabile.

d Adhuc quomodo contingit per ſe eſſe infinitum, ſi non & numerus & magnitudo, quorum paſſio infinitum?

G *Præterea, quonammodo continget eſſe per ſeipſum infinitum, ſi nec numerus, nec magnitudo ſit, quorum infinitum paſſio eſt?*

e Adhuc ſi ſecundum accidens, non utique elemētum entium, inquantum infinitum: quemadmodum neque inuiſibile loquelæ, quamuis uox inuiſibilis. &. quòd non eſt actu eſſe infinitū, palam. erit enim quæcunque ipſius infinita pars accepta. infinito enim eſſe, & infinitum idem: ſiquidem ſubſtantia infinitum, & non de ſubiecto Quare aut indiuiſibile, aut in infinita diuiſibile, ſi partibile. multa autem eſſe, idē impoſſibile infinita. Quēadmodum enim pars aer aeris, ſic infinitum infiniti, ſi eſt ſubſtātia & principium. impartibile igitur & indiuiſibile. ſed impoſſibile actu eſſe infinitum. Quantum enim neceſſe eſſe. ſecundum accidens igitur exiſtit: ſed ſic dictū eſt, quòd non contingit ipſum eſſe principium, ſed illud, cui accidit aerem, aut parem. Hæc quidem igitur inquiſitio uniuerſalis.

Præterea, ſi ſecundum accidens, non eſſet ſanè, verum elementum prout infinitum eſt: ſicuti nec inuiſibilis locutionis, tametſi vox inuiſibilis eſt. Quòd autem infinitum non poteſt eſſe actu, patet. erit namque quæque pars eius infinita, quæ accipitur. nam infinito eſſe, atque infinitum, idem: ſiquidem infinitum ſubſtantia, & non de ſu- H *biecto ſit. aut igitur inuiſibile, aut per infinita diuiſibile, ſi partibile eſt. verum multa infinita idem eſſe impoſſibile eſt. quemadmodum enim aeris aer pars, ita & infinitum infiniti, ſi ſubſtantia, principium ſit. impartibile igitur, & indiuiſibile eſt. verum hoc impoſſibile, actu eſſe ens infinitum: neceſſarium enim quantum eſſe. ſecundum accidens igitur exiſtit: at hoc modo dictum eſt non poſſe principium eſ-* I *ſe, verum id potius, cui accidit numerum, vel par eſſe, ſed hæc fortaſſe inquiſitio vniuerſalis.*

f Quòd autem in ſenſibilibus non eſt, hinc palam. ſi enim corporis ratio ſuperficiebus determinatur, non erit utique infinitum corpus, neque ſenſibile, neque intellectuale.

Quòd vero in ſenſibilibus non eſt, hinc conſtat. nam ſi eſt corporis ratio hoc, eſſe ſuperficie definitum, non ſanè fuerit infinitum corpus, nec intelligibile, nec ſenſibile.

g Neque numerus, ut ſeparatus, & infinitus. numerabile enim, numerus, aut habēs numerum.

K *Cæterum nec numerus ita eſt, tanquàm ſeparatus, atque infinitus quippe cum numerus, aut quod habeat numerum, numerabile ſit.*

h Naturaliter autē ex his palam, nec enim cōpoſitum poſſibile eſſe, nec ſimplex. Compoſitum quidē. n. non erit corpus, ſi finita ſunt elementa multitudine.

Quòd ſi naturaliter potius contemplemur, ex his patet. neque enim compoſitum, neque ſimplex poterit eſſe. Compoſitum namque non erit corpus, ſi finita quidem ſunt multi-

oportet enim æquari contraria, & etiam nõ eſſe vnum ipſorum infinitum. Si enim cuicunq; deficit alterius corporis virtus, corrumpetur ab infinito finitum. vnumquodque autem impoſſibile infinitum eſſe. Corpus enim eſt, quod omnino habet diſtenſionem, infinitum autem infinite diſtat. Quare infinitũ corpus B omnino erit infinitum.

i Neque vnum, aut ſimplex cõtingit infinitũ eſſe corpus. neq;, vt dicunt quidam præter elemẽta, ex quo generant hoc. non.n. eſt tale corpus præter elementa. Omne enim ex quo eſt, diſſoluitur in hoc. Nõ uidetur autem hoc circa ſimplicia corpora, nec ignis, nec aliquid aliud elementorum vllum. Sine enim eo, quod eſt infinitum eſſe aliquod ipſorum, impoſſibile omne, & ſi C ſit finitum, aut eſſe, aut fieri vnũ aliquod ipſorum, quemadmodum Hecraclitus ait; fieri aliquando ignem. eadem autem ratio & in uno, quod faciunt præter elementa Phyſici. Omne.n. permutatur ex contrario, puta ex calido in frigidum.

k Adhuc ſenſibile corpus alicubi, & idem locus totius & partis, puta terræ.

l Quare ſiquidem eiuſdem ſpe- D ciei, immobilis erit, aut ſemper feretur. hoc autem impoſſibile. qd.n. magis deorſum, quàm ſurſum, aut ubicunq;? Puta, ſi gleba fuerit, ubi hæc mouebitur, aut manebit? locus.n. ipſius cõnaturalis corporis infinitus. Obtinebit igitur totum locum: qũo? & quæ igitur manſio & motus? Si ubiq; manet, non mouebitur. Si autem ubique, non igitur ſtabit.

tudine elementa. oportet nanque contraria æquari, nec eſſe unum eorum infinitum. nam etſi quantumuis inferior ſit alterius corporis uirtus, corrumpetur finitum ab infinito. nec poſſibile eſt unumquodque eſſe infinitum, ſi corpus quidem eſt, quod undecunque habet dimenſionem. infinitum uero, quod infinite diſtat. quare infinitum corpus unde- B *cunque infinitum erit.*

Nec uero unum & ſimplex contingit infinitum eſſe corpus nec, ut quidã aiunt, præter elementa, unde hæc generant. tale nanque corpus præter elementa non eſt. nam cuncta, ex quibus ſunt, in ea etiam reſoluuntur. hoc uero non uidetur præter ſimplicia corpora, neque ignis, neque aliud ullum elementorum. etenim abſque eo quod aliquod horum infinitum ſit, impoſſibile eſt uniuerſum, & ſi finitũ ſit, aut eſſe, C *aut fieri aliquod eorum unum, ut Heraclitus dicit, omnia quandoque ignem fieri. Eadem ratio & de uno eſt, quod faciunt præter elementa Naturales. omne enim ex contrario in contrarium, uelut ex calido in frigidum tranſit.*

Item corpus ſenſibile alicubi eſt, idẽque partis ac totius locus, uelut terræ.

D *Quare, ſi uniforme ſit, aut immobile erit, aut ſemper pelletur. hoc uero impoſſibile eſt. quid enim deorſum potius quam ſurſum, aut uſquam? uelut ſi gleba ſit, quo mouebitur. aut ubi manebit? locus enim eiuſdem generis corporis illius infinitus eſt. cõtinebit igitur totum locum. At quomodo? Quæ igitur manſio, motuſque eius? An ubique manebit? non mouebitur ergo. An ubique mouebitur? non ergo ſtabit.*

quod ſenſibile eſt infinitum, aut erit corpus ſimplex, aut erit corpus compoſitum, ſiue mixtum. Et primo oſtendit, quòd corpus compoſitum non poſſit eſſe infinitum, ſuppoſito quòd corpora ſimplicia, quæ ſunt elementa corporum compoſitorum, ſint finita multitudine. Quod ita probat, quia oportebit, quòd vel omnia ſint infinita in quantitate, aut quòd vnum ſit infinitum, alia finita. aliter.n. non poſſet componi corpus infinitum ex elementis multitudine finitis. Non autem poteſt eſſe quòd vnũ eorum ſit infinitum, & alia finita, quia in corpore mixto oportebit aliqualiter adæquari contraria ad hoc, quòd corpus mixtũ conſeruetur. aliter enim vnum eorum, quod eſſet excedens, corrumperet alia. Si autem vnum ſit infinitum, & alia finita, non eſt æqualitas, cũ non ſit proportio infiniti ad finitum. Vnde corpus mixtum non poterit conſiſtere, ſed infinitum corrumpet alia. Sed quia poſſet aliquis dicere, quòd corpus, quod eſt finitum quantitate, eſt potentius virtute, & ita ſit æqualitas, puta, ſi quis dicat quòd in corpore mixto ſit aer infinitus, & ignis finitus: ideo ſubiungit, quòd quamuis virtus vnius corporis, quod ponitur infinitum, deficiat a virtute alterius cuiuſcunque, quod ponitur finitum, nihilominus finitum corrũpetur ab infinito. Corporis enim finiti neceſſe eſt eſſe virtutem finitam. Et ita ignis finitus habebit virtutem finitam. Si ergo abſcindatur ab aere infinito, aer æqualis igni habebit minorem virtutem, quam habeat totus aer infinitus, proportionatam tamen virtuti ignis. Sit ergo virtus ignis cẽtupla virtuti aeris. Si ergo accipiamus centuplum de aere ab aere infinito, habebit æqualem virtutem cum igne. & ita totus aer infinitus habebit maiorem virtutem infinitam, quam ignis, & corrumpet ipſum. Non eſt ergo poſſibile, quòd in corpore mixto ſit vnum elementum infinitum, & alia finita. Similiter non eſt poſſibile, quòd omnia ſint infinita. quia corpus eſt, quod diſtenditur in omnem dimenſionem. infinitum autem eſt, quod habet dimenſionem infinitam. Vnde oportet, quòd corpus infinitũ habeat ex omni parte dimenſionem infinitam, duo autem corpora non poſſunt eſſe ſimul. Sic ergo duo infinita non poſſunt coniungi in vnum. Secundo ibi.

i ¶ Oſtendit, quòd non poteſt eſſe aliquod corpus ſimplex infinitum. Non enim eſt poſſibile, quòd ſit corpus ſimplex præter elementa, ex quo omnia generantur, ſicut quidam poſuerunt vaporem, quia vnumquodque reſoluitur in ea, ex quibus cõponitur. In nullis autem videmus reſolui corpora mixta, niſi in quatuor elementa. non eſt ergo aliquod corpus ſimplex, præter quatuor elementa. Sed neque ignis, neque aliquod aliud elementorum poteſt eſſe infinitum: quia impoſſibile eſſet aliquod

A elementorum eſſe, præter id, quod eſſet infinitum, quia illud repleret totum undique. Et etiam, ſi eſſet aliquod finitum, oporteret quòd conuerteretur in illud infinitum, propter exceſſum ipſius uirtutis. ſicut Heraclitus manifeſte poſuit, quòd aliquando omnia ſint conuertenda in elementum ignis, propter nimium exceſſum uirtutis eius. Et eadem ergo ratio eſt de vno corpore ſimplici, quod quidem faciunt naturales præter ipſa elemẽta. Oportet enim, quod habeat quandam contrariam repugnantiam in ordine ad alia elementa, cum permutatio fiat ex illo uno ſolo corpore ad alia. Omnis autem rerum permutatio fit ex contrario in contrarium. Cum igitur unum contrariorum corrumpat alterum, ſequitur, quòd ſi illud corpus, quod ponitur præter elementa, ſit infinitum, quod corrũpat alia. Prætermittit autem hic Philoſophus de corpore cæleſti, quòd eſt præter ipſa quatuor elementa, non tamen habet aliquam contrarietatem, ſiue repugnantiam ad ea, nec conſtituuntur ex eo naturaliter corpora. non enim naturales Philoſophi, ponentes corpus infinitum actu, peruenerunt in notitiam huius quintæ eſſentiæ, uel naturæ. Sed tamẽ in libr. de Cœlo Ariſtoteles probat etiã de corpore cæli, quod circulariter mouetur, quòd non ſit infinitum actu. Deinde cum dicit.

K ¶ Oſtendit, quod non eſt corpus ſenſibile infinitum, rationibus acceptis ex partes ipſius loci & locati, & ponit tres. Circa quarum primam præmittit duo neceſſaria. Quorum primum eſt, quod omne corpus ſenſibile eſt in loco. Et dicit notanter ſenſibile, ad differentiam corporis mathematici, cui nõ E attribuitur locus & tactus, niſi per ſimilitudinem. Aliud eſt, quòd idem eſt locus naturalis totius & partis, ſcilicet in quo naturaliter quieſcit, & ad quod ſcilicet naturaliter mouetur. ſicut patet de terra, & parte terræ. Vtriuſque enim locus naturalis eſt deorſum. His autem duobus poſitis, proponit rationem, ibi.

l ¶ Et eſt ratio talis. Si ponatur corpus ſenſibile infinitum, aut eſt totum vnius ſpeciei, ſicut corpora ſimilium partium, ſicut aer, & terra, & ſanguis & huiuſmodi: aut erit diuerſarum ſpecierum in partibus. Si autem eſt eiuſdem ſpeciei quantum ad omnes partes, ſequetur quod aut totum erit immobile & ſemper quieſcens, aut totum ſemper mouebitur. quorum utrunque eſt impoſſibile & repugnans ſenſui. Sed quod oporteat alterum ſequi, oſtendit cum dicit. [Quid enim magis deorſum?] iam enim ſuppoſitum eſt, quod idem eſt locus naturalis totius & partis. Manifeſtum eſt etiam, quod unumquodque corpus, cum eſt in loco ſuo naturali, quieſcit. Cum autem eſt extra naturalem locum ſuum, naturaliter mouetur ad ipſum. Si igitur totus locus, in quo eſt corpus ſimilium partium infinitum, eſt ei naturalis,

opor-

oportet quòd ſit naturalis cuilibet parti, & ita ipſum totum & quælibet pars quieſcit: ſi uero non eſt ei naturalis, ergo & totum & pars erunt extra proprium locum, & ita totum & quælibet pars eius mouebitur ſemper. Non enim poteſt dici, quòd aliqua pars loci ſit naturalis toti & partibus eius, & aliqua pars innaturalis: quia, ſi corpus
part. 11. eſſet infinitum, & omne corpus eſſet in loco, oportet quòd locus etiam ſit infinitus. In loco autem infinito non poteſt inueniri ratio diuiſionis, quare aliquid eius ſit naturalis locus corporis, & aliud nõ naturalis locus: quia oportet eſſe aliquam determinatam proportionem & diſtantiam loci naturalis ad non naturalem: quod in loco infinito non
part. 12. poteſt inueniri. Hoc eſt ergo quod dicit, quòd non magis mouebitur corpus infinitum, aut pars eius deorſum quam ſurſum, uel uerius quam cunque aliam partem: quia in loco infinito non poteſt ſumi aliqua determinata proportio harum partium. Et ponit exẽplum, ut ſi ponamus terram eſſe infinitã, non erit aſſignare ra-
part. 13 tionem, quare magis moueatur uel quieſcat hic quam ibi: quia totus locus infinitus eſt connaturalis ſimiliter ipſius corporis infiniti, quod eſt in
parte 14. loco. Vnde ſi aliqua pars loci eſt connaturalis glebæ, & ſimiliter alia pars: & ſi vna non eſt connaturalis, nec alia. ſi igitur corpus infinitum ſit in loco, obtinebit totum locum infinitum. Et quomodo poterit ſimul eſſe quies & motus? Quia ſi ubique quieſcit, non mouebitur: aut ſi mouebitur ubique, ſequitur quòd nihil quieſcat. Deinde cum dicit.

m ¶ Proſequitur Philoſophus alteram partem diſiunctiuæ, ſcilicet, ſi totum non eſt ſimilium partium: dicens, quòd primo ſequitur quòd [corpus omnis,] idest totius, ſi ſit partium diſſimilium ſpecie, non ſit unum niſi in tangendo, ſicut aceruus lapidum eſt unus. Quæ autem ſunt diuerſarum ſpecierum, non poſſunt eſſe continua, ſicut ignis & aer & aqua, & hoc non eſt eſſe unum ſimpliciter. Item, ſi illud totum conſtat ex diſſimilibus partibus ſpecie, aut eſſent infinita ſpecie, ita ſcilicet, quòd ſint infinitæ ſpecies diuerſæ partes totius, aut eſſent finita ſpecie, ita ſcilicet, quòd diuerſitas ſpecierum, quę eſt in partibus aliquo certo numero concludatur. Sed quod impoſſibile ſit eſſe finita elementa ſecundum ſpeciem, patet ex eo quod in præcedenti ratione eſt poſitum. Non enim eſſet poſſibile ex partibus numero finitis conſtitui totum infinitum, niſi uel omnes partes eſſent infinitæ quantitate, quod eſt impoſſibile, cum corpus infinitũ oporteat ad quamlibet partem infinitum eſſe: uel ſaltem, quod aliqua pars, uel aliquæ partes infinitatem habeãt. Sequitur igitur, quod ſi totum eſt infinitum & partes ſpecie diuerſæ, infinitæ numero, quod quædam earum ſint infinitæ in quantitate, & quædam finitæ: puta, ſi poneretur. quod aqua eſſet infinita, & ignis finitus. Sed hoc ponere inducit corruptionem in contrariis, quia id, quod eſt infinitum, corrumpet alia, ut ſupra oſtenſum eſt. non eſt igitur poſſibile, quod ſint finita numero. Sed ſi ſunt infinitæ ſecundum ſpeciem primę partes uniuerſi, quas oportet opponere partes ſimplices, ſequitur quod loca erunt infinita, & quod elementa erunt infinita, quorum utrunque eſt impoſſibile. Cum enim vnumquodque corpus ſimplex habeat locum ſi-

F bi connaturalem diuerſum a loco corporis alterius ſecundum ſpeciem, ſi ſint infinita corpora ſimplicia ſecundum ſpeciem diuerſa, ſequitur quòd etiam ſint infinita loca diuerſa ſpecie. quod patet eſſe falſum. nam ſpecies locorum ſunt ſub aliquo numero determinato, quę ſunt ſurſum & deorſum, & huiuſmodi. Elementa etiam eſſe infinita impoſſibile eſt, quia ſic ſequeretur, quòd eſſent ignota, & eis ignotis, omnia ignorarentur. Si ergo impoſſibile eſt elementa eſſe infinita, neceſſe eſt quòd loca ſint finita, & per conſequens quòd totum ſit finitum. Deinde cum dicit.

n ¶ Secundam rationem ponit, dicens, quòd cum omne corpus ſenſibile habeat locum, impoſſibile eſt, quòd aliquod corpus ſenſibile ſit infinitum: hac poſitione facta, quòd omne corpus ſenſibile habeat grauitatem, aut leuitatem. Quod quidem verum erat ſecũdum opinionem antiquorum naturalium ponentium corpus infinitum actu. Sed ipſe opinatur, quòd ſit aliquod corpus ſenſibile, non habens grauitatem neq; leuitatẽ, ſcilicet corpus cœleſte, vt probatur in libro de cælo & mundo. Et ideo hoc induxit ſub conditione quaſi ab aduerſariis conceſſum, ſed non ſimpliciter verum. Si ergo oẽ corpus ſenſibile eſt graue, vel leue, & eſt aliqđ corpus ſẽſibile infinitũ, oportet, quòd ſit graue vel leue, & per conſequens quòd feratur ſurſum, vel ad medium. Diffinitur enim leue quod fertur ſurſum, & graue quod fertur ad medium. Sed hoc eſt impoſſibile inueniri in infinito, neque in toto, neque in parte. non enim inuenitur medium in aliquo corpore niſi proportione habita ad extrema in diuidendo totum. infinitum vero non poteſt diuidi ſecundum aliquam proportionem. Vnde non poteſt ibi inueniri ſurſum & deorſum, nec extremum & medium. Conſiderandum autem, quòd hæc ratio valet, etiam ſi ponatur corpus tertium, quod neque eſt graue, neque leue. Tale enim corpus naturaliter mouetur circa medium, quod non poteſt in corpore infinito inueniri. Deinde cum dicit. Tex. c. 26.

o ¶ Hic Philoſophus ponit tertiam rationẽ, quæ talis eſt. Omne corpus ſenſibile eſt in loco: ſed loci ſpecies ſunt ſex ſcilicet ſurſum, deorſum, dextrum, ſiniſtrum, ante, & retro. Quæ quidẽ
K impoſſibile eſt attribui corpori infinito, cum ſint quædam extrema diſtantiarum, & ſic corpori infinito impoſſibile eſt attribuere locum. non eſt igitur aliquod corpus ſenſibile infinitũ. Non autem dicit quòd ſint ſex ſpecies loci, aſſerere intendens quòd iſta loca diſtinguantur in elementis, quia motus eorum non diſtinguunt niſi ſurſum & deorſum: ſed quia ſicut ab infinito corpore remouentur ſurſum & deorſum, ita omnes aliæ differentiæ loci. Quartam rationem ponit ibi.

p ¶ Quæ talis eſt. Omne corpus ſenſibile eſt in loco: ſed impoſſibile eſt eſſe locum infinitum. ergo impoſſibile eſt eſſe corpus infinitum. Quomodo autem impoſſibile ſit locum eſſe infinitum, ex hoc probatur. De quocumque enim prędicatur commune aliquod, oportet prædicari aliquod eorum, quę ſunt ſub illo communi: ſicut quod eſt animal, oportebit, quòd ſit in aliqua ſpecie animalis. Et quod eſt homo, oportet, quòd ſit aliquis homo. Et ſimiliter quod eſt in infinito loco, oportet, quòd [ſit alicubi] idest in aliquo loco. Eſſe autem in aliquo loco, eſt eſſe

vel

---

m Si autem diſſimile totum, diſſimilia & loca, & primum quidẽ non unum corpus omnis, niſi tactu. deinde autẽ finita hæc erunt, aut infinita ſpecie. finita quidem igitur non poſſibile. erunt enim hęc quidem infinita. hæc autem nõ, ſi omne infinitum, puta ignis aut aqua. Corruptio autẽ quod tale contrariis. ſi autem infinita,
G & ſimplicia, & loca infinita, & erunt infinita elementa. ſi autem hoc impoſſibile. & loca finita & omne neceſſe eſt finitum eſſe.

n Totaliter autem impoſſibile infinitum eſſe corpus, & locum corporibus, ſi omne corpus ſenſibile aut grauitatem, aut leuitatẽ habet. aut. n. ad mediũ, aut ad ſurſum feretur. Impoſſibile autẽ infinitum, aut omne, aut dimidium
H quodcunq; iſtorum paſſum eſſe. Quomodo enĩ diuides? aut quomodo infiniti erit hoc quidem deorſum, hoc autem ſurſum, aut extremum, aut medium?

o Adhuc omne ſenſibile corpus in loco. Loci autẽ ſpecies ſex. Impoſſibile autem in infinito corpore hoc eſſe.

p Totaliter autẽ, ſi impoſſibile locum infinitum eſſe, & corpus impoſſibile. quod enim in loco,
I

Quòd ſi vniuerſum diſſimile ſit, loca quoque diſſimilia erunt. Ac primum quidem non vnum vniuerſi corpus, niſi tactu. Deinde aut finita erunt hæc, aut infinita ſpecie. finita quidem impoſſibile: nam quędam infinita erunt, quędam minime, ſi totum infinitum ſit, velut ignis aut aqua, at hoc erit contrariis corruptio. quod ſi infinita, ac ſimplicia, loca quoque infinita, & elementa infinita erunt. quod ſi eſt impoſſibile, locaque finita ſint, totum item neceſſario finitum erit.

Et omnino impoſſibile infinitum eſſe corpus, & locum corporibus, ſi omne quidem corpus ſenſibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem. aut enim ad medium, aut ſurſum mouebitur. neutrum impoſſibile infinitum, aut totum, aut medium, aut quodcunque paſſum eſſe. quo enim modo diuides, aut quo pacto infiniti hoc quidem ſurſum fuerit, hoc vero deorſum, aut extremũ, aut medium.

Omne item corpus ſenſibile in loco: loci vero ſpecies ſex. in corpore vero infinito hæ eſſe non poſſunt.

Omnino autem, ſi impoſſibile eſt locum infinitum eſſe, corpus quoque impoſſibile eſt. quod enim in loco eſt,

vel ſurſum, vel deorſum, vel ſecundum aliquam aliam ſpeciem, quarum nullam poſſibile eſt eſſe infinitam. quia vnumquodque horum eſt terminus alicuius diſtantiæ: ergo impoſſibile eſt eſſe locum infinitum, & ſimiliter corpus.

q ¶ Oſtendit quomodo infinitum in potentia in diuerſis inueniatur. & dicit, quòd inuenitur in magnitudine, & motu, & tẽpore, & nõ uniuoce prędicatur de eis, ſed ꝑ prius & poſterius: & ꝑ quod eſt in eis
parte 25. poſterius, dicitur infinitum, ſecundum ꝙ id, quod eſt prius, eſt infinitum: ſicut motus ſecũdum magnitudinem, in qua aliquid mouetur localiter, aut augetur, aut alteratur. Et tempus dicitur infinitum ſecundum motũ, quod ſic intelligendum eſt. Infinitum enim diuiſione, attribuitur cõ
Cap. 10. par. prima. tinuo, quod primo attribuitur magnitudini, ex qua motus habet cõtinuitatem. Quod manifeſtũ eſt in motu locali, quia partes motus localis accipiuntur ſecundũ ptes magnitudinis. Et ſimiliter manifeſtũ eſt in motu augmenti, quia ſecundũ additionem magnitudinis, augmentum attenditur: ſed in al
parte 2. teratione non eſt ita manifeſtum. Sed tamẽ etiam ibi aliqualiter verum eſt, quia qualitas, ſecũdũ quã ſit alteratio per accidens diuiditur ad diuiſionem magnitudi
parte 3. nis. Et iterum intẽſio & remiſſio qualitatis, attenditur ſecũdum quod ſubiectũ in magnitudine exiſtens, aliquo modo vel perfectius, vel minus perfecto parti
parte 4. cipat qualitatem. Ad cõtinuitatem autem motus, eſt & tempus continuum. Nam tẽpus ſecũdum ſe, cum ſit numerus, non habet continuitatem, ſed ſolũ in ſubiecto. Sicut decem menſuræ panni continuæ ſunt, eo quòd pannus quoddam continuum eſt. Eodem igitur ordine oportet, quòd infinitum de iſtis tribus dicatur ſicut & continuum.

alicubi eſt. hoc aũt ſignificat aut deorſum, aut ſurſum, aut reliquorum aliquod. horum autem vnũquodque terminus aliquis.

q Infinitum aũt nõ idem in magnitudine, & motu, & tempore, vt una quædã natura. Sed quod poſterius dicitur ſecundũ prius, puta motu ſecundum magnitu B dinem, in qua mouetur, aut alteratur, aut augetur: tempus autẽ propter motum.

LECTIO XI.

a Permutatur autem quod permutatur, hoc quidẽ ſecundum accidens, vt muſicum ambulare; hoc autem eo ꝙ huius aliquid permutatur, ſimpliciter dicitur permutari, puta quæ ſecundum partes: ſanatur C enim corpus, quia oculus. Eſt autem aliquid, & quod ipſum primum mouetur, & hoc eſt per ſe mobile.

b Eſt autem aliquid, & in mouẽte eodem modo, mouet. n. ſecũdum accidẽs, hoc quidem ſecundum partem, hoc autem per ſe.

c Eſt autem aliquid mouens primum, eſt autẽ aliquid quod mo D uetur. Adhuc in quo tempore, & ex quo, & in quod, Species autẽ, & paſſiones, & locus, in quo mouẽtur mota ꝙ mobilia ſunt: puta ſcĩa, & caliditas. Eſt aũt nõ caliditas motus, ſed calefactio.

d Quæ autem non ſecundum accidens permutatio non in omnibus exiſtit, ſed in contrarijs, & intermedijs, & in contradictione. huius autem fides ex inductione. Permutatur autem E quod permutatur, aut ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex non ſu

id alicubi eſt: hoc vero, aut ſurſum, aut deorſum, aut aliquid cæterorum ſignificat, quorum vnumquodque terminus quidam eſt.

Infinitum vero non idem in magnitudine, motu, & tempore, tanquã vna quædam natura, ſed ipſum poſterius ſecundum prius dicitur, velut motus ſecundum magnitudinem, ſuper quam fit motus, aut alteratio, aut augmentatio: tempus vero propter motum.

LECTIO XI.

Transmutatur uero quod transmutatur, hac quidem ſecundum accidens, veluti cum dicimus muſicum ambulare: illud vero, eo quod eius quippiam mutetur, ſimpliciter dicitur mutari, vt quæ ſecundum partem dicuntur; ſanatur namque corpus, quoniam oculus. Eſt præterea, quod per ſe primũ mouetur, & hoc eſt per ſe mobile.

Eſt item de mouente quoque eodem modo: mouet namque quoddam per accidens, quoddam ſecundum partem, quoddam per ſe.

Eſt rurſus aliquid, quod primo mouet: & eſt aliquid, quod mouetur: item tempus, in quo: ac præterea ex quo, dumum, & ad quod, forma uero, paſſioneſque, ac locus, ad quæ mouentur mota, quæ immota ſunt, ueluti ſcientia & calor, eſt uero motus, non caliditas, ſed calefactio.

Mutatio autem non per accidens haud quaquam in omnibus eſt, ſed in contrarijs ac medijs, atque etiam in contradictione, cuius rei fides in inductione eſt. Mutatur autem quod mutatur, aut ex ſubiecto in ſubiectum, aut ex non ſubiecto in non ſubiectum, aut

LECTIO XI

Poſtquam Philoſophus oſtendit, quid eſt motus, & determinauit de infinito, quod eſt paſſio quædam motus, hic determinat de partibus motus, & diuiditur in duas
Lect. 13. partes. In prima diuidit motum in ſuas partes. In ſecunda manifeſtat concomitantia motum, & partes eius, ibi. [Simul ſecundum locum.] Prima diuiditur in partes tres, ſecundum tres diuiſiones motus, quarum tamen vna ſub altera accipitur, vtpote diuidens aliquod membrum præcedentis diuiſionis. Circa primum duo facit. Primo diuidit motum ex par
par. 1. te mobilis. Secundo ex parte mouentis, ibi. [Eſt autem aliquid.]

A Dicit ergo primo, quòd tribus modis aliquid permutatur. Vno modo permutatur aliquid per accidens tantum, quando ſcilicet aliquid dicitur permutari ex eo quod illud, in quo eſt permutatur, ſiue ſit in eo, ut accidens in ſubiecto, ſicut muſicum dicimus ambulare: ſiue ſit forma ſubſtancialis in materia, ut anima in moto corpore: ſiue quæcunque pars moto toto, ſiue etiam contentum moto continente, ut nauta mota naui. Secundo modo dicitur aliquid permutari ſimpliciter, eo ꝙ aliquid eius permutatur, ſicut ea, quæ mouentur ſecundum partem, ſicut corpus hominis dicitur ſanari, quia ſanatur oculus, & hoc quidẽ eſt per ſe moueri, ſed nõ primo modo. Tertio modo dicitur aliquid moueri primo & p ſe, ſicut ſi aliquid totum moueatur ſecundum totum, ut ſi lapis deorſum feratur. Deinde cũ dicit.

b ¶ Ponit eandem diuiſionẽ ex parte mouentis. Dicitur enim mouens tripliciter. Vno modo mouens ſecundum accidens, ſicut muſicus ædificat. Alio modo ſecundum partem, ſicut homo manu vulnerat & percutit. Tertio modo per ſe, ſicut ignis calefacit, & Medicus ſanat. Deĩde cũ dicit.

c ¶ Ponit ſecundam diuiſionem motus ſeu mutationis. & circa hoc tria facit. Primo præmittit quædam, quæ ſunt neceſſaria ad diuiſionem motus accipienda. Secũdo ponit diuiſionẽ, ibi. [Quæ autem non ſecundum accidens.] Tertio manifeſtat diuiſionem mutationis, ibi. [Quæ quidem igitur non ex ſubiecto.] Dicit ergo primo, quòd in qualibet mutatione inueniuntur quinque. Eſt enim in omni mutatione aliquid quod eſt primũ mouens. Secundo eſt aliquid quod mouetur. Tertio eſt tempus, in quo fit mutatio, quia omnis motus eſt in tempore. Quarto eſt terminus, ex quo incipit motus. Quinto eſt terminus, in quem motus tendit: non autẽ diuiditur motus ſiue mutatio in ſuas ſpecies, ſecundũ mouens, neque ſecundũ id qđ mouetur, neq; ſecundũ tempus: quia iſta ſunt cõmunia omni mutationi: ſed diuiditur ſecũdum terminos ex quo, & in quẽ eſt motus. Et ideo duo vltimo poſita manifeſtat dicens [ꝙ ſpẽs] i. formæ [& paſſiones] i. qualitates [& locus] ſunt termini motuum, quia in ea mouẽtur ea, quæ mobilia ſunt. E. dicit ſpẽs, propter generationẽ & corruptionẽ. Paſſiones, propter alterationes. Et locum, propter loci mutationẽ. Et exẽplificat de paſſionibus per ſciam & caliditatẽ. Sed quia quibuſdã videbatur, ꝙ caliditas eſſet idẽ qđ alteratio, & ſic ſequebatur ꝙ caliditas eẽt mot⁹ & nõ termin⁹ motus, ideo dicit ꝙ caliditas nõ ẽ motus, ſed calefactio. Deide c. d.

d ¶ Prætermiſſis duabus partibus primæ diuiſionis, accipit tertiam, & eam ſubdiuidit ſecũdũ terminos, ſcilicet mutationẽ, quæ

non

non eſt per accidens, neque ſecundum partem: dicens quod per mutatio, quę non eſt ſecundum accidens, non exiſtit inter quoſcunque terminos, ſed oportet quòd termini eius ſint vel contraria, ſicut eſt mutatio de albo in nigrum: vel intermedia, ſicut mutatio de nigro in rubeum, & de rubeo in pallidum. Aut eſt mutatio inter contradictoria, ſicut de albo in non album, aut econuerſo. Tacet autem de priuatiue oppoſitis, quia media ſunt inter contradictoria & contraria, & ſub eis intelliguntur. Dicit autem, quod permutatio quę eſt ſecundum accidens, non habet terminos determinatos. ſicut enim permutatio non habet terminos determinatos. Fit enim per accidens mutatio de albo in dulce, non quidem inquantum eſt albū, ſed inquantum eſt amarum. Et quia ſolū inter prædictos terminos fit permutatio, oſtendit per inductionem. Quatuor enim modis poſſunt variari termini mutationis. Aut ita quòd vterque ſit affirmatiuus, vt ſi aliquid dicatur mutari ex albo in nigrum, & hoc eſt quod dicit, Ex ſubiecto in ſubiectum: Aut ita quòd vterque ſit negatiuus, vt ſi aliquid dicatur mutari de non albo in non nigrum: Et hoc eſt quod dicitur, Ex non ſubiecto in non ſubiectum: Aut itaque quod terminus a quo ſit affirmatiuus, & terminus ad quē ſit negatiuus, vt ſi dicantur mutari de albo in non albū. Et hoc ē quod dicit, Ex ſubiecto in non ſubiectum: Aut ita, quòd terminus a quo ſit negatiuus, & terminus ad quem affirmatiuus, vt ſi dicatur aliquid mutari de non albo in album. Et hoc eſt quod dicit, Ex nō ſubiecto in ſubiectum. Exponit autem quod dixerat ſubiectum, ſcilicet id quod affirmatiue ſignificatur. Harum autem quatuor combinationum, vna eſt inutilis, non enim eſt aliqua permutatio de non ſubiecto in non ſubiectum, Duæ enim negationes, ſicut non album, & non nigrum neque ſunt contraria, neque cōtradictoria: quia non ſunt oppoſita: poſſunt enim uerificari de eodem. multa enim ſunt, quæ neque alba neque nigra ſunt. Vnde, cum mutatio ſit inter oppoſita, vt in Primo Phyſicorum probatum eſt, relinquitur quòd de non ſubiecto in non ſubiectum, non ſit permutatio. Et ſic eſt neceſſe ſolum tres eſſe permutationes ſcilicet duas ſecundum contradictionem, & vnam ſecundum contrarietatem. Deinde cum dicit.

Tex.com.47 Lect.13

e ¶ Manifeſtat quid ſint prædictæ tres mutationes, & circa hoc tria facit. Primo oſtendit, quod duæ earum ſunt generatio & corruptio. Secundo oſtendit, quod neutra earum eſt motus, ibi. [Si itaque non eſt.] Tertio concludit, quę mutatio dicatur motus, ibi. Quoniam autem omnis motus &c.] Dicit ergo primo, quod trium prædictarum mutationum illa, quæ eſt de non ſubiecto in ſubiectum, exiſtens inter contradictorios terminos, uocatur generatio. Sed hoc contingit dupliciter, quia aut eſt mutatio de non ente ſimpliciter in ens ſimpliciter, & tunc eſt generatio ſim-

F pliciter: & hoc eſt quando mutabile ſubiectum mutatur ſecundum ſubſtantiam. Aut eſt de non ente in ens non ſimpliciter, ſed ſecundum quid: ſicut de eo quod non eſt album, in album: & hæc eſt generatio quædam, & ſecundum quid. illa vero mutatio, quæ eſt de ſubiecto in non ſubiectum. dicitur corruptio, & ſimiliter in hac diſtinguitur, ſimpliciter & ſecundū quid, ſicut in generatione. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit Philoſophus quòd neutra harum mutationum eſt motus. & primo oſtēdit hoc de generatione. Secundo de corruptione, ibi. [Neque itaq; corruptio motus.] Dicit ergo primo, quod non ens dicitur multipliciter, ſicut & ens. Vno enim modo dicitur, quod eſt ſecundum compoſitionem, & diuiſionem propoſitionis. & hoc cum nō ſit in rebus, ſed in mente non poteſt moueri. Alio modo dicitur ens & non ens ſecundū potentiā & actū. & id, quod eſt actu, eſt ſimpliciter ens: quod autem eſt ſecū dum potentiam tantum, eſt non ens. Dicit ergo, quòd neque cōtingit moueri hoc non ens, quod quidē eſt ſecundum potentiam ens, ſed nō ens actu, & quod eſt quaſi oppoſitum enti in actu ſimpliciter. Sed quare dixerit, quod eſt oppoſitum enti ſimpliciter, manifeſtat, cum ſubdit:] Quod enim non album.] Ens enim in potentia, quod opponitur enti in actu, quod nō eſt ens ſimpliciter, contingit moueri. quia quod non eſt non album in actu, aut non bonum in actu, contingit moueri, ſed tamē ſecundum accidens. non enim ipſum non album mouetur, ſed ſubiectum in quo eſt hæc priuatio, quod eſt ens actu, quod enim eſt non album, poteſt eſſe homo. Sed quod eſt non ens in actu ſimpliciter, id eſt ſecundum ſubſtantiā, nequaquam cōtingit moueri ſi itaque hæc omnia vera ſunt, impoſſibile eſt non ens moueri. Et ſi hoc verum eſt, impoſſibile eſt generationem eſſe motum, quia non ens generatur. eſt.n. generatio, vt dictum eſt, de non ente in ens. Vnde, ſi generatio ſimpliciter eſſet motus, ſequeretur quòd nō ens ſimpliciter moueretur. Sed huic proceſſui poſſet aliquis obuiare dicens, quòd non ens non generatur, niſi per accidens, per ſe enim generatur id quod eſt [ſubiectum generationis] id eſt ens in potentia. Non ens autem, ſignificat priuationem in materia. Vnde non generatur, niſi per accidens. Sed hanc obuiationem excludit, ibi. [Si. n. & quoniam maxime] Dicens, quòd licet non ens non generatur, niſi ſecundum accidens, tamen de eo, quod generatur ſimpliciter, verum eſt dicere, quod eſt nō ens, & de quocunq; eſt hoc verum dicere, impoſſibile eſt id moueri: ergo ſubiectum mutationis impoſſibile eſt moueri. Et ſimiliter impoſſibile eſt ipſum quieſcere, quia non ens ſimpliciter non mouetur, neque quieſcit. hæc enim inconuenientia accidunt, ſi quis ponit generationem eſſe motum. Ad oſtendendum autem, quòd non ens non mouetur, ſubiungit quòd omne quod mouetur, eſt in loco

quia

---

biecto in non ſubiectum, aut ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum Dico autem ſubiectum quod affirmatione monſtratur. Quare neceſſe eſt tres eſſe permutationes. Quæ enim ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt permutatio. neque enim contraria, neque contradictio eſt, quia nō oppoſitio eſt. G

e Quæ quidem igitur ex non ſubiecto in ſubiectum ſecundum cōtradictionem, generatio: quæ quidem ſimpliciter, ſimplex: quę autem alicuius, quędam. Quæ autem ex ſubiecto in non ſubiectum, corruptio.

H

f Si itaque non ens dicitur multipliciter, & nec quod ſecundum compoſitionem, aut diuiſionem contingit moueri: nec quod ſecundum potentiam, quod ſimpliciter enti oppoſitum. (quod enim nō album, aut nō bonum tantum, contingit moueri ſecundum accidens. erit enim utique homo quod non album.) quod autem ſimpliciter non hoc, nequaquam. Impoſſibile enim nō ens moueri. ſi autem hoc, & generationem motum eſſe. generatur.n. nō ens: ſi.n. & q̄ maxime ſecundū accidēs generatur, ſed tñ verū dicere. qđ exiſtit non ens, da generato ſimpliciter, ſimiliter aūt & quieſcere. Hæc itaque accidunt difficilia. Et ſi omne qđ mouetur, in loco: non ens autē, nō eſt in loco, erit enim vtiq; ali

I

---

ex ſubiecto in non ſubiectum, aut ex non ſubiecto in ſubiectum. Alio autem ſubiectum, quod affirmatione explanatur. Quare neceſſe eſt tres mutationes eſſe. illa enim, quę ex non ſubiecto in non ſubiectum, non eſt mutatio. nec enim contraria, neque contradictio eſt, quia neque oppoſitio.

Mutatio igitur ex non ſubiecto in ſubiectum ſecundum contradictionem, generatio eſt; quæ quidem ſimpliciter ſimplex, quæ vero cuiuſdam, quędam. at quæ de ſubiecto in non ſubiectum, corruptio; quæ ſimpliciter ſimplex, quæ cuiuſdam, quędam.

Si itaque non ens multifariam dicitur, & nec quod ſecundum compoſitionem, aut diuiſionem dicitur, moueri contingit, nec item quod ſecundum potentiam, quod oppoſitum eſt ei quidem, quod ſimpliciter eſt (non album enim aut non bonum contingit nihilominus ſecundum accidens moueri. eſſe namque homo poteſt non album) quod vero ſimpliciter non hoc, id nequaquam. nam impoſſibile eſt non ens moueri, ſi igitur hoc, & generationem motum eſſe. fit enim non ens. nam etſi maxime ſecundum accidens fit, attamen verum eſt dicere de eo, quod ſimpliciter fit, quod eſt non ens. Eodem modo igitur, & quieſcere. Hæc itaque omnia accidūt abſurda, ſi quicquid mouetur, in loco eſt, non ens vero in loco non eſt: eſſet enim vſquam. Nec corruptio igitur motus. ſiquidem

K

quia motus localis, eſt prior motuum. non ens autem ſimpliciter, non eſt in loco, quia alicubi eſſet non ens: igitur non poteſt moueri, & ſic generatio non eſt motus. Et ex hoc vlterius oſtendit, quòd neque corruptio eſt motus, ibi.] Neque itaque corruptio.] Quia, motui non contrariantur, niſi motus, vel quies: ſed corruptioni contrariatur generatio. Si ergo corruptio ſit mot⁹, oportet quòd generatio ſit, vel motus, vel quies, quod non poteſt eſſe, vt oſtenſum eſt. Deinde cum dicit.

g ¶Oſtēdit quæ mutatio dicatur motus, dicens, quòd omnis motus eſt aliqua permutatio. Permutationes autem ſunt ſolum tres, quarũ duæ, quæ ſunt ſecundum contradictionem, ſcilicet generatio & corruptio, non ſunt motus. Relinquitur ergo, quòd ſola mutatio, ſcilicet de ſubiecto in ſubiectum ſit motus. Et cum ſubiecta iſta, inter quæ eſt motus, oporteat eſſe oppoſita, neceſſe eſt, quòd ſint contraria, vel intermedia, quia priuatio licet affirmatiue monſtretur, ſicut nudum, & edentulum, & nigrum: tamen ad contrarium reducitur,
Par. prima. quia priuatio eſt prima contrarietas, vt in Decimo oſtenſum
Tex. c6. 15. eſt. Dicit autem nigrum eſſe priuationem non ſimpliciter, ſed inquantum defectiue participat generis naturam.

cubi. Neq; itaque corruptio motus, cõtrarium enim motui motus, aut quies: corruptio autem generationi.

g Quoniam autem omnis motus permutatio quædam permutationes autem tres dictæ, harũ autem, quæ ſecundum generationem & corruptionem non motus, (hæ autem quæ ſecundũ contradictionem) neceſſe eſt eã, quæ ex ſubiecto in ſubiectũ mutationem eſſe ſolam. ſubiecta autem contraria, aut intermedia. etenim priuatio ponitur contrarium. Monſtratur autem affirmatione, puta nudum & edentulum & nigrum.

LECTIO XII.

a SI igitur prædicamenta diuiſa ſunt ſubſtãtia, & qualitate, loco, facere, aut pati, ad aliquid, & quanto, neceſſe tres eſſe motus, qualis, quanti, & loci.

b Secũdum ſubſtantiam autem non, propter nullum eſſe ſubſtantiæ contrarium,

A *motui motus aut quies contrarium eſt. corruptio vero, generationi eſt contraria.*

At cum omnis motus mutatio quadam ſit: mutationes vero tres, quæ dictæ ſunt, harum uero, quæ ſecundum ge-
B *nerationem & corruptionem minime ſit motus (ſunt autem illæ ſecundum contradictionem) neceſſe ex ſubiecto in ſubiectum mutationem ſolam motũ eſſe. ſubiecta uero, aut contraria, aut media, nam & priuatio contrarium eſſe ponatur, quando quidem & affirmatio declaratur, veluti nudum, cæcum, & nigrum.*

LECTIO XII.

C *SI igitur prædicamenta, ſubſtantia, qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid & quantitate diuidantur, tres eſſe motus neceſſe eſt, qualis, quanti, & loci.*

Secundum vero ſubſtantiam, minime: propterea quod ſubſtantiæ nihil cõtrarium eſt.

D

LECTIO XII.

Lect. 18. a POſtquam diuiſit transmutationes in generationem, & corruptionem & motum, hic ſubdiuiditur alterum membrũ diuiſionis, ſcilicet motum. ſecundum genera in quibus poteſt eſſe motus: & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, in quibus generibus poſſit eſſe motus. Secundo oſtendit, quot modis dicitur immobile, ibi. [Immobile autem quanto.] Circa primum tria facit. Primo proponit, quod intendit. Secundo, probat propoſitum, ibi. [Secundum ſubſtantiam autem.] Tertio, concludit principalem intentionem, ibi. [Quoniam autem neque.] Dicit ergo primo, quòd cum prædicamenta diuidantur per ſubſtantiam, qualitatem, & in huiuſmodi, & in alijs generibus non poſſit eſſe motus, erunt igitur tria genera entis, in quibus poteſt eſſe motus, quæ ſunt: qualitas, quantitas, & vbi: loco cuius ponit locum, quia nihil aliud ſignificat eſſe vbi, niſi eſſe in loco: & moueri ſecundum locum nihil eſt aliud quàm moueri ſecundum vbi. non enim motus ſecundum locum attribuitur ſubiecto loco, in quo eſt locus, ſed ei quod eſt in loco. Attendendum eſt autem, quòd prætermittere videtur tria genera ſcilicet quando, ſitum, & habere. Cum enim Quando, ſignificet eſſe in tempore, tempus autem ſit numerus motus, eiuſdem rationis eſt non eſſe motum in genere quando, & non eſſe motum in genere actionis, & paſſionis, quæ ſignificant aliqualiter ipſum motum. Poſitio vero non addit ſupra vbi, niſi ordinem partium determinatum, qui nihil aliud eſt quam determinata relatio partium adinuicem. Habitus etiam importat habitudinem indumenti ad indutum. Et ſic eiuſdem rationis videtur eſſe quòd non ſit motus in ſitu, & habere: & quòd non ſit in ad aliquid.

b ¶Probat propoſitũ, & circa hoc tria facit. Primo oſtēdit q nō ſit motus in ſubſtantia. Secundo, quòd non ſit motus in ad aliquid, ibi. [Neque ad aliquid.] Tertio, quòd nō eſt motus in agere & pati, ibi. [Neque facientis & patientis.] Oſtendit ergo primo, quod ſecundum ſubſtantiam non poteſt eſſe motus, quia motus eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum. Duo ergo ſubiecta, inter quæ eſt motus, ſunt contraria, aut media. Cum igitur ſubſtantiæ nihil ſit contrarium, relinquitur, quòd ſecundum ſubſtantiã non poſſit eſſe motus, ſed generatio & corruptio tãtum, quorum termini ſunt oppoſiti ſecundum contradictionem, & non ſecundum contrarietatem, ut ſupra dictum
Lect. 11. tex. com. 10. eſt. Videtur autem hoc, quod dictum eſt [ſubſtantiæ nihil eſt contrarium] falſum eſſe, cum ignis manifeſte appareat cõtrarius aquæ. Et cum Ariſtot. in Primo de Cęlo probauerit, q cœlum non eſt corruptibile, quia non habet contrariũ, alia uero corpora, quæ ſunt corruptibilia, contrarium habent. Dixerunt igitur quidam, quòd toti ſubſtantię compoſitæ, non eſt aliquid contrarium, quia oportet contrariorum eſſe unum ſubiectum. ſed formæ ſubſtantiali nihil prohibet eſſe contrarium. Dicebant enim, quòd calor eſt forma ſubſtantialis ignis. Hoc autẽ non poteſt eſſe uerũ, quia formæ ſubſtãtiales nõ ſunt ſenſibiles per ſe. Et iterũ manifeſtũ eſt, q calor & frigus in alijs corporibus ſunt accidẽtia. Quod aũt eſt ĩ genere ſubſtantiæ, nulli poteſt accidens eſſe. Vnde alij dixerunt, q calor & frigus non ſunt formæ ſubſtantiales ignis & aquę, ſed tamen eorum formæ ſubſtantiales ſunt contrariæ, & recipiunt magis & minus, & ſunt quaſi mediæ inter ſubſtantiam & accidens. ſed hoc omnino irrationabiliter dicitur. Nam, cum forma ſit principium ſpeciei, ſi forma ignis & aquę, non ſunt ueræ ſubſtantiales, neque ignis & aqua ſunt verę ſpecies in genere ſubſtantię. Non eſt igitur poſſibile, quòd inter ſubſtantiam & accidens ſit aliquod medium, tum, quia ſunt diuerſorum generũ:
Tex. com. 15. inter huiuſmodi autem non cadit medium, ut ſupra in Decimo oſtenſum eſt: tum, quia etiam diffinitiones ſubſtantiæ & accidentis immediatæ ſunt. eſt enim ſubſtantia ens per ſe, accidens uero ens per ſe non eſt, ſed in alio. Dicendum eſt ergo, quòd nec formę ſubſtantiales poſſunt eſſe contrariæ, quia contraria ſunt extrema quedã cuiuſdam determinatæ diſtantiæ, & quodã
E modo continuæ, cum ſit motus de uno contrario in aliud contrarium. Vnde in illis generibus, in quibus talis diſtantia continua & determinata non inuenitur, non poteſt contrarium inueniri. Sicut patet in numeris. Diſtantia enim numerorum adinuicem non intelligitur ſecundum aliquam continuitatem, ſed ſecundum additionem unitatum. unde numerus numero non eſt contrarius. Et ſimiliter, nec figura figuræ. Eodem autem modo eſt in ſubſtantiis, quia ratio cuiuslibet ſpeciei conſiſtitur in quodam determinato indiuiſibili. Sed, cum forma ſit differentiæ principium, ſi formæ ſubſtantiales non ſunt adinuicem contrarię, ſequitur quòd non ſit contrarietas in differentiis, cum tamen ſupra oſtenſum ſit, quòd genus diuiditur in contrarias differentias. Dicendum eſt igitur, quòd forma ſubſtantialis ſecundum quod in ſe conſideratur, conſtituit ſpeciem in genere ſubſtantiæ. Secundum autem, quod una forma habet ſibi intellectam priuationem alterius formæ, ſic diuerſę formę ſunt contrariarũ differẽtiarum principia. nam priuatio quodãmodo cõtrariũ eſt. Et per hunc modum opponuntur animatum, & inanimatum, rationale & irrationale & huiuſmodi, Deinde cum dicit.

c ¶ Oſten-

c Neque ad aliquid. Eſt.n. altero nihil permutato, uerificari alterū nihil permutatum. quare ſecundum accidens motus ipſorum.

d Neque facientis & patientis, ut mouentis & moti: quia non eſt motus motus, neque generationis generatio. Dupliciter enim contingit motus eſſe motum: aut ut ſubiecti, uelut homo mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Quare ſic & motus, aut calefit, aut infrigidatur, aut locū permutat, aut augetur. hoc autē impoſſibile. non.n. ſubiectorum aliquid permutatio. Aut eo qđ alterum aliquod ſubiectum ex permutatione permutatur in aliam ſpeciem uelut homo ex languore in ſanitatem. Sed nec hoc poſſibile, niſi ſecundum accidēs (Omnis enim motus ex alio in aliud eſt permutatio, & generatio & corruptio eodē modo: uoruntamen quæ quidem ex oppoſitis, ſic, aut non ſic, non motus) ſimul igitur permutatur ex ſanitate in ęgritudinē, & ex hac ipſa permutatione in aliam. Palā autem, quia ſi languerit, permutatus erit in qualiacunque, cōtingit enim quieſcere. Et adhuc in non contingentem ſemper, & illa ex aliquo in aliquid aliud erit. quare oppoſita erit ſanatio, ſed per accidens, uelut ex reminiſcentia in obliuionem permutatur, quia cui exiſtit, permutatur quādoque quidem in ſcientiam, quandoque autem in ſanitatem.

e Et adhuc in infinitum ibit, ſi erit permutationis permutatio, & generationis generatio.

Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterū nullatenus mutatum. quare ſecundum accidens horum motus erit.

Nec præterea agentis, aut patientis, neque omnino moti ac mouentis: cum non ſit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Biſariam enim contingit motionis motum eſſe. nam aut tanquam ſubiecti, vt homo mouetur; quia ex albo in nigrum mouetur; quare ſic etiam motus, aut calefit, aut frigeſit, aut loco transfertur, aut creſcit id vero impoſſibile eſt, cum motus non ſit aliquod ſubiectum. Aut eo quòd aliud quoddam ſubiectum ex mutatione in aliam ſpeciem mutetur: vt homo ex morbo in ſanitatem. At nec hoc poſſibile, præterquam per accidens (omnis namque motus in aliud ex alio mutatio eſt, & generatio item ac corruptio eodem modo. veruntamen quę ex oppoſitis ſic, aut ſic, non ſunt motus) aliogni ſimul ex ſanitate in morbum mutatur, atque ex ea ipſa mutatione in aliam. conſtat itaque, quòd cū ægrotauerit, in quamuis mutatus erit. contingit enim quieſcere. ac præterea nō ſemper in quamcunque, & illa quoque ex aliquo in aliud quiddam erit. quare oppoſita erit conualeſcentia, verum ex accidenti, vt ex reminiſcentia in obliuionem mutatur, quia id, cui ineſt, quandoque in ſcientiam, quandoque in ſanitatem mutatur.

In infinitum præterea procedet, ſi mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. Neceſſe igitur, &

c ¶ Oſtendit non per ſe eſſe motum in genere ad aliquid, ſed ſolum per accidens. Sicuti enim aliquid mouetur per accidens, quando non fit motus in eo, niſi quodam altero moto, ita & in aliquo dicitur eſſe motus per accidens, quando non fit motus in eo, niſi quodam altero moto. Hoc autem inuenimus in genere ad aliquid, quod niſi aliquid alterum permutetur, non uerum eſt dicere quod in eo fiat permutatio. Sicut non fit de æquali inæquale, non facta permutatione ſecundum quantitatem. Et ſimiliter non fit de diſſimili ſimile, niſi facta permutatione ſecundum qualitatem. Videmus et, quod unum relatiuorum dicitur permutari, facta permutatione circa alterum, ſicut alterum perſe manens, de ſiniſtro fit dextrum, altero ſecūdum locum permutato. Relinquitur igitur, quod in ad aliquid non eſt motus, niſi per accidens. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd neque in agere & pati ſit motus, & hoc quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. Agere & pati ſunt motus, & ſignificant motum: ſi igitur in agere & pati eſſet motus, ſequeretur quod motus ſit alicuius motus, & generatio generationis, & permutatio permutationis. Sed hoc eſt impoſſibile, ergo & hoc quod in agere & pati, ſit motus. Quod autem impoſſibile ſit motū eſſe motus, ſic oſtendit. Motum enim eſſe motus, contingit dupliciter, aut ut eius quod mouetur, aut ut termini. Eius quidem, quod mouetur, ſicut dicimus motum eſſe hominis: quia homo mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Vnde & ſimiliter motus mouebitur, & aut calefiet, aut infrigidabitur, aut mutabitur ſecundum locum, aut augebitur. hoc autem eſt impoſſibile, quia motus non poteſt eſſe ſubiectum caloris, aut frigoris, aut alicuius huiuſmodi. Relinquitur igitur, quod non contingat motum eſſe motus, ſicut ſubiecti. Sed neque etiam ſicut termini, ita ſcilicet, quod aliquod ſubiectum alterum permutetur de una ſpecie permutationis in aliam, ſicut homo permutatur de languore in ſanitatem, hoc enim eſt impoſſibile niſi per accidens. Vnde conſequenter oſtendit, quod eſt impoſſibile per ſe, quia omnis motus eſt permutatio de uno in aliud. Et ſimiliter generatio & corruptio eſt mutatio de uno in aliud, licet termini permutationis non ſic opponantur in generatione & corruptione, ſicut in motu, ut ſupra dictum eſt. Si igitur ſit aliqua permutatio de una permutatione in aliam, puta de ſanatione in quandam aliam permutationem, ſequetur, quod ſimul, dum aliquid permutatur de ſanitate in ægritudinem, permutetur de illa permutatione in aliam permutationem, quia adhuc uno extremorum permutationis exiſtente, fit tranſmutatio de illo extremo in aliud. Et ſic ſi duę tranſmutationes ſunt extrema vnius permutationis, ſequetur, quod durante primę tranſmutatione, fiat tranſmutatio in aliam. Et ſic ſimul, dum aliquod mouetur de ſanitate in ægritudinem, tranſmutabitur de ſanatione in aliā tranſmutationem: ſed hoc non videtur niſi inquantum vna mutatio ſuccedit alteri. Contingit autem, quod ad hanc mutationem, qua aliquid mouetur de ſanitate in ęgritudinem, ſuccedat quæcunque alia mutatio: puta dealbatio, vel denigratio, mutatio ſecundum locū, vel quæcunque alia. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſi aliquis langueat per hoc quod mouetur de ſanitate in ægritudinem, quod ex hac mutatione permutari poterit in quācunque aliam mutationem. Neque eſt mirum, quia poterit ex hac mutatione mutari, vt in quiete. contingit enim poſt hāc mutationem aliquem quieſcere. Sed cum omnis mutatio ſit in non contingens, id eſt in oppoſitū, quod non contingit ſimul verum eſſe cum ſuo oppoſito, ſequitur quòd ſi permutatio fit de mutatione in mutationem, quòd ſemper fit in oppoſitam mutationem, quam appellat non contingentem. Et illa tranſmutatio, in quam fit tranſitus, oportet quòd ſit de aliquo in aliquid. Quare non fiet tranſitus de permutatione languoris, niſi in oppoſitam mutationem, quæ dicitur ſanatio. Et ſic uidentur duo conuenire ſequi, ſcilicet, quòd oppoſita permutatio fiat de vna permutatione in quamcunque aliam, & quòd non niſi in oppoſitam. Ex quo ſequitur vlterius quod ſimul dum mutatur aliquid ad vnū oppoſitorum, mutetur in mutationē tanquam ad aliud oppoſitum, quod uidetur impoſſibile. Sequitur enim, quòd ſimul intentio naturæ tendat in oppoſita. non igitur eſt poſſibile, quod per ſe mutetur aliquid de vna permutatione in aliam: ſed per accidens hoc contingit, ſicut aliquis permutatur ex reminiſcentia in obliuionem, quia ſubiectum permutatur quandoque ad vnum terminum, quandoque ad alium: non quod ſit intentio mouentis ad hoc, quod ſimul dum permutatur in unum, intendat tendere in aliud. Deinde cum dicit.

e ¶ Secundam rationem ponit, quę talis eſt. Si permutatio ſit permutationis, ſicut terminus termini, vel generatio generationis, neceſſe erit, quod ad permutationem non perueniatur, niſi per aliam permutationem, ſicut ad qualitatem non peruenitur, niſi per alterationem præcedentem: & ſic ad illam mutationem præcedentem non peruenitur, niſi per aliquam priorem mutationem, & ita procedetur in infinitum: quod eſſe non poteſt. quia ſi ponantur infinitæ permutationes hoc modo ordinatæ, quod vna inducat ad aliam, neceſſe eſt priorem eſſe, ſi poſterior ſit. Ponamus enim quod generationis ſimpliciter, quæ eſt generatio ſubſtantiæ, ſit quædam generatio: ſi ergo generatio ſimpliciter fiat quandoque, & iterum ipſum fieri generationis ſimpliciter aliquando fiebat, ſequetur quòd nondum erat, quod fit ſimpliciter

neceſſe igitur, & prior eſt, ſi poſterior. puta, ſi ſimplex gñatio fiebat aliqñ, & q̃ fit fiebat. quare nondũ erat qđ fiebat ſimpliciter, ſed aliquid fiẽs ſimpliciter aut factũ. Si itaque & hoc fiebat aliqñ, quare nondũ erat tũc genitum. Qm̃ aũt infinitorum nõ eſt primũ, non erit primũ, quare neq; habitum. Neq; fieri igitur, neque moueri poſſibile eſt neque permutari nullum.

B

priorem fore, ſi poſterior fuerit, ut ſi ſimplex aliquando fiebat generatio, illud quoq;, quod fiebat, ſimpliciter fiebat; quare nondum erat quod ſimpliciter fiebat, ſed quod fit aliquid, aut quod iam fiebat. ſi igitur hoc etiam aliquando fiebat, cur nondum erat, quod tunc fiebat? cum uero in infinitis non ſit aliquid primum, non erit primum: quamobrem neque conſequens erit, nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquã poſſibile eſt.

f Adhuc eiuſdem motus cõtrarii, & quies, & generatio, & corruptio. Quare qđ fit, cũ fiat fiẽs, tũc corrumpetur, neq; .n. cõfeſtim factũ, neq; poſteriꝰ. eſſe .n. oportet quod corrumpitur.

Eiuſdem prӕterea motus contrarius atque quies, generatioque & corruptio, quare quod fit, cum factum fuerit, quod fit tunc corrumpitur. nec enim ſtatim, cũ fiat, nec poſt. nam eſſe opus eſt quod corrumpitur.

g Adhuc oportet materiã ſubeſſe ei, quod fit & permutatur. Quӕ igitur erit, quemadmodũ alterabile corpus, aut aĩa, aut aliquid, ſic aliquid quod fit motꝰ, & generatio, & aliquid in quod mouetur. Oportet .n. eſſe aliqđ eũ, qui huiꝰ ex hoc ĩ hoc motũ, nõ motũ. Qualiter igit̃? Neq; .n. erit diſciplina diſciplinationis. quare, neq; gñatio gñationis.

C

Item neceſſe materiam ſubeſſe ei, quod fit, & mutatur. quӕ igitur erit ve lut alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio, aut aliquid item ad hoc mouetur. nam opus eſt aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non eſt, eſſe motum. Quonam igitur modo? Non erit doctrina doctrinӕ. quare, neque generatio generationis.

h Qm̃ autẽ neq; ſubſtãtiӕ, neq; eius, quod aliquid, neq; eius, qđ eſt facere, & pati, relinquitur, ſm quale, & quãtum, & vbi motum eſſe. Horum enim vniuciq; contrarietas eſt, dico autẽ quale non quod in ſubſtantia. etenĩ differentia quale, ſed quod paſſiuum, ſecundum quod dr̃ pati, aut impaſsibile eſſe.

D

Cum vero neque ſubſtantia, nec ad aliquid, neque faciendi, ac patiendi, ſupereſt ſecundum quale, & quantum, & ubi motum duntaxat eſſe, quando quidem in horum ſingulis contrarietas eſt. Quale autem dico, non quod in ſubſtantia (ſi quidem differentia quale eſt) uerum paſſiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impaſſibilis eſſe.

i Immobile aũt quod totaliter impoſſibile moueri, & qđ vix in tp̃e multo tarde incipiens, & quod natum quidem eſt moueri, non potens autem quando natũ eſt, & vt quod voco quieſcere immobilium ſolum: contrariũ enim quies motui. quare priuatio vtique erit ſuſceptiui.

E

Immobile autem eſt, & quod omnino impoſſibile eſt moueri, & quod in multo tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit, & quod natum quidem eſt moueri, non poſſit autem, quando natum eſt, & ubi, & quomodo: quod ſane inter immobilia ſolum uoco quieſcere. contraria enim quies motui. quare priuatio erit ſuſceptiui.

LECTIO XIII.

Simul autem ſecundum locum, quӕcunque in vno loco primo. Et ſeorſum, quӕcunque in alio. Tangi autem, quorum vltima ſunt

LECTIO XIII.

SIMVL ſecundum locum eſſe dicuntur quӕ in uno loco primo ſunt. Et ſeparata, quӕ in diuerſo. Tangi autem, quorum extrema ſunt ſimul. Medium, in quod

plicĩter, ſed erat generatio ſecundum aliquid ſecundũ quod ſit ipſa generatio generationis: ſi itaque & hӕc generatio aliquando fiebat, cum non ſit abire in infinitum, & in infinitis non ſit accipere primum, non erit deuenire ad primum fieri: ſi autem prius non eſt, neque poſterius, vt ſupra dictum eſt, quare ſequetur, quòd [non ſit habitũ] ideſt id quod conſequenter eſt. Et inde ſequitur, quod nihil poſſit fieri neque moueri neq; mutari, quod eſt impoſſibile. Nõ igitur poſſibile eſt, quòd mutationis ſit mutatio. Deinde cum dicit.

f ¶ Tertiam rationẽ ponit, quӕ talis eſt. Motus cõtrarij ſunt eiuſdem ſubiecti. etiã quies & motus, & & generatio & corruptio, quia oppoſita nata ſunt fieri circa idem. Si igitur aliqđ ſubiectum tranſmutetur de generatione in corruptionem, ſimul dum generatur, tranſmutabit ad corruptionem, quod eſt tranſmutari ad nõ eſſe: nam corruptionis terminus eſt non eſſe. quod autem tranſmutatur ad non eſſe, corrumpitur. Sequitur igitur, quòd aliquid ſimul dũ fit, corrumpatur. Sed hoc nõ poteſt eſſe. Neq; enim dũ aliquod fit corrumpitur, neque ſtatim poſtea corrũpitur. Cũ enim corruptio ſit de eſſe in non eſſe, oportebit id quod corrumpitur eſſe. Et ſic oportet inter generationẽ, quę eſt mutatio ad eſſe, & corruptionẽ, quӕ eſt mutatio ad nõ eſſe, inuenire quietem mediam. & ſic nõ eſt mutatio de generatione in corruptionem.

g ¶ Quartam rõnem ponit, quӕ talis eſt. In omni quod generatur, oportet duo inueniri, quorum vnũ eſt materia eius, qđ fit, & aliud, ad quod terminatur generatio: ſi ergo generetur generatio, oportet q̃ generatio & motus habeant materiã talem, quale eſt alterabile corpus, aut anima, aut aliquid huiuſmodi: ſed huius materiam nõ eſt aſſignare generationi & motui: ſimiliter etiã oportet in generatione eſſe aliquid, id qđ terminatur mutatio: quia oportet aliquam partem ſcilicet materiam eius, quod generatur, eſſe motam ex hoc in hoc: & hoc in quod terminatur motus non contingit eſſe motum, ſed terminum motus. Non enim huiuſmodi permutationis, quӕ eſt diſciplinatio, eſt aliqua

A alia diſciplinatio, quӕ ad eam terminetur, quę ſit diſciplina diſciplinationis. Quare relinquitur, quòd non ſit generatio generationis. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit principale intentum, dicens quòd quia motus non poteſt eſſe neque in genere ſubſtantiӕ, neque in ad aliquid, neque in agere & pati, relinquitur quod motus ſit ſecundum quale & quantum & ubi. In his enim generibus cõtingit eſſe contrarietatem, quӕ eſt inter terminos motus, ut oſtenſum eſt. Sed, quia qualitas quãdoque dicitur de forma ſubſtantiali, ſubiungitur quod cũ motus dicitur eſſe in quali, non intelligitur ſignificare ſubſtãtiam ſecundum quod differentia ſubſtantialis prӕdicatur in eo quod quale, ſed de quali ſecũdum quod dicitur aliquid pati, uel impoſſibile eſſe. Nõ enim eſt proprie alteratio, niſi ſecundum paſſibiles qualitates, ut in 7. Phyſicorum probatur. Deinde cum dicit. Tex. c6. 11.

i ¶ Oſtẽdit quot modis dicitur immobile. & ponit tres modos quorum primus eſt, quod immobile dicitur id, quod omnino eſt impoſſibile moueri, ſicut Deus eſt immobilis. Secundus modus eſt, ſecundũ quod dicitur immobile, id quod uix non poteſt moueri, ſicut ſaxum magnũ. Tertius modus eſt, ſecundum quod dicitur immobile id, qđ natum eſt moueri, ſed tunc non poſſit moueri, quando natum eſt. & ubi natum eſt moueri, & ſicut natum eſt moueri. & hoc ſolum immobile dicitur proprie quieſcere, quia quies eſt contraria motui. Vnde oportet, q̃ quies ſit priuatio motus in ſuſceptiuo motus.

LECTIO XIII.

a NOtificat quę circunſtant motũ, & prӕcipue motum localem. Et primo notificat ea. Secundo inducit quӕdam corollaria ex dictis ibi. [Quare palam.] Dicit ergo primo quòd ſimul ſecundum locum dicuntur quӕcunque ſunt in [vno loco primo] ideſt proprio. Si enim aliqua ſunt in uno loco cõmuni, non propter hoc dicuntur eſſe ſimul. Sic enim omnia, quę continentur cęli ambitu, dicerentur eſſe ſimul. Seorſum autem dicuntur, quӕcunque ſunt in alio, & in alio loco. Tangi autem

tem adinuicem dicuntur, quorum ultima ſunt ſimul, puta duo corpora, quorum ſuperficies coniunguntur. Medium autem inter duo eſt, in quod id, quod continuo permutatur, natū eſt prius peruenire quam in ultimum. Sicut ſi motus continuus de A in C, prius ueniet in B id, quod mutatur, quam in C. Contrarium uero ſecundū locum eſt, quod eſt plurimū diſtans ſecundum rectam lineam. non enim diſtantia plurima poteſt menſurari ſecūdum lineam curuam, eo quod inter duo pūcta poſſunt deſignari infinitę deciſiones circulorū diſſimiles: ſed inter duo puncta, non poteſt eſſe niſi una linea recta. Menſuram autem oportet eſſe certā & determinatam. Plurimum autem diſtans in locis inuenitur ſecundum naturam ſurſum & deorſum, quę ſunt medium & extremum mundi. Conſequenter autem dicitur quod eſt poſt aliquod primum principium, ſiue attendatur ordo ſecundū poſitionem, ſiue ſecundum ſpeciem, ſicut binarius eſt poſt unitatem, ſiue qualitercumq. aliter. Adhuc autem oportet, quod nihil eiuſdem generis ſit medium inter id, quod eſt conſequēter, & id, cui conſequenter eſt: ſicut lineæ ſunt conſequenter alicui lineæ, & unitates alicui unitati, & domus alicui domui conſequenter. Sed nihil phibet inter duo, quorum unum ſe habet conſequenter ad alterum, eſſe aliquid medium alterius generis, puta, ſi inter duas domus, ſit unus equus medius. Et ad manifeſtandum præmiſſam diuiſionē ſubiungit, quòd illud, quod dicitur conſequenter, oportet q̄ ſit conſequenter reſpectu alicuius, & q̄ ſit aliquod poſterius. Vnum enim non ſe habet conſequenter ad duo, cum ſit prius, neque noua luna a ſecunda, ſed econuerſo. Deinde dicit quòd habitum dicitur illud, quod eſt conſequenter & tangit, puta ſi duo corpora ſint ordinata, quorum unum alterum tangat. Deinde dicit, quod cum omnis permutatio ſit inter oppoſita, & oppoſita, inter quæ eſt permutatio, ſint contraria & contradictoria, ut oſtenſum eſt, & cum cōtradictionis nullum ſit medium, manifeſtum eſt, quod inter ſola cōtraria oportet eſſe medium, cū medium ſit inter ex-

F trema motus, ut ex diffinitione ſuperius poſita patet. hoc autem hęc inducit. Quia enim dixerat, quòd conſequenter ſunt, inter quæ non eſt medium, conueniens fuit, ut oſtenderet inter quæ poteſt eſſe medium. Deinde oſtendit quid ſit continuum, & dicit, quòd continuum addit aliquid ſupra habitum. Et dicit q̄ continuum eſt, cum utriuſq; eorum, quæ ſe tangunt, & quę ſimul ſunt, ſit unus & idem terminus, ſicut partes lineæ cōtinuantur ad punctum. Deinde cum dicit.

b ¶Inducit tria corollaria ex præmiſſis, quorum primum eſt, quòd continuum eſt in illis, ex quibus natum eſt fieri unum ſecundum contactū, & hoc ideo eſt, quia continuum requirit identitatem termini. Secundum corollarium eſt, quòd inter iſta tria, cōſequenter, contactum, & cōtinuum, prius & communius eſt, quod eſt conſequenter. Non enim omne quod eſt conſequenter tangit, ſed omne quod tāgit, eſt conſequenter. Oportet enim contacta ſecundum poſitionem eſſe ordinata, & nihil eorum eſſe medium. Et ſimiliter tangens eſt prius & communius ens quàm continuum, quia ſi eſt cōtinuum, eſt neceſſe quod tangat. Quod enim eſt unum, neceſſe eſt eſſe ſimul, niſi forte intelligatur in hoc, q̄ eſt eſſe ſimul, pluralitas. Sic enim continuum non eſſet contactum. ſed eo modo quo id q̄d eſt unū, eſt ſimul, neceſſe eſt continuum eſſe tangens. ſed non ſequitur, ſi tangit quod ſit continuum, ſicut non ſequitur, quod ſi aliqua ſunt ſimul, q̄ ſint unum. Sed in quibus non eſt contactus [non eſt ſ accentia,] idest, naturalis coniunctio. quæ eſt propriè continuum.

Tertium corollarium eſt, quod punctus & unitas nō ſunt idem, vt Platonici poſuerunt dicentes, quod punctum eſt unitas habens poſitionem. Et quod non ſint idem, patet ex duobus, primo quidem, quia ſecundum puncta eſt contactus, non autem ſecundum unitates, ſed conſequenter ſe habent adinuicem. Secū do, quia inter duo pūncta ſemper eſt aliquid medium, ut probatur in 6 Phy. Sed inter duas unitates, neceſſe non eſt aliquid eſſe medium.

ſimul. Intermedium autē, in q̄d natum eſt prius peruenire quod permutatur, quam in quod ultimum permutatur ſecundum naturam continue permutans. Cōtrarium ſecundum locum & ſecundum rectum, plurimum diſtans. Conſequenter autem eſt, quo poſt principium ente poſitione, aut ſpecie, aut aliter qualiter determinato, nihil intermedium eſt eorum, quæ in eodem genere, & cuius conſequenter eſt: ut lineæ lineæ, aut unitates unitatis, aut domus domus. aliud autem nihil prohibet intermedium eſſe. Quod enim conſequēter alicuius, conſequenter & poſterius aliquid. non.n. unum conſequenter duorum, neque noua luna ſecundæ habitum, aut quod cunque, cum conſequenter ens tangit. Quoniam omnis permutatio in oppoſitis, hæc autem cōtraria, & contradictio contradictionis, aut nullum intermedium, palam quod in contrariis intermedium. Continuum autē quod quidem habitum aliquid. Dico autem cōtinuum, cū idem fuerit & unum utriuſq; terminus, quibus tangunt & continuent.

b Quare palam, quod continuū in his ſit, ex quibus unū aliquid natum eſt fieri ſecundum contactum. Et quia primum, quod cōſequenter palam. quod.n. conſequenter non tangit. hoc autē cōſequenter. & ſi continuum, tāgit: ſi aūt tangit, nondū cōtinuum, in quibus autem non eſt tactus nō eſt connaſcentia in his. Quare, non eſt punctum huic vnitati. his quidem enim ineſt tangi, his autem non, ſed ad conſequenter. Et horum quidem intermedium aliquid, horum autem nō

natum eſt prius venire, quod mutatur, quàm ad quod vltimum mutatur, ſecundum naturam cōtinue mutatum. Contrarium ſecundum locum, quod ſecundum rectitudinem plurimum diſtat. Conſequens eſt, cuius principium ſequentis, aut ſolo ſitu, aut forma, aut aliqua quodam modo deſinito, atque illius, cuius eſt cōſequens, nihil eſt medium eorum, quæ in eodem genere ſunt velut linea lineæ, aut vnitas vnitatis, aut domus ipſius domus. aliud vero medium eſſe nihil prohibet. Conſequēs namque, alicuius conſequens, ac quoddam poſterius eſt. non enim vnum conſequens duorum, neque nouilunium cōſequens ſecundæ. Attiguum vero, quod conſequens tangit. Cæterum cum omnis mutatio in oppoſitis ſit, hæc vero contraria, ac contradictio, contradictionis vero nihil medium eſt, conſtat, quòd medium in contrariis eſt. Continuum ſane, quoddam attiguum, aut tangens eſt. dicitur vero continuum, cū idem ſiunt, atque vnus vtriuſque termini, quibus tangunt, et ſe continuant.

Quare patet in his eſſe continuum, ex quibus vnum quiddam natum eſt, ſecundum contactum fieri. Et quod cōſequens primum ſit, conſtat. conſequens namque non tangit. hoc vero cōſequens eſt. & ſi continuum eſt, tangit. quòd ſi tangit, nondum continuū eſt. in quibus vero non eſt tactus, in his non eſt cohærentia. Quare, non eſt punctum idem vnitati. nam illorum eſt tactio, harum vero minime, ſed conſequenter. & illorum quidem eſt aliquid intermedium, harum vero minime.

Commentariorum S. Tho. Super Vndecimum Metaphy. Finis.

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM.

LIBER DVODECIMVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

a DE ſubſtantia quidem theoria eſt. Nam ſubſtantiarū principia & cauſæ quæruntur.

b Quod ſi totum quoddā omne, ſubſtantia eſt prima pars. at ſi eo quod conſequenter, & ita primum ſubſtantia, deinde qualitas, aut quantitas.

c Similiter aūt nec entia nihil ē ſimpliciter dicere hæc, ſed qualitates & motus, aut non album & non rectum. dicimus enim eſſe & hoc, puta eſt non album.

d Amplius nihil aliorum ſeparabile.

e Teſtanť aūt & antiqui opere. Nam ſubſtantiæ quęrebāt principia & elementa & cauſas. Qui quidem nunc, ſubſtantias uniuerſalia magis ponunt. Nam genera uniuerſalia, quæ dicunt principia & ſubſtātias eſſe magis, pp logice inquirere. Qui uero antiquitus, particularia, ut ignē & terram. Sed non cōe corpus.

LECTIO I.

SPeculatio de ſubſtantia eſt; ſiquidem ſubſtantiarum principia, & cauſę quæruntur.

B *Etenim, ſi ut totum aliquid uniuerſum eſt, ſubſtantia prima pars eſt. & ſi ex conſequenti, hoc quoque modo primum eſt ſubſtantia, deinde quale, poſtea quantum.*

At ſimul (ut ita dicam) nec entia ſunt iſta ſimpliciter, uerum qualitates, & motus, quemadmodum non album, & non rectum. dicimus nanque hęc quoque eſſe, ueluti eſt non album.

Pręterea, cęterorum nullum ſeparabile eſt.

C *At hoc idem opere teſtantur* Antiquiores*. quippe qui principia, elementa, & cauſas ſubſtantię quęrebant. Recentiores uero uniuerſalia magis ponunt eſſe ſubſtantias. genera nanque uniuerſalia ſunt, quæ aſſerunt magis principia, atque ſubſtantias eſſe, propterea quod Logice quærunt.* Antiquio*res uero ſingularia, ut ignem & terrā, non autem corpus commune.*

D

a POSTQVAM Philoſophus in præcedenti libro recollegerat, quæ ante dicta erant tam in hoc libro quam in lib. Phyſicorum de entibus imperfectis, in hoc lib. intendit recolligere, quæ dicta ſunt de ente ſimpliciter, id eſt de ſubſtantia, tam in 7. & in 8. huius, quàm etiam in 1. Phy. & addere id qđ deeſt ad complendam cōſiderationē de ſubſtantiis. & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, ꝙ ad iſtam ſcientiam pertinet conſiderare præcipue de ſubſtantia. In ſecunda de ſubſtantia determinat. ibi. [Subſtantiæ uero tres.] Circa primum duo facit. Primo, proponit quod intendit dicens, ꝙ in hac ſciētia [eſt theoria.] id eſt conſideratio principalis de ſubſtātia. nam cum iſta ſcientia, ut poſt prima, & quę ſapiētia dr̄, principia prima entium inquirat, neceſſe eſt quod in hac ſcientia inquirantur principaliter principia & cauſæ ſubſtātiarum: nam iſta ſunt principia entium prima. Quomodo autem differant principiū & cauſa, in Quinto habitum eſt.

part. 1. Te.com. 1. — part. 2. Te.com. 2. — part. 3. Te.com. 3. — part. 4. — part. 5. Te.com. 4.

b ¶ Probat propoſitum quatuor modis. Primo per hoc, quod ſubſtantia eſt prior aliis entibus. Vnde ſcientia prima de primo ente debet principaliter determinare. Quod autem ſubſtantia ſit prima inter omnia entia, manifeſtat per ſimile in rebus ſenſibilibus. in quib. inuenitur ordo inter aliqua dupliciter, uno modo, ſecundum quod partes alicuius totius habent ordinem adinuicem, ſicut in animali pars prima eſt cor, & in domo fundamentum.

Alio modo, ſecundum quod aliqua ſunt cōſequenter ſe habentia, ex quibus non fit unum uel continuitate uel contactu. ſicut in exercitu dicitur prima acies, & ſecunda acies. Sicut igiť in aliquo toto eſt aliqua prima pars, & ſicut iterum in his, quæ conſequenter ſe habent, eſt aliquod primum; ita ſubſtantia eſt primum inter omnia alia entia. Et hoc eſt quod dicit. [Quod ſi omne] i. uniuerſitas entium ſit quoddam totum, ſubſtantia eſt prima pars, ſicut fundamentum in domo. Et ſi entia ſe hñt ſicut ea quæ ſunt conſequenter, ita ēt ſubſtantia erit primum, & deinde quantitas & qualitas, & alia genera. Auerrois autem non attendens, hoc ſecundum ſimilitudinem dici, quia conſiderauit non poſſe cadere in alicuius mentem, quod omnia alia genera entiū eſſent ſicut partes unius totius continui, diuertit a plano ſenſu literæ in aliam expoſitionem, dicēs per hæc duo Ariſt. intendiſſe duplicem habitudinē, quam contingit opinari in entibus. ſ. uel quod habeant ſe ſicut ea, quæ ſunt unius naturæ, & unius generis: quod eſſet ſi eos eſſet commune genus eorum, uel qualitercunque communitatem habens ad ea. Et hoc

A intelligit cum dicit: Si ut totum quoddam. Vel quod habeant ſe adinuicem, ſicut quæ in nullo communi conueniunt. & hoc intellexit cum dixit: [& ſi in eo quod conſequenter &c.] vtrolibet. n. modo ſequitur quod ſubſtantia ſit prior aliis entibus.

c ¶ Secundo modo probat idem dicens, quod quātitas & qualitas & huiuſmodi, nō ſunt ſimpliciter entia, ut infra dicetur. nam ens dr̄ quaſi eſſe habens. hoc autem ſolū eſt ſubſtantia quæ ſubſiſtit. Accidentia aūt dicūtur entia, non quia ſūt, ſed quia magis ipſis aliquid eſt, ſicut albedo dicitur eſſe, quia eius ſubiectū eſt album. Iō dicit, quod non dicuntur ſimpliciter entia, ſed entis entia, ſicut qualitas & motus. Nec eſt mirū, ſi accidentia dicūtur entia, cum nō ſint ſimpliciter entia, quia etiā priuationes, & negationes dicūtur quodāmodo entia, ſicut non album, & non rectum. Dicimus enim, ꝙ non album eſt, non quia non album eſſe habeat, ſed quia ſubiectum aliquod eſt albedine priuatum. Hoc igitur commune eſt inter accidētia & priuationes, quia de vtriſque dr̄ ens ratione ſubiecti. ſed in hoc differunt, quia ſubiectum ſm accidentia habet eſſe aliquale. Secundum uero priuationes non habet eſſe aliquale, ſed eſt deficiens ab eſſe. Sic igitur, cum accidentia non ſint ſimpliciter entia, ſed ſolum ſubſtantiæ, hæc ſcientia, quæ conſiderat ens inquantum eſt ens, non conſiderat principaliter accidentia, ſed ſubſtantias.

d ¶ Tertio modo probat, quia ſcilicet alia entia non poſſunt ſeparari a ſubſtantia. Accidentia enim non poſſunt eſſe niſi in ſubiecto. Et ideo in conſideratione ſubſtantiæ, includitur cōſideratio accidentium.

e ¶ Quarto probat idem dicens, quod etiam philoſophi antiqui teſtantur ipſo facto, quod philoſophi conſideratio eſt de ſub-

E ſtantiis, quia quęrentes cauſas entis, quęrunt cauſas ſubſtantię ſolum. Et hoc fecerunt & quidam moderni, ſed tamen differenter. non enim quærebant principia, & elementa, & cauſas eodem modo, ſed diuerſimode. Nam moderni, ſcilicet Platonici, dicunt uniuerſalia magis eſſe ſubſtantias quam particularia. Dicunt enim, genera, quę ſunt uniuerſalia, magis eſſe principia & cauſas ſubſtantiarum quam particularia. & hoc ideo, quia logice inquirebant de rebus. Vniuerſalia enim quæ ſecundum rationem ſunt abſtracta a ſenſibilibus, credebant etiam in rerum natura abſtracta fore, & principia particularium. Sed antiqui philoſophi, ut Democritus & Empedocles, poſuerunt ſubſtantias & principia rerum eſſe particularia, ut ignem, & terrām non autem hoc commune, quod eſt corpus.

LECTIO II.

2 POſtquam oſtendit, quod conſideratio Philoſophi, principaliter de ſubſtantiis eſt, hic incipit de ſubſtantiis determinare: & diuiditur in partes duas. In prima, diuidit ſubſtantiam. In ſecunda, de partibus diuiſionis determinat ibi. [Senſibilis vero ſubſtantia.] Dicit ergo primo, quod tres ſunt ſubſtantiæ.

pars. 2.

Te.com. 5. Vna quidem eſt ſenſibilis, quæ in duo genera, diuiditur. Nam ſubſtantiarum ſenſibilium quædā ſunt ſempiternæ, ſ. corpora cæleſtia, quædam uero ſunt corruptibiles. Subſtantia uero ſenſibilis, & corruptibilis, nota eſt omnibus, ſicut ſunt, plantæ, & animalia.

Te.com. 6. Sed [alia ſubſtātia, ſenſibilis] ſcilicet ſempiterna, eſt cuius principia quærere intendimus in hoc libro, ſcilicet ſi unum ſit eorum principium, uel multa. hoc.n. inquiret, conſiderādo de ſubſtantiis ſeparatis, quæ ſunt principia mouentia, & fines corporum cæleſtium, vt infra patebit.

Lect. 9. Ponit autem hic large elementa loco principiorum. nam elementum proprie nō eſt, niſi cauſa intrinſeca.

Te.com. 7. Tertium uero genus eſt ſubſtantiæ immobilis, quæ non eſt ſenſibilis. Et hęc non eſt, omnib. manifeſta, ſed quidam ponunt eam eſſe ſeparabilē a ſenſibilibus. Quorum opinio diuerſificatur. Quidam eo m, diuidunt ſubſtantiam ſeparabilem in duo genera, ſcilicet in ſpecies, quas uocant ideas & mathematica. Sicut enim inuenitur, ſecundum rationem duplex modus ſeparationis, unus, quo ſeparātur mathematica a materia ſenſibili, alius, quo ſeparantur uniuerſalia a particularibus; ita & ſecundum rem ponebant. & uniuerſalia eſſe ſeparata, quæ dicebant ſpecies, & etiam mathematica. Sed quidam hæc duo. ſcilicet ſpecies, & mathematica, in unam naturam reducebant. Vtrique igitur hi erant Platonici. Sed alii, ſcilicet Pythgorici, non ponebant ſpecies, ſed ſolum mathematica. Inter hæc autem tria genera ſubſtantiarum hoc differt, quia ſubſtantiæ ſenſibiles ſiue ſint corruptibiles ſiue perpetuę, pertinent ad conſiderationem naturalis Philoſophię, quæ determinat de ente mobili: huiuſmodi enim ſubſtantiæ ſenſibiles ſunt in motu. Subſtantia autem ſeparabilis, & immobilis pertinet ad conſiderationem alterius ſcientię, & non ad eandem, ſi tamen nullum principium ſit commune vtriſque ſubſtantiis. quia ſi in aliquo conuenirent, pertinebit utrarumque ſubſtantiarum conſideratio ad illam ſcientiam, quę illud commune conſiderat. Et ideo Naturalis ſcientia conſiderat ſolum de ſubſtantiis ſenſibilibus, inquantum ſunt in actu, & in motu. Et ideo, tam de his etiam quam de ſubſtantiis immobilibus conſiderat hæc ſcientia, inquantum communicant in hoc, quod ſunt entia & ſubſtantia. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de præmiſſis ſubſtantiis, & primo de ſubſtantia ſenſibili. Secundo de ſubſtantiis immobilibus, ibi [Sed quoniam tres ſunt.] Prima diuiditur in duas. In prima, inquirit principia ſubſtantiæ ſenſibilis. In ſecunda, inquirit utrum ſint

LECTIO II.

SVbſtantiæ vero tres, ſunt. Vna quidem ſenſibilis. cuius alia quidem ſempiterna, alia corruptibilis. quam omnes confitentur, vt plantę & animalia. Sempiterna autem, cuius elementa neceſſe eſt accipere, ſiue unū ſiue multa. Alia uero immobilis. Hāc A dicunt quidam ſeparabilē eſſe: G hi quidem in duo diuidentes, alii in vnam naturam ſpecies ponentes, & mathematica, alii horum mathematica ſolum. Illæ quidem naturales cum motu .n. ſunt. Et hæc alterius, ſi nullū illis principium commune eſt.

b Senſibilis uero ſubſtantia eſt mutabilis. Si autem mutatio eſt ex oppoſitis aut medijs, ſed oppoſitis non omnibus, non albū H enim uox ſed ex contrario, neceſſe ſubeſſe quid mutabile in contrarietatem. Nō.n. contraria tranſmutantur. Amplius hoc quidem manet, aliud uero contrariū nō manet. Eſt igitur aliqd tertiū, præter contraria materia.

c Si itaq; tranſmutationes ſunt quatuor, aut ſecundum qd, aut ſecundum qualitatem, aut ſm quantitatem, aut ubi: generatio quidē ſimpliciter aut corruptio I ſecundum hoc, & augmentum & decrementum quod ſm quantitatem, alteratio aūt quę ſecūdum paſſionē, latio aūt quæ ſecundū locum: incontrarietates utique

LECTIO II.

VErum ſubſtantiæ tres ſunt. Vna ſenſibilis: cuius quędam ſempiterna, quędam corruptibilis, quam omnes concedunt, ueluti plantæ, & animalia. Sempiterna uero, cuius elementa, ſiue unum, ſiue multa ſint, accipere neceſſe eſt. Alia immobilis, quā aliqui ſeparabilem aiunt eſſe, quidam in duo diuidentes, quidam in unam ponentes, naturam tam formas, quam mathematica, quidam ex his mathematica ſolum. Illa itaque Naturalis. Cum motu namque ſunt: iſta autem alterius eſt, ſi nullum eis commune principium eſt.

Senſibilis uero ſubſtātia, mutabilis eſt: Si itaque ex oppoſitis, aut medijs mutatio ſit, oppoſitis uero non omnib. non album enim ipſa uox, verum ex contrario, neceſſe eſt aliquid ſubeſſe, quod in contrarietatem mutetur, non enim contraria tranſmutantur. Præterea hoc quidem permanet, contrariū uero non permanet, eſt igitur aliquid tertium præter contraria ipſa materia.

Si itaque tranſmutationes ſunt quatuor, aut ſecundum ipſum quid, aut ſecundum quale, aut quantum, aut ubi: ac generatio ſimplex, & corruptio, quę ſecundum quod quid ſit, augmentatio & diminutio, quæ ſecundū quantum, alteratio, quæ ſecundum paſſionem, latio uero, quę ſecundum locum; profecto incontrarietates quę ſecundum ſingulum mutationes erunt. ne-

F eadem principia ſubſtantiæ, & aliorum generum, ibi. [Cauſæ uero & principia.] Circa primum duo facit. Primo inquirit de materia. Secundo de forma, ibi. [Tres uero cauſæ, & tria principia] Circa primum duo facit, primo determinat ueritatem de materia. Secundo ſoluit dubitationem ibi. [Dubitabit aūt aliquis ex quo.] Circa primum duo facit. primo enim, manifeſtat materiam eē in ſenſibilib. & qualе ens ſit. Secundo quomodo diuerſimode, inuenitur in diuerſis ſubſtantiis ſenſibilib. ibi. [Omnia uero materiam habēt] Circa primū duo facit, primo quod dictum eſt, Secundo ſoluit argumentum, ex quo aliqui antiqui negauerunt generationem, ibi [Qm aūt duplex.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit materiam eſſe in ſenſibilibus. Secundo vero oſtendit, quale ens ſit materia, ibi. [Si itaque tranſmutationes.] Dicit ergo primo, quod ſubſtantia ſenſibilis eſt mutabilis ut dictū eſt. Omnis autem mutatio, eſt ex oppoſitis, aut ex medijs, ut ſupra. oſtenſum eſt. nō autem eſt mutatio ex quibuſcunque oppoſitis. Fit enim album ex non albo; non tamen ex quolibet nō albo. Nam vox eſt, non album, ſed corpus non ſit album ex uoce, ſed ex non albo, quod eſt nigrū, vel medium. Et ideo dicit, quod mutatio fit ex oppoſito, quod eſt contrarium. Nec eſt inſtantia de ſubſtantia, in qua fit mutatio, cum tamē ſubſtantiæ nihil ſit contrarium, quia in ſubſtantia eſt priuatio, quæ quodammodo computatur inter contraria, vt in Decimo oſtenſum eſt. Quia igitur omnis mutatio eſt, de contrario in contrarium, neceſſe eſt ſubeſſe aliquod ſubiectum, quod poſſit mutari de contrario in contrarium. Et hoc philoſophus probat dupliciter. primo quidem, quia unum contrariorum non tranſmutatur in alterum. non enim ipſa nigredo fit albedo. Vnde ſi debeat fieri tranſmutatio de nigro in album, oportet aliquid eſſe pręter nigredinem, quod fiat album. Alio modo probat K idem ex hoc, quod in qualibet tranſmutatione inuenitur aliquid manens, ſicut in tranſmutatione, quæ eſt de nigro in album, corpus manet. Aliud uero, ſ. contrarium, utpota nigrum non manet. Vnde manifeſtum eſt, quod materia eſt aliquod tertium præter contraria.

Te. com. 10.

Lib. 12. Lect. 11.

Tex. com. 9.

c ¶ Oſtendit cuiuſmodi ens ſit materia. & dicit, quod tranſmutationes ſunt quatuor. Generatio quidem, & corruptio ſimplex ſecundum ſubſtantiam. Et augmentum, & diminutio ſm quantitatem. Alteratio ſecundum paſſionem, quæ eſt tertia ſpecies qualitatis. [Latio] idest loci mutatio ſecundum, ubi. Et manifeſtum eſt, quod omnes iſte tranſmutationes ſunt ſecundū contrarietates, quæ ſunt ſecundum unumquodque horum generum, utputa, alteratio in contrarietatem qualitatis. Augmentum in contrarietatem quantitatis. & ſic de alijs.

Et ita cum in qualibet tranſmutatione ſit quoddam tertium præter contrarium, quod dicitur materia, neceſſe eſt, quod id, quod tranſmutatur ſiue ſubiectum tranſmutationis, quantum

eſt

eſt de ſe, ſit in potentia ad vtrunque contrariorum. alter enim non eſſet, ſuſceptiuũ utriuſque, nec poſſet de uno in aliud tráſmutari. Sicut igitur corpus, quod tranſmutatur de albedine in nigredinem, inquantum eſt corpus, eſt in potẽtia ad vtrunq;, ita materia in generatione ſubſtantiæ, quæ eſt ſubiectum generationis & corruptionis, quantum eſt de ſe; eſt in potentia ad formam & priuationem, nec formam Tex.com.8. nec priuationẽ q̃tũ eſt de ſe, actu habẽs. Deinde cum dicit.

ſicut erũt eas, quę ſcd̃m unum tranſmutationes neceſſe itaque tranſmutari materiam potentem ambo.

d Quoniam autem duplex eſt ens, tranſmutatur omne ex potentia ente in actu ens, utpota ex potentia albo, in actu albũ. Similiter autem in augmento & decremento. Quare, non ſolum ſecundum accidens contingit fieri ex non ente, ſed ex ente fiunt oĩa. Potentia quidẽ ente, ex non ente vero actu.

e Et hoc eſt Anaxagoræ unũ. Dignius eſt.n. quam ſimul omnia. Et Empedoclis miſtura, & Anaximandi vel ut Democritus ait, nobis erant omnia potentia, actu vero minime. Quare materiam utique erant tangentes.

f Omnia uero materiam habẽt quæcunque tranſmutantur, ſed aliam; & ſempiternorum, quęcunque non generabilia, mobilia autem latione. Verum nõ generabilem habent, ſed unde & quo.

g Dubitabit aũt utique aliquis ex quali nõ ente eſt generatio. Tripliciter.n. non ens. Si itaq; eſt aliquid potentia. Attamen non ex quocunque, ſed alterũ ex altero. Neque ſufficiens, q̃a ſimul res omnes. Differunt.n. materia. Quoniam quare infinita facta ſunt, ſed non unum. Intellectus enim unus. Quare ſi in materia una illud factum eſt actu, cuius materia erat potentia.

d Hic philoſophus ſecũdum ueritatem determinat de ipſa materia, circa quod duo facit. Primo ſoluit dubitationẽ. Secundo oſtendit quomodo aliqui antiqui dixerunt ſimile prædictæ ſolutioni. ibi.
Tex.com.9. Et hoc Anaxagoræ.] Soluit aũt hanc dubitationem antiquorum naturalium philoſophorum, qui remouebãt generationem, propter hoc q; non credebant quòd poſſet aliquid fieri ex non ente, quia ex
Te.com.10. nihilo fit nihil, nec etiam ex ente, quia ſic eſſet antequã fieret. Hanc ergo dubitationem Philoſophus ſoluit, oſtendẽdo qualiter aliquid fit ex ente, & ex nõ
Te.com.11. ente, dicens quod duplex eſt ens, ſ. ens actu, & ens potentia: Omne igitur, quod tranſmutatur, tranſmutatur ex ente in potentia in actu ens. ſicut cum aliquid alteratur ex albo in potẽtia in actu album. Et ſimiliter eſt in motu ipſius augmenti & decrementi, quia tranſmutatur aliquid de potentia magno, vel paruo in actu magnum uel paruum, unde & in genere ſubſtantiæ ſiunt omnia ex non ente, & ente. Ex non ente quidem, ſecundum accidens inquantum fit aliquid ex materia ſubiecta priuationi, ſecundum quam dr̃ non ens. Sed per ſe fit aliquid ex ente, non autem in actu, ſed in potentia ſcilicet ex materia quæ eſt ens in potentia, ut ſupra oſtenſum eſt. Sciendum eſt autem, quod prædictę poſitiones antiquorum naturalium negantium generationem & dicentiũ, quod generatio non eſt aliud quam alteratio, voluerunt obuiare quidam poſteriores, dicentes generationem eſſe per ſegregationem ab aliquo miſto & confuſo. Philoſophus ergo tertio cum dicit.

e ¶ Oſtendit q; etiam omnes ſic dicentes, aliquid ſimile prædictæ poſitioni dicere noluerunt, ſed non attingunt. Dicit ergo q; hoc, ſ. materia, quæ eſt ens in potentia ad omnia, eſſe illud unum, q; Anax. poſuit. Dicebat enim, quod omne, quod generatur ex aliquo, eſt in eo ex quo generatur. Et ſic a principio omnia erant miſta in quodam uno, neſciens diſtinguere inter potentiam & actum. Sed dignius eſt ponere materiam; in qua omnia ſunt in potentia, quam ponere omnia ſimul in actu, ut vr̃ ex uerbis Anax. Et hoc eſt quod Emped. dicit, q; a principio omnia erant miſta & confuſa per amicitiam, & poſtea lis ſegregauit. Et ſimiliter Anaximander dixit, quod in uno confuſo præextiterant omnia contraria. Et Democritus etiam dixit, q; omnia, quæ fiunt prius erant in potentia, ſed nõ in actu: unde manifeſtum eſt, quod oẽs iſti philoſophi tetigerunt quodammodo materiã, ſed non pfecte ad eã puenerũt. Deinde c.d.

ceſſe eſt igitur mutari materiam, quæ ambo poſſit.

Cum autem duplex ſit ens, omne mutatur ex potentia ente in actu ens, ut ex potentia albo in actu album. eodem autem modo & de augmentatione & diminutione. B *Quare non ſolum per accidens ex non ente fieri contingit, ſed etiam ex ente omnia fiunt: uerum potentia quidem ente. actu uero ex non ente.*

Et hoc eſt Anaxagoræ unum. melius namque quam cuncta ſimul, & quam miſtura Emped. ac Anaximandri. & ut Democritus quoque ait, ſimul omnia potentia erant, actu uero minime. Quare materiam tetigerunt.

C *Cuncta uero quęcunque mutantur, materiam habent, ſed diuerſam. nam et ipſorum ſempiternorum quęcunque non ſunt generabilia, ſed latione mobilia, attamen non generabilem, ſed unde quo.*

Dubitare uero quiſpiam poſſit, ex quo non ente generatio fiat. tripliciter enim non ens dicitur. Si igitur quippiã eſt potentia. ueruntamen non ex quocunque, ſed cum alterum ex altero. D *Nec id ſufficit, quod ſimul omnes res erant, quia differunt materia, cur enim infinita facta fuiſſent, & non unum, cum intellectus unus ſit? quare, ſi materia una, illud actu fuiſſet factum cuius materia potentia erat.*

A f ¶ Oſtendit, quod non eodẽ modo materia eſt in oĩbus ſubſtantiis ſenſibilibus, dicens, q; quęcunq; tranſmutantur, oportet quod habeant materiam, ſed aliam & aliam. Iſta.n. quæ [tranſmutantur ſcd̃m ſubãm].i. quæ generantur & corrumpuntur, hñt materiam, quę eſt ſubiectum generationis & corruptionis, quæ. ſ. de ſe eſt in potentia ad formas & ad priuationes. Sed corpora cœleſtia, quæ ſunt ſempiterna, & ingenerabilia, ſed mobilia ſcd̃m locum, hẽnt quidem materiam, ſed nõ quæ eſt ſubiectum generationis, aut quæ ſit ĩ potentia ad formã, & priuationem, ſed q̃ eſt in potentia ad terminos motus localis, qui ſunt, vnde incipit mot' & quo motus intendit. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit quandam dubitationem circa prædeterminata, dicens, q; aliquis põt dubitare, cum generatio ſit trãſmutatio de nõ ente in ens, ex quo non ente in ens fit generatio. Dr̃ enim non ens tripliciter. Vno mõ qđ nullo mõ eſt, & ex tali non ente nõ fit generatio, q̃a ex nihilo, nihil fit ſcd̃m naturam. Alio modo dicitur nõ ens ipſa priuatio, quæ conſideratur in aliquo ſubiecto, & ex tali nõ ente fit quidẽ generatio, ſed p accidẽs inquantum. ſ. generatio fit ex ſubiecto, cui accidit priuatio. Tertio modo dicitur non ens ipſa materia, quæ quantũ eſt de ſe, non eſt ens actu, ſed ens potentia. & ex tali nõ ente fit generatio per ſe. Et hoc eſt qđ dicit, quod ſi aliquod non ens, eſt ens in potentia, ex tali, ſ. non ente fit generatio per ſe. Quamuis autem generatio fiat ex non ente, quod eſt in potentia, non tamen fit quodlibet ex quocunque, ſed diuerſa fiũt ex diuerſis materiis. Vnumquodque.n. generabilium habet materiam determinatam, ex qua fit, quia formam oportet eſſe proportionatam materiæ. Licet.n. materia prima ſit in potentia ad oẽs formas, tamen quodam ordine ſuſcipit eas. Per prius.n. eſt in potentia ad formas elementares, & eis mediantibus ſcd̃m diuerſas proportiones commixtionũ eſt in potẽtia ad diuerſas
E formas. vnde nõ põt ex quolibet immediate fieri qđlibet, niſi forte per reſolutionẽ in primam materiã, & hoc eſt cõtra Anaxa. qui poſuit, quod quodlibet fit ex quolibet. nec ad hoc aſſerẽdum ſufficit, quod poſuit oĩa eſſe ſimul a principio. Oportet.n. quod res differãt in materia ſcd̃m quod diuerſis diuerſæ ſunt materiæ. Quo.n. eſſent facta infinita, & non unum tantum ſi una eſſet materia omnium ſecundum poſitionem Anaxagoræ? Poſuit.n. Anaxa. eſſe vnum agens, ſcilicet intellectum. Vnde & ſi materia eſt una, neceſſe eſt ẽt quod factum ſit unum, ſ. id, ad quod materia erat in potentia. Vbi.n. eſt unum agens & una materia, neceſſe eſt eſſe vnum factũ, ut in Decimo habitũ eſt. hęc aũt nõ procedit contra Anax. inquantum ponebat intellectum indigere materia ad faciendam res. Si aũt ponat primũ rerum principiũ intellectum, qui ipſam materiam producat, primum principium diuerſitatis rerum erit ex ordine apprehenſo ab intellectu prædicto, qui ſecundum quod res diuerſas producere intendit, inſtituit materias diuerſas aptas diuerſitati rerũ.

LECTIO III.

a Tres vero ſunt cauſę, & tria principia. Duo quidem contrarietates, cuius hoc quidem ratio, & ſpecies, illud vero priuatio, tertium uero materia.
b Poſtea quia nec fit materia, nec ſpẽs. Dico aũt vltima. Omne nanque tranſmutat aliquid, & ex aliquo, & ĩ quid. Et a quo
G quidem, primo mouẽte: cuius uero, materia: in quod uero, ſpecies. In infinitum ergo ſunt, ſi non ſolum æs fit rotundum, ſed & ipſum rotundum, aut ęs, neceſſe eſt itaque ſtare.
c Poſtea quia quæq; ex vniuoco fit ſubſtantia. Nam & quę natura ſunt ſubſtantia, & alia. aut .n. arte, aut natura ſunt, aut fortuna, aut automato. Ars igitur principium eſt in alio, natura
H autem principium in ipſo. Homo namque hominem generat. Reliquę uero cauſę, horum priuationes.
d Subſtantiæ aũt tres ſunt. Materia quidem, hoc aliquid ſubſtantia in apparere. Nam quæcunque ſunt tactu, & nõ connaſcentia, materia, & ſubiectum. Natura vero hoc aliquid ĩ quã tum habitus quidã. Amplius, tertia quæ eſt ex his ſingularis, ut Socrates, & Callias.
e In quibuſdam igitur hoc nõ
I eſt præter compoſitam ſubſtantiam, ut domus, ſi non eſt ars. Nec eſt gñatio nec corruptio horum, ſed alio modo ſunt, & non ſunt, ut domus quæ ſine materia, & ſanitas, & omne, ꝙ ſecũdum artem. Sed ſiquidem in eis quę ſunt natura. Quapropter nõ male Plato ait, quia ſpecies ſunt quæcunque natura, ſiquidem ſunt ſpecies aliæ horum, ut ignis, caro, caput. omnia enim materia ſunt, & eius, quę maxime ſubſtantię vltima.
K

LECTIO III.

Tres itaque cauſæ, & tria principia. duo quidem ipſa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma hoc vero priuatio, tertium uero materia.

Poſt hæc quod neque materia fit, neque forma. dico autem extrema. Omne enim quod tranſmutatur, aliquid eſt, & ab aliquo in aliquod trãſmutatur. ab aliquo quidem, primo mouente, in quo uero, materia: in quod autem, forma. in infinitum itaque procedet, ſi non ſolum ęs rotundum fit verum ipſum rotundum, aut ęs. quare neceſſe eſt ſtare.

Deinde quod quęlibet ſubſtantia, ab vniuoco fit. Quę enim natura, ſubſtantię ſunt, & aliæ: aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu fiunt. Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipſo. homo nã que hominem generat. cęterę vero cauſæ priuationes horum ſunt.

Subſtantię vero tres. quędam materia, quę quod quid eſt, eo ipſo quod apparet. quęcunque enim tactu non coadhęrentia ſunt, materia & ſubiectum ſunt. Quędam uero natura, & quod quid, & quidam habitus ad quẽ. Tertia item, quæ ex his, quę ſingularis eſt, vt Soc. aut Callias.

In quibus igitur quod quid non eſt preter compoſitam ſubſtãtiam (ut domus forma non niſi ab ipſa arte) nec eſt generatio aut corruptio eorum: verum alio modo ſunt, & non ſunt, tum domus quę abſque materia, tum ſanitas, & omne, quod ſecũdũ artẽ eſt. ſed ſiquidẽ ſunt, in his sũt, quę natura fiũt. Propter quod non male Plato dixit, quod formæ eorum sũt, quę natura ſunt. ſiquidem formæ ſunt aliæ ab his. vt ſunt ignis, caro, caput, cuncta namque materia ſunt. & maxime eius ſubſtantię, quę eſt ultima.

LECTIO III.

a Poſtquam Philoſophus determinauit de materia, hic determinat de forma, & circa hoc duo facit. Primo determinat de ea ſecundum ſe. Secundo, per comparationem ad ſubſtantiam compoſitam, ibi. [Subſtantiæ autem tres ſunt, &c.]
Tex.cõ.12. Circa primũ tria facit. Primo, proponit formam eſſe principium, dicens, quod tres sũt cauſæ, & tria principia ſubæ mutabilis. Duo .n. ſunt contraria, quorum vnum [eſt ſpecies] .i. eſt forma, & aliud, eſt priuatio, quæ quodammodo eſt cõtrarium, tertium autem, eſt materia. Iam enim oſtenſum eſt, quod in omni tranſmutatione oportet eſſe ſubiectum, & duo contraria. vnde neceſſe eſt, qđ in gñatione ſubſtantię hæc requirantur. Secundo ibi.
Tex.cõ.13. b ¶ Oſtẽdit ꝙ forma non generatur, ſicut nec materia, dicens ꝙ materia nec [ſpẽs fit] i. generatur. Sed hoc intelligi oportet, de vltima materia, & de ultima forma. Nam materia aliqua generatur. ſ. quæ eſt ſubiectum alterationis. eſt enim ſubſtãtia cõpoſita.
Tex.cõ.14. Quod autem nec forma ultima, nec materia vltima generentur, ſic probat. In omni tranſmutatione oportet eſſe aliquid ſubiectum tranſmutationis, quod eſt materia & aliquid, a quo tranſmutatur, qđ eſt principium mouens: & aliquid, in quod tranſmutatur, quod eſt ſpecies, & formę.
Hoc idẽ ſupra ſeptio. t.co.27. Si ergo ipſa forma, et materia generentur, puta. ſi non ſolum generetur hoc totum, quod eſt æs rotundũ,
Tex. cõ. 15. ſed ẽt ipſa rotũditas, & ipſum ęs, ſequetur ꝙ iam forma & materia habeãt materiã, & formã, & ſic ibitur in infinitum in materijs, & formis, qđ eſt impoſſibile. Neceſſe eſt itaque ſtare in generatione, vt. ſ. ultima forma, & ultima materia nõ generetur.
c ¶ Tertio dicit, ꝙ res acquirunt formam ex agentibus ſimilibus, dicens ꝙ quæcunque ſubſtantia fit [ex agente uniuoco,] i. ſimili ſecundum formam. Omnes .n. ſubæ, quæ generantur, generantur aut a natura, aut ab arte, aut a fortuna, aut automatu, .i. [caſu] .i. per ſe uano. Differt aũt ars a natura, quia ars eſt principium agẽdi in alio. Natura aũt eſt principium actionis, & motus in eo in quo eſt. Manifeſtum eſt aũt, ꝙ ea, quæ generantur, ab arte fiunt ex ſibi ſimilib. Aedificator .n. per formam domus, quã hẽt in mente, facit domũ, quę eſt in materia. Et idem ẽ. apparet in natura, quia homo generat hominem. In quibuſdã aũt hoc non vĩ. non .n. generantur ex ſibi ſimilibus in ſpecie. Sicut calidum in corporib. inferioribus generatur a Sole nõ calido.
F Sed licet non ſit ſimilitudo ſcđm ſpẽm, oportet tñ eſſe aliquam ſimilitudinẽ, ſed tñ imperfectã: quia materia inferiorum non põt pertingere ad perfectam ſimilitudinem ſuperioris agẽtis. Et, cũ ita ſit in his, quæ fiunt ab arte natura, manifeſtum eſt ꝙ unumquodque generatur a ſuo ſimili. Nam [reliquæ cauſæ] .i. fortunã & caſus sũt quaſi defectꝰ & priuationes naturę & artis. nam fortuna eſt intellectus agens præter intẽtionẽ, & caſus natura agẽs ꝑter intentionem. Vnde ea, quæ fiũt a fortuna & caſu, non aſſimilantur ſuis agẽtib. cum fortuna, & caſus nõ ſint cauſæ ꝑ ſe, ſed ꝑ accidẽs. Et iõ quodãmodo aĩalia quę generantur ex putrefactiõe, uident fieri caſu, in quãtũ non fiunt ex ſibi ſimilib. ſm ſpeciẽ. Neq; ẽt habent cauſã determinatã agẽtẽ in iſtis inferiorib. ſed ſolũ cauſam agentem ſuperiorẽ. Deinde cum dicit.
d ¶ Determinat de forma ꝑ cõparationem ad ſubſtam cõpoſitã: & circa hoc tria facit. Primo, diuidit ſubſtam in materiam & forma, & cõpoſitum dicẽs ꝙ ſubſtãtię ſunt tres. Materia quidẽ, quæ ad id quo apparet, nõ eſſe ſubſtantia, & hoc aliqd. Vnde primi Naturales ſolam materiam poſuerũt eſſe ſubſtam. Et hoc iõ, quia uiderũt qđ i artificialibus q̃ ſunt ꝑ contactũ, & non ꝑ naturalem unionẽ, ſola materia & ſubiectum uĩ eſſe ſubſta. nã formæ artificiales ſunt accidẽtia. Itẽ, natura rei uĩ eſſe ſubſta & hoc aliqd. Natura aũt eius eſt, in quã terminatur naturalis generatio .i. forma, q eſt quaſi habitus qdã. Itẽ, tertia ſubſta eſt illa quę cõponitur ex materia & forma, ſicut ſūt ſingularia, ut Callias & Socrat. Scđo ibi.
e ¶ Dicit, ꝙ in aliqb. formis manifeſtũ ẽ, ꝙ non ſunt præter ſubã cõpoſitã, ſicut forma domus non eſt pręter materiã. Forma .n. domus eſt accidẽs & materia domus eſt ſubã. accidẽs aũt nõ eſt niſi in ſubã. Sed hoc dico, niſi accipiatur forma domus [ut ars.] .i. put eſt in mente artificis. Sic .n. eſt præter materiam. Sed harum formarũ artificialium prout ſunt in mente artificis, nec eſt generatio, nec corruptio. Domus .n. q̃ eſt ſine materia in aĩa, & ſanitas, & oĩa hmõi, alio mõ incipiunt eſſe & deſinũt q̃ ꝑ corruptionem & generationem. ſ. per diſciplinã, aut per inuẽtionẽ. Sed, ſi aliquæ formæ ſunt ꝑter ſubam cõpoſitã, hoc erit uerũ in formis naturalib. quæ ſubæ ſunt. Vnde Plato non male dixit, ꝙ ſpecies] ideſt formæ ſeparatæ ſunt formę quæ ſunt, per naturã. Dico autem quod non ſimpliciter bene dixit. Sed ſi ſunt ſpecies aliæ aliquæ ab iſtis ſenſibilibus, quæ ſunt caro, caput,
&

A & huiuſmodi, quæ ſunt materia vltima ſubſtantiæ particularis compoſitæ, quæ eſt maxime ſubſtantia. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit ꝙ formæ vniuerſales non ſunt præter ſubſtãtiam cõpoſitam, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum, aſſignãs differẽtiã inter cauſas formales & cauſas mouentes.

part.5. Tex. co.16. Tex. co.17. part.6. Et dicit, quòd cauſę mouẽtes præexiſtũt rebus factis. Et hoc neceſſarium eſt, quia cauſæ mouẽtes ſunt principia motus, qui terminatur ad rẽ factam. Sed cauſa formalis, quę eſt cauſa, quaſi ratio rei, ſimul incipit eſſe cum re, cuius eſt forma. Tũc enim incipit eſſe ſanitas, quãdo homo ſanatur, & tũc incipit eſſe figura ſphæræ æneæ, quãdo fit ſphæra ænea. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ formæ non ſunt ſeparatę a ſubſtantiis compoſitis, quia ſi eſſent ſeparatæ, oporteret ꝙ eſſent ſempiternæ, cum non ſint talium per ſe, neque generatio neque corruptio, vt oſtenſum eſt. & ſic præeſſent ſubſtantiis his, quarum ſunt formæ. Sed quãuis formæ non pręſtant ſubſtantiis compoſitis, perſcrutandum tñ eſt, ſi aliqua forma remaneat poſteriꝰ, corrupta ſubſtantia cõpoſita. In quibuſdã. n. formis nihil prohibet ꝙ remaneant poſt ſubſtantiã compoſitã. Puta, ſi dicamus animam eſſe talem, nõ tamẽ omnem aiam, ſed ſolus intellectus. Forſitan. n. impoſſibile

f Mouentes quidem igitur cauſæ, velut prius factæ exiſtẽtes, quæ autẽ vt ratio, ſimul. Quando.n. ſanatur homo, tunc etiam ſanitas eſt, & figura æreæ ſphæræ ſimul & ærea ſphæra. Si autẽ poſterius aliquid manet, perſcrutandum eſt. In quibuſdam.n. nihil prohibet. vt ſi ẽ anima talis, nõ oĩs, ſed intellectus. omnem B nanque impoſſibile forſan.

Tex. co.18. part.7. g Palam itaq; ꝙ nõ oportet pp hoc eſſe ideas, Hõ.n hoĩem generat, q ſingularis aliquẽ. Similiter autem & in artibus. Medicinalis.n. ars ratio ſanitatis eſt.

LECTIO IIII.

a Cauſæ autem & principia alia aliorum ſunt, vt eſt: aut vt non. ſi quis dicat vniuerſaliter & ſecundum proportio- C nem eadem omnium.

b Dubitabit autem vtique aliquis, vtrum altera, aut eadẽ ſunt principia, & elementa ſubſtantiarum, & eorum, quæ ſunt ad aliquid, & cuiuslibet cathegoriarum ſimiliter.

c Sed inconueniens, ſi eadem oĩum. ex eiſdem.n. erũt quæ ad aliquid & ſubſtãtia. Qũo igitur hoc erit? nam extra ſubſtãtiam, & alia prædicamenta, nihil eſt D. cõmune: prius autẽ eſt elemen

eſt omnem animam eſſe talem, vt remaneat corrupto corpore, quia aliæ partes animæ non habent operationem ſine organis corporeis. intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem, Forſan, quia non erat præſentis intentionis hoc demonſtrare, ſed hoc pertinet ad ſcientiam de anima. Et ſicut aliæ partes animæ ab intellectu non remanent poſt ſubſtantiam compoſitam, ita etiam nec aliæ formæ rerum corruptibilium. Conſiderandum autem hanc ſententiam qu. 75.6. 1.par.q.76.1 qu. 90.4. eſſe Ariſtotel. de anima intellectiua, quòd non fuerit ante corpus, ut Plato poſuit, neque etiam deſtruitur deſtructo corpore, vt antiqui naturales poſuerunt, non diſtinguentes inter intellectum & ſenſum. Non enim excipit animam intellectiuam a generalitate aliarum formarum, quantum ad hoc, quòd formæ non præexiſtunt ſubſtantiis compoſitis, ſed ſolum quãtum ad hoc, quòd non remanent poſt ſubſtantias compoſitas. Ex quo etiam patet, quòd non poteſt hoc deprauari, ſicut quidam deprauare conantur, dicentes intellectum poſſibilem tãtum, vel agentem tantummodo eſſe incorruptibilem. Tum, quia ponunt intellectum, quem dicunt eſſe incorruptibilem, ſiue ſit intellectus poſſibilis, ſiue agens, eſſe quandam ſubſtantiam ſeparatam, & ſic non eſt forma. Tum etiam, quia ſi ſit forma, ſicut remanet corrupto corpore, ita etiam pręexiſtit corpori. Et quantum ad hoc non eſſet differentia inter ponentes intellectum ſeparatum eſſe formam hominis, & ponentes ſpecies ſeparatas eſſe formas rerum ſenſibilium. Quod Ariſt. hic excludere intendit.

g ¶ Secundo excludit rationem, propter quam ponebãt ideas ſeparatas. Ad hoc enim dicebant Platonici eſſe neceſſarium ponere ideas, vt ſubſtantiæ particulares ſenſibiles ad earum ſimilitudines formarentur. ſed hoc non eſt neceſſariũ, quia in iſtis inferioribus inuenitur cauſa ſufficiens formationis omnium eorum, quæ fiunt. Nam agens naturale agit ſibi ſimile. Homo

A enim generat hominem, non quidem vniuerſalis ſingularem, ſed ſingularis ſingularem. Vnde non eſt neceſſarium ponere hominem uniuerſalem eſſe ſeparatum, a quo hic homo ſingularis formam ſpeciei accipiat, vel participet. Et ſimiliter manifeſtum eſt in his, quæ fiunt ſecundum artem, quia ars medicinalis eſt quædam ratio ſanitatis & ſimilitudo in anima, ut etiam ſupra oſtenſum eſt.

Cauſę itaque mouentes, tanquam antea ortę, exiſtunt. quę vero ut ratio, ſimul ſunt, cum enim ſanus ſit homo, tunc etiam ſanitas eſt. & forma ęnea ſphęrę ſimul atque ænea ſphęra. Si autem aliquid poſterius permanet conſiderandum eſt. in quibuſdã enim nihil prohibet. veluti ſi anima tale ſit non omnis, ſed intellectus omnem nã- B *que fortaſſis impoſſibile eſt.*

Manifeſtum itaque eſt, ꝙ propter hęc non oportet ideas eſſe. homo nanque hominem generat, ſingularis aliquem. Similiter etiam in artibus. Medendi enim ars ratio ſanitatis eſt.

LECTIO IIII.

Cauſę vero, atque principia quodam quidem modo alia aliorũ ſunt. quodam vero modo non, ſi quis v- C *niuerſaliter dicat. & ſecundum proportionem omnium eędem.*

Dubitare nanque quiſpiam poſset, vtrum alia, an eadem principia et elementa ſubſtantiarum ſint, & eorum quę ad aliquid ſunt. & eodem modo in quolibet prędicamento.

At abſurdum eſt, ſi omnium eadẽ ſunt. ex eiſdem enim erit ad aliquid et ſubſtãtia. Quid igitur hoc erit? præter D. *enim ſubſtantiam, & alia, quę prædicantur, nihil cõmune eſt. prius autem*

LECTIO IIII.

Poſtquam philoſop. determinauit de principijs ſubſtantiæ ſenſibilis, nũc intendit inquirere, vtrum ſint eadem principia ſubſtantiarum, & aliorum generum, aut alia, & alia. Manifeſtum enim eſt, quod ſi ſunt eadem, aſſignatis principijs ſubſtantiæ, aſſignata ſunt principia omnium aliorum generũ. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit ueritatẽ. Secundo, ſubiungit inquiſitionem de ueritate propoſita. ibi. [Dubitabit autem quis.] Tertio, recapitulando recolligit ueritatẽ, ibi. [Quare &c.] Dicit ergo primo. ꝙ quodammodo ſunt alia aliorum & prĩcipia, & cauſæ, & quodammodo ſũt eadem omniũ ſm uniuerſalitatẽ, & ſm proportionem. Deinde cum dicit.

b ¶ Inquirendo diſcutit ueritatem præmiſſam, & circa hoc tria facit.

Primo, mouet dubitationem. Secundo, obijcit ad quæſtionem, ibi. [Sed ſi eadem inconueniens.] Tertio, determinat ueritatem, ibi. [Aut ut dicimus.] Dicit ergo primo, quod dubitatio eſt, utrum ſubſtantiarum, & eorum quæ ſunt ad aliquid, & ſimiliter aliorum prędicamentorum, ſint eadem principia, aut alia, & alia. & ponit ſpecialiter de ad aliquid, quia ea, quæ ſunt ad aliquid, remotiora uidentur eſſe a ſubſtantia quã alia genera ex eo quod ſunt debilioris eſſe. Vnde & ſubſtantię inhærent mediantibus alijs generibus ſicut ęquale & inæquale, duplum & dimidium, mediante quantitate. Mouens autem E & motum, pater & filius, dominus & ſeruus, mediante actione & paſſione. Et hoc ideo, quia ſubſtantia eſt per ſe exiſtens, quantitas autem & qualitas ſunt entia in alio. ſed relatiua nõ ſolum ſunt in alio, ſed ad aliud.

Deinde cum dicit.

c ¶ Obijcit ad propoſitam quæſtionem. & ponit duas rationes ad oſtendendum quod non ſunt eadem principia ſubſtãtiæ, & aliorum generum. Quarum prima talis eſt. Si eadem ſint principia ſubſtantiæ & aliorum generum, aut oportet ꝙ illa principia eadem ſint præter ſubſtantiam, & alia genera, aut oportet quod ſint in genere ſubſtantiæ, uel in aliquo alio genere. Sed non poteſt dici, quod ſint extra ſubſtantiam & alia prędicamenta, quia oporteret quod eſſent priora tam ſubſtãtia quam alijs prędicamentis. Prius enim eſt principium his, quæ ſunt a principio. Cum ergo id quod eſt prius inueniatur eſſe communius, ſicut animal eſt prius homine, ſequitur, ſi aliquid eſt prius ſubſtantia & alijs generibus, quod aliquid ſit commune ſubſtantiæ & alijs generib. & præcipue ſecundum opinionem Platonicorũ, qui poſuerunt uniuerſalia eſſe principia, & unũ & ens quaſi communiſſima eſſe principia oĩum.

tum, quam quorum eſt elementum. at uero neque ſubſtantia elementum eſt eorum, quæ ad aliquid, neque horum aliquid ſubſtantiæ.

d Amplius quomodo cõtingit eſſe omnium elementa eadem? Nullum enim poſſibile eſſe elementorum cum ex elementis compoſito idem, ut ei quod eſt B A, B, aut A. Nec etiam intellectualium elementorum, ut unũ aut ens. Inſunt enim ea ſingulis compoſitorum. nihil igitur erit eorum nec ſubſtantia, nec ad aliquid, ſed neceſſariũ. Non ſunt igitur omnium eadem elementa.

e At, ut dicimus, eſt quidem ut eſt, eſt autem ut nõ. puta forſan ſenſibilium corporum, ut quidẽ ſpecies calidum, & alio modo frigidum priuatio: materia uero quod potentia hæc primum ſecundum ſe. Subſtantia uero, & hæc, & quæ ex his, quorum ſunt principia, hoc autem ſiquidem ex calido, & frigido fit unum, ut caro, aut os. alterum.n. neceſſe eſt ab illis eſſe quod factum eſt. Horum igitur eadem elementa & principia, aliorum vero alia. Omnium autem ita quidem dicere non eſt, ſed proportionaliter. Quemadmodum ſi quis dicat, q principia ſunt tria, ſpecies, & priuatio, & materia. Sed horum unumquodque alterum circa genus unũquodque eſt. Vt in colore album, nigrum, ſuperficies, tenebræ, lumẽ aer. Ex his autem dies & nox.

f Quoniam aũt non ſolum quę inſunt cauſæ, ſed & eorum, quæ extra, utputa mouens, palam quia alterũ principiũ, & elementũ. Cauſæ uero ambo & in hæc diuiditur principium. Qđ uero aut mouens, aut ſiſtens, princi-

elementum eſt, quam ea, quorum eſt elementum. At uero nec ſubſtantia eorum, quæ ad aliquid ſunt, elementum eſt, nec aliquid horum ſubſtantiæ.

Item, quomodo continget omnium eadem eſſe elementa? nullum enim elementorum idem poteſt eſſe ei, quod ex elementis componitur. ueluti ipſi G *B A, ipſum B, aut ipſum A. Neque ſane ullum intelligibilium, ut unum vel ens, elementum eſt. hæc enim unicuique compoſitorum inſunt. nullum igitur eorum neque ſubſtantia, nec ad aliquid erit. at neceſſarium eſt. Non ſunt ergo omnium eadem elementa.*

An (ut diximus) quodammodo quidem ſunt, quodam modo uero nõ? ueluti fortaſſis corporum ſenſibilium calidum. tanquam forma, & alio modo frigidum, ut priuatio. materia ue- H *ro, quod primo per ſe potentia hæc erat. ſubſtantię vero, tum hęc, tum ea ex his, quorum hæc principia ſunt: aut ſi quid ex frigido, & calido fit unum, ut caro, aut os, neceſſe profecto eſt aliud ab his eſſe illud, quod factum eſt. horum itaque eadem elementa, atque principia ſunt, alia vero aliorum. Omnium uero ita quidem dicere non eſt, ſed analogice. quemadmodum ſi quis dicat, quod principia ſunt tria, forma, priuatio, & materia. uerum unũquodque horum circa unumquodque genus aliud eſt, ut in coloribus album, nigrũ* I *ſuperficies, lumen, tenebræ, aer; ex his uero dies, & nox.*

Cum uero illa non ſolum, quę inſunt, cauſæ ſint, uerum etiam ex his, quę extrinſeca ſunt, illud quod mouet patet quod aliud eſt principium, aliud elementum. ambo uero cauſæ ſunt, et principium in hęc diuiditur, quod autem ut mouens, vel ſiſtens eſt, princi-

Neque etiam poteſt dici, q principia communiſſima omnium generum ſint in genere ſubſtantiæ, aut in genere ad aliquid, uel in aliquo alio genere. Cum.n. principia ſint homogenea his, quę ſunt ab eis, non uidetur poſſibile q ſubſtantia ſit principium eorum, quæ ſunt ad aliquid, aut econuerſo. Non igitur eadem ſunt principia ſubſtãtię & aliorum generũ. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Quę talis eſt. Nullum elemẽtum eſt idem cum eo, qđ ex elementis eſt cõpoſitum, quia nihil eſt cauſa, aut elemẽtum ſuipſius. Sicut huius ſyllabæ BA, elementum eſt naliter. B, aut A. Et qa videbatur hoc habere inſtantiã in principiis a Platone poſitis, quæ ſunt unum & ens, eo q vnumquodque principiatorum eſt unum & ens, ideo cõſequẽter hoc excludit, dicẽs, q neque etiam intellectualium elementorum, quæ ſunt vnum & ens, poſſibile eſt aliquid eſſe idem cum his, quæ ſunt ex elementis. Vocat aũt ea intellectualia, quia uniuerſalia intellectu percipiuntur & qa Plato ea ponebat ſeparata a ſenſibilibus. Et q huiuſmodi elementa ſint alia ab eis, quorũ ſunt elementa, probat, quia [huiuſmodi elementa] idest unum & ens inſunt ſingulis cõpoſitorum ex eis, nullum autem compoſitorũ ex eis ineſt aliis. Vnde patet q & iſta elementa differunt ab his, quæ ſunt compoſita ex eis. Si igitur uerum eſt quod elementa non ſunt idem cum his, quæ ſunt ex elementis, ſi eadẽ ſunt elementa ſubſtantiarum & aliorum generum, conſequitur q nihil eorum ſit in genere ſubſtantiæ, neque in aliis generibus. Sed hoc eſt impoſſibile: quia neceſſe eſt omne, quod eſt, eſſe in aliquo genere. non igitur poſſibile eſt q ſint eadẽ principia omnium. Deinde cum dicit.

part.4.

Tex. cõ. 22.

part.5.

Tex. cõ. 23. part.6.

e ¶ Soluit propoſitam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quod eadem ſunt principia omnium proportionaliter. Secundo, q eadem ſunt vniuerſaliter, ibi. [Adhuc autem videre &c.] Hęc enim duo ſupra poſuerat dicens, q principia ſunt eadem omnium uniuerſaliter, & ſecundum proportionem. Prima pars diuiditur in duas partes ſecundum q duos modos aſſignat, quibus proportionaliter ſunt eadem principia omnium. Secunda incipit, ibi. [Amplius autem alio modo.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo proportionaliter ſunt eadem. Secundo quomodo & ſimpliciter ſint eadẽ principia omniũ prima, ibi. [Amplius aũt pręter hæc.] Circa primũ duo facit. Primo oſtendit q proportionaliter ſunt eadẽ principia oĩum quantũ ad cauſas intrinſecas, ſecũdo quãtũ ad cauſas intrinſecas & extrinſecas ſimul, ibi. [Qm aũt non ſolũ.]

Inf. par. 12.

Inf. par. 11.

Inf. part. 8.

F Dicit ergo primo, q quodammodo eſt verum dicere oĩum eadẽ principia, & quodammodo non. Et hoc oñdit dicens: Sicut ſi ponamus q ſenſibilium corporum ſit principium, tanquam ſpecies & forma calidum, & tanquam priuatio frigidũ, & materia ſenſibilium corporum ſit id, quod eſt ſecundum ſe in potentia ad hæc duo. Nam materia ſm ſe ſumpta eſt principiũ ſuſceptiuum formæ & priuationis. Dicit autem, forſan, qa calidum nõ eſt forma ſubſtantialis corporum ſenſibilium. neque frigidũ eſt priuatio, ſed ambo ſunt qualitates. Vtitur tñ eis tanquam forma & priuatione in genere ſubæ ad maiorem manifeſtationẽ. Vñ ſubiungit, q & huiuſmodi principia ſunt ſubſtantiæ, non ſicut ſpecies in genere, ſed ſicut pricipia. Et iterum illa, quæ ſunt ex his, quorum hæc ſunt principia.ſ. ignis & aqua, ac ſi intelligamus, q ignis componatur ex calido, ſicut forma & propria materia, & aqua ex frigido ſicut ex priuatione & materia. Aut & ſi aliquid vnum ſit ex calido & frigido commixtis, eorum ſunt prædicta principia, ſ. calidum & frigidũ & materia eorum, quia neceſſe eſt id, quod ſit ex calido & frigido, eſſe aliquid diuerſum ab illis. ſ. calido & frigido, & a primis corporibus, quorũ imaginamur hæc eſſe formas. Sic igitur horum. ſ. ſimplicium corporum, & compoſitorum ex eis, ſunt eadem principia & elementa. Sed aliorum ſunt alia proxima principia. Non autem omnium ſunt eadem niſi proportionaliter. Sicut ſi aliqs dicat q ſicut p̃dicta tria. ſ. calidũ & frigidũ & ſubiectum eorũ ſe hñt in generatione corporum ſimplicium, K aut forma & priuatio & materia, ita in quolibet alio genere illa tria ſunt, quæ ſe habent ut forma, priuatio, & materia. Sed iſta diuerſa ſunt in diuerſis generibus. Sicut in genere colorum, album eſt ſicut ſpecies, nigrum ſicut priuatio, & ſuperficies ſicut materia & ſubiectum. Et in genere diſtinctionis temporũ, lumen eſt ſicut ſpecies, tenebrę ſicut priuatio, aer ſicut materia & ſubiectum. Ex quibus tribus principiis conſtituuntur dies & nox. Deinde cum dicit.

Inf. part. 9.

f ¶ Oſtendit idem in cauſis intrinſecis, & extrinſecis, & circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit, quòd computando tã cauſas intrinſecas q̃ extrinſecas, ſunt quatuor proportionaliter oĩum. Secundo quo reducuntur ad tres, ibi. [Quoniã uero mouens.] Dicit ergo primo, q quia non ſolum ſunt cauſæ ea, quæ dicta ſunt intrinſeca rei, ſed etiam ea, quæ ſunt extra rẽ, ſicut mouens, manifeſtum eſt quod principium & elementum differunt. nam principium proprie dicitur quod eſt extra, ſicut mouens. nam ab eo eſt principium motus. Elementum autem

proprie

propriè dicitur cauſa intrinſeca, ex qua conſtituitur res. ſed ambo dicũtur cauſæ, ſ. tam principia extrinſeca quam intrinſeca. Et principium quodammodo diuiditur in ea, ſ. intrinſecas cauſas & extrinſecas. Sunt enim quædam principia intrinſeca, ut in quinto oſtenſum eſt. Sicut fundamentum eſt principium do-

Lect. 5.

mus ſecundum materiam, & animal hominis ſecundum formã. Sed id, quod eſt mouens, aut ſiſtens, ideſt quieſcere faciens, eſt principium quoddã, ſed non eſt elementum: quia elementum eſt ex quo fit aliquid, & eſt in eo, vt habitũ eſt in Quinto. Sic igitur manifeſtum eſt quòd ſecundum analogiam, ideſt proportionem, tria ſũt elementa omnium, ideſt materia, forma, & priuatio. Dicuntur enim priuationes eſſe elementum, non per ſe, ſed per accidens, quia ſ. materia cui accidit, eſt elementum. Materia enim ſub una forma exiſtẽs, habet in ſe priuationem alterius formæ. Sed cauſæ, & principia ſunt quatuor, ut addamus tribus elemẽtis cauſam mouentem. Non facit autem mentionem de cauſa finali, quia finis nõ eſt principiũ niſi ſecũdum quod eſt in intẽtione mouentis. Sic igitur cauſæ, & principia omnium ſecundum analogiam, ſunt quatuor, ſcilicet materia & forma: & priuatio, & principium mouens. Non tamẽ hæc ſunt eadem in omnibus, ſed alia in aliis. Sicut enim ſupra dictum eſt, quod ſpecies & materia & priuatio ſũt alia in aliis, ita etiã prima cauſarũ, quæ eſt quaſi mouens, eſt alia in aliis. & hoc manifeſtat per exemplum. Sicut in ſanatis, ſanitas eſt ſicut forma, infirmitas ſicut priuatio, corpus ſicut materia, ſicut mouens autem ars medicinalis. In ædificatiuis autem eſt ſpecies domus, ſicut forma; [inordinatio talis] ideſt oppoſita ordini, quem requirit domus, eſt priuatio, lateres autem ſicut materia, mouens autem eſt ars ædificatoria. & ſic in iſta quatuor diuiditur principium. Deinde cum dicit.

Tex. com. 5. Tex. cõ. 24. par. 7. — par. 8. — par. 9. — par. 10. — Tex. cõ. 26. par. 11.

g ¶ Reducit prædicta quatuor ad tria, eo quòd mouens & forma reducuntur in idem ſpecie tam in artificialibus, quàm in naturalibus. Dicit ergo, quòd quia mouens in naturalibus eſt homo, inquantum habet formam, & in his, quæ fiunt a mẽte ſiue intellectu, mouẽs eſt ſpecies concepta ab intellectu, aut etiã contrarium ſpeciei, per cuius remotionem ſpecies inducit, manifeſtum eſt, quòd quodammodo tres erunt cauſæ inquantum mouens & forma ſunt idem ſpecie. Quodam uero modo erũt quatuor, inquantum ſcilicet, differunt numero. Sanitas enim aliqualiter eſt ipſa ars medicinalis. Et forma domus quodammodo eſt ipſa ars ædificatoria. inquãtum ſcilicet ipſa ars eſt ſimilitudo quædam, & ratio formæ, quæ eſt in materia. Et ſimi-

pium eſt quoddam. Quare elementa ſecundũ analogiam tria: cauſæ autem, & principia quatuor. aliud uero in alio, & prima cauſa. Quare mouẽs aliud, alij ſanitas, infirmitas, corpus, mouens medicatiua: ſpecies inordinatio talis, lateres, mouens ædificatoria. & in ea diuiditur principium.

B

g Quoniam autem mouens in Phyſicis quidem homo, in his autem, quæ a mente, ſpecies, aut contrarium, modo quodã tres vtique erunt cauſæ, ſic autem quatuor. Nam ſanitas aliqualiter medicinalis, & domus ſpecies ædificatoria, & homo hominem generat.

h Amplius autem præter hæc, vt primum omnium mouens omnia.

C

i Quoniam autem ſunt hæc quidem ſeparabilia; illa autem inſeparabilia; Subſtantiæ illæ. Et propter hoc omniũ cauſæ hæc, quia ſine ſubſtantijs non ſunt paſſiones & motus.

x Deinde erunt hęc omnia anima forſan & corpus; aut intellectus & appetitus & corpus.

l Amplius aũt alio modo proportionaliter principia ea oẽ, ut actus & potẽtia. ſed & hæc alia, quia aliis & aliter. In quibuſdã quidẽ.n. idẽ qñq; eſt actu, qñq; potẽtia. vt vinum, aut caro, aut homo. Cadunt aũt & hęc in dictas cauſas. Actus quidẽ.n. ſpẽs, ſi, ſit ſeparabilis, & quod ex ambobus. Priuatio uero, ut tenebræ, aut laborans. Potentia autẽ materia. hoc.n. eſt quod poteſt fieri ambo. Aliter autem actu & poteſtate differunt, quorum nõ

D

mouens, uel ſiſtens eſt, principiũ quoddam, & ſubſtantia eſt. Quare elemẽta quidem analogice tria: cauſę uero, atque principia quatuor. aliud uero in alio; & prima cauſa, ut mouens, in alio alia, ſanitas, morbus, corpus; mouens, ars Medendi, forma, inordinatio talis, lateres; mouens Aedificatiua & nimirum in hęc diuiditur principium.

Cum autem mouens, in naturalib. quidem homo, in his uero, quæ a mente fiunt, ipſa forma, vel cõtrarium ſit, modo quodam tres profecto cauſę erunt, alio uero modo quatuor. ſanitas nanque quodammodo eſt ars Medendi, & Aedificatiua forma domus, & homo hominem generat.

Pręter hæc item cuncta mouens, tanquam omnium primum.

Cum autem quędam ſeparabilia, quędam inſeparabilia ſint, illa ſunt ſubſtantię, propter quod hæc omnium cauſę ſunt; ſiquidem abſq; ſubſtantijs paſſiones & motus non ſunt.

Deinde hęc erunt, anima fortaſſis, & corpus, aut intellectus, appetitus, & corpus.

Item alio modo analogice principia ſunt eadem, ut actus, & potentia. uerum hæc etiam in alijs alia, & alio modo ſunt. In quibuſdam enim idem quandoque actu, quandoque potentia eſt, ut uinum, aut caro, aut homo. Cadunt autem hęc in prædictas cauſas, actus nanque eſt forma, ſi ſeparabilis ſit, & quod ex ambobus priuatio etiã, ut tenebrę, aut ęgrotans. potentia autem materia. hoc nanque eſt, quod ambo fieri poteſt.

A

liter in rebus, quæ generantur, in generante inuenitur ſimilitudo formæ generatæ. Homo enim generat hominem. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quod licet prima principia non ſint eadem in omnibus ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum proportionem, prima tamen principia ſunt ſimpliciter eadem omnium. Et hoc oſtendit quantũ ad tria. Primo quidem quãtũ ad hoc, quòd inter cauſas quatuor aſſignatas, mouẽs eſt cauſa prima, quia mouens eſt quod facit eſſe formã uel priuationem in materia. In genere autem mouentiũ, eſt deuenire ad aliquod unum mouens, ut oſtenſum eſt in libro Octauo Phyſicorũ. Id igitur primũ mouens unum & idem, eſt primum principium omnium. Secundo ibi.

Te. com. 35. 1 oct. 7. Te. com. 25.

i ¶ Oſtendit idem ſecundum aliud. Entium enim quædam ſunt ſeparabilia, ſcilicet ſubſtantiæ: alia ſunt inſeparabilia. ſ. accidentia, quia paſſiones & motus & huiuſmodi accidentia non poſſunt eſſe ſine ſubſtantiis. Vnde manifeſtum eſt, quod principia prima in genere ſubſtãtiæ ſunt etiam cauſæ omnium aliorũ generum, non ſolũ quantum ad primã cauſam mouentem, ſed etiam quantum ad cauſas intrinſecas. Nam materia & forma ſubſtantiæ, ſunt cauſæ accidentium. Tertio ibi.

K ¶ Oſtendit ulterius, quod etiam in genere ſubſtantiæ eſt deuenire in aliqua prima. Nã prima principia in genere ſubſtantiarum ſunt ſubſtantiæ uiuentes animatę, ſecundum opi. Ariſt. ponẽns cęleſtia corpora animata. Et ſic

E

Prima principia in genere ſubſtantiæ, ut materia & forma, erũt anima & corpus, uel etiam corpus & intellectus, uel deſideriũ. Nam anima corporis cæleſtis, ſi ſit animatum, non habet alias partes animę niſi intellectum & appetitum. Aliæ enim partes ordinantur ad cõſeruationem corporum generabilium & corruptibilium. Intellectus etiam & deſiderium habet rationem cauſę mouentis. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit alium modum, ſecundum quem ſunt eadẽ principia omnium proportionaliter, & dicit, quòd alio mõ ſunt eadẽ principia omnium proportionaliter, ita quod dicamus quod actus & potentia ſunt principia omnium. Sed in hoc eſt differentia quantum ad duo. Vno quidem modo, quia alia potentia, & alius actus ſunt principia in diuerſis rebus. Alio modo, quia aliter inuenitur potentia & actus in quibuſdam, & aliter in aliis, & hoc ſecundum primo manifeſtat dicens, quod in quibuſdam idem quandoque eſt in actu, & quandoque in potentia, ut patet in oĩbus generabilibus & corruptibilibus & mobilib. & contingentibus. ſicut uinum & caro, & homo quãdoq; ſunt in actu, quandoque ẽt in potentia. Quædam uero ſemper ſunt in actu,

c ¶ Oſtendit non per ſe eſſe motum in genere ad aliquid, ſed ſolum per accidens. Sicuti enim aliquid mouetur per accidens, quando non fit motus in eo, niſi quodam altero moto, ita & in aliquo dicitur eſſe motus per accidens, quando non fit motus in eo, niſi quodam altero moto. Hoc autem inuenimus in genere ad aliquid, quod niſi aliquid alterum permutetur, non uerum eſt dicere quod in eo fiat permutatio. Sicut non fit de æquali inæquale, non facta permutatione ſecundum quantitatem. Et ſimiliter non fit de diſſimili ſimile, niſi facta permutatione ſecundum qualitatem. Videmus etiam, quod unum relatiuorum dicitur permutari, facta permutatione circa alterum, ſicut alterum per ſe manens, de ſiniſtro fit dextrum, altero ſecundum locum permutato. Relinquitur igitur, quod in ad aliquid non eſt motus, niſi per accidens. Deinde cum dicit.

d ¶ Oſtendit, quòd neque in agere & pati ſit motus, & hoc quatuor rationibus, quarum prima talis eſt. Agere & pati ſunt motus, & ſignificant motum: ſi igitur in agere & pati eſſet motus, ſequeretur quod motus ſit alicuius motus, & generatio generationis, & permutatio permutationis. Sed hoc eſt impoſſibile, ergo & hoc quod in agere & pati, ſit motus. Quod autem impoſſibile ſit motum eſſe motus, ſic oſtendit. Motum enim eſſe motus, contingit dupliciter, aut ut eius quod mouetur, aut ut termini. Eius quidem, quod mouetur, ſicut dicimus motum eſſe hominis: quia homo mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Vnde & ſimiliter motus mouebitur, & aut calefiet, aut infrigidabitur, aut mutabitur ſecundum locum, aut augebitur. hoc autem eſt impoſſibile, quia motus non poteſt eſſe ſubiectum caloris, aut frigoris, aut alicuius huiuſmodi. Relinquitur igitur, quod non contingat motum eſſe motus, ſicut ſubiecti. Sed neque etiam ſicut termini, ita ſcilicet, quod aliquod ſubiectum alterum permutetur de una ſpecie permutationis in aliam, ſicut homo permutatur de languore in ſanitatem, hoc enim eſt impoſſibile niſi per accidens. Vnde conſequenter oſtendit, quod eſt impoſſibile per ſe, quia omnis motus eſt permutatio de uno in aliud. Et ſimiliter generatio & corruptio eſt mutatio de uno in aliud, licet termini permutationis non ſic opponantur in generatione & corruptione, ſicut in motu, ut ſupra dictum eſt. Si igitur ſit aliqua permutatio de una permutatione in aliam, puta de ſanatione in quandam aliam permutationem, ſequetur, quod ſimul, dum aliquid permutatur de ſanitate in ægritudinem, permutetur de illa permutatione in aliam permutationem, quia adhuc uno extremorum permutationis exiſtente, fit tranſmutatio de illo extremo in aliud. Et ſic ſi duæ tranſmutationes ſunt extrema vnius permutationis, ſequetur, quod durante prima tranſmutatione,

c Neque ad aliquid. Eſt.n. altero nihil permutato, uerificari alterũ nihil permutatum. quare ſecundum accidens motus ipſorum.

d Neque facientis & patientis, ut mouentis & moti: quia non eſt motus motus, neque generationis generatio. Dupliciter enim contingit motus eſſe motum: aut ut ſubiecti, uelut homo mouetur, quia ex albo in nigrum permutatur. Quare ſic & motus, aut calefit, aut infrigidatur, aut locũ permutat, aut augetur. hoc autẽ impoſſibile. non.n. ſubiectorum aliquid permutatio. Aut eo q̃d alterum aliquod ſubiectum ex permutatione permutatur in aliam ſpeciem uelut homo ex languore in ſanitatem. Sed nec hoc poſſibile, niſi ſecundum accidẽs (Omnis enim motus ex alio in aliud eſt permutatio, & generatio & corruptio eodẽ modo: uoruntamen quæ quidem ex oppoſitis, ſic, aut non ſic, non motus) ſimul igitur permutatur ex ſanitate in ęgritudinẽ, & ex hac ipſa permutatione in aliam. Palã autem, quia ſi languerit, permutatus erit in qualiacunque, cõtingit enim quieſcere. Et adhuc in non contingentem ſemper, & illa ex aliquo in aliquid aliud erit. quare oppoſita erit ſanatio, ſed per accidens, uelut ex reminiſcentia in obliuionem permutatur, quia cui exiſtit, permutatur quãdoque quidem in ſcientiam, quandoque autem in ſanitatem.

e Et adhuc in infinitum ibit, ſi erit permutationis permutatio, & generationis generatio.

F

Nec eius quod ad aliquid. etenim altero mutato, verificatur alterũ nullatenus mutatum. quare ſecundum accidens horum motus erit.

G *Nec præterea agentis, aut patientis, neque omnino moti ac mouentis; cum non ſit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Biſariam enim contingit motionis motum eſſe. nam aut tanquam ſubiecti, vt homo mouetur; quia ex albo in nigrum mouetur; quare ſic etiam motus, aut caleſit, aut frigeſit, aut loco transfertur, aut creſcit. id vero impoſſibile eſt, cum motus non ſit aliquod ſubiectum; Aut eo quòd aliud quoddam ſubiectum ex mutatione in aliam ſpeciem mutetur: vt homo ex morbo in ſanitatem. At nec hoc poſſi-*

H *bile, præterquam per accidens (omnis namque motus in aliud ex alio mutatio eſt, & generatio item ac corruptio eodem modo. veruntamen quæ ex oppoſitis ſic, aut ſic, non ſunt motus) alioqui ſimul ex ſanitate in morbum mutatur, atque ex eu ipſa mutatione in aliam. conſtat itaque, quòd cũ ægrotauerit, in quamuis mutatus erit. continget enim quieſcere. ac præterea nõ*

I *ſemper in quamcunque, & illa quoque ex aliquo in aliud quiddam erit. quare oppoſita erit conualeſcentia, verum ex accidenti, vt ex reminiſcentia in obliuionem mutatur, quia id, cui ineſt, quandoque in ſcientiam, quandoque in ſanitatem mutatur.*

In infinitum præterea procedet, ſi mutationis mutatio, & generationis generatio fuerit. Neceſſe igitur, &

fiat tranſmutatio in aliam. Et ſic ſimul, dum aliquod mouetur de ſanitate in ægritudinem, tranſmutabitur de ſanatione in aliam tranſmutationem: ſed hoc non uidetur niſi inquantum vna mutatio ſuccedit alteri. Contingit autem, quod ad hanc mutationem, qua aliquid mouetur de ſanitate in ęgritudinem, ſuccedat quæuis alia mutatio: puta dealbatio, vel denigratio, mutatio ſecundum locũ, uel quæcunque alia. Vnde manifeſtum eſt, q̃ ſi aliquis langueat per hoc quod mouetur de ſanitate in ægritudinem, quod ex hac mutatione permutari poterit in quãcunque aliam mutationem. Neque eſt mirum, quia poterit ex hac mutatione mutari, vt in quiete. contingit enim poſt hãc mutationem aliquem quieſcere. Sed cum omnis mutatio ſit in non contingens, id eſt in oppoſitũ, quod non contingit ſimul verum eſſe cum ſuo oppoſito, ſequitur q̃ ſi permutatio fit de mutatione in mutationem, quòd ſemper fit in oppoſitam mutationem, quam appellat non contingentem. Et illa tranſmutatio, in quam fit tranſitus, oportet q̃ ſit de aliquo in aliquid, Quare non fiet tranſitus de permutatione languoris, niſi in oppoſitam mutationem, quæ dicitur ſanatio. & ſic uidetur duo contraria ſequi, ſcilicet, quòd oppoſita p̃mutatio fiat de vna permutatione in quamcunque aliam, & quòd non niſi in oppoſitam. Ex quo ſequitur vlterius quod ſimul dum mutatur aliquid ad vnũ oppoſitorum, mutetur in mutationem tam quam ad aliud oppoſitum, quod uidetur impoſſibile. Sequitur enim, q̃ ſimul intentio naturæ tendat in oppoſita. non igitur eſt poſſibile, quod per ſe mutetur aliquid de

K vna permutatione in aliam: ſed per accidens hoc contingit, ſicut aliquis permutatur ex reminiſcentia in obliuionem, quia ſubiectum permutatur quandoque ad vnum terminum, quandoque ad alium: non quod ſit intentio mouentis ad hoc, quod ſimul dum permutatur in unum, intendat tendere in aliud. Deinde cum dicit.

e ¶ Secundam rationem ponit, quæ talis eſt. Si permutatio ſit permutationis, ſicut terminus termini, vel generatio generationis, neceſſe erit, quod ad permutationem non perueniatur, niſi per aliam permutationem, ſicut ad qualitatem non peruenitur, niſi p̃ alterationem præcedentem: & ſic ad illam mutationem præcedentem non peruenitur, niſi per aliquam priorem mutationem, & ita procedetur in infinitum: quod eſſe non poteſt, quia ſi ponantur infinitæ permutationes hoc modo ordinatæ, quod vna inducat ad aliam, neceſſe eſt priorem eſſe, ſi poſterior ſit. Ponamus enim quod generationis ſimpliciter, quæ eſt generatio ſubſtantiæ, ſit quædam generatio: ſi ergo generatio ſimpliciter fiat quandoque, & iterum ipſum fieri generationis ſimpliciter aliquando fiebat, ſequetur q̃ nondum erat, quod fit ſim-

plicitet

pliciter, ſed erat generatio ſecundum aliquid ſecundū quod fit ipſa generatio generationis: ſi itaque & hæc generatio aliquando fiebat, cum non ſit abire in infinitum, & in infinitis non ſit accipere primum, non erit deuenire ad primum fieri: ſi autem prius non eſt, neque poſterius, vt ſupra dictum eſt, quare ſequetur, quòd [non ſit habitū] ideſt id quod conſequenter eſt. Et inde ſequitur, quod nihil poſsit fieri neque moueri neq; mutari, quod eſt impoſſibile. Nō igitur poſſibile eſt, quòd mutationis ſit mutatio. Deinde cum dicit.

f ¶ Tertiam rationē ponit, quæ talis eſt. Motus cōtrarij ſunt eiuſdem ſubiecti, etiā quies & motus, & etiam generatio & corruptio, quia oppoſita nata ſunt fieri circa idem. Si igitur aliqđ ſubiectum tranſmutetur de generatione in corruptionem, ſimul dum generatur, tranſmutabit ad corruptionem, quod eſt tranſmutari ad nō eſſe: nam corruptionis terminus eſt non eſſe. quod autem tranſmutatur ad non eſſe, corrumpitur. Sequitur igitur, quòd aliqd ſimul dū fit, corrumpatur. Sed hoc nō poteſt eſſe. Neq; enim dū aliquod fit corrumpitur, neque ſtatim poſtea corrūpitur. Cū enim corruptio ſit de eſſe in non eſſe, oportebit id quod corrumpitur eſſe. Et ſic oportet inter generationē, quę eſt mutatio ad eſſe, & corruptionē, quæ eſt mutatio ad nō eſſe, inuenire quietem mediam. & ſic nō eſt mutatio de generatione in corruptionem.

g ¶ Quartam rōnem ponit, quæ talis eſt. In omni quod generat, oportet duo inueniri, quorum vnū eſt materia eius, qđ fit, & aliud, ad quod terminatur generatio: ſi ergo generetur generatio, oportet quod generatio & motus habeant materiā talem, quale eſt alterabile corpus, aut anima, aut aliquid huiuſmodi: ſed huius materiam nō eſt aſſignare generationi & motui: ſimiliter etiā oportet in generatione eſſe aliquid, ad qđ terminatur mutatio: quia oportet aliquam partem ſcilicet materiam eius, quod generatur, eſſe motam ex hoc in hoc: & hoc in quod terminatur motus non contingit eſſe motum, ſed terminum motus. Non enim huiuſmodi permutationis, quæ eſt diſciplinatio, eſt aliqua

A alia diſciplinatio, quæ ad eam terminetur, quę ſit diſciplina diſciplinationis. Quare relinquitur, quòd non ſit generatio generationis. Deinde cum dicit.

h ¶ Concludit principale intentum, dicens quòd quia motus non poteſt eſſe neque in genere ſubſtantiæ, neque in ad aliquid, neque in agere & pati, relinquitur quod motus ſit ſecundum quale & quantum & ubi. In his enim generibus cōtingit eſſe contrarietatem, quæ eſt inter terminos motus, ut oſtenſum eſt. Sed, quia qualitas quandoque dicitur de forma ſubſtantiali, ſubiungitur quod cū motus dicitur eſſe in quali, non intelligitur ſignificare ſubſtantiam ſecundum quod differentia ſubſtantialis prædicatur in eo quod quale, ſed de quali ſecundum quod dicitur aliquid pati, uel impoſſibile eſſe. Nō enim eſt proprie alteratio, niſi ſecundum paſſibiles qualitates, ut in 7. Phyſicorum probatur. Deinde cum dicit. Tex. c6. 11.

i ¶ Oſtēdit quot modis dicitur immobile. & ponit tres modos quorum primus eſt, quod immobile dicitur id, quod omnino eſt impoſſibile moueri, ſicut Deus eſt immobilis. Secundus modus eſt, ſecundū quod dicitur immobile, id quod uix non poteſt moueri, ſicut ſaxum magnū. Tertius modus eſt, ſecundum quod dicitur immobile id, qđ natum eſt moueri, ſed tunc non poſſit moueri, quando natum eſt. & ubi natum eſt moueri, & ſicut natum eſt moueri. & hoc ſolum immobile dicitur proprie quieſcere, quia quies eſt contraria motui. Vnde oportet, quod quies ſit priuatio motus in ſuſceptiuo motus.

LECTIO XIII.

a NOtificat quę circunſtant motū, & præcipue motum localem. Et primo notificat ea. Secundo inducit quædam corollaria ex dictis ibi. [Quare palam.] Dicit ergo primo quòd ſimul ſecundum locum dicuntur quæcunque ſunt in [vno loco primo] ideſt proprio. Si enim aliqua ſunt in uno loco cōmuni, non propter hoc dicuntur eſſe ſimul. Sic enim omnia, quę continentur cęli ambitu, dicerentur eſſe ſimul. Seorſum autem dicuntur, quæcunque ſunt in alio, & in alio loco. Tangi autem

---

neceſſe igitur, & prior eſt, ſi poſterior. puta, ſi ſimplex gñatio fiebat aliqñ, & quod fit fiebat. quare nondū erat qđ fiebat ſimpliciter, ſed aliquid fiēs ſimpliciter aut factū. Si itaque & hoc fiebat aliqñ, quare nondū erat tūc genitum. Qm̄ aūt infinitorum nō eſt primū, non erit primū, quare neq; habitum. Neq; fieri igitur, neque moueri poſſibile eſt B neque permutari nullum.

f Adhuc eiuſdem motus cōtrarii, & quies, & generatio, & corruptio. Quare qđ fit, cū fiat fiēs, tūc corrumpetur, neq; .n. cōfeſtim factū, neq; poſteri⁹. eſſe .n. oportet quod corrumpitur.

g Adhuc oportet materiā ſubeſſe ei, quod fit & permutatur. Quæ igitur erit, quemadmodū C alterabile corpus, aut aīa, aut aliquid, ſic aliquid quod fit mot⁹, & generatio, & aliquid in quod mouetur. Oportet .n. eſſe aliqd eū, qui hui⁹ ex hoc ī hoc motū, nō motū. Qualiter igit̄? Neq; .n. erit diſciplina diſciplinationis. quare, neq; gñatio gñationis.

h Qm̄ autē neq; ſubſtātiæ, neq; eius, quod aliquid, neq; eius, qđ eſt facere, & pati, relinquitur, ſm̄ quale, & quātum, & vbi mo D tum eſſe. Horum enim vnicuiq; contrarietas eſt, dico autē quale non quod in ſubſtantia. etenī differentia quale, ſed quod paſſiuum, ſecundum quod dr̄ pati, aut impaſsibile eſſe.

i Immobile aūt quod totaliter impoſſibile moueri, & qđ vix in tp̄e multo tarde incipiens, & quod natum quidem eſt moueri, non potens autem quando natū eſt, & vt quod voco quie E ſcere immobilium ſolum: contrariū enim quies motui. quare priuatio vtique erit ſuſceptiui.

LECTIO XIII.

SImul autem ſecundum locum, quæcunque in vno loco primo. Et ſeorſum, quæcunque in alio, Tangi autem, quorum vltima ſunt

---

A priorem fore, ſi poſterior fuerit, ut ſi ſimplex aliquando fiebat generatio, illud quoq;, quod fiebat, ſimpliciter fiebat: quare nondum erat quod ſimpliciter fiebat, ſed quod fit aliquid, aut quod iam fiebat. ſi igitur hoc etiam aliquando fiebat, cur nondum erat, quod tunc fiebat? cum uero in infinitis non ſit aliquid primum, non erit primum: quam-B obrem neque conſequens erit, nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquā poſſibile eſt.

Eiuſdem prǽterea motus contrarius atque quies, generatioque & corruptio, quare quod fit, cum factum fuerit, quod fit tunc corrumpitur. nec enim ſtatim, cū fiat, nec poſt. nam eſſe opus eſt quod corrumpitur.

Item neceſſe materiam ſubeſſe ei, quod fit, & mutatur. quæ igitur erit ve-C lut alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio, aut aliquid item adhoc mouetur. nam opus eſt aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non eſt, eſſe motum. Quonam igitur modo? Non erit doctrina doctrinæ. quare, neque generatio generationis.

Cum vero neque ſubſtantia, nec ad aliquid, neque faciendi, ac patiendi, ſupereſt ſecundum quale, & quantum, D & ubi motum duntaxat eſſe, quando quidem in horum ſingulis contrarietas eſt. Quale autem dico, non quod in ſubſtantia (ſi quidem differentia quale eſt) uerum paſſiuum quale, quo dicitur res, aut pati, aut impaſsibilis eſſe.

Immobile autem eſt, & quod omnino impoſſibile eſt moueri, & quod in multo tempore uix mouetur, aut quod tarde incipit, & quod natum quidem eſt moueri, non poſſit autem, quando E natum eſt, & ubi, & quomodo: quod ſane inter immobilia ſolum uoco quieſcere. contraria enim quies motui. quare priuatio erit ſuſceptiui.

LECTIO XIII.

SIMVL ſecundum locum eſſe dicuntur quæ in uno loco primo ſunt. Et ſeparata, quæ in diuerſo. Tangi autem, quorum extrema ſunt ſimul. Medium, in quod

ARISTOTELIS METAPHYSICORVM. LIBER DVODECIMVS.

Cum Diui Thomæ præclariſsimis Commentarijs.

LECTIO PRIMA.

LECTIO I.

DE ſubſtantia quidem theoria eſt. Nam ſubſtantiarũ principia & cauſæ quæruntur.

b Quod ſi totum quoddã omne, ſubſtantia eſt prima pars. at ſi eo quod conſequenter, & ita primum ſubſtantia, deinde qualitas, aut quantitas.

c Similiter aũt nec entia nihil ẽ ſimpliciter dicere hæc, ſed qualitates & motus, aut non album & non rectum. dicimus enim eſſe & hoc, puta eſt non album.

d Amplius nihil aliorum ſeparabile.

e Teſtanẽ aũt & antiqui opere. Nam ſubſtantiæ quærebãt principia & elementa & cauſas. Qui quidem nunc, ſubſtantias uniuerſalia magis ponunt. Nam genera uniuerſalia, quæ dicunt principia & ſubſtãtias eſſe magis, pp logice ingrere. Qui uero antiquitus, particularia, ut ignẽ & terram. Sed non cõe corpus.

LECTIO I.

A *SPeculatio de ſubſtantia eſt; ſiquidem ſubſtantiarum principia, & cauſę quæruntur.*

B *Etenim, ſi ut totum aliquid uniuerſum eſt, ſubſtantia prima pars eſt. & ſi ex conſequenti, hoc quoque modo primum eſt ſubſtantia, deinde quale, poſtea quantum.*

At ſimul (ut ita dicam) nec entia ſunt iſta ſimpliciter. uerum qualitates, & motus, quemadmodum non album, & non rectum dicimus nanque hęc quoque eſſe, ueluti eſt non album.

Pręterea, cęterorum nullum ſeparabile eſt.

C *At hoc idem opere teſtantur Antiquiores. quippe qui principia, elementa, & cauſas ſubſtantiæ quęrebant. Recentiores uero uniuerſalia magis ponunt eſſe ſubſtantias. genera nanque uniuerſalia ſunt, quæ aſſerunt magis principia, atque ſubſtantias eſſe, propterea quod Logice quærunt. Antiquiores uero ſingularia, ut ignem & terrã, non autem corpus commune.*

D

POSTQVAM Philoſophus in præcedenti libro recollegerat, quæ ante dicta erant tam in hoc libro quam in lib. Phyſicorum de entibus imperfectis, in hoc lib. intendit recolligere, quæ dicta ſunt de ente ſimpliciter, ideſt de ſubſtantia, tam in 7. & in 8. huius, quàm etiam in 5. Phy. & addere id qđ deeſt ad complendam cõſiderationẽ de ſubſtantiis. & diuiditur in partes duas. In prima oſtendit, ꝙ ad iſtam ſcientiam ptinet conſiderare præcipue de ſubſtantia. In ſecunda de ſubſtantia determinat. ibi. [Subſtantiæ uero tres.] Circa primum duo facit. Primo, pponit quod intendit dicens, ꝙ in hac ſciẽtia [eſt theoria.] ideſt conſideratio principalis de ſubſtantia. nam cum iſta ſcientia, ut poteſt prima, & quę ſapiẽtia dr, principia prima entium inquirat, neceſſe eſt quod in hac ſcientia inquirantur principaliter principia & cauſæ ſubſtantiarum: nam iſta ſunt principia entium prima. Quomodo autem differant principiũ & cauſa, in Quinto habitum eſt.

part. 1. Te.com. 1. — part. 2. Te.com. 2. — part. 3. Te.com. 3. — part. 4. — part. 5. Te.com. 4.

b ¶ Probat propoſitum quatuor modis. Primo per hoc, quod ſubſtantia eſt prior aliis entibus. Vnde ſcientia prima de primo ente debet principaliter determinare. Quod autem ſubſtantia ſit prima inter omnia entia, manifeſtat per ſimile in rebus ſenſibilibus. in quib. inuenitur ordo inter aliqua dupliciter, uno modo, ſecundum quod partes alicuius totius habent ordinem adinuicem, ſicut in animali pars prima eſt cor, & in domo fundamentum.

Alio modo, ſecundum quod aliqua ſunt cõſequenter ſe habentia, ex quibus non fit unum uel continuitate uel contactu. ſicut in exercitu dicitur prima acies, & ſecunda acies. Sicut igitur in aliquo toto eſt aliqua prima pars, & ſicut iterum in his, quæ conſequenter ſe habent, eſt aliquod primum; ita ſubſtantia eſt primum inter omnia alia entia. Et hoc eſt quod dicit. [Quod ſi omne] .ſ. uniuerſitas entium ſit quoddam totum, ſubſtantia eſt prima pars, ſicut fundamentum in domo. Et ſi entia ſe hñt ſicut ea quæ ſunt conſequenter, ita ẽt ſubſtantia erit primum, & deinde quantitas & qualitas, & alia genera. Auerrois autem non attendens, hoc ſecundum ſimilitudinem dici, quia conſiderauit non poſſe cadere in al cuius mentem, quod omnia alia genera entiũ eſſent ſicut partes cuius totius continui, diuertit a plano ſenſu literæ in aliam expoſitionem, dicẽs per hæc duo Ariſt. intendiſſe duplicem habitudinẽ, quam contingit opinari in entibus, ſ. uel quod habeant ſe ſicut ea, quæ ſunt unius naturæ, & unius generis: quod eſſet ſi ens eſſet commune genus eorum, uel qualitercunque communitatem habens ad ea. Et hoc

A intelligit cum dicit: Si ut totum quoddam. Vel quod habeat ſe adinuicem, ſicut quæ in nullo communi conueniunt. & hoc intellexit cum dixit: [& ſi in eo quod conſequenter &c.] utrolibet.n. modo ſequitur quod ſubſtantia ſit prior aliis entibus.

e ¶ Secundo modo probat idem dicens, quod quãtitas & qualitas & huiuſmodi, nõ ſunt ſimpliciter entia, ut infra dicetur. nam ens dr̃ quaſi eſſe habens. hoc autem ſolũ eſt ſubſtantia quæ ſubſiſtit. Accidentia aũt dicũtur entia, non quia ſũt, ſed quia magis ipſis aliquid eſt, ſicut albedo dicitur eſſe, quia eius ſubiectũ eſt album. Idõ dicit, quod non dicuntur ſimpliciter entia, ſed entis entia, ſicut qualitas & motus. Nec eſt mirũ, ſi accidentia dicũtur entia, cum nõ ſint ſimpliciter entia, quia etiã priuationes, & negationes dicũtur quodãmodo entia, ſicut non album, & non rectum. Dicimus enim, ꝙ non album eſt, non quia non album eſſe habeat, ſed quia ſubiectum aliquod eſt albedine priuatum. Hoc igitur commune eſt inter accidẽtia & priuationes, quia de vtriſque dr̃ ens ratione ſubiecti. ſed in hoc differunt, quia ſubiectũ ſm accidentia habet eſſe aliquale. Secundum uero priuationes non habet eſſe aliquale, ſed eſt deficiens ab eſſe. Sic igitur, cum accidentia non ſint ſimpliciter entia, ſed ſolum ſubſtantiæ, hæc ſcientia, quæ conſiderat ens inquantum eſt ens, non conſiderat principaliter accidentia, ſed ſubſtantias.

d ¶ Tertio modo probat, quia ſcilicet alia entia non poſſunt ſeparari a ſubſtantia. Accidentia enim non poſſunt eſſe niſi in ſubiecto. Et ideo in conſideratione ſubſtantiæ, includitur cõſideratio accidentium.

E e ¶ Quarto probat idem dicens, quod etiam philoſophi antiqui teſtantur ipſo facto, quod philoſophi conſideratio eſt de ſubſtantiis, quia quærentes cauſas entis, quęrunt cauſas ſubſtantię ſolum. Et hoc fecerunt & quidam moderni, ſed tamen differenter. non enim quærebant principia, & elementa, & cauſas eodem modo, ſed diuerſimode. Nam moderni, ſcilicet Platonici, dicunt uniuerſalia magis eſſe ſubſtantias quam particularia. Dicunt enim, genera, quę ſunt uniuerſalia, magis eſſe principia & cauſas ſubſtantiarum quam particularia. & hoc ideo, quia logice inquirebant de rebus. Vniuerſalia enim quæ ſecundum rationem ſunt abſtracta a ſenſibilibus, credebant etiam in rerum natura abſtracta fore, & principia particularium. Sed antiqui philoſophi, ut Democritus & Empedocles, poſuerunt ſubſtantias & principia rerum eſſe particularia, ut ignem, & terrãs non autem hoc commune, quod eſt corpus.

LECTIO II.

a Poſtquam oſtendit, quod conſideratio Philoſophi, principaliter de ſubſtantiis eſt, hic incipit de ſubſtantiis determinare: & diuiditur in partes duas. In prima, diuidit ſubſtantiam.
part. 2. In ſecunda, de partibus diuiſionis determinat ibi. [Senſibilis vero ſubſtantia.] Dicit ergo primo, quod tres ſunt ſubſtantiæ.
Te.com.5. Vna quidem eſt ſenſibilis, quæ in duo genera, diuiditur. Nam ſubſtãtiarum ſenſibilium quædã ſunt ſempiternæ, ſ. corpora cæleſtia, quædam uero ſunt corruptibiles. Subſtantia uero ſenſibilis, & corruptibilis, nota eſt omnibus, ſicut ſunt, plantæ, & animalia.
Te.com.6. Sed [alia ſubſtãtia, ſenſibilis] ſcilicet ſempiterna, eſt cuius principia quærere intendim⁹ in hoc libro, ſcilicet ſi unum ſit eorum principium, uel multa. hoc.n. inquiret, conſiderãdo de ſubſtantiis ſeparatis, q̃ ſunt principia mouentia, & fines corporum cæleſtium,
Lect. 9. vt infra patebit. Ponit autem hic large elementa loco principiorum. nam elementum proprie nõ uſſ, niſi cauſa intrinſeca.
Te.com.7. Tertium uero genus eſt ſubſtantiæ mobilis, quæ non eſt ſenſibilis. Et hęc non eſt, omnib. manifeſta, ſed quidam ponunt eam eſſe ſeparabilẽ a ſenſibilibus. Quorum opinio diuerſificatur. Quidam enim, diuidunt ſubſtantiam ſeparabilem in duo genera, ſcilicet in ſpecies, quas uocant ideas & mathematica. Sicut enim inuenitur, ſecundum rationem duplex modus ſeparationis, unus, quo ſeparãtur mathematica a materia ſenſibili, alius, quo ſeparantur uniuerſalia a particularibus; ita & ſecundum rem ponebant, & uniuerſalia eſſe ſeparata, quæ dicebant ſpecies, & etiam mathematica. Sed quidam hæc duo. ſcilicet ſpecies, & mathematica, in unam naturam reducebant. Vtrique igitur hi erant Platonici. Sed alii, ſcilicet Pythgorici, non ponebant ſpecies, ſed ſolum mathematica. Inter hæc autem tria genera ſubſtantiarum hoc differt, quia ſubſtantiæ ſenſibiles ſiue ſint corruptibiles ſiue perpetuę, K pertinent ad conſiderationem naturalis Philoſophię, quæ determinat de ente mobili: huiuſmodi enim ſubſtantiæ ſenſibiles ſunt in motu Subſtantia autem ſeparabilis, & immobilis pertinet ad conſiderationem alterius ſcientię. & non ad eandem, ſi tamen nullum principium ſit commune vtriſque ſubſtantiis. quia ſi in aliquo conueniant, pertinebit utrarumque ſubſtantiarum conſideratio ad illam ſcientiam, quę illud commune conſiderat. Et ideo Naturalis ſcientia conſiderat ſolum de ſubſtantiis ſenſibilibus, inquantum ſunt in actu, & in motu. Et ideo, tam de his etiam quam de ſubſtantiis immobilibus conſiderat hæc ſcientia, inquantum communicant in hoc, quod ſunt entia & ſubſtantia. Deinde cum dicit.

b ¶ Determinat de præmiſſis ſubſtantiis, & primo de ſubſtantia ſenſibili. Secundo de ſubſtantiis immobilibus, ibi [Sed quoniam tres ſunt.] Prima diuiditur in duas. In prima, inquirit principia ſubſtantiæ ſenſibilis. In ſecunda, inquirit utrum ſint F eadem principia ſubſtantiæ, & aliorum generum, ibi. [Cauſæ uero & principia.] Circa primum duo facit. Primo inquirit de materia. Secundo de forma, ibi. [Tres uero cauſæ, & tria principia] Circa primum duo facit, primo determinat ueritatem de materia. Secundo ſoluit dubitationem, ibi. [Dubitabit aũt aliquis ex quo.] Te. com.11. Circa primum duo facit. primo enim, manifeſtat materiam eẽ in ſenſibilib. & quale ens ſit. Secundo quomodo diuerſimode, inuenitur in diuerſis ſubſtantiis ſenſibilib⁹, ibi. [Omnia uero materiam habẽt] Circa primũ duo facit, primo q̃ dictum eſt, Secundo ſoluit argumentum, ex quo aliqui antiqui negauerunt generationem, ibi [Quia aũt duplex.] Lib. 12. Lect. 11. Circa primum duo facit. Primo, oſtendit materiam eſſe in ſenſibilibus. Secundo vero oſtendit, quale ens ſit materia, ibi. [Si itaque tranſmutationes.] Dicit ergo primo, quod ſubſtantia ſenſibilis eſt mutabilis ut dictũ eſt. Omnis autem mutatio, Tex. com. 9. eſt ex oppoſitis, aut ex mediis, ut ſupra, oſtenſum eſt. nõ autem eſt mutatio ex quibuſcunque oppoſitis. Fit enim album ex non albo, non tamen ex quolibet nõ albo. Nam vox eſt, non album, ſed corpus non ſit album ex uoce, ſed ex non albo, qđ eſt nigrũ, vel medium. Et ideo dicit, quod mutatio ſit ex oppoſito, quod eſt contrarium. Nec eſt inſtantia de ſubſtantia, in qua fit mutatio, cum tamẽ ſubſtantiæ nihil ſit contrarium, quia in ſubſtantia eſt priuatio, quæ quodammodo computatur inter contraria, vt in Decimo oſtenſum eſt. Quia igitur omnis mutatio eſt, de contrario in contrarium, neceſſe eſt ſubeſſe aliquod ſubiectum, qđ poſſit mutari de contrario in contrarium. Et hoc philoſophus ꝓbat dupliciter. primo quidem, quia unum contrariorum non tranſmutatur in alterum. non enim ipſa nigredo fit albedo. Vnde ſi debeat fieri tranſmutatio de nigro in album, oportet aliquid eſſe præter nigredinem, quod fiat album. Alio modo probat idem ex hoc, quod in qualibet tranſmutatione inuenitur aliquid manens, ſicut in tranſmutatione, quæ eſt de nigro in album, corpus manet. Aliud uero, ſ. contrarium, utputa nigrum, non manet. Vnde manifeſtum eſt, quod materia eſt aliquid tertium præter contraria.

c ¶ Oſtendit cuiuſmodi ens ſit materia. & dicit, quod tranſmutationes ſunt quatuor. Generatio quidem, & corruptio ſimplex ſecundum ſubſtantiam. Et augmentum, & diminutio ſm quantitatem. Alteratio ſecundum paſſionem, quæ eſt tertia ſpecies qualitatis. [Latio] ideſt loci mutatio ſecundum, ubi. Et manifeſtum eſt, quod omnes iſtæ tranſmutationes erunt ſecundũ contrarietates, quæ ſunt ſecundum unumquodque horum generum, utputa, alteratio in contrarietatem qualitatis Augmentum in contrarietatem quantitatis, & ſic de aliis.

Et ita cum in qualibet tranſmutatione ſit quoddam tertium præter contrarium, quod dicitur materia, neceſſe eſt, quod id, quod tranſmutatur ſiue ſubiectum tranſmutationis, quantum eſt

LECTIO II.

a Svbſtantiæ vero tres, ſunt. Vna quidem ſenſibilis. cuius alia quidem ſempiterna, alia corruptibilis. quam omnes confitentur, vt plantę & animalia Sempiterna autem, cuius elementa neceſſe eſt accipere, ſiue unũ ſiue multa. Alia uero immobilis. Hãc dicunt quidam ſeparabilẽ eſſe: G hi quidem in duo diuidentes, alii in vnam naturam ſpecies ponentes, & mathematica, alii horum mathematica ſolum. Illæ quidem naturales cum motu .n. ſunt. Et hæc alterius, ſi nullũ illis principium commune eſt.

b Senſibilis uero ſubſtantia eſt mutabilis. Si autem mutatio eſt ex oppoſitis aut mediis, ſed oppoſitis non omnibus, non albũ H enim uox ſed ex contrario, neceſſe ſubeſſe quid mutabile in contrarietatem. Nõ.n. contraria tranſmutantur. Amplius hoc quidem manet, aliud uero contrariũ nõ manet. Eſt igitur aliqd tertiũ, præter contraria materia.

c Si itaq; tranſmutationes ſunt quatuor, aut ſecundum qd, aut ſecundum qualitatem, aut ſm quantitatem, aut ubi: generatio quidẽ ſimpliciter aut corruptio I ſecundum hoc, & augmentum & decrementum q̃ ſm quantitatem, alteratio aũt quę ſecũdum paſſionẽ, latio aũt quæ ſecundũ locum: incontrarietates utique

LECTIO II.

Verum ſubſtantiæ tres ſunt. Vna ſenſibilis: cuius quędam ſempiterna, quædam corruptibilis, quam omnes concedunt, ueluti plantæ, & animalia. Sempiterna uero, cuius elementa, ſiue unum, ſiue multa ſint, accipere neceſſe eſt. Alia immobilis, quã aliqui ſeparabilem aiunt eſſe, quidam G in duo diuidentes, quidam in unam ponentes, naturam tam formas, quam mathematica, quidam ex his mathematica ſolum. Illa itaque Naturalis. Cum motu itaque ſunt: iſta autem alterius eſt, ſi nullum eis commune principium eſt.

Senſibilis uero ſubſtãtia, mutabilis eſt: Si itaque ex oppoſitis, aut mediis mutatio ſit, oppoſitis uero non omnib. H non album enim ipſa uox, verum ex contrario, neceſſe eſt aliquid ſubeſſe, quod in contrarietatem mutetur, non enim contraria tranſmutantur. Præterea hoc quidem permanet, contrariũ uero non permanet, eſt igitur aliquid tertium præter contraria ipſa materia.

Si itaque tranſmutationes ſunt quatuor, aut ſecundum ipſum quid, aut ſecundum quale, aut quantum, aut ubi: ac generatio ſimplex, & corruptio, I quę ſecundum quod quid ſit, augmentatio & diminutio, quæ ſecundũ quantum, alteratio, quæ ſecundum paſſionem, latio uero, quę ſecundum locum; profecto incontrarietates quę ſecundum ſingulum mutationes erunt. ne-

ſicut erũt eas, quę ſcđm unum transſmutationes neceſſe itaque transſmutari materiam potentem ambo.

d Quoniam autem duplex eſt ens, tranſmutatur omne ex potentia ente in actu ens, utpnta ex potentia albo, in actu albũ. Similiter autem in augmento & decremento. Quare, non ſolum ſecundum accidens contingit fieri ex non ente, ſed ex ente fiunt oĩa. Potentia quidẽ ente, ex non ente vero actu.

e Et hoc eſt Anaxagoræ unũ. Dignius eſt.n. quam ſimul omnia. Et Empedoclis miſtura, & Anaximandi vel ut Democritus ait, nobis erant omnia potentia, actu vero minime. Quare materiam utique erant tangentes.

f Omnia uero materiam habẽt quæcunque tranſmutantur, ſed aliam; & ſempiternorum, quęcunque non generabilia, mobilia autem latione. Verum nõ generabilem habent, ſed unde & quo.

g Dubitabit aũt otique aliquis ex quali nõ ente eſt generatio. Tripliciter.n. non ens. Si itaq; eſt aliquid potentia. Attamen non ex quocunque, ſed alterũ ex altero. Neque ſufficiens, qa ſimul res omnes. Differunt.n. materia. Quoniam quare infinita facta ſunt, ſed non unum. Intellectus enim unus. Quare ſi in materia una illud factum eſt actu, cuius materia erat potentia.

eſt de ſe, ſit in potentia ad vtrunquẽ contrariorum. aliter enim non eſſet, ſuſceptiuũ utriuſque, nec poſſet de uno in aliud trãſmutari. Sicut igitur corpus, quod tranſmutatur de albedine in nigredinem, inquantum eſt corpus, eſt in potẽtia ad vtrunq;, ita materia in generatione ſubſtantiæ, quæ eſt ſubiectum generationis & corruptionis, quantum eſt de ſe, eſt in potentia ad formam & priuationem, nec formam

Tex.com. 8. nec priuationẽ q̃tũ eſt de ſe, actu habẽs. Deinde cum dicit.

d Hic philoſophus ſecũdum ueritatem determinat de ipſa materia, circa quod duo facit. Primo ſoluit dubitationẽ. Secundo oſtendit quomodo aliqui antiqui dixerunt ſimile prædictæ ſolutioni. ibi.

Tex.com. 9. Et hoc Anaxagoræ.] Soluit aũt hanc dubitationem antiquorum naturalium philoſophorum, qui remouebãt generationem, propter hoc q̃ non credebant quòd poſſet aliquid fieri ex non ente, quia ex

Te.com. 10. nihilo fit nihil, nec etiam ex ente, quia ſic eſſet antequã fieret. Hanc ergo dubitationem Philoſophus ſoluit, oſtendẽdo qualiter aliquid fit ex ente, & ex nõ

Te.com. 11. ente, dicens quod duplex eſt ens, ſ. ens actu, & ens potentia: Omne igitur, quod tranſmutatur, tranſmutatur ex ente in potentia in actu ens. ſicut cum aliquid alteratur ex albo in potẽtia in actu album. Et ſimiliter eſt in motu ipſius augmenti & decrementi, quia tranſmutatur aliquid de potentia magno, vel paruo in actu magnum uel paruum, unde & in genere ſubſtantiæ fiunt omnia ex non ente, & ente. Ex non ente quidem, ſecundum accidens inquantum fit aliquid ex materia ſubiecta priuationi, ſecundum quam dr̃ non ens. Sed per ſe fit aliquid ex ente, non autem in actu, ſed in potentia ſcilicet ex materia quæ eſt ens in potentia, ut ſupra oſtenſum eſt. Sciendum eſt autem, quod prædictę poſitiones antiquorum naturalium negantium generationem & dicentiũ, quod generatio non eſt aliud quam alteratio, voluerunt obuiare quidam poſteriores, dicentes generationem eſſe per ſegregationem ab aliquo miſto & confuſo. Philoſophus ergo tertio cum dicit.

e ¶ Oſtendit q̃ etiam omnes ſic dicentes, aliquid ſimile prædictæ poſitioni dicere uoluerunt, ſed non attingunt. Dicit ergo q̃ hoc, ſ. materia, quæ eſt ens in potentia ad omnia, eſſe illud unum, q̃ Anax. poſuit. Dicebat enim, quod omne, quod generatur ex aliquo, eſt in eo ex quo generatur. Et ſic a principio omnia erant miſta in quodam uno, neſciens diſtinguere inter potentiam & actum. Sed dignius eſt ponere materiam, in qua omnia ſunt in potentia, quam ponere omnia ſimul in actu, ut vr̃ ex uerbis Anax. Et hoc eſt quod Emped. dixit, q̃ a principio omnia erant miſta & confuſa per amicitiam, & poſtea lis ſegregauit. Et ſimiliter Anaximander dixit, quod in uno confuſo præextiterant omnia contraria. Et Democritus etiam dixit, q̃ omnia, quæ fiunt prius erant in potentia, ſed nõ in actu: unde manifeſtum eſt, quod oẽs iſti philoſophi tetigerunt quodammõ materiã, ſed non pfecte ad eã puenerũt. Deinde c.d.

A *ceſſe eſt igitur mutari materiam, quæ ambo poſſit.*

Cum autem duplex ſit ens, omne mutatur ex potentia ente in actu ens, ut ex potentia albo in actu album. eodem autem modo & de augmentatione & diminutione. B *Quare non ſolum per accidens ex non ente fieri contingit, ſed etiam ex ente omnia fiunt: uerum potentia quidem ente. actu uero ex non ente.*

Et hoc eſt Anaxagoræ unum. melius namque quam cuncta ſimul, & quam miſtura Emped. ac Anaximandri. & ut Democritus quoque ait, ſimul omnia potentia erant, actu uero minime. Quare materiam tetigerunt.

C *Cuncta uero quęcunque mutantur, materiam habent, ſed diuerſam. nam et ipſorum ſempiternorum quęcunque non ſunt generabilia, ſed latione mobilia, attamen non generabilem, ſed undequo.*

Dubitare uero quiſpiam poſſit, ex quo non ente generatio fiat. tripliciter enim non ens dicitur. Si igitur quippiã eſt potentia. ueruntamen non ex quocunque, ſed cum alterum ex altero. D *Nec id ſufficit, quod ſimul omnes res erant, quia differunt materia, cur enim infinita facta fuiſſent, & non unum, cum intellectus unus ſit? quare, ſi materia una, illud actu fuiſſet factum cuius materia potentia erat.*

f ¶ Oſtendit, quod non eodẽ modo materia eſt in oĩbus ſubſtãtiis ſenſibilibus, dicens, q̃ quęcunq; tranſmutantur, oportet quod habeant materiam, ſed aliam & aliam. Ea.n. quæ [tranſmutantur ſcđm ſubam]. i. quæ generantur & corrumpuntur, hñt materiam, quę eſt ſubiectum generationis & corruptionis, quæ ſ. de ſe eſt in potentia ad formas & ad priuationes. Sed corpora cœleſtia, quæ ſunt ſempiterna, & ingenerabilia, ſed mobilia ſcđm locum, hñt quidem materiam, ſed nõ quæ eſt ſubiectum generationis, aut quæ ſit ĩ potentia ad formã, & priuationem, ſed q̃ eſt in potentia ad terminos motus localis, qui ſunt, vnde incipit motꝰ & quo motus intendit. Deinde cum dicit.

g ¶ Soluit quandam dubitationem circa prædeterminata, dicens, q̃ aliquis põt dubitare, cum generatio ſit trãſmutatio de nõ ente in ens, ex quo non ente in ens fit generatio. Dr̃ enim non ens tripliciter. Vno mõ qđ nullo mõ eſt, & ex tali non ente nõ fit generatio, q̃a ex nihilo, nihil fit ſcđm naturam. Alio modo dicitur nõ ens ipſa priuatio, quæ conſideratur in aliquo ſubiecto, & ex tali nõ ente fit quidẽ generatio, ſed p accidẽs inquantum. ſ. generatio fit ex ſubiecto, cui accidit priuatio. Tertio modo dicit non ens ipſa materia, quæ quantũ eſt de ſe, non eſt ens actu, ſed ens potentia. & ex tali nõ ente fit generatio per ſe. Et hoc eſt qđ dicit, quod ſi aliquod non ens, eſt ens in potentia, ex tali, ſ. non ente fit generatio per ſe. Quamuis autem generatio fiat ex non ente, quod eſt in potentia, non tamen fit quodlibet ex quocunque, ſed diuerſa fiũt ex diuerſis materiis. Vnumquodque.n. generabilium habet materiam determinatam, ex qua fit, quia formam oportet eſſe proportionatam materiæ. Licet.n. materia prima ſit in potentia ad oẽs formas, tamen quodã ordine ſuſcipit eas. Per prius.n. eſt in potentia ad formas elementares, & eis mediantibus ſcđm diuerſas proportiones commiſtionũ eſt in potẽtia ad diuerſas

E formas. vnde nõ põt ex quolibet immediate fieri qđlibet, niſi forte per reſolutionẽ in primam materiã, & hoc eſt cõtra Anaxa. qui poſuit, quod quodlibet fit ex quolibet. nec ad hoc aſſerẽdum ſufficit, quod poſuit oĩa eſſe ſimul a principio. Oportet.n. quod res differãt in materia ſcđm quod diuerſis diuerſæ ſunt materiæ. Quõ.n. eſſent facta infinita, & non unum tantum ſi una eſſet materia omnium ſecundum poſitionem Anaxagoræ? Poſuit.n. Anaxa. eſſe vnum agens, ſcilicet intellectum. Vnde & ſi materia eſt una, neceſſe eſt ẽi quod factum ſit unum, ſ. id, ad quod materia erat in potentia. Vbi.n. eſt unum agens & una materia, neceſſe eſt eſſe vnum factũ, ut in Decimo habitũ eſt. hęc aũt rõ procedit contra Anax. inquantum ponebat intellectum indigere materia ad faciendum res. Si aũt ponat primũ rerum principiũ intellectum, qui ipſam materiam pducat, primum principium diuerſitatis rerum erit ex ordine apprehenſo ab intellectu prędicto, qui ſecundum quod res diuerſitas producere intendit, inſtituit materias diuerſas aptas diuerſitati rerũ.

LECTIO III.

a POſtquam Philoſophus determinauit de materia, hic determinat de forma. & circa hoc duo facit. Primo determinat de ea ſecundum ſe. Secundo, per comparationem ad ſubſtantiam compoſitam. ibi. [Subſtantiæ autem tres ſunt, &c,]

Tex.cõ. 12. Circa primũ tria facit. Primo, proponit formam eſſe principium, dicens, quod tres ſũt cauſæ, & tria principia ſubæ mutabilis. Duo.n. ſunt contraria, quorum vnum [eſt ſpecies] idest forma, & aliud, eſt priuatio, quæ quodammodo eſt cõtrarium, tertium autem, eſt materia. Iam enim oſtenſum eſt, quod in omni tranſmutatione oportet eſſe ſubiectum, & duo contraria. vnde neceſſe eſt, qđ in gñatione ſubſtantię hæc requirantur. Secundo ibi.

Tex.cõ.13. b ¶ Oſtēdit ꝙ forma non generatur, ſicut nec materia, dicens ꝙ materia nec [ſpēs fit] i. generatur. Sed hoc intelligi oportet, de vltima materia, & de vltima forma. Nam materia aliqua generatur. ſ. quæ eſt ſubiectum alterationis. eſt enim ſubſtantia cõpoſita. Quod

Tex.cõ.14. autem nec forma vltima, nec materia vltima generentur, ſic probat. In omni tranſmutatione oportet eſſe aliquid ſubiectum tranſmutationis, quod eſt mate-

Hoc idẽ ſupra 7. ſeptio. t.co.27. ria & aliquid, a quo tranſmutatur, qđ eſt principium mouens: & aliquid, in quod tranſmutatur, quod eſt ſpecies, & formę. Si ergo ipſa forma, et materia generentur, puta. ſi non ſolum generetur hoc totum, quod eſt æs rotundũ,

Tex. cõ. 15. ſed ēt ipſa rotũditas, & ipſum ęs, ſequetur ꝙ tam forma q̃ materia habeāt materiā, & formā, & ſic ibitur in infinitum in materijs, & formis, qd eſt impoſſibile. Neceſſe eſt itaque ſtare in generatione, vt. ſ. vltima forma, & ultima materia nõ generetur.

c ¶ Tertio dicit, ꝙ res acquirunt formam ex agentibus ſimilibus, dicens ꝙ quæcunque ſubſtantia fit [ex agente uniuoco,] i. ſimili ſecundum formam. Omnes. n. ſubæ, quæ generantur, generantur aut a natura, aut ab arte, aut a fortuna, aut automatu, .i. [caſu]. i. per ſe uano. Differt aũt ars a natura, quia ars eſt principium agēdi in alio. Natura aũt eſt principium actionis, & motus in eo in quo eſt. Manifeſtum eſt aũt, ꝙ ea, quæ generantur, ab arte fiunt ex ſibi ſimilib. Aedificator. n. per formam domus, quā hēt in mente, facit domũ, quę eſt in materia. Et idem ē. apparet in natura, quia homo generat hominem. In quibuſdā aũt hoc non vẽ. non. n. generantur ex ſibi ſimilibus in ſpecie. Sicut calidum in corporib. inferioribus generatur a Sole nõ calido.

F Sed licet non ſit ſimilitudo ſcđm ſpēm, oportet tñ eſſe aliquam ſimilitudinē, ſed tñ imperfectā: quia materia inferiorum non põt pertingere ad perfectam ſimilitudinem ſuperioris agēus. Et, cũ ita ſit in his, quæ fiunt ab arte natura, manifeſtum eſt ꝙ unumquodque generatur a ſuo ſimili. Nam [reliquæ cauſæ]. i. fortuna & caſus sũt quaſi defect⁹ & priuationes naturę & artis. nam fortuna eſt intellectus agens præter intētionē, & caſus natura agēs ꝑter intentionem. Vnde ea, quæ fiũt a fortuna & caſu, non aſſimilantur ſuis agētib. cum fortuna, & caſus nõ ſint cauſæ p ſe, ſed p accidēs. Et iõ quodāmodo aĩalia quę generantur ex putrefactiõe, uidentur fieri caſu, in quantũ non fiunt ex ſibi ſimilib. ſm ſpeciē. Neq; ēt habent cauſā determinatā agētē in iſtis inferioribus ſolũ cauſam agentem ſuperiorē. Deinde cum dicit.

d ¶ Determinat de forma p cõparationem ad ſubſtãm cõpoſitā: & circa hoc tria facit Primo, diuidit ſubam in materiam & forma, & cõpoſitum dicēs ꝙ ſubſtãtię ſunt tres. Materia quantum ad id quo [?] apparet, uĩ eſſe ſubſtantia, & hoc aliqd. Vnde primi Naturales ſolam materiam poſuerũt eſſe ſubſtãm. Et hoc iõ, qa uiderũt qđ i artificialibus q̃ ſunt p contactũ, & non p naturalem unionē, ſola mater a & ſubiectum uĩ eſſe ſuba. nā formæ artificiales ſunt accidētia. Itē, natura rei uĩ eſſe ſuba & hoc aliqd. Natura aũt rei eſt, in quā terminatur naturalis generatio .i. forma, q̃ eſt quaſi habitus qdā. Tertia ſuba eſt illa, quę cõponitur ex materia & forma, ſicut ſingularia, ut Callias & Socrat. Scđo ibi.

e ¶ Dicit, ꝙ in aliqb. formis manifeſtũ ē, ꝙ non ſunt præter ſuba cõpoſitā, ſicut, forma domus non eſt præter materiā. Forma. n. domus eſt accidēs & materia domus eſt ſuba, accidēs aũt nõ eſt niſi in ſuba. Sed hoc dico, niſi accipiatur forma domus [ut ars,] i. put eſt in mente artificis. Sic. n. eſt præter materiam. Sed harum formarũ artificialium prout ſunt in mente artificis, nec eſt generatio, nec corruptio. Domus. n. q̃ eſt ſine materia in aĩa, & ſanitas, & oĩa hmõi, alio mõ incipiunt eſſe & deſinũt q̃ p corruptionem & generationem. i. per diſciplinā, aut per inuētionē. Sed, ſi aliquæ formæ ſunt ꝑter ſubam cõpoſitā, hoc erit uerũ in formis naturalib. quæ ſubæ ſunt. Vnde Plato non male dixit, ꝙ [ſpecies] idest formæ ſeparatæ ſunt formę quæ ſunt, per naturā. Dico autem quod non ſimpliciter bene dixit. Sed ſi ſunt ſpecies aliæ aliquæ ab illis ſenſibilibus, quæ ſunt caro, caput, &

LECTIO III.

a TRes vero ſunt cauſę, & tria principia. Duo quidem contrarietates, cuius hoc quidem ratio, & ſpecies, illud vero priuatio, tertium uero materia.

b Poſtea quia nec fit materia, nec ſpēs. Dico aũt vltima. Omne nanque tranſmutat aliquid, & ex aliquo, & ĩ quid. Et a quo quidem, primo mouēte: cuius uero, materia: in quod uero, ſpecies. In infinitum ergo ſunt, ſi non ſolum æs fit rotundum, ſed & ipſum rotundum, aut ęs, neceſſe eſt itaque ſtare.

G

c Poſtea quia quæq; ex vniuoco fit ſubſtantia. Nam & quę natura ſunt ſubſtantia, & alia. aut .n. arte, aut natura ſunt, aut fortuna, aut automato. Ars igitur principium eſt in alio, natura autem principium in ipſo. Homo namque hominem generat. Reliquę uero cauſę, horum priuationes.

H

d Subſtantiæ aũt tres ſunt. Materia quidem, hoc aliquid ſubſtantia in apparere. Nam quæcunque ſunt tactu, & nõ connaſcentia, materia, & ſubiectum. Natura vero hoc aliquid inquā tum habitus quidā. Amplius, tertia quæ eſt ex his ſingularis, ut Socrates, & Callias.

I

e In quibuſdam igitur hoc nõ eſt præter compoſitam ſubſtantiam, ut domus, ſi non eſt ars. Nec eſt gñatio nec corruptio horum, ſed alio modo ſunt, & non ſunt, ut domus quæ ſine materia, & ſanitas, & omne, ꝙ ſecũdum artem. Sed ſiquidem in eis quę ſunt natura. Quapropter nõ male Plato ait, quia ſpecies ſunt quæcunque natura, ſiquidem ſunt ſpecies aliæ horum, ut ignis, caro, caput, omnia enim materia ſunt, & eius, quę maxime ſubſtantię vltima.

K

LECTIO III.

TRes itaque cauſæ, & tria principia, duo quidem ipſa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & forma hoc vero priuatio, tertium uero materia.

Poſt hæc quod neque materia fit, neque forma. dico autem extrema. Omne enim quod tranſmutatur, aliquid eſt, & ab aliquo in aliquod trãſmutatur, ab aliquo quidem, primo mouente, in quo uero, materia: in quod autem, forma. in infinitum itaque procedet, ſi non ſolum ęs rotundum ſit verum ipſum rotundum, aut ęs. quare neceſſe eſt ſtare.

Deinde quod quęlibet ſubſtantia, ab vniuoco ſit. Quę enim natura, ſubſtantię ſunt, & aliæ. aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu ſiunt. Ars igitur principium in alio, natura vero principium in ipſo. homo nãque hominem generat. cęterę vero cauſæ priuationes horum ſunt.

Subſtantię vero tres. quædam materia, quę quod quid eſt, eo ipſo quod apparet. quęcunque enim tactu non coadhęrentia ſunt, materia & ſubiectum ſunt. Quędam vero natura, & quod quid, & quędam habitus ad quē. Tertia item, quæ ex his, quę ſingularis eſt, vt Soc. aut Callias.

In quibus igitur quod quid non eſt præter compoſitam ſubſtãtiam (ut domus forma non niſi ab ipſa arte) nec eſt generatio aut corruptio eorum: verum alio modo ſunt, & non ſunt, tum domus quę abſque materia, tum ſanitas, & omne, quod ſecũdũ artē eſt. ſed ſiquidē ſunt, in his ſũt, quę natura ſiũt. Propter quod non male Plato dixit, quod formæ eorum sũt, quę natura ſunt. ſiquidem formæ ſunt aliæ ab his. vt ſunt ignis, caro, caput, cuncta namque materia ſunt. & maxime eius ſubſtantię, quę eſt ultima.

f Mouentes quidem igitur cauſæ, velut prius factæ exiſtẽtes, q̃ autẽ ut ratio, ſimul. Quando. n. ſanatur homo, tunc etiam ſanitas eſt, & figura æreæ ſphæræ ſimul & ærea ſphæra. Si autẽ poſterius aliquid manet, perſcrutandum eſt. In quibuſdam. n. nihil prohibet. vt ſi ẽ anima talis, nõ oĩs, ſed intellectus. omnem
B nanque impoſſibile forſan.

g Palam itaq; ꝙ nõ oportet pp hoc eſſe ideas, Hõ. n hoĩem generat, q ſingularis aliquẽ. Similiter autem & in artibus. Medicinalis. n. ars ratio ſanitatis eſt.

LECTIO IIII.

a CAuſæ autem & principia alia aliorum ſunt, vt eſt, aut vt non. ſi quis dicat uniuerſaliter & ſecundum proportio-
C nem eadem omnium.

b Dubitabit autem vtique aliquis, vtrum altera, aut eadẽ ſunt principia, & elementa ſubſtantiarum, & eorum, quæ ſunt ad aliquid, & cuiuslibet cathegoriarum ſimiliter.

c Sed inconueniens, ſi eadem oĩum. ex eiſdem. n. erũt quæ ad aliquid & ſubſtãtia. Qũo igitur hoc erit? nam extra ſubſtãtiam, & alia prædicamenta, nihil eſt
D. cõmune: prius autẽ eſt elemen

Cauſę itaque mouentes, tanquam antea ortę, exiſtunt. quę vero ut ratio, ſimul ſunt. cum enim ſanus ſit homo, tunc etiam ſanitas eſt. & forma ęnea ſphęra ſimul atque ænea ſphęra. Si autem aliquid poſterius permanet conſiderandum eſt. in quibuſdã enim nihil prohibet. veluti ſi anima tale ſit non omnis, ſed intellectus omnem nã-
B *que fortaſſis impoſſibile eſt.*

Manifeſtum itaque eſt, ꝙ propter hęc non oportet ideas eſſe. homo nanque hominem generat, ſingularis aliquem. Similiter etiam in artibus. Medendi enim ars ratio ſanitatis eſt.

LECTIO IIII.

CAuſæ vero, atque principia quodam quidem modo alia aliorũ ſunt. quodam uero modo non, ſiquis v-
C *niuerſaliter dicat. & ſecundum proportionem omnium eędem.*

Dubitare nanque quiſpiam poſſet, utrum alia, an eadem principia et elementa ſubſtantiarum ſint, & eorum quę ad aliquid ſunt. & eodem modo in quolibet prędicamento.

At abſurdum eſt, ſi omnium eadẽ ſunt. ex eiſdem enim erit ad aliquid et ſubſtãtia. Quid igitur hoc erit? præter
D. *enim ſubſtantiam, & alia, quę prædicantur, nihil cõmune eſt. prius autem*

& huiuſmodi, quæ ſunt materia vltima ſubſtantiæ particularis compoſitæ, quæ eſt maxime ſubſtantia. Tertio ibi.

f ¶ Oſtendit ꝙ formæ vniuerſales non ſunt præter ſubſtantiam cõpoſitam, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat propoſitum, aſſignãs differentiã inter cauſas formales & cauſas mouentes.

part. 6. Tex. c. 16. Tex. c. 17. part. 6. Et dicit, quod cauſę mouẽtes præexiſtũt rebus factis. Et hoc neceſſarium eſt, q̃a cauſæ mouẽtes ſunt principia motus, q terminatur ad rẽ factam. Sed cauſa formalis, quę eſt cauſa, quaſi ratio rei, ſimul incipit eſſe cum re, cuius eſt forma. Tũc enim incipit eſſe ſanitas, qñ homo ſanatur, & tũc incipit eſſe figura ſphæræ æneæ, Tex. c. 18. part. 7. qñ fit ſphæra ænea. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ formæ non ſunt ſeparatę a ſubſtantiis compoſitis, quia ſi eſſent ſeparatæ, oporteret ꝙ eſſent ſempiternæ, part. 1. cum non ſint talium per ſe, neque generatio neque corruptio, vt oſtẽſum eſt. Tex. com. 4. & ſic præeſſent ſubſtantiis his, quarum ſunt formæ. part. 2. Sed q̃uis formæ non pręſtant ſubſtantiis compoſitis, perſcrutandum tñ eſt, ſi aliqua forma remaneat poſterius, corrupta ſubſtantia cõpoſita. part. 4. In quibuſdã. n. formis nihil prohibet ꝙ remaneant poſt ſubſtantiã compoſitã. Puta, ſi dicamus animam eſſe talem, nõ tamẽ omnes aĩas, ſed ſolus intellectus. Forſitan. n. impoſſibile eſt omnem animam eſſe talem, vt remaneat corrupto corpore, quia aliæ partes animæ non habent operationem ſine organis corporeis. intellectus autem non operatur per organum. Dicit autem, Forſan, quia non erat præſentis intentionis hoc demonſtrare, ſed hoc pertinet ad ſcientiam de anima. Et ſicut aliæ partes animæ ab intellectu non remanent poſt ſubſtantiam compoſitam, ita etiam nec aliæ formæ rerum corruptibilium. Conſiderandum autem hanc ſententiam qu. 75. 6. 1. par. q. 76. a. qu. 90. 4. eſſe Ariſtotel. de anima intellectiua, quòd non fuerit ante corpus, ut Plato poſuit, neque etiam deſtruitur deſtructo corpore, vt antiqui naturales poſuerunt, non diſtinguentes inter intellectum & ſenſum. Non enim excipit animam intellectiuam a generalitate aliarum formarum, quantum ad hoc, quòd formæ non præexiſtunt ſubſtantiis compoſitis, ſed ſolum quantum ad hoc, quòd non remanent poſt ſubſtantias compoſitas. Ex quo etiam patet, quòd non poteſt hoc deprauari, ſicut quidam deprauare conantur, dicentes intellectum poſſibilem tãtum, vel agentem tantummodo eſſe incorruptibilem. Tum, quia ponunt intellectum, quem dicunt eſſe incorruptibilem, ſiue ſit intellectus poſſibilis, ſiue agens, eſſe quandam ſubſtantiam ſeparatam, & ſic non eſt forma. Tum etiam, quia ſi ſit forma, ſicut remanet corrupto corpore, ita etiam pręexiſtit corpori. Et quantum ad hoc non eſſet differentia inter ponentes intellectum ſeparatum eſſe formam hominis, & ponentes ſpecies ſeparatas eſſe formas rerum ſenſibilium. Quod Ariſt. hic excludere intendit.

g ¶ Secundo excludit rationem, propter quam ponebãt ideas ſeparatas. Ad hoc enim dicebant Platonici eſſe neceſſarium ponere ideas, vt ſubſtantiæ particulares ſenſibiles ad earum ſimilitudines formarentur. ſed hoc non eſt neceſſariũ, quia in iſtis inferioribus inuenitur cauſa ſufficiens formationis omnium eorum, quæ fiunt. Nam agens naturale agit ſibi ſimile. Homo
A enim generat hominem, non quidem vniuerſalis ſingularem, ſed ſingularis ſingularem. Vnde non eſt neceſſarium ponere hominem uniuerſalem eſſe ſeparatum, a quo hic homo ſingularis formam ſpeciei accipiat, vel participet. Et ſimiliter manifeſtum eſt in his, quæ fiunt ſecundum artem, quia ars medicinalis eſt quædam ratio ſanitatis & ſimilitudo in anima, ut etiam ſupra oſtenſum eſt.

LECTIO IIII.

POſtquam philoſop. determinauit de principiis ſubſtantiæ ſenſibilis, nũc intendit inquirere, utrum ſint eadem principia ſubſtantiarum, & aliorum generum, aut alia, & alia. Manifeſtum enim eſt, quod ſi ſunt eadem, aſſignatis principiis ſubſtantiæ, aſſignata ſunt principia omnium aliorum generũ. Et circa hoc tria facit. Primo, proponit ueritatẽ. Secundo, ſubiungit inquiſitionem ue ueritate propoſita. ibi. [Dubitabit autem quis.] Tertio, recapitulando recolligit ueritatẽ, ibi.] Quæret.. Dicit ergo primo, ꝙ quodammodo ſunt alia aliorum & principia, & cauſæ, & quodammodo ſũt eadem omniũ ſm uniuerſalitatẽ, & ſm proportionem. Deinde cum dicit.

b ¶ Inquirendo diſcurit ueritatem præmiſſam, & circa hoc tria facit.

Primo, mouet dubitationem. Secundo, obiicit ad quæſtionem, ibi. [Sed ſi eadem inconueniens.] Tertio, determinat ueritatem, ibi. [Aut ut dicimus.] Dicit ergo primo, quod dubitatio eſt, utrum ſubſtantiarum, & eorum quæ ſunt ad aliquid, & ſimiliter aliorum prędicamentorum, ſint eadem principia, aut alia, & alia. & ponit ſpecialiter de ad aliquid, quia ea, quæ ſunt ad aliquid, remotiora uidentur eſſe a ſubſtantia quam alia genera ex eo quod ſunt debilioris eſſe. Vnde & ſubſtantię inhærent mediantibus aliis generibus ſicut æquale & inæquale, duplum & dimidium, mediante quantitate. Mouens autem & motum, pater & filius, dominus & ſeruus, mediante actio-
E ne & paſſione. Et hoc ideo, quia ſubſtantia eſt per ſe exiſtens, quantitas autem & qualitas ſunt entia in alio. ſed relatiua nõ ſolum ſunt in alio, ſed ad aliud.

Deinde cum dicit.

c ¶ Obiicit ad propoſitam quæſtionem, & ponit duas rationes ad oſtendendum quod non ſunt eadem principia ſubſtãtiæ, & aliorum generum. Quarum prima talis eſt. Si eadem ſint principia ſubſtantiæ & aliorum generum, aut oportet ꝙ illa principia eadem ſint præter ſubſtantiam, & alia genera, aut oportet quod ſint in genere ſubſtantiæ, uel in aliquo alio genere, ſed non poteſt dici, quod ſint extra ſubſtantiam & alia prędicamenta, quia oporteret quod eſſent priora tam ſubſtãtia quam aliis prędicamentis. Prius enim eſt principium his, quæ ſunt a principio. Cum ergo id quod eſt prius inueniatur eſſe communius, ſicut animal eſt prius homine. ſequitur, ſi aliquid eſt prius ſubſtantia & aliis generibus, quod aliquid ſit commune ſubſtantiæ & aliis generib. & præcipue ſecundum opinione Platonicorũ, qui poſuerunt uniuerſalia eſſe principia, & unũ & ens quaſi communiſſima eſſe principia oĩum.

Neque etiam poteſt dici, ꝙ principia communiſſima omnium generum ſint in genere ſubſtantiæ, aut in genere ad aliquid, uel in aliquo alio genere. Cum.n.principia ſint homogenea his, quę ſunt ab eis, non uidetur poſſibile ꝙ ſubſtantia ſit principium eorum, quæ ſunt ad aliquid, aut econuerſo. Non igitur eadem ſunt principia ſubſtātię & aliorum generū. Secundam rationem ponit ibi.

d ¶ Quę talis eſt. Nullum elemētum eſt idem cum eo, qđ ex elementis eſt cō
part.4. poſitum, quia nihil eſt cauſa, aut elemētum ſuipſius. Sicut huius ſyllabæ BA,
Tex. cō. 22. elementum eſt hæc littera B, aut A. Et quia uidebatur hoc habere inſtantiā in principiis a Platone poſitis, quæ ſunt unum & ens, eo ꝙ unumquodque principiatorum eſt unum &
part.5. ens, ideo cōſequēter hoc excludit, dicēs, ꝙ neque etiam intellectualium elementorum, quæ ſunt unum & ens, poſſibile eſt aliquod eſſe idem cum his, quæ ſunt ex elementis. Vocat aūt ea intellectualia, quia uniuerſalia intellectu percipiuntur & quia Plato ea ponebat ſeparata a ſenſibilibus. Et ꝙ huiuſmodi elementa ſint alia ab eis, quorū ſunt elementa, probat, quia [huiuſmodi elementa] idest unum & ens inſunt ſingulis cōpoſitorum ex eis, nullum autem compoſitorū ex eis ineſt aliis. Vnde patet ꝙ & iſta elementa differunt ab his, quæ ſunt compoſita ex eis. Si igitur uerum eſt quod elementa
Tex. cō. 23. part.6. non ſunt idem cum his, quæ ſunt ex elementis, ſi eadē ſunt elementa ſubſtantiarum & aliorum generum, conſequitur ꝙ nihil eorum ſit in genere ſubſtantiæ, neque in aliis generibus. Sed hoc eſt impoſſibile: quia neceſſe eſt omne, quod eſt, eſſe in aliquo genere. non igitur poſſibile eſt ꝙ ſint eadē principia omnium. Deinde cum dicit.

e ¶ Soluit propoſitam dubitationem, & circa hoc duo facit. Primo oſtendit, quòd eadem ſunt principia omnium proportionaliter. Secundo, ꝙ eadem ſunt vniuerſaliter, ibi. [Adhuc autem
Infr. par. 12. v dere &c.] Hęc enim duo ſupra poſuerat dicens, ꝙ principia ſunt eadem omnium uniuerſaliter, & ſecundum proportionem. Prima pars diuiditur in duas partes ſecundum ꝙ duos modos aſſignat, quibus proportionaliter ſunt eadem principia
Infr. par. 11. omnium. Secunda incipit, ibi. [Amplius autem alio modo.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quomodo proportio
Infr. part. 8. naliter ſunt eadem. Secundo quomodo & ſimpliciter ſint eadē principia omniū prima, ibi. [Amplius aūt pręter hæc.] Circa primū duo facit. Primo oſtendit ꝙ proportionaliter ſunt eadē principia oium quantū ad cauſas intrinſecas, ſecūdo quātū ad cauſas intrinſecas & extrinſecas ſimul, ibi. [Quia aūt non ſolū.]

tum, quam quorum eſt elementum. at uero neque ſubſtantia elementum eſt eorum, quæ ad aliquid, neque horum aliquid ſubſtantiæ.

d Amplius quomodo cōtingit eſſe omnium elementa eadem? Nullum enim poſſibile eſſe elementorum cum ex elementis compoſito idem, ut ei quod eſt B A, B, aut A. Nec etiam intellectualium elementorum, ut unū aut ens. Inſunt enim ea ſingulis compoſitorum. nihil igitur erit eorum nec ſubſtantia, nec ad aliquid, ſed neceſſariū. Non ſunt igitur omnium eadem elementa.

c At, ut dicimus, eſt quidem ut eſt, eſt autem ut nō: puta forſan ſenſibilium corporum, vt quidē ſpecies calidum, & alio modo frigidum priuatio: materia uero quod potentia hæc primum ſecundum ſe. Subſtantia uero, & hæc, & quæ ex his, quorum ſunt principia, hoc autem ſi quidem ex calido, & frigido fit unum, ut caro, aut os. alterum.n. neceſſe eſt ab illis eſſe quod factum eſt. Horum igitur eadem elementa & principia, aliorum vero alia. Omnium autem ita quidem dicere non eſt, ſed proportionaliter. Quemadmodum ſi quis dicat, ꝙ principia ſunt tria, ſpecies, & priuatio, & materia. Sed horum unumquodque alterum circa genus unūquodque eſt. Vt in colore album, nigrum, ſuperficies, tenebrę, lumē aer. Ex his autem dies & nox.

f Quoniam aūt non ſolum quę inſunt cauſæ, ſed & eorum, quæ extra, utpura mouens, palam quia alterū principiū, & elementū. Cauſæ uero ambo & in hæc diuiditur principium. Qđ uero aut mouens, aut ſiſtens, princi-

elementum eſt, quam ea, quorum eſt elementum. At uero nec ſubſtantia eorum, quæ ad aliquid ſunt, elementum eſt, nec aliquid horum ſubſtantiæ.

Item, quomodo continget omnium eadem eſſe elementa: nullum enim elementorum idem poteſt eſſe ei, quod ex elementis componitur. ueluti ipſi
G *B A, ipſum B, aut ipſum A. Neque ſane ullum intelligibilium, vt vnum vel ens, elementum eſt. hæc enim unicuique compoſitorum inſunt. nullum igitur eorum neque ſubſtantia, nec ad aliquid erit. at neceſſarium eſt. Non ſunt ergo omnium eadem elementa.*

An (ut diximus) quodammodo quidem ſunt, quodam modo uero nō? veluti fortaſſis corporum ſenſibilium calidum. tanquam forma, & alio modo frigidum, ut priuatio. materia ue-
H *ro, quod primo per ſe potentia hæc erat. ſubſtantię vero, tum hęc, tum ea ex his, quorum hæc principia ſunt: aut ſi quid ex frigido, & calido fit unum, ut caro, aut os, neceſſe profecto eſt aliud ab his eſſe illud, quod factum eſt. horum itaque eadem elementa, atque principia ſunt, alia vero aliorum. Omnium uero ita quidem dicere non eſt, ſed analogice. quemadmodum ſi quis dicat, quod principia ſunt tria, forma, priuatio, & materia. uerum unūquodque horum circa unumquodque genus aliud eſt. ut in coloribus album, nigrū*
I *ſuperficies, lumen, tenebrę, aer; ex his uero dies, & nox.*

Cum uero illæ non ſolum, quę inſunt, cauſæ ſint, uerum etiam ex his, quę extrinſeca ſunt, illud quod mouet patet quod aliud eſt principium, aliud elementum. ambo uero cauſæ ſunt, et principium in hęc diuiditur, quod autem ut mouens, vel ſiſtens eſt, princi-

F Dicit ergo primo, ꝙ quodammō eſt verum dicere oīum eadē principia, & quodammodo non. Et hoc oñdit dicens: Sicut ſi ponamus ꝙ ſenſibilium corporum ſit principium, tanquam ſpecies & forma calidum, & tanquam priuatio frigidū, & materia ſenſibilium corporum ſit id, quod eſt ſecundum ſe in potentia ad hæc duo. Nam materia ſm ſe ſumpta eſt principiū ſuſceptiuum formæ & priuationis. Dicit autem, forſan, quia calidum nō eſt forma ſubſtantialis corporum ſenſibilium. neque frigidū eſt priuatio, ſed ambo ſunt qualitates. Vtitur tñ eis tanquam forma & priuatione in genere ſubæ ad maiorem manifeſtationē. Vñ ſubiungit, ꝙ & huiuſmodi principia ſunt ſubſtantiæ, non ſicut ſpecies in genere, ſed ſicut principia. Et iterum illa, quæ ſunt ex his, quorum hæc ſunt principia. ſ. ignis & aqua, ac ſi intelligamus, ꝙ ignis componatur ex calido, ſicut forma & propria materia, & aqua ex frigido ſicut ex priuatione & materia. Aut ēt ſi aliquid vnum fit ex calido & frigido commixtis, eorum ſunt prædicta principia, ſ. calidum & frigidū & materia eorum, quia neceſſe eſt id, quod fit ex calido & frigido, eſſe aliquid diuerſum ab illis. ſ. calido & frigido, & a primis corporibus, quorū imaginamur hæc eſſe formas. Sic igitur horum. ſ. ſimplicium corporum, & compoſitorum ex eis, ſunt eadem principia & elementa. Sed aliorum ſunt alia proxima principia. Non autem omnium ſunt eadem niſi proportionaliter. Sicut ſi aliqs dicat ꝙ ſicut p̄dicta tria. ſ. calidū & frigidū & ſubiectum eorū ſe hñt in generatione corporum ſimplicium,
K aut forma & priuatio & materia, ita in quolibet alio genere illa tria ſunt, quæ ſe habent ut forma, priuatio, & materia. Sed iſta, diuerſa ſunt in diuerſis generibus Sicut in genere colorum, album eſt ſicut ſpecies, nigrum ſicut priuatio, & ſuperficies ſicut materia & ſubiectum, Et in genere diſtinctionis temporū, lumen eſt ſicut ſpecies, tenebrę ſicut priuatio, aer ſicut materia & ſubiectum. Ex quibus tribus principiis conſtituuntur dies & nox. Deinde cum dicit.

f ¶ Oſtendit idem in cauſis intrinſecis, & extrinſecis, & circa hoc duo facit. Primo enim oſtendit, quòd computando tā cauſas intrinſecas q̄ extrinſecas, ſunt quatuor proportionaliter oīum. Secundo quo reducuntur ad tres, ibi. [Quoniā uero mouens.] Dicit ergo primo, ꝙ quia non ſolum ſunt cauſæ ea, quæ dicta ſunt intrinſeca rei, ſed etiam ea, quæ ſunt extra rē, ſicut mouens, manifeſtum eſt quod principium & elementum differunt. nam principium proprie dicitur quod eſt extra, ſicut mouens. nam ab eo eſt principium motus. Elementum autem

proprie

propriè dicitur cauſa intrinſeca, ex qua conſtituitur res. ſed ambo dicũtur cauſæ, ſ. tam principia extrinſeca quam intrinſeca. Et principium quodammodo diuiditur in ea, ſ. intrinſeca cauſa & extrinſecas. Sunt enim quædam principia intrinſeca, ut in quinto oſtenſum eſt. Sicut fundamentum eſt principium do-

Lect. 5. mus ſecundum materiam, & animal hominis ſecundum formã. Sed id, quod eſt mouens, aut ſiſtens, id eſt quieſcere faciens, eſt principium quoddã, ſed non eſt elementum: quia elementum eſt ex quo fit aliquid, & eſt in eo, vt habitũ eſt in Quinto. Sic igitur manifeſtum

Tex. com. 5. Tex. ch. 24. par. 5. eſt quòd ſecundum analogiam, id eſt proportionem, tria ſũt elementa omnium, id eſt materia, forma, & priuatio. Dicuntur enim priuationes eſſe elementum, non per ſe, ſed per accidens, quia ſ. materiæ cui accidit, eſt elementum. Materia enim ſub una forma exiſtens, habet in ſe priuationem alterius formæ. Sed

par. 8. cauſæ, & principia ſunt quatuor, vt addamus tribus elemẽ-

par. 9. tis cauſam mouentem. Non facit autem mentionem de cauſa finali, quia finis nõ eſt principiũ niſi ſecũdum quod

par. 10. eſt in intẽtione mouentis. Sic igitur cauſæ, & principia

Tex. ch. 16. par. 11. omnium ſecundum analogiam, ſunt quatuor, ſcilicet materia & forma: & priuatio, & principium mouens. Non tamẽ hæc ſunt eadem in omnibus, ſed alia in aliis. Sicut enim ſupra dictum eſt, quod ſpecies & materia & priuatio ſũt alia in aliis, ita etiã prima cauſarũ, quæ eſt quaſi mouens, eſt alia in aliis. & hoc manifeſtat per exemplum. Sicut in ſanatis, ſanitas eſt ſicut forma, infirmitas ſicut priuatio, corpus ſicut materia, ſicut mouens autem ars medicinalis. In ædificatiuis autem eſt ſpecies domus, ſicut forma; [inordinatio talis] id eſt oppoſita ordini, quem requirit domus, eſt priuatio, lateres autem ſicut materia, mouens autem eſt ars ædificatoria. & ſic in iſta quatuor diuiditur principium. Deinde cum dicit.

g ¶ Reducit prædicta quatuor ad tria, eo quòd mouens & forma reducũtur in idem ſpecie tam in artificialibus, quàm in naturalibus. Dicit ergo quòd quia mouens in naturalibus eſt homo, inquantum habet formam, & in his, quæ fiunt a mẽte ſiue intellectu, mouẽs eſt ſpecies concepta ab intellectu, aut etiã contrarium ſpeciei, per cuius remotionem ſpecies inducit, manifeſtum eſt, quòd quodammodo tres erunt cauſæ inquantum mouens & forma ſunt idem ſpecie. Quodam uero modo erũt quatuor, inquantum ſcilicet, differunt numero. Sanitas enim aliqualiter eſt ipſa ars medicinalis. Et forma domus quodammodo eſt ipſa ars ædificatoria, inquãtum ſcilicet ipſa ars eſt ſimilitudo quædam, & ratio formæ, quæ eſt in materia. Et ſimi-

A liter in rebus, quæ generantur, in generante inuenitur ſimilitudo formæ generati. Homo enim generat hominem. Deinde cum dicit.

h ¶ Oſtendit quod licet prima principia non ſint eadem in omnibus ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum proportionem, prima tamen principia ſunt ſimpliciter eadem omnium. Et hoc oſtendit quantũ ad tria. Primo quidem quãtũ ad hoc, quod inter cauſas quatuor aſſignatas, mouẽs eſt cauſa prima, quia mouens eſt quod facit eſſe formã uel priuationem in materia. In genere autem mouentiũ, eſt deuenire ad aliquod unum mouens, ut oſtẽſum eſt in libro Octauo Phyſicorũ. Id igitur primũ mouens unum & idem, eſt primum principium omnium. Secundo ibi. Te. com. 38. Lect. 7. Te. com. 35.

i ¶ Oſtendit idem ſecundum aliud. Entium enim quædam ſunt ſeparabilia, ſcilicet ſubſtantiæ: alia ſunt inſeparabilia, ſ. accidentia, quia paſſiones & motus & huiuſmodi accidentia non poſſunt eſſe ſine ſubſtantiis. Vnde manifeſtum eſt, quod principia prima in genere ſubſtãtiæ ſunt etiam cauſæ omnium aliorũ generum, non ſolũ quantum ad primã cauſam mouentem, ſed etiam quantum ad cauſas intrinſecas. Nam materia & forma ſubſtantiæ, ſunt cauſæ accidentium. Tertio ibi.

K ¶ Oſtendit ulterius, quod etiam in genere ſubſtantiæ eſt deuenire in aliqua prima. Nã prima principia in genere ſubſtantiarum ſunt ſubſtantiæ uiuentes animatæ, ſecundum opi. Ariſt. ponẽtis cęleſtia corpora animata. Et ſic

E Prima principia in genere ſubſtantiæ, ut materia & forma, erũt anima & corpus, uel etiam corpus & intellectus, uel deſideriũ. Nam anima corporis cæleſtis, ſi ſit animatum, non habet alias partes animę niſi intellectum & appetitum. Aliæ enim partes ordinantur ad cõſeruationem corporum generabilium & corruptibilium. Intellectus etiam & deſiderium habet rationem cauſę mouentis. Deinde cum dicit.

l ¶ Ponit alium modum, ſecundum quem ſunt eadẽ principia oĩum proportionaliter, & dicit, quod alio mõ ſunt eadẽ principia omnium proportionaliter, ita quod dicamus quod actus & potentia ſunt principia omnium. Sed in hoc eſt differentia quantum ad duo. Vno quidem modo, quia alia potentia, & alius actus ſunt principia in diuerſis rebus. Alio modo, quia aliter inuenitur potentia & actus in quibuſdam, & aliter in aliis, & hoc ſecundum primo manifeſtat dicens, quod in quibuſdam idem quandoque eſt in actu, & quandoque in potentia, ut patet in oĩbus generabilibus & corruptibilibus & mobilib. & contingentibus. ſicut uinum & caro, & homo quãdoq; ſunt in actu, quandoque ẽt in potentia. Quædam uero ſp ſunt in actu,

pium eſt quoddam. Quare elementa ſecundũ analogiam tria: cauſæ autem, & principia quatuor. aliud uero in alio, & prima cauſa. Quare mouẽs aliud, alii ſanitas, infirmitas, corpus, mouens medicatiua: ſpecies inordinatio talis, lateres, mouens ædificatoria. & in ea diuiditur principium.

g Quoniam autem mouens in Phyſicis quidem homo, in his autem, quæ a mente, ſpecies, aut contrarium, modo quodã tres vtique erunt cauſæ, ſic autem quatuor. Nam ſanitas aliqualiter medicinalis, & domus ſpecies ædificatoria, & homo hominem generat.

h Amplius autem præter hæc, vt primum omnium mouens omnia.

i Quoniam autem ſunt hæc quidem ſeparabilia; illa autem inſeparabilia; Subſtantiæ illæ. Et propter hoc omniũ cauſæ hæc, quia ſine ſubſtantiis non ſunt paſſiones & motus.

x Deinde erunt hęc omnia anima forſan & corpus; aut intellectus & appetitus & corpus.

l Amplius aũt alio modo proportionaliter principia ea oẽ, ut actus & potẽtia. ſed & hæc alia, quia alius & aliter. In quibuſdã quidẽ.n. idẽ qñq; eſt actu, qñq; potẽtia. vt vinum, aut caro, aut homo. Cadunt aũt & hęc in dictas cauſas. Actus quidẽ.n. ſpẽs, ſi ſit ſeparabilis, & quod ex ambobus. Priuatio uero, ut tenebræ, aut laborans. Potentia autẽ materia. hoc.n. eſt quod poteſt fieri ambo. Aliter autem actu & poteſtate differunt, quorum nõ

mouens, uel ſiſtens eſt, principiũ quoddam, & ſubſtantia eſt. Quare elemẽta quidem analogice tria: cauſę uero, atque principia quatuor. aliud uero in alio; & prima cauſa, ut mouens, in alio alia, ſanitas, morbus, corpus; mouens, ars Medendi, forma, inordinatio talis, lateres; mouens Aedificatiua

B *& nimirum in hęc diuiditur principium.*

Cum autem mouens, in naturalib. quidem homo, in his uero, quæ a mente ſiunt, ipſa forma, vel cõtrarium ſit, modo quodam tres profecto cauſę erunt, alio uero modo quatuor. ſanitas nanque quodammodo eſt ars Medendi, & Aedificatiua forma domus, & homo hominem generat.

C *Prꝑter hæc item cuncta mouens, tanquam omnium primum.*

Cum autem quędam ſeparabilia, quædam inſeparabilia ſint, illa ſunt ſubſtantię, propter quod hæc omnium cauſę ſunt; ſiquidem abſq; ſubſtantiis paſſiones & motus non ſunt.

Deinde hęc erunt, anima fortaſſis, & corpus, aut intellectus, appetitus, & corpus.

D *Item alio modo analogice principia ſunt eadem, ut actus, & potentia. uerum hæc etiam in aliis alia, & alio modo ſunt. In quibuſdam enim idem quandoque actu, quandoque potentia eſt, ut uinum, aut caro, aut homo. Cadunt autem hęc in prædictas cauſas, actus nanque eſt forma, ſi ſeparabilis ſit, & quod ex ambobus priuatio etiã, ut tenebrę, aut ęgrotans. potentia autem materia. hoc nanque eſt, quod ambo fieri poteſt.*

ſicut ſubſtantiæ ſempiternæ. Et quia dixerat hunc modum, quo proportionaliter ſunt principia eadem omnium, eſſe alium modo a præaſſignato, conſequenter oſtendit quomodo reducatur in idem. Et hoc eſt quod dixit, quod hæc ſcilicet actus & potentia cadunt in prædictas cauſas, quæ ſunt forma, priuatio, materia, & mouens, quia forma eſt actus ſi ſit ſeparabilis a compoſito, ut Platonici poſuerunt: ſiue etiam ſit aliquid compoſitum ex ambobus, ſcilicet materia & forma. Et ſimiliter priuatio, eſt quodammodo actus [ut tenebræ, aut labor] id eſt infirmum. Materia uero eſt in potentia, quæ fieri poteſt ſub ambobus, ſ. ſub forma & priuatione. Sic igitur manifeſtum eſt, quod actus & potentia in idem redeunt cum materia & forma & priuatione, & quod actus & potentia in diuerſis alio modo differunt, quia non ſimiliter eſt in omnibus, ſed aliter & aliter. Et quia dixerat, quod non ſolum aliter eſt potentia & actus in diuerſis, ſed etiam ſunt alia in aliis. Hoc conſequenter exponit dicens, quod alio modo potentia & actus differunt in diuerſis, quorum non eſt eadem materia, quę eſt potentia, & quorum non eſt eadem ſpecies, quę eſt actus, ſed diuerſa. Sicut hominis cauſa, ut materia elementa ſcilicet ignis &c. & cauſa ut forma [ſpecies propria] ſcilicet anima, & cauſa mouens eſt aliquod extrinſecum, ſicut pater eſt cauſa mouens propinqua, & cauſa remota ſol, & [obliquus circulus,] id eſt zodiacus, in quo mouetur ſol, & alii planetæ, qui ſuo motu cauſant generationem & corruptionem in iſtis inferioribus. Huiuſmodi autem cauſæ extrinſecę, neque ſunt materiæ neque formæ, neque priuatio, neque aliquid conforme eis, aut eiuſdem ſpeciei, ut poſſit dici quod reducuntur ad has cauſas, ſicut actus & potentia, ſed ſunt in alio genere cauſæ, quia ſunt mouentia, & ipſa etiam reducuntur in actum. Alia uero ab homine, habent etiam aliam propriam, & aliam formam propriam, & aliquod agens proprium. Deinde cum dixit.

F

eſt eadem materia, & quorum non eſt eadem ſpecies ſed altera. Quemadmodum hominis cauſa elementa, ignis, & terra, ut materia & ſpecies propria, & ſi quid aliud extra ut pater; & præter hæc ſol, & obliquus circulus; neque materia entia, neque ſpecies, neque priuatio, G neque forma, ſed mouentia.

Aliter autem actu, potentiaque differunt quorum non eadem materia eſt, quorum non eadem forma, ſed diuerſa eſt. uelut hominis cauſa, elementa, ignis, & terra, & materia: & propria forma, et ſi quid aliud extrinſecus eſt, ut pater, & præter hæc Sol, et obliquus circulus, quæ nec materia, nec forma, nec priuatio, nec eiuſdem ſpeciei ſunt, uerum mouentia.

Tex. co. 37.

m Adhuc autem uidere oportet, ꝙ hæc quidẽ uniuerſaliter eſt dicere, hæc aũt non. Omniũ enim prima principia, qđ actu primum hoc & aliud quod potentia. Illa quidem igitur uniuerſalia nõ ſunt. principium.n. ſingularium ſingulare, homo quidẽ eſt hominis uniuerſaliter ſed non eſt uniuerſalis: uerum Peleus, Achillis, tui uero, pater. Et H huius ſyllabæ B A & B A, ſiue totaliter ſiue particulariter. Deinde iam quę ſubſtantiarũ aliæ, aut aliorum cauſę & elementa, ſicut dictum eſt. Eorum, quę non in eodem genere, colorum & ſonorum & ſubſtantiarum & quantitatis præterquam proportionaliter. Et eorum, quę ſunt in eadem ſpecie, diuerſa non ſpecie, ſed quia ſingulariũ aliud tua materia, & ſpẽs, & mouens, & mea, uniuerſali autẽ ratione, eadem.

Præterea uidere oportet, quod quędam eſt uniuerſaliter dicere, quædam minime. Omnium itaque prima principia, quod actu primum, & aliud, quod potentia. At illa, quæ uniuerſalia dicimus, non ſunt. ſingulare nanque principium eorum eſt, quæ ſingularia ſunt. homo enim hominis uniuerſalis. ſed nullus eſt. uerum Peleus Achillis, tui autem pater. & hoc B ipſius B A. ipſum uero B omnino ipſius B A ſimpliciter. Deinde formæ hę, quæ ſubſtantiarum ſunt. uerum aliorum aliæ cauſæ, ac elementa, ut dictum eſt. Eorum, quæ non in eodem genere ſunt colorũ, ſonorum, ſubſtantiarum, quantitatis, niſi proportionaliter. Eorum quoque, quæ in eadem ſpecie ſunt diuerſa, non ſpecie, ſed quoniam quę ſingularium aliud, & tua materia, & forma, & quod mouit, & forma, ac mea materia. uniuerſali uero ratione eadem.

n ¶ Quia iam oſtenſum eſt, quod ſunt eadem principia omniũ proportionaliter, uult oſtendere, quomodo ſunt omnium eadẽ uniuerſaliter. Utrumque enim ſupra dictum fuit.

Dicit ergo, ꝙ oportet uidere, quomodo principia aliqua dicunt uniuerſaliter, & aliqua non uniuerſaliter. Et prima principia maxime uniuerſaliter ſignificata, ſunt actus & potentia, nã hęc diuidunt ens inquantum huiuſmodi. Hæc autem dicuntur prin

cipia uniuerſalia, quia uniuerſaliter ſignificantur & intelliguntur, non ita quod ipſa uniuerſalia ſubſiſtentia principia ſint, ut Platonici poſuerunt, quia ſingularium non poteſt eſſe aliquod principium niſi ſingulare. Uniuerſale enim principium eſt effectus uniuerſaliter accepti, ut homo hominis. Sed, cum non ſit aliquis homo uniuerſaliter ſubſiſtens, non erit aliqđ principium uniuerſale hominis uniuerſalis, ſed ſolum hoc particulare huius particularis. ſicut ſi Peleus Achillis eſt pater, tui uero pater tuus. Et hęc litera B huius ſyllabæ BA. ſed B, uniuerſaliter acceptum eſt principium eius, quod eſt BA, uniuerſaliter acceptum. Sic igitur principia uniuerſaliter ſignificata ſunt eadem omnium. Deinde inducit alium modum, ſecundum quem principia ſubſtantiarũ ſunt uniuerſaliter omnium, inquantum accidentia ex ſubſtantiis cauſantur. Sicut autem actus, & potentia ſunt uniuerſaliter principia omnium, quia conſequuntur ens commune, ita oportet quod ſecundum quod deſcendit cõitas principiatorum, deſcendat communitas principiorum. horum.n. quæ non ſunt in eodem genere, puta colorum, ſonorum, ſubſtantiarũ, & quantitatis, ſunt aliæ cauſæ & elementa, ut dictum eſt, præter quã ꝙ proportionaliter ſunt eadẽ omnium, eorum autem, quę ſunt in eadem ſpecie, ſed diuerſa ſunt numerũ, ſunt diuerſa principia, non ſpecie, ſed numero, ſicut aliud eſt materia tua, & forma & mouens tuum, & aliud mea. ſed ſecundum uniuerſalem rationem ſunt eadem, nam anima & corpus ſunt materia & forma hominis. Huius autem hominis hæc anima, & hoc corpus.

I

Tex. co. 38.

n Quærere uero quæ principia aut elementa ſubſtantiarum, & ad aliqđ & qualitatum, utrum eadẽ aut diuerſa, palam quia multipliciter dictorum ſunt uniuſcuiuſq;. Diuerſorum uero non eadem, ſed altera pręterquam ſic. & oĩum ſic quidem eadẽ, aut eo ꝙ proportionaliter, quia materia ſpẽs priuatio, mouẽs. Et ſic ſubſtantiarũ cauſæ, ut cauſę oĩum, quia deſtruunt̃ deſtructis. Amplius, ꝙ primũ endelechia. ſic K aũt altera prima, quæcunq; cõ

Quærere autem quænam principia, ſiue elementa ſubſtantiarum, ad aliquid, & qualitatum ſint, utrum eadem an diuerſa, patet quod, cum multipliciter dicantur, uniuſcuiuſque ſunt. at ſi diuiduntur, non eadem, ſed diuerſa, niſi quod aliquo modo eadẽ. analogice nanque eadẽ. quia materia, forma, priuatio, mouens. ac illo modo ſubſtantiarum cauſæ, quaſi omnium cauſę ſunt: quia peremptis, perimuntur. Præterea quod primum actu eſt. illo uero modo alia prima, quæcunq; contraria, quæ nec ut genera, neque

n ¶ Recapitulat ea, quæ dicta ſunt in hoc capitulo. Dicit ergo quod quærere utrum ſunt eadem principia & elementa ſubſtantiarum, & ad aliquid & qualitatum & aliorum generum, aut diuerſa, eſt quærere de multipliciter dictis, quia diſtinctorum non ſunt eadem principia, ſed diuerſa, niſi quodam modo. Omnium enim quodammodo ſunt eadem principia, aut ſecundum proportionem; ſicut ſi dicamus quod in quolibet genere inueniuntur aliqua, quę ſe habent ut materia & forma & priuatio & mouens, aut eo quod cauſæ ſubſtantiarum ſunt cauſæ omnium, quia deſtructis eis, alia deſtruuntur. Aut quia principia [ſunt endelechia] id eſt actus & potentia. Iſtis autem tribus modis ſunt eadem principia omnium. Alio autem modo ſunt diuerſa principia, quia contraria, quæ

ſunt

ſunt principia rerum, & ipſa materia, non vniuoce dicuntur, quia non ſunt genera, nec etiam dicuntur multipliciter quaſi æquiuoca. Et ideo non poſſumus dicere, quòd ſunt eadem ſimpliciter, ſed ſecundum analogiam. Vltimo autem concludit, quod dictum eſt, quæ ſunt principia ſenſibilium, & quo ſunt eadem, aut diuerſa.

traria quę nec vt genera dicuntur, nec vt multipliciter dicuntur, & adhuc materia. Quæ quidem igitur principia ſenſibilium, & quot, & quomodo eadem, & quo altera, dictum eſt.

multipliciter dicuntur, item & materia. Quæ itaque ſenſibilium principia ſunt, & quot, quone modo eadem, & diuerſa, dictum eſt.

LECTIO V.

a Quoniam autem tres erãt ſubſtantiæ, duæ quidem quæ phyſicæ: & vna quæ immobilis, de hac dicendum eſt, quia neceſſe eſt eſſe ſempiternam aliquam ſubſtantiam immobilem. Nam ſubſtantiæ, primæ entium, & ſi omnes corruptibiles, omnia corruptibilia. ſed impoſſibile motum aut fieri, aut corrumpi: ſemper.n. erat. Nec tẽpus nec enim poſſibile prius, & poſterius eſſe, cũ non ſit tempus. Et motus: ergo ſic eſt cõtinuus, vt tempus, aut enim idem, aut motus eſt aliqua paſſio. Motus autem non eſt continuus, niſi qui ſecundũ locũ, & huius qui circulo.

b At vero, ſi fuerit motiuum, aut effectiuum, non operans autem aliquid nõ erit motus. Contingit.n. potentiã habens, non agere. nihil ergo prodeſt, nec ſi ſubſtãtias faciamus ſempiternas, quemadmodum qui ſpecies, ſi non aliquod potens ineſſet principium tranſmutari. Non ergo neque ipſa ſufficiens, neque alia ſubſtantia præter ſpecies. nam ſi non egerit, non erit motus æternus.

c Adhuc neq; ſi aget, ſubſtãtia aũt ipſius potẽtia nõ erit mo-

LECTIO V.

B *Cvm vero tres ſint ſubſtantiæ, duæ quidem naturales, alia autem immobilis, de hac eſt dicendum, quòd neceſſe eſt perpetuam aliquam, & immobilem ſubſtantiam eſſe. Etenim ſubſtantiæ, primæ entium ſunt, & ſi cunctę corruptibiles, omnia corruptibilia ſunt. at impoſſibile eſt, aut generari motum aut corrumpi, nam ſemper erat. neque tempus, cum non ſit poſſibile prius & poſterius eſſe, tempore non exiſtente, & motus ſanè ita continuus eſt,* C *ſicuti & tempus. aut enim idem, aut quędam ipſius motus paſſio eſt. motus vero non eſt continuus, præter hunc, qui ſecundum locum, & hunc, qui circularis eſt.*

At vero, ſi motiuum aut effectiuum eſt, non autem operans aliquid, non eſt motus, poſſibile namque eſt non operari, quod potentiam habeat, nulla igitur vtilitas erit, ne quidem ſi perpetuas ſubſtantias faciamus, D *quemadmodum qui ſapiunt formas, niſi aliquod principium inſit, quod mutare poſſit. Non igitur ſufficit illa, nec alia ſubſtantia præter formas. nam, ſi non operabitur, motus non erit.*

Nec item ſi operabitur, ſubſtãtia vero eius potentia ſit, non enim erit

LECTIO V.

a Poſtquam Philoſophus oſtendit, quæ ſunt principia ſubſtantiæ ſenſibilis, hic incipit determinare de ſubſtantijs immobilibus a materia ſeparatis. Et diuidit in partes duas. In prima determinat de huiuſmodi ſubſtantijs, ſecundum ſuam propriam opinionem. In ſecunda, ſecundum opinionem aliorum in ſequenti libro, ibi, [De ſenſibili quidem igitur ſubſtantia.] (Lib. 13. alibi impreſſo.) Prima in duas. In prima oſtendit eſſe aliquam ſubſtantiam ſempiternã immobilem, a materia ſeparatam. In ſecunda inquirit conditionem huius ſubſtantiæ, ibi. [Mouet autem.] Circa primum tria facit. Primo, oſtendit eſſe aliquam ſubſtantiam ſempiternam. Secundo, permiſcet quandam quæſtionem ex dictis occaſionatã, ibi. [Quãquis dubitatio.] (Infra lect. 7. Infra lect. 6.) Tertio, ex ſolutione quæſtionis motæ, procedit ad manifeſtationem veritatis prius inuentæ, ibi. [Quare non fuit infinito tempore.] (Lect. par. 6.) Circa primum duo facit. Primo, oſtendit quòd neceſſe eſt, ponere aliquã ſubſtantiam ſempiternam. Secundo, oſtendit qualem oportet eſſe illam ſubſtantiam, ibi. [Sed ſi fuerit motiuum.] (Tex. com. 5. par. ſeq.) Dicit ergo primo, quod ſupra dictum eſt, quod tres ſunt ſubſtantiæ, quarum duæ ſunt ſubſtantiæ naturales, quia ſunt cum motu, vna ſempiterna, ut cęlum, alia corruptibilis, ut plantæ, & animalia. Et præter has eſt tertia, quæ eſt immobilis, quæ non eſt naturalis, de hac dicendum eſt nunc. Ad cuius conſiderationem oportet prius oſtendere, quod neceſſe eſt eſſe aliquam ſubſtantiam ſempiternam, immobilem. quod ſic probat. (Tex. com. 2.) Subſtantiæ ſunt primæ inter entia, ut ſupra oſtenſum eſt. deſtructis autem primis nihil remanet aliorum. Si igitur nulla ſubſtantia eſt ſempiterna, ſed omnes ſunt corruptibiles, ſequitur, quod nihil ſit ſempiternum, ſed [omnia ſint corruptibilia,] id eſt, non ſemper exiſtentia: ſed hoc eſt impoſſibile, ergo neceſſe eſt eſſe aliquam ſubſtantiam ſempiternam. Quod autem impoſſibile ſit nihil eſſe ſempiternum, probat ex hoc, quod impoſſibile eſt motũ fieri, (Tex. cõ. 11.) [aut corrumpi,] id eſt, de nouo incipere, aut quandoq; totaliter deſinere eſſe. Oſtenſum eſt enim in octauo Phyſi. quod motus eſt ſempiternus ſimpliciter, & uidetur impoſſibile, quod tempus non ſit ſempiternum: quia ſi tempus aliquando incæpit, aut aliquando deſinet, ſequetur quod prius fuerit non eſſe temporis quam tempus, & iterum quod poſterius erit nõ eſſe temporis quam tempus, ſed hoc nõ poteſt eſſe, ut uidetur, quia nõ eſt poſſibile eſſe prius, & poſterius, niſi ſit tempus, cum ni-

A hil aliud ſit tempus, niſi numerus prioris, & poſterioris in motu. Et ſic ſequetur, quod tempus fuerit antequam inciperet eſſe, & quod ſit poſtquam eſſe deſierit. Videtur igitur neceſſe eſſe, quod tempus ſit ſempiternum. (Lect. 2.) Et ſi tempus eſt continuum, & ſempiternum, neceſſe eſt quòd motus ſit continuus, & ſempiternus: quia motus, & tempus, aut ſunt idem, vt quidam poſuerũt: aut tempus eſt aliqua paſſio motus, ut rei veritas habet. eſt.n. tempus numerus motus, ut patet in quarto Phyſicorum. (Tex. cõ. 99.) ſed tamen non eſt accipiẽdum de omni motu, quod poſſit eſſe ſempiternus, & continuus: non enim hoc poteſt eſſe verũ, niſi de motu locali, & inter motus locales, ſolum de motu circulari, vt probatur in octauo Phyſicorum. (Tex. cõ. 30.) Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit cuiuſmodi ſubſtãtiam neceſſe eſt eſſe ſempiternam, & circa hoc tria facit. Primo quod ad ſempiternitatem motus ſuſtinendam, neceſſe eſt ponere ſubſtantiam ſempiternam ſemper mouentem, vel agentem. dicens, quod cum neceſſe ſit, ſi motus eſt ſempiternus, quod ſit ſubſtantia motiua, & effectiua ſempiterna: vlterius oportet, quod ſit mouens, & agens in actu ſemper, quia ſi eſſet [motiua, aut effectiua] id eſt potens mouere, & efficere motum, & non agens in actu, ſequeretur, quod non eſſet motus in actu. Non enim eſt neceſſarium ſi habeat potentiam mouendi, quod moueat in actu. Contingit.n. id quod habet potentiam agendi, non agere, & ita motus non erit ſempiternus. Ad hoc igitur quod motus ſit ſempiternus, neceſſe eſt ponere aliquam ſubſtantiam ſempiternam mouentem, & agentem in actu, ex quo conſequenter concludit, quod nihil prodeſt opinio Platonicis ſubſtantias ſempiternas, quæ eſt E inſufficiens ad ſuſtinendum ſempiternitatem motus. Non.n. ad hoc ſuſtinendum prodeſt, ſi fingamus aliquas ſubſtantias ſeparatas ſempiternas, niſi in eis ſit aliquod principium habens potentiam ad tranſmutandum, quod non uidetur cõuenire ſpeciebus. Species enim nihil aliud ponebant, quàm vniuerſalia ſeparata. Vniuerſalia autem inquantum huiuſmodi, non mouent: nam omne principium actiuum vel motiuum eſt aliquod ſingulare, ut ſupra dictum eſt. Sic igitur nec ſpecies ſunt ſufficientes ad ſempiternitatem motus ſeruandam, (Tex. cõ. 27.) nec alia ſubſtantia ſeparata præter ſpecies, ſicut quidam poſuerunt mathematica ſeparata, quia nec etiam mathematica, inquantum huiuſmodi, ſunt principia motus. Et ſi etiam ſit aliqua ſubſtãtia ſempiterna agens, non eſt motus ſempiternus, quia motus principium eſt aliqua ſubſtantia ſempiterna mouens, & agens. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit vlterius, quod oportet ad ſempiternitatem motus, quod non ſolum ſit aliqua ſubſtantia ſempiterna mouens & agens, ſed etiam quod eius ſubſtantia ſit actus. Dicit ergo, quod neque eſt ſufficiens ad ſempiternitatem motus, ſi ſubſtantia ſempiterna agat, ſed tamen ſecundum ſuam ſubſtantiam ſit in potentia,

tentia, ſicut ſi ponamus prima principia eſſe ignem, aut aquam F ſecundum poſitionem antiquorum naturalium. non enim poterit eſſe motus ſempiternus. Si enim ſit tale mouens, in cuius ſubſtantia admiſcetur potentia, continget id non eſſe. Quia quod eſt in potentia, contingit non eſſe, & per conſequens continget, ꝙ motus non ſit; & ſic motus non erit ex neceſſitate, & ſempiternus. Relinquitur ergo, ꝙ oportet eſſe aliquod primum principium motus tale, cuius ſubſtantia non ſit in potentia, ſed ſit actus tantum. Tertio ibi

part. 4. d ¶ Concludit vlterius, ꝙ oportet huiuſmodi ſubſtantiam eſſe immaterialem. Dicit ergo, ꝙ amplius

part. 1. ex prędictis ſequitur quod huiuſmodi ſubſtãtias, quæ ſunt principia motus ſempiterni, oportet eſſe ſine materia. nam materia eſt in potentia. Oportet igitur eas eſſe ſempiternas, ſi aliquid aliud eſt ſempi-

part. 2. ternum, vtpote motus, & tempus, & ſic ſequitur, quod ſint in actu. Hoc autem vltimo concludit pp dubitationem, quam conſequenter inducet. Ex hoc igitur proceſſu manifeſtũ eſt, ꝙ Ariſt. hic firmiter opinatus eſt, & credidit neceſſarium fore, ꝙ motus ſit ſempiternus, & ſimiliter

part. 3. tempus. aliter enim non fundaſſet ſuper hoc intentionem ſuã de inquiſitione ſubſtantiarum immaterialium. Sed tamen ſciendum, ꝙ rationes ab eo inductæ in

Lect. 2. octauo Phyſicorum ex quarum ſuppoſi-

Tex. co. 31. tione hic procedit, non ſunt demonſtrationes ſimpliciter, ſed probabiles rationes. Niſi forte ſint demõſtrationes, contra poſitiones antiquorum naturalium de inceptione motus, quas deſtruere intendit. Et prætermiſſis alijs rationibus quas hic non tangit, manifeſtum eſt, quòd ratio, quam hic poſuit ad probandum ſempiternitatem temporis, non eſt demonſtratiua. Non enim ſi ponimus tempus quandoque incæpiſſe, oportet ponere prius, niſi quid imaginatum. Sicut cum dicimus, quod extra cęlum non eſt corpus, quod dicimus extra, non eſt niſi quid imaginatum. Sicut igitur extra cęlum non oportet ponere locum, quamuis extra videatur locum ſignificare, ita non eſt neceſſarium quod tempus ſit prius quã incipiat uel poſtquam deſinet, licet prius, & poſterius videantur tempus ſignificare. Sed quamuis rationes probantes ſempiternitatem motus, & temporis non ſint demonſtratiuæ, & ex neceſſitate concludentes, tamen ea, quæ hic probantur de ſempiternitate, & immaterialitate primæ ſubſtantiæ, ex neceſſitate ſequuntur. Quia ſi non fuerit mundus æternus, neceſſe eſt, quod fuerit productus in eſſe ab aliquo præexiſtente. Et ſi hoc non ſit æternum, oportet iterum quod ſit productum ab aliquo. Et cum hoc non poſſit procedere in infinitum, ut ſupra in ſecundo probatum eſt, neceſſe eſt ponere aliquam ſubſtantiam ſempiternam, in cuius ſubſtantia non ſit potentia, & per conſequens immaterialem.

tus æternus. Contingit enim quod potentia eſt, non eſſe. Oportet igitur eſſe principium tale, cuius ſubſtantia eſt actus.

d Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtantias ſine materia. Sẽpiternas enim eſſe oportet, & ſi aliquid aliud ſempiter- G num actu.

LECTIO VI.

a QVamuis dubitatio. Videtur enim agens quidem omne poſſe, potens vero non omne agere. Quare prius eſſe potentiam.

b At vero ſi hoc, nihil erit entium, contingit enim quidem poſſe eſſe, nondum vero eſſe. H Et etiam ſicut dicunt Theologi, qui ex nocte generant: aut vt Phyſici, quibus erant ſimul res omnes, dicunt idem impoſſibile. Quomodo enim mouebuntur, ſi non fuerit actu aliqua cauſa? non enim materia ipſa ſeipſam mouebit, ſed tectonica. Nec menſtrua: nec terra, ſed ſemina, & genitura.

c Propter quod faciunt quidã ſemper actum, vt Leucippus, & Plato. ſemper enim dicunt eſſe motũ. ſed quare, & quem, I non dicunt, nec ſic, nec cauſam. Nihil enim ut contingit mouetur, ſed oportet ſemper aliquid exiſtere. Quemadmodum nunc, natura quidem ſic, vi vero, aut ab intellectu, aut ab alio, ſic. Deinde qualis prior. differt enim valde quodcunque eſt. At uero nec Pla-

perpetuus motus. quod enim potentia eſt, contingit non eſſe. oportet igitur eſſe tale principium, cuius ſubſtantia actus ſit.

Item has oportet eſſe ſubſtantias abſque materia, ſempiternas enim eſſe oportet, ſi aliquid quidem æternum eſt. actu igitur ſunt.

LECTIO VI.

AT qui dubium eſt. Nam omne quidem agens poſſe quoque videtur, potens vero non omne, agere. quare potentia erit prior.

Verum, ſi hoc ita ſit, nihil entium erit. contingit enim poſſe quidem eſſe, nondum uero eſſe. At ſi, ut Theologi, qui ex nocte cuncta generant, ſiue, ut Naturales dicunt. omnes res ſimul erant, idem impoſſibile erit. Quo namque modo mouebuntur, ſi nulla erit actu cauſa? non enim ipſa materia ſeipſam mouebit, uerum opifex virtus. neque menſtrua neque terra, verum ſemina atque humanum ſemen.

Propter quod quidam faciũt ſemper actum, veluti Leucippus, & Plato, cum ſemper eſſe motum dicant. cur vero, uel quem, non aiunt. nec cur ſic, nec cauſam. nihil enim ſusque deque mouetur: ſed oportet ut ſemper aliquid præexiſtat. ſicuti nunc, natura quidem hoc modo, vi etiam, aut ab intellectu, aut ab aliquo alio, hoc modo. Deinde, quiſnam primus ſit. differt enim quàm maxime. At neque

LECTIO VI.

MOuet quandam dubitationem circa prædeterminata, & eſt dubitatio. Verum actus ſit ſimpliciter prior potentia, vt poſſit poni primum principium rerum eſſe tale, cuius ſubſtãtia ſit actus. Et circa hoc tria facit. Primo, ponit rõnem ad oſtendendũ falsũ .ſ. ꝙ potẽtia ſit prior actu. Secundo, ponit rationem in contrarium, ibi: [At vero ſi hoc, nihil erit.] Tertio, ſoluit dubitationem, ibi. [Potentiam quidem igitur.] Dicit ergo primo quod dictum eſt, ꝙ ſubſtãtia ſempiterna eſt actus, quamuis de hoc ſit dubitatio. vr̃. n. potẽtia ſimpliciter eſſe prior actu. nam prius eſt, a quonõ conuertitur conſequentia eſſendi. Hoc aũt modo uidetur potentia ſe habere ad actũ, quia omne agens uidetur poſſe agere, ſed non omne, quod poteſt agere, agit. Quare videtur quòd potentia ſit prior actu. Deinde cum dicit.

b ¶ Ponit rationem in contrarium, & circa hoc duo facit. Primo, ponit rationem ducentem ad impoſſibile, dicens: quòd ſi potentia ſit ſimpliciter prior actu, ſequitur quòd aliquando nihil ſit. Contingens eſt enim id quod poteſt fieri, ſed nõdum ſit: & ita ſi prima entia ſunt in potentia, ſequitur ꝙ non ſunt actu. & ſic nihil aliorum erit. Et hoc quidem contingit dupliciter. uno modo ſecundum opinionem quorũdam antiquorum, qui vocabantur poetæ theologi, ſicut fuit Orpheus, & quidam alij, qui ponebant mundũ eſſe [generatum ex nocte] ideſt ſimplici priuatione præexiſtẽte. Alio modo ſecũdum poſteriores naturales, ſicut Phyſici naturales, & eos ſequentes, qui cum uiderent, quod ſecundum naturam nihil ſit ex nihilo, poſuerunt omnia eſſe ſimul in quadam con- K fuſione, quam vocabant chaos, ſicut poſuit Anaxa. & ſic ponebant omnia eſſe in potentia, non autem in actu. Sed ſiue hoc modo, ſiue illo dicatur, ſequitur idem impoſſibile, ſi potentia ſimpliciter ſit prior actu. Illa enim, quæ ſunt in potentia tũ, ſiue ſint omnino ſub priuatione, ſiue ſint in quadam confuſione, non poterunt moueri, ut reducantur in actum, niſi ſit aliqua cauſa mouens in actu exiſtens: quia materia in artificialibus nõ mouet ſeipſam, ſed ipſam mouet agens ſcilicet [tectonica] .i. ars. Nec menſtrua, quæ ſunt materia in generatione animalis, mouent ſeipſa, ſed mouet ea [genitura] ideſt ſemen animalis. Nec terra, quæ eſt materia in gñatione plãtarũ, mouet ſeipſam, ſed mouent eã. [ſpermata] .i. ſemina plantarum. Secundo ibi.

c ¶ Oſtendit, quomodo huic rationi quidam Phyſici conſenſerunt. Dicit ergo, quod propter hanc rationem quidam philoſophi poſuerunt ſemper actum exiſtentem, ſcilicet Leucippus ſocius Democriti, & Plato. Dixerunt enim motum ſemper fuiſſe etiam antè mundum. Secundum quidem Leucippum in athomis per ſe mobilibus, ex quibus ponebat mũdum conſtitui.

A ſtitui. Secundum Platonem vero in elementis, quæ dicebat ante conſtitutionem mundi mota fuiſſe motibus inordinatis, ſed poſtea a Deo fuiſſe ea reducta ad ordinem. Sic igitur quantum ad hoc videntur bene dixiſſe, quòd poſuerunt ſemper fuiſſe motum. Sed in hoc defecerunt, quia non dixerunt quis motus ſemper fuerit, nec cauſam motus aſſignauerunt, nec ſimpliciter narrando, nec ſuæ poſitionis cauſam aſſignando, cum tamen [nihil moueatur, vt contingit] id eſt ſine aliqua cauſa certa,
par. 4. Tex.cõ. 32. ſed ſemper oportet aliquid exiſtere, quod eſt cauſa motus. Sicut nunc videmus, quòd quædam mouentur hoc modo a
par. 5. natura, aut a violentia, aut ab intellectu, aut aliqua alia cauſa. Deinde debuerunt etiam aſſignare qualis ſit prima cauſa motus, vtrum natura, ſiue violen-
par. 6. tia, ſiue intellectus. Multũ n. differt quodcunque horum ponatur cauſa motus. Sed nec Plato poteſt excuſari propter
Tex.cõ. 34. par. 7. hoc, quod poſuit principium motus eſſe aliquid mouens ſeipſum: quod dicebat eſſe animam. Sed anima ſecundum ipſum nõ fuit ante cõſtitutionem mundi, ſed fuit poſt illam inordinationẽ mot⁹. Fuit. n. facta ſimul cũ cęlo quod ponebat animatũ. & ſic anima non poterat eſſe principiũ illius motus inordinati. Deinde cum dicit.

d ¶ Soluit propoſitam quæſtionem: & circa hoc duo facit.
Tex.cõ. 33. & inde. Primo remittit ad hoc, quod determinatum eſt in Nono de ordine potentiæ ad actum dicens, quòd opinari potentiam eſſe priorem actu,
Vbi ſupra. quodammodo bene dicitur, & quodammodo non. Et quomodo hoc fit, dictũ eſt in Nono. Ibi enim dictum eſt, quòd actus ſimpliciter eſt prior potentia. Sed in uno eodem, quod mouetur de potentia in actum, potentia præcedit actum tempore. quamuis actus ſit prior natura & perfectione.

e ¶ Confirmat ſolutionem per poſitiones quorundam philoſophorum, dicens, quod hoc quòd actus ſit ſimpliciter prior, teſtatur Anaxa. quia poſuit primum principium mouens eſſe intellectum: intellectus enim actus quidam eſt. Et etiam Empe. qui poſuit cauſas mouentes, litem & amicitiam. Et Leucippus & Plato, qui poſuerunt ſemper motum fuiſſe. Deinde cum dicit.

f ¶ Ex determinatione quæſtionis præmiſſę manifeſtat, quod prius oſtenſum eſt, & circa hoc tria facit. Primo cõcludit ex præmiſſis perpetuitatẽ generationis. Secundo ex perpetuitate generationis concludit perpetuitatem motus cœli ibi. [Si itaq; quidem ſemper.] Tertio ex perpetuitate motus cœli concludit perpetuitatem primi mouẽtis immobilis, ibi. [Eſt igitur aliqd & quod mouet.] Dicit ergo primo, quòd ſi actus ſimpliciter eſt prior potentia, ſequitur quòd falſa ſit opinio antiquorum naturaliũ, qui exiſtimantes potentiã ſimpliciter eſſe actu priorem poſuerunt omnia in infinito tempore prius fuiſſe in potẽtia, in quadam confuſione, quam appellabant chaos. Falſa etiã erat opinio poetarum theologorum, qui propter eandem exiſtimationem poſuerunt infinito tempore prius fuiſſe ſimplicem rerum priuationem, quàm res actu eſſe inciperent. Quam quidem rerũ priuationem noctem appellabant, propterea forte,

tonem poſſibile dicere, quòd exiſtimat aliquãdo principium eſſe quod ipſum ſeipſum mouet. Poſterius enim, & ſimul coelo, anima, vt ait.

d Potentiam quidem igitur exiſtimare priorem actu, eſt quidẽ, vt bene, eſt autem vt non bene. Dictum eſt autem quomodo. B

e Quod autem actus prius, teſtatur Anaxagoras. Intellectus enim actus. Et Empedocles amicitiam & litem. Et ſemper dicentes motum eſſe, vt Plato & Leucippus.

f Quare non fuit infinito tempore chaos, aut nox, ſed eadem ſemper, aut periodo, aut aliter ſi prior eſt actus potentia. C

g Si itaq; idẽ ſemper periodo, oportet aliqd ſemp manere ſimiliter agẽs. Si aũt dẽat fore generatio & corruptio, aliud oportet agens eſſe, aliter & aliter. Neceſſe eſt igiť, ſic quidẽ ſm ſe agere, ſic vero ſm aliud, aut ergo ſm alterũ aut ſecundum primũ. neceſſe eſt igitur ſecũdum hoc. etenim illud ipſum cauſa, & illi. Dignius ergo primũ. etenim cauſa erat illud ipſius ſemper ſimiliter, & ipſius aliter, alterum. D Eius aũt quod eſt ſemper aliter, palã quod ambo. ergo ſi ſic ſe habet motus, quid ergo alia oportet quærere principia? Quoniam

quia inter qualitates & formas ſenſibiles, lux communior, & prior inuenitur. cum ipſi nihil præter ſenſibilia eſſe arbitrenť. Priuatio autem lucis nox eſt. Vtraque igitur opinio falſa eſt, ſi actus eſt prior potẽtia. Sed cum uideantur ea, quæ generantur de potentia ad actum procedere, neceſſe erit dicere, quod eadem, quæ actu eſſe incipiunt poſt potentiam, ſemper fuerunt aliquo modo, vel ſecũdum circularem generationẽ prout ponuntur ea, quæ generanť pri⁹ fuiſſe eadem, non ſecundum numerũ, ſed ſecundum ſpeciem: quod quidẽ fit ſecundum circularem generõnem. Nam ex terra humectata reſoluũtur uapores, ex quib. generatur pluuia, per quam iterum humectatur terra. Similiter ab homine procedit ſperma, & generatur iterum hõ. Et ſic ea, quæ fiunt reiterantur eadem ſpecie propter circularem generationem. Aut ẽt ea, quę poſt potentiã fiunt in actu, eadem fuerunt ſemper aliter, ſicut poſuit Ana. quod præextiterunt actu in his ex quib. generantur. Deinde cum dicit.

g ¶ Ex perpetuitate generationis cõcludit perpetuitatem mot⁹ cæleſtis. Suppoſito igitur, quod nõ ſit aliqs alius motus, quo ea, quæ procedunt de potentia ad actũ, ſemper eadem fuerint, niſi ſecundum circuitum generationis, ex his quę in ſcientia naturali oſtenſa ſunt, & præcipue in ſecundo de Generatione, concludit, quod ſi aliquid
Tex. cõ. 33 permanet idem per circuitum generationis, oportet, & aliqd ſemper manere idem numero, quod ſimiliter agat ad hoc quod cauſet perpetuitatem: non .n. poteſt eſſe cauſa perpetuitatis quę inueniuntur in generatione & corruptione, aliquid unũ eorum, quæ generantur & corrumpuntur, quia nullum eorũ ſemper eſt. Neque ẽt omnis, cum non ſimul ſint, ut oſtenſum eſt in 8.
Tex. cõ. 48. Phyſi. Relinquitur igitur quod oportet aliquid eſſe perpetuũ agens quod ſemper uniformiter agat ad perpetuitatem cauſandam. Et hoc eſt primum cęlum, quod mouetur, & reuoluit omnia motu diurno. Sed quia illud, quod ſemper eodem mõ operatur, non cauſat niſi aliquod ſemper eodem modo ſe habens, in his autem, quæ generantur & corrumpuntur apparet quod non ſemper ſę habent eodem mõ, quia quandoque generantur, & quandoque corrumpuntur. Si ergo det eſſe generatiõ & corruptio in iſtis inferiorib. neceſſe eſt ponere aliquod agens, quod aliter ſe hẽat in agendo. Et hoc quidem agens dicit eſſe corpus, quod mouetur ſm circulum obliquum, qui dr zodiacus. Quia, cum hic circulus declinat ad utranque partẽ ab æquinoctiali, illud quod mouetur ſecundum circulũ per zodiacum, oportet quod ſit quãque magis propinquum, & quandoque magis remotum, & ſecundum hoc ſua propinquitate & remotione cãt contraria. Videmus. n. quod ea, quæ appropinquante Sole ad nos, generantur, recedente ſole, corrumpũtur. Sicut herbæ, quę in uere naſcuntur, & in autumno ſiccanť. Mouentur. n. in circulo zodiaco & ſol & alii planetæ. Sed & ſtellæ fixæ uidenť moueri ſup polos zodiaci, & nõ ſup polos ęquinoctiales, ut Ptolomeus pbat. Ex harũ aũt motu cãur gñatio, & cor-

E

Platoni poſſibile eſt dicere id, quod quandoq; putas principium eſſe, quod ſeipſum mouet. poſterior enim pariter cęlo eſt anima, ut ait.

Arbitrari, itaque potentiam actu priorem, quodammodo quidem bene eſt, quodammodo uero minime. dictum B autem eſt quomodo.

Quod autem actus ſit prior, Anaxagoras teſtatur. intellectus nanque actus eſt. Et Empedocles, amicitiam & contentionem ponens. & qui ſemper eſſe motum aiunt, ut Leucippus.

Quare non erat tempore infinito Chaos, aut nox, uerum ſemper eadem circuitione, aut aliter, ſi actus quidem prior potentia.

C Si uero ſemper idem circuitione, oportet ut aliquid ſemper ſimiliter operando permaneat. Quod ſi futura eſt generatio & corruptio, aliud operans aliter, & aliter eſſe oportet. Neceſſe igitur eſt hoc quidem modo illud ſecundum ſe operari, hoc vero ſecundum aliud. aut igitur ſecundum diuerſum, aut ſecundum primum. neceſſe autem eſt ut ſecundum hoc: hoc nanque rurſus, & ſibi & illi cauſa eſt. Dignius ergo eſt, quod primum eſt. D hoc nanque, ut ſemper ſimiliter ſe habeat, cauſa erat: ut uero aliter, aliud. ut autem ſemper aliter, ambo ſcilicet. Patet igitur quod motus quoque ita ſe habent. Cur igitur alia quę

& corruptio omnium, quæ generantur & corrumpontur, ſed magis euidenter ex motu Solis. Hoc ergo mouens quod aliter agit, neceſſe [eſt quod quodam modo agat ſecundum ſe] idest ex propria virtute, inquantum cauſat diuerſitatem generationis & corruptionis. Quodam [uero modo ſecundum aliud] .i. ex uirtute alterius, in quantum cauſa perpetuam generatioẽ & corruptioẽ. Aut ergo oportet, quod [agat ſecundum aliquid alterum] idest virtute alicuius alterius, [aut ſecundum primum] idest uirtute primi, quod ſemp ſimiliter agit. Et cũ non ſit aliquod alterum aſſignare, ex cuius uirtute cauſet perpetuitatem, neceſſe eſt quòd ſecundum hoc [quod ſimiliter agit] .i. virtute eius perpetuitatem generatiõis & corruptionis cauſet. Id enim ſcilicet primum, qđ ſemper ſimiliter agit eſt cauſa ipſi, ꝙ aliter & aliter agit, quia id quod aliter & aliter agit, ꝑpetuo agit. Id uero quod ſemp ſimiliter agit eſt cã perpetuitatis cuiuſlibet motus: ſic igĩ eſt cauſa perpetuitatis eius, quod agit aliter & aliter: ut.ſ. perpetuo ſic agat, & illi etiã, quod ex eo cauſatur .ſ. generationi & corruptioni perpetuæ. Ex quo patet, ꝙ ſecundum agens .ſ. ꝙ aliter & aliter agit agit i virtute [primi agẽtis] idest primi coeli, ſiue primi orbis, quod ſemper ſimiliter agit. Sic ergo patet ꝙ primum agens, quod ſemper ſimiliter agit, eſt potius & dignius, quia ipſum eſt cauſa eius [quod eſt ſemper eſſe ſimiliter] idest ꝑpetuitatis. Sed eius, quod eſt eſſe aliter & aliter, cauſa eſt alterum agens, quod aliter & aliter agit. Eius uerò, quod eſt aliter & aliter ſe habere, quod eſt generationem & corruptionem eſſe perpetuam, manifeſtum eſt, ꝙ ſunt cauſa ambo coniunctim ſcilicet & primum, quod ſemp ſimiliter agit, & ſecundum quod aliter & aliter agit. Ex hoc autem concludit, quod ſi ſic ſe habent motus cęli, quod ex eis poteſt cauſari perpetuitas generationis & corruptionis in iſtis inferioribus, non oportet quærere aliqua alia principia .ſ. ideas ſicut Platonici poſuerunt: uel amicitiam & litem, ſicut poſuit Empe. quia per hunc modum conuenit aſſignare cauſam perpetuitatis generationis & corruptionis. Et ſi iſte modus non ponatur, ſequentur inconuenientia, ad quæ deducti ſunt primi philoſophantes ſcilicet, quòd omnia [fiant ex nocte] idest ex ſimplici priuatione, aut quod omnia ſimul fuerint, vel quod aliquid fiat ex non ente. Manifeſtum eſt ergo, quod prædicta poſitione ſeruata, ſ. quod ſit perpetua generatio & corruptio cauſata a motu coeli perpetuo, ſoluentur prædicta inconuenientia, & ſequetur, quod aliquid ſemper moueatur motu qui non ceſſat, qui eſt motus circularis: & hoc non ſolum apparet rõne, ſed ex ipſo effectu & per ſenſum. Vnde neceſſe eſt, quod primum coelum eo quòd ſemper hoc motu mouet, ſit ſempiternum. Deinde cum dicit.

part. 8. Tex. cõ. 33. part. 1. Tex. cõ. 36. Te. com. 37.

autem ita contingit, & ſi nõ ſit, ex nocte erunt, & ſimul omnia, & ex non ente, ſoluentur utiq; hæc. Et eſt aliquid ſemper motum motu inceſſabili. hęc autẽ quæ circulo. Et hoc non ratione ſolum, ſed opere palam. Quare ſempiternum erit utique primum cęlum.

G

h Eſt igitur aliquid & quod mouet. Quoniam autem quod mouetur & mouens & mediũ. Igĩt eſt aliquid quod non motum mouet ſempiternum, & ſubſtãtia, & actus ens.

rere oportet principia. Cum uero & ita contingat (& ſi non ſit, ex nocte, & ſimul omnibus, & ex non ente erunt) hęc profecto ſoluentur. Et eſt aliquid, quod ſemper inceſſabili motu mouetur. hic uero circularis eſt. & hoc non ſolum ratione, uerum etiam opere patet: Quare ęternum eſt profecto primum cęlum.

Eſtque aliquid, quod mouet. Cum uero id, quod mouetur, & mouet, medium ſit, eſt etiam aliquid, quod non motum mouet, quod æternum, & ſubſtantia, & actus eſt.

h ¶ Concludit ex prædictis perpetuitatem motoris immobilis. Cum enim omne, quod mouetur, ab alio moueatur, ut in phyſicis probatum eſt, ſi coelum eſt perpetuum, & motus eſt ꝑpetuus, neceſſe eſt aliquod eſſe mouens perpetuum. Sed quia in ordine mobilium & mouentium inueniuntur tria, quorum ultimum eſt, quod mouetur tantũ, ſupremum aũt eſt mouens quod non mouetur, medium autem eſt quod mouetur & mouet, neceſſe eſt quod ponatur aliquod ſempiternum mouens quod non mouetur. Probatum eſt enim in 8. Phyſi. quòd cum

F non ſit abire in infinitum in mouentibus & motis, oportet deuenire in aliquod primum mouens immobile: quia & ſi deueniatur in aliquod mouens ſeipſum, iterum ex hoc oportet deuenire in aliquod mouens immobile, vt ibi probatum eſt. Si autem primum mouens eſt ſempiternum & nõ motum, oportet quod non ſit ens in potẽtia, quia qđ eſt ens in potentia, natum eſt moueri, ſed quod ſit ſubſtãtia per ſe exiſtens, & ꝙ eius ſubſtancia ſit actus. Et hoc eſt quod ſupra concluſerat. Sed neceſſe fuit mouere dubitationem quæ erat apud antiquos, ut ea ſoluta, oſtenderetur expreſſius, quo ordine neceſſe eſt ꝑuenire ad primum ens, cuius ſubſtãtia eſt actus.

LECTIO VII.

a M Ouet autem ſicut appetibile & intelligibile. hæc enim ſola mouent non mota. Horum autem prima eadem. cõcupiſcibile quidem.n. ipſum apparens. uoluntabile autẽ primum ipſum exiſtens bonum. Appetimus autem quia uidetur magis quam uidetur quia appetitus principium eſt intelligentia. Intellectus autem ab intelligibili mouetur.

LECTIO VII.

M Ouet autem hoc modo. concupiſcibile & intelligibile mouet, non motum. horum autem prima eadem ſunt. deſiderabile nanque, quod apparet bonum, primum uero uoluntate affectabile, quod eſt bonum. magis uero appetimus, quia uidetur, quam uidetur, quia appetimus. Principium enim intellectio. Ac intellectus ab intelligibili mouetur,

H

LECTIO VII.

a Poſtquam philoſophus oſtẽdit aliquam ſubſtãtiam eſſe ſempiternam, immaterialẽ, & immobilem, cuius ſubſtancia eſt actus, procedit ad inquirendum conditionẽ ipſius ſubſtãtiæ. Et circa hoc tria facit. Primo, ingrit de ꝑfectione huius ſubſtantiæ. Secũdo, de vnitate & plurᵃlitate ipſius, ibi. [Vtrũ vero vna ponẽda.] Tertio de operatione eius, ibi. [Quę vero circa itellectũ.] Infra le. 9. Infra le. 10. Infra le. 8. Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit perfectionem prædictę ſubſtantiæ. Secundo oſtendit eã eſſe incorpoream, ibi. [Oſtenſum autem eſt.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit perfectionem dictæ ſubſtantiæ. Secũdo excludit opinionem contrariam, ibi. [Quicunque autem putant] part. 6. Infra par. 5. part. ſeq.

I

Circa primum duo facit. Primo oſtendit ſecundum quem modum, mouens immobile moueat. Secundo ex hoc oſtẽdit ea q ad perfectionem eius pertinent, ibi. [Intelligibilis autem altera.] Dicit ergo primo, quod cum oſtenſum ſit, quod ſit primũ mouens nõ motum, neceſſe eſt quod ſic moueat, ſicut deſiderabile & intelligibile. hæc enim ſola ſcilicet deſiderabile & intelligibile inueniuntur mouere non mota. Quod ſic patet. Eſt enim duplex motus, naturalis, & uoluntarius, ſiue ſecundum appetitum. Mouens autem motu naturali, de neceſſitate mouetur, cum mouens naturaliter ſit generans & alterans, nam etiã grauia & leuia ſecundum locum mouentur per ſe, a generãte. Generans autem & alterans immediate, oportet quod aliter & aliter ſe habeant. Vnde etiam ſupra dictum eſt, quod id, quod cauſat generationem & corruptionem agit aliter & aliter. In motu autem, qui eſt ſecundum uoluntatem & appetitum, uoluntas & appetitus ſe habent ſicut mouens motum, ut patet in Tertio de anima. Vnde relinquitur, quod ſolum id, quod mouet ſicut appetibile, ſit mouens non motum. Dicitur autem primum mouens mouere ſicut appetibile: quia motus cæli eſt propter ipſum, ſicut propter finem, cauſatus ab aliquo proximo mouente, quod mouet propter primum mouens immobile, ut aſſimilet ſe ei in cauſando, & explicet in actum id, quod eſt virtute in primo mouente. Nõ enim eſt motus cæli propter generationem & corruptionem inferiorum, ſicut propter finem, cũ finis ſit nobilior eo quod eſt ad finem. ſic igitur primum mouens mouet ſicut appetibile. Sed apud nos aliud eſt quod mouet, ſicut deſiderabile, & aliud quod mouet, ſicut intelligibile bonum, cum tamen vtrumque moueat, ſicut mouens non motum. & hoc præcipue apparet in eo, qui eſt incontinens. Nam ſecundum rationem mouetur ab intelligibili bono, ſecundum autem vim concupiſcibilem mouetur ab aliquo delectabili ſm ſenſum, Tex. cõ. 34. Tex. cõ. 50.

K

ſenſum, quod uidetur bonum, cum nõ ſit bonum ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid. Sed non poteſt eſſe hmõi diuerſitas in primo intelligibili & primo deſiderabili: ſed oportet, ꝙ primum intelligibile & primum deſiderabile ſint eadẽ. Et hoc ideo, quia concupiſcibile, quod non eſt intelligibile bonum, eſt apparens bonũ.

Tex. cõ. 37. Primum autem bonum [oportet quod ſit uoluntabile.] .i. appetibile appetitu intellectuali. Nam

par. 2. uoluntas in intellectu eſt, & nõ in appetitu concupiſcẽtiæ tantum. Et hoc ideo, quia quod appetitur ſecundũ cõcupiſcẽtiam, ur̃ bonum, eo quod deſideratur. Nam cõcu-

par. 3. piſcentia peruertit iudicium rationis, ut ei uideatur bonũ quod eſt delectabile. Sed illud, qđ appetitur appetitu intellectuali, deſideratur, quia eſt bonum ſecũdum ſe. Huiuſmodi enim [appetitus principium eſt intelligentia] .i. actus intellectus, qui mouetur quodam-

par. 4. modo ab intelligibili. Sic igitur patet ꝙ concupiſcibile non eſt bonum, niſi quod deſideratur ſecundum rõnis dictamen. Non ergo

Tex. cõ. 38. poteſt eſſe primũ bonum, ſed ſolum illud, quod quia bonum eſt, mouet deſiderium, quod eſt appetibile & intelligibile ſimul. Deinde cum dicit.

b Intelligibilis autem altera coelementatio, ſecundum ſe, & huius cauſa ſubſtantia prima, & huius quæ ſimplex, & ſecundum actum. Eſt autem unum & ſimplex nõ idem. Vnum enim metrum ſignificat, ſimplex autem qualiter habens ipſum.

c At uero & quod bonum, & quod propter ipſum eligibile in eadem coelementatione, & optimum ſemper, aut proportionabile quod primum. Quod autem eſt quod cuius gratia in immobilibus, diuiſio oſtendit. Eſt enim alicui quod cuius gratia, quorum hoc quidem eſt, hoc uero non eſt.

d Mouet aũt ut amatum. Moto uero, alia mouentur. Siquidem igitur aliquid mouetur, contingit, & aliter hẽre. Quare latio ꝙ prima, & actus eſt ſ͠m quod mouetur. Ex hac autem contingit aliter habere ſ͠m locũ, & ſi non ſ͠m ſubſtantiam. Qm̃ autem eſt quidem mouens ipſum immobile ens, actu ens, hoc non contingit aliter ſe hẽre nullatenus. Latio enim prima mutationũ, huius aũt quæ circulo. Hãc aũt mouet hoc. Ex neceſſitate igitur eſt ens. Et neceſſitas bene, & ſic

A

Intelligibile uero alter ordo eſt, qui per ſeipſum eſt. & huius ſubſtantia prima, atque huiuſce quæ ſimplex & ſecundum actum eſt. Eſt autem unum, & ſimplex non idem. ſiquidem unum ſignificat menſuram, ſimplex uero, quomodo ſe habeat ipſum.

At uero bonum quoque, & quod per ſe eligibile eſt in eodem ordine ſunt. & ſemper primum eſt optimum, aut proportionale. Quod *uero cuius gratia in immobilibus ſit, ipſa diuiſio manifeſtat. eſt enim id cuius gratia alicui eorum, quorum hoc quidem eſt, hoc uero non eſt.*

C *Mouet itaque, ut quod amatur. quod mouetur autem, cætera mouet. At ſi quid mouetur, contingit etiam aliter ſe habere. Quare, ſi latio prima, etiam actus eſt, quo mouetur, hoc modo ſanè contingit aliter ſe habere ſecundum locum, quamuis non ſecundum ſubſtantiam. Cum autem aliquid ſit mouens, ipſum immobile exiſtens, actu ens, hoc nullo modo contingit aliter ſe habere. latio nanque prima mutationum eſt, huius autem, quæ circularis eſt. hanc autem il-*

D *lud mouet. Ex neceſſitate itaque eſt ens. & prout neceſſitas, bene eſt.*

c ¶ Oſtendit idem ex ratione appetibilis dicens, quòd bonũ quod eſt bonum per ſe eligibile, ſecũdum eandem ordinationem ſe habet. Nam illud, quod eſt prius in genere intelligibilium, eſt etiam melius in genere appetibiliũ, aut aliquid ei proportionaliter reſpondens. Quod quidem dicit, quia intelligibilia actu ſunt ſecundum quod ſũt in intellectu, appetibilia aũt ſecundum quod ſunt in rebus. Bonũ enim & malum in rebus ſunt, ut in Sexto dictũ eſt. Sic igiť ſicut ratio intelligibilis ſubſtantiæ eſt prior quàm ratio intelligibilis accidentis, ſic ſe habent bona, quæ ꝓportionaliter reſpondent his rõnibus. Sic igiť optimum erit ſubſtantia ſimplex, quæ eſt actus, quod eſt primũ inter intelligibilia. Et ſic manifeſtũ eſt, quòd primũ mouens idem eſt quod primum intelligibile, & primum appetibile, quod eſt optimum. Sed, quia appetibile, & bonum habent rationem finis, finis autem non uidetur eſſe in reb⁹ immobilibus, ut in obiectionibus tertij libri actum eſt: ideo hanc dubitationem remouet, & dicit, ꝙ hæc diuiſio, qua diſtinguitur quot modis dicit finis, oſtendit quòd cuius cauſa, i. finis, aliquo modo põt eſſe ĩ immobilibus. Dupliciter autem poteſt eſſe aliquid finis alterius. Vno modo, ſicut ꝓexiſtens, ſicut medium dicitur finis præexiſtens motus grauium. & hmõi finem nihil prohibet eſſe in immobilibus. Põt. n. aliquid tendere per ſuum motum ad participandũ aliqualiter aliquo immobili, & ſic primum mouens immobile poteſt eſſe finis. Alio modo dicitur aliquid eſſe finis alicuius, ſicut quod non eſt in actu, ſed ſolum in intentione agentis, per cuius actionem generatur: ſicut ſanitas eſt finis operationis medicinæ, & huiuſmodi finis non eſt in rebus immobilibus.

Tex. com. 8.

b ¶ Quia oſtenderat, primum mouẽs eſſe intelligibile & appetibile, reſtat modo oſtendere ex hoc, quo in primo mouente perfectio inuenitur, & circa hoc tria facit. Primo. n. oſtendit ex ratione intelligibilis & appetibilis perfectionem ipſius ſecundum ſe. Secundo, per compara-

par. 5. tionem ad primum mobile, ibi, [Mouet autem ut amatũ.] Tertio, per comparationem ad id quod appetit, & intelligit ipſum

Inf. le. ſe. par. 1. par. ſeq. ibi, [Deductio autem &c.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit perfectionem primi mouentis ex eo quod eſt intelligibile. Secundo ex eo quod eſt appetibile, ibi. [At uero ꝙ bonum &c.] Dicit primo, ꝙ ſicut mouentia, & mota habent ſuã coordinationem, ita intelligibilia habẽt ſuam coordinationẽ, quam quidem coelementationem intelligibilem uocat, eo ꝙ unum intelligibile eſt primum principium intelligendi alterum, ſicut & unum mouens, alteri eſt cauſa mouendi. Sicut igitur ex ordinatione mouentis & moti, oſtenſum eſt ꝙ primũ mouens eſt ſubſtantia ſimplex & actus, ita etiam inuenitur idem, ex ordinatione intelligibilium. Manifeſtum eſt enim ꝙ inter intelligibilia, ſubſtantia eſt prima, eo quod accidentia nõ intelligimus niſi per ſubſtantiam, per quam diffiniuntur. Et inter ſubſtãtias prius eſt intelligibile ſimplex, quam compoſitũ, nam ſimplicia clauduntur in intellectu compoſitorum. Et inter ſimplicia, q̃ ſunt in genere ſubſtantiæ, actus eſt prius intelligibile ꝙ potentia, nam potentia diffinitur per actum. Relinquitur igitur, quod primũ intelligibile ſit ſubſtantia ſimplex, quæ eſt actus. Et ne uideatur incidere in opinionem Platonis qui poſuit primum principium rerum ipſum unum intelligibile, oſtendit conſequenter differentiã inter unum & ſimplex, & dicit ꝙ unum & ſimplex, non idẽ ſignificant, ſed unũ ſignificat menſuram, ut in Decimo oſtenſum eſt. Simplex aũt ſignificat diſpõnem, ſecundum quam aliquid aliqualiter ſe habet,

Tex. com. 1. quia uidelicet nõ eſt ex pluribus cõſtitutum. Deinde cũ dicit,

d ¶ Comparat primũ mouens immobile ad primum mobile dicens, quòd cum primum mouens immobile moueat quaſi amatum, neceſſe eſt quòd aliquid ſit primo motum ab ipſo, per quod moueat alia. & hoc eſt primum cęlum. Quia igitur ſupponimus ꝙ motus ſit ſempiternus, oportet quod illud, quod primo mouetur, ſempiterne moueatur, & per ipſum moueantur alia. Dicitur autem melius quaſi amatum quam quaſi de-

E ſideratum, cum deſiderium ſit eius quod nondum habetur, ſed amor etiam habiti eſt. Et ſi oportet quod ſempiterne moueatur, neceſſe eſt quòd non contingat aliter & aliter ipſum ſe habere, ſed ut ſit ſemper in eadem diſpoſitione ſecũdum ſubſtantiam. Vnde neceſſe eſt quòd primus motus, quo mouetur primum [mobile ſit latio] ideſt motus localis: quia quod mouetur [ſecundum alios motus] ideſt generationem & corruptionem, augmentum & diminutionem, & alterationem, neceſſe eſt quòd aliter & aliter ſe habeat ſecũdum aliquid, quod in ipſo eſt, ſcilicet ſecundum ſubſtantiam, quantitatem & qualitatem. Sed quod mouetur ſecũdum loci mutationem, habet quidem ſe aliter & aliter ſecundum locum, qui eſt extrinſecus locato, ſed non ſecundũ ſubſtantiam, uel ſecundum aliquã intrinſecam diſpoſitionem ſubſtantiæ. Cum igitur primum mobile habeat ſe aliter & aliter ſecundũ locum, & non ſecundum ſubſtantiam, oportet quòd primũ mouẽs, quod eſt immobile,

& ſem-

principium. Nam neceſſarium toties. hoc quidem videtur qđ propter impetum, illud vero ſine quo non bene. hoc autē non contingens aliter, ſed ſimpliciter. Ex tali igitur principio dependet cœlum & natura.

& ſic principium. Neceſſarium nanque toties dicitur, quoddam ut, quia præter inclinationem, quoddam ſine quo non bene eſſet, quoddam, quod non aliter contingit ſe habere, ſed ſimpliciter eſt. a tali ergo principio tum cælum, tum natura dependet.

LECTIO VIII. G

LECTIO VIII.

a DEductio autem qualis) optima paruo tempore nobis. Sic enim ſemper illud eſt, nobis quidem impoſſibile.

DEgentia uero, qualis nobis pauco tempore, optima illi eſt, ſiquidem ita ſemper illud eſt. nobis autem profecto id impoſſibile eſt.

b Quoniam eſt delectatio actus eius. Et propter hoc vigilatio, ſenſus, & intelligibilis, & delectabiliſſimum. ſpecies vero & memoriæ propter hoc. Intelligentia autem quæ ſecundum ſe eius quod ſecūdum ſe optimū: & quæ maxime, eius quod maxime.

Quoniam et delectatio actus huius eſt. Et ob hoc uigilatio, ſenſus, intellectio, maxime delectabile eſt. ſpes autē, ac memoria propter hæc. Ipſa uero intellectio ſecundum ſe eius eſt, ꝙ ſecundum ſe optimum eſt, & quæ maxime H *eſt, eius quod maxime eſt.*

c Seipſum autē intelligit intellectus ſecundū tranſumptionē intelligibilis. Intelligibilis enim fit attingens & intelligens. Quare idem intellectus & intelligibile. Suſceptiuum enim intelligibilis & ſubſtantiæ. Actuatur autem habens. Quare illud ma-

Seipſum uero intellectus intelligit aſſumptione intelligibilis. intelligibilis nanque fit attingens & intelligens, ita ut idem intellectus, & intelligibile ſit: ſuſceptiuum enim intelligibilis, & ſubſtantię intellectus eſt, operatur autem habens. Quare illud magis quam illud eſt id diuinum, quod in-

& ſemper actu eos, nullo modo poſſit aliter & aliter ſe habere, quia non poteſt moueri. moueretur enim maxime ſecundū primum motum. Primus autem motuum eſt loci mutatio. In hoc autem genere, primus motus eſt motus circularis. hoc autem motu non mouetur, cum hoc motu moueat. Primū enim mouens non mouetur illo motu, quo mouet, ſicut primū alterans non alteratur. non igitur mouetur circulariter. & per conſequens nullo modo poteſt moueri. & ſic nō poteſt aliter & aliter ſe habere. vnde ſequit, ꝙ primus motus ſit exiſtens in mobili ex neceſſitate. hoc enim eſt neceſſarium qđ non poteſt non eſſe. ſed ex neceſſitate ē non ſicut ea, quę ſūt per violentiam: ſed neceſſitas eius eſt ipſum bene ſe habere. Et eius mouens eſt pricipiū mot' ſ. ut deſideratum & finis. ſit quod talis ſic eius neceſſitas, manifeſtum eſt ex diuiſione neceſſarij. Neceſſarium. n. tribus modis dicitur. Vno modo quod eſt per violentiam, quia. ſ. non poteſt non accidere propter impetum inferentis violentiam. Alio modo dr̄, ſine quo non eſt aliquid bene, ſeu qđ ſine eo nullo modo poteſt eſſe finis, ſicut cibus neceſſari' eſt ad vitā animalis: quia ſine eo non eſt aliquid perf. & te ſe habēs, ſicut equus eſt neceſſarius ad iter, quia ſine eo non faciliter itur. Tertio modo dicitur neceſſarium quod cōuenit aliter & aliter ſe habere ſed ſimpliciter, & ſm ſe neceſſarium eſt. Cum ergo dicitur, ꝙ cœlum ex neceſſitate mouetur, non poteſt dici quòd huiuſmodi ſit neceſſitas violentiæ, quia in rebus incorruptibilibus non eſt aliquid extra naturam. Quæ autem ſunt violenta, ſunt extra naturam. Similiter non poteſt eſſe neceſſitas abſoluta, quia primum mobile eſt mouens ſeipſum ut probatur in 8. Phyſic. Quod autē ſeipſum mouet, in ſeipſo habet moueri & non moueri. Relinquitur ergo quod neceſſitas primi motus ſit neceſſitas ex fine, inquantum ſine perpetuitate talis motus nō conuenit eſſe conuenientem ordinem ad finem. Ex hoc igitur principio, quod eſt primum mouens ſicut finis, dependet cœlum, & quantū ad perpetuitatem ſubſtantiæ ſuæ, & quantum ad perpetuitatē ſui motus. Et per conſequens dependet a tali principio tota natura, eo quòd omnia naturalia dependent a cœlo & a tali motu eius. Attendendum eſt autem, quòd cum Ariſt. hic dicat quòd neceſſitas primi motus non eſt neceſſitas abſoluta, ſed neceſſitas, quæ eſt ex fine. Finis autem principium eſt, quòd poſtea nominat Deum. inquantum attenditur per motum aſſimilatio ad ipſum: aſſimilatio autem ad id, quod eſt volens, & intelligens, cuiuſmodi oſtendit eſſe Deum, attenditur ſm voluntatē & intelligentiam, ſicut artificiata aſſimilantur artifici, inquantum in eis voluntas artificis adimpletur: ſequitur quòd tota neceſſitas primi motus ſubiaceat voluntati Dei.

part. 1. Te.com. 19.

part. 2.

part. 3.

LECTIO VIII.

a HIC Philoſophus comparat primum, quod mouet ſicut intelligibile & deſiderabile ad id, quod intelligit, & deſiderat ipſum. Neceſſe eſt enim, ſi primum mouēs mouet ſicut primum intellectū & deſideratū, ꝙ primum mobile deſideret & intelligat ipſum. Et hoc quidem verum eſt ſecundum F opinionem Ariſt. inquantum cælum ponitur animatum, anima intelligente & deſiderante. Circa hoc igitur tria facit. Primo, oſtendit delectationem ſequi animam cæli deſiderantem, & intelligentem ex primo mouente deſiderato & intellecto dicens, [quod quædam deductio eſt] .i. delectabilis diſpō ipſi' deſiderantis, & intelligētis primum intelligibile, qualis optima poteſt eſſe nobis aliquo paruo tempore. Eſt enim intelligens & deſiderans ſemper in tali diſpoſitione delectabili, quod nobis eſt impoſſibile. ſ. quod ſemper ſimus in illa delectabili, & optima diſpoſitione. Hoc aūt quod dictū eſt, conſequenter oſtendit cum dicit.

b ¶ Quia. ſ. in actu huius deſiderantis & intelligentis primum principiū eſt delectatio. Delectatio enim conſequitur operationē connaturalem alicuius intelligentis & deſiderantis, ut patet in Decimo ethi. Et ſignum huius eſt, quia delectatio maxime eſt in vigilia, & ſenſu actuali & intelligentia. Habēt enim ſe intellectus & ſenſus in actu, ad ſenſum & intellectum in potentia ſicut vigilia ad ſomnum. Et quod illa ſint maxime delectabilia, patet ex hoc ꝙ alia nō ſunt delectabilia, niſi pp hoc. Species. n. in memoria ſunt de- I lectabiles, inquantum præteritas vel futuras operationes delectabiles ingerunt animis, vt præſentes. Quia igitur in actu ſenſus, & intellectus delectatio conſiſtit, manifeſtum eſt, ꝙ intelligentia, [i. actus intellectus inquantum huiuſ, eſt eius, ꝙ eſt ſecundum ſe optimum. Bonum. n. intelligibile, excedit bonum ſenſibile, ſicut bonum immobile, & uniuerſale bonum mutabile & particulare. Etiam ſequitur ꝙ delectatio, quæ eſt in actu intellectus, ſit eminentior delectatione, quæ eſt in actu ſenſus. Et per conſequens oportet, ꝙ maxima & perfectiſſima intelligentia, ſit maxime optimi. Et ita ſequitur maxima delectatio. Sic igitur manifeſtum eſt quod in illa intelligentia, qua intelligitur primum mouens, quod etiam eſt primum intelligibile, eſt maxima delectatio.

Cap. 4. & 5.

c ¶ Oſtendit quod in primo intelligibili eſt adhuc perfectior intelligentia & delectatio quam intelligente, & deſiderante ipſum. Et dicit, quod hoc eſt de ratione intellectus, quod intelli- K gat ſeipſum inquantum tranſumit vel concipit in ſe aliquid intelligibile. Fit enim intellectus intelligibilis per hoc, quod attingit aliquod intelligibile. Et ideo, cū ipſe intellectus fiat intelligibilis concipiendo aliquod intelligibile, ſequetur, ꝙ idē ſit intellectus & intelligibile. Quomodo autem intellectus attingat intelligibile exponit. Intellectus. n. comparatur ad intelligibile ſicut potentia ad actum & perfectibile ad perfectionem. Et ſicut perfectibile eſt ſuſceptiuum pfectionis, ita intellectus eſt ſuſceptiuus ſui intelligibilis. Intelligibile autē proprie eſt ſubſtantia. Nam obiectum intellectus eſt quod quid eſt. Et propter hoc dicit quod intellectus eſt ſuſceptiuus intelligibilis & ſubſtantię. Et quia unumquodque fit actu inquantū conſequitur ſuam perfectionem ſequitur quod intellectus fiat in actu, inquantum recipit intelligibile. Hoc autem eſt eſſe actu in genere intelligibilium, quod eſt eſſe intelligibile.

Et quia unumquodque inquantum eſt actu, eſt agens, ſequitur quod intellectus inquantum attingit intelligibile, fiat [agēs, & operans]

operans]ideſt intelligens. Sed ſciendum eſt, quod ſubſtantiæ materiales, non ſunt intelligibiles actu, ſed potentia: ſunt autē intelligibiles actu per hoc, quod mediantibus uirtutib. ſenſitiuis earum ſimilitudines, immateriales redduntur per intellectum agentem. Illæ autem ſimilitudines non ſunt ſubſtantiæ, ſed quędam ſpecies intelligibiles in intellectu poſſibili receptæ. Sed ſm Plato. ſpecies intelligibiles rerum materialium erāt per ſe ſubſiſtentes. vnde ponebat, quo intellectus noſter ſit intelligēs actu ꝑ hoc
par. 4. quod attingit ad huiuſmodi ſpecies ſeparatas per ſe ſubſiſtentes. Sed ſecundum opinionem Ariſt. intelligibiles ſpecies rerum materialium, non ſunt ſubſtantię per ſe ſubſiſtentes. eſt tamen aliqua ſubſtantia intelligibilis per ſe ſubſiſtēs, de qua
Tex. co. 40. par. 5. nunc agit. Oportet enim eſſe primum mouens ſubſtantiā intelligentem & intelligibilem. Relinquitur igitur, quod talis eſt comparatio intellectus primi mobilis, ad illā primam intelligibilem ſubſtantiā mouentem, qualis eſt ſecundum Platonicos comparatio in
Tex. co. 41. tellectus noſtri ad ſpecies intelligibiles ſeparatas, ſecundum quarum contactum & participationem fit intellectus actu, ut ipſe dicit. Vnde intellect⁹ primi mobilis, fit intelligēs in actu ꝑ
par. 6. contactū alicuius primæ ſubſtantiæ intelligibilis. Propter quod aūt vnūquodque tale, & illud magis. Et iō ſequitur ꝙ quicquid diuinū, & nobile, ſicut eſt intelligere & delectari, inuenit in intellectu attingente, multo magis inuenitur in intelligibili primo, quod attingitur & iō cōſideratio eiuſdē, & delectabiliſſima eſt & optima. hmōi āt primum itelligibile dr̄ Deus. Cū igitur delectatio, quam nos habemus intelligendo ſit optima, quamuis eam non poſſimus hēre niſi modicū tēpore, ſi Deus ſemper eam habet, ſicut nos quandoq; mirabilis eſt eius felicitas. Sed adhuc mirabilior, ſi eam habet potiorem ſemper, quam nos modico tempore.

d ¶ Tertio, quia dixerat ꝙ Deo competit conſideratio, oſtēdit quō ſe habeat ad eam. Et dicit ꝙ Deus eſt ipſa uita. Qđ ſic probat. [Actus intellectus] .ſ. intelligere, uita quędam eſt, & eſt perfectiſſimū. qđ eſt in uita. Nam actus ſm quod oſtenſum eſt, perfectior eſt potentia. Vnde intellectus in actu perfectius uiuit ꝗ intellectus in potentia, ſicut uigilans ꝗ dormiens. Sed illud primum .ſ. Deus, eſt ipſe actus. Intellectus. n. eius eſt ipſum ſuum intelligere: alioquin cōpararetur ad ipſum, ut potentia ad actū.

gis iſto quod uidetur intellect⁹ diuinum habere, & ſpeculatio, delectabiliſſimum & optimum. Si igitur ſic bene habet, ut nos quandoque, Deus ſemper mirabilis. Si autem magis, adhuc mirabilius habet aliquis.

d Et uita autem utique exiſtit. Etenim intellectus, actus, uita. Illud autem, ipſe actus eſt. Actus autem quod ſecundum ſe illius, uita optima & ſempiterna. Dicimus autem Deum eſſe animal ſempiternum optimum. Quare vita, & duratio continua & æterna exiſtit Deo. Hoc enim Deus.

e Quicunque autem putant ut Pythagorici & Leucippus, optimum & nobiliſſimum non in principio eſſe, quare plantarum & animalium principia ſunt cauſæ, bonum uero & perfectum in his, quæ ex his, non recte exiſtimant. Nam ſperma ex alteris eſt prioribus perfectis, & primum non eſt ſperma, ſed perfectum, ut priorem hominem dicat aliquis eſſe ſpermate. Non. n. qui ex hoc fit, ſed alterum, ea quo ſperma Quod quidem igitur eſt ſubſtantia alia ſempiterna & immobilis ſeparata a ſenſibilibus, manifeſtum ex his.

f Oſtenſum eſt autem, & quia non contingit habere hanc ſubſtātiam magnitudinem nullam. Verum ſine parte & indiuiſibilis eſt. Mouet enim per infinitum tempus, & non habet potētiam infinitam finitum. Quoniam autē omnis magnitudo finita eſt, aut infinita, finitam quidē propter hoc utique nō habebit magnitudinem. Infinitā uero non, quia totaliter nulla eſt infinita magnitudo.

tellectus videtur habere. & ſpeculatio optimum, & maxime delectabile eſt. ſi igitur ita bene ſe habet Deus ſemper, ut nos aliquando, admirabile eſt. quod ſi magis, adhuc admirabilius eſt.

B *At ita ſe habet. Cæterum, vita quoque profecto inexiſtit. ſiquidem intellectus operatio uita eſt, ille uero eſt actus. actus uero per ſe illius uita optima, & perpetua eſt. Dicimus itaque Deum, ſempiternum, optimumq; animal eſſe. Quare uita, & æuum continuum, & æternum Deo ineſt. hoc enim eſt Deus.*

Quicunque vero (vt Pythagorici & Speuſippus) putant optimum, & pulcherrimum non eſſe in principio, eo quod plantarū quoq; ac animaliū principia cauſæ quidem ſunt bonum
C *uero & perfectum in his eſſe, quæ ex his ſunt, non recte putant. ſemen namque ex alijs prioribus perfectis eſt. neque ſemen primum eſt, ſed quod perfectum eſt. veluti hominem dicere quiſpiam poſſit priorem ſemine eſſe, non illum, qui eo generatur, ſed alium, ex quo ipſum ſemen eſt. Quod itaq; eſt quędam æterna, immobiliſque ſubſtantia, & a ſenſibilibus ſeparata, conſtat ex dictis.*

D

Oſtenſum autem eſt, quod nec ullam magnitudinem poſſibile eſt hanc ſubſtantiam habere, uerum impartibilis indiuiſibiliſque eſt. nam infinito tempore mouet. nihil uero finitum infinitam potentiam habet. cum vero omnis magnitudo aut infinita, aut finita ſit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem: infinitam uero, quoniam omnino nulla eſt infinita magnitudo.

E

A Oſtenſum autem eſt ſupra quòd eius ſubſtantia eſt actus. Vnde relinquitur, quòd ipſa Dei ſubſtantia ut vita, & actus eius ſit Tex. co. 35
vita ipſius optima & ſempiterna, quæ eſt ſecundum ſe ſubſiſtens. Et inde eſt, ꝙ in fama hominū dicitur, quòd Deus eſt animal ſempiternū & optimum. vita. n. apud nos in ſolis animalibus apparet manifeſte. Inde eſt ergo ꝙ dicitur animal, quia uita cōpetit ei. Quare manifeſtū eſt ex præmiſſis, quòd uita & duratio continua & ſempiterna ineſt Deo, quia Deus hoc ipſum eſt quod eſt ita uita ſempiterna, non quod aliud ſit ipſe & uita eius. Deinde cum dicit.

e ¶ Excludit opinionem attribuentium imperfectionem primo principio dicēs, quòd non recte exiſtimant quicunque nō ponunt optimū & nobiliſſimum inueniri i primo principio, vt Pythagorici, & Leucipp⁹, qui ex hoc mouebātur, quòd principia animalium & plantarū ſunt quædam cauſæ boni & perfectiōis. Sed bonū & perfectum nō inuenitur in principijs, ſed in his, quæ producuntur ex eis: ſicut ſemina, quæ ſunt principia animaliū & plātarū imperfecta ſūt ex aliquib aliis prioribus perfectis. Hoc igitur ſoluit interimēdo motiuum eorum. Sperma enim non eſt primū ſimpliciter, ſed aliquid perfectū: vt ſiquis dicat hominem eſſe priorem ſpermate, non quidem eū, qui dicitur naſci ex ſpermate, ſed alterū ex quo ſperma reſoluitur. Probatum eſt Lib. 9.
enim ſupra, quod Tex. co. 13.
actus ſimpliciter eſt prior potentia, licet in vno, & eodē ordine generationis, & temporis potentia pręcedat actum. His autem habitis, epilogando concludit manifeſtum eſſe ex dictis, quòd eſt aliqua ſubſtantia ſempiterna, & immobilis, ſeparata a ſenſibilibus. Deinde cum dicit.

f ¶ Proſequitur quædam. quæ adhuc conſideranda reſtāt de Tex. co. 38.
prædicta ſubſtantia & primo oſtendit quòd eſt incorporea dicens, quòd oſtenſum eſt in octauo phyſ. quòd huiuſmodi ſubſtantia nullam magnitudinem poteſt habere, ſed eſt impartibilis & indiuiſibilis. Cuius breuiter reſumit probationem dicēs,
quòd huiuſmodi ſubſtantia mouet in infinito tempore, cum Tex. co. 34.
primus motus ſit ſempiternus, ut ſupra dixit. Ex hoc autem ſequitur quod eius virtus ſit infinita. Videmus enim in mouentibus inferioribus, quòd quanto aliquid eſt maioris uirtutis tanto uirtus ſe extendit ad diuturniorem operationem. nullum autem finitum poteſt habere potentiam infinitam. Vnde ſequitur, quòd propter hoc prædicta ſubſtantia nō habebit magni- Lect. 6.
tudinem

Lect. 12. Lect. 10. tudinem finitam. Magnitudinem autem infinitam habere non poteſt, quia nulla magnitudo eſt infinita, vt ſupra probatum eſt. Quia igitur omnis magnitudo vel eſt finita, [vel] infinita: relinquitur quòd prædicta ſubſtantia ſit omnino abſq; magnitudine. Non autem virtus huius ſubſtantiæ dicitur infinita priuatiue, ſecundū quod infinitum congruit quantitati, ſed dicitur negatiue, prout, ſcilicet non limitatur ad aliquem determinatū effectū. Nō aūt pōt dici virtus cœleſtis corporis infinita, etiam ſi infinito tēpore moueat inferiora corpora, quia non mouet niſi motum. & ita influentia eſt ex primo mouēte. Sed nec etiam pōt dici, quòd in corpore cęleſti ſit uirtus infinita, & ſi infinito tēpo eſſe habeat, quia in eo non eſt uirtus actiua ſui eſſe, ſed ſolum ſuſceptiua. Vnde infinita eius duratio, oſtendit virtutem infinitā exterioris principij. Sed ad hoc quòd ipſum ſuſcipiat incorruptibile eſſe ab infinita virtute, requiritur quòd in ipſo non ſit principium corruptionis, neque potentia ad non eſſe.

par. 7. Tex. cō. 42. par. prima. Tex. cō. 43. par. 2.

g ¶ Secundo, quia ſupra oſtenderat, quòd primū mouens non mouetur motu locali, oſtēdit cōſequenter quod nec etiam aliis motib. dicens, quòd etiam impoſſibile eſt, eſſe alterabile primum mouens. Oſtenſum.n. eſt ſupra, quòd non mouetur motu locali, omnes aūt alij motus ſunt poſteriores iſto motu, qui eſt ſecundum locum. Remoto igitur primo, neceſſe eſt remoueri poſteriora. vnde quicquid inuenitur moueri aliis motibus, mouetur motu locali. Vltimo aūt concludit, quòd manifeſtum eſt, quòd prædicta ſe habeant, ſicut determinatum eſt.

par. 3.

g At vero & quia impaſſibilis & inalterabilis. Omnes enim alii motus poſteriores ſunt eo qui eſt ſecundum locum. Hæc quidem ergo manifeſta, quia hunc modum habent.

At uero & quod impaſſibilis, & inalterabilis eſt, omnes nanque reliqui motus poſteriores eo ſunt, qui ſecundū locum eſt. Et quidē hæc propter quid hoc ſe habeant, modo dilucida ſunt.

LECTIO IX.

G

VTrum autem unam ponēdum talem ſubſtantiam, aut plures, & quot, oportet non latere, ſed reminiſci, & aliorū negationes, quia de pluralitate nihil dixerunt, quod ſit planum dicere. Quæ enim circa ideas exiſtimatio, nullam perſcrutationem hēt propriā. Numeros enim dicunt ideas; ſed de numeris quādoque quidem ſicut de infinitis dicunt, quandoque autem vſque ad decem determinatis. Propter quam vero cauſam tāta pluralitas numerorū, nihil dicitur ſtudio demonſtrato.

LECTIO IX.

VTrum autem una ſit ponenda talis ſubſtātia, an plures, & quot, non oportet nos latere, ſed meminiſſe quoque aliorum ſententias, quod de pluralitate nihil, quod dictum perſpicuum ſit, dixerunt. De ideis nanque opinio nullam accommodatam conſiderationem habet. Numeros nanque dicunt ideas eſſe, numeris uero quandoque ut de infinitis aiunt, quandoque tanquam uſque ad denarium determinatis. qua uero de cauſa tanta numerorum pluralitas ſit, nihil cum diligentia demonſtratiua dicitur.

H

b Nobis autem ex ſuppoſitis & determinatis dicendum. Principium quidem.n. & primum entium eſt immobile & ſecundum ſe, & ſecundum accidens: mouens uero primum ſempiternum, unum & motū. Quoniam autem quod mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri, & primum mouens immobile eſſe ſecūdum ſe, & ſempiternum motum a ſempiterno moueri, & vnum ab vno.

Nobis uero ex prępoſitis atque determinatis dicendum eſt. Principium enim ac primum entium, tum per ſe, tum per accidens immobile eſt: mouens autem, primo, ſempiterno, & uno motu. Cum uero quod mouetur, neceſſe ſit, ab aliquo moueri, primumq; mouens immobile per ſe eſſe, ac motu ęterno ab ęterno moueri, & unum ab uno.

I

c Videmus autem præter vniuerſi ſimplicē lationē, quā mouere dicimus primam exiſten-

Videmusque pręter ſimplicem lationem toties, quam dicimus primam ſubſtantiā & immobilē mouere, cęte-

LECTIO IX.

a POSTQVAM Philoſophus oſtendit perfectionem ſubſtantiæ immaterialis, hic inquirit de vnitate, vel multitudine eius. & circa hoc tria facit.

K

Primu oſtendit neceſſitatem pertractandi hanc quęſtionem, quia ab aliis nihil de hoc determinate dictum eſt. Secundo oſtendit, quòd ſunt plures, ibi. [Nobis autē ex ſuppoſitis.] Tertio oſtendit quot ſunt ibi. [Pluralitatem uero lationum.] Dicit ergo primo, quòd non oportet latere: utrum ſit ponendum vnam ſolam ſubſtantiam talem, ſcilicet ſempiternā immaterialem: aut plures: & ſi plures, quot ſunt, ſed etiam oportet [commemorare negationes aliorum] ideſt quòd alij nihil dixerunt quod ſit manifeſtum, & planum de pluralitate harū ſubſtantiarum. Quod ſic patet. Ponentes enim ſubſtantias immateriales, maxime fuerunt qui poſuerunt ideas. Opinio autē de ideis ſecundum id quod ſunt, non habet rationem alicuius certæ pluralitatis, quia ideæ ponuntur omniū rerum, quæ communicant in aliquo cōmuni. Sed quia ponentes ideas dixerūt eas eſſe numeros, ex parte numerorum aliqua ratio haberi po-

par. seq. Inf. par. 4.

F terat pluralitatis. Sed tamē de pluralitate numerorum non ſēper eodem modo diſſerebant. Sed quandoq; dicebant ſpecies numerorum eſſe infinitas. quod quidem verum eſt, quantum ad ipſam propriam numerorum rationem, quia ſemper vnitas addita, aliam ſpeciem numeri facit. Vnde, cum in infinito additio fieri poſſit in numeris, in infinitum ſpecies numerorum multiplicantur. Quandoq; autem dicitur ſpecies numerorum determinari uſq; ad 10. & hoc quātum ad numerorum nominationem. Nanque omnes numeri ſupra decem uidentur eſſe ſecundum nomen alicuius primi numeri aliquatenus iterati. Sed non poſſunt oſtendere per determinatam rationem, quare ſit tanta pluralitas numerorum, ſ. uſq; ad 10. & non plus neque minus. Nec eſt mirum, cum iſta determinatio ſpērum non ſit ſecundum rem, ſed ſecundum nomen. Aſſignant autem alii hanc rōnem, quia numerus denarius generatur ex progreſſione numerorum vſque ad quaternarium, qui eſt primus numerus quadratus. Vnū.n. & duo ſunt tria, quibus ſi tria addantur, ſiunt ſex, quatuor autem additis, conſurgunt decem. Deinde cum dicit.

b ¶ Oſtendit, quod neceſſe eſt eſſe plures huiuſmodi ſubſtātias. & circa hoc duo facit Primo, reſumit quòd oſtenſum eſt de primo principio dicens, quòd cum alij nihil dixerit demonſtratiue de pluralitate ſubſtantiarum ſeparatarum. nobis dicendum eſt de hoc per ea quæ ſunt ſuppoſita, & determinata prius. Dictum eſt enim ſupra quod primum principium entium, eſt quoddā quod non mouetur, neque ſecundum ſe, neque ſecundum accidens, ſed mouet unum motum, qui eſt primus & ſempiternus. Quia enim omne, quod mouetur, neceſſe eſt ab aliquo moueri, ut probatum eſt in 8. Phy. neceſſe eſt, quod primum mouens ſit omnino immobile, & ſempiternus motus ſit a ſempiterno motore, & unum motum ab uno motore.

Tex. cō. 45. & inde. Tex. cō. 38.

c ¶ Secundo oſtendit, quòd poſt primum principium, neceſſe eſt ponere plures ſubſtantias immateriales ſempiternas dicens, quòd præter ſimplicem motum localem uniuerſi, qui eſt motus diurnus, quo totū cælum reuoluitur, & eſt uniformis, & eſt ſimpliciſſimus, quē motum cauſat prima ſubſtantia immobilis, uidemus aliquos motus locales planetarum, qui etiam ſunt ſempiterni, quia corpus circulare, ſ. cælum, eſt ſempiternum. Vnde ſempiternitas motus, non tollitur per corruptionē mobilis. Et [eſt inſtabile], i. non potens quieſcere. vnde motus iſte nō intercipitē quiete. Et iſta probata ſunt in ſcia naturali tā in libro Phy. quā in lib. de Cælo. unde neceſſe eſt quòd quilibet horum motuum, moueat a motore per ſe immobili, & a ſubſtantia ſempiterna. Quod quidē iō neceſſe eſt, quia aſtra ſempiterna ſunt, & ſubſtantiæ quædā ſunt. Vnde oportet quòd mouēs ea, ēt ſempiternū ſit, & ſubſtantia. mouens.n. eſt prius moto. Et quod eſt prius ſubſtantia,

ſtantia, neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam. Vnde manifeſtum eſt, quod neceſſe eſt, quot ſunt lationes aſtrorum, tot eſſe ſubſtãtias, quæ ſunt naturaliter ſempiternæ, & ſecundum ſe immobiles & ſine magnitudine, propter cauſam ſupra aſſignatã: quia ſcilicet mouent tempore infinito, & ſic per conſequens virtute infinita: Manifeſtum eſt igitur, quòd sũt aliquæ ſubſtantiæ immateriales ſecundum numerum motuum aſtrorum, & quòd earum etiam ordo eſt ſecundum ordinem eorundem motuum. Conſiderandum eſt autem, quòd poſt primam lationem Ariſt. non comparat niſi lationes planetarum, quia eius tẽpore nondum erat deprehenſus motus ſtellarum fixarum. Vnde exiſtimauit, quòd octaua ſphera, in qua sũt ſtellæ fixæ, eſſet primum mobile, & motor eius eſſet primũ principium. Sed poſtea deprehẽſus eſt ab Aſtrologis motus ſtellarum fixarum in contrariũ primi motus. Vnde neceſſe eſt quòd ſupra ſphæram ſtellarum fixarũ, ſit alia circũdans totũ, quæ reuoluit totum cęlum motu diurno, & hoc eſt primũ mobile, quod mouetur a primo motore ſecũdum Ariſt. Sed Auic. poſuit quòd primũ mobile mouetur immediate, non a primo principio, ſed ab intelligẽtia, a primo principio cauſata.

Tex.cō.44.

part.4.

Cum enim primum principium ſit vnum ſimpliciter, exiſtimauit quòd ab eo non poteſt cauſari niſi vnum, quod eſt intelligentia prima, in qua quidem incidit aliqua pluralitas potentiæ, & actus, ſecundum quòd acquirit eſſe ab eo. Comparatur enim ad id, a quo dependet ſecundum ſuum eſſe, ſicut potentia ad actum. Sic igitur prima intelligentia poteſt immediate cauſare plura. nam ſecundum quod intelligit ſe, prout habet aliquid de potentia, cauſat ſubſtantiam orbis, quem mouet. Secundum autem quòd ſe intelligit prout habet in actu eſſe ab alio, cauſat animam ſui orbis. Secundum autem quod intelligit ſuum principium, cauſat intelligentiam ſequentem, quæ mouet inferiorem orbem, & deinceps vſque ad ſphæram lunæ. ſed hoc non habet neceſſitatẽ. Nam cauſa agens non eſt in illis ſubſtantijs ſuperioribus, ſicut in rebus materialibus, vt neceſſe ſit ex vno tantum vnum cauſari, quia cauſa & cauſatum in eis ſunt ſecundum eſſe intelligibile. Vnde ſecundum plura, quę poſſunt intelligi ab uno, poſſunt ab vno plura cauſari. Et ſatis conueniẽs videtur, vt primus motus rerum corporalium, a quo omnes alij dependent, habeat pro cauſa principium immaterialium ſubſtantiarum, vt ſit quędam connexio & ordo ſenſibilium & intelligibilium. De hoc autem, quod Philoſophus dicit, quòd ordo ſubſtantiarum ſeparatarum eſt ſecundum ordinem motuum & mobilium, poteſt eſſe dubitatio. nam Sol, maior eſt quantitate inter omnes planetas, & eius effectus magis apparet in rebus inferioribus, & etiam motus aliorum planetarum ordinantur per motum Solis. & quodammodo conſequuntur ipſum. Vnde videtur, quòd ſubſtantia quæ mouet Solem, ſit nobilior ſubſtantijs, quæ mouent alios planetas, cum tamen Sol non ſit ſuper omnes alios planetas. Sed cum in corporibus id quod eſt continens, ſit formalius, & per hoc dignius & perfectius, & comparetur ad corpus contentum, ſicut ad partem totum, ſicut dicitur Quarto Phyſicorum, neceſſarium eſt, quòd cum ſphæra ſuperioris pla-

Lect.7.

tem ſubſtantiã & immobilem, lationes planetarũ ſempiternas. (Sempiternum enim & inſtabile circulare corpus. oſtenſum eſt autem in Phyſicis de his.) neceſſe & harum lationum vnamquanq; ab immobili moueri ſecundũ ſe, & ſempiterna ſubſtantia. Aſtrorum.n.natura ſempiterna ſubſtantia quædã ens, & mòuens ſempiternum & prius eo, quod mouetur. Et quod prius ſubſtantia, ſubſtantiã eſſe neceſſe eſt. Palam itaq; ꝙ tot ſubſtantias eſſe neceſſe eſt, natura ſempiternas & immobiles ſecundum ſe, & ſine magnitudine, propter prædictam cauſam. Quot quidem igitur ſint ſubſtantiæ, & harum quæ prima & ſecunda ſecũdum ordinem eundem lationibus aſtrorum, palam.

B

C

d Pluralitatem vero lationum iam ex maxime propria Philoſophia Mathematicarum ſcientiarum, intendere oportet ex Aſtrologia. Hæc.n.de ſubſtantia ſenſibili quidem, ſempiterna autem facit theoriam. Alię vero de nulla ſubſtantia, puta quæ circa numeros, & Geometriã. Quod quidẽ igitur plures ſint eorum, quę ferunĩ lationes, manifeſtũ eſt & parum attingentibus. Pluribus

D

A netæ contineat ſphæram inferioris, quòd planeta ſuperior, ad quem ordinatur tota ſua ſphera, ſit altioris & vniuerſalioris uirtutis, quam planeta inferior, & diuturniores operetur effectus, vtpote propinquior exiſtens primæ ſphæræ, quæ per ſuum motum cauſat ſempiternitatem, ut ſupra dictum eſt. Et inde eſt, ꝙ ſicut dicit Ptolomeus in quadripartito, effectus Saturni coaptãtur ad uniuerſalia loca & tempora. Iouis ad annos, Martis, Solis, Veneris & Mercurij ad menſes, Lunæ autem ad dies. Et inde eſt, ꝙ effectus planetarum apparẽt in iſtis inferioribus ſecundum ordinem eorundem. Nam primi tres ſuperiores, aĩdẽtur ordinari ad ea quæ pertinẽt ad exiſtentiam rei ſe undũ ſeipſam. nam ipſa ſtabilitas eſſe rei attribuitur Saturno. Perfectio autẽ rei & bona habitudo correſpondet Ioui. Virtus autem rei ſecundum quòd ſe contra nociua tuetur & ea propellit, correſpondet Marti. Tres uero planetæ alij, videntur ꝓprium effectum habere ad motũ ipſius rei exiſtentis, ita ꝙ Sol ſit ut uniuerſale principium motus, & propter hoc eius operatio in motionibus inferioribus maxime apparet. Venus autem uidetur quaſi proprium effectum habere magis determinatum, ideſt generationem, per quam aliquid conſequitur ſpeciem, & ad quam, ſcilicet omnes motus alij ordinãtur in iſtis inferioribus. Mercurius autem videtur proprium effectum habere in multiplicatione, ideſt diſtinctione indiuiduorum in una ſpecie & propter hoc, varios habet motus. Et ipſe etiã cũ naturis omnium planetarum miſcetur, vt Aſtrologi dicunt. Lunæ autem proprie cõpetit immutatio materiæ, & diſpoſitio ipſius ad recipiendum omnes impreſſiones cæleſtes. Et propter hoc, uidetur quaſi eſſe deferens impreſſiones cæleſtes, & applicans inferiori materiæ. Sic igitur quãto corpus cæleſte eſt ſuperius, tanto habet vniuerſaliorem, diuturniorem, & potentiorem effectum. Et cum corpora cæleſtia ſint quaſi inſtrumenta ſubſtantiarum ſeparatarum mouentium, ſequitur quòd ſubſtantia, quæ mouet ſuperiorem orbem, ſit uniuerſalioris conceptionis & uirtutis. & per conſequens oportet ꝙ ſit nobilior.

Tex.cō.34.

E

d ¶ Inquirit, quot prædictæ ſubſtantiæ ſint, & diuiditur in duas partes. In prima inquirit primo numerum motuum cæleſtium. In ſecunda, ex hoc concludit numerum ſubſtantiarum mouentium, ibi. [Quare & ſubſtantia, & principium.] Circa primum duo facit. Primo, oſtendit unde accipiendus ſit numerus motuum cæleſtium. Secundo, ponit circa hoc opiniones diuerſas, ibi. [Eudoxius vero.] Dicit ergo primo, quòd pluralitatem lationum ſiue motuum cæleſtium, oportet conſiderare ex Aſtrologia quæ maxime propria eſt ad hoc, inter ſcientias Mathematicas. Ipſa nanque ſola inter eas ſpeculatur de ſubſtantia ſenſibili, & æterna, ſcilicet de corpore cæleſti. Aliæ uero ſcientiæ Mathematicæ de nulla ſubſtantia cõſiderant, ſicut de Arithmetica patet, quæ eſt circa numeros, & de Geometria, quæ circa magnitudines eſt. Numerus autẽ & magnitudo ſunt accidẽtia. Quod autem ſunt plures motus corporum quæ feruntur in cælo, ſcilicet planetarum, manifeſtum eſt his, qui parum attingunt de ſcientia Aſtrologiæ, quia [Vnumquodque aſtrorum errantium] ideſt planetarum mouetur pluribus lationibus, & nõ

ras etiam lationes, quæ errãtium ſunt, ſempiternas eſſe (ſempiternum nanque, & irrequieſcibile circulare corpus eſt. monſtratum autem eſt de his in Phyſicis) neceſſe eſt harum quoque lationum vnamquanque a per ſe immobili, & æterna ſubſtantia moueri, nam & ſtellarum natura perpetua ſubſtantia quædam exiſtens, & quod mouet perpetuum, & prius eſt moto, & quod prius ſubſtantia eſt, ſubſtantia ſit neceſſe eſt. Conſtat itaque, neceſſe eſſe tot ſubſtantias eſſe natura perpetuas, & per ſe immobiles, ac abſque magnitudine, ob cauſam prius dictam. Quod igitur ſubſtantiæ ſunt, & harum quænam prima, quæue ſecunda, ſecundum eum ordinem, quem & lationes ſyderum habent, patet.

Pluralitatem vero lationum ex peculiariſſima Philoſophia Mathematicarum ſcientiarum, videlicet ex Aſtrologia, conſiderandum eſt. hæc enim de ſubſtantia ſenſibili quidem, at ſempiterna ſpeculatur. ceteræ uero de nulla quidem ſubſtantia, veluti quæ circa numeros, atque quæ circa Geometriam. Et quidem quod plures ſint eorum, quæ feruntur lationes, manifeſtum etiam eſt his, qui parum attigerunt. pluribus enim quàm una

vna tantum. Dicuntur autem planetæ aſtra errantia, non quia irregulariter moueantur, ſed quia non ſemper eruant eandem figuram & poſitionẽ ad alias ſtellas, ſicut illæ adinuicem, quæ propter hoc fixæ dicuntur. Quod autem ſint plures motus huiuſmodi aſtrorum, tribus modis deprehẽditur. eſt.n. aliquis motus apprehenſus vulgo viſu. Eſt & alius motus, qui non deprehenditur, niſi inſtrumentis, & conſiderationibus. Et horum motuum quidam comprehenduntur longiſſimis temporibus, & quidam paruis. Eſt etiam tertius motus, qui declaratur ratione, quia motus ſtellarum errantium inuenitur quãdoque velocior, quandoque tardior, & quãdoque videtur eſſe planeta directus, quandoque retrogadus. Et quia non poteſt eſſe ſecundum naturam corporis cęleſtis, cuius motus debet eſſe omnino regularis, neceſſarium fuit ponere diuerſos motus, ex quibus hæc irregularitas ad debitum ordinem reducatur. Quot autem ſint motus planetarum, nos nunc dicemus ea, quæ circa hæc Mathematici dicunt, vt circa hæc reddamur attenti, vt aliqua pluralitas determinata mente concipiatur a nobis. Reliquum vero, quod non dicetur, oportet quòd per nos ipſos quæramus. vel quòd in hoc ſuadeamur ab his qui hoc quærunt, & ſi aliquid appareat poſtmodum per ea, quæ modo dicuntur ab his, qui de huiuſmodi tractant. Sed quia in eligendis opinionibus, vel repudiandis, nõ debet duci homo amore, vel odio introducentis opinionẽ, ſed magis ex certitudine veritatis, ideo dicit quòd oportet amare
Tex. cõ. 45. vtroſque, ſcilicet eos quorum opinionem ſequimur, & eos eorum opinionem repudiamus. Vtrique enim ſtuduerunt ad inquirendam veritatẽ, & nos in hoc adiuuerunt. Sed tamen oportet nos [perſuaderi a certioribus] i. ſequi opinionem eorũ qui certius ad veritatem peruenerunt.

F

G

enim quam vna, aſtrorũ errantium vnumquodq; fertur. Sed quot ſunt hę, nũc quidẽ & nos quæ dñt Mathematicorũ qdã, attentionis gratia dicimus, ut mẽte, aliqua pluralitas determinata ſuſcipiatur. Reliquum vero, hoc quidem quærẽtes ipſos oportet: illa vero perſuaderi a quærentibus, ſi quid videatur præter modo dicta ab eo tractãtibus. Amare quidem vtroſq;, perſuaderi vero a certioribus.



errantium aſtrorum vnumquodque fertur. Quot vero hæ ſint, nunc quidem nos ea, quæ quidam Mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, vt aliquam determinatã mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam quidem nos ipſos quærere decet, quędam autem à quęrentibus ſciſcitari, ſi quid pręter ea, quę
H *nunc dicta ſunt, his videatur, qui circa hęc verſantur, diligere quidem vtroſque, adhęrere vero certioribus.*

Videtur autem ex huius ſuppoſitione ſequi aliquid contrarium his, quæ demõſtrantur in Scientia naturali. Non enim omnis motus erit vel ad medium, vel a medio, vel circa medium mundi. Iterum ſequitur, quòd ſphæra continens ſphærã eccentricam, vel non ſit æqualis ſpiſſitudinis, vel quod ſit aliquid vacuũ inter vnam ſphæram & aliã, vel quòd ſit aliquod corpus præter ſubſtantiam ſphærarum intercidens, quod non erit corpus circulare, nec habebit aliquem motum ꝓpriũ. Ex poſitione aũt epicyclorum vlterius ſequitur, vel quod ſphæra, ꝑ quã mouetur epicyclus, nõ ſit integra & cõtinua, vel quòd ſit diuiſibilis, & rareſactibilis, & cõdenſabilis ad modum, quo aer diuidit, & inſpiſſat, & rareſcit aliquo corpore moto. Sequitur etiã, quòd ipſũ corpus ſtellę mouetur ꝑ ſeipſum, & non ſolũ ad motũ orbis: & quod ex motu corporũ cęleſtiũ perueniat ſonus, quod Pythagorici conſenſerunt. Sed tamẽ omnia huiuſmodi ſunt contra ea, quæ determinata ſunt in Scientia naturali. Vnde ad hæc euitanda Eudoxius hoc vidẽs, poſuit vnicuiq; planetæ ſphæras plures concentricas mundo, quarum vnaquęq; habet motum proprium. Et ex omnibus illis motibus cauſatur id, quod apparet de motu planetarum. Poſuit igi- Sup. tex. 45.
tur Eudoxius motum tam Solis, quam Lunæ eſſe in tribus ſphæris. Primus enim tam Solis, quam Lunæ, qui eſt motus diurnus

LECTIO X.

a Ponit opiniones Aſtrologorũ ſui tẽporis de numero motuum planetarum. & primo opinionẽ Eudoxij. Secundo, opinionem Calippi. ibi [Calippus autem.] Sciẽdũ eſt igitur circa primum, quod Plato cęleſtibus motibus attribuens indeficibiliter circularitatẽ, & ordinationem, mathematicas ſuppoſi-
Tex. cõ. 46. tiones fecit, per quas ſuppoſitiones poſſent ſaluari quę circa erraticas apparent, ſubſtinendo quod motus planetarũ ſunt circulare & regulares ordinati. Et Pythagorici quidem ad reducẽdum inde ſtatum in ordinem irregularitatem, quæ apparet in motibus planetarum ex ſtatione & retrogradatione, velocitate, & tarditate, & diuerſa apparẽtia quãtitatis, poſuerunt motus planetarum eſſe in ſphęris eccẽtricis, & in circulis paruis, qui dicuntur epicycli, quam etiam opinionem Ptolomæus proſequutur.

LECTIO X.

a EDoxius quidem igitur Solem & Lunam, vtriuſque lationẽ ĩ tribus poſuit eſſe ſphęris. Quarũ primam a planorum aſtrorum eſſe. Secundã aũt ſecũdum eum qui zodiaci per medium. Tertiam aũt ſecundum obliquatũ in latitudine aialium. In maiori autem latitudine obliquati, iam eam ſecundũ quã Luna fertur, quàm ſecundũ quam Sol. Errãtium vero aſtrorum in quatuor cuiuſq; ſphęris. quarũ primã quidẽ & ſecundã illis eandem eſſe. Etenim eam, quæ eſt aplanorũ, quæ omnes eſt ferẽs: & eã, quæ ſub ea, eſt ordinata, & ſecundum eum, qui per mediũ zodiaci lationem habentem, communem omnium eſſe. Tertiæ vero omnium eo in circulo polos eſſe, qui per media ſigna tranſit. At quartæ lationẽ per obliquum ad medium circulũ huius eſſe. Tertiæ vero eſſe ſphęræ polos, aliorum quidem proprios, Veneris vero & Mercurij eoſdem.

I

K

LECTIO X.

EVdoxus igitur Solis, & Lunę vtriuſque lationem in tribus poſuit ſphęris eſſe. quarum Primam quidẽ eam eſſe, quæ non errantium ſtellarum. Secundam vero ſecundum id, quod per medium Zodiacum. Tertiam porro ſecundum eum, qui in latitudine Zodiaci obliquatur. in maiori autẽ latitudine obliquari eum, ſecundum quem Luna fertur, quàm ſecundum quem Sol. Errantium vero ſtellarum vniuſcuiuſque in quatuor ſphęris. quarum primam quidem & ſecundam eandem illis eſſe. etenim quę non errantium eſt, eam illam eſſe, quę omnes fert. at eam, quę ſub ipſa ordinata eſt, ac quę ſecundum Zodiacum lationem habet, communem omnibus eſſe. Tertię vero omnium polos in eo, quod per medium Zodiacum eſſe. Quartę autem lationem, ſecundum eum, qui obliquatus ad medium eius eſt. eſſe vero tertię ſphęrę polos aliarum quidem proprios, Veneris autem & Mercurij eoſdem.

diurnus, quo reuoluuntur ab oriente ad occidentem, & hunc A motum dicit [eſſe aſtrorum aplanorum].i.ſtellarum ſine errore, ſ. fixarum, quia ſicut ſupra dictum eſt, cum nondum eſſet deprehenſus motus ſtellarum fixarum, qui eſt ab occidente in orientem eſſe contrariũ motui primo, putabatur ꝙ motus diurnus eſſet proprius octauæ ſphæræ, quæ eſt ſphæra ſtellarum fixarum. Non autem putabatur, ꝙ ſola prima ſphæra ſufficeret ad deferendas omnes ſphæras planetarum motu diurno, ſicut Ptolomæus ponit, ſed ponebat, quod quilibet planeta habeat propriam ſphæram, quæ reuolueret ipſum motu diurno. Ad hunc ergo motum cauſandum, ponebat primam ſphæram Solis & Lunæ. Secundam autem ſphæram ponebat ad cauſandũ motum Solis & Lunæ, qui eſt per medium zodiaci, qui vocatur motus longitudinis, ſecundum quem mouetur tam Sol, ꝙ Luna de occidente in orientem contra motum firmamenti. Tertiam autem ſphęram ponebant ad cauſandum illum motum, ꝙ obliquatur ſecundum latitudinem animalium, quæ figurantur in zodiaco, prout quandoq; eſt auſtralior, quandoq; borealior B videtur planeta, a media linea zodiaci. Sed hic motus latitudinis magis apparet, & ſecundum maiorem diuerſitatem in Luna quã in Sole. Et ideo ſubiungit, ꝙ in maiori latitudine tam obliquatur motus, ſecundum quem fertur Luna, quam motus, ſecundum quem fertur Sol. Et quidem Lunæ Ptolomęus ponit motum latitudinis, non autem Solis. Poſuit igitur Eudoxius tertium motum, ut Simplicius dicit, quia opinabatur ꝙ etiam Sol declinaret a media linea zodiaci verſus duos polos. Et hoc ſuſpicabatur eo, quia non ſemper in eodem loco Sol oritur in tropicis æſtiuis & hyemalibus: ſi autem in uno & eodem tempore fieret reſtitutio longitudinis, & latitudinis, ſufficeret ad hoc vna ſphęra per obliquitatem maximi circuli, ſm quã Sol mouetur. Sed quia non ſic ſe hẽt, ſed in alio tempore pertranſit circulum per longitudinem, in alio vero tempore reſtituitur ſecundum latitudinis, neceſſe fuit ad hoc ponere tertiam ſphæram, hanc autem tertiam ſphæram ponebat in Sole reuolui verſus eandẽ C partem cum ſecunda, ſed circa axem alterũ, & ſuper alios polos. In Luna aũt ad eandẽ cũ prima ſphæra. Sed in vtroq; ponebat motũ huius tertiæ ſphærę eſſe tardiorẽ, ꝙ ſecũdæ. Sed aliorũ quinq; planetarum motũ cuiuslibet ponebat in quatuor ſphæras, ita ꝙ prima ſphæra & ſecunda eſt eiuſdem rõnis cũ prima & ſecunda Solis & Lunæ, quia motus primus, quẽ ponebat eſſe ſtellarum fixarum, & motus ſecundus, qui eſt per medium zodiaci ſm longitudinem, apparet communiter in omnibus planetis. Deinde vnicuique planetarum ponebat tertiam ſphęram ad cauſandum motum latitudinis, cuius polos, circa quos reuoluitur, ponebat eſ-

Te.com.47. part.4. ſe in media linea zodiaci. Sed quia ponebat omnes ſphæras eſſe concentricas, ex quo zodiacus trã-

b Calippus autem poſitionem quidem ſphærarum eãdem poſuit cum Eudoxo, hoc autẽ di

ſibat per polos circoli maximi tertię ſphęrę, ſequebatur econuerſo, quòd circulus maximus tertię ſphæræ tranſiret ꝑ polos zodiaci. vñ ſequebatur ꝙ motus tertiæ ſphærę deferret planetã vſq; ad polos zodiaci, ꝙ numq̃ vſ. Et ideo neceſſe fuit ꝙ poneret quartam ſphærã, quę ipſam planetam ferret, & reuolueretur in contrarium tertię, ab oriente ſ. in occidentem ęquali tẽpore. Vnde impedit ne plus diuertat ſm latitudinẽ a zodiaco, & hoc eſt quod dicit, ꝙ quartum motũ ſtellę dicebat eſſe ſm quendam circulum obliquatum ad medium tertiæ ſphęræ, hoc eſt ad maximum circulum eius. Si igitur cum quolibet quinq; planetarum poſuerit quatuor ſphæras, ſequitur ꝙ quinq; planetarum ſunt 20. ſphæræ. Quibus ſi addantur tres Solis & tres Lunę, erunt omnes. 26. ita ꝙ intelligatur corpus cuiuslibet planetę eſſe defixum in vltima ſphęrarum ſuarum.

Sphæra planetarum aliorum a Sole & Luna.



Sphæra Lunæ ſecundum Eudoxium.



Sphæra Solis ſecundum Eudoxium.



b Ponit opinionem Calippi de pluralitate ſphærarum: Fuit autem Calippus, vt Simplicius dicit, cum Ariſtot. Athenis conuerſatus, cum eo ea, quæ ab Eudoxo inuenta fuerant, corrigẽs & ſupplens. Poſuit ergo Calippus eandem rationem ſphærarũ ſicut Eudoxus, & expoſuit poſitiones ſphęrarum per ordinem diſtantiarum, tum quia ordinabat planetas ſicut Eudo-

At Calippus ſitum quidem ſphærarum eundem Eudoxo ponebat, hoc eſt diſtantiarum ordinem. pluralita-

D xus, tum quia ordinabat motus & ſphæras ſicut & ille. Conueniebat etiam cum Eudoxo in pluralitate ſphærarum Iouis & Saturni, quia vtrique eorum dabat quatuor ſphæras, ſed ipſe exiſtimabat eſſe apponendas ſphęras duas tam Soli quam etiam Lunæ, ſi quis velit reddere rationem eorum, quæ apparent de motibus eorum. Videtur autem has duas addidiſſe ad cauſandum velocitatem, & tarditatem, quæ apparet in motibus eorum, ita quòd Sol habeat quinque ſphęras, & Luna ſimiliter quinque, & reliquis planetis Marti, Veneri, & Mercurio, addebat ſingulis unam ſphęram, ita etiam quòd quilibet eorum haberet quinque ſphęras. Forte autem addebant hanc ſphęram ad cauſandum retrogradationem, & ſtationem, quę apparet in his ſtellis. Illę igitur ſphęrę vocabantur deferentes, quia ſecundum eas ferebatur corpus planetę. Sed pręter has ponebant alias, quas vocabant reuoluentes. Ad ponendum autem eas, hac neceſſitate uidebantur induci, quia ultima ſphęra ſuperioris planetę, puta Saturni, participabat motum omnium ſuperiorum, ita quòd in aliquo deficiebat a motu pri-

E mę ſphærę. Vnde & prima ſphęra Iouis, cuius poli infiguntur aliquo modo in vltima ſphęra Saturni, participabat aliquid de motu ſphęrarum Saturni, & ſic non uniformiter mouebatur motu diurno, ſicut prima ſphęra Saturni. Neceſſarium igitur videbatur ponere aliam ſphęram reuoluentem ipſam, ut reſtitueret id quod auferebatur ei de velocitate ex ſuperioribus ſphęris. Et eadem ratione, oportebat ponere aliam ſphęram reuoluentem ſecundam ſphęram Iouis, & tertiam ſphęram reuoluentem tertiam ſphęram Iouis, Non autem oportebat ponere aliquam reuoluentem quartam ſphęram, quia motus quartę ſphęrę, in qua erat aſtrum infixum, debebat eſſe compoſitus ex omnibus ſuperioribus motibus. Sic igitur Iuppiter habet quatuor ſphęras deferentes, & tres reuoluentes. Et ſimiliter alii planetę habent tot ſphęras reuoluentes, quot deferentes una minus. Hoc eſt ergo quod dicit, quod neceſ-

ſe eſt, ſi omnes ſphęræ ſimul ordinatæ debeant reddere, & cauſare illud, quod apparet de motu planetarum ſecundum quemlibet planetarum, ponere præter ſupra dictas deferentes alias ſphęras reuoluētes, & ad idem reſtituentes primam ſphęram inferius ordinati aſtri, una pauciores. Et ſic ſolum conuenit, quòd motus planetarum compleant omnia quæ apparent de eis. Quare igitur ſphæræ deferentes, quæ quidem ſunt Saturni & Iouis, ſunt octo, cum vterque eorum ponatur habere quatuor ſphæras, quæ ſunt aliorum quinque planetarum 25. quia quilibet eorum habet quinque ſphęras. Harum autem ſphærarum illę ſolæ non reuoluuntur, quę ſunt in fine, in quibus ordinatur aſtrum, ſequitur quod reuoluentes priorū duorum planetarū, ſcilicet Saturni, & Iouis ſunt ſex. Reuoluentes autem poſteriorum quatuor ſunt ſexdecim. Sed cum poſt Saturnum & Iouem ſint alij quinque, manifeſtum eſt, quòd unum eorum prętermittit, ſcilicet vel Martem, uel Mercurium, ut quod dicit poſteriorum quatuor referat ad quatuor infimos, vel pętermittat Lunam, ut referatur ad quatuor immediate ſequentes. Prætermittit autem, uel ex errore qui interdum accidit in numeris: vel propter aliam rationem, quæ nos latet: quia ſcripta Calippi non inueniuntur, vt Simplicius dicit. ſic igitur numerus omnium ſphę:arum deferentium, & reuoluentium ſunt 55. Sed quia de hoc poterat eſſe dubium, vtrum Lunæ & Soli ſint addendæ duæ ſphæræ, quas Calippus addit: vel quòd vtr que ſint dandæ duę ſphæræ ſolum, vt poſuit Eudoxus: ideo dicit, quod ſi aliquis non addit Soli, vel Lunæ illos duos motus, quos addit Calippus, ſequitur quòd omnes ſphęrę erunt 47. Subtraherentur enim a prædicto numero quatuor deferentes, duę Solis, duę Lunę, & totidem reuoluētes. Remotis autem octo de 55. remanent 47. Sed attendendum, quòd ſi ſupra, cū dixit reuoluētes poſteriores quatuor, eſſe ſexdecim, prętermiſit Lunam, remotis duabus deferētibus Lunę & duabus Solis, non remouebuntur quatuor reuoluentes, ſed ſolum duæ, ſi ſphæræ Lunæ nō habent reuoluentes, & ſic a prima pluralitate ſphærarum ſubtrahuntur ſex ſphæræ, quatuor deferentes & duæ reuoluentes: unde ſequitur, quod ſphæræ oēs ſint 49. & ſic non uidetur quod Ariſtot. voluerit prætermit-

Vex. com. 48 parte 8.

parte 9.

ſtantiarum ordinem; pluralitatem vero ei quidem, quę Iouis, & ei, quæ Saturni eandem cum illo dedit, Soli vero & Lunæ duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphæras, ſi quis appa rentia ſit rediturus: reliquis vero planetis ſingulis unam. Neceſ ſe autem ſimul poſitæ oēs appa G rentia ſunt redituræ, ſecundum quodlibet errantiū, alteras ſphę ras una minores eſſe reuoluentes, & ad idem reſtituentes primam ſphæram, ſemper inferius ordinati aſtri. ſic n. ſolum contingit planetarum lationē omnia facere. Quoniā ergo in quibus quidem ipſę feruntur ſphæris, hæ quidem octo, hæ autem quinque & viginti ſunt, harum autem ſolas non oportet reuolui, in quibus infimæ ordinatum fertur. Quæ quidem reuoluunt H eas, quæ ſunt duorum primorum, ſex erunt. Quæ autem eas quæ ſunt poſteriorum, quatuor ſexdecim. Omnium itaque numerus & ferētium & reuoluentium ea, quinquagintaquinque. Si autem Lunę & Soli non addiderit quis, quos diximus motus, omnes ſphæræ erunt ſeptē & quadraginta. Pluralitas igitur ſphærarum tanta ſit.

c Quare & ſubſtantias & prin- I cipia immobilia & inſenſibilia, tot rationale exiſtimare. Neceſſarium igitur dimittatur fortioribus dicere.

d Si aūt nullam poſſibile eſſe lationem non ordinatam ad aſtri lationem, amplius aūt omnem naturam & omnem ſubſtantiā impaſſibilem, & ſm ſe optimū eſſe ſortitam finem oportet exiſtimare, nulla erit preter has altera natura, ſed hunc ſubſtantiarū K numerum eſſe eſt neceſſe. Si. n. eſſent alię, mouerent utique fines exiſtentes lationis.

F cere Lunam, ſed magis Martem: niſi aliquis dicat Ari. oblitum fuiſſe quod Lunę poſuerit ſphęras reuoluentes, idcirco errorem in numero accidiſſe, quod non videtur probabile. Vltimo ergo concludit tantam eſſe pluralitatem ſphærarum, quanta dicta eſt. Deinde cum dicit,

tem autem ſtella quidem Iouis ac Saturni eandem illi attribuebat, Soli uero et Lunæ duas adhuc putabat ſphęres addendas eſſe, ſi quis eorum, quæ ſenſibiliter apperēt, cauſas aſſignare debeat; cęteris uere errantium unicuique vnam, neceſſe vero eſſe, ſi debent omnes ſimul poſitę, quæ apperēt red G dere, ſecundum unamquamque errantium alteras ſphęras una paucieres eſſe, quę reuoluant, & ad idem poſitione ſemper primam eius aſtri ſphærem, quod inferius ordinatum eſt, conſtituant. hoc enim modo ſolum contingit errantium lationem omnia facere. Cum igitur in quibus ipſe quidē feruntur ſphęris, hę quidem octo, hæ uero uigintiquinque ſint, harum ſane illas ſolas non oportet reuolui, in quibus fertur, quod infime ordinatū eſt. quæ quidem duorum primorum ſphęras reuoluunt, ſex erunt. quę uero po- H ſteriorum quatuor ſexdecim. cunctarum uero numerus, tum earum quę ferunt, tum quę reuoluunt eas, quinquagintequinque. quod ſi Lunę, & Soli non addat aliquis, quos diximus, motus, omnes ſphęrę erunt ſeptem, & quadraginta. Pluralitas itaque ſphęrarum tanta ſit.

Quare ſubſtantias quoque & prin- I cipia, tum immobilia, tum ſenſibilia, tot rationabiliter arbitrandum eſt eſſe. quod n. neceſſarium eſt, relinquatur potentioribus dicendum.

Quod ſi nullam lationem poſſibile eſt eſſe, quę nē ordinetur ad lationem ſtellæ omnem item naturam, omnemque ſubſtantiam impaſſibilem & per ſe arbitrari oportet optimum ſortitā finem eſſe, nulla profecto pręter has alia natura erit: ſed hunc neceſſe eſt, K numerum ſubſtātiarum eſſe. ſi etenim alię ſunt, utique mouebunt, cùm lationis finis ſint.

c ¶ Concludit ex numero motuum cœleſtium numerum ſubſtantiarum immaterialium, & circa hoc tria facit. Primo concludit propoſitum. Secundo excludit quædam, quæ poſſunt debilitare illationem præmiſſam, ibi. [Si autem nullā̄ poſſibile.] Tertiò, comparat id quod oſtenſum eſt de ſubſtātijs ſeparatis, ad opiniones antiquas, & ad opiniones vulgares, quæ de his ſuo tempore habebantur, ibi. [Tradita autē ſunt.] Dicit ergo primo, quod cum tanta ſit pluralitas ſphęrarum & motuum cœleſtium, quā te dicta eſt, rationabile eſt opinari tot eſſe ſubſtantias immateriales, & principia immobilia, & etiam tot [eſſe principia ſenſibilia,] id eſt corpora cæleſtia. Dicit autem rationabile, ut inſinuet hoc probabiliter concludi, non autem ex neceſſitate. Vnde ſubiungit, quod ipſe relinquit id, quod eſt neceſſarium circa hoc, illis, qui ſunt fortiores, & potentiores ad hoc inueniendum quam ipſe eſſet.
d ¶ Hic Philoſophus excludit ea, ex quibus prædicta concluſio debilitari poſſet, & ſunt tria: quorum primum eſt: quia poſſet aliquis dicere, quod ſūt quædam ſubſtantiæ ſeparatę, quibus non reſpondent aliqui motus in cælo. Ad quod excludendum dicit, quod ſi non eſt poſſibile quod ſint aliqui motus in cœlo, qui non ordinentur ad motum alicuius aſtri, & iterū ſi oportet omnem impaſſibilem ſubſtantiā, quæ eſt ſortita [optimum ſecundum ſe,] id eſt, quæ habet ſuam perfectionē ſine motu, opinari eſſe finem alicuius motus, non erit aliqua natura impaſſibilis, & immaterialis præter eas, quę ſunt fines cœleſtiū motuum, ſed neceſſe erit hunc eſſe numerū ſubſtantiarum ſeparatarum, qui eſt numerus cœleſtiū motuum. Sed tamen primum non eſt neceſſarium. ſ. quod omnis ſubſtātia immaterialis & impaſſibilis, ſit finis alicuius mot⁹ cæleſtis. Poteſt n. dici quod ſunt aliquæ ſubſtantię ſeparatæ altiores, quàm vt ſint proportionatę quaſi fines cœleſtibus motibus, quod ponere non eſt inconueniens. Non. n ſubſtantiæ immateriales ſunt propter corporalia, ſed magis econuerſo. Deinde cum dicit.

Inf. par. ſeq.

parte.

e ¶ Remouet ſecundum, quod poſſet debilitare prædictam illationem. Poſſet enim aliquis dicere, quod ſunt multo plures lationes in cęlo quam quæ numeratæ ſunt, quæ tamen non poſſunt deprehendi, eo quod ex eis non accidit aliqua diuerſitas in motu alicuius corporum cæleſtium, quæ uiſu percipiuntur, & dicunt ea aſtra. Et ad hoc excludendum ſimiliter etiã dixerat, quod nulla latio poteſt eſſe in cælo, quæ non ordinetur ad lationẽ alicuius aſtri, hoc eſt etiam quod nunc dicit, quod impoſſibile eſt eſſe alias lationes in cælo, præter illas, ex quibus accidit diuerſitas in motu aſtrorum, ſiue ſint illæ, quæ dictæ ſunt, ſiue aliæ, aut totidem, aut plures, aut pauciores. Et hoc probabiliter accipi poteſt ex corporibus, quæ feruntur. Si enim omne ferens eſt propter id, quod defertur, & omnis latio eſt alicuius, quod fertur, non poteſt eſſe aliqua latio, quæ ſit propter ſeipſam, uel propter aliam lationem tantum, ſed oportet quòd omnes lationes ſint cauſa aſtrorum: alioquin, ſi latio propter aliquã lationem eſt, eadem ratione & illã oportebit eſſe propter aliã. Et cum non ſit procedere in infinitum, ſequitur quòd finis omnis lationis ſit aliquod cæleſtium corporum, quæ deferuntur ſicut aſtra: unde impoſſibile eſt eſſe aliquem motum in coelo, ex quo non poſſit percipi aliqua diuerſitas in aliquo aſtro. Deinde cum dicit.

part.10. part.11. Tex. co. 50. part.12.

f ¶ Hic excludit tertium per quod poſſet dicta concluſio infirmari. Poſſet enim aliquis dicere, quod ſunt plures mundi, & in quolibet ſunt tot ſphæræ, & motus, quot in iſto uel plures, & ſic neceſſe eſt ponere plures ſubſtãtias immateriales. Sed hoc excludit dicens, manifeſtum eſſe quod ſit unum cælum tantum. Quia ſi eſſent plures ſecundum numerum, & in eadem ſpecie, ſicut ſunt plures homines, oporteret etiam quod ſimile iudicium eſſet de primo principio uniuſcuiuſq; cęli, quod eſt mouens immobile, ſicut dictum eſt. Oporteret enim, quòd plura prima principia eſſent ſpecie unum, & numero multa. Sed hoc eſt impoſſibile, quia quæcunque ſunt unum ſpecie, & plura numero, habent materiam. Non enim diſtinguuntur ſecundum rationem & formam, quia omnium indiuiduorum eſt com- A munis ratio, utpote quæ eſt hominis. Vnde relinquitur, quòd diſtinguantur per materiam. Et ſic Socrates eſt unus non ſolum ſecundum rationem, ut homo, ſed etiam ſecundum numerum. Sed primum principium [cum ſit quodquid erat eſſe,] idest ſua eſſentia, & ratio non habet materiam, quia eius ſubſtantia [eſt Endelechia,] idest actus, materia autem eſt in potentia. Relinquitur igitur, quòd primum mouens immobile ſit unum, nõ ſolũ ratione ſpeciei, ſed etiam numero. Oportet igitur, quod primus motus ſempiternus, qui ab eo cauſatur, ſit unus tãtum, & per conſequens ſequitur, quod cælum ſit unum tantum.

Tex. co. 51.

g ¶ Comparat ea, quæ inuenta ſunt de ſubſtantijs immaterialibus, ad opiniones antiquas, & ad vulgares. Et dicit, quod ab antiquis philoſophis quædam ſunt tradita de ſubſtantijs ſeparatis, & dimiſſa poſterioribus per modum fabulæ, ſcilicet quod Dij ſunt, & quod id, quod eſt diuinum, continet totam naturam. Et hoc quidem habetur ex ſuperioribus, ſi omnes ſubſtãtię immateriales vocentur Dij. Si autem ſolum primum principiũ uocetur Deus, eſt unus tantũ Deus, ut ex prędictis patet. Reliqua uero introducta ſunt fabuloſe ad perſuaſionem multitudinis, quæ non poteſt capere intelligibilia. Et ſecundum, quod fuit optimum ad leges ferendas, & ad utilitatem conſeruationis humanæ, ut ex huiuſmodi adinuentis perſuaderetur multitudini, ut intenderent uirtuoſis actibus, & a uitijs declinarent. Et quid ſit fabuloſe introductum exponit ſubdens, quod dixerũt Deos eſſe cõformes hominibus, & quibuſdam aliorũ animalium. Poſuerunt enim fabuloſe homines quoſdã deificatos, & quædã animalia, & quędã conſequentia his, & alia ſimilia dixerunt, ex quibus ſi aliquis hoc ſolum uelit accipere quod primo oſtenſum eſt in pręhabitis, ſcilicet, quod dij ſunt quędam ſubſtãtię immateriales, putabitur eſſe dictũ diuinę, & ſecundũ ueri ſimilitudinẽ. Et hoc ideo eſt, quia quęlibet ars, & etiã philoſophia, ſępe fuit inuenta ſecundum poſſibilitatẽ humanã, & iterũ fuit corrupta, uel propter bella impediẽtia ſtudiũ, uel propter inundationes, uel alia huiuſmodi excidia. Et hoc neceſſariũ fuit ponere Ariſto-

Tex. co. 58.

e Sed alias quidem eſſe lationes impoſſibile eſt, præter dictas. hoc aũt exiſtimare eſt ratis rationabile. Nam ſi quidem ferens lati gratia natum eſt: & latio omnis lati eſt alicuius, nulla latio ſui gratia erit, nec alia alicuius lationis: ſed aſtrorum gratia. Nam ſi fuerit latio lationis gratia, & illam alterius gratia oportebit eſſe. Quare quoniam non eſt poſſibile ire in infinitum, finis erit omnis lationis latorum aliquid diuinorũ corporum ſecundum coelum.

Sed eſſe alias lationes præter dictas, impoſſibile eſt. hoc autem ex his, quæ feruntur, rationabile eſt accipere. ſi enim omne quod fert, eius gratia, quod fertur, ſuapte natura eſt; omniſque latio alicuius, quod fertur eſt; nulla latio ſui gratia erit profecto, nec alterius lationis, verum ſtellarum cau- B *ſa. Si namque latio lationis cauſa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia eſſe. quare cum non ſit proceſſus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporum aliquod, quæ in cælo feruntur.*

f Quod autem unum cælum manifeſtum. Si enim plures eſſent cæli, ut homines, foret principium quod circa unumquodq; ſpecie unum, numero uero multa. Sed quæcunque ſunt numero multa, materiam habent, una.n. & eadem ratio multorum, ut hominis. Socrates uero unus. Quod autem quodquid erat eſſe, non habet materiam primam. Endelechia.n. Vnum igitur & ratione & numero mouens primum, immobile exiſtens, & motum. ergo ſemper & continue unum ſolum. Vnum ergo ſolum cælum.

Quòd autem cælum ſit vnum, manifeſtum eſt, ſi enim plures ſint cæli, vt homines, principium vniuſcuiuſq; erit ſpecie vnum, numero multa. at quæcunque multa numero, materiam C *habent. Vna etenim & eadem multorum ratio eſt, veluti hominis. Socrates vero vnus. ipſum vero quid erat eſſe primum non habet materiam, cum actus ſit. vnum ergo, tum ratione, tum numero primum mouens immobile ens eſt, & id igitur quod ſemper, continuoque mouetur. vnum ergo tantum cælum eſt.*

g Tradita ſunt autem a ſenioribus & antiquis, in fabulæ figura dimiſſa poſterioribus, quia Dij ſunt hi, & continet diuinam naturam uniuerſalem. Reliqua uero fabuloſe iam adducta ſunt, ad perſuaſionem multorum, & ad opportunitatem multorum, ad leges etiam conferens. Cõformes enim hominibus hos, & aliorũ animalium quibuſdam ſimiles dicunt: & his altera conſequentia & dictis ſimilia, a quibus ſi quis ſeparans id accipiat ſolum, quod primum Deos exiſtimauerunt primas ſubſtantias eſſe, & diuine utique dictum eſſe putabit, & ſecũdum quandam ueriſimilitudinẽ. Et ſæpe inuenta ad poſſibile unaquaque & arte & philoſophia & iterũ corruptis & has opiniones eorũ quaſi reliquias uſque nunc ſaluatas eſſe. Paterna quidem igitur opinio, & quæ a primis, in tantum nobis manifeſta ſolum.

D *Tradita autem ſunt quædam a maioribus noſtris, & admodum Antiquis, ac in fabulæ figura poſterioribus relicta, quòd hi Dij ſint, vniuerſamque naturam diuinam contineat. Cætera vero fabuloſe ad multitudinis perſuaſionem, & ad legum, ac eius quod conferat opportunitatem, iam allata ſunt, homini formes namque, ac aliorum animalium nonnullis ſimiles eos dicunt, ac alia conſequentia,* E *& ſimilia his, quæ dicta ſunt. quorum ſiquis ipſum ſolum primum ſeparando accipiat, quòd Deos arbitrabantur primas ſubſtantias eſſe, diuinè profecto dictum putabit & (vt veriſimile eſt) ſæpius quaque arte, & Philoſophia, quo ad poſſibile fuit, inuenta, corruptaque rurſus, has illorum opiniones, quaſi quaſdam reliquias, nunc vſque ſaluatas eſſe. Paterna itaque ac priorum opinio in tantum nobis manifeſta ſit.*

vt poſſe ſaluare æternitatem mundi. Manifeſtum enim erat, ꝙ a quodam certo tempore incæperant homines philoſophari, & artes adinuenire. Inconueniens autem videbatur, quod in finito tempore fuiſſet abſque his humanum genus. Et ideo dicit, quod philoſophiæ, & aliæ artes fuerunt multoties inuentæ, & corruptæ, & quòd opiniones illorum antiquorum quaſi reliquiæ ſaluātur vſque nunc. Et vltimo concludit quod [prædicta opinio,] ideſt ꝗ a Philoſophantibus habita eſt, poſt quos deſtructa fuit Philoſophia, ſolum ſic manifeſta eſt, ſcilicet ꝑ modum fabulæ, vt ſupra dictum eſt.

par. prima.

par. 2.

LECTIO XI.

a QVæ autem circa intellectum, habent quaſdam dubitationes. Videtur quidem enim apparētium diuiniſſimum. Quomodo vero habens talis erit, vtique habet quaſdam difficultates.

b Nam ſi non intelligat, ſed habet ſe quemadmodum, vt ſi dormiens, quid vtique erit inſigne? Siue intelligat, huius vero aliud principale: non.n. eſt hoc quod eſt ſua ſubſtātia intelligentia, ſed potentia, nō utique erit optima ſubſtantia. Per intelligere enim honorabile ei ineſt.

c Amplius autē ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia, ſiue intelligentia, quid intelligit: aut enim ſeipſum, aut alterum aliquid. Aut idem ſemper, aut aliud.

d Ergo, vtrum differt aliquid, aut nihil, intelligere bonum, aut contingens? Aut inconueniens meditari de quibuſdam.

e Palam ergo quod diuiniſſimū & honorabiliſſimum intelligit. Et non tranſmutatur in indignius. tranſmutatio, & motus quidam iam tale.

F

LECTIO XI.

EA vero, quæ circa mentem ſunt, quaſdam dubitationes habent. Videtur enim eorum, quæ apparent, quid diuiniſſimum eſſe. quo vero modo ſe habens, talis erit, difficultates quaſdam habet.

G

Siue enim nihil intelligat, ſed ita ſe habeat, ut dormiens, quidnam præcellens erit? ſiue intelligat, huius uero aliud ſit principale (non enim id, quod eſt eius ſubſtantia, intellectio erit, ſed potentia) profecto non erit optima ſubſtantia. ſiquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas ineſt.

Præterea, ſiue mens, ſiue intellectio eius ſubſtantia ſit, quid intelligit? aut.n.
H *ipſa ſeipſam, aut aliquid aliud quod ſi aliud, aut idem ſemper, aut aliud.*

Vtrum autem differt aliquid, an nihil intelligere bonum, uel quodcunque? An verò de quibuſdam ipſam etiam & cogitare abſurdum eſt.

Manifeſtum itaque eſt, quod illud intelligit, quod diuiniſſimum, honorabiliſſimumq; eſt. Neque mutatur in deterius namque mutatio fieret, ac motus, quod huiuſmodi iam eſſet.

I

LECTIO XI.

a POſtquam Philoſophus determinauit de ſubſtantia immateriali quantum ad eius perfectionem, & quantum ad eius vnitatē, nūc determinat quaſdam dubitationes ꝑtinentes ad actionem eius. Oſtenſum eſt enim ſupra, quòd prima immaterialis ſubſtantia mouet ſicut intelligibile, & ſicut bonum deſiderabile. Et ideo diuiditur hęc pars in duas. In prima determinat quaſdam dubia circa primam immaterialem ſubſtantiam, quantum ad hoc, quod eſt bonum intelligibile, & intellectus. In ſecunda quantum ad hoc, quod eſt bonum appetibile, ibi. [Perſcrutandum eſt autē qualiter hēt &c.] Circa primum duo facit. Primo aſſignat rationem dubitationis circa intellectum primæ ſubſtantiæ. Secundo dubitationem mouet, & determinat, ibi. [Nam ſi non intelligat.] Dicit ergo primo, quòd ea, quæ pertinent ad intellectum primæ ſubſtantiæ immaterialis habent quaſdam dubitationes, & uidentur oriri ex hoc. Oſtenderat enim Philoſophus, quòd intellectus intelligens, & appetens primum mouens, quod mouet ſicut intelligibile, & deſiderabile, habet aliquid ſe dignius, ſcilicet illud, quod intelligitur ab eo, & deſideratur. Oſtenderat etiam, quòd ipſum primum intelligibile eſt etiam intellectus. Vnde poſſet uideri, quod pari ratione haberet aliquid dignius, & ſuperius, & quòd non eſſet ſupremum, & optimum. quod eſt contra ea, quæ apparent de primo principio. Et ideo dicit hic, quod uidetur omnibus apparens quod principium ſit digniſſimum. Sed difficultates quædā emergunt, ſi quis uelit aſſignare quomodo ſe habeat, ita [quod ſit digniſſimum] ideſt optimum, & perfectiſſimum. Deinde cum dicit.

par. 3.

Tex. cō. 36.

par. 4.

par. 5.

Infra le. 9.

par. ſeq. l. h.

b ¶ Manifeſtat huiuſmodi difficultates, & circa hoc tria facit. Primo mouet dubitationes. Secundo præmittit quædam, quæ ſunt pręneceſſaria ad determinationem omnium quæſtionum motarum. ibi. [Palam ergo quòd diuiniſſimum &c.] Tertio ſoluit dubitationes. ibi. [Primum quidem,] Circa primum duo facit. Primo mouet quæſtiones principaliter intentas. Secundo mouet quandam quæſtionem incidentem, cuius ſolutio neceſſaria eſt ad præmiſſas quæſtiones. ibi. [Ergo utrum differt.] Mouet autem primo duas quæſtiones. Prima eſt, quomodo intellectus primi mouentis ſe habeat ad ſuum intelligere. Secunda, quomodo ſe habeat ad ſuum intelligibile. ibi. [Amplius autē ſiue intellectus.] Sciendum eſt ergo, quod intellectus ad ſuum intelligere poteſt ſe habere tripliciter. Vno modo, quòd non cōueniat ei intelligere in actu, ſed in potentia tantum, uel in habitu.

Infra par. 5.

par. 6.

Infra par. 4.

par. 3.

F bitu. Alio modo, quòd conueniat ei in actu. Alio modo, ꝙ ſit ipſum ſuum intelligere ſiue ſua intelligentia, quod idem eſt. Dicit ergo, quòd ſi intellectus primi mouentis non intelligat in actu, ſed ſolum in potentia, uel in habitu, non erit aliquid nobile. Bonum enim & nobilitas intellectus eſt in hoc, quod actu intelligit. Intellectus autem intelligens tantum in potentia, uel in habitu ſe habet ſicut dormiens. Nam dormiens habet quidem potentias operum uitæ, ſed opera vitæ non operatur. Vnde ſomnus dicitur eſſe dimidium vitę, & ſecundum ſomnū non differt felix ab īfelice, virtuoſus a vitioſo. Si autem intellectus primi intellectus intelligat quidē actu, ſed principale eius bonū quod eſt operatio eius, ſit aliquid aliud ab ipſo, quia [eius intelligentia] ideſt operatio intellectualis ipſius nō eſt hoc quod ſua ſubſtantia, comparatur ad ipſum ſicut potētia ad actum & perfectibile ad perfectionem. Et ſic ſequitur, quòd primum intelligens, non ſit optima ſubſtantia. honorabilitas enim & nobilitas ineſt ei ꝑ ſuū intelligere. nihil autem quod eſt nobile ſecundum aliud, eſt nobiliſſimum. Sic igitur uidetur ſequi, quòd ſubſtantia primi intelligentis non ſit optima, ſiue intelligat in potentia tantum, ſiue in actu, niſi ponatur cum hoc ꝙ ſua ſubſtantia ſit ſuū intelligere, ut poſt determinabit. Deinde cum dicit.

c ¶ Antequam ſoluat poſitam quæſtionem, mouet aliam de intelligibili. Vnde dicit quod ſiue ſubſtantia primi mouentis ſit intellectus, quaſi quędam potentia intellectiua, ſiue [ſit intelligentia] ideſt actus intellectus, ideſt intelligere, quod prima quæſtio quærebat, quærendum reſtat quid intelligit? Aut enim intelligit ſeipſum, aut aliquid aliud: ſi intelligit aliquid aliud, aut intelligit ſemper idem, aut oportet, ꝙ intelligat aliud & aliud, quandoque ſcilicet hoc, quandoq; illud. Deinde cum dicit.

d ¶ Antequam ſoluat præmiſſas quæſtiones, interponit quandam quæſtionem, cuius ſolutio valet ad determinationem præmiſſarum. Et eſt quæſtio: verum ad nobilitatem vel perfectionē intellectus aliquid differat uel nihil, quod intelligatur aliquid bonum & nobile, aut quodcunque contingit. Et ꝙ differat, quo-
K dam ſigno oſtendit, quia inconueniens videretur & abſurdum ꝙ aliquis meditetur, & operationem ſui intellectus occupet circa quædam uilia. Quod non eſſet, ſi non pertineret ad nobilitatē intellectus nobilitas intelligibilis, ſed indifferens eſſet intelligere nobilia & uilia. hoc enim omnino eſt impoſſibile. Manifeſtum eſt enim, quòd operationes ſecundum propria obiecta ſpecificantur. Vnde oportet, ꝙ quanto nobilius eſt obiectum, tanto nobilior ſit operatio. Deinde cum dicit.

e ¶ Præmittit quædam neceſſaria ad ſolutionem principalium quæſtionum. Et primo ponit duo, quórum primum concludit ex ſolutione interpoſitę quæſtionis. Si enim differt ad nobilitatem intellectus intelligere bonum, aut quodcunque contingēs, vt dictum eſt, manifeſtum eſt quòd cum primus intellectus ſit nobiliſſimus, quòd intelligit aliquid diuiniſſimum & honorariſſimum. Secundum quod determinata eſt ſolutio vltimæ partis ſecundæ quæſtionis principalis. Quærebatur, enim, vtrum intellectus primi mutaretur de uno in aliud. Et patet, quòd non

non mutatur de uno intellecto in aliud, quia cum intelligat diuiniſſimum, ſi mutaretur in aliud intelligibile, eſſet eius mutatio in aliquid indignius, quod non competit alicui niſi tendenti in defectionem, & corruptionem. Iterum hoc ipſum quod eſt tranſire de uno intellecto in aliud, eſt quidem motus. Vnde non poteſt cōpetere primo mouenti, cum ſit omnino immobile.

parte 6. f ¶ Soluit prius poſitas quęſtiones, & primo ponit ueritatem primæ. Secundo ueritatē ſecūdæ, ibi, [Deinde palā, &c. Veritatem aūt primæ quæſtionis manifeſtat dicens, ꝙ ſi ſubſtantia [primi non eſt intelligentia] id eſt ipſum ſuum intelligere: ſed eſt potentia quædam intellectiua [rationabile eſt,] id eſt probabiliter uidetur ſequi, ꝙ [cōtinuatio intelligētiæ,] id eſt operationis intellectualis, ſit ei laborioſa. Quod enim eſt in potentia ad aliqd, ſe habet ad hoc & ad eius oppoſitū, quia quod poteſt eſſe, pōt non eſſe. Vnde, ſi ſubſtātia primi comparatur ad intelligere ſicut potentia ad actū, quantum eſt de ratione ſuæ ſubſtātiæ, poterit intelligere, & nō intelligere. Nō ergo inerit ei ex ſua ſubſtantia, ꝙ continuē intelligat. Vt aūt non ſe habeat aliquando ſicut dormiēs, neceſſe eſt, ꝙ continuationē intelligendi adipiſcatur ex aliquo alio. Quòd autem ulterius adipiſcitur, & nō habet hoc ex ſui natura, probabile eſt, ꝙ ſit ei cum labore, eo quòd ſic inuenitur in nobis. Nam in continue operando laboramus. Nō autem eſt neceſſarium, quia quod aliquid acquirit ab alio, non eſt laborioſum, niſi uel ipſum, uel aliquid aliud continuans ipſum, ſit contra naturam. Vnde licet continuitas motus cæli dependeat ab extrinſeco, non tamen cęlum mouetur cum labore. Fuit igitur Ariſt. hic contentus inducere ad inconueniens quod probabiliter ſequitur, quia inconueniēs, quod ex neceſſitate ſequitur, eſt manifeſtum, ſcilicet quòd bonum & perfectio primi mouentis dependeat ab aliquo ſuperiori. non enim eſſet primum & optimum. Deinde cum dicit.

Infra pa. 9. parte 7.

parte 8.

parte 9.

parte 10.

g ¶ Soluit ſecundam quæſtionem, & circa hoc tria facit. Primo determinat ueritatem ſecundæ quæſtionis. Secundo obiicit in contrarium, ibi, [Et eſt intelligentia, &c.] Tertio ſoluit, ibi, [Aut in quibuſdam.] Dicit ergo primo, quòd poſtquam oſtenſum eſt, quòd ſubſtantia primi non eſt potentia intellectiua, ſed in ipſa intelligentia ex hoc palam eſt, quòd ſi primum non intelligit ſeipſum, ſed aliquid aliud, ſequitur quod aliquid aliud erit dignius quàm primum, id eſt intellectum ab ipſo. Quod ſic probat. Ipſum intelligere in actu, quod eſt intelligentia, conuenit alicui etiam intelligenti quodcunque indigniſſimum. Vnde patet, quòd intelligere aliquod in actu, eſt fugiendum, quia dignius eſt, quod quædam non uideantur in actu, quam quòd uideantur. non autem hoc eſſet, ſi intelligentia eſſet optimum. quia tunc nullum intelligere eſſet uitandum. Cum ergo aliquod intelligere ſit uitandum propter indignitatem intelligibilis, relinquitur, quòd nobilitas eius, quod eſt intelligere, dependeat ex nobilitate intelligibilis. Dignius eſt igitur ipſum intellectum quam ipſum intelligere. Cum igitur oſtenſum ſit, ꝙ primum ſit ſuum intelligere, ſequitur, ſi intelligat aliud a ſe, quòd illud aliud erit eo nobilius. Cum igitur ipſum ſit nobiliſſimum, & potentiſſimum, neceſſe eſt, quod intelligat ſeipſum & quòd in eo ſit idem intellectus & intellectum. Conſideran-

f Primum quidem igitur ſi non eſt intelligentia, ſed potentia, rationabile eſt laborioſam eſſe ei continuationem intelligentiæ.

g Deinde palam, quia aliud aliquid erit dignius, quàm intellectus, ſcilicet intellectū. Etenim intelligere & intelligentia inerit indigniſſimum intelligenti. quare fugiendum hoc. Etenim non uidere quidem quædam, dignius quàm uidere. non ſi ſit optimum intelligentia. Seipſum ergo intelligit, ſi quidem eſt potentiſſimum.

h Et eſt intelligentia intelligentiæ, intelligentia. Videtur autem ſemper alius ſcientia, & ſenſus, & opinio, & meditatio. Ipſius autem in acceſſorio.

i Amplius ſi aliud eſt intelligere, & intelligi, ſecundum quid ei quidem ipſum bene ineſt? Non enim idem eſſe intelligentiæ, & intellecto.

k An in quibuſdam ſcientia res? In factiuis quidem, ſine materia: ſubſtantie enim & quodquid erat eſſe: in theoricis uero, ratio, res, & intelligentia. Non altero igitur exiſtente eo quod intelligitur & intellectu: quæcunque non materiam habēt, idem erunt. Et intellectio eius, quod intelligitur, una.

A

Primo igitur, ſi non eſt intellectio, ſed potētia, rationabile eſt laborioſam ei continuationem intelligendi eſſe.

Deinde dilucidum, quòd aliquid aliud honorabilius eſſet quàm mens, id ſcilicet, quod intelligitur. Et intelligere profecto, ac intellectio, & quod peſſimum intelligenti inerit. B *Quare fugiendum hoc eſt: etenim quædam melius eſt non uidere quàm uidere. alioqui non fuerit quod optimum intellectio. Seipſam ergo intelligit, ſi eſt quidem, quod optimum eſt.*

Et eſt intellectio intellectionis intellectio. At uidetur ſemper alterius eſſe, tum ſcientia, tum ſenſus, & opinio, ac cognitio: ſui uero ipſius præter neceſſitatem.

C *Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi ſit, ſecundum quod horum ineſt ei bene eſſe: quando quidem nō eſt idem intellectioni eſſe, & intellectio.*

An in quibuſdam ſcientia eſt ipſa res? in effectiuis quidem abſque materia ſubſtantia, & ipſum quid erat eſſe, in ſpeculatiuis uero, ratio, res, & intellectio. Cum igitur non ſit diuerſum id quod intelligitur, & intellectus, quæcunque non habent materiam, idē erunt, ac intellectio una eius, quod D *intelligitur.*

dum eſt autem, quòd Philoſophus intendit oſtendere, quòd Deus non intelligit aliud, ſed ſeipſum, inquantum intellectum eſt perfectio intelligentis, & eius quod eſt intelligere. Manifeſtum eſt autem, quòd nihil aliud ſic poteſt intelligi a Deo, quod ſit perfectio intellectus eius. Nec tamen ſequitur, quòd omnia alia a ſe ſint ei ignota. Nam intelligendo ſe, intelligit omnia alia. Quod ſic patet. Cum enim ipſe ſit ipſum ſuum intelligere: ipſum autem eſt digniſſimum, & potentiſſimum: neceſſe eſt quòd ſuum intelligere ſit perfectiſsimum. Perfectiſſime ergo intelligit ipſum. Quanto autem aliquod principium perfectius intelligitur, tanto magis intelligitur in eo effectus eius. nam principiata continentur in uirtute principij. Cum igitur a primo principio, quod eſt Deus, dependeat cœlum, & tota natura, vt dictum eſt, patet quòd Deus cognoſcendo ſeipſum, omnia cognoſcit. nec uilitas alicuius rei intellectæ derogat dignitati. Non enim intelligere actu aliquod indigniſsimum eſt fugiendum, niſi inquantum intellectus in eo ſiſtit; & dum illud actu intelligit, retrahitur a dignioribus intelligendis. Si enim intelligendo aliquod digniſsimum, etiam uilia intelligantur, uilitas intellectorū intelligentiæ nobilitatem non tollit. Deinde cum dicit. Text. co. 38.

h ¶ Obijcit contra ueritatem determinatam dupliciter. Primo quidem ſic, primum intelligit ſeipſum, vt oſtenſum eſt: & iterum ſupra oſtenſum eſt, quòd primum eſt ſua intelligentia. Ergo intelligentia primi non eſt aliud quàm intelligentia intelligentiæ. Sed hoc eſt contra id, quod uidetur, quia actus ſenſus, & ſcientia, & opinio, & meditatio ſemper uidentur eſſe alterius. Et ſi aliquando ſint ſuiipſius, ſicut cum aliquis ſentit ſentire, uel ſcit ſe ſcire vel opinatur ſe opinari, uel meditatur ſe meditari, hoc eſt quidē præter opus uel præter actum principalem. nā ... uidetur principalis actio, ut aliquis intelligat intelligibile. Quòd autem aliquis intelligat ſe intelligere intelligibile, hoc uidetur eſſe præter principalem actum quaſi acceſſorium quoddam. E Vnde ſi intelligere primi non ſit niſi intelligentia intelligentiæ, uidetur ſequi quòd ſuum intelligere non ſit principaliſsimum.

i ¶ Secundo obijcit alio modo. Manifeſtum eſt quod aliud eſt intelligere & intelligi. Et ſi contingat quòd idem ſubiecto ſit intellectus & ipſum intellectum, non tñ ſunt idem ratione. Si ergo primum eſt ſuū intelligere, & eſt ipſum quod intelligitur, quod eſt optimum, uidebitur dubium remanere, ſm quid inſit ei hoc quod eſt bene eſſe uel uerum, ſi ſecundum hoc quod eſt intelligentia, uel ſecundum quod eſt intellectum? Deinde cum dicit.

k ¶ Soluit poſitas obiectiones dicens, quòd in quibuſdam res ſcita idem eſt quod ſcientia. Et hoc manifeſtat diuidendo ſcientiam. Nam ſcientia alia eſt factiua, & alia ſpeculatiua. In factiuis autem ſcientijs, res ſcita, ſine materia accepta, eſt ipſa ſcientia. Sicut patet, quòd domus ſine materia prout eſt in mente ædificatoris, eſt ipſa ars ædificatiua. Et ſimiliter ſanitas in mente Medici, eſt ars medicatiua. Et ſic patet, quòd ars factiua nihil aliud eſt quàm ſubſtantia rei factæ, & quodquid erat eſſe eius. Omnis enim artifex procedit in opus ex eo quòd conſiderat quid eſt quod operari intendit. In ſpeculatiuis uero ſcientijs manifeſtum eſt, ꝙ ipſa ratio diffinitiua rei eſt res ſcita, & eſt ipſa ſcientia

diſtincta, ſed non ſimiliter omnia habent ordinẽ. ſ. animalia marina & volatilia, & plantæ. Et tamen licet non ſint eodem modo ordinata, non ita ſe habent q vnum eorum non pertineat ad alterum, ſed eſt aliqua affinitas & ordo vnius ad alterũ. Plãtę enim ſunt propter animalia, & animalia ſunt ꝑpter homines. Et quod omnia ſint ordinata adinuicem, patet ex hoc q omnia ſimul ordinantur ad unum finẽm. Sed quod omnia ſic ſint ſimiliter ordinata, manifeſtatur per quoddã exemplum. In aliqua .n. domo, uel familia ordinata,
Ve. com. 35. inueniuntur diuerſi gradus. Sicut ſub patrefamilias eſt primus gradus filiorũ, alius autem gradus eſt ſeruorum, tertius uero gradus eſt beſtiarum, quæ ſeruiũt in domo, vt canes & huiuſmodi animalia.
par. 4. Huiuſmodi enim gradus diuerſimode ſe habent ad ordinem domus, qui imponitur a patre familias gubernatore domus.
par. 5. Filius enim non competit ut faciant aliqđ caſualiter & ſine ordine, ſed omnia aut plura eorum, quæ faciũt, ordinata ſunt.
par. 6. Non autem ita eſt de ſeruis, aut beſtijs, q a parum participant de ordine qui eſt ad commune. Sed multum inuenitur in eis de eo, quod contingit, & caſualiter accidit. Et hoc ideo, quia paruam affinitatem habent cum rectore domus, qui intendit
par. 7. bonum domus commune. Sicut autem imponitur in familia ordo per legem, &
Ve. com. 34 præceptum patrisfamilias, qui eſt principium unicuique ordinatorum ĩ domo, exequendi ea, quæ pertinent ad ordiné domus, ita natura in rebus naturalibus eſt principium exequẽdi unicuique ad, quod competit ſibi de ordine uniuerſi. Sicut enim qui eſt in domo, per præceptum patrisfamilias ad aliquid inclinatur, ita aliqua res naturalis per naturam propriam. Et ipſa natura uniuſcuiuſque eſt quędam inclinatio indita ei a primo mouente, ordinans ipſam in debitum finem. Et ex hoc patet, quod res naturales agunt propter finem, licet finem non cognoſcant, quia a primo intelligente aſſequuntur inclinationẽ in finem. ſed tamen non ſimiliter omnia iſta ſe habent ad iſtum finem. Eſt enim aliquid commune omnibus, quia neceſſe eſt, q oĩa ad hoc perueniãt quod diſcernantur. i. quod habeant diſcretas & proprias operationes, & q etiam ſm ſubſtantiam adinuicem diſcernantur. Et quantum ad hoc in nullo deficit ordo. Sed quędam ſunt, quæ non ſolum hoc habent, ſed ulterius talia ſunt quod omnia, quæ ſunt in eis [communicant ad totum], id eſt ſunt ordinata ad bonum cõe totius. Hoc autẽ inuenitur in illis, in quibus nihil eſt præter naturam, neque caſualiter, ſed oĩa ſm debitum ordiné procedunt. Manifeſtum eſt .n. q unaquæque res naturalis, ut dictum eſt, ordinatur ad bonum cõe ſm ſuam actionem debitam naturalem. Vnde illa q nunq̃ deficiunt a ſua actione debita & naturali, habent omnia ſua cõicãtia ad totum. Illa uero, quæ aliqñ deficiunt ab actione debita & naturali, non habent omnia ſua communicantia ad totum, ſicut huiõi corpora inferiora. Eſt ergo ſumma ſolutionis, quod ordo duo requirit. ſ. ordinatorũ diſtinctioné, & cõicatiã

A diſtinctorũ ad totũ. Quãtũ aũt ad primũ, indeficiẽter ẽ ordo ĩ oĩb. Quãtũ aũt ad ſm eſt qdam ordo indeficienter in aliquib. q̃ ſũt ſuprema & proxima primo principio, ſicut ſubſtantiæ ſeparatæ & corpora cæleſtia, in quib. nihil caſualiter accidit & præter naturã. In aliquibus autem deficit. ſ. corporibus, in quibus interdum aliqđ accidit caſualiter pter naturam. & hoc propter remotioné a primo principio ſẽper eodem modo ſe habente. Deinde cũ dicit.

d ¶ Determinat de bono & ordine uniuerſi ſm opinionem aliorũ, & circa hoc duo facit. Primo manifeſtat de quo eſt intentio, dicens, quòd oportet dicere quęcũque impoſſibilia, aut abſurda accidũt illis, qui aliter dñt de bono & aliter ordine vniuerſi, ſ. quã nos. Et oportet dicere et qualia dicunt illi, q melius loquntur, & in quorum dictis pauciores dubitationes apparent.

e ¶ Proſequit ſuam intẽtionem, & circa hoc duo facit. Primo ponit opinioné illorum, qui poſuerunt principia eſſe cõtraria. Secũdo eorũ, q poſuerunt principia eſſe naturas quaſi diſ ſeparatas, ibi [Amplius ſi nõ erũt &c.] Circa primum duo facit. Primo proponit, in quo deficiant illi, qui dicunt principia eſſe contraria, dicens, quòd omnes antiqui Philoſophi poſuerunt omnia eſſe ex principiis contrariis. Et quantum ad tria non recte dixerunt. Neque .n. recte dixerunt in hoc, quod poſuerunt res eſſe ex contrariis, neque ẽt in hoc, quod dixerunt omnia ex contrariis. Et tertio defecerunt in hoc, quod non dixerũt quomodo ex contrariis res producantur. Secundo ibi.

f ¶ Manifeſtat quõ in pdictis trib. defecerũt, & primo quõ defecerunt in hoc, q poſuerũt eẽ res ex cõtrariis. Scđo in hoc, q poſuerunt oĩa eſſe ex cõtrariis, ibi. [Amplius oĩa prauã participatioẽ.] Tertio quõ defecerũt in hoc, quod nõ dixerũt quõ ex cõtrariis res fiũt, ibi. [Oẽs aũt cõtraria dicentes &c.] Dicit

E ergo primo, quod nõ recte dñt res eſſe ex contrariis, quia cõtraria ſm ſe accepta, ſunt impaſſibilia adinuicẽ; non .n. albedo patit a nigredine, ut q; ecõuerſo. Non aũt ex eis poſſet aliqđ unum conſtitui niſi adinuicẽ paterent, ut ſic reducant ad aliquod medium. Sed hæc dubitatio ſm ſniam Ari. de facili ſoluit, q a Ari. poſuit pter duo cõtraria eẽ tertium principium, q eſt materia. ſic ergo unum contrariorum põt pati a reliquo, in quantum materia ſubiecta uni contrario, ab alio patit. Sed alii poſuerunt materiam eſſe alterum cõtrariorum, & non aliquid præter contraria. Sicut patet de illis, qui poſuerunt iſta cõtraria eſſe principia, inæquale & æquale, unum & multa. Attribuebat .n. inæqualitaté & multitudinem materię, ęqualitatem & unitatem formæ, ſicut patet de opinione Platonis, licet Philoſophi naturales poſuerint cõtrarium. Sed hoc eorum dictum ſoluitur eodem mõ, quia materia, quæ vna eſt quaſi cõe ſubiectum contrariorum, nulli eſt contraria. Deinde cũ dicit.

g ¶ Manifeſtat Philoſophus quomodo defecerunt dicendo oĩa eſſe ex contrariis. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit icõue nieus.

Et non ſic ſe habent, ut non ſit alteri ad alterum nihil, ſed eſt aliquid, ad unum quidẽ enim omnia coordinata ſunt. Sed quemadmodum in domo, liberis nõ licet quod contingit facere, ſed omnia, aut plurima ordinata ſunt; ſeruis uero & beſtiis parũ quod ad commune, multum uero, quod contingit. Tale nanque cuiuſque principium ipſorum natura eſt, dico autem puta ad diſcerni, neceſſe quoque omnibus venire. & alia ſic ſunt, quibus communicant omnia ad totum.

d Quęcunque uero enim impoſſibilia accidunt, aut abſurda aliter dicentibus, & qualia gratioſius dicentes, & in quibus minime dubitationes oportet non latere.

e Omnes enim ex contrariis faciunt omnia. Neque autem qđ omnia, neque ex contrariis recte, nec in quibuſcunque contraria ſunt, quomodo ex contrariis erunt, non dicunt.

f Impaſſibilia nanque ſunt contraria adinuicem, a nobis autẽ ſoluitur hoc rationabiliter, eo q tertium aliquid ſit. Alii uero alterum contrariorum materiã faciunt, quemadmodum quidẽ eſt inæquale æquali, aut uni multa. Soluitur autem & hoc eodẽ modo. Materia enim quę una, nulli eſt contraria.

g Amplius autem omnia praui participatione ſunt extra vnum. Nam prauum ipſum alterum elementorum.

ſe habent, ut ſit ullum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam, ad unum nanque coordinata ſunt omnia. Verum, quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunque facere, ſed ea omnia, aut plurima, quę ordinata ſunt, mancipiis uero & beſtiis parum, quod ad commune conferat, ſed ut plurimum quodcunque cõ-
B *tingit, tale nanque principium cuiuſque eorum natura eſt. Dico autem pa uniformiter quod neceſſe eſt omnia in diſcrimen venire. & alia ita ſunt, quibus omnia communicant ad uniuerſum.*

Quęcunque uero impoſſibilia, ſiue abſurda aliter dicentibus accidunt, quęue dicunt elegantius dicentes, ac in quibus minime dubitationes ſunt, non debet nos latere.

C *Omnes nãque ex contrariis omnia faciunt. At non recte id, omnia neq; id, ex contrariis, quibus autem contraria inſunt, quonam modo ex cõtrariis erunt, non dicunt.*

Quandoquidem contraria impaſſibilia ſunt a ſeruicem. A nobis autem rationi conſentanee hoc ſoluitur cum aliquid tertium ſit. Quidam uero alterum contrariorum materiam
D *faciunt, quemadmodum qui inęquale ęquali, aut uni multa. Soluitur autem etiam hoc eodem modo, nam materia una nulli contrarium eſt.*

Item cuncta participabunt malo præter ipſum unum, alterum nanque elementorum ipſum malum eſt.

niens, quod ex hac poſitione ſequitur. Manifeſtum eſt.n. φ prima contrariorum genera, ſunt bonum & malum, q̄a ſemp alterum contrariorum eſt ut priuatio, & ita hēt rōnem mali. Si ergo oia ſunt ex contrariis, ſequit φ omnia participent malo p̄ter vnum, ſ. bonum quod eſt principium. nam alterum elementorum ponitur eſſe bonum. Omnia vero alia ponunt eſſe ex his duobus principijs. Hoc autem non eſt verum: quia in corporibus cœleſtibus, & natura ſubſtātiarum ſeparatarum non inueniūtur corruptio, & malum. Secundo ibi.

h ¶ Oſtendit φ poſitio ponentium oia ex contrariis, non conuenit poſitioni quorundam Philoſophorum. Si enim omnia ſunt ex contrariis, ſequitur, ut dictum eſt, φ prima principia ſint bonū, & malum. Sed quidam non poſuerunt bonum, & malum eſſe principia, ſed id quod eſt bonum, eſſe principium omnibus. Tertio ibi.

i ¶ Oſtendit q̄ō in ponendo bonum eſſe principium, deficerunt ēt illi. Et hoc oſtendit primo in cōi dicens, φ quidā, licet recte dicerent, ponentes bonū eſſe principium omniū, tamen in hoc deficerunt, quia non determinauerunt q̄ō bonum eſſet principiū, vtrum ſ. vt finis, aut ut forma, aut vt mouens, hęc.n. tria hñt rōnē pſcti, & boni, nō aūt materia, quæ nō ſficit niſi p formā. Vñ de ea mētionē no facit. Sc̄do ibi.

K ¶ Deſcēdit ad ſpeciales opiniones, & primo ad opinionē Emp. dicens, φ incōueniēter Emp. poſuit bonū eſſe principiū. Ponit.n. amorē principium, quaſi bonum. Sed amorē dicit eſſe principium dupliciter. Dicit.n. φ eſt vt mouens, inquantum habet vnire, & cōgregare: & iterum ponit, φ eſt principium ſicut materia. Ponebat.n. amorem eſſe partem miſtorum. Corpora.n. ponebat eſſe miſta ex quatuor elementis, & amicitia, & lite. Licet aūt contingat eſſe principium idem ſicut materia & ſicut mouens, non tamen ſm eandem rōnem. Pōt.n. ignis eſſe mouens ſm formam, & materiale principium ſecundum materiā, non autem ſm idem, quia mouens inquantum hmōi eſt in actu. Materia autem inquantum hmōi, eſt in potentia. Reſtat igitur aſſignandum ſecundum quid amor ſit materia, & ſecundum quid eſt mouens, quod ipſe non aſſignat. Aliud autem inconueniens quod ſequitur opinionem Emped. eſt φ poſuit litem eſſe primum principium incorruptibile. Quæ quidem ſecundum ipſum videtur eſſe ipſa natura mali. Malum autem ſm recte opinantes, non ponitur principium eſſe, ſed ſolum bonū, ut dictum eſt. Tertio ibi.

l ¶ Deſcendit ad opinionem Ana. dicens, quòd Ana. poſuit bonū eē principiū primū quaſi mouēs. Dixit.n. φ intellectus mouet oia, ſed manifeſtum eſt, φ ſemp [i. intellectus mouet gr̄a alicuius] i. pp finē. Quare oportet, φ ponat alterū aliqd̄ principium pp q̄d intellectus moueat. Niſi forte dicat ſicut nos diximus, ſ. φ idem pōt eſſe intellectus, & intellectū, & φ intellectus moueat pp ſeipſū, q̄d aliquo mō inuenit in his, q̄ agunt p intellectū ſm nos. Ars.n. Medicinę agit pp ſanitatem, & ſanitas eſt quodammō ipſa ars medicinę, vt ſupra dictum eſt. Aliud aūt icōueniens ſequi vr̄ cōtra opinionē Anaxa. ſi ſuſtineat, cōe opinio, ſ. φ cōtraria ſunt pricipia oīum, ſcd̄m hoc.n. videbitur inconueniens, φ nō faciat aliqd̄ principiū contrarium bono, & intellectui. Deinde cum dicit.

h Alii autem nec principia bonum, aut malum, quamuis in omnibus maxime quod bonū principium.

i Alii vero hoc quidem recte, quia principiū, ſed quomodo quod bonum principium, non dicunt. vtrum ſcilicet vt finis, aut ut mouens, aut ut ſpecies.

K Inconuenienter autē & Empedoc. Amicitiam enim facit bonum. Hoc autem principiū, & ut mouens, congregat.n. Et vt materia: pars enim miſturę. Si itaque, & eidē accidit ut materiam, & principium eſſe, & vt mouens, ſed eſſe, non idem. Vtrum igitur amicitia: inconueniens autem, & incorruptibilem eſſe litem. Sed ipſum autē eſt mali natura.

l Anaxagoras autē ut mouēs φ bonum principium. Intellect⁹ enim mouet. ſed gratia alicuius mouet. quare alterum, excepto vt nos dicimus. Nam medicatiua eſt quodammō ſanitas. inconueniens aūt, & contrariū non facere bono, & intellectui.

m Oēs aūt contraria dicentes nō utuntur contrariis, niſi figuret aliqs. Et quare hæc quidem corruptibilia, hæc vero incorruptibilia, nullus dicit; oia nanq; entia faciūt ex eiſdē principiis. Ampli⁹ aūt alii qdē ex nō ente faciūt entia, alii aūt ne ad hoc cogant, vnum omnia faciunt.

n Amplius propter quid ſemper generatio, & quæ eſt cauſa generationis, nullus dicit.

o Et duo principia facientibus aliqd neceſſe primū eſſe, principalius, & his qui ſpecies, quia aliud principalius. Propter quid .n. participauit, aut participat.

F

Et alij neque principiis bonum, & malum, quanquam in omnib. maxime ipſum principium, ipſum bonum ſit.

Quidam autem hoc quidem recte, quod principium: quo vero modo ipſū bonum principium ſit, utrum ut finis, an ut mouens, an ut forma, nō dicunt.

G

Empedocles quoque abſurde amicitiam facit bonum, cum hæc principium ſit, & ut mouens, ſi quidem congregat, & ut materia, nam miſti pars eſt. At ſi etiam eidem accidat, & ut materia principio eſſe, & ut mouēti, ipſum tamen eſſe non idem eſt. ſecundum quod igitur horum amicitia eſt. Inconueniens item eſt, contentionem incorruptibilem eſſe, cum hac ipſa mali natura ſit.

H

Anaxagoras autem, bonum ponit principium, vt mouens, mens enim mouet. verum alicuius gratia mouet. quare alterum, niſi ſit, ut nos dicimus. ars enim medendi quodam modo ſanitas eſt. Inconueniens etiam eſt, quod non feceris aliquid bono, mentique contrarium.

Porro nulli eorum, qui ponunt contraria, utuntur contrariis, ſi quem inquirere non pigeat. & cur quædam corruptibilia, quędam incorruptibilia nemo dicit. omnia nanque entia ex eiſdem principiis faciunt. Pręterea, quidam ex non ente faciunt entia. quidā ut hoc non cogantur, unum cuncta faciunt.

I

Cur item ſemper generatio erit, quidque generationis cauſa ſit, dicit nemo.

At tum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium neceſſe eſt eſſe: tum illis, qui formas, quia aliud principalius principiū eſt, cur enim participauit, aut participat?

m ¶ Oñdit tertium, q̄d ſupra poſuit, ſ. φ ponentes principia contraria eſſe, non dñt q̄ō principiata ſunt ex cōtrariis. Et hoc eſt q̄d dicit φ oēs dicentes principia eſſe contraria, nō vtūtur ad cauſandū ea, q̄ ſunt apparētia in entib. Niſi [aliquis figuret] i. niſi aliqs velit fingere vel figurabiliter dicere. Et primo cū dicit. [Et quare hoc qdē, &c.] oñdit, φ non pñt cauſare diſtam corruptibilium vel incorruptibiliū. Dicit ergo, φ nullus Antiquorū Philoſophorū aſſignat cām, quare entia quędā ſunt corruptibilia, & quędā incorruptibilia. Ponunt.n. quidā eorum entia omnia eſſe ex eiſdem principiis, ſ. contrariis, & hæc eſt opinio antiquorum naturaliū. Alij vero, ſ. Poetæ Theologi poſuerūt oia ex nō ente. vnde ſupra dixit, φ generant mundum ex non ente. & ſic cum eādem originē verumque aſſignent oībus entibus, non poſſunt cauſare diſtinctionē rerum ſm corruptibile & incorruptibile. & ideo alij vt ad hoc non cogantur, φ ſ. ponant oia eſſe ex non ente, vel φ aſſignent cauſam diſtinctionis rerum, poſuerunt omnia eſſe vnum, totaliter a rebus diſtinctionem tollentes. & hæc eſt opinio Parmenidis & Meliſſi. Secundo ibi.

n ¶ Oſtendit φ etiam in alio deficiunt, quia ſ. non poſſunt aſſignare cauſam, quare generatio ſit ſempiterna, nec poſſunt aſſignare quæ ſit vniuerſalis cauſa generationis. Neutrum.n. contrariorum eſt vniuerſalis generationis cauſæ. Tertio ibi.

K

o ¶ Tertium ponit, in quo deficiūt ponentes principia eſſe contraria. Neceſſe eſt.n. eis aſſignare, φ alterū cōtrariorū ſit principalius principiū, cū ſpalterū ſit vt priuatio. Vel intendit, φ neceſſe eſt ponere aliquod principiū principalius vtroq; contrariorū, ex quo rō aſſignari poſſit, quare q̄dā attribuuntur vni cōtrariorū, ſicut principio, & q̄dam alteri, vtpote, quare quodam tpe moueat lis elementa ad ſeparationem, & quodā tpe amicitia ad congregationē. Et hoc ēt accidit ponentib. eſſe ſpēs. Neceſſe.n. eſt eis ponere aliqd̄ principiū principalius ſpeciēb. manifeſtum eſt.n. φ ea, quę generantur & corrumpuntur, non ſemper eodem modo participant ſpeciem. vnde oportet ponere aliquod principium, ex quo aſſignetur ratio, quare hoc indiuiduum prius participauit, aut modo participat ſpeciem.

p ¶ Ponit

p Ponit quartum inconueniens, quod eis ſequitur dicens, quòd neceſſe eſt Philoſophis ponentibus principia eſſe contraria, quòd ſapientiæ primæ, & honoratiſſimæ ſcientiæ, ſit aliquod contrarium, quia ſapientia eſt de primo principio, ut in Primo oſtenſum eſt. (In proœ.) Vnde, ſi primo principio non eſt aliquid contrarium, quia omnia contraria habent naturam, quæ eſt in potentia ad utrunque contrariorum: (par. 16.) Primum autem principium ſecundum nos eſt immateriale, ut ex dictis patet; unde relinquitur, quòd primo principio non ſit contrarium aliquid, & quòd Primæ ſcientiæ non ſit contraria aliqua ſcientia, ſed ſolum ignorantia. Deinde cum dicit. (par. 17.)

q ¶ Deſcendit ad opinionem ponentium ſubſtantias ſeparatas, & primo oſtendit, quòd inconueniens ſequitur non ponentibus eas, (par. 18.) & dicit quòd ſi non ſint alia entia, præter ſenſibilia non erit primum principium, ſicut oſtenſum eſt, (par. 19.) nec ordo rerum qualis aſſignatus eſt, nec generatio perpetua, nec principia, qualia ſupra poſuimus (par. 20.) ſed ſemper erit principii principium in infinitum, ut pote quòd Socrates generetur a Platone, & ille ab illo, & ſic in infinitum, ut uiſum eſt omnibus antiquis Philoſophis naturalibus. non enim ponebant aliquod principium uniuerſale primum, præter illa principia particularia, & ſenſibilia. (par. 21.)

x ¶ Oſtendit quòd inconueniens ſequitur ponentibus naturas quaſdam ſeparatas, (par. 22.) & primo quantum ad eos qui ponebant in huiuſmodi naturis connexionem quandam originis. Secundo quantum ad eos, qui hoc non ponebant, ibi. [Dicentes autem numerum.] Circa primum ducit ad quatuor inconuenientia, quorum primum eſt, quòd ſpecies & numeri, quæ ponebant quidam præter ſenſibilia, nullius cauſæ uidentur eſſe. Sed ſi ſint alicuius cauſæ, non uidebitur aliquid eſſe cauſa motus, quia huiuſmodi non uidentur habere rationem principiorum mouentium. Secundo ibi.

ſ ¶ Ducit ad aliud inconueniens. numerus enim non eſt magnitudo. magnitudo autem non eſt niſi ex magnitudinibus, unde impoſſibile uidetur aſſignare, quomodo magnitudo, & continuum ſunt ex numeris, qui non ſunt continui. Non enim poteſt dici, quod numerus cauſet continuum, ſicut principium motiuum & formale. Tertium ponit ibi.

t ¶ Dicens, quòd ſi ſpecies & numeri ſunt prima principia, cum in ſpeciebus & numeris non inueniatur contrarietas, ſequitur, quòd non erunt contraria principia prima, quia nõ ponuntur factiua & motiua. & ſic continget non eſſe generationem & motum. Quia ſi prima principia non ſunt mouentia, ſed poſterius cauſentur ex primis principiis, ſequetur, quod ſint in potentia priorum principiorum. Quod autem poteſt eſſe, poteſt & nõ eſſe. Vnde ſequitur, quòd generatio & motus, non ſunt ſempiterna, ſed ſunt ſempiterna, ut ſupra poſitum eſt. (Lect. 6.) Interimendum eſt igitur aliud præmiſſorum, ſcilicet quòd ponebant prima principia non eſſe mouentia. Et hoc dictum eſt, ſcilicet in primo libro, quomodo prima principia ſunt mouentia. Quartum ponit ibi.

u ¶ Dicens, quòd nullus illorum dicere poteſt, quid faciat unum, eſſe numerum, aut animam & corpus, aut uniuerſaliter formam, & id cuius eſt forma, niſi dicat, quòd mouens hoc facit, ſicut nos ſupradiximus in octauo. (Text. c. 12. & inde.) Species autẽ & numeri non habẽt rationem cauſæ mouentis. Deinde cum dicit.

x ¶ Oſtendit quod inconueniens ſequatur ſecundum illos, qui ponunt huiuſmodi naturas eſſe inconnexas, dicens, quòd ponentes primum in rebus eſſe numerum mathematicum, ut Pythagorici poſuerunt, & ſic conſequenter ſemper aliam naturam habitam, id eſt conſequentem. uidelicet, quòd poſt numerum magnitudinem: & poſt magnitudinem, ſenſibilia, & dicẽtes cuiuslibet naturæ eſſe alia & alia principia, ſicut quòd alia ſunt principia numerorum, & alia magnitudinum, & alia ſenſibilium, iſta, loquam, ſic dicentes, faciunt ſubſtantiam [uniuerſi eſſe inconnexam,] id eſt, ſine ordine, ita quòd una pars nihil conferat ad aliam, uel ad alterã, ſiue ſit, ſiue nõ ſit. & ſimiliter faciũt multa principia inconnexa. & hoc non poteſt eſſe, quia entia non uolunt male diſponi. Diſpoſitio enim entium naturalium eſt qualis optima poteſt eſſe. Et hoc uidemus in ſingulis, quòd unumquodque eſt optimæ diſpoſitionis in ſua natura. Vnde multo magis oportet hoc exiſtimare in toto uniuerſo. Sed pluralitas principatuum non eſt bonum. Sicut non eſſet bonum, quòd eſſent diuerſæ familiæ in una domo, quæ inuicem non cõmunicarent. Vnde relinquitur, quòd totum uniuerſum, eſt ſicut unus principatus, & unum regnum. Et ita oportet quòd ordinetur ab uno gubernatore. Et hoc eſt, quod concludit, quòd eſt unus princeps totius uniuerſi, ſcilicet primum mouens, & primũ intelligibile, & primum bonum quod ſupra dixit Deum, qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

A

p Et aliis quidem neceſſe Sapientię, & honoratiſſimæ Sciẽtiæ aliquid eſſe contrarium, nobis autem non. Non enim eſt contrarium primo quippiam. Nam omnia contraria habent materiam, & hæc potentia eſt. Contraria autem ignorantia ad contrarium. Primo uero contrarium nihil.

B

q Amplius ſi non erunt præter ſenſibilia alia, non erit principiũ & ordo, & generatio, & cæleſtia: ſed ſemper principii principium, vt Theologis & phyſicis omnibus.

r Si autem erunt ſpecies, aut numeri, nullius cauſæ. ſi autẽ, non quidem motus.

ſ Adhucquomodo erit ex non magnitudinibus magnitudo, & continuum? Non enim numerus facit continuum, nec ut mouens, nec ut ſpecies.

C

t At uero nullum erit contrariorum, & factiuum quod, & motiuum, quod continget utique non eſſe: at uero poſterius quidem ipſum facere, potentia. Nõ ergo ſempiterna ſunt entia: ſed ſunt: interimendũ igitur eſt horum aliquid. & hoc dictũ eſt.

u Adhuc quomodo numeri vnũ, & anima & corpus, & ſpecies totaliter, & res, nihil dicet nullus nec contingit dicere, ſi non ut nos dicat, quod mouens facit.

D

x Dicentes autem numerum primum mathematicum, & ſemper aliam habitam ſubſtantiam, & principia cuiuslibet, alii inconnexam ipſius uniuerſalis ſubſtantiam faciunt. (Nihil enim alia alii confert, aut ens, aut non ens.) Et principia multa. Entia uero nolunt diſponi male, nec bonum pluralitas principatuum: unus ergo princeps.

E

Et aliis quidem neceſſe eſt Sapientiæ, ac nobiliſſimæ ſcientiæ aliquid contrarium ponere eſſe, nobis uero minime. nihil enim eſt primo contrarium, quandoquidem cuncta contraria materiam habent, & potentia hæc ſunt. contraria uero ignorantia ad contrarium, primo autem nihil contrariũ eſt.

Præterea, ſi non erunt alia præter ſenſibilia, non erit principium, & ordo, & generatio, & ipſa cæleſtia; ſed ſemper principii principium, ut Theologis, naturalibuſque cunctis.

Si autem erunt formæ, aut numeri, nullius cauſa erunt; ſi uero non, neque prorſus ipſius motus.

Quo namque item modo ex non habentibus magnitudinem, magnitudo continuumque erit? numerus namque non faciet continuum, neque ut mouẽs, neque ut forma.

Cæterum nihil contrariorum erit quod & factiuum et motiuum, alioqui contingere ſane poſſit non eſſe. uerum enim uero, & facere poſterius quàm potentia eſt. Entia ergo non erunt ſempiterna: attamen ſunt; interimendum igitur aliquid horum eſt. hoc autem aliquo pacto dictum eſt.

Item, quomodo numeri ſunt unum, aut anima, & corpus, & omnino forma & res, nemo aliquid dicit, nec dicere poteſt, niſi ut nos, dicat, quod ut mouens faciat.

Qui uero dicunt mathematicum numerum primum, & ita ſemper aliã aliquam ſubſtantiam, ac alia cuiuſque principia, inconſpirantem uniuerſi ſubſtantiam faciunt, nihil enim altera alteri confert, ſiue ſit, ſiue non ſit. & principia multa. At entia nolunt male gubernari. non eſt bonum pluralitas principatuum, unus ergo princeps.

Commentariorum S. Thomæ Aquinatis ſuper duodecim libros Metaphyſicorum Ariſtotelis Finis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

IN LIBRVM DE CAVSIS, EXPOSITIO.

LECTIO PRIMA.

cap. 10. SIcut Philoſophus dicit in 10. Eth. ultima fœlicitas hominis cõſiſtit in optima hoĩs operatione q̃ eſt ſupremæ po. ẽ sz. i. intellectus, reſpectu optimi intelligibilis: q̃a vero effectus ꝑ cām cognoſcit. manifeſtũ eſt ꝙ cã ſm ſui naturã eſt magis intelligibilis q̃ effectus. Et ſi aliq̃n quo ad nos effectus ſint notiores cauſis: ꝓp hoc ꝙ ex particularibus ſub ſenſu cadentib. uniuerſaliũ & intelligibiliũ cauſarum cognitionem accepimus. Oportet igitur, ꝙ ſimpliciter loquendo primæ rerum cauſę ſint ſecundum ſe maxima & optima intelligibilia, eo ꝙ ſunt maxima entia, & maxima uera, cum ſint aliis eſſentię & ueritatis cã, vt patet per Philoſophum 10 au. Meta. q̃-
Tex. com. 2. uis huius primę cã ſint minus & poſterius notę quoad nos. Habet. n. ſe ad ea intellectus nr̃, ſicut oculus noctuę ad lucem Solis, q̃ propter excedentiam claritatem perfecte percipere non poteſt. oportet igit ꝙ ultima fœlicitas hominis quæ i hac uita haberi põt, conſiſtat in conſideratione primarũ cãrum, quia illud modicum qd̓ de eis ſciri põt, eſt magis amabile & nobilius oibus his quæ de reb. inferioribus cognoſci poſſunt, ut patet ꝑ Philoſophum in primo de partib. Animalium. Et quia hęc cognitio in nobis perficii poſt hãc uitã, hõ perfecte beatus conſtituit ſm illud Enãgeliũ. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcãt te Deũ uerum viuũ. Et inde eſt, ꝙ philoſophorũ intentio ad hoc principaliter erat, vt per oĩa q̃ in reb. cõſiderabãt ad cognitionẽ primarum cãrum peruenirent. Vñ ſciãm de primis cauſis ultimo ordinabant cuius cõſiderõni ultimum ꝓs ſuæ vitæ deputarẽt. Primo quidem incipientes a Logica q̃ modũ ſciarum tradit. Secundo procedentes ad Mathematicas cuius ẽt pueri poſſ eſſe capaces. Tertio ad Naturalem philoſophiam, quæ ꝓp experiẽtiã tẽpore indiget. Quarto ad Moralem philoſophiã cuius iuuenis eſſe conueniens auditor non poteſt. Vltimo autem ſciæ Diuinæ inſiſtebant, quæ conſiderat primas entiũ cauſas. Inueniuntur igitur q̃dam de primis principiis conſcripta per diuerſas propoſitiones diſtincta, quaſi per modũ ſigillatim cõſiderãtiũ aliquas veritates & in græco quidẽ inuenit, ſ traditus li Proculi Platonici: continens ducentas & 9 Propoſitiones, qui intitulat Eleua-

A tio theologica. In arabico vero inuenitur hic Liber, qui apud latinos de cauſis dr̃, quem conſtat de arabico eſſe tranſlatum, & in greco penitus non haberi. Vñ vr̃ ab aliquo philoſophorũ arabũ ex prędicto li. Proculi excerptus. ꝓſertim: q̃a omnia quæ in hoc lib. continentur, multo plenius & diffuſius continẽt in illo. In eo igitur huius libri q de cauſis dr̃, eſt determinare de primis cauſis rerum: & quia nomẽ cauſę ordinẽ quendam importat, & in cauſis ordo ad inuicẽ inuenitur, ꝑmittit quaſi quoddã principium totius ſequentis operis quandam propoſitionẽ, ad ordinem cauſarum pertinẽte, q̃ talis eſt. Oĩs cã primaria pl' eſt influens ſuper ſuũ cãtum q̃ cã ſecũda vniuerſalis. Ad cuius manifeſtationem vnum corollariũ inducit. per qd̓ manifeſtatur primũ ſicut, per quoddã ſignum. Vñ ſubdit. Cũ ergo remouet cã vniuerſalis uirtute ſuã a re, cã vniuerſalis prima nõ aufert virtutẽ ſuã ab ea. & ad huius ꝓbatione inducit ſcd̓m dicẽs ꝙ cã q: vniuerſalis cã prima agit i cãtũ cãę ſecundę, antequã agat in ipsũ cã uniuerſalis ſecunda. & ex hoc cõcludit qd̓ ſcd̓o poſitũ ẽ & cõuenientẽr. Neceſſario eſt. n. id qd̓ prius aduenit, ultimo abſcedere. Videmus. n. eã q̃ ſunt prio a in cõpoſitione eſſe ultĩma in reſolutiõe: Sic igitur intẽtio huius Propoſitionis in his trib. conſiſtit, Quorũ primũ eſt, ꝙ cã prima plus influit in effectũ q̃ ſecunda Secundum eſt, ꝙ impreſſio cauſę primę tardius receſſit ab effectu. Tertium eſt, ꝙ prius ei aduenit: q̃ quẽ tria ꝓdicta proponit in duab propoſitionib. Primũ in prima propoſitione ſui libri, quæ eſt talis. Oẽ qd̓ producit a ſecundis cauſis prioribus & vniuerſalioribus, producitur eminentius, a q̃bus & ſecundæ producebantur: alia vero ponit in ſequẽti Propõne q̃ talis eſt. Oĩs cã & ante cãtũ operatur, & poſt ipſum plurium eſt ſubſiſtentium. His aũt trib. pręmiſſis ad ea manifeſtandum procedit. Primo q̃dem ꝑ exemplum Scd̓o ꝑ rõnem ibi (& cã prima adiuuat) Exemplum aũt vr̃ ꝑtinere ad cauſas formales in q̃bus quanto forma eſt uniuerſalior, tanto prior eſſe vr̃. Si igitur accipiamus aliquẽ hõiem, forma q̃dẽ ſpecifica eius attenditur in hoc ꝙ eſt rõnabilis. Forma aũt generis eius attenditur in hoc ꝙ eſt uiuũ uel aial. Vlterius autem id quod eſt

LIBER DE CAVSIS, LECTIO PRIMA.

OMnis cã primaria plus eſt influẽs ſupra cãtũ ſuum q̃ cauſa uniuerſalis ſecunda. Cum ergo remouet cauſa vniuerſalis ſecunda uirtutẽ ſuam a re: cauſa vniuerſalis prima nõ aufert uirtutem ſuam ab ea. Quod eſt, quia cauſa uniuerſalis prima agit in cauſatũ cauſę ſecũdæ: antequam agat in ipſum cauſa vniuerſalis ſecunda, quæ ſequitur ipſum. Cum ergo agit cauſa ſecunda quæ ſequitur cauſatum: nõ excluditur ipſius actio a cauſa prima quæ eſt ſup eam; & quando ſeparatur cauſa ſecunda a cauſato quę ſequitur ipſum, non ſeparatur ab ea prima cauſa, quæ eſt ſupra ipſam; q̃m eſt cauſa ei. Et nos quidem exemplificamus illud per eſſe, & uiuum, & hominem. Quod eſt; quia oportet ut ſit res eſſe primo, deinde uiuum: poſtea homo. Viuum ergo eſt cauſa hominis propinqua: & eſſe eſt cauſa eius lõginqua. Eſſe ergo, uehementius eſt cauſa homini quam uiuum: quoniam eſt cauſa uiuo, quod ẽ cauſa homini; & ſimiliter quãdo ponis ratio-

B nalitatẽ eſſe cauſam hominis, eſt eſſe uehementius cauſa homini magis quàm rationalitas, quoniam eſt cauſa cauſæ eius. Et illius quod ſignificatio eſt, quoniam quando remoues uirtutem rationalem ab homine, nõ remouet hõ, & remanet viuum ſpirans ſenſibile. Cũ aũt remoues ab eo viuum, non rema-

C net viuum, & remanet eſſe: q̃m eſſe non remouetur ab eo, ſed remouetur uiuum, quoniã cã non remouetur per remotionem cauſati ſui. Remanet ergo adhuc eſſe. Cum ergo indiuiduum nõ eſt homo, eſt animal, & ſi non eſt animal, eſt tantum. Iam ergo manifeſtum eſt & planum, ꝙ cauſa longinqua eſt prima, & prima, eſt plus comprehendens, & vehementius

D cauſa rei, quam cauſa propinqua. Et propter id fit eius operatio vehementioris adherentię cum re, quam operatio cauſæ propinquæ. Et hoc quidem non fit ſecundum hoc, niſi quia res in primis non patitur niſi a virtute longinqua. Deinde patitur a ſecunda virtute quæ eſt ſub prima.

omnibus eos eſt eſſe. Manifeſtum eſt autem in generatione uniuſ particularis hominis, quod in naturali ſubiecto primo inuenitur eſſe, deinde inuenitur viuum, poſtremo autem eſt homo: prius enim ipſe eſt animal quam homo, ut dicitur in ſecundo de generatione Animalium. Rurſus, quia in via corruptionis primo amittit uſum rationis & remanet viuū & ſpirans. Secundo amittit viuum & ſpirans, & remanet ipſum ens, quia ſic corrumpitur in nihilum. & ſic poteſt intelligi hoc exemplum ſecundum viam generationis & corruptionis alicuius indiuidui, & hæc eſt autoris intentio, quod patet ex hoc quod dicit. Cum ergo indiuiduum non eſt homo, idest ſecundum actum proprium hominis eſt animal, quia adhuc remanet in eo operatio animalis, quæ conſiſtit in motu & ſenſu, & cum non eſt animal eſt eſſe tantum, quia remanet corpus penitus inanimatum: verificatur hoc exemplum in ipſo rerum ordine. nam priora ſunt eſſentia in uiuentib., & uiuentia hominib. quia remoto homine non remouetur animal ſecundum continentiam ſed econuerſo, quia ſi non eſt animal non eſt homo, & eadem ratio eſt de animali & eſſe. [illegible] ibi.

b Et cauſa prima adiuuat ſecundam cauſam ſuper operationem ſuam, quoniam omnem operationem quam cauſa efficit ſecunda, prima etiam cauſa efficit. Verumtamen efficit eam per modum altiorem & ſublimiorem. c Et quando remouetur cauſa ſecunda a cauſato ſuo, non remouet ab eo cauſa prima, quoniam cauſa prima eſt maioris & vehementioris adherentiæ cum re, quam cauſa propinqua. d Et non figitur cauſatum cauſæ ſecundæ, niſi per uirtutem cauſæ primæ, quod eſt, quia cauſa ſecunda quando facit rem, influit cauſa prima quæ eſt ſupra eam, ſuper illam rem de uirtute ſua. Quare adhæret illud rei adherentia uehementi, & ſeruat eam.

b ¶ Probat tria prædicta per rationem. Primum autem, ſcilicet quod cauſa prima plus influat quam ſecunda, ſic probat. Eminentius conuenit aliquid cauſæ quam cauſato. Sed operatio qua ſecunda cauſa cauſat effectum, cauſatur a cauſa prima. Nam cauſa prima adiuuat cauſam ſecundam faciens eam operari. Ergo huius operationis ſecundum quam effectus producitur a cauſa ſecunda, magis eſt cauſa prima quam cauſa ſecunda. Proculus autem expreſſius hoc ſic probat. Cauſa enim ſecunda cum ſit effectus cauſæ primæ, ſubſtantiam ſuam habet a cauſa prima. Sed a quo habet aliquid ſubſtantiam ab eo habet potentiam ſiue virtutem operandi. Ergo cauſa ſecunda habet potentiam, ſiue uirtutem operandi a cauſa prima. Sed cauſa ſecunda per ſuam potentiam vel virtutem eſt cauſa effectus. Ergo hoc ipſum quod cauſa ſecunda ſit cauſa effectus, habet a prima cauſa. eſſe ergo cauſam effectus ineſt primo primæ cauſæ. Secundo autem cauſæ ſecundæ. Quod autem eſt prius in omnibus eſt magis, quia perfectiora ſunt priora naturaliter. ergo prima cauſa eſt magis cauſa effectus quam cauſa ſecunda. Secundum, ſcilicet quod impreſſio cauſæ primæ tardius recedit ab effectu. Probat ibi. c ¶ Et inducit talem rationem, Quod vehementius ineſt, magis inheret. Sed prima cauſa vehementius imprimit in effectum quam cauſa ſecunda, ut probatum eſt, ergo eius impreſſio magis inhæret. ergo tardius recedit. Tertium, ſcilicet quod prius adueniat probat ibi. d ¶ Tali ratione. Cauſa ſecunda non agit in cauſatum ſuum niſi uirtute cauſæ primæ, ergo & cauſatum non procedit a cauſa ſecunda niſi per uirtutem cauſæ primæ. Sic ergo virtus cauſæ primæ dat effectum ſecundæ, ut attingatur a virtute cauſæ ſecundæ. Prius enim attingitur a uirtute cauſæ primæ. Hæc autem uno modo Proculus ſic probat. Cauſa prima eſt magis cauſa quam ſecunda, ergo eſt perfectioris uirtutis. Sed quanto uirtus alicuius cauſæ eſt perfectior, tanto ad plura ſe extendit: ergo virtus cauſæ primæ ad plura ſe extendit quam virtus cauſæ ſecundæ. Sed id quod in pluribus eſt, prius eſt & in adueniendo, & ultimum in recedendo, ergo impreſſio cauſæ primæ primo aduenit, & ultimo recedit. Eſt autem conſiderandum in quibus cauſis hæc propoſitio habeat uirtutem. Et ſi quidem ad genera cauſarum quæſtio referatur, manifeſtum eſt quod habet ueritatem in quolibet genere cauſarum ſuo modo. Et in cauſis quidem formalibus, exemplum inductum eſt, in cauſis autem materialibus ſimilis ratio inuenitur. Nam id quod primo ſubſiſtit ut materia, cauſa eſt propinquiori modo, ut & ipſa materialiter ſubſiſtat, ſicut materia prima elementis, quæ ſunt quodammodo materia mixtorum corporum. Oportet idem eſſe & in efficientibus cauſis. Manifeſtum eſt enim quod quanto aliqua cauſa efficiens eſt prior, tanto eius uirtus ad plura ſe extendit. unde oportet ut proprius effectus eius communior ſit. cauſæ uero ſecundæ proprius effectus in paucioribus inuenitur, unde & particularior eſt. Ipſa enim cauſa prima producit, uel mouet cauſam ſecundo agentem, & ſic fit ei cauſa ut agat. Inueniuntur igitur prædicta tria, quæ tacta ſunt, primordialiter

F quidem in cauſis efficientibus, & ex hoc manifeſtum eſt quod deriuatur ad cauſas formales: unde & hic ponitur uerbum influentiæ, & Proculus utitur uerbo productionis, quæ capitur cauſaliter cauſæ efficientis. Quod autem in cauſis efficientibus deriuetur ad cauſas materiales, non eſt adeo manifeſtum, eo quod cauſæ efficientes, quæ ſunt apud nos, non producunt materiam ſed formam. Sed ſi conſideremus cauſas uniuerſales cum quibus procedunt & materialia rerum principia, neceſſe eſt quod hic ordo deriuetur & ad materiales cauſas ex cauſis efficientib. Quia enim primæ cauſæ & ſupremæ cauſæ efficacia ſeu cauſalitas ad plura ſe extendit, neceſſarium eſt quod id quod primo ſubſiſtit in omnib. ſit a prima omnium cauſa. deinde a cauſis ſecundis adduntur diſpoſitiones, quib. materiæ appropriantur ſingulis rebus, quod etiam utcumque in his, quæ apud nos ſunt apparet. Nam omnibus artificialibus materiam etiam primam exhibet natura. deinde per artes quaſdam priores materia diſponitur, ut exigitur per ſingularib. artificiis. Comparatur enim prima omnium cauſa ad totam naturam, ſicut natura ad artem. Vnde id quod primo ſubſiſtit in tota natura, eſt prima omnium cauſa quæ appropriatur ſingulis rebus ordine ſecundarum cauſarum. In cauſis etiam finalibus manifeſtum eſt uerificari omnia prædicta. Nam propter ultimum finem qui eſt uniuerſalis, alii fines appetuntur, quorum appetitus aduenit poſt appetitum ultimi finis, & ante ipſum ceſſat: ſed & huius ordinis ratio ad genus cauſæ efficientis reducitur. Nam finis in tantum eſt cauſa inquantum mouet efficientem ad agendum, & ſic prout habet rationem mouentis pertinet quodammodo ad cauſæ efficientis genus. Si autem quæratur in unoquoque cauſarum genere, utrum prædicta uerificentur in omnib. cauſis quolibet ordinatis, manifeſtum eſt quod non. Inuenimus enim cauſas ordinari dupliciter. Vno modo per ſe, Alio modo per accidens. Per ſe quidem, intentio primæ cauſæ reſpicit uſque ad ultimum effectum per omnes cauſas medias. Sicut enim ars fabri mouet manum, manus martellum, qui ferrum percuſſum excedit, ad quod fertur intentio artis. Per accidens autem quando intentio cauſæ non procedit niſi ad proximum effectum. Quod autem ab illo effectu efficitur iterum aliud, eſt præter intentionem primi efficientis, ſicut cum aliquis accendat candelam, præter intentionem eius eſt quod iterum accenſa candela accendat aliam, & illa aliam. Quod autem præter intentionem eſt, dicimus eſſe per accidens. In cauſis igitur per ſe ordinatis hæc propoſitio habet ueritatem. in quib. cauſa prima mouet omnes cauſas medias ad effectum. In cauſis autem ordinatis per accidens, eſt econuerſo. Nam effectus qui per ſe producitur a cauſa proxima, per accidens producitur a cauſa prima, præter intentionem eius exiſtens. Quod autem eſt per ſe, potius eſt eo quod eſt per accidens. Et ad hoc ſignificandum dicit. Cauſa uniuerſalis eſt cauſa per ſe.

Iam ergo manifeſtum & planum, quod cauſa longinqua eſt uehementius cauſa rei quam cauſa propinqua, quæ ſequitur eam, & quod ipſa influit uirtutem ſuam ſuper eam, & conſeruat ipſam, & non ſeparatur ab ea ſeparatione ſuæ cauſæ propinquæ, immo remanet in ea, & adheret ei adherentia uehementi, ſecundum quod oſtendimus & expoſuimus.

G

LECTIO II.

OMne eſſe ſuperius, aut eſt ſuperius æternitate, & ante ipſam, aut eſt cum æternitate, aut poſt æternitatem & ſupra ipſum. Eſſe uero quod eſt ante æternitatem, eſt cauſa prima, quoniam eſt cauſa ei. Sed eſſe, quod eſt cum æternitate

H

LECTIO II.

K

PRæmiſſa prima Propoſitione ſicut quodam principio ad totum tractatum ſequentem. Incipit hic agere de primis cauſis rerum. Et diuiditur in partes duas. In prima agit de diſtinctione cauſarum primarum. In ſecunda de coordinatione ſeu dependentia cauſarum adinuicem in 16. Propoſitione ibi [Omnes uirtutes quibus non eſt finis &c.] Prima diuiditur in partes duas. In prima diſtinguit cauſas primas. In ſecunda determinat de ſingulis in 6. Propoſitione. ibi [Cauſa prima ſuperior eſt &c.] Cauſæ autem uniuerſales rerum ſunt trium generum, ſcilicet cauſa prima quæ eſt Deus, intelligentiæ, & animæ. Vnde circa primum tria facit. Primo enim diſtinguit hæc tria genera quorum primum eſt indiuiſum, quia cauſa prima eſt una tantum. Secundo diſtinguit intelligentias. 4 Propoſitione. ibi [Prima rerum creatarum eſt eſſe.] In tertia diſtinguit animas 5. Propoſitione. ibi [Intelligentiæ ſuperiores &c.] Circa primum duo facit. Primo diſtinguit tria prædicta genera. Secundo

oſtendit

oſtendit quo uiuuntur per participationem quandam in ultimo 3 Propõois ibi (Omnis aĩa nobilis &c.) Circa primũ ponit talem propoſitionem. (Omne eſſe ſuperius, aut eſt ſuper æternitate & ante ipſam, aut cum æternitate, aut poſt æternitatẽ & ſupra tempus.) Ad cuius intelligentiam propoſitionis oportet primo uidere qd

eſt intelligentia, quoniam eſt eſſe ſecundum habitudinẽ unã. Vnde nõ patiatur neq; deſtruitur. Eſſe aũt quod eſt poſt æternitatem & ſupra tẽpus, eſt aĩa: quoniã eſt in orizonte æternitatis inferius & ſupra tempus. Et ſignificatio, ꝙ cã prima eſt ante æternitatem ipſam, eſt, quoniã omne eſſe in ipſa eſt acquiſitũ. Et dico ꝙ omnis ęternitas eſt eſſe: ſed non omne eſſe eſt æternitas. Ergo eſſe eſt plus q̃ cõe ęternitas. Et cã prima eſt ſupra æternitatem, quoniam æternitas eſt cauſatũ ipſius. Et intelligentia opponit uel parificat æternitati, quoniam extendit cum ea, &

ſit æternitas, deinde quo prædicta propoſitio habet ueritatẽ: nomen igitur æternitatis indeficientiam quandam ſine terminabilitate importat: dr enim æternum quaſi extra terminos exiſtens: ſed quia ut Philoſophus dicit in 8. Phyſi. in omni motu eſt quædam corruptio & generatio, inquantum aliquid eſſe incipit, & aliquid eſſe deſinit; neceſſe eſt ꝙ in quol bet motu ſit quadam deficientia: unde omnis motus æternitati repugnat. uera igitur æternitas eſt cũ indeficientia eſſendi et immobilitatem importans. Et quia prius, & poſterius in duratione temporis prouenit ex motu, ut patet in

Te.com.99. 4. Phy. oportet ꝙ ſit æternitas abſque priori & poſteriori tota ſimul exiſtens, ſm ꝙ Boe. diffinit eam in fine de Conſolatione dicens, æternitas eſt interminabilis uitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. quæcumque igitur res cum indeficientia eſſendi hẽt immobilitatem, & eſt abſque temporali ſucceſſione, poteſt dici æterna, & ſm hunc modum ſubſtantias immateriales ſeparatas Platonici & Peripatetici æternas dicebant, ſuperaddentes ad rõnem æternitatis, ꝙ ſemper eſſe habuit, quod fidei chriſtianæ non eſt conſonum: ſic.n. æternitas ſoli Deo conuenit: dicimus aũt eas æternas tamquam incipientes obtinere a Deo eſſe perpetuum & indeficiẽs ſine motu & tẽporis ſucceſſione. unde & Dion. dicit c. 10. de Diu. no. ꝙ non ſimpliciter ſunt coęterna Deo, quæ in ſcripturis æterna dicuntur. unde æternitatem ſic acceptam quidam nominant æuum, quod ab æternitate primo mõ accepta diſtinguunt. Sed ſiquis recte conſideret æuum & æternitas non differunt, niſi ſicut antropos & hõ, in græco.n. æuum æternitas dr, & antropos homo. His igitur præmiſſis ſciendũ eſt, quod hæc propoſitio 10 libro Proculi 9. congrua inuenitur ſub his uerbis. Oẽ entis ual exiſtis ens, aut ante æternitatẽ eſt, aut in æternitate, aut participans æternitate. dicit aũt æternitas per oppoſitum ad mobile, ſicut eſſe ſtans dicitur per oppoſitum ad moueri, per qđ datur intelligi quid eſt qđ in hoc libro dicitur. Oẽ eſſe ſuperius, quia. ſ. eſt ſupra motũ, & tẽpus, hanõ. n. eſſe ſm utrumque auctorẽ in utroque libro in triplices gradus diſtinguitur, non tñ eſt eadem oĩno rõ utrobique. Proculus. n. hanc propõnem inducit ſm Platonicorũ ſuppoſitiones, qui omnem abſtractionẽ ponentes, q̃.o aliqđ eſt abſtractius & uniuerſalius, tanto prius eſſe ponebat. manifeſtũ eſt.n. qđ hæc dictio æternitas abſtractius eſt q̃ æternum. Nã nomine æternitatis ipſa eſſentia ęternitatis deſignatur. Noĩe autẽ æterni, id quod ęternitatem participat. Rurſumque ipſum eſſe cõius eſt q̃ æternitas. oẽ.n. æternum eſt ens. non aũt omne ens eſt æternum. unde per dicta, ipſũ eſſe ſeparatum eſt ante æternitatem: id autem quod eſt cum æternitate eſt ipſum eſſe ſẽpiternum. Id aũt qđ eſt æternitatẽ participans, & quaſi poſt æternitatem, eſt oẽ id quod eẽ æternũ participat. Sed huius libri auctor in primo quidẽ aliqualiter cũ prædictis propõnib cõcordat. vñ exponit, ꝙ eſſe qđ eſt ante æternitatẽ, eſt cã prima, qm̃ eſt cã æternitatis. & ad hoc probandũ inducit ꝙ in ipſa. i. æternitate eſt oẽ acquiſitum. i. participatum. & hoc probat, quia ea quæ ſunt minus cõia participant ea quæ ſunt magis cõia: æternitas aũt eſt minus cõe q̃ eſſe vñ ſubdit. Et dico, ꝙ ois æternitas eſt eſſe: ſed nõ oẽ eſſe eſt æternitas. ergo eſſe eſt plus cõe q̃ æternitas. Sic igitur probat auctor ꝙ æternitas participat eẽ, ipſum autem eſſe abſtractum eſt cauſa prima, cuius ſubs eſt ſuum eſſe. unde relinquitur ꝙ cauſa prima eſt cã a qua acquiritur eſſe ſempiternum, cuique rei ſp exiſtenti: ſed in aliis duob. membris diuiſionis recedit auctor huius libri ab intentione Proculi, & magis accedit ad cões ſententias & Platonicorũ, & Peripateticorum. Exponit n. ſm gradum qui cum æternitate eſt intelligentia, quia cum æternitas, ut dictum eſt: importat indeficientiam cum immobilitate, illud quod ſecundum oia eſt indeficiẽs & immobile, totaliter attingit æternitatẽ: ponit

A autem ſecũdum prædictos Philoſophos, ꝙ intelligẽtia ſiue intellectus ſeparatus hẽt indeficientiam & immobilitatẽ, & quantũ ad eſſe, & quantũ ad uirtutem, & quantũ ad operationẽ: vñ centeſima ſexageſimanona Propoſitio Proculi eſt. Ois intellectus in æternitate ſubſtantiam hẽt, & poteſtatem, & operationem. & ſecundũ hoc

non alteratur neq; deſtruitur. Et anima annexa eſt cum æternitate inferius qm̃ eſt ſuſceptibilior impreſſionis quàm itelligẽtia. Et eſt ſupra tẽpus, quoniam eſt cauſa temporis.

LECTIO III.

B OMnis anima nobilis tres hẽt operationes. Nam ex operationib. eius eſt operatio aĩalis, & operatio intelligibilis, & opatio diuina. Operatio autem diuina eſt, qm̃ ipſa præparat naturam cũ virtute quæ eſt in ipſa a cauſa prima. Eius autem operatio intelligibilis

probatur hic, ꝙ intelligentia eſt cum ęternitate: quia eſt omnino ſecundum habitudinem vnam, ita ꝙ non patiatur aliquã alteritatem, nec virtutis nec operationis, neque deſtruitur ſecũdum ſubſtantiã, & propter hoc ẽt poſtea dicit ꝙ parificatur ęternitati, qm̃ extenditur cum ea & non alteratur. Quia. ſ. ad oẽ id quod eſt intelligẽtiæ, æternitas ſe extendit. Tertium vero gradum exponit de anima quæ habet eſſe ſuperius. i. ſupra motũ & tempus huiuſmodi enim anima magis appropinquat ad motum quam intelligẽtia, quæ vt intelligentia non attingitur a motu neque ſecundum ſubſtantiã, neque ſecundum operationem. anima autẽ ſecundum ſubſtantiã quidem excedit tempus & motũ, & attingit æternitatẽ: ſed ſecundum operationem attingit motũ: quia ut Philoſophi probant, oportet omne quod mouetur ab aliquo reduci in aliqđ primũ quod ſeipſum mouet, quod ſecundum Ariſt. eſt corpus

C aĩatum, cuius motus principium eſt anima: & ſic vtroq; modo oportet quòd primũ principium motus ſit anima; & iõ motus eſt ipſius animæ operatio; & quia motus eſt in tempore, tẽpus attingit operationem ipſius animæ unde & Proculus dicit 191. Propoſitione. Omnis anima participans ſubſtantiam quidem æternalem habet operationem aliam ſecundum tempus; & iõ hic dicitur quòd connexa eſt cum æternitate inferius, connexa quidem æternitati quantum ad ſubſtantiam; ſed inferius quantum ad operationem; quia inferiori modo participat æternitatem quam intelligentia, quod probat per hoc, qa eſt ſuſceptibilior impreſſionis q̃ intelligentia, aĩa enim nõ ſolum recipit impreſſionem cauſæ primæ ſicut intelligentia ſed etiam ſuſcipit impreſſionem intelligẽtiæ, quanto autem aliquid magis eſt remotũ a primo, quod eſt æternitatis cauſa, tãto debilius ęternitatem participat, & quamuis anima attingat ad infimum gradum æternitatis, tñ eſt ſupra tẽpus. ſicut cauſa prima ſupra cauſatũ; eſt enim cauſa temporis inquantum eſt cauſa motus ad quã ſe-

D quitur tẽpus; Loquitur enĩ hic de aĩa mundi quam attribuunt Philoſophi corpori cęleſti, & propter hoc dicit ꝙ eſt in orizõte æternitatis inferius & ſupra tempus. Orizõ enim eſt circulus terminãs uiſum, & eſt infimus terminus ſuperioris emiſperii, principium autem inferioris, & ſimiliter anima eſt ultimus terminus æternitatis & principium tẽporis; huic autem ſententiæ Diony. concordat 10. cap. de Diu. no. hoc excepto, quod nõ aſſerit cęlum habere aĩam, quia hoc Catholica fides non aſſerit. dicit enim ꝙ Deus eſt ante ęternum, & quod ſecundum ſcripturas dũt aliqua ęterna & temporalia, quod eſt intelligendũ ſecundum modos poſitos in ſacra ſcriptura. media autem exiſtentium & factorum, ideſt generabilium ſunt quęcunque ſecũdũ aliquid quidẽ ęternum, ſm aliquod vero tẽpus participat.

LECTIO III.

E QVia ea quæ ſunt ſuperiorum inferioribus inſunt ſecundũ aliqualem participationem. poſtquam diuiſit tres gradus ſuperiorum entium, quorum unum eſt ſuperius ad ęternitatem, quod eſt eſſe, aliud autem eſt cum ęternitate, quod eſt intelligentia, tertium autem poſt ęternitatem quod eſt anima, nunc intendit oſtendere quomodo anima participat, quod eſt primi & quod eſt ſecundi, dicens. Omnis anima nobilis tres habet operationes, nam ex operationibus eius eſt operatio animalis & intelligibilis: & operatio diuina, quę autem dicatur anima nobilis taliter intelligi poteſt ex verbis Proculi q hac propoſitionem ponit, 201. ſub his verbis. Omnes diuinę animę triplices habent operationes, has quidem vt animę, has aũt ut ſuſcipientes intellectum diuinũ, has aũt ut dii extra ſuncte, ex quo patet, ꝙ aĩa nobilis dr hic aĩa diuina. Ad cuius euidentiã ſciẽdũ eſt Plato poſuit uniuerſales rerum formas ſeparatas

ratas per ſe ſubſiſtentes, & quia hmôi formæ vniuerſales vſem quandam cauſalitatem hñt, ſm ipſam habent particularia entia quæ ipſa participant. Ideo oẽs hu͂ dĩ formas ſic ſubſiſtentes Deos vocabat. Nã hoc nomen Deus vſem quandã prouidentiam & cauſalitatẽ importat, inter has tñ formas hunc ordinẽ ponebat, ꝙ quanto aliqua forma eſt vniuerſalior, tãto eſt magis ſimplex & prior cã: participat. n. a poſterioribus formis. Sicut ſi ponamus aĩal participari ab hoie & vitã ab aiali, & ſic de aliis vltimũ aũt qđ ab oĩb⁹ participat, & ipſum nihil aliud Participat eſt ipſum vnum & bonũ ſeparatũ. qđ dicebat ſummũ Deũ & primã oĩm cam. vñ & in libro Proculi inducit Propo. 116. talis. Oĩs Deus participabilis eſt. i. participat excepto vno. Et quia hmôi formæ quas Deos dicebãt, ſunt ſm ſe intelligentes, intellectus aũt ſit actu intelligens ꝑ ſpẽm intelligibilẽ ſub ordine Deorũ. i. ꝑdictarum formarum, poſuerunt ordinem intellectuum qui participant formas prædictas ad hoc ꝙ ſint intelligentes, inter quas formas eſt ẽt intellectua ydealis: ſed intellectus prædicti participant prædictas formas ſm modũ immobilẽ inquãtũ intelligunt eas. vñ ſub ordine intellectuum ponebant tertiũ ordinẽ animarũ, quæ mediantibus intellectibus participant formas prędictas ſm motũ inquãtum, ſ. ſunt principia corporalium motuum, per quos ſuperiores formæ participant in materia corporali, & ſic quartus ordo rerum eſt ordo corporum. Inter intellectus aũt ſuperiores quidam dicebant eſſe diuinos intellectus, inferiores aũt intellectus quidem ſed non diuinos, quia intellectus ydealis qui eſt per ſe Deus ſm eos participat quidẽ a ſuperioribus intellectibus ſm vtrunque. ſ. ſm ꝙ eſt intellectus, & ſecundum ꝙ eſt Deus: ab inferioribus vero intellectibus ſm ꝙ eſt intellectus tm̃, & ideo non ſunt intellectus diuini. Sortiuntur enim intellectus ſuperiores non ſolum ꝙ ſint intellectus: ſed ẽt ꝙ ſint diuini. Similiter & cum animæ applicent diis mediantibus intellectibus. q. propinquioribus. Ipſæ ẽt aĩæ ſuperiores ſunt diuinę ꝑꝑ intellectus diuinos quibus applicant vel quos participant, inferiores aũt aĩæ veluti applicatę intellectibus nõ diuinis ſunt non diuinæ: & quia corpora non reſpiciunt motũ niſi ꝑ aiam, conſequens eſt ẽt vt ſuperiora corpora ſint diuina ſm eos, & inferiora corpora non diuina, vñ Proculus dicit. 129. Propoſitione Oẽ corpus diuinũ per aiam deificatam eſt diuinũ, oĩs aũt aĩa diuina ꝑꝑ diuinũ intellectum, oĩs aũt intellectus diuinus ſm participationẽ diuinæ virtutis: & quia Deos appellabant primas formas ſeparatas, inquantum ſunt ſm ſe vniuerſales conſequenter & intellectus diuinos & aĩas diuinas & corpora diuina dicebant, ſm ꝙ hñt q̃dam vniuerſalẽ influentiã, & cauſalitatẽ ſuper ſubſequentia ſui generis & inferiorũ generũ. Hanc aũt põnẽ corrigit Dio. quantũ ad hoc ꝙ ponebat ordinatim diuerſas formas ſeparatas, quas dicebãt Deos vt. ſ. aliud eẽt per ſe bonitas, & aliud per ſe eſſe, & aliud per ſe vita, & ſic de aliis. Oportet. n. dicere ꝙ oĩa iſta ſunt eſſentialiter ipſa prima omnium cã, a qua res participant oẽs hmôi perfectiones. & ſic non ponemus multos Deos, ſed unũ. & hoc eſt qđ dicit 7. c. de di. nu. nõ aliud eſſe bonũ dicit. ſ. ſacra ſcriptura, & aliud exñs, & aliud vitã aut ſapientiã in multas cãs, & aliorum alias ꝓductiuas deitates. & ſm excedẽtes & ſubiectas: ſed unius eẽ oẽs bonos proceſſus: quomodo autem hoc eſſe poſſit, ex hoc oñdit cõſequẽter: quia cũ Deus ſit ipſum eſſe & ipſa eſſẽtia bonitatis quicquid pertinet ad perfectionẽ bonitatis, & eſſe totũ ei eſſentialiter cõuenit, vt. ſ. ipſe ſit eſſentia vitę & ſapiẽtiæ & virtutis & ceterorũ. vñ poſt aliqua ſubdit. Etenĩ Deus nõ quodãmodo eſt exiſtẽs: ſed ſimpliciter & incircũſcriptè totũ in ſeipſo eſſe præaccipit, & hoc ſequitur auctor huius libri. Non. n. inuenitur inducere aliquam multitudinem deitatis: ſed vnitatem in Deo conſtituit, diſtinctionem aũt in ordine intellectuũ & aiarũ & corporũ: ſm hoc igitur dicitur anima nobilis. i. diuina anima. cęleſtis corporis ſm opinionem Platonicorũ, qui poſuerũt cælum animatum, hæc enim anima ſecundum eos habet aliquam influentiam vniuerſalem ſuper res per motũ, & ex hoc diuina dr̃ eo modo loquendi, quo ẽt apud hoĩes, qui vniuerſalem curam reipublicæ habent diuini dicuntur. De hac ergo aia nobili ſiue diuina dicit, ꝙ habet operationem diuinam, & exponẽs dicit, ꝙ operatio diuina eius eſt, quia ipſa præparat na-

est quoniã ipſa ſcit res per uirtutem intelligentiæ quę eſt in ipſa. Operatio aũt eius animalis, eſt, quoniam ipſa mouet primũ corpus & oĩa corpora naturalia, qm̃ ipſa eſt cã motus corporũ & cã operationis naturę. Et nõ efficit aĩa has operationes, niſi quia ipſa eſt exemplũ ſuperioris virtutis, qđ eſt, quia cã prima cauſauit eſſe aĩę mediante intelligentia. Et propter id facta eſt aĩa efficiens operationẽ diuinam. Poſtquam ergo creauit cauſa prima eſſe animę, poſuit eam ſicut ſtramentũ intelligentiæ, in qua efficit operationes ſuas. Propter id ergo anima intellectualis efficit operõnẽ intellectualẽ. Et quia aĩa ſuſcipit impreſſionem intelligentiæ, facta eſt inferioris operõnis, q̃ ipſa intelligẽtia in impreſſione

G ſua in id qđ eſt ſub ipſa. Qđ eſt, quia ipſa nõ imprimit uires niſi per motũ, ſ. quia nõ recipit ꝙ eſt ſub ea operationẽ eius niſi ipſa moueat ipſũ. Propter hanc ergo cãm ſit, ꝙ aĩa mouet corpus. De proprietate namq; aĩæ

F turam, inquantum, ſ. eſt principium primi motus: cui tota natura ſubijcitur, & hoc habet per virtutem participatam a cauſa prima quæ eſt vniuerſalis omnium cauſa ex qua ſortitur quandam vniuerſalem cauſalitatem in res naturales: & iõ aſſignans rationem huius operationis diuinæ animæ conuenienter dicit ꝙ ipſa eſt exemplum. i. ymago uirtutis ſuperioris. i. diuinę: exemplificatur enim in prædicta anima vniuerſalitas diuinæ virtutis, ꝙ. ſ. ſicut Deus eſt uniuerſalis cauſa omnium entiũ, ita prædicta anima eſt uniuerſalis cã naturalium rerum quæ mouentur: ſecundam autem operationem animæ nobilis ſeu diuinæ ponit intellectuales, quæ quidem ſicut ipſe exponit eſt in hoc ꝙ ipſa cognoſcit res, inquantũ participat uirtutem intelligentię. Quare autem uirtutem intelligẽtiæ participat, oſtendit per hoc quod anima eſt creata a cauſa prima mediante intelligentia, unde anima eſt a Deo, ſicut a cã prima, ab intelligentia autem ſicut a cauſa ſecunda, effectus aũt omnis participat aliquid de uirtute ſuæ cauſæ. unde relinquitur ꝙ anima ſicut facit operationem diuinam, inquantum

H eſt a cauſa prima ita facit operationem intelligentiæ, inquantũ eſt ab ea participans eius uirtutem: hoc autem quod hic dr̃, ꝙ cauſa prima creauit eſſe animæ mediante intelligentia. quidã male intelligentes exiſtimauerunt uelle auctorem illius libri, ꝙ intelligentiæ eſſent creatrices ſubſtantiæ animarum: ſed hoc eſt contra põnes Platonicas, huiuſmodi. n. cauſalitates ſimplicium entium ponebant ſecundum participationem, participatur aũt, non quidem id quod eſt participans, ſed id quod eſt primum per eſſentiam. ſ. tale: puta ſi albedo eſſet ſeparata ipſa albedo ſimplex eſſet cauſa omnium alborum inquantum ſunt alba, non autem aliquid albedine participans: ſm hoc ergo Platonici ponebãt, qđ id qđ eſt ipſum eſſe, eſt cauſa exiſtẽdi omnibus: id aũt qđ e ipſa uita eſt cauſa uiuendi omnibus, id autẽ qđ eſt ipſa intelligentia eſt cauſa intelligendi omnibus. unde Proculus dicit 18. Propoſitione ſui libri, omne dans eſſe, aliis, ipſũ primo eſt hoc quod tradidit recipientibus durationem. Cui ſententiæ concordat quod Ariſt. dicit in ſecundo Meta. quod il- *Tex. com.*

I lud quod eſt primum & maxime ens, eſt cauſa ſubſequentium. eſt ergo intelligendum quod ipſa eſſentia animę ſecundum prędicta cauſata eſt a cã prima, quę eſt ſuum ipſum eſſe: ſed conſequentes participationes habet ab aliquibus poſterioribus principiis: na. ſ. quod uiuere habet a prima uita, & intelligere a prima intelligentia. unde etiam in 28. Propoſitione huius libri dr̃. [Res omnes habent eſſentiam per ens primum, & res uiuę ſunt per uitam primam & res intellectuales habent ſciẽtiam propter intelligentiam primam,] ſic ergo intelligit quod prima cauſa cãuit eſſe aĩę mediante intelligentia ꝙ cã prima ſola cãuit eſſentiã aĩę, ſed quod aĩa ſit intellectualis, hoc hẽt ex operatiõne intelligentię & hic ſenſus oſtẽditur manifeſte ꝑ uerba q̃ ſequuntur. Poſtq̃ ergo inquit cauſauit cauſa prima eſſe aĩæ poſuit ei ſicut ſtramentum intelligentiæ. i. ſubſtrauit eam operationi intelligentiæ, ut. ſ. intelligẽtia agat in ipſam operatiõnem, ſ. dans ei, vt ſit intellectualis. vnde cõcludit ꝙ propter hoc anima intellectualis efficit operationem intellectualem, & hoc etiam concordat cum eo quod dictum eſt in 1. Propoſitione,

K ꝙ effectus cauſæ primæ præexiſtit effectui cauſæ ſecundæ, & vniuerſalius diffunditur. eſſe. n. quod eſt cõmuniſſimum, diffunditur in oĩa a cauſa prima: ſed intelligere cõicatur ab oĩbus intelligentiis: ſed quibuſdam præſupponendo eſſe quod hẽt a prima cauſa: ſed et hæc propoſitio ſi non ſane intelligatur repugnat veritati & ſententiæ Ariſt. qui arguit in 1. Meta. contra Platonicos ponentes hmôi ordinem cauſarum ſeparatarũ ſm ea q̃ de indiuiduis ꝑdicant, quod ſequitur ꝙ ſor. erit multa aĩalia. ſ. ipſe ſor. & homo ſeparatus & ẽt aial ſeparatũ. hõ. n. ſeparatus participat aial, & ita eſt animal. ſortes autem participat vtrũque vnde & eſt homo & eſt aial, nõ igitur ſor. eſſet uere unũ ſi ab alio haberet ꝙ eſſet animal, & ab alio ꝙ eſſet homo, vnde cum eſſe intellectuale pertineat ad ipſam naturam animę, vtpote eſſentialis differentia eius ſi ab alio hẽt eſſe, & ab alio naturam intellectualem, ſequeretur ꝙ non eſſet vnum ſimpliciter: oportet ergo dr̃e, ꝙ a prima cauſa a qua habet eſſentiã, habet etiam intellectualitatem, & hoc concordat ſententiæ Dionyſii ſupra poſitæ. ſ. quod non aliud ſit ipſum bonum

ipſum

ipſum eſſe, & ipſa vita, & ipſa ſapientia: ſed vnū & idē, quod eſt Deus a quo deriuatur in res & ꝙ ſint & ꝙ viuant, & ꝙ intelligāt, vt ipſe ibidem dicit. vñ & Ariſt. in 12. Metaph. ſignanter attribuit Deo & intelligēre & viuere d ꝙ ipſe eſt vita & intelligētia, vt excludat prædictas Platonicas ꝓpōnes: aliquo tū modo pōt hr̄e

Tex. 12.

eſt, vt viuificet corpora, quoniam influit ſup ea virtutē ſuā & directe ꝑducit ea ad operationē rectā. Manifeſtū eſt igitur, ꝙ aīa habet tres operationes, quoniam hēt virtutes tres. ſ. diuinam virtutem, & virtutem intelligibilem, & virtutē eius eſſentiæ, ſecundum ꝙ oſtendimus, & narrauimus.

LECTIO IIII.

PRima rerum creatarum eſt eſſe, & non eſt ante ipſum creatum aliud. Quod eſt, quia eſſe eſt ſupra ſenſum, & ſupra animam, & ſupra intelligentiam, & non eſt poſt cām primam latius, neque prius cauſatum ipſo, propter illud ergo factū eſt ſuperius cauſatis rebus omnib. & vehemētius vnitum. Et non eſt factum ita niſi propter ſuam propinquitatem eſſe puro, & vni vero, in quo vero non eſt multitudo aliquorum modorum. Et eſſe cātū B quāuis ſit vnū, tū multiplicatur. ſ. quia ipſum recipit multiplicitatem.

b Et ipſum quidem non eſt factum multa, niſi quia ipſum eſſe quamuis ſit ſimplex, & nō ſit in cauſatis ſimplicius ipſo, tamen eſt compoſitum ex finito, & infinito, quod eſt.

veritatē ſi referatur nō ad natur. intellectualē, ſed ad formas intelligibiles, quas aiæ intellectiuæ recipiūt ꝑ operationē intelligentiarū vñ Dyo. dicit 10. ca. de Diu. no. ꝙ animæ ꝑ angelos ſunt participes illuminationum à Deo emanantium. tertiam vero operationē aiæ nobilis ſiue diuinæ ponit animalē, & exponit ꝙ animalis operatio eſt in hoc ꝙ ipſa mouet corpus primum & ꝑ cōſequēs oia corpora naturalia ipſa.n. eſt cā in rebus motus, & huius rationem poſtea aſſignat: quia.n. aīa eſt inferior quā intelligentia, vtpote ſuſcipiens intelligentiæ impreſſionem, conſequens eſt vt inferiori modo operetur in ea quæ ſunt ſub ipſa quàm intelligētia imprimat in ſubiecta ſibi, quia cauſa primaria plus influit quàm ſecunda vt ex prima Propōne patet: intelligentia aūt imprimit in aīa ſine motu, inquantum ſ. facit animam cognoſcere, quod eſt ſine motu; ſed anima imprimit in corpore per motum, & id quod eſt ſub ea ſine motu. ſ. corpus non recipit impreſſionē animæ, niſi inquantum mouetur ab ipſa; & conſequenter aſſignat cām quare dicendum ſit ꝙ motus corporum naturalium ſit ab anima: videmus eñ omnia corpora naturalia directe pergere ꝑ ſuas operationes & motus ad debitos fines, quod non poſſet fieri niſi ab aliquo intelligente dirigerentur ex quo videt ꝙ motus corporum ſit ab anima, quæ influit virtutem ſuam ſupra corpora mouendo ea, hæc tñ poſitio non eſt rata in fide ſ. quòd motus cœli ſit ab anima, ſed Augu. hoc ſub dubio relinq̄t in ſecundo ſuper Geneſim ad literam: quòd autem ſit a Deo dirigēte totam naturam, & ꝙ corporalis creatura moueatur a Deo mediantibus intelligentijs, ſiue angelis hoc Aug. aſſerit in 3. de Ciu. Dei, & Greg. in 4. Dialo. vlt. aūt cōcludit propoſitum. ſ. quòd anima nobilis habeat tres prædictas operationes, ei autem quod dictum eſt de intellectu diuino, & anima diuina concordat ſententia Dyon. qui in 8. cap. de Diu. no. ſuper oēs angelos vocat diuinas mentes. i. intellectus per quos etiam animæ deiformi dono participat ſcd'm ſuam virtutem: ſed diuinitatem accepit ſecundum coniunctionem ad Deum, non autem ſecundum vlem influentiam in cauſata. Illud enim eſt magis diuinum, quia & in ipſo Deo maius eſt id quod ipſe eſt, quam quod & in alijs cauſat.

LECTIO IIII.

POſtquam auctor huius libri diſtinxit triplicem gradum ſuperiorum entium, & oſtendit quo pacto participatiue inuenitur totū in infimo eorum, nunc intendit oſtendere diſtinctionem ſecūdi gradus ſ. ipſius eſſe, quod eſt cum æternitate. nam primum gradum, qui eſt cauſæ primæ æternæ exiſtentis ante æternitatē prætermittit quandiuiſum, vt dictum eſt: in hoc tñ alr̄ procedit quā in alijs. nam in omnibus alijs præmittit propoſitionem, & poſita illa proponit præmiſſam & probat: hic autem more diuidentis primo præmittit quoddam cōe. Secundo illud diuidit ibi (& ipſum quidem quāuis ſit vnum) tertio inter partes diuiſionis differentiam aſſignat ibi (& eſſe quod ex eo ſequitur) id autem quod eſt commune omnibus intelligentiis diſtinctis eſt eſſe cauſatum primum de quo præmittit talem propoſitionem Prima rerū creatarum eſt eſſe, & non eſt ante ipſum creatū aliud, & etiam hanc propoſitionem Proculus in ſuo Libro ponit ſub his verbis, quoniam participatum diuina proprietate & deificatorum, primum eſt & ſuper primum ens, cuius quidem rō eſt ſm poſitiones Platonicas, quia ſicut ſupradictum eſt, quanto aliqd eſt cōmunius tanto ponebant illud eſſe magis ſeparatum, & quaſi prius a poſterioribus participatum, & ſic eſſe poſteriorum cauſam in ordine autē eorum, quæ de rebus dr̄ communiſſimū ponebat unū & bonum communius etiam quam ens, quia bonum vel unū de aliquo inuenitur prædicari, de quo non prædicatur ens ſcd'm eos, ſcilicet de materia prima, quam Plato coniungebat cum nō ente, non diſtinguens inter materiam, & priuationē, vt hr̄ in primo Phy. & in materiæ attribuebat vnitatē & bonitatē inquan-

A tū hēt ordinē ad formā, bonum n. non ſolū dr̄ de fine: ſed de eo qd̄ eſt ad finē ſic igitur ſummū & primū rerū principiū ponebāt Platonici ipſū vnū & ipſum bonū ſeparatū ſed poſt vnū & bonū nihil inuenit ita cōe ſicut ens & iō ipſum ens ſeparatū ponebant qdem creatū, vtpote participans bonitatem & vnitatē in numero, ponebāt ipſum primū inter oia creata Dyo. aūt ordinē qdem ſeparatorū abſtulit ſicut ſupra dictū eſt, ponens eūdē ordinem quē & Platonici i perfectionib. quas cæteræ res participāt ab vno principio qd̄ eſt Deus: vñ in 4. cap. de Diui. no. ꝓordinat nomē boni i Deo oibus diuinis noibus. & dicit ꝙ eius participatio vſque ad non ens extendit, intelligens per nō ens materiā primā, dicit eñ & ſi fas eſt dicere bonum qd̄ eſt ſup oia exiſtentia & ipſū non exiſtens deſiderat. ſed inter cæteras ꝑfectiones a Deo participatas in rebus in primo ponit eſſe. ſicut.n. dicit 5. ca. de Di. no. an aliis Dei participationes eſſe ꝓpoſitū eſt: & eſt ipſum ſm ſe eſſe ſenius, eo ꝙ eſt ꝑ ſe vitam eſſe, & eo ꝙ eſt ꝑ ſe ſapientiā eſſe, & eo ꝙ eſt ꝑ ſe diuinam ſimilitudinem eſſe, ſm quē modū etiā au-
C ctor huius lib. hic intelligere vr̄: dicit.n. ꝙ huius rō eſt: quia eē eſt ſupra ſenſum, & ſupra aīam, & ſupra intelligentiā, & quō ſit ſupra iſta oſtendit ſubdens, (& nō eſt poſt cām primā latius) i. aliquid cōius, & ꝑ cōſequens neq; prius cātum ipſo, cā aūt prima eſt latior: quia extēdit ēt ſe ad non entia ſm ꝓdicta, & ex hoc cōcludit ꝙ ꝑ illud qd̄ dictum eſt: ipſum eſſe, ſcm̄ eſt ſuperius oibus reb. creatis ſ. inter cæteros Dei effectus cōius eſt, & eſt vehemētius vnū & magis ſimplex, nā ea q̄ ſunt minus cōia, vīr ſe habere ad magis cōia per modū additionis cuiuſdā. vr tñ non eſſe eius intētio, vt loquatur de aliquo eſſe ſeparato: ſicut Platonici loquebantur de eſſe participato cōiter in oibus exiſtentibus, ſicut loqr̄ Dyo. ſed de eſſe participato in primo gradu entis creati qd̄ eſt eſſe ſuperius, & quāuis eſſe ſuperius ſit & in intelligentia & in anima tñ in ipſa intelligentia prius conſideratur ipſum eſſe q̄ intelligentiæ rō, & ſimil in aīa, & ꝑꝑ hoc præmiſit ꝙ eſt ſup aīam
D & ſupra intelligentiā, de hoc igr̄ eſſe in intelligentijs participato rōnē aſſignat, quare ſit maxime vnitum: dicit.n. ꝙ hoc contingit ꝑꝑ propinquitatē ſuam primæ cauſæ, quæ eſt eſſe purū ſubſiſtens & eſt vere vnum non participatum in quo non poteſt aliqua multitudo inueniri diuiſum ſecundum eſſentiam: q aūt eſt ꝓpinquius ei quod eſt per ſe vnum eſt magis vnitum. q. magis participans vnitatem vnde intelligentia quæ eſt propinquiſſima cauſæ primæ habet eſſe maxime vnitum. Secundo ibi.

b ¶ Oſtēdit rōnem diſtinctionis quæ pōt eſſe i intelligētijs ſm eſſe, vbi conſiderandū eſt, ꝙ ſi aliqua forma, vel natura ſit oino ſeparata ſimplex, non pōt in ea cadere multitudo ſicut ſi aliqua albedo eſſet ſeparata non eſſet niſi vna: nunc aūt inueniunt multæ albedines diuerſæ, quæ participant albedinem. ſic igitur ſi eſſe cauſatum primum eſſet eſſe abſtractum, vt Platonici poſuerunt, tale eſſe non poſſet multiplicari, ſed eſſet vnum tm̄. ſed quia eſſe cauſatum primum eſt eſſe participatū in natura intelligētię, multiplicabile eſt ſm diuerſitatē participantiū, & hoc eſt qd̄ dicit:
E & ipſum quidem ſ. eſſe cātum primum non eſt factum multa. i. diſtinctum in multas intelligentias ibi: niſi quia licet ipſum ſit ſimplex, non ſit in cauſatis aliquid ſimplicius eo, tñ eſt cōpoſitū ex finito & infinito, quam qdem compoſitionem etiam Proculus ponit 89. Propoſitione dicens oē entis ens ex fine eſt & infinito, ꝙ quidem ſecundum ipſum ſic expoſitionaliter, oē eñ immobilitatis ens infinitum eſt ſm potentiam eſſendi: ſi enim qd̄ poteſt magis durare in eſſe eſt maioris potentiæ, quod pōt in infinitum durare in eſſe, eſt quantum ad hoc infinitæ potentiæ. vnde ipſe præmiſit in 80 Propoſitione, omne entis, ens infinitū eſt: nā ſm multitudinem eius ſm magnitudinē, ſed ſm potentiam ſolitam, ſcilicet exiſtendi, vt ipſe exponit: tā aūt aliqd ſic haberet infinitā virtutē eſſendi, ꝙ non participaret eſſe ab alio, tunc eſſet ſolum infinitū, & tale eſt Deus, vt dr̄ infra 16. Propōne ſed ſi ſit aliquid quòd habeat infinitam virtutem ad eſſendum ſm eſſe participatū ab alio, ſcd'm hoc ꝙ participat eſt finitum, quia qd̄ participatur non recipitur in participantem ſecundum totam ſuā infinitatem: ſed particulariter: inquantum igitur intelligentia eſt compo-

ſita in ſuo eſſe ex finito & infinito, inquantū natura intelligētiæ infini a dicitur ſecundum potentiam eſſendi, & ipſum eſſe quod recipit eſt finitum & ex hoc ſequitur quod eſſe intell. eiuſq; multiplicari poſſit, inquantum poteſt eſſe participatum. hoc enim ſignificat compoſitio ex finito & infinito Tertio ibi.

c ¶ Oſtendit dīam inter mēbra diuiſionis. ſ inter intelligentias multiplicatas. & hoc tripliciter primo quidē quātū ad diuerſā perfectionē earū Secūdo quātum ad influentiam quarundā ſup alias ibi. Et intelligentiæ primæ &c. Tertio quantū ad effectū intelligentiarū in animabus, & hoc in ſequēti propōne, quæ in quibuſdam libris inuenitur cō una ēā cū iſto cōmento & incipit. Intelligētiæ ſuperiores &c. Circa primū duo facit. Primo oſtendit dīam Scdo excludit quandā dubitationē ibi. Et quia diuerſifica tur &c. Circa primū ergo conſiderandum eſt quòd duplicē differentiā intelligentia

c Quia eſſe qd ex eo ſequit̄ cauſam primam. eſt actus idest intelligentia completa in ultima potētia, & reliquis bonitatibus. Et formæ intelligibiles in ipſo ſūt latiores & uehementius vniuerſales, & qd ex eo eſt inferius, eſt intelligentia; verūtñ ſub illa eſt intelligētia in cōplemēto & virtute & bonitatib⁹, & nō ſūt formæ intelligibiles ī illa ita dilatatę, ſicut eſt earū latitudo in illa intelligentia. Et eſſe qdē creatum primū eſt in intelligentia totū, verumtamē intelligētia in ipſo eſt diuerſa per modū quē diximus.

d Et quia diuerſificatur intelligētia, fit in eo forma intelligibilis diuerſa, & ſicut ex forma vna, propterea q diuerſificat in mundo inferiori prouenit̄ īdiuidua infinita in multitudine. Simili-

rū aſſigna... quantū ad naturā ipſarum alia vero quātū ad ſpecies intelligibiles per quas intelligunt. Quantū aūt ad naturas ipſarum: neceſſe eſt quòd naturę earū diuerſificentur ſm ordinē quendam non enim eſt in eis materialis diuerſitas, ſed formalis nō.n. ſunt compoſitæ ex materia & forma, ſed ex natura quæ eſt forma & eſſe participato, vt dictum eſt in his aūt quæ materialiter differunt, nihil prohibet inueniri multa ex eo conuerſo ſe habere. nam in ſubſtantijs, indiuidua vnius ſpeciei æqualiter ſpeciei rationem participant. In accidentib etiam poſſibile eſt diuerſa ſubiecta æqualiter participare albedinē ſed in his quæ formaliter differunt ſemp quidam ordo inuenitur. Sed ſi quis diligenter cōſideret in omnib ſpeciebus vnius generis, ſemp inueniet vnam alia perfectiorem, ſicut in coloribus albedinem, & in animalibus hominem: & hoc ideo, quia quæ formaliter differunt, ſcdm aliqn contrarietatem differunt eſt enim contrarietas dr̄ a ſcdm formam, vt Philoſ dicit in 10 Meta in contrarijs aūt ſemper eſt vnū nobilius & aliud vilius. v. dr̄ in 1 Phyſ. & hæc eſt rō, quia prima contrarietas eſt priuatio & habitus, vt dicit̄ in 10. Meta. & propter hoc in 8 Meta Philoſophus dicit quòd ſpecies rerū ſunt ſicut numeri qui ſpecie diuerſificantur ſm additionē vnius ſuper alterum manifeſtum eſt aūt quod quanto aliquid eſt perfectius, tanto propinquius eſt enti perfectiſſimo vnde hanc dīā ponit quantum ad intelligentiarum naturā, quia illud eſſe intellectuale quod immediate ſequitur cāmt primam, eſt intelligētia completa vltima completione quantum ad eſſe cauſatū in potētia eſſendi & reliquis bonitatibus contrahentibus Illud vero intellectuale quod eſt inferius in ordine intelligentiarum ... quidem naturam & rōnem intelligentiæ, ſed ... ſub priori intelligentia in complemēto naturæ & virtutis eſſendi & operandi, & in omnib bonitatibus, ſiue perfectionibus: quantum aūt ad ſecundam dīam quæ eſt ex ſpeciebus intelligibilibus, ſupponit quòd intelligentiæ per quaſdā ſpēs intelligibiles intelligunt, quòd ... intelligibiles ſpecies maiorem habeant amplitudinē & vniuerſalitatem quam in inferioribus intelligentijs & hoc quidem nec ... indiſcuſſum dimittatur, manifeſtatur infra in x. propoſitione, quæ ... ſuper hoc procedit. Secundo ibi.

d ¶ Remouet quandā dubitationem ... enim diuerſa ſpēs intelligibiles & ſuperiorib & inferioribus intelligentijs eſſe diſſgentes. poſſet hoc alicui falſum videri propter hoc q res intellecta eſt una. & iō oſtendit quō huiuſmōi ſpēs intelligibiles diuerſificent̄ & primo inducit ad hoc quoddā exemplū. Scdō oſdit dīam ibi. Verumtñ quāuis diuerſificent &c. Circa primū conſiderandū eſt, quòd ſicut ſupra dictū eſt, Platonici ponebāt formas rerū ſeparatas per quarū participationē intellectus fierent intelligentes actu, ſicut per earum participationē materia corporalis cōſtituitur in hac vel illa ſpecie, & tūc ſequitur ſi non ponamus plures formas ſeparatas ſed loco omnium illarum ponamus vnā primam formam ex qua omnia deriuentur, ſicut ſupra dictum eſt, ſecundum ſenten-

tiam Dionyſij, quam vr̄ ſequi auctor huius libri in iſta diſtinctione ponens neceſſe eſt quod non ſic intelligatur cū intelligētiæ ſint diuerſæ ... ſupra dictū eſt appareret quòd formæ intelligibiles participatæ, ſint diuerſæ & differētes diuerſis intelligentijs, ſicut & diuerſę formæ participatæ in hoc mūdo ſenſibili inueniuntur ſm diuerſitatē indiuiduorū participātiū formas prædictas. Deinde cū dt.

ter ex eſſe cauſato primo, propterea q diuerſificatur, apparet, formæ intelligibiles infinitæ.

e Verūtñ quāuis diuerſificētur non ſeiungunt̄ ab inuicem, ſicut eſt ſeiunctio indiuiduorū, quod eſt, qm̄ ipſę vniūtur abſq; corruptione, & ſeparantur abſq; ſeiunctione, qm̄ ſunt vnū hñs multitudinem & multitudo in vnitate.

f Et intelligētiæ primę influunt ſupra intelligētias ſecūdas virtutes & bonitates, quas recipiunt a cauſa prima, & intendunt bonitatem in eis vſquequo conſequuntur vltimum earum.

u ¶ Oſtendit diuerſitatē in prędicto exemplo. a formæ ſenſibiles participatæ in diuerſis indiuiduis ſūt formæ indiuiduatæ, & ad inuicē ſeiūguntur ea ſeiūctiōe qua vnū indiuiduum ſeiūgitur ab alio, ita q ambę formæ nō pertinēt ad exiſtentiam vni⁹ rei ſed diuerſarum Non ſic uūt ſeiunguni formę intelligibiles, ex eo quòd ſunt in diuerſis intelligentijs, ſiue intellectibus quia nō efficiunt per hoc formę indiuiduales, ſed retinēt vim ſuæ vniuerſalitatis, inquantum quælibet earū in intellectu cui ineſt, cauſat

LECTIO V.

INtelligētiæ ſuperiores primę, quæ ſequunt̄ cām primā, imprimunt formas ſecūdas ſtātes, quæ non deſtruuntur: ita ut ſit

vlēm cognitionem einſdē rei intellectę. Et huius rō ex ſupradictis apparet. Cum.n huiuſmōi formæ rerū ſine ſim diuiſim per ſe ſtantes, ſiue vniant̄ in vno primo hēnte eſſe vl̄ſſimum & diuinū, manifeſtum eſt quod quāto magis appropinquat ad hoc vl̄ſſimū eſſe formarū, tāto formæ ſunt vl̄iores, & ſm hoc dicit, quòd formæ participatæ in ſuperioribus intellectibus ſunt vl̄iores: illud aūt quod eſt infimum in rebus, eſt materia corporalis, vnde recipit huiuſmōi formas, vt particulares abſq; oī vl̄itate. & hoc eſt q h̄ dicit, quòd quamuis formæ intelligibiles diuerſificentur in diuerſis intelligentijs, tamen non hoc modo diuidunē ab inuicē, ſicut diuiduntur diuerſa indiuidua in reb ſenſibilibus. qa nihil hñt niſi unū cum multitudine vnū qd ex parte vl̄itatis, multitudinem aūt ſm diuerſum modū participationis in diuerſis intellectibus, ... per hoc aūt excluditur rō Auerrois uolentis probare vnitatem intellectus per vnitatem intelligibilis formæ. Eſtimauit enī, quòd ſi formæ intelligibiles ſunt diuerſæ in diuerſis intellectibus, quòd ſint indiuiduatæ & intelligibiles in potentia & nō in actu, quod per præmiſſa patet eſſe falſum Deinde cum dicit.

f ¶ Ponit ſcdam differentiā quæ ſequitur ex prima. Inuenimus enī in quolibet rerū ordine, quòd id quod eſt in actu, agit in id quod eſt in potētia ſemp aūt q eſt perfectius cōparatur ad min⁹ perfectum ut actus ad potentiam: & iō perfectiora in quolibet genere nata ſunt agere in imperfectiora Cum igitur ſuperiores intelligentiæ ſint completiores in uirtute & reliquis bonitatib intelligentijs inferioribus, conſequens eſt, quòd ſicut prima cauſa influit in ſuperiores intelligentias. ita ſuperiores intelligentiæ influant in inferiores, & ſic vſque ad vltima.

LECTIO V.

POſtquam in præcedenti propōne manifeſtauit auctor diſtinctionem intelligentiarum, hic agit de diſtinctione aīarum, quam ... aſſignat ſm differentiā intelligentiarū eas quodāmodo cauſantiū ſm eius poſitionē vñ quod hic agitur de diſtinctione aīarum, pōt referri ad diſtinctionem intelligentiarū, ſecūdum quòd diſtinctio cauſarum manifeſtatur ... diſtinctionē effectuum. vñ & in qbuſdam libris hæc non ponit̄ propō per ſe ſed adiungit̄ copulatæ præcedentis propōnis ... quod ēt apparet ex epilogo qd̄ hic ponit̄, quod cōe eſt utrique propōni. eſt autem propoſitio talis, Intelligentiæ ſuperiores primæ, imprimunt formas ſecundas ſtantes quæ non deſtruuntur, ita ut non ſit neceſſarium iterare eas vice alia. Intelligentiæ autem ſecundæ imprimunt formas declines ſeparabiles, vt eſt anima: hanc autem propoſitionem Proculus ponit duas propoſitiones correſpondentes, ſcilicet primam quæ talis eſt. Oīs diuinus intellectus participatur ab animabus diuinis participantibus: & alia quæ talis eſt, Omnis intellectus participatus qui dicitur intellectualis, totum participatur ab animabus, neque diuinis, neque ... in tranſmutatione

mutatione intellẽs & ignorantiæ Ad euidẽtiã aũt huius ꝓpõnis tria oportet cõſiderare. Primo qdẽ impreſſionẽ aiæ. Scdo de diſtinctione aiarum Tertio de drĩa aiarum diſtinctarũ Circa impreſſionem.n aiæ, primo oportet conſiderare quo aiæ cõueniat imprimi Scdo a quo imprimatur. ꝙ aũt aiæ conueniat imprimi, manifeſte apparet, ſi qs impreſſionis rõne conſideret, ad quam duo regrũtur. primo quidẽ vt qđ eſt impreſſum, ſit i aliquo extrã. Scdo, vt non ſit in eo ſuperficialiter ſm extrinſecũ contactũ ſolũ ſed ſit itimũ q penetrãs in profundũ. Et hęc duo cõueniũt aiæ ſm propriã eius rõnẽ, vt dictũ eſt ſupra in tertia ꝓpõne, ꝙ opatio ꝓpria aiæ eſt vt moueat corpora, eo ꝙ opatio ipſi⁹ aſt infra operationẽ propriã intelligẽtiæ, cuius eſt cognoſcere res abſq; motu. oportet aũt principiũ motus applicari mobili, qđ vt probatur in 7 Phyſi. mouens & motũ ſunt ſimul vñ aiæ

necesſariũ iterare eas vice alia. Intelligẽtiæ aũt ſcdæ imprimũt formas declives & ſeparabiles, ſicut eſt aĩa: ipſa namq; eſt ex impreſſione intelligentiæ ſecundę, q̃ ſequitur eſſe cauſatũ inferius. Et nõ multiplicantur aię, niſi p modũ quo multiplicant intelligentię, qđ eſt, quia eſſe aĩę. iterũ hẽt finẽ: ſed qđ ex eo eſt inferius eſt infinitũ. Igiť aię quæ ſequunť alachili. i. intelligentiã ultimam ſunt cõpletę perfectę paucæ declinationis & ſeparatiõis, & aĩæ quæ ſequuntur eſſe inferius ſunt in cõplemento & declinatione ſub aĩabus primis & ſuperiorib. Et aĩæ ſuperiores ẽt influunt bonitates quas recipiunt ab intelligentia ſuper animas inferiores;

A tex. cap. 8. vſque ad 11.

ſm propriã rationẽ conuenit in corpore mobili eſſe. motus aũt quo aĩa mouet corpus, eſt motus viuentis corporis qui quidem non eſt a mouẽte extrinſeco ſicut motus violentus uel ſicut motus leuiũ & grauiũ a gñante ſed eſt a mouente intrinſeco vnde res viuæ dñr ſeipſas mouere, & iõ oportet aĩam quæ mouet corpus, eſſe in corpore intrinſecus ei vnit. & ꝑ hoc dicit eſſe impreſſa Si aũt q̃rať a quo ſit impreſſa ſm opinionẽ auctoris hui⁹ Libri, impreſſa eſt ab intelligẽtia. dicit. n. ipſa nãq;. ſ. aĩa inferior eſt ex impſſione intelligẽtiæ ſcdæ, i. ſecũdi ordinis intelligẽtiarũ quæ. i. intelligẽtia ſcda ſequť eſſe creatũ inferius. i. in inferiori parte ipſius eſſe primi creati qđ eſt eſſe intelligẽtiarũ vel hoc dicit q̃ ſequtur & c põt referri ad aĩam, q̃ eſt infra æternitatẽ intelligentiæ, vt in ſcda ꝓpõne dictũ eſt ſed hæc oĩa nõ eſt vſquequaq; rata. poſſumus o loq de aiæ impreſſione dupř. Vno mõ ex parte ipſius aiæ impreſſę alio mõ ex parte materiæ cui imprimiť, & hæc quidẽ diſtinctio locũ hẽt in quãlibet aĩa ꝑ ſe ſtãte qualis eſt quælibet aĩa intelligẽs, vt infra patebit, qa eſſe ſubæ eius nõ totaliter cõſiſtit in vnione ſui ad materiã corporalẽ ſicut eſſe aiæ non ſubſiſtẽtis, quales ſunt aiæ brutorũ & plantarũ vnde in his ꝓdicta diſtinctio nec ñaria oõ eſt, qa ſit cõſideratur eſſe taliũ aĩarum, & ex parte materiæ recipientis, & ex parte ipſi⁹ aię. Si ergo loquamur de aĩa ꝑ ſe ſtãte i intellectuali quacunq; ſiue cęleſti (ſi ponanť corpora cœleſtia aĩata ſm quod auctor huius libri ſupponit) ſiue de aĩa humana ex parte ipſius aiæ, tũc ſm radices ꝓpõnũ plurimarũ quas in multis auctor huius libri ſequitur, talis aĩa eſt ex impreſſione intelligẽtiæ qa ſicut ſupra dictũ eſt in tertia ꝓpõne, Platonici poſuerũt, quòd ab alio principio cauſať i aliqua re id qđ eſt cõe & ab alio inferiori principio id qđ eſt magis propriũ ſm hoc ig ẽ aĩa per ſe ſtans ſuũ eſſe hẽt a prima cã quod aũt ſit intellectualis, & quod ſit aĩa, hẽt a ſecũdis cauſis q̃ ſunt intelligentiæ. Vñ cũ ad rõnẽ aiæ ꝑtineat, quod ſit corpori impreſſa, cõſequẽs erit quòd hæc aĩa ab intelligentia hẽat. ſ. quòd ſit corpori impreſſa ſed qa ſicut ſupra oſtendimus ꝓdicta poſitio vera ẽ non ſẽt & cõtraria ẽ fidei & Ariſt oportet dicere quòd a prima cã aĩa quatalis hẽt ſuũ eſſe, hẽat ei quòd ſit intellectualis, & quòd ſit aĩa, & per conſequẽs quòd ſit corpori impreſſa Eſt ergo ẽ n hæc aĩa nõ ex impreſſione intelligẽtiæ, ſed ex impreſſione cauſæ primæ. Si vero loquamur de aĩa ex parte ſuſceptibilis cui imprimiť, ſic quantũ ad aĩam cœleſtẽ, ſi cęlum hẽret animam, eſſet ſimiliter iõ Nõ enim natura cęleſtiũ corporum aliquo modo ab intelligentijs cauſatur ſed a cauſa prima aquã habent eſſe: ſed ſi loquamur de aĩa humana ex parte ſuſceptibilis ſic aliquo modo eſt ex impreſſione intelligentiæ, inquantum ſcilicet ipſum corpus humanum diſponitur ad hoc quòd ſit ſuſceptiuum talis animæ per virtutem cęleſtis corporis operantẽ in ſemine, ratione cuius dicitur quòd homo generat hominẽ & ſol. corpora aũt cęleſtia etiam ſecundum Doctores fidei Chriſtianæ, ſcilicet Augu & Grego. ponuntur a creaturis ſpiritualibus moueri quæ dicuntur angeli, ſiue intelligentiæ, vel intellectus ſeparati. Et ex hoc ſequitur quod intelligentiæ aliquid operantur ad

2. Phyſic. text. cõ. 26.

A hoc quòd aĩa humana corpori imprimať ex parte ſuſceptibilis & per hunc modũ põt dici quòd aliæ aiæ q̃ non ſunt ꝑ ſe ſtantes, ſunt ex impreſſione intelligentiarũ & cęleſtiũ corporũ. Deinde reſtat conſiderandũ de ſcdo, ſ. de diſtinctione aĩarum, & ponit eandem rõnem diſtinctionis ſiue multiplicationis i aĩabus quã in intelligẽtijs poſuerat Sicut n cẽ intelligẽtiæ cõpoſitũ eſt ex infinito & finito, inquantũ eſſe eius non eſt ſubſiſtens, ſed participatum ab aliqua natura, rõne cui⁹ põt diſtingui i multa, ita ẽt eſt & de eſſe aiæ: & hoc eſt quod dicit, & nõ multiplicãtur aiæ niſi per modum quo multiplicanť intelligẽtiæ, qđ eſt qa eſſe aiæ habet finẽ, ſed quòd ex eo eſt inferius, eſt infinitum: infinitũ aũt dicit ipſam naturã participãtem eſſe, quã uocat infinitã ꝑ virtutem ad durandũ eſſe i infinitum. Ipſum aũt eſſe participatum vocat finitũ: qa nõ participatur ſm totã infirmitatẽ virtutis ſuę, ſed ſm modum naturæ participantis. Eſt tñ aduertendũ, quòd qa natura intelligentiæ eſt penitus abſoluta a corpore, diſtinctio intelligentiarum attenditur ſm gradũ naturæ propriæ abſq; comparatione ad aliqua corpora. de rõne ẽm aiæ eſt, quòd ſit corpori impreſſa & iõ diſtinctio animarũ attenditur ſm cõparationem ad corpora animata. vñ ſi corpora animata ſunt diuerſarũ ſpẽrum, animæ eis impreſſæ erunt diuerſæ ſm ſpẽm, ſicut oporteret dicere, ſi corpora cęleſtia eſſent aĩata; ſi aũt corpora aĩata ſunt unius ſpẽi, aiæ ẽt impreſſæ ſunt vnius ſpẽi multiplicatæ numero ſolo, ſicut patet de aĩabus humanis. Deinde cõſiderandũ eſt tertium ſ. drĩa aĩarum diſtinctarũ, & ponit tres drĩas quarum prima accipiť ſcdm diuerſam perfectionẽ aĩarum dicit enim quòd aiæ iſtæ ſuperiores ſicut ſunt cęleſtium corporũ quæ ſequuntur intelligentiã. q immediate poſt eã ordinatæ ſunt cõpletę i imperfectione naturæ aĩalis, & ſignũ perfectionis oſtendit ſubdẽs paucæ declinationis & ſeparationis, dictũ eſt enim ſupra in ſecunda propõne, quòd aĩa inquantũ deficit a cõplemento intelligentiæ appropinquat ad motũ & iõ quanto animæ fuerint altiores & intelligentiæ propinquiores, tanto minus hñt de motu: animæ o inferiores hñt motũ non ſolum quantum ad hoc quòd mouent corpus ſed ẽt quãtũ ad hoc quòd nõ ſemp ſunt coniunctæ ſuis corporib & quòd nõ ſemp intelligũt. Sed aiæ ſuperiores ſemp ſunt coniunctæ ſuis corporib. & ſemp ſunt intelligentes, hñt tñ hũc motu hoc quòd ſemp moueant cœleſtia corpora: & iõ dicit quod ſunt paucæ declinationis, qa parũ declinant ab immobilitate intelligẽtiæ & paucæ ſeparationis quia parũ o in diuerſa ſeparantur, vt qñq; in hoc, qñque in illo inueniant ſ quantũ ad ſolum motum localem cęleſtium corporum inferiores vero aiæ deficiunt in cõplemento & paucitate declinationis ſeu ſeparationis a ſuperiorib animabus. Scda differentia ſumiť per influentiã aĩarum in inuicẽ: ſicut enim ſupra dixit quòd intelligentiæ primæ influũt ſupra ſecundas bonitates quas recipiũt a cauſa prima, ita nunc dicit quòd ſuperiores aiæ influunt bonitates quas recipiunt ab intelligentia ſuper animas inferiores & utrobique eſt ratio eadem quia quod eſt imperfectius, aptum eſt perfici a perfectiori, ſicut potentia ab actu. Tertia differentia ſumitur, ex parte effectus. Sicut enim de intelligentijs dixit, quòd ſuperiores imprimunt nobiliores animas, ita nunc dicit de animabus quòd anima ſuperior recipiens virtutem immediate ab intelligentia, habet fortiorem impreſſionem; quia ſemper cauſa ſuperior vehementius agit, vt in prima propoſitione dictum eſt & ideo id quod imprimitur a ſuperiori anima in ſuo corpore eſt fixum & ſtans, id eſt firmum & immobile, & motus eius eſt æqualis, id eſt uniformis & continuus, ut patet in corpore cœleſti; anima vero inferior ad quã peruenit virtus intelligentiæ mediãte ſuperiori anima, hẽt debiliorẽ impreſſionem in ſuũ corpus ſicut cauſa inferior. & ĩõ id quod imprimit corpori ſicut vita & hmõi, eſt debile propter paſſibilitatem corporis ab exteriori agente euaneſcens a principio interiori, tranſmutatum, deſtructibile; quia finaliter totaliter deficit eſſa id quod

& oĩs aĩa recipiens ab intelligentia virtutẽ, plus eſt ſuper impreſſionẽ fortior. Quia qđ impreſſum eſt ab aĩa, eſt fixũ & ſtãs, & eſt motus eius motus æqualis & continuus, & illa in qua ex ea eſt virtus intelligẽtiæ minus eſt impreſſione ſub aĩabus primis, B & eſt quod ab ea impreſſum eſt debile, euaneſcens, deſtructibile. Verũtñ quãuis ſit ita, tñ permanet impreſſio per generationẽ. Iam ergo oſtenſum eſt, quare factæ ſunt formæ ĩtelligibiles multæ, & non eſt eſſe earũ niſi ſimplex & quare factæ ſunt multæ animæ. Quarum quædam ſunt fortiores quibuſdam. & eſſe earum eſt unum ſimplex in quo non eſt diuerſitas.

ab aïa in corpore efficitur, & iñ corpus quodammodo participat ſempiternitatē .i. ſm̄ ſpeciem, & hoc per gñationem. In hoc aūt melius ſentit auctor huius libri. attribuens corruptibilitatem horū corporum debilitati impreſsionis ipſius aïæ quam Platonici, qui poſuerunt etiam aïam humanam habere quoddā corpus incorruptibile ſi. i. ſemper vnitū pateт ēt q̄ ſm̄ ſententiā huius auctoris, q̄n anima humana fuerit pfecta p cōiunctionem ad cām primā, poterit corpori ſuo imprimere vitā ppetuā. & ſm̄ hoc fides catholica confitetur ſum̄ vitā æternam nō ſolum in animabus ſed ēt in corporib. poſt reſurrectionem.

Vltimo epilogat, quę in duabus propoſitionibus dicta ſunt: quę autem diximus de animabus cęlorū non aſſerendo diximus: ſed aliorum opiniones recitando.

LECTIO VI.

Cauſa prima ſuperior eſt oī narratione, & non deficiunt linguæ a narratione eius, niſi ppter narrationem eſſe ipſius, q̄m ipſa eſt ſuper oēm cauſam, & nō narratur niſi per cauſas ſecūdas, quæ illuminantur a lumine cauſæ primæ. **G** Quod eſt, quoniam cauſa prima nō ceſſat illuminare cauſatum ſuum, & ipſa non illuminatur a lumine alio, q̄m ipſa eſt lumen purum ſic, quòd nō eſt lumen, & quia nihil eſt ſuperius ipſa: ſed ipſa ſuper omnia, ex illo ergo facta eſt prima ſola, cuius deficit narratio, & non eſt ita: niſi quia ſupra ipſam non eſt cauſa per quā cognoſcatur, omnis res non cognoſcitur & naturalis niſi ex ipſa cauſa ſua. **H** Cum ergo cauſa eſt tantum, & non eſt cauſatum, nō ſcitur per cauſam primam, neque narratur, quoniam eſt ſuperior narratione, neque conſequitur eam loquela, quod eſt, quia narratio non fit niſi per loquelam, & loquela p intelligentiam, & intelligentia per cogitationem, & cogitatio per meditationem, & meditatio per ſenſum. Cauſa autem prima eſt ſupra res omnes, quoniam eſt cauſa eis, propter illud fit ergo quòd ipſa non cadit ſub ſenſu & meditatione & cogitatione, & intelligentia & loquela: non eſt ergo narrabilis. Et dico iterum quòd res aut eſt ſenſibilis & cadit ſub ſenſu: aut eſt meditabilis, & cadit ſub meditatione, aut eſt fixa ſtans ſecundum diſpoſitionem vnam, & eſt intelligibilis, aut conuertibilis deſtructibilis cadens ſub generatione, & corruptione, & eſt cadens ſub cogitatione, & cauſa prima eſt ſupra omnes res intelligibiles ſempiternas, & ſupra res deſtructibiles, quapropter non cadunt ſuper eam meditatio, neque ſenſus, neque intelligentia.

LECTIO VI.

Poſtquam auctor huius Libri diſtinxit eſſe ſuperius gñaliter in tres gradus, quorū primus eſt ſupra æternitatē, quod conuenit cauſæ primæ. Sc̄d's cū ę cum æternitate, qđ conuenit intelligētiæ. Tertius eſt infra æternitatē & ſupra tp̄s quod cōuenit animæ, hic incipit proſequi de ſingulis gradibus. Et primo de cauſa prima. ſecūdo de intelligentia 10 aña propoſitione, ibi. intelligentia & ſubſtantia ō c. tertio de Aīa 14. propoſitione, ibi. [In omni anima c.] De cauſa prima hoc eſt quod perfectiſsime ſcire poſſumus, quòd omnem ſcientiam & locutionem noſtram excedit. Ille enim perfectiſsime Deum cognoſcit, qui hoc de ipſo tenet quòd quicquid cogitari vel dici de eo poteſt, minus eſt eo quod Deus eſt. vnde Diony dicit in 10 Myſticæ theolo. quòd homo melius ſuæ cognitionis vnitur Deo ſicut oino ignoto, eo quòd nihil de eo cognoſcit, cognoſcens ipſum eſſe ſupra nēm mentem. & ad hoc oſtendendū inducit hæc propoſitio, Cauſa prima ſuperior eſt narratione. per narrationem autem oportet affirmatio intelligi, quia quicquid de eo affirmamus, non conuenit ei ſecundum quòd a nobis ſignificatur. Nōia enim a nobis impoſita ſignificant per modum quo nos intelligimus, quē quidem modum eſſe diuinum tranſcendit. vñ Diony. dicit 2 ca. Cęle Hierar. quòd negationes in diuinis ſunt veræ, affirmationes vero incompactæ, vel inconuenientes. hanc ēt propoſitionem Proculus ponit. 123 propoſitione ſui Libri, ſub his verbis Oē quod eſt ipſum quidem propter ſuperſubſtantialem vnione indicibile eſt & incognoſcibile omnib. ſecundis, a participantibus autem capibile eſt & cognoſcibile, propter quod ſolum primum penitus ignotum tamquā amethecū ens. per hoc autē quòd dicit quòd ens intelligit oēm formam ydealem ſcd̄m Platonicorū poſitiones, puta per ſe hoiem, per ſe vitam & cætera huiuſmodi, quæ deos dicebant, vt ſupra dictum eſt: hmōi aūt habent vnitatem ſecundum ipſos ſuperſubſtantialem, quæ extendunt omnia ſubiecta participari & ideo dicit, quòd neque dici, neque cognoſci poteſt vnumquodq; eorum ab inferioribus ſed a ſuperioribus cognoſci poſſunt, puta ydea vitæ cognoſci poteſt ab ydea entis & quamuis non poſſint perfecte cognoſci, vel dici ab inferioribus, aliqualiter tamen capi & cognoſci poſſunt a participantibus, id eſt per participantia ſicut per ea quæ participant vitam aliquid cognoſcitur de ipſa vita. ſed illud quod eſt primum ſimpliciter, quod ſecūdum Platonicos eſt ipſa eſſentia bonitatis eſt penitus ignotum, quia non habet aliquid ſupra quod poſsit ipſum cognoſcere, & hoc ſignat cū dicitur amethecum non poſt exiſtens alicui. Et quia auctor huius Libri non concordat cū Platonicis in poſitione aliarū naturarum ſeparatarū idealiū, ſed ponit ſolum primū, vt ſupra dictum eſt, iō prætermiſsis alijs de hac cā prima dicit, quòd eſt ſuperior narratione.

F Et cum aſsignat pp ſuā ſuperſubſtantialitatē ſicut & Proculus. & hoc eſt qđ ſubdit in propōne. & non deficiunt linguæ a narratione eius niſi p p narrationē nō eſſe ipſius, q̄m ipſa eſt ſuper oēm cām quaſi ei aūt narretur dicit ſubdens, & nō narratur, niſi per cauſas ſecundas, quæ illuminantur lumine cauſæ primæ. & hoc eſt idē qđ Proculus dixit q̄ a participantibus capibile eſt & cognoſcibile: hoc aūt qđ dictū eſt in ppōne pbatur p hunc modū: tripliciter. n. aliqd cognoſcitur vno mō ſicut effectus per cām, alio mō p ſeipſum, tertio mō per effectū. Primo ergo erit, q̄ cauſa prima non cognoſcitur primo mō. i. p cām, Cū dicit quòd cauſa prima nō ceſſat illuminare cauſatū ſuū, & ipſa nō illuminat lumine alio, q̄m ipſa eſt lumen purū, ſupra quod non eſt lumen. Ad cuius intellectum cōſiderādū eſt, quòd per lumen corporale viſibilia ſenſibiliter cognoſcuntur. vñ illud per quod aliqd cognoſcitur per ſimilitudinē, dici pōt lumen. probat aūt Philoſo. in 9 Metaphyſ. quòd vnūquodq; cognoſcitur per id qđ eſt in actu & ideo ipſa actualitas rei eſt quoddam lumen ipſius & quia effectus hēt quòd ſit in actu per ſuā cām, inde eſt quòd illuminat & cognoſcitur per ſuam cām. Cauſa aūt prima eſt actus purus, nihil hñs poſsibilitatis adiunctū, & iō ipſa eſt lumē purum a quo oīa alia illuminantur & cognoſcibilia redduntur. & ex hoc concludit vlterius quòd ſola cauſa prima ſic eſt prima, quòd nō pōt narrari, q̄ non hēt cām ſuperiorē per quam narretur. Res. n. conſueuerūt narrari per ſuas cauſas; & quia a cognitione proceſſit, a narratione **I** oſtēdit conſequenter quòd cauſa prima cū ſit ſupra cognitionē, oportet quòd ſit ſupra narrationem & hoc iō, quia narratio .i. affirmatio fit per loquelā i. per aliquem ſermonē ſignificatiuū. loquela aūt eſt per intellectum, quia voces ſignificatiuæ ſunt ſigna intellectū, intelligentia aūt fit per cognitionē i. per rōnem, & hoc eſt verum in hoibus qui ratiocinando perueniunt ad intellectū veritatis. & cogitatio per meditationē .i. per imaginationē & cæteras vires ſenſitiuas interiores, q̄ deſeruiūt rōni humanæ. & meditatio fit per ſenſū, q̄a fan aſia eſt motus factꝰ a ſēſu ſm̄ actū, vt dr̄ in li. 3. de Aīa. vñ cum cauſa prima ſit ſuper oēs res, excedit oīa prædicta. & hoc ēt Diony. ponit 1 ca. de Diui. no. dicens & neq; ſenſus eſt eius neq; fantaſia, quod ille noiat meditationē, neque opinio quod iſte noiat rōnē neq; nomē, quod ille noiat loquelā, neq; ſermo, quod iſte noiat narrationē: neque ſcia, quod ille noiat intelligētiā. ſecūdo vero oſt quòd non cognoſcitur ſecūdo mō .i. per ſeipsā & hoc probat per diuerſos modos cognitionū. **K** Rerū. n. quæ per ſe cognoſcunt quædā cognoſcunt ſenſu ſicut res ſenſibiles quædā meditatione ſiue imaginatione, ſicut res imaginabiles, q̄ ſēſui ſubiacēt quædā vero intellectu ſicut res neceſſariæ & immobiles q̄dā vero rōne ſiue cogitatione, ſicut res gñabiles & corruptibiles, ſm̄ quē modū Philoſo. in 6 Eth. dicit quod rōcinatiuū eſt circa ea q̄ cōuenit aliter ſe habere. vñ cū cā prima ſit ſupra oē hmōi genus rerū, nullo iſtorū modorū cognoſci pōt. hanc probōnem reducit Proculus, niſi quòd meditationē ponit loco cogitatiōis, & opinionē loco meditationis, & quē circa hanc rōnem manifeſtū eſt, quòd cā prima eſt ſupra res ſenſibiles & imaginabiles & corruptibiles ſed quòd ſit ſupra res intelligibiles ſempiternas, nō eſt manifeſtū. & hæc probō hic pætermittit. ſed Proculus pbat per hoc quòd oīs cognitio intellectualis vel rōnalis eſt entiū illud n. quod primo acquirit ab intellectu eſt ens. & id in quo nō inuenit rō entis non eſt capibile ab intellectu. vñ cum cauſa prima ſit ſupra ens, conſequens quoq; eſt quòd cauſa prima ſit ſupra res intelligibiles ſempiternas. Cauſa autem prima ſm̄ Platonicos quidem eſt ſupra

ens

ens inquantum eſſentia bonit.tis & unitatis, quæ eſt cauſa prima excedit etiā ipſum ens ſeparatum, ſicut ſupra dictū eſt, ſed ſecundum rei ueritatē cauſa prima eſt ſupra ens inquantum aſt ipſum eſſe infinitum, ens autē dicitur id quod finite participat eſſe, & hoc eſt proportionatū intellectui noſtro. Cuius obiectū eſt quod quid eſt ut dr in Tertio de Anima: vnde illud ſolū eſt capibile ab intellectu noſtro, quod habet quidditatē participātē eſſe: ſed Dei quidditas eſt ipſū eſſe, vnde eſt ſupra intellectum. Et per hunc modum ducit hāc rationem Diony. 1. capi. de Diui. no. ſic dicens. Si cognitiones omnes exiſtentium ſunt, & ſi exiſtentia finem habent, inquantū ſcilicet finite participant eſſe quit eſt, ſupra omnem ſubſtātiam ab omni cognitione eſt ſegregatus. Tertio, oſtendit quō cauſa prima cognoſcitur per effectum, & dicit quod cauſa primu non ſi natē in his quæ de ipſa dicentur niſi ea cauſa ſecunda quæ eſt intelligentia: ſic enim loquimur de Deo. q.dē quadā ſubſtantia intelligēte: & hoc ideo: quia intelligentia eſt ſuum cauſatum primū, vnde eſt Deo ſimillima & per ipſum maxime cognoſci poteſt ſed tamen non ſufficienter cognoſcitur per eam, quia illud quod eſt intelligentia, eſt in cauſa prima altiori modo. cauſa autem excedens effectum nō ſufficienter cognoſci poteſt per ſuum effectum: ſic ergo patet quod cauſa prima ſuperior eſt narratione, quia neque per cauſam, neque per ſeipſam, neque per effectum, ſufficienter cognoſcauit dici poteſt.

Et ipſa quidē non ſignatur niſi a cauſa ſecunda, quæ eſt intelligentia, & non nominatur niſi per nomen cauſati ſui primi, veruntamen per modū ſublimiorem & nobiliorē & meliorem, ſicut oſtendimus.

LECTIO VII.

INtelligentia eſt ſubſtātia quæ nō diuiditur. Quod eſt: quia ſi non eſt cum magnitudine, neque corpus eſt, neque mouetur, tunc proculdubio non diuiditur: & iterum omne diuiſibile non diuiditur, niſi aut in multitudinem, aut in magnitudinem, aut in motum ſuum. Cum ergo res eſt ſecundum hanc diſpoſitionem, tunc eſt ſub tempore, quoniam non recipit diuiſionē niſi in tempore, immo eſt cum æternitate, quapropter facta eſt altior & ſuperior omni corpore, omni tempore, & omni multitudine: quod ſi inueniatur in ea multitudo; nō inuenitur multitudo, niſi quod ſit res exiſtēs una. Cum ergo intelligentia ſit ſecūdum hunc modum diuiſionem penitus non recipit, & ſignificatio quidem illius eſt reditio ſui ſuper eſſentiam ſuā, ſcilicet quia non extenditur cum re extenſa,

B ita ut ſit una ſua um extremitatum ſecunda ab alia. Quod eſt, quia cum uult ſcientiam rei corporalis, non extenditur cum ea, ſed ipſa ſtat fixa ſecūdum ſuam diſpoſitionem, quoniam eſt forma a qua non pertranſit aliquid. Et corpora quidem nō ſunt ita, & ſignificatio quòd intelligentia non eſt corpus, neque diuiditur eius ſubſtātia, & operatio eius eſt, quod utræque ſunt res una. Et intelligentia quidem eſt mul-

C ta propter bonitates, quæ adueniunt ei a cauſa prima, & ipſa quamuis multiplicetur per hūc modum, tamen quia appropinquat uni, eſt unum, & non diuiditur. Et ita intelligentia qui-

LECTIO VII.

POſtquām de priori gradu ſuperioris eſſe, ſcilicet primam cauſam diuit inenarrabilem eſſe, nunc accedit ad ſecundum gradum, ſcilicet ad intelligentias. Et primo determinat de intelligentia quantum ad ſui ſubſtantiam: ſecundo quantum ad eius cognitionē. 98 propoſitione ibi. [Omnis in elligentia ſcit, &c.] Circa primum ſciendum eſt, quod ea quæ ſunt ſuperioris ordinis, cognoſci non poſſunt ſufficienter per ea quæ ſunt ordinis inferioris, eo quod ſuperiora excedunt inferiorum modum & uirtutē: quia uero humana cognitio a ſenſu initiū ſumit, ea quæ noſtris ſenſibus offeruntur, cognoſcere ſufficiēter poſſumus: ſed ex his in ſuperiorum cognitionem peruenire nō poſſumus, niſi ſm ea quæ ex ſēſibus nobis notis habent omnia. ea uero quæ totaliter noſtris ſenſibus offeruntur, ſunt inferiora corpora, cum quibus ſuperiora corpora in eſſentiæ ſpeciem non cōueniunt nec in naturæ cōditione. conueniunt autē in rōne quantitatis luminis & corū quæ ad hæc ſequuntur, & ideo pertingere poſſumus ad cognoſcendū de ſuperioribus corporibus & claritatē ipſorum, inquantum ſunt nobis uiſibilia & quātitate magnitudinis & motus ipſorum & figurā, & etiam gradus ipſorum ſecūdum modū quo cōueniunt in genere cum inferioribus corporibus: propriū autem naturam ipſorum ſecundum rationem ſpeciei ſcire non poſſumus niſi per negationē, inquantum tranſcēdit inferiorum corporum naturam vnde Ariſt. in primo de Cælo. & inde probat cæleſte corpus non eſſe neq; graue, neque leue, neq; generabile, neq; corruptibile: ſed licet intelligentia tranſcendat totū ordinē corporalium rerū: quia tñ ſua quidditas uel eſſentia nō eſt ipſum ſuum eſſe, ſed eſt res ſubſiſtens in ſuo eſſe participato, ideo quodammodo cōuenit in genere cum corporibus, quæ etiam in ſuo eſſe ſubſiſtunt, & ſic ſecūdum logicam intentionē uidetur quòd ponatur in genere ſubſtantiæ, & ideo intelligentia quidem notificari poteſt enarratiue ſiue affirmatiue quantum ad ſuum genus, vt dicatur eſſe ſubſtantia: ſed quantum ad dif-

A ferentiam ſpecificā enarrari non poteſt ſed oportet quod per negationē nobis notificetur inquantum tranſcendit totum ordinem corporalium rerum, quibus cōuenit diuerſitas, & ideo notificans intelligentiæ eſſentiā, prout a nobis notificari poteſt proponit hanc propoſitionem, Intelligentia eſt ſubſtātia quæ nō diuiditur. cauſa autem prima nō eſt ita in ... ſubſiſtēs i ſuo eſſe quod participat ſed potius ē ipſum eſſe ſubſiſtēs, & ideo eſt ſuperſubſtantialis & ſimpliciter inenarrabilis: ponit autē & Proculus in ſuo libro hanc propoſitionē & ſub his uerbis. ... is intellectus impartibilis eſt ſubſtātia, quod autē dictum eſt, probatur per diuiſionem & quantū ex uerbis hic poſitis apparet, præmittitur duplex diuiſio, quarū prima eſt ex parte ipſius rei diuidendæ, quæ habet magnitudinem ſtantē & quātitatē fluentē, ſicut eſt in tempore & motu. & hoc eſt quod dicit, quòd eſt, quia ſi nō eſt cū magnitudine neque habet corpus neque motū, tunc proculdubio nō diuiditur per hoc enim qđ dicit, ſi non eſt cū magnitudine neq; corpus, excludit magnitudinem ſtantem i. habentem ſitum, & dicit neque cum magnitudine, neq; corpus, quia corpus eſt magnitudo completa diuiſibilis ſecundum diuiſionem omnium dimenſionum: ſuperficies autem & linea ſunt magnitudines incompletæ ſecundum unam vel duas partes, vel hoc quod dicit, ſi non eſt cum magnitudine, ponitur ad excludendum ea quæ ſunt quanta per accidens, ſicut albedo, & ſimilia. Aliā diuiſionem ponit ex

D parte ipſius diuiſionis, & dicit quod omne quod diuiditur, vel diuiditur ſecundum multitudinem, ideſt ſecundum quātitatem diſcretam, vel ſecundū magnitudinem quæ eſt diuiſio ſecundū quantitatem continuam habenti ſitum, vel ſecūdum motū quæ eſt diuiſio quantitatis continuæ non habentis ſitum. Eadem eſt diuiſio temporis & motus, vt probatur in 7. Phy. In prima aūt diuiſione prætermiſit de multitudine: quia diuiſio quæ eſt ſecūdum numerum cōſequitur diuiſionem continui, vt patet in tertio Phy. & ideo in quibus nō eſt diuiſio ſecundū magnitudinē, non eſt diuiſio ſecundum multitudinē. In his autē diuiſionibus poſitis oſtendit, quod nullo prædictorum modorum intelligentia diuiditur, & uidetur eſſe probatio talis, Omne quod diuiditur, diuiditur in tēpore, eſt enim diuiſio quidam motus ab unitate in multitudinem ſed intelligentia non eſt in tempore, ſed eſt in æternitate totaliter, vt ſupra habitū eſt in ſecunda propoſitione, ergo excedit omnē prædictum diuiſionis modū: & hæc quidē eſt expoſitio huius probationis ſecundū quod ex uerbis hic poſitis

E apparet. Sed ſciendū eſt, verba hic poſita ex uitio tranſlationis eſſe corrupta, vt patet per literam Proculi quæ talis eſt. S... n. eſt ſine magnitudine & incorporeus & immobilis & impartibilis eſt quæ uero ſequitur nō inducitur per modū alterius diuiſionis, ſed per modū probationis ſic enim ſubdit. Eſſe enim qualitercunque partibile, aut ſecundum multitudinē, aut ſecundum magnitudinē, aut ſecundum operationes, eſt partibile, & ſtatim probat quod nō ſit partibile ſecundum operationes. Nam addit, in tepore latas. q. d. omnes operationes partibiles ſūt in tēpore, & ſubdit intellectus autē ſecundum omnia eſt æternalis & ultra corpora & unita eſt quæ in ipſo multitudo impartibilis, ergo & ſic ulanū prædictorū ſupra poſitorū erit, & primo proſequitur de incorporeitate ſic dicēs. Quod quidē igitur incorporeus ſit intellectus quo ad ſeipsū, cōuerſio manifeſtat, eſt uūi cōuerſio intellectus ad ſeipſum in hoc quod ſeipſum intelligit. Corporum. n. nullum ad ſeipſum cōuertitur, & hoc quidē ſupra probauerat præmittens xv. propoſitionē talē eſſe, Quōd ad ſeipſum conuerſiuum eſt, incorporeum eſt, quod ſic probat, Nullum. n. corporeum ad ſe-

ipſum

ipſum natum eſt cõuerti. Si enim quod cõuertitur ad aliquid co F pulatur illi ad quod cõuertitur, palam itaq;, quia & omnes partes corporis eius qđ ad ſeipſum conuertitur, ad omnes copulabuntur, qđ eſt impoſſibile in omnibus partibus propter partium ſeparationẽ alijs earum alibi iacentibus, & hic quidẽ probatio hic ſubditur ſatis confuſe cum dicitur, Et ſi generatio q̃dem illius, ſcilicet q̃ intelligentia non ſit corpus, eſt reditio ſuper eſſentiam ſuam. i. quia conuertitur ſuper ſeipſam intelligẽdo ſe, quod conuenit ſibi, quia nõ eſt corpꝰ vel magnitudo habẽs vnam partem ab alia diſtãtẽ, & hoc eſt qđ ſubdit, ſcilicet q̃ nõ extenditur extenſione, ſcilicet magnitudinis cũ re extẽſa. i. magnitudinem habẽte, ita q̃ ſit vna ſuarũ extremitatum ſecunda ab alia. i. ordine ſitus ab alia diſtincta: & q̃ poſſet aliq. credere, q̃ intelligentia extenderetur intelligendo corpora q. cõtingẽdo ipſa, hoc excludit ſubdens quod eſt, quia quãdo vult ſcientiam rei corporalis, non extenditur cũ ea, vt ſcilicet ſua magnitudine, magnitudinem intelligat, ſicut Empe. voluit: ſed ipſa ſtat fixa ſecũdum ſuam diſpoſitionem, id eſt non diſtrahitur in diuerſas partes, & hoc probat per hoc quod ſubdit, quoniam eſt forma, a qua non pertranſit aliquid. Magnitudo n. non eſt niſi in materia. ſed intelligentia eſt forma immaterialis a qua aliquid non pertranſit, vel quia vna pars eius non diſtat ab alia, vel quia licet ſit indiuiſibilis nihil de ſe habens magnitudinem praterit eius cognitioni: ſubdit autẽ, & corpora quidem non ſunt ita, ex quo concludi poteſt q̃ intelligentia nõ ſit corpus. Deinde ſecundum q̃ apparet ex uerbis hic poſitis, inducitur alia probatio ad oſtendendum q̃ intelligentia non ſit corpus: quia ſcilicet tam eius ſubſtãtia quam eius operatio eſt indiuiſibilis, & utraque habet unitatem indiuiſibilitatis, quod in corporibus eſſe non poteſt nam corpus & ſecundum ſubſtantiã ſuam diuiditur diuiſione magnitudinis & ſecũdum operationẽ ſuam diuiditur diuiſione temporis, quorum neutrũ conuenit intelligẽtiæ: ſed in libro Proculi inducit hoc ad probandũ aliud membrum, ſcilicet ad oſtendendum quòd intelligentia non diuidit ſecundum motum, dicit enim ſic. Quod au ẽ intellectus ſit æternalis, manifeſtat operationis ad ſubſtantiam identitas, & eſt uirtus probationis huius, quia res illa cui ſua operatio accidentaliter aduenit, ſecundum illam operationem mutationẽ recipit, vt quãque operetur & quandoq; nõ operetur, vel quandoq; magis quandoque minus operetur: res autem illa cui conuenit K ſua operatio ſecundum ſuam eſſentiam inuariabiliter operatur. Et talis eſt intelligẽtia cui conuenit intellectualis operatio ſecundum naturam ſuæ eſſentiæ. Deinde oſtendit tertium membrũ, ſcilicet q̃ intelligentia non diuidatur ſecundũ multitudinem, & ad hoc manifeſtandũ inducit quòd oportet aliquã multitudinẽ in intelligentia ponere, proueniunt enim bonitates multæ a cauſa prima, cuius multiplicationis ratio eſt, quia intelligẽtia nõ poteſt attingere ad ſimplicitatẽ bonitatis primæ cauſæ & ideo perfectio bonitatis q̃ in prima cauſa eſt vnita & ſimplex multiplicatur in intelligẽtia in plures bonitates, & tamẽ quãuis ſit multitudo bonitatum in intelligentia, tamen iſta multa indiuiſibiliter ſibimutuo cohærent. Non enim poteſt eſſe quòd retineat eſſe, & amittat unã, vel quòd retineat uitã & amittat cognitionẽ ſicut accidit in iſtis inferioribus & hoc ideo: quia cum intelligentia ſit primũ cauſatum, propinquiſſima eſt primæ cauſæ & ideo quæ ſunt in intelligentia nobiliſſimo modo conueniunt et

dem non recipit diuiſionẽ, quoniam eſt primũ creatum quod creatũ eſt a prima cauſa, & unitas eſt dignior quàm diuiſio. Iã ergo uerificatum eſt, quod intelligentia ſubſtantia eſt quæ non eſt cum magnitudine neq; corpus, neq; mouetur per aliquem modũ motus corporei, quapro- G pter facta eſt ſupra tẽpus & cum æternitate ſicut oſtendimus.

LECTIO VIII.

OMnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe, veruntamẽ ſcit quod eſt ſub ſe, quoniam eſt cauſa ei. Et ſcit quod eſt ſupra ſe, quoniã acquirit bonitates ab eo. Et intelligentia quidem hæc eſt ſubſtãtia intelligibilis, ergo ſecundum mo- H dum ſuæ ſubſtantiæ ſcit res quas acquirit deſuper, & res quibus eſt cauſa. Ergo ipſa diſcernit qđ eſt ſub ea, & quod eſt ſupra eam, & ſcit quod illud quod eſt ſupra ſe, eſt cauſa ei; & quod eſt ſub ea, eſt cauſatum ab ea, & cognoſcit cauſam ſuam & cauſatum ſuũ per modum qui eſt cauſa eius, ſcilicet per modum ſubſtantiæ ſuæ, & ſui eſſe. Et ſimiliter omnis ſciens non ſcit rem meliorẽ & rem inferiorem & deteriorẽ, niſi ſecundum modum ſuæ ſubſtantiæ & ſui eſſe, nõ ſecundum modum, ſecũdum quẽ res ſunt. Et ſi hoc ita eſt, tunc proculdubio bonitates quæ deſcendunt, ſuper intelligentiam a cauſa prima, ſunt intelligibiles in ea. Et ſimiliter res corporeæ ſenſibiles ſunt in intelligentia intelligibiles. quod eſt, quoniam res quæ ſunt in intelligentia, nõ ſunt impreſſiones ipſę, immo ſunt cauſæ impreſsionum, & ſignificatio illius eſt quòd intelligentia ipſa eſt cauſa rerum, quę ſunt ſub ea per hoc, quod eſt ipſa intelligentia tantum. Si ergo intelligentia eſt cauſa rerũ, per hoc quod eſt intelligentia, & ſub ea ſunt p virtutem intelligibilẽ, tunc proculdubio cauſę rerum ſunt intelligibiles etiam. Iam ergo manifeſtum eſt, quòd res ſupra intelligentiam & ſub ea ſunt per uirtutem intelligibilem, & ſimili-

F poſt primam cauſam: vnitas a[illegible]m & indiuiſibilitas nobilior eſt q̃ diuiſio, vnde intelligentia indiuiſibiliter habet multitudinem bonitatum quas participat a cauſa prima, & ad idẽ etiam redit probatio quam Proculus inducit. Vltimo autẽ concludit propoſitum. q. iam probatũ eſt dicit, [Iam ergo verificatum eſt &c.]

LECTIO VIII.

POſita notificatione intelligentiæ, quantum ad eius ſubſtantiam, hic incipit manifeſtare cognitionem ipſius. Et primo declarat modũ quomodo cognoſcat alia a ſe. Secundo quomodo cognoſcit ſe ipſam & hoc 13 propoſitione. ibi [Omnis intelligẽtia intelligit per eſſentiam ſuam &c.] Circa primũ tria facit. Primo declarat modũ quo cognoſcit intelligentia & ſuperiora & inferiora. Secũdo oſtẽdit quod ſit ea ſuperius. 9. propoſitione, ibi [Omnis intelligentiæ fixio &c. Tertio oſtẽdit quomodo ſe habeat in cognitione inferiorũ, ibi. [Omnis intelligẽtia, eſt plena formis. x. propoſitione. ad declarandum igitur modum quomodo intelligẽtia cognoſcat & ſuperiora & inferiora. ponit talem propoſitionẽ. Omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe, ſcit quod eſt ſub ſe, quoniam eſt cauſa ei. & ſcit quod eſt ſupra ſe quia acquirit bonitates ab eo. Cuius quidem propoſitionis ratio quantũ ad ſuperficiem uidetur eſſe, quòd cauſalitas ſit intelligentiæ ratio intelligendi, & hoc quidem ſi ratione conſideretur non habet I ueritatem, neque quantum ad id a quo cauſatur intelligẽtia, neque quantum ad ea quæ cauſat: non enim cauſatur a ſua cauſa per ſuam ſcientiam, ſed potius per ſcientiam cauſæ cauſantis ipſam. Ea uero quæ ſub ſe ſunt, quamuis intelligẽtia cauſet per ſuã ſcientiam, non tamẽ ideo ſcit ea quia cauſat ea: ſed potius, ideo cauſat ea, quia ſcit ea; verus autem intellectus huius propoſitionis eſt ſic accipiendus. Manifeſtum eſt enim, quòd in ordine rerum cauſa altiorẽ gradum obtinet q̃ cauſatum: ſi igitur aliquid ſit & cauſa & cauſatum medium gradum obtinet inter utrunq; & huiuſmodi eſt intelligentia. Nam ipſa cauſatur a cauſa prima: & eſt infra eam, cauſat autẽ quodammodo ea quæ ſunt ſub ipſa, vt in 3 propoſitione eſt expoſitum, & ita eſt ſupra ea. vult ergo dicere quòd ſecundum gradum ſuũ quo eſt cauſa & cauſatum, medio modo ſe habet in intelligendo. nã intelligit id qđ eſt ſupra ſe inferiori modo q̃ illud ſit in ſeipſo, quæ autem ſunt infra ſe, intelligit altiori modo q̃ ſint in ſeipſis. Et in hoc etiam K ſenſu inducitur in libro Proculi. c 73 propoſitione quæ talis eſt. Omnia intellectus intellectualiter eſt & quæ ante ipſum & quæ poſt ipſum quia ſcilicet tã ſuperiora q̃ inferiora ſunt in intellectu ſecundũ modũ eius, id eſt intellectualiter, & ad hunc etiã ſenſum inducitur hic propoſitio. Dicit.o quòd intelligẽtia quidẽ eſt ſubſtantia intelligibilis, quia ſcilicet eſſe intelligibile cõtingit ei ratione ſuæ eſſentiæ, ergo & ſecundum modũ ſuæ ſubſtantiæ, ſicut res quas acquirit deſuper & res quibus eſt cauſa, & huius ratio eſt, quia unaquæq; res, operatur ſecondũ modũ formæ ſuæ quæ eſt operationis principiũ, ſicut calidũ calefacit ſecũdũ modũ ſui caloris, vnde oportet quòd omne cognoſcẽs cognoſcat ſecundũ formã quæ eſt cognitionis principiũ, ſcilicet ſecundum ſimilitudinẽ rei cognitæ, quæ quidẽ eſt in cognoſcente ſecundũ modum ſubſtantiæ eius, vnde oportet q̃ omne cognoſcens ſecundum modũ ſuæ ſubſtãtię cognoſcat quicquid cognoſcit. Cũ ergo intelligentia ſecundum modum ſuæ ſubſtãtiæ ſit cauſa & cauſatum, erit ipſa quaſi quidã terminus uel li-

mes

ter res corporeæ cum intelligentia ſunt intelligibiles, & res intelligibiles intelligentia ſunt intelligibiles, quoniam ipſa eſt cauſa eſſe earum, & quia ipſa non appræhendit niſi per modū ſuæ ſubſtantiæ, & ipſa quia eſt ſua intelligentia appræhendit res appræhenſione intelligibili, ſiue intelligibiles ſint res: ſiue ſint corporeæ.

LECTIO IX.

OMnis intelligentiæ fixio & eſſentia eius eſt per bonitatem puram, quę eſt cauſa prima. Et virtus quidē intelligentiæ primæ eſt uehementioris unitatis q̄ res ſecundæ quæ ſunt poſt eā, quoniam ipſæ non accipiunt cognitionem eius, & non eſt facta ita, niſi quia cauſa eſt ei quod eſt ſub ea, & ſignificatio eius eſt illud cuius rememoramur, quia intelligentia eſt regens omnes res, quæ ſunt ſub ea per uirtutē diuinam, quæ eſt in ea, & per eā retinet res, quoniam per eam eſt cauſa rerum, & ipſa retinet omnes res quæ ſunt ſub ea, & compræhendit eas. Quod eſt, quoniam omne quod eſt principiū rebus & cauſa eis, eſt retinens illas res, & regens eas, & non euadit ab ea ex ipſis aliquid propter uirtutem ſuam alterā. ergo intelligentia eſt princeps rerum, quæ ſunt ſub ea, & retinens eas & regens eas, ſicut natura regit res, quæ ſunt ſub ea per uirtutē intelligentiæ: quia ſimiliter intelligētia regit naturam per uirtutem diuinam, quia intelligentia quidem non facta eſt retinēs res, quæ ſunt poſt eam, & regens eas, & ſuſpendens uirtutem ſuā ſuper eas, niſi quoniam ipſæ res non ſunt virtus ſubſtantialis ei, immo ipſa eſt uirtus uirtutū ſubſtantialium, quoniam eſt cauſa eis, quia intelligentia quidem compræhendit generata & naturam & orizontem naturę, ſcilicet animam. Nam ipſa eſt ſupra naturam, quod eſt, quia natura continet generationem, & anima continet naturam, & intelligentia continet animam, ergo intelligentia continet omnes res, & non eſt facta intelligentia ita niſi propter cauſam primam quæ ſupereminet omnib. rebus, quoniam eſt cauſa intelligentiæ, & animæ: & naturæ, & reliquis rebus.

mes determinans, ſiue diſtinguens ſuperiora ab inferioribus, ita ſcilicet q ſuperiora cognoſcit p modū ſuæ ſubſtātiæ inferiori modo q̄ res ſuperior ſit in ſeipſa; inferiora vero cognoſcit altiori modo q̄ ſint in ſeipſis quod quidē eſt intelligendū ut modus cognitionis accipiatur ex parte cognoſcētis, q̄a ſcilicet quāuis cauſa prima ſit ſuper intellectualis intelligentia, nō cognoſcit eā ſuperintellectualiter, ſed intellectualiter: & ſimiliter quāuis corpora ſint materialia & ſenſibilia in ſeipſis, intelligētia tamen nō cognoſcit ea ſēſibiliter & materialiter ſed intellectualiter. Si vero accipiatē modus cognitionis ex parte rei cognitæ, ſic cognoſcit vnumquodque prout eſt in ſeipſo; cognoſcit nam intelligentia q cauſa prima eſt ſuperintellectualiter in ſeipſa, q res corporales habent in ſeipſis eſſe materiale & ſenſibile. Ex his patet intellectus omnium rerum quæ hic dñr.

LECTIO IX.

POſtquam poſuit modum quomodo intelligentia cognoſcit qđ ſupra ſe eſt, & id quod ſub ipſa eſt, hic oſtēdit qd ſit ſup a ipſam, inducēs propoſitionē ad manifeſtandū q intelligentia dependet ex cauſa prima quæ talis eſt, Omnis intelligentiæ fixio & eſſentia eſt per bonitatem puram quæ eſt p cauſam primam; hāc autem propoſitionem Proculus ponit, ſed uniuerſalius d. 57 propoſitione ſui libri, omnium entium principium, & cauſa prima bonum eſt. Idem autē ſignat in hac propoſitione quod dicitur bonitas pura, & quod in propoſitione Proculi dicitur bonum. bonitas enim pura dicitur bonitas non participata. ſcilicet ipſa eſſentia bonitatis ſubſiſtens, quam Platonici uocabant ipſum bonū, quod quidem eſſentialiter & pure & per ſe bonum, oportet q ſit prima cauſa omnium: quia ut Proculus probat, ſemper cauſa eſt melior cauſato. vnde oportet q id quod eſt prima cauſa eſſe optimum, hoc autē eſt id quod eſt ipſa bonitatis eſſentia. vnde oportet id quod eſt eſſentialiter bonum eſſe primā omnium cauſam. Et hoc eſt quod Dion dicit 1. ca. de Di. no q̄m aūt Deus eſt ipſa bonitas, eſſentia per ipſum ſuum eſſe omniū eſt exiſtentiū cauſa. vnde & intelligentiæ quæ habēt eſſe & bonitatē participatā, oportet q depēdeant a Deo, qui eſt ipſa bonitas, pura ſicut effectus a cauſa, & hoc eſt qđ dicit q intelligētiæ fixio & eſſentia eſt per bonitatē purā: quia ſ. intelligentia ex prima bonitate habet eſſe fixum, ideſt, immobiliter permanēs, hoc autē probatur dupliciter. Primo quidē per effectum ipſius intelligentiæ, & conſiſtit uis ſuæ probationis in hoc q ſi alicuius rei propria operatio inueniatur in re alia, oportet ex neceſſitate quod res illa habeat ex participatione alterius hanc operationem, ſicut effectus habet aliquid a cauſa, puta ſi ferrum ignitum faciat propriam operationem ignis comburendo, oportet dicere q hoc ferrum habeat ab igne, ſicut effectus a cauſa. Eſt autem propria operatio ipſius Dei q ſit naturalis cauſa regitiua omnium. vt in 3. Propoſitione habitum eſt: vnde ad hanc operationē nihil pertingere poteſt niſi inquantum participat illud a prima cauſa ſicut effectus eius. Quia uero cauſa prima eſt maxime una, quanto aliqua res fuerit magis ſimplex & una tanto magis appropinquat ad cauſā primā & magis participat ꝓpriā operationē eius, intelligētiæ vero ſūt maioris bonitatis & ſimplicitatis q̄ res inferiores eius ſignū eſt, q̄a q̄cunq; ſunt infra intelligētiā habētia cognoſcitiuā uirtutē, nō pñt attin-

A gere ad cognoſcendā intelligentiæ ſubſtantiā ꝓp exceſſum ſimplicitatis ipſius, per quā ē rationem ſenſus corporeus deficit a cognitione rei intelligibilis. Et q ſit ſimplicior, hoc manifeſtat, quia eſt cauſa rerū inferiorum per modum quod ſupra dictū eſt in 3. Propoſitione. & hoc manifeſtat per id quod ſubſequit q̄a intelligētia regit omnes res quæ ſunt ſub ea per uirtutem diuinam, quæ eſt in ea; intelligitur autē in regimine ordinatio & motio inferiorū ad finē, & per huius uirtutem diuinam in ſe exiſtētem retinet & conſeruat res ab impedimentis ſui regiminis; hęc enim duo ſcilicet regere & retinere, ſūt ꝓpriæ cauſæ in comparatione ad effectum ideo ergo intelligentia per uirtutem diuinā regit res & retinet eas, quia per ipſā eſt cauſa earum, quomodo autem retineat res inferiores, manifeſtat p hoc quod ſubdit, q ipſa retinet cūa oīa quę ſūt ſub ea & cōpræhendit eas imprimendo, ſcilicet ei virtutem ſuam; non n. eſt cauſa omnium inferiorum imediate, niſi mediantibus cauſis inferioribus: hoc autem quod dixerat probat conſequenter per hoc, quia omne quod eſt principium ī rebus & cauſa eis, retinet illas res & regit eas, vt dictū eſt; & nihil eorum quæ

D ſunt alicui cauſæ, poſſ ut eximi a regimine ſuę cauſæ per aliquā uirtutē extraneā. Et ideo cū intelligētia ſit prima rerū inferiorū, & per cōſequens cauſa eorū per modū præmiſſū, cōſequēs eſt q habeat reſpectu inferiorū quaſi officiū principis in retinēdo & regendo. Sicut videmus q etiā ea quæ ſunt infra intelligentiā, habent uirtutē re[g]itiuā per uirtutē intelligētiæ ſicut per naturā quæ eſt principium motus in reb. naturalib. reguntur & retinētur ea quæ ſubſunt naturæ. vnde ſimiliter intelligētia regit naturam & alia quæ ſibi ſubſunt per uirtutem diuinam. Sic ergo ex ſuperioribus probatum eſt q intelligentia, q. princeps regit & retinet inferiora per uirtutē ſuperioris cauſæ; & hoc iō, quia ipſa eſt cauſa earum. Et q ſit cauſa, procedit ex hoc q eſt uehemētioris unitatis: ſed quomodo ex hoc quòd eſt cauſa, ſequatur q retineat cauſata & regat, nondū erat probatū. & ideo huius probationē ſubdit, & intelligentia quidem non eſt facta retinens res quæ ſunt poſt ipſam & regens eas & ſuſpēdens uirtutē ſuā ſuper eas, niſi quoniā ipſæ non ſunt uirtutis ſubſtantia-

E lis ei, ſi, immo ipſa eſt uirtus uirtutū ſubſtantialium, quoniā eſt cauſa eis. cuius probationis hæc uirtus eſt, quia unaquæque res regitur & conſeruatur per aliquam uirtutem ſuam per quā aliquod operatur ad finem & impedimentis reſiſtit: ſed uirtus cauſati dependet ex uirtute cauſæ & non econuerſo. Cum. n. uirtus ſit operandi principiū in unoquoq;, neceſſe eſt . illud ſit uirtus uirtutis alicuius rei a quo habet ut ſit operandi principium dictū ē autē in prima propoſitione quod cauſa inferior operatur per uirtutem cauſæ ſuperioris, unde uirtus cauſæ ſuperioris eſt uirtus uirtutis cauſæ inferioris. Et per hunc modum dicit q uirtus ubi intelligentiæ eſt, uirtu uirtutū ſubſtantialium ideſt uirtutū quæ ſunt propriæ ſubſtātijs inferiorum rerum. ſic igitur patet q intelligentia regit & retinet res inferiores uirtutē ſuā expandens ſuper eas ex hoc q eſt cauſa eis. Quæ autem ſunt inferiora quæ regit, oſtendit ſubdens, quod intelligentia compræhendit generata, ideſt continet ſub ſe ſicut effectus quos regit & retinet res generabiles & corporales & naturam quæ eſt principium motus in ipſis, & inuenitur primo in primo corpo-

rum

b Et cauſa quidē prima non eſt intelligentia, neq; anima, neque natura, immo eſt ſupra intelligētiam & animam & naturā, quoniam eſt creans omnes res, veruntamen eſt cauſans intelligentiam abſq; medio, & creans animam & naturā, & reliquas res mediante intelligentia. G Et ſcientia quidem diuina non eſt ſicut ſcientia intelligibilis, neque ſicut ſcientia animæ, immo eſt ſupra ſcientiā intelligentiæ & ſciētiam animæ, quoniam eſt cauſans ipſas. Et quidem uirtus diuina eſt ſupra omnem uirtutē intelligibilem & animalem & naturalem, quoniam eſt cauſa omni uirtuti. Et intelligentia eſt habens ylcachim, quod eſt eſſe & forma, & ſimiliter anima eſt habens yleachim, & natura eſt habens eſſe ylcachim, & cauſæ quidem primæ non eſt ylcachim, quoniam ipſa eſt tantùm eſſe.

c Quòd ſi dixerit aliquis neceſſe eſt ut ſcit ylcachim, dicemus ylcachin, ideſt ſuum eſſe infinitum, quia indiuiduum ſuum eſt bonitas pura eſſluens ſuper intelligentiam omnes bonitates & ſuper reliquas res mediante ea.

ſum, & comprehendit etiā orizontem naturæ, ſcilicet animam: F dictū eſt enim ſupra in 2. Propoſitione q anima eſt in ori zōte æternitatis & pars tpis exiſtēs in æternitate, & ſupra tps quia ipſa eſt ſupra naturā quæ eſt principium motus qui tpe menſurat. Quòd aūt intelligētia cōprehēdat omnia ſupradicta, probat, p hoc q natura continet generationem & res generatas tanquā principiū generationis exiſtēs: particularis quidē natura gñationis particularis: vniuerſalis aūt natura q̄ eſt i corpore cæleſti cōprehēdit vniuerſaliter oēm generationē, ſicut ſuū effectū aia vero cōtinet naturam: quia ſecundum opinionem ponentiū corpora cæleſtia animata, quā auctor huius libri ſupponit, anima eſt principium motus primi corporis & cōſequēter omnium motuū naturalium, vt in 3. Propoſitione: abitum eſt. Et iterū intelligentia cōtinet animā: quia anima ab intelligentia participat intelligibilē operationē, ſicut in eadē propoſitione dictum eſt. vnde concludit q intelligentia continet omnes res: quia quicquid cōtinetur a continente, H cōtinetur a continente & recipit cauſam, quare hoc conueniat intelligentiæ, ſcilicet propter uirtutē cauſæ primæ cuius eſt propriū ſupereminere omnibus non per uirtutem aliquam, ſed per uirtutem propriā: ipſa enim per ſuam uirtutē diuinam eſt cauſa intelligentiæ & animæ & naturæ & reliquarum rerum, ſcilicet generabilium & corruptibilium. Sic igitur oſtenſum eſt q intelligentia dependet a cauſa prima per hoc q ab ea habet uirtutem uniuerſalem continendi ſubſtantiam. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit idem ex conditione cauſæ primæ demonſtratione oſtēdente propter quid. Nam prædicta probatio fuit magis per ſignū. Et primo ponit probationē. Secundo excludit obiectionē, ibi. Quòd ſi dixerit aliquis. Dicit ergo primo quaſi proponens quod probare intendit, q cauſa prima non eſt intelligentia nec eſt aīa nec natura ſed eſt ſupra omnia iſta quaſi creatrix earum cum quodā ordine, nam intelligentia cauſatur immediate a cauſa prima; animā uero & naturam & reliquas res mediante intelligentia, qđ intelligendum eſt ſicut ſupra dictum eſt in tertia propoſitione, non q eſſe eorum ſit cauſatum ab intelligentia: ſed quia iſta ſecundum ſuā eſſentiam ſunt creata ſolū a cauſa prima; per intelligentiā uero ſortiuntur quaſdā perfectiones ſuperadditas, I hoc autem q cauſa prima cauſat omnia prædicta incipit probare, ibi [Et ſcientia quidē diuina.] Ad cuius probationis intellectum ſciendum, q perfectionum peruenientium in rebus a cauſa prima, aliud eſt quod peruenit ad omnia etiā uſque ad generabilia, & corruptibilia, ſ. eſſe, aliud autē eſt quod non peruenit ad effectus inquantum effectus ſunt, ſed ſolū quātum ad cauſas inquantū cauſæ ſunt, ſcilicet uirtus, vnde participatio uirtutis peruenit vſq; ad naturam quæ habet rationē principij. Aliud uero eſt quod peruenit uſq; ad animam intellectualem, ſ. ſcientia, quæ tñ in eminori modo eſt in anima quam in intelligentia. Nam intelligentiæ conuenit ſine motu inquantum apprahēdit intuitiue, animæ uero conuenit cum quodam motu quo ex uno procedit ad aliud. Sic igitur ad intelligentiam & animam K peruenit eſſe & uirtus & ſcientia ad naturam eſſe & uirtus ad generata eſſe tantū. Sic igitur cauſa prima eſt cauſa omnis ſciētiæ & uirtutis & totius eſſe: cōſequens igitē eſt ut ab ipſa oīa cauſentur. q autem ſit omnium bonum cauſa, probat per hoc q id quod eſt principiū & excellentiſſimum in unoquoq; ordine, eſt cauſa omniū cōſequētium in ordine illo ſed cauſa prima habet ſcientiam excellentiorem omni ſcientia & uirtutē excellentiorem omni uirtute & eſſe excellentius omni eſſe. Eſt igitur cauſa omnis ſcientiæ & uirtutis & eſſe: & ex hoc ſequitur q ſit creatrix & intelligentiæ & animæ & naturæ & reliquorū. Primo ergo manifeſtat de ſcientia, & dicit q ſciētia diuina non eſt ſicut ſciētia intelligētiæ quia ſciētia intelligētiæ eſt p participationē rei intellectæ, & multo minus eſt ſicut ſciētia animalis quæ nō ſolum eſt per participationē rei intellectæ: ſed per participationē luminis intellectualis ab intellectu mobiliter ſe habēs circa ſciētiā, immo ſcientia diuina eſt ſupra ſcientiā intelligentiæ, & ſupra ſcientiā animæ: quia immobiliter & abſq; omni participa- F tione intellectualis luminis vel rei intellectæ habet ſcientiā intellectualē eſſentialē per ſuam eſſentiā cognoſcens res. Et hoc ideo eſt quia ipſa eſt creatrix omnis ſciētiæ, vnde oportet q ſit cauſa ſcientiæ ſuperiorum: eodem autē proſequitur de uirtute, & dicit q uirtus diuina eſt ſupra omnē uirtutem intellectualem & animalem & naturalē, quia & intelligentia & anima & natura habent uirtutē participatā ab aliquo: ſicut uirtus cauſæ ſecundæ participatā a uirtute cauſæ primæ, q non eſt participata ab aliquo, ſed ipſa eſt cā ōis uirtutis. Similiter etiā proſequitur quantū ad eſſe, oſtēdens q cā prima hēt altiori mō eſſe q̄ alia. nā intelligētia habet ylcachim, ideſt aliquid materiale vel ad modū materię ſe habēs: dr̄ n. ylcachim ab yle qđ eſt materia, & quō hoc ſit, exponit ſubdēs qm̄ ylchachim eſſe & forma, quidditas n. & ſubſtantia ipſius intelligentiæ eſt quædam forma ſubſiſtens & immaterialis: ſed quia ipſa nō eſt ſuum eſſe, ſed eſt ſubſiſtens in eſſe participato, cōparatē ipſa H forma ſubſiſtens ad eſſe participatum ſicut potentia ad actū & ut materia ad formā. Et ſimiliter in anima eſt habens ylcachim: non ſolum ipſam formam ſubſiſtentem, ſed etiā ipſum corpus, cuius eſt forma. Similiter etiam natura eſt habēs ylchachim. quia corpus naturale eſt cōpoſitum ex materia & forma. Cauſa autē prima nullo modo habeat ylchachim: quia non habet eſſe participatum ſed ipſa eſt eſſe primum, & per cōſequēs bonitas pura quia unumquodq; inquantum eſt ens, eſt bonum: oportet autem q omne participatū deriuetur ab eo qui pure ſubſiſtit per eſſentiam ſuam. vnde relinquitur q eſſe intelligentię & omniū entium ſit a bonitate pura cauſæ primæ. Sic igitur patet ratio quare ſupra dixit quòd cauſa prima nō eſt intelligentia nec anima nec natura: quia eius ſcientia excedit ſcientiam intelligentiæ, & naturæ & animæ, & eius uirtus excedit omnem uirtutem, & eius eſſe omne eſſe. Secundo ibi.

c ¶ Excludit quandam obiectionem, poſſet enim aliquis dicere q ſi cauſa prima ſit eſſe tantum q ſit eſſe cōmune quod de omnibus poteſt prædicari: & q non ſit aliquid indiuidualiter ens I ab alijs diſtinctum, id enim quod eſt cōmune non indiuiduatē niſi per hoc q in alio recipitē. Cauſa autem prima eſt aliquid indiuidualē diſtinctum ab alijs alioquin non haberet operationem aliquam, vniuerſalium enim non eſt nec agere nec pati, ergo vr̄ quòd neceſſe ſit dicere cauſam primam habere ylcachim, ideſt aliquid eſſe recipiens. Sed ad hoc reſpondet q ipſa infinitas diuini eſſe inquantum ſcilicet non eſt terminatum per aliquod recipiens habet in cauſa prima uicem ylcachim quod eſt in alijs rebus. Et hoc ideo quia ſicut in alijs rebus ſit indiuiduatio rei communis receptæ per id quod eſt recipiens, ita diuina bonitas & eſſe indiuiduatur ex ipſa ſua puritate per hoc, ſcilicet quòd ipſa non eſt recepta in aliquo, & ex hoc quòd eſt ſic indiuiduata ſua puritate habet quòd poſſit influere bonitatem ſuper intelligentiam & alias res.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt q aliquid dr̄ indiuiduum ex boc q nō eſt natū eſſe in multis, quod pōt contingere dupliciter, K vno modo per hoc q eſt determinatum ad aliqd vnum in quo eſt, ſicut albedo per rationem ſuæ ſpeciei nata eſt eſſe in multis, & ſecundum hoc albedo quæ eſt recepta in hoc ſubiecto non poteſt eſſe niſi in hoc. Iſte autem modus non eſt procedere in infinitū, quia non eſt procedere in cauſis formalibus & materialibus in infinitum, ſicut probatur in 4. & in 1. Metaphy. vnde oportet deuenire ad aliquid quod non eſt natum recipi in aliquo, & ex hoc habet indiuiduationem, ſicut materia prima in rebus corporalibus quæ eſt principium ſingularitatis, vnde oportet quòd omne illud quod non eſt natum eſſe in aliquo ex hoc ipſo ſit indiuiduum. Et hic eſt ſecūdus modus quo aliquid non eſt natum eſſe in aliquo alio, quia ſcilicet non eſt natū eſſe in aliquo, ſicut ſi albedo eſſet ſeparata ſine ſubiecto exiſtēs, eſſet per hunc modum indiuidua, & hoc modo indiuiduatio eſt in ſubſtantijs ſeparatis quæ ſunt formæ habentes eſſe & in ipſa cauſa prima quæ eſt ipſum eſſe ſubſiſtens.

LECTIO X.

POſtquam auctor huius libri oſtendit qualiter ſcit intelligētia q̄ ſunt ſub ſe, & quod eſt ſupra ipſam, mō incipit oſtēdere qualiter intelligat alia a ſe pter cam primam. Et primo oſtē dit cōiter, qualiter cognoſcat alia a ſe; ſecundo ſpecialiter, quō cognoſcit res: ē pterea, ibi [Omnis intelligentia] primo ergo pręmittit tale ꝓpoſitum [Omnis intelligentia eſt ple. for. veruntamen ex intelligentiis ſunt q̄ cōtinēt formas plus vniuerſales, & ex eis ſunt q̄ continent formas minus vniuerſales.] Et hoc etiam inuenitur in li. Procli. 177. Propoſitione ſub his verbis, Oīs intellectus plenus eſt ſpecierū, hic quidem vniuerſaliorū, hic autem particulariorum in continuis continēs ſpecierum. Circa hanc propoſitionem duo oportet conſiderare, primo id quod eſt commune oībus intelligentiis vel intellectib. ſeparatis, ſ. plenitudo formarū vel intelligibilium ſpērū. Secundo, differentiā vniuerſalitatis & particularitatis in ipſis. Circa primū ergo conſiderandum eſt, ꝙ ſicut iam diximus ſupra, Platonici ponentes formas rerum ſeparatas, ſub harum formarum ordine ponebant ordinem intellectuum. Quia enim omnis cognitio fit per aſſimilationem intellectus ad rem intellectam, neceſſe erat quod intellectus ſeparati ad intelligendum participarent formas abſtractas. Et huiuſmodi participationes formarum ſunt ſpecies vel formę intelligibiles, de quibus hic dr̄. Sed quia ſecundum ſententiam Ari. quę circa hoc eſt magis conſona fidei Chriſtianę, non contingit ponere alias formas ſupra intellectuum ordinem, niſi ipſum bonum ſeparatum, ad quod totum vniuerſum ordinatur ſicut ad bonum extrinſecum, ut dicitur in 14. Meta. oportet nos dicere, ꝙ ſicut Platonici ponebant intellectus ſeparatos ex participatione diuerſarū ſpērū ſeparatarū diuerſas intelligibiles ſpēs conſeq. ita nos dicamus ꝙ conſequūtur huiuſmodi ſpēs intelligibiles ex participatione primę formę ſeparatę q̄ eſt bonitas prima quę eſt Deus, ipſe.n. Deus eſt pła bonitas, & ipsū eſſe in ſeipſo naturaliter cōphendēs omnium entium perfectiones. Nā ipſe ſolus per eſſentiam ſuam oīa cognoſcit abſque participatiōe formę alicuius. Inferiores uero intellectus cum eorum ſubſtantiæ ſint finitę, non pñt per ſuam eſſentiam omnia cognoſcere: ſed ad habendum rerum cognitionem, neceſſe eſt, ꝙ ex participatione cauſę primæ ſpeciebus intelligibilibus receptis intelligant, vt Dio. dicit 7. c. de Di. no. ꝙ ex ipſa ſapientia intelligibiles & intellectuales angelicarum virtutes ſimplices & bonos habent intellectus. Et eſt conſiderandum ſicut A g. dicit ſuper Gene. ad literam, ꝙ ſicut ex verbo Dei procedunt formæ in materiam corporalem ad rerum conſtitutionem, ita ab eodem, ſ. verbo in angelis fit rerum cognitio per huiuſmodi ſpecierum intelligibilium receptionem: quia & Platonici ponebant ſecundum participationem ydæarum, & intellectus ſeparatos res cognoſcere, & materiam corporalem ſecundum diuerſas ſpecies variari. Sed ſciendum eſt, ꝙ eadem diuerſitas participationis inuenitur in intellectibus, & in materia corporali, materia enim inferiorū corporum participat quidem formam aliquam ad eſſe ſpecificum: ſed tamen illa forma non repletur materiæ potentia, quę adhuc ad alias formas ſe extendit. Materia uero cœleſtiū corporum repletur forma quā participat, quia nō remanet in ea potentia ad aliam formam. Similiter etiam intellectus inferiores humani nō replentur intelligibilibus ſpeciebus. Sed a principio quidē intellectus potentialis humanus eſt ſicut tabula, in

LECTIO X.

OMnis intelligentia plena eſt formis: veruntamen ex intelligentiis, ſunt q̄ continent formas plus vniuerſales, & ex eis ſunt quæ continent formas minus vniuerſales. Quod eſt, quoniam formæ B quæ ſunt in intelligentiis ſecundis in inferiorib. per modū particularem, ſunt in intelligentiis primis p modum vniuerſalem: & formę quæ ſunt in intelligētiis primis p modum vniuerſalem, ſunt in intelligentiis ſecundis p modum particularem. & in primis intelligentiis eſt uirtus magna, qm̄ ſunt vehemētioris vnitatis q̄ intelligentiæ ſecūdæ vniuerſales inferiores: & in intelligentiis ſecūdis inferioribus, ſunt uirtutes debiles, quoniam ſūt minoris vnitatis pluris multiplicitatis. qd̄ eſt, qa intelligētiæ quæ ſunt propinquæ uni uero puro, ſunt maioris q̄titatis & maioris uirtutis: & intelligentiæ, quæ ſunt longinquiores ab uno puro, ſunt minoris quantitatis, & debilioris uirtutis. Et quia intelligētiæ propinquæ uni puro ſunt maioris q̄titatis, accidit inde, ut formæ q̄ procedunt ex intelligentiis primis, procedant proceſſione uniuerſali unita: & nos quidem abbreuiamus & dicimus ꝙ formæ B quæ ueniunt ex intelligentiis primis in ſecundis, ſunt debilioris proceſſionis & uehementioris, ſeparationis. Quapropter fit ꝙ intelligentiæ ſecundæ proiiciūt viſus ſuos ſuper uniuerſalem formam q̄ eſt in intelligentiis uniuerſalib. & diuidunt eam & ſeparant eam, quoniam ipſæ nō poſſunt recipere ipſas formas ſecundum uirtutem ſuam, & ſecundum certitudinem earum, niſi per modum ſecundum quē poſſunt recipere eas, ſcilicet per ſe- C parationem & diuiſionem. Et ſimiliter aliqua ex rebus non recipit quod eſt ſupra eam, niſi per modum ſecundum quem pōt recipere ipſum, non per modum ſecundum quem eſt res recepta.

A qua nihil eſt ſcriptum, ut dicitur in 3. de Anima. poſtmodū autem ordine quodam ſpecies recipit. nec tamē in hac uita repletur. Sed intellectus ſeparati ſtatim a principio ſunt repleti ſpēbus intelligibilib. ad cognoſcendum omnia, ad quæ ſe extendit naturalis facultas ipſorum, vnde Dio. dicit 4. c. de Diui. no. ꝙ intellectus ſupermūdani intelligūtur & illuminantur ſm̄ exiſtentium ratiōes. Et hoc ē quod hic dr̄, ꝙ intelligentia eſt plena formis, vel ſicut Proculus expreſſius dicit, eſt plenitudo formarum, q. ipſa intellectua raſad propriam naturam intelligentiæ uel intellectus ſeparati pertinet circa dēiā uniuerſalitatis, & particularitatis ſpērum intelligibiliū: hoc primo conſiderandum eſt, ꝙ ſicut hic dicitur & in libro Proculi ſuperiores habent formas magis vniuerſales, inferiores uero minus vniuerſales. Et hoc ēt Dionyſius dicit 12. c. Cæleſt. hierarchiæ, ubi dicit, ꝙ cherubin ordo, participat ſapientia, & cognitione vniuerſaliori: ſed iferiores ſubſtantiæ participant ſapientia, & ſciā particulariori. Quæ quidem vniuerſalitas & particularitas non eſt referenda ad res cognitas, ſicut aliqui male intellexerunt, exiſtimantes quod Deus non cognoſceret niſi uniuerſalem naturam entis. Cui conſequens eſſet quod in inferioribus intellectibus tanto vniuſcuiuſque cognitio magis in uniuerſali ſiſteret, quanto eſſet altior, puta ꝙ vnus intellectus cognoſceret ſolum naturam ſubſtantiæ. Inferior uero naturā corporis. Et ſic uſque ad indiuiduas ſpecies. Quæ quidem exiſtimatio D aperte continet falſitatem. Cognitio enim qua cognoſcitur aliquod ſolum in uniuerſali, eſt cognitio imperfecta, cognitio vero qua cognoſcitur aliquid in propria ſpē, eſt cognitio perfecta. Cognitio.n. ſpeciei includit cognitionem generis: ſed non econuerſo. Sequeretur igitur ꝙ quāto intellectus eēt ſuperior, tanto eſſet cognitio eius imperfectior. Eſt ergo hæc dña uniuerſalitatis & particularitatis attendenda ſolum ſecundum id per quod intellectus intelligit, quāto enim aliquis intellectus eſt ſuperior, tanto id quo intelligit eſt uniuerſalius. Ita tñ ꝙ in illo vniuerſali eius cognitio extendatur etiam ad propria cognita, multo magis quā cognitio inferioris intellectus, qui per aliqd magis particulare cognoſcit. Et hoc ēt experimento in nobis percipimus. Videmus.n. quod illi qui ſunt excellentioris intellectus ex paucioribus auditis vel cognitis totam virtutem alicuius quæſtionis vel negotii comprehendunt, quod alii groſſioris intellectus exiſtentes percipere non poſſunt, niſi manifeſtetur eis per ſingula, ratione quorum oportet frequenter inducere. Et ideo Deus cuius intellectus eſt excellētiſſimus uno E ſolo. ſ. eſſentia ſua omnia comprehendit, aliorum uero intellectuum ſeparatorum tanto unuſquiſque paucioribus ſpeciebus, & ad plura ſe extendentibus rerum notitiam habet, quanto eſt altior, ita quod intellectus humanus qui eſt infimus rerū ſciētiam habere non poteſt, niſi ſingulis ſpeciebus ſingularium rerum naturas cognoſcat. Natura vero corporalis & ſenſus corporeus omnino a participatione uniuerſali ſpecierum deficere inuenitur. hęc igitur differentia, quæ eſt ſecundum uniuerſalitatem & particularitatem ſpecierum eadem ponitur hic, & in Proculo, & eſt ſumpta ex effectu. Sicut enim intelligentiæ per intelligibiles formas cognoſcunt, ita & per intelligibiles formas ſuos effectus producunt, quia omnis intellectus intelligendo operatur, vt infra dicetur. Superiorum aūt intelligentiarum ſunt maiores virtutes. Et hoc ideo quia ſunt magis ſimplices & maioris quantitatis, i. cōpoſitionis, vtpote vni primo ꝓpinquiores: ergo oportet ꝙ virtutes operatiuæ ipſarū ad plu-

Tex. com. 5.

ra

ta ſe extendant. Et tamē ipſe dicit illæ ſint magis ſimplices. Et ex hoc apparet ꝙ formæ ſuperiorum intelligentiarū ſunt vniuerſaliores. Quō aūt formæ, quæ ſunt in ſuperiorib. intelligentiis vnitæ, multiplicent in intelligentiis, manifeſtat conſequenter, rōnem huius aſſignans, ſicut Proculus ex parte intelligentiarum inferiorum.

LECTIO XI.

OMnis intelligentia intelligit res ſempiternas, quæ non deſtruuntur: neque cadūt ſub tempore. Quod eſt, quoniā ſi intelligentia eſt ſemper, quæ non mouet, tunc ipſa eſt cauſa rebus ſempiternis, quæ nō deſtruūtur, nec permutant, neque cadunt ſub generatione & corruptione, quia intelligentia quidem non eſt ita, niſi quia intelligit rem per eſſe ſuum, & eſſe ſuū ſempiternū eſt, qđ nō corrumpitur. Cū ergo hoc ſit ita, dicimus quod res deſtructibi- G les ſunt ex corporeitate, ſ. ex cā corporea uel temporali, nō ex cauſa intellectuali ęterna.

Intelligentiæ n. inferiores conſequuntur intelligibiles ſpecies ex ſuperiorib. intelligētiis, quodāmodo ad eas reſpiciendo: quia intelligentia, ſicut oē qđ agit, intelligēdo agit: ita oē quod recipit, intelligibiliter recipit, ſecundū modum, ſ. propriæ naturæ. Et q a natura inferioris intelligentiæ non eſt tantæ ſimplicitatis, & vnitatis, quantæ natura ſuperioris intelligentiæ, ideo nec formæ intelligibiles recipiuntur in intelligentia inferiori in illa unitate, in qua ſunt in ſuperioribus intelligentiis. Et propter hoc formæ intelligibiles magis multiplicantur in inferioribus intelligentiis, quam in ſuperioribus, ita ꝙ ea quæ intelliguntur a ſuperiori intelligētia per vnam ſpeciem intelligibilem, inferior intelligentia intelligit per plures. Sed quia ſicut dictum eſt, intelligentia quicquid operatur, intelligendo operatur, ſic intelligendo recipit quod recipit: poteſt ratio huius multiplicationis ſpecierum aſſignari non ſolum ex parte intelligentiæ recipientis: ſed etiam ex parte intelligentiæ imprimentis. Cuius prouiſione multiplicantur ſpecies in inferiori intelligentia ſecundum ſuam capacitatem. Vnde Dion. c. 1. de Diu. nom. Vnaquæque eſſentia intellectualis donatam ſibi a diuiniore vniformem intelligentiam prouida uirtute diuidit, & multiplicat ad inferioris ductionem analogiam, id. ſ. ſecundum proportionem inferioris ſubſtantiæ.

LECTIO XI.

OStenſo quomodo intelligentia intelligat alia a ſe quia per formas intelligibiles, quibus eſt plena, hic ſpecialiter agitur de cognitione qua intelligentia cognoſcit res æternas. Et primo oſtenditur ꝙ cognoſcit res æternas, ſiue incorruptibiles. Secundo oſtendit modum quo eas cognoſcit, ibi, [Primorum omnium quædam ſunt &c.] Circa primum proponit talem propoſitionem. Omnis intelligentia intelligit res ſempiternas, quę non deſtruuntur, neque cadunt ſub tēpore, per res ſempiternas intelligit, quæ ſunt ſupra tēpus & motum, ut expoſitū eſt in ſecunda Propoſitione. Signanter aūt dicit, [Quæ nō deſtruuntur, neque ea ſunt ſub tempore.] Quædam.n. cadunt ſub tempore, quæ tamē nō deſtruuntur, ſicut motus cœli: qui cum tempore menſuretur, non deſtruetur, nec ceſſabit ſecundum Philoſophorum poſitionem. Videtur ergo ſm ſuperficiem, intellectus huius propoſitionis eē, ꝙ intelligentia nō cognoſcat res corruptibiles, & cadentes ſub tempore: ſed ſolū res incorruptibiles ſupra tempus exiſtentes. Sed ꝙ nō ſit hic intellectus propoſitionis, patet ex propoſitione quæ ſubditur, in qua non probatur ꝙ intelligentia cognoſcat ſempiterna, & non corruptibilia: ſed ꝙ non cauſet immediate, niſi ſempiterna. Vnde exponendum eſt. Omnis intelligentia intelligit, i. intelligendo cauſat res ſempiternas. Et hoc patet ex libro Proculi, qui ad hoc inducit duas ꝓpoſitiones, quarum una eſt 172. Omnis intellectus perpetuorum eſt proximè & intranſmutabilium ſm ſubſtantiam ſubſtitutiuus. Alia eſt 174. Omnis intellectus intelligendo inſtituit, quæ poſt ipſum. Ex quib. duabus propoſitionibus Auctor huius libri conflauit unam, & dū breuitati ſtuduit, obſcuritatem induxit. Probat autē ſub hoc ſenſu hanc propoſitionem eo modo quo & Proculus, & in hac probatione duo facit. Primo.n. oſtendit quod intellectus nō producit immediate res corruptibiles, uel cadētes ſub tpe: ſed ſolum res ſempiternas. Secundo unde ueniat corruptibilitas in rebus. Primum autem oſtendit ſic. Intelligentia ꝓducit ſuum effectum ſm ſuum eſſe. Et hoc ideo, quia ſuum intelligere eſt ſibi connaturale. Nihil autem producit, niſi intelligendo, ut ſupra manifeſtauimus. Vñ relinquitur quod quicquid producit, producat per ſuum eſſe. Sed eſſe intelligentię eſt incorruptibile & ſupra tpſ, æternitati parificatum, ut in ſecunda Propoſitione habitum eſt, ergo immediatus intelligentiæ effectus eſt ſempiternus, nō cadens ſub corruptione, uel tpe. Secundū aūt manifeſtat dicens, quod cū intelligētia immediate nō cauſet res corruptibiles, ſequitꝰ ꝙ res corruptibiles nō ſunt immediate ab intelligētia: ſed ſunt ab aliqua cauſa corporea te-

F porali. Nam corruptio & generatio in his inferioribus in reb. cãtur per motum cœli: ipſe autem motus cœli nō eſt immediate ab intelligētia, ſed ab anima, ſicut ſupra dictum eſt in tertia Propoſitione. Si quis autem hunc proceſſum reducere velit ad intellectum qui ſuperficialiter ex propoſitione apparet, poterit dicere ulterius ꝙ res corruptibiles cognoſcuntur ab intelligentia ut ſempiternæ. Sunt.n. in intelligentia ſicut nō materialiter, quāuis in ſe ſint materiales: ita nec temporaliter, ſed ſempiternæ. ꝙ manifeſtatur per effectū: quia immediatus effectus intelligentię eſt ſempiternꝰ. Id.n. quo intelligentia cognoſcit, eſt principium factiuum in ipſa, ſicut & artifex per formam artis operatur. Hęc autem probatio quæ hic inducitur, & ſi a quibuſdam Philoſophis concedatur, non tamen neceſſitatem habet. Hac enim probatione ſuſcepta, multa fundamenta catholicæ fidei tollerentur. Sequeretur enim quod angeli nihil de nouo in his inferioribus immediate facere poſſent. Et multo minus Deus: qui non ſolum eſt ęternus, ſed ante ęternitatem, ut ſupra dictum eſt. Et ſequeretur ulterius, mundum ſemper fuiſſe. Hęc enim uidetur eſſe efficaciſſima rō ponentium æternitatem mundi quæ ſumitur ex immobilitate factoris. Non enim uidetur poſſe contingere quod aliquod agens nūc incipiat operari cum prius non operatus fuerit ſi omnino immobiliter ſe habeat, niſi forte aliqua exteriori mutatione præ-
H ſuppoſita, quia ut Auer. in 8. Phyſi. comm. proſequitur. Si aliquod agens uolūtarium uult aliquid facere poſt & non prius, ad minus oportet quod imaginetur tempus qđ eſt numerus motus. Et ideo concludit impoſſibile eſſe quod ex uoluntate immobili & æterna proueniat effectus nouus, niſi præſuppoſito motu. Et quia hæc uidetur eſſe efficacior ratio qua utuntur ad probandum æternitatem mundi, diligenter eſt huius rationis ſolutio attendenda. Conſiderandum eſt igitur aliter loquendum eſſe de agente quod producit aliquid in tempore, atque aliter de agente quod producit tempus ſimul cum re, quę in tempore producitur. Cum enim aliquid in tempore producit, oportet accipere aliquam proportionem ad tempus, uel ſolū eius quod producitur, uel etiam producentis ipſius, quoniam actio eſt in tempore non ſolum ex parte eius quod agitur, ſed etiam ex parte agentis. In tempore enim eſt aliquid ſecundū quod eſt in motu, cuius numerus tempus eſt. Quando igitur
I aliqua mutatio inuenitur ex parte eius quod agitur uel ex parte agentis: tunc actio ſecundum utrunque eſt in tempore, puta cū aliquis alteratus a frigore, ignem de nouo accendit ad frigus pellendum. Hoc aūt non ſemper contingit. Eſt.n. aliquid cuius ſubſtātia non eſt in tēpore, ſed operatio in tēpore eſt, ut infra dicetur. Huius ergo agens abſque aliqua ſui mutatione effectū producit in tēpore, qui prius non fuerat. Et ſic ēt Deus aliquid poteſt producere in tēpore de nouo quod prius non fuerat ſm certam proportionē huius effectus ad hoc tempus, ſicut contingit in omnib. miraculoſis effectib. qui fiunt immediate a Deo. Nec obſtat quod dicitur, quod producit per ſuū eē, quia ſuū eſſe eſt ſuū intelligere. Et ſicut ſuū eſſe eſt vnū, intelligit tñ multa, & ꝓpter hoc poteſt multa producere; quāuis eius intelligere vnum & ſimplex remaneat, ita quāuis ſit eſſe ſuum æternū & immobile poteſt tamen intelligere aliqđ eſſe tem-
K porale & mobile. Et ideo, & ſi ſuū intelligere ſit ſempiternum, per ipſum tamen producere poteſt effectū nouum in tēpore. Cuius indicium aliqualiter in nobis apparet. Poteſt.n. homo uoluntate immobili permanente, opus ſuum in futurū differre, ut faciat id determinato tpe. Sed ſi tu dicas, ꝙ quoties hoc contingit, oportet præintelligere alium motum, ex quo contingat, ꝙ aliqđ prius non fuerit conueniens fieri, poſtmodum iudicat ut conueniens ad fiendum, ad minus ipſum tēporis decurſum, q ſine motu intelligi non pōt, dicemus hoc quidem uerum eſſe in particularib. Dei effectib. quos in tempore operatur. Quia.n. Lazarum ſuſcitauit quarta die & non prius, habito reſpectu ad aliquarum rerum mutationem præcedētem hoc fecit. Sed in uniuerſi productione hoc locum non habet, quia ſimul cum mundo temporis & motus productio fuit: nec fuit aliquod tpſ præcedēs motus, ad quem oporteat nouitatem huius effectus proportionari, ſed ſolum ad rōnem facientis, prout intellexit & uoluit hūc effectū ab æterno non fore, ſed incipere poſt non eſſe. Sic enim tpſ eſt menſura operationis uel motus, ſicut dimenſio eſt menſura magnitudinis corporalis. Si igitur quæramus de aliquo particulari corpore, puta de terra, quare iſta hos magnitudinis terminos coerceat,

pertur, & non extenditur vltra, poteſt eius ratio eſſe ex proportione ipſius ad totum mundum. Sed ſi rurſum quæramus de tota corporum vniuerſitate, quare de hac determinate magnitudinis terminus non excedat, non poteſt huius ratio eſſe ex proportione eius ad aliquam magnitudinem aliam: ſed vel oportet dicere magnitudinem corporalem eſſe infinitam, ſicut antiqui naturales poſuerunt: vel oportet huius determinatæ magnitudinis rõnes accipi ex ſola intelligentia, & voluntate facientis. Sic igitur ab infinito Deus finitũ vniuerſum produxit ſecundum ſuæ ſapiẽtiæ rationem. Ita æternus Deus potuit nouum mundũ producere ſecundum eandem ſapientiæ rationem.

LECTIO XII.

PRimorum omnium quædã ſunt in quibuſdam per modum quo licet ut ſit unum eorum in alio. Quod eſt, quia animi eſſe ſunt & uita & intelligentia, & uita ſunt eſſe & intelligẽtia, & intelligentia ſunt eſſe & uita. Veruntamen eſſe, & uita in intelligentia ſunt duæ intelligentiæ: & eſſe, & intelligentia in uita, ſunt duę uitæ: & intelligentia & uita in eſſe, ſunt duo eſſe. Et illud quidem nõ eſt ita: niſi quia unumquodq; primorum aut eſt cauſa, aut cauſatũ. Cauſatum ergo in cauſa eſt per modũ cauſæ, & cauſa in cauſato per modum cauſati. Nos qdem abbreuiamus & dicimus, quod res agens in rem per modum cauſę non eſt in ea niſi p modum qui eſt cauſa eis. Sicut ſenſus in animali per modum animalẽ, & anima in intelligentia p modũ intelligibilem: & intelligẽtia in eſſe, per modum eſſentialem, & eſſe primum in intelligentia, per modum intelligibilem, & intelligentia in anima, per modum animalem, anima in ſenſu, per modum ſenſibilem. Redeamus ergo & dicamus, quod ſenſus in anima & intelligentia in cauſa prima, ſunt per modos ſimiles, & B diuerſos, ſicut oſtendimus.

LECTIO XIII.

POſtquam oſtẽdit q intelligẽtiæ intelligunt res ſempiternas, hic inducit propoſitionẽ ad manifeſtandum, qualiter intelligentiæ q̃ ſunt res ſempiternæ, mutuo ſe intelligãt. Per hoc autem aliquid intelligitur quod eſt in intelligente. Et iõ oportet in hac propoſitione declarare, quomodo vnum de entibus ſuperioribus ſit in alio. Et eſt ꝓpoſitio talis. Primorum omnium, ſũt quædam in quibuſdam per modum, quo licet vt ſit vnum eorum in alio. Hæc etiam propoſitio proponitur 103. in lib. Proculi ſub his verbis, Omnia in omnibus, proprie autem in vnoquoque. Idem autem eſt q Proculus dicit, proprie autem in vnoquoque & quod hic dr̃ p modum quo licet ut ſit vnum eorum in alio Vtrobique n. ſignatur, q vnum eſt in alio ſecundum conuenientem modum ei in quo eſt. Sed a Proculo quidem inducitur hęc propoſitio ſecundum poſitiones Platonicas, quibus ponuntur formæ ſeparatæ ſubſiſtentes, quarum (ut ſupra dictũ eſt) una tanto eſt alios, q̃to eſt vniuerſalior, & ad plura ſuam participationem extendens. Et ſecundum hoc, ipſum eſſe eſt ſuperius quam in ipſa uita. Et hæc quam ipſe intellectus. Et ideo hic, Proculus hoc determinans, in ſua propoſitione addit. Etenim in ente uita, & intellectus, & in uita eſſe & intelligere, & intellectus eſſe & uiuere. Et ſic & vr̃ Auctor huius libri loqui hm̃oi ſeparata prima nominans. Subdit. n. quaſi exponens, quod eſt quia in eſſe ſunt uita & intelligentia, & uita ſunt eſſe & intelligentia, & in intelligẽtia ſunt eſſe uita, quod eſt omnino idem cum uerbis Proculi. Addit autem Proculus in ſua propoſitione expoſitionem modi quo unũ horũ ſit in alio dicens Sed alicubi quidem intellectualiter, alicubi aũt uitaliter, alicubi uero enter. i. p modum entis entia omnia. q.d. q omnia tria prædicta ſunt in intellectu intellectualiter, in uita uniuerſaliter, in eſſe eſſentialiter. Sed hoc q ponitur loco huius in hoc libro, vr̃ eſſe corruptum, & malum intellectum hẽre. Sequitur. n. Veruntamẽ eſſe & uita in intelligentia ſunt duæ intelligentiæ. Debet. n. intelligi quod iſta duo. ſ. eſſe & uita ſunt in intelligẽtia intellectualiter, & eſſe & intelligentia in uita ſunt duæ uitæ, i. ambo ſunt in uita uniuerſaliter, & intelligẽtia & uita ſunt duo eſſe. i. ambo ſũt in ipſo eſſe eſſentialiter. Si aũt intelligatur ſm q uerba ſonant falſũ cõtinent intellectũ. Viuere. n. uiuentis eſt ipſum eſſe eius,
Te. com. 37. ut dr̃ in ſecundo de Anima, & ipſum intelligere primi intelli-
Te. com. 19. gentis eſt uita eius & eſſe ipſius, ut in 12. Met. dr̃. Vnde & hoc Proculus excludẽs dicit, q eſſe intellectus eſt cognitiuũ & uita eius eſt cognitio. Alioqn ſequeretur incõueniẽs qđ Ariſt. inducit in 3. Met. cõtra Platonicos, q. ſ. Socr. eſſet tria animalia, quia & ipſe eſt aial & de eo pdicatur idea animalis communis quã participat, & ſimiliter idea hominis quæ idea eſt animal. Sequitur enim, q unumquodque iſtorũ triũ eſſet non unũ, ſed multa.

A Apponit aũt Proculus probationem manifeſtam ad ea, quæ dicta ſunt, diſtinguens quod tripliciter aliquid de aliquo dr̃. Vno modo cauſaliter, ſicut calor de ſole. Alio modo eſſentialiter, ſiue naturaliter, ſicut calor de igne. Tertio mõ ſm quandam poſthabitationem, i. conſecutionem, ſiue participationẽ, qñ. i. aliquid nõ plene habetur, ſed poſteriori modo, & particulariter. Sicut calor inuenitur in corporibus eſſentialitas non in ea plenitudine ſm quam eſt in igne. Sic ergo illud quod eſt eſſentialiter in primo, eſt participatiue in ſecundo & tertio: quod autem eſt eſſentialiter in ſecundo, eſt in primo quidem cauſaliter, & in ultimo participatiue. Quod uero eſt in tertio eſſentialiter, & cauſaliter in primo, & in ſecundo. Et per hũc modum, omnia ſunt in oĩbus. Sed q2 Auctor huius libri non uidetur ponere formas ſeparatas, quod hoc dicitur eſſe, & vitam & intelligentiam in ternuice eſſe, eſt intelligendũ: ſed quod inuenitur in habentibus eſſe viuere, & intelligere: quia in ipſo eſſe ſm propriam rõnem inuenitur, cauſaliter uiuere, & intelligere, ſecundum illum modum quo in prima Propoſitione dictum eſt, q eſſe eſt cauſa prima, viuere & intelligere poſteriores cauſæ. Non tamen ita eſt intelligendum ſicut uerba ſonant, q intelligentia, & uita ſint in ipſo eſſe duo eſſe. Sed quia hęc duo prout ſunt in ipſo eſſe, non ſunt aliud quam eſſe, & ſimiliter eſſe prout eſt in uita, eſt ipſa uita, cum uita nihil addat ſupra eſſe, niſi determinatum modum eſſendi, ſeu determinatam naturam entis. Et idem intelligendum eſt in aliis cõparationibus, ſecundum quas unum iſtorum dicitur eſſe in alio. Sed quia ſecundum intellectum huius Auctoris hæc tria D non ſunt quædam res ſubſiſtentes, ſicut dictum eſt, conſequenter applicat iſtam propoſitionem ad res, quæ per ſe ſubſiſtunt, quæ ſunt eſſe primum quod eſt Deus, intelligentia, anima intellectiua, & anima ſenſitiua. Et dicit quod hoc modo cauſa eſt in effectu, & econuerſo ſecundum q cauſa agit in effectũ, & effectus recipit actionem cauſæ. Cauſa autem agit in effectum per modum ipſius cauſæ: effectus autem recipit actionem cauſæ per modum ſuum: vnde oportet q cauſa ſit in effectu per modum effectus, & effectus ſit in cauſa per modum cauſæ: ergo ea quæ ſunt in ſenſu ſenſibiliter, ſunt in anima intellectiua per modum ei conuenientem. Et ea quæ ſunt in anima per modum animalem, ſunt in intellectu per modum proprium, & quæ ſunt in intelligentia intelligibiliter, ſunt in cauſa prima eſſentialiter ſecundum modum ſuum: & econuerſo priora ſunt in poſterioribus ſecundum modum poſteriorũ. Ex quo accipi poteſt qualiter intelligentiæ ſeinuicem intelligãt, & cauſam primam. Vnaquæque. n. intelligit aliam ſm q alia E eſt in ipſa per modum eius in quo eſt; quia etiam in ſuperioribus ſunt inferiores ſecundum quaſdam excellentiores ſimilitudines ſeu ſpecies: ſuperiores uero in inferioribus ſecundum quaſdam deficientiores ſimilitudines & ſpecies.

LECTIO XIII.

OMnis intelligentia intelligit eſſentiam ſuã. Quod eſt, quia intellectus, & intellectum ſunt ſimul. Cum enim intelligentia eſt intellectum, & intelligens, tunc proculdubio uidet eſſentiam ſuam. Et quando uidet eſſentiã ſuã, ſcit & intelligit per intelligẽtiam eſſentiam ſuam. Et quando ſcit eſſentiam ſuam, ſcit reliquas res, quę C ſunt ſub ea, quoniã ſunt ex ea. Verũtamen in ea ſunt per modum intelligibilem, ergo intelligentia, & res intellectæ ſunt unum. Quod eſt, quia ſi res in-

LECTIO XIII.

OStenſo, quomodo intelligentia intelligat alia a ſe, nunc ad oſtendendum quomodo intelligat ſeipſam inducitur hæc propoſitio, quæ etiam inuenitur 16. in lib. Proculi ſub his verbis. Omnis intellectus ſeipſum intelligit. Sed huius propoſitionis & probationis, eius intellectum oportet nos accipere ex his quæ Proculus dicit. Vt enim ſupra dictũ eſt ſm opiniones Platonicas, ordo intellectuum ponitur ſub ordine formarum ſeparatarum, ex quarum participatione ſunt intelligentes in actu. Vnde formæ ſeparatæ cõparantur ad eos ſicut

intel-

intelligibile ad intellectum. Sicut autem aliarum rerum ponebant quaſdam ideas:ita & ipſorum intellectuũ ponebant quandam ideam quam vocabãt primum intellectum. Iſte ergo intellectus idealis,inquãtum eſt intellectus,intelligit.& inquantũ eſt forma idealis,eſt forma intellecta. Sic igitur in eo vnitur omnino intellectus, & intellectũ. Et per hoc perfecte ſeipſum intelligit: quia eſſentia ſua totaliter eſt intelligibile, non ſolũ intelligens. Oĩs aũt intellectus ſm Platonicos hẽt intellectũ participatũ.Sed ſuperiores intellectus participant ipſũ intellectum perfectiꝰ. Vnde participãt ipſum non ſolũ ꝙ ſint intellectus:ſed ẽt ꝙ ſint intelligibiles & quodammõ formales intellectus. Sic igitur coniungit in eis ſm eorũ ſubſtãtiam quodãmodo intellectus & itellectũ. Et ideo ẽt ipſi intelligunt ſuam eſſentiã. Sed diuerſimode a primo intellectu. Nam primus intellectus idealis nõ participat aliquam priorem formã intellectualitatis. Sed ipſemet eſt prima forma intellectualitatis. Vnde ſuũ intelligibile nõ eſt aliud quam ipſe. Poſteriores vero intellectus ſic habẽt de forma intelligibilitatis in ſua ſubſtãtia,ꝙ tñ illud deriuatur a ſuperiori intellectu ideali. Sic ergo intelligunt eſſentiam ſuum, ꝙ ẽt intelligunt ſuperiorem intellectum quem participãt. Et hoc eſt qđ Proculus dicit in prędicta propoſitione Sed prius,quod ſeipſum ſolũ, & unum ſecundum numerum in hoc intellectus, & intelligibile. Vnuſquiſque autem conſequentium ſeipſum ſimul, & quæ ante ipſum & intelligibile huic, hoc quidem eſt quod eſt,hoc autem a quo eſt. Sed quia ſecundum ſententiã Ariſt. quæ in hoc magis inchoatæ doctrinæ concordat, non ponimus multas formas ſupra intellectus, ſed vnam ſolam. quæ eſt cauſa prima,oportet dicere ꝙ ſicut ipſa eſt ipſum eſſe: ita eſt ipſa vita,& ipſe intellectus primus.Vnde & Ariſt.in 12.Meta. probat quod intelligit ſeipſum tñ, non ita quod deſit ei cognitio aliarum rerũ:ſed intellectus eius nõ informatur ad intelligendum alia ſpecie intelligibili,niſi ſeipſo. Sic igiť ſuperiores intellectus ſeparati tanq̃ ei propinqui,intelligunt ſeipſos:& per eſſentiam ſuam & participationem ſuperioris naturæ. Et ideo ad probandum hanc propoſitionem, primo hic inducitur, ꝙ intellectus & intellectum in intellectib.ſeparatis ſunt ſimul, inquantum,ſ. ſm ſubam ſuam non ſolum ſunt intellectus,ſed intelligibiles, vtpote ꝓpinquiſſime participantes primum intellectum.Vnde concludit quod intelligẽtia intelligit eſſentiam ſuam.Et quia eſſentia ſua eſt eſſentia intelligentiæ: ſequitur quod intelligẽdo ſuam eſſentiam intelligit ſe intelligere ſuam eſſentiam.Conſequenter autem oſtendit qđo per hoc quod intelligit eſſentiam ſuam intelligit alia. Habetur enim ex præmiſſa ꝓpoſitione, quod omnes aliæ res ſunt in intelligentia per modum intelligibilem. Et ita ſunt unum intelligentia & res intellectæ, ſecundum quod in intelligentia: & ideo quando intelligit eſſentiam ſuam, intelligit res alias. Et eadem ratione quandocunque intelligentia intelligit res alias,intelligit ſeipſam. Sed vtrum hęc conueniant animæ intellectuali,inferius conſiderabimus.

12. com. 18.

F

tellectæ, & intelligentia ſunt vnum,& intelligentia ſcit eſſentiam ſuam. Tunc proculdubio quãdo ſcit eſſentiam ſuam, ſcit reliquas res, & quando ſcit reliquas res, ſcit eſſentiam ſuam. Et quando ſcit reliquas res: tũc ipſa non ſcit eas, niſi quia ſunt intellectæ, ergo intelligẽtia ſcit eſſentiam ſuam, & ſcit res intellectas ſimul, ſicut oſtendimus. G

LECTIO XIIII.

IN omni anima res ſenſibiles ſunt per hoc, ꝙ ſunt exemplum ei, & res intelligibiles in ea ſunt,quia ſcit eas; & non facta eſt ita, niſi quia eſt expanſa inter res intelligibiles,quæ non mouentur, & inter res ſenſibiles,quæ mouentur. Et quia anima ſic eſt, ſit quod imprimit res corporeas. Quapropter facta eſt cauſa corporum,& facta eſt cauſata ab intelligentia, quæ fuit ante ipſam. Res igitur quę imprimuntur ab anima, ſunt in anima per intentionem exẽpli, ſcilicet quia res ſenſibiles exemplificantur ſecundum exemplum animæ. Et res quæ cadunt ſupra animam, ſunt in anima per modum acquiſitũ. Cũ ergo hoc ſit ita, redeamus & dicamus,ꝙ res ſenſibiles omnes in anima ſunt per modum cauſæ ſuę. Propter quod anima eſt ſicut cauſa exemplaris. Et intelligo per animã uirtutem agentem res ſenſibiles. Veruntamen uirtus efficiens in anima G non eſt materialis,& uirtus corporea in anima eſt ſpiritualis,& uirtus imprimẽs in rebus habẽtib. dimenſiones eſt ſine dimenſione corpea. Res aũt ĩtelligibiles in aĩa ſunt ꝑ modũ accidẽtalem,ſ. quia res ĩtelligibiles quæ non diuiduntur, ſunt in anima per modum diuiſibilem: ergo res intelligibiles unitè ſunt in anima per modum qui multiplicatur, & res intelligibiles q̃ non mouentur, ſunt in aĩa per modum motus. Iam ergo oſtẽ H ſum eſt,quod res intelligibiles, & ſenſibiles ſunt in anima. Veruntamen res ſenſibiles corporeę motæ,ſunt in anima ꝑ modum animalem unitum, & ſpiritualem res intelligibiles unitę quieſcentes ſunt in anima per modum qui multiplicat motũ.

LECTIO XIIII.

POſtquam determinauit de cauſa prima & intelligentia, hic determinat de anima. Et primo determinat de ea ſecundum habitudinem quam habet ad res alias. Secũdo determinat de ea ſecũdum ſeipſam,ibi. [Omnis ſciens,&c.]

F Circa primum ponit talem propoſitionem. In omni anima res ſenſibiles ſunt per hoc quod eſt exemplum ei,& res intelligibiles in ea ſunt,quia ſcit eas. Ad intellectum autem huius propoſitionis uideamus id quod ſcribitur in libro Proculi circa hoc. Ponitur enim ibidem 195. Propoſitio totaliter. Omnis anima eſt omnes res, exemplariter quidem ſenſibilia,iconice autem intelligibilia. Et dr̃ iconice per modũ imaginis, imago.n. eſt quod fit ad ſimilitudinem alterius: ſicut exemplar eſt id, ad cuius ſimilitudinem fit aliud. Hęc autem propoſitio probatur tam in hoc q̃ in libr. Proculi hoc modo. Anima enim (ut habitum eſt in ſecũda propoſitione) media eſt inter res intelligibiles quæ ſunt animæ ſeparatæ a motu, & per hoc participantur æternitate:& inter res ſenſibiles quę mouentur, etiam & cadunt ſub tẽpore. Et quia priora ſunt cauſa poſteriorũ, oportet quod anima ſit cauſa corporum:& intelligentia ſit cauſa animæ per modum ſupra expoſitum. Manifeſtum eſt autẽ, quod oportet effectus præexiſtere in cauſis exemplariter: quia cauſæ producunt effectus ſecundum ſuam ſimilitudinem:& cauſata habent imaginẽ ſuarum cauſarum,vt dicit Dyon. 2.cap. de Diu. nom. Sic igitur res ſenſibiles quæ cauſantur ex anima, ſunt in anima per modum eſſe. Ita .ſ. quod huiuſmodi res quæ ſunt infra animam, cauſantur ad exemplum & ſimilitudinem animæ. Res autem quæ ſunt ſupra animam,ſunt in anima per modum acquiſitum, ideſt per quandam participationem, ita.ſ. quod comparantur ad animam ſicut exemplaria, & anima ad ipſas quodammodo ſicut imago. Sic igitur patet,quod ſenſibilia præexiſtunt in anima virtualiter,quæ quodammodo eſt exemplar effectuum. Exponit autem conſequenter,de qua anima intelligat,dicens. Intelligo per animam uirtutem agentem res ſenſibiles. Secũdum illos enim qui ponunt corpora cœleſtia animata, anima cœlĩ eſt cauſa omnium corporum,ſicut inferiorum animarum unaquæque eſt cauſa proprii corporis. Nulla ergo inferiorum aĩa habet cauſalitatem reſpectu ſenſibilium,& ideo ſenſibilia non fuerunt in ea per modum cauſæ,ſed ſolum in anima cœli quæ ſupra ſenſibilia habet uniuerſalem cauſalitatem. Et hanc hic appellat uirtutem agentem res ſenſibiles. Vnaquęque uero animarum quę ſunt hic,habet quidem cauſalitatem reſpectu proprii corporis:ſed non cauſat ipſum neque per ſenſum neque ꝑ intellectum. Vnde non pręhabet ſui corporis intelligibiles, & exemplares rationes. Cauſat autem ipſum per uirtutem natu- K ralem. Vnde & in ſecũdo de Anima dr̃,quod anima eſt efficiẽs corporis cauſa. Tale aũt agens non agit per aliquam rationem exemplarem propriꝫ:niſi ipſam naturam per quam agit,dicamus exemplar effectus qui ad eius ſimilitudinem producitur aliquo modo.& per hunc modum in natura animæ uirtute pręexiſtunt omnes partes ſenſibiles ſui corporis. Coaptantur.n.potentiis animæ:quæ ex eius natura procedit. Et quamuis res ſenſibiles ſint in anima quæ eſt cauſa earum,non tamen ſunt in ea per modum quo ſunt in ſeipſis. Nam uirtus animę eſt immaterialis,quamuis ſit cauſa materialium,& eſt ſpũalis,quamuis ſit cauſa corporum,& eſt ſine dimenſione corporea,quamuis ſit cauſa rerum habentium dimenſionem. Et quia effectus ſunt in cauſa ſecundum uirtutem cauſæ,oportet ꝙ corpora ſenſibilia ſint in aĩa,indiuiſibiliter & immaterialiter & incorporaliter. Et ſicut res inferiores anima ſunt in ea altiori modo quam in ſeipſis,ita res ſuperiores, ſ. intelligentiæ ſunt in anima inferiori modo.

modo q in ſeipſis iconice, uel per modũ imaginis, vt Proc. dicit, loco cuius hic dr per modũ accidẽtis, i. p quendã inferiorẽ modũ participationis, ita ſ. q res intelligibiles, q̃ ſunt i ſeipſis indiuiſæ, & unitæ & immobiles, ſunt i aïa diuiſibiliter, multiplicitet, & mobiliter per cõparationẽ ad intelligentiã. Sũt n. ad hoc proportionatæ, ut ſint cauſæ multitudinis & diuiſionis & mot' rerũ ſenſibiliũ. Vel dicit, res mobiles p modũ motus, quia ſm Platonicos aïæ propriũ ẽ, q ſit mouẽs ſeipſam, ſm Ariſt. autem eſt principiũ motus rei mouentis ſeipſam. Vltimo autem epilogando cõcludit propoſitum, & eſt manifeſtũ ex præmiſſis. Et ex his quæ dicta ſunt apparere poteſt qualiter ſuperiores aïæ celorum, ſi cæli ſũt aïati, poſſunt cognoſcere ſenſibilia & intelligibilia. Sic. n. cognoſcunt ea ſm q ſunt in eis.

LECTIO XV.

OMnis ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam, eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa. Quod eſt, quia ſcientia nõ eſt niſi actio intelligentis. Cum ergo ſcit ſciens ſuam eſſentiam, tunc redit per operationem ſuã intelligibilem ad eſſentiam ſuã. Et hoc non eſt ita, niſi quia ſciẽs & ſcitum ſunt res una, quoniam ſcientia ſcientis eſſentiam ſuam, eſt ex eo ad eum, quia eſt ſciens eſſentiam ſuam, & ad eum quia eſt ſcitum. Quod eſt, quia propterea quod ſcientia eſt ſciẽtia ſciẽtis, & ſciẽs ſcit eſſentiam ſuam, eſt eius operatio rediens ad eſſentiam ſuam, ergo ſubſtantia eius eſt rediens ad eſſentiam ſuam iterum. Et non ſignifico per reditionem ſubſtantiæ ad eſſentiam ſuam iterum, niſi quia eſt ſtans fixa per ſe, non indigens in ſui fixione & ſua eſſentia re alia regente ipſam, quoniam eſt ſubſtantia ſimplex ſufficiens ſibi per ſeipſam.

LECTIO XV.

OStẽſo qualiter anima ſe habeat ad alia, hic oñdit qualiter ſe habeat ad ſeipſam. Et proponitur talis ꝓpoſitio. Oïs ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam: eſt rediẽs ad eſſentiã ſuam reditione cõpleta. Et ad huius propõnis intellectum, conſiderãdę ſunt q̃dam propõnes quæ in lib. Proculi ponuntur, quarum una eſt 3 lib. eius quæ talis eſt. Omne quod ad ſeipſum conuerſiuum eſt, incorporeum eſt. Et hanc propõnem ſupra manifeſtauimus in 7 propoſitione li. huius. Secundam propõnem ſumamus, quæ eſt 16. li. Proculi, quę talis eſt. Oẽ ad ſeipſum conuerſiuum, hẽ ſubſtantiã ſeparabilem ab oï corpore. Et huius probatio eſt, quia cum corpus ad ſeipſum conuerti non poſſit, ut ex præmiſſa propoſitione habetur, ſequitur q conuerti ad ſeipſum ſit operatio ſeparata a corpore. Cum autem operatio a corpore ſeparatur, neceſſe eſt, q & ſubſtãtia ſit ſeparabilis. Vnde omne quod ad ſeipſum conuerti poteſt, eſt a corpore ſeparabile. Tertiam propoſitionem ſumamus 43. libri eius, quæ talis eſt. Omne quod ad ſeipſum cõuerſiuum eſt, authypoſtaton eſt, i. per ſe ſubſiſtẽs. Quod probatur per hoc, q unumquodque conuertitur ad id qd ſubſtantificatur. Vnde ſi aliquid ad ſeipſum conuertitur ſm ſuum eſſe, oportet q in ſeipſo ſubſiſtat. Quartam propoſitionẽ ſumamus 44. li. eius. Oẽ quod ſm operationẽ eſt ad ſeipſũ & ſecundũ ſubſtantiam eſt ad ſe conuerſiuũ. Et hoc probat per hoc, q cum conuerti ad ſeipſum ſit perfectionis, ſi ſm ſubſtantiam ad ſeipſum non conuerteretur, quod ſecundum operationem conuertitur, ſequeretur, quod operatio eſſet melior & perfectior quam ſubſtantia. Quintam propoſitionem ſumamus 83. libri eius, quæ talis eſt. Omne ſeipſius cognoſcitiuum, ad ſeipſum omniquaque conuerſiuum eſt. Cuius probatio eſt: quia quod ſeipſum cognoſcit, conuertitur ad ſeipſum per ſuam operationem, & per conſequens per ſuam ſubſtantiam, ut patet per propoſitionem præmiſſam. Sextam propoſitionem accipiamus 186. libri eius quæ talis eſt. Omnis anima eſt incorporea ſubſtantia & ſeparabilis a corpore. Quę ſic probatur ſecundum præmiſſa. Anima cognoſcit ſeipſam: ergo conuertitur ad ſeipſam omniquaque, ergo eſt incorporea, & a corpore ſeparabilis. His igitur inſis, conſiderandum eſt, q in hoc libro tria ponuntur, quorũ primũ eſt, q anima ſciat eſſentiam ſuam. De aïa n. eſt intelligendum, q hic dr. Scdm eſt q ex hoc concluditur, q redeat ad eſſentiam ſuã reditione cõpleta. Et hoc eſt idẽ ei quod in propõne Proculi dictũ eſt q oẽ ſuipſius cognoſcitiuum, ad ſeipſum omniquaque conuerſiuum eſt. Et intelligitur reditio ſiue conuerſio cõpleta & ſecundum ſubãm & ſm operõnem ut dictũ eſt. Quod aũt hoc ſecundum ſequatur ex primo, probat ſic, quia cũ dico, q ſciens ſcit eſſentiam ſuam, q ſcire ſignificat operationem intelligibilem. ergo patet, q in hoc, q ſciens ſcit eſſentiam ſuã, redit, i. conuertit p operõnem ſuam intelligibilẽ ad eſſentiam ſuam, intelligendo. ſ. eã. Et q hoc debeat vocari reditus, manifeſtat per hoc quod cum anima ſcit eſſentiam ſuam, ſciens & ſcitum ſunt res una, & ita ſcientia qua ſcit eſſentiam ſuam. i. ipſa operõ intelligibilis eſt ex ea in quantum eſt ſciens, & ad eã in quantum eſt ſcita & ſic e ibi quædã circulatio quę importatur in verbo redeundi vel cõuertendi. Ex hoc aũt, q ſm ſuam operationẽ redit ad eſſentiã ſuam excludit ulterius, q ſm ſubſtantiam ſuam ẽ rediens ad eſſentiã ſuam, & ita ſit reditio completa ſm operõnem & ſubſtantiã. Et exponit conſequenter quid ſit redire ſm ſubãm ad eſſentiã ſuam. Illa. n. dr ſm ſubãm ad ſeipſa conuerti quę ſubſiſtit p ſeipſa habentia fixionem, ita q non conuertẽtur ad aliquid aliud ſubſtetam ipſa. ſicut eſt cõuerſio accidentis ad ſubſtantiam. Et hoc io cõuenit aïę & vnicuique ſcienti ſeipſum, q̃a oẽ tale eſt ſubſtantia ſimplex ſufficiens ſibi p ſeipſam. q. non indigens materiali ſuſtentamento. Et hoc põt eſſe tertiũ, q. ſ. aïa ſit ſeparabilis a corpore, vt proponitur in propoſitione Proculi. Primum aũt horum. ſ. q aïa ſciat eſſentiam ſuam, hic non probatur. Probatur aũt in li. Proculi ſic. At uero q cognoſcat ſeipſam, manifeſtum eſt. Si. n. & q̃ ſuper ipſam cognoſcit, & ſeipſam nata eſt cognoſcere, multo magis tanq̃ a cauſis q̃ ſunt ante ipſam cognoſcens ſeipſam. Vbi diligenter conſiderandum eſt, q ſupra cũ de intellectiua cognitione ageret, dixit q primus intellectus intelligit ſeipſum tm, ut in 13 propoſitione dictum eſt, ſ. q ipſa eſt forma intelligibilis idealis. Alii uero intellectus tanquam ei propinqui participant a primo intellectu & formam intelligibilitatis, & uirtutem intellectualitatis ſicut dicit Dio. 4. c. de diu. nomi, quod ſupremæ ſubſtantiæ intellectuales ſunt intelligibiles & intellectus. Vnde vnuſquiſque eorum intelligit & ſeipſum & ſuperiorẽ quẽ participat. Sed q̃a aïa intellectiua inferiori mõ participat primum intellectum in ſubſtantia ſua, nõ hẽt niſi uim intellectualitatis. Vñ intelligit ſubſtantiam ſuam non p eſſentiam ſuam, ſed ſm ſimilitudinem p ſuperiora q̃ participat. Sm Ariſ. autem in 3. de Anima per intelligibiles ſpecies quæ efficiuntur quodam modo formæ, inquantum per eas fit actu.

LECTIO XVI.

OMnes virtutes quib. nõ eſt finis, pẽdentes ſunt ſupra per infinitum primũ quod eſt virtus virtutũ, non q̃a ipſæ ſunt acquiſitæ fixę ſtãtes i reb. entib. immo ſunt uirtus in reb. entib. hñtib. fixionem. Quod ſi aliquis dicat q ens primum cãtum. ſ. intelligentia eſt uirtus, cui non eſt finis, dicimus, q non eſt ens cauſatum virtus, immo eſt uirtus quędam. Et uirtus quidem eius non eſt facta infinita niſi inferius nõ ſuperius, quoniam ipſa non eſt uirtus pura, quę non eſt uirtus, niſi quia eſt virtus, & eſt res quæ non finitur inferius, neque ſuperius. Ens autem primum cauſatum, habet finem & uirtus eius eſt finis ſecundum quem remanet cauſa eius, ens autem primum creans eſt infinitum primum purum. Quod eſt, quia ſi entib. fortib. non eſt finis, niſi per ſuam acquiſitionem ab infinito primo puro, propter quod ſunt entia infinita,

LECTIO XVI.

POſita diſtinctione cauſarum ſuperiorum & proſequutis ſingulis partibus, modo ponit comparationem earum adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo ſuperiora influunt in inferiora. 20. propõne. ibi [Cauſa prima regit &c.] Tertio oſtendit quomodo inferiora diuerſimode recipiunt influxum primo influentis. 19. propoſitione. ibi [Cauſa prima exiſtit, &c. Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit quõ inferiora a ſuperioribus dependeant ſm virtutem. Scdo quõ dependeant ſm ſubſtantiam & naturam ſuam 18. propoſitione. ibi [Res omnes habent eſſentiam.] Circa primum duo facit, Primo oſtendit quod omnes virtutes infinitæ dependent a prima infinita uirtute Secundo oſtendit quõ magis vel minus ei aſſimilantur. 17 propõne. ibi [Omnis uirtus unita &c.] Circa primum ponit hanc propõnem. Omnes uirtutes quib. non eſt finis pendentes ſunt ſup infinitum primum quod eſt uirtus uirtutum, non quia ipſę ſint acquiſitæ fixæ ſtantes in reb. entibus, immo ſunt uirtus reb. habentib. fixionem. Hęc autem ſecunda pars in omnibus libris uidetur eſſe corrupta Dẽt enim ſingulariter dici, non quia ipſa ſit acquiſita, fixa ſtãs in rebus entibus, immo eſt uirtus &c. ut referatur hoc ad uirtutem virtutum Et hoc patet in lib. Proculi, cuius propoſitio 92. talis eſt, Omnis multitudo infinitarum potẽtiarũ, ab una prima infini-

tate exorta eſt, quæ non eſt participata potentia eſt, neq; in potentibus ſubſiſtit, ſed ſm ſeipſam non alicuius participantis ens potentia, ſm omnium cauſatorum entium. Vbi primo conſiderandum eſt, q infinita potentia dicitur cuiuſlibet ſemper exiſtentis, ſicut ſupra dictum eſt in 5. propoſitione inquantum .ſ. videmus, q quæ plus durare põt habent maiorem virtutem eſſendi. Vnde illa quæ in infinitũ durare põt, habẽt quantũ ad hoc infinitam potentiam. Secundũ aũt Platonicas poſitiones, omne qđ in pluribus inuenitur, oportet reducere ad aliquod primum qđ per ſuam eſſentiam eſt tale a quo alia p participationem talia dicuntur. Vnde ſecundum eos virtutes infinitæ reducuntur ad aliquod primum, quod eſt eſſentialiter infinitas virtutes, nõ q ſit virtus principata in aliqua re ſubſiſtente, ſed quia eſt ſubſiſtens per ſeipſam. Hoc autem ſm Platonicos eſt ipſa idea entis, quia huiuſmodi ens ſeparatum hẽt quidem potentiam infinitam ſed cum hoc hẽt et finitatem, ſicut ſupra in 4. propoſitione habitum eſt. Vnde relinquitur, q non ſit prima potentia quæ eſſentialiter eſt ipſa infinitas. Neq. tñ ponebant, q illa infinitas idea ſit primum ſimpliciter, quia ipſa infinitas participat vnitate, & bonitate. Vnde primum ſimpliciter eſt vnum & bonum. Hæc autem infinitum idealę a quo oẽs virtutes infinitæ dependent, eſt medium inter vnum & bonum quod eſt primum ſimpliciter, & inter ens, & ita hanc propoſitionem Proculus exponit. Sed quia Auctor huius libri non ponit diuerſi [illegible] huiuſmodi formas ideales abſtractas, quæ per eſſentiam ſuam dñr, ſed oia attribuit cauſæ primo, q eſt Deus, ut ſupra ẽt patuit ex verbis Dion. ideo ſecundum intentionem huius auctoris, hoc primum infinitum a quo omnes virtutes infinitæ dependent eſt primum ſimpliciter qđ eſt Deus. Per ens aũt de quo Proculus mẽtionem facit, qđ eſt ſub infinito, nõ intelligit ideã entis, ſed potius ens primum cauſatum, & quod Proculus probat de idea entis, hic probatur de ente primo, quod eſt intelligentia. Dicit ergo. Si aliquis velit dicere principium ens cauſatum quod eſt intelligentia ſit virtus infinita, non tamen erit dicendum q ipſa ſit eſſentialiter virtus, imo eſt habens virtutem. Vnde nõ eſt illud primum infinitum a quo dependent omnes virtutes infinitæ. Et q non ſit prima virtus infinita, manifeſtat per hoc q non eſt infinita omnibus modis, & reſpectu e [illegible], ſed eſt infinita ſolum inferius, non ſuperius. Dicitur enim inferius infinita virtus intelligentiæ, quia non comprehenditur ab his quæ ſunt infra ipſam. Nõ eſt autem infinita ſuperius, quia exceditur a ſuo ſuperiori, cuius comprehenſione finitur. Vnde Proculus dicit 93. propoſitione Omne infinitum in entibus neque ſupra poſitis infinitum eſt, neq; ſibi ipſi, quia ſicut ipſe probat ibidẽ, a ſeipſo vnum quodque a ſuperioribus circumſcribitur & terminatur, ab inferioribus autem circumſcribi non poteſt. Ideo aũt virtus intelligentiæ non eſt reſpectu omnium infinita, quia nõ eſt ei virtus pura, .ſ. non eſt eſſentialiter virtus, ut .ſ. ſit virtus ſubſiſtens. Talis enim res quæ eſſentialiter virtus eſt, neque eſt ſuperius nec inferius. Non n. habet aliquod prius a quo poſſit circumſcribi. Sed intelligentia habet finem ſecundum quem remanet .i. deficit a ſuo ſuperiori quaſi poſt ipſum remanẽs, ut ſuper ipſum aſſequi non valens. Deinde oſtendit, qđ ſit illud primum infinitum a quo dependent oẽs virtutes infinitæ, & hoc quidẽ accipitur hic ens primũ creans, .ſ. Deus eſt primũ infinitum purũ quaſi eſſentialiter exiſtens virtus infinita. Et hoc probat, quia intelligentiæ quas vocat hic ſcientes & fortes pp magnitudinẽ virtutis quã habent, ſunt infinitæ pp acquiſitionẽ ſuã .i. participationem a primo qđ eſt infinitũ purũ .i. eſſentialiter, a quo habẽt non ſolũ infinitatẽ, ſed ẽt eſſe. Et ſi ẽ primũ creãs, ẽ q ſui participatione facit res eſſe infinitas, ſũc oportet, q ipſum ſit ſupra infinitum. Qđ quidẽ ſm ea q hic dñt, oportet intelligere q ens primũ ſit ſupra infinitũ participatũ & creatũ. Sed ſm Proculũ hoc dr de idea unĩ & boni, q eſt ſm Platonicos ſupra ideã infiniti. Et iõ exponẽs qđ dixerat, ens primũ eẽ ſupra infinitũ, ſubdit q intelligẽtia eſt infinitũ, .ſ. participatione non aũt eſſentialiter, ita .ſ. q ipſamet ſit id qđ ẽ infinitũ. Concludit igit ex pmiſſis, q cũ ens primũ dẽt intelligentiæ eẽ & infinitatẽ, ipſũ eſt menſura primorũ entiũ. .ſ. intelligibiliũ, & p conſequẽs ſecũdorum entiũ .ſ. ſenſibiliũ, ſm q primũ i quolibet genere ẽ menſura illius gñis, inquantũ p acceſſum ad ipſũ, uel receſſũ ab ipſo cognoſcitur aliquid eẽ perfectius uel minus perfectũ in gñe illo. Sed ipſe exponit ens primũ eẽ menſurã oium entiũ q2 creauit oia entia cũ debita mẽſura q̃ cõuenit vnicuique rei ſm modũ ſuæ naturæ. Quod .n. aliqua res magis uel minus accedit ad ipſum, eſt ex eius diſpõne. Vltimo aũt colligit ex præmiſſis, q. epilogã in principalẽ intentionem, & .d. q ens primũ creãs eſt ſupra infinitũ, illud .ſ. quod participatione infinitũ eſt. Sed ens ſm q creatũ eſt .ſ. intelligentia, eſt infinitũ participatiue. Illud aũt quod eſt inter ens primũ creatũ qđ eſt intelligentia, & ens ſm creatũ quod eſt corpus corruptibile, eſt infinitum .ſ. corpus cæleſte. Sed Proculus hoc ponit tamq̃ ideã infiniti ſit media inter boni & ideã entis. Hoc autem rerũ ordine [illegible] circa infinitũ, ſubdit ſimiliter de aliis, & dicit q oẽs aliæ bonitates ſimplices, .ſ. uita, lumẽ, & ſimilia, ſunt cã rerum habentium hmõi bonitates. Sicut .n. cã prima & primũ infinitũ, & ita oia alia ab eo habent infinitatem, ab eo et cã prima eſt ipſa uita & ipſum lumen, & ab ipſa cauſatum primum .ſ. intelligentia hẽt uitã & lumẽ intelligibile. Et ſimpliciter etiam aliæ bonitates deſcendunt a prima cauſa. Prima quidem ſuper creatum primum quod eſt intelligentia, & deinde ſuper alia mediante intelligentia, ſiue iſta alia accipiantur animæ intellectuales, ſiue res ſpirituales,

& ſi eſt ens primum ipſum qđ ponit res quibus non eſt finis, tunc ipſum proculdubio eſt ſupra infinitum. Ens autem primum creatum .ſ. intelligentia ipſum non eſt finitum, imò dicitur, q eſt infinitum, neq; dr q eſt ipſummet. quod non eſt finitum ens, ergo primum eſt menſura entium primum intelligibilium, & entium ſecundorum ſenſibiliũ, ſcilicet quia ipſum eſt, quod omnia entia creauit, & menſurauit ea menſura conuenienti, omni enti. Redeamus ergo & dicamus, q ens primum creans eſt ſupra infinitum. ſed ſecundum creatum eſt infinitum, & quod eſt inter eos primum creans, & ens ſecũdum creatum eſt non finitum. Et reliquæ bonitates ſimplices, ſicut uita & lumen, & quę ſunt eis ſimilia, ſunt cauſæ rerum omnium habẽtium bonitates, ſcilicet quod infinitum eſt a cauſa prima, & cauſatum primum eſt cauſa omnis uitæ, & ſimiliter reliquę bonitates deſcendentes a cauſa prima ſuper creatũ primum, .i. primis eſt intelligẽtia. Deinde deſcendunt ſuper reliqua cauſata intelligibilia & corporea mediante intelligentia.

LECTIO XVII.

OMnis uirtus unita plus eſt infinita quam uirtus multiplicata. Quod eſt, quia infinitum primum quod eſt intelligentia, eſt propinquum uni puro: propter illud ergo factũ eſt, quod in omni uirtute propinqua uni puro eſt infinita pluſquã in uirtute longinqua ab eo, qđ eſt, quia uirtus quando incipit multiplicari, tunc deſtruitur vnitas eius: & quando deſtruitur eius unitas deſtruitur eius infinitas & non deſtruitur infinitas eius, niſi quando diuiditur, & illius quidem ſignificatio eſt uirtus diuiſa. Et quod ipſa quanto magis aggregatur & unitur, tanto plus magnificatur & uehemẽtior fit, & efficit operationes mirabiles. Et quanto magis partitur & diuiditur, tanto plus minoratur & debilitatur, & efficit operationes uiles. Iam igitur manifeſtum eſt & planum, quod uirtus quanto plus approximat vni puro & vero, fit uehementior eius unitas. Et quanto uehementior fit eius unitas, infinitas in ea magis apparens eſt, & manifeſtior, & ſunt operationes eius operationes magnæ mirabiles & nobiles.

LECTIO XVII.

POſtquam in præcedenti propoſitione oſtenſum eſt, q oẽs virtutes infinitæ dependent a prima uirtute infinita. In hac propoſitione conſequenter oſtenditur, quo vna uirtus magis accedat ad primã infinitatẽ quam alia. Et d. quod oĩs uirtus unita plus eſt infinita quã uirtus multiplicata. Hæc eadẽ ppoſitio ponitur in lib. Proc. 95. ſub his verbis Ois potẽtia unitior exiſtens, eſt infinitior quã purificata. Probatur aũt utrobique dupliciter. Primo quidem per rõnem hoc modo. Sicut ex præmiſſa propoſitione habet, oẽs uirtutes infinitæ dependent a primo infinito, quod eſt uirtus uirtutum. Oportet igit q quãto virtus propinquior fuerit illi primę uirtuti, tãto magis participet de eius infinitate. Illa aũt uirtus eſt eſſentialiter vnũ. Oportet ergo quod quãto aliqđ eſt magis unũ, tãto hẽat uirtutem magis infinitã. Et inde eſt, quod uirtus intelligẽtiæ quæ eſt prima inter uirtutes cauſatas infinitas, eſt maxime infinita, utpote

propin-

propinquior uni primo. Virtutes uero quæ multiplicantur, ex hoc ipſo deficiunt ab unitate, & ideo minoratur earum poſſe. Et hoc exẽplum patet in uirtute cognoſcitiua. Intellectus enim qui non diuiditur in multas potentias, efficacior eſt in cognoſcendo quam ſenſus, qui per multas potentias diuerſificatur. Et eadem ratione uirtus cognoſcitiua intelligentiæ quæ nõ diuerſificantur per ſenſitiuã & intellectiuã, eſt fortior quam uirtus cognoſcitiua humana, tam circa ſenſibilia ſingularia ꝙ circa intelligibilia cognoſcenda. Secũdo probatur per ſignũ. Videmus enim in reb. corporalibus particularib. ꝙ qñ multa aggregantur & uniũtur, fit uehementior eorum uirtus, ex qua conſequuntur mirabiles operationes, ſicut patet in multis hominibus ſimul trahentibus nauem, ꝙ diuiſim nõ poſſunt eam trahere, nec partes eius proportionales. Et quanto magis diuiditur uirtus rei corporalis, tanto debilior fit, & facit operationes uiliores, ſicut tota domus a magno igne congregato calefit, quod fieri non poteſt, ſi ignis diuida[tur] per diuerſas partes domus. Ex quibus duabus probationibus concludit propoſitum, ut in litera patet.

LECTIO XVIII.

RES omnes habent eſſentiam propter ens primum. Et res uiuæ omnes ſunt motę per eſſentiam ſuam propter uitam primam. Et res intelligibiles omnes habent ſcientiam propter intelligentiam primã. Quod eſt, quia ſi omnis cauſa dat cauſato ſuo aliquid, tunc proculdubio ens primum dat cauſatis ſuis omnibus eſſe. Similiter uita dat cauſatis ſuis motum, quia uita eſt proceſſio procedens ex ente primo quieto ſempiterno, & ſimiliter motus primus. Similiter intelligentia dat cauſatis ſuis ſcientiam, quod eſt, quia omnis uera ſcientia non eſt niſi intelligentia, & intelligentia eſt primum ſciens, quod eſt primum influens ſcientiam ſuper reliqua entia. Redeamus ergo & dicamus, ꝙ ens primũ eſt quietum, & eſt cauſa cauſarum. Et ſi primum ipſum dat eſſe omnibus, tunc ipſum dat eis per modum creationis. Vita autem prima dat eis quæ

B ſunt ſub ea uitam, non per modum creationis, ſed per modum formæ. Et ſimiliter intelligentia non dat eis quæ ſunt ſub ea ſcientiam, & reliquis rebus, niſi per modum formę.

LECTIO XVIII.

POſtquam oſtenſum eſt, ꝙ res omnes dependent a proximo ſecundum ſuam uirtutem, hic oſtendit, ꝙ dependent omnia a primo ſecundum ſuam naturam. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit uniuerſalem dependentiam rerum a primo ſecundum omnia quæ pertinent ad naturam uel ſubſtantiam earum. Secundo oſtendit diuerſum gradum appropinquationis ad primum a quo dependent, ſicut & de dependentia uirtutis dixerat. Et hoc 19. Propoſitione, ibi. [Ex intelligentiis eſt, &c.] Primo ergo ponit talem propoſitionem. Res omnes habent eſſentiam per ens primum, & res uiuæ omnes ſunt motæ per eſſentiam ſuam propter uitam primam. Et hoc idem dicitur in lib. Proculi 102. Propoſitione ſub his uerbis. Omnia quidem qualitercunque entia ex fine ſunt & infinito & propter

D primum ens. Omnia autem uiuentia ſui ipſorum motiua ſunt propter uitam primam. Omnia autem cognoſcentia, cognitione participant propter intellectum primum. Dicit autem, quod omnia ſunt ex fine & infinito propter primum ens, quia ſupra habitum eſt in 4. Propoſitione. Ens creatum compoſitũ eſt ex finito & infinito. Ad huiuſmodi autẽ propoſitionis intellectũ. Primo conſiderandum eſt, ꝙ omnes gradus rerũ ad tria uidentur reducere, quę ſunt, eſſe, uiuere, & intelligere: & hoc ideo quia unaquęque res poteſt tripliciter conſiderari. Primo ſecundum ſe & ſic conuenit ei eſſe. Secundo prout tendit in aliquid aliud, & ſic conuenit ei moueri. Tertio ſecundum quod alia in ſe habet, & ſic conuenit ei cognoſcere. quia ſm hoc cognitio perficitur, ꝙ cognitum eſt in cognoſcente, non quidem materialiter, ſed formaliter: ſicut autem habere aliquid in ſe formaliter & non materialiter, in quo conſiſtit ratio cognitionis, eſt nobiliſſimus modus habendi, uel continendi aliquid, ita moueri a ſeipſo eſt nobiliſſimus mobilitatis modus. Et in hoc conſiſtit ratio uitæ. Nam ea dicimus uiuentia, quę ſe aliqualiter mouent. Eſſe igitur quod eſt primum, cõe eſt oĩbus. Sed non q̃ pertingunt ad illam perfectionem, quod ſint ſui ipſorum motiua. Vnde non oĩa ſunt uiuentia, ſed quædam quæ ſunt perfectiora in entibus. Rurſus, q̃s eorum quæ ſunt motiua ſuipſorũ, uel aliorum non oĩa ſunt motiua per modum cognitionis, ſed per aliquid materiale principium, ſicut accidit in plantis. Vnde et non oĩa uiuentia pertingunt ad gradum cognitionis, ſed ſolum illa in quibus principium motionis eſt aliquid formale abſque materia. Nam & ipſe ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſenſibilium ſine materia, ut dr̃ in 2. de anima. Secundo conſi-

Tex. cõ. 135. derandum eſt, ꝙ in unoquoque genere eſt cauſa, illud quod eſt principium in genere illo a quo omnia, quæ ſunt illius

A generis in illo gñe conſtituuntur. Sicut inter elemẽtaria corpora, ignis eſt primũ calidũ, a quo oĩa caliditatẽ ſortiuntur. Nõ ẽ aũt in aliquo rerũ ordine in infinitũ procedere. Igit̃ oportet ĩ ordine entium eſſe aliqd̃ primũ qd̃ dat oĩbus eſſe. Et hoc eſt qd̃ dicit, ꝙ res oẽs habent eſſentia per ens primũ. Similiter oportet in gñe uiuentiũ eſſe aliud primũ & ad hoc oĩa uiuentia hẽnt, ꝙ uiuant. Et quia uiuẽtis propriũ eſt, ꝙ ſit ſuipſius motiuum, ideo dicit, ꝙ res uiuæ oẽs ſunt motæ per eſſentiam ſuam i. mouentes ſeipſas pp uitã primã. Vñ de 102. Proculi dr̃ Oĩa uiuentia ſuipſorum motiua ſunt pp uitã primã. Et ꝙ mouere ſeipſum præſtat a prima uita, probat ſubdens. Quia uita eſt proceſſio procedens ex ente primo quieto ſempiterno. Ad cuius intellectũ conſiderandũ ꝙ prius eſt aliqd̃ eſſe in ſe, quam moueri ĩ alterũ. Vñ mouere pſuppoũt eſſe. Qd̃ ſi ipſum ſit ſubiacens motui, uerũ oportebit pſupponi aliqd̃ principiũ motus, & ſic quouſque de-

C ueniatur ad aliqd̃ ens immobile qd̃ eſt principium mouendi ſeipſum ſibus. Et hæc eſt uita prima. Vnde manifeſtũ eſt, ꝙ uita in oĩbus uiuentibus eſt proceſſio q̃dam procedens a quodã primo ente quieto, & ſempiterno, i. nulli mutationi ſubiecto. Similiter & in ordine cognoſcentium oportet eſſe aliqd̃ primum. Manifeſtum aũt eſt, ꝙ ordine perfectionis, & naturæ cognitio intellectiua prior eſt ſenſitiua, quia eſt magis immaterialis. Vñ & per intellectũ de cognitione ſenſitiua iudicamus, ſicut de inferiori per ſuperius. In ipſa aũt intellectiua cognitione manifeſtum eſt, ꝙ ratiocinatiua cognitio a principiis per ſe notis procedit, quorum eſt intellectus. Vnde ratio ſequitur intellectum. Primum ergo in ordine cognoſcentiũ eſt intellectus, & ideo oportet, ꝙ oẽs res intelligibiles. ſ. cognoſcitiuæ habeant ſcientiam i. cognitionem pp intelligentiam primam. Vñ & in lib. Proculi dr̃, ꝙ oĩa cognitiua cognitionem participant pp intellectum primum. Et ratio huius aſsignatur, quia oĩs ſcientia radicaliter non eſt niſi intelligentia. Intelligentia n. eſt

D ſicut unitas quædam, ut Proculus dicit, oĩs cognitionis. Vñ intelligentia eſt primum cognoſcens, & influens cognitionẽ ſuper oĩa cognoſcentia. Sicut aũt ſupra dictum eſt ſm Platonicos primum ens ꝙ eſt idea entis eſt aliquid ſupra primum intellectum idealem. Sed ſm Dion. primum ens, & prima uita & primus intellectus ſunt unum, & idem, qd̃ eſt Deus. Vnde & Ariſt. in 12. Meta. primo principio attribuit, ꝙ ſit intellectus, & ꝙ ſuum intelligere ſit uita & ſm hoc ab eo oĩa hẽnt eſſe uiuere, & intelligere. Tertio conſiderandum, ꝙ iſta tria diuerſimode cauſant in rebus, ſiue a diuerſis principiis ſm Platonicos, ſiue ab eodem principio ſm fidei doctrinã, & Ariſt. Eſt. n. duplex modus cauſandi. Vnus quidẽ quo aliquid fit pſuppoſito altero. Et hoc mõ dr̃ fieri aliquid per informationẽ, quia illud qd̃ poſterius aduenit, ſe hẽt ad id qd̃ pſupponebatur per modũ formæ. Alio modo cauſat aliquid nullo pſuppoſito. Et hoc modo dr̃ aliquid fieri per creationẽ. Quia ergo intelligere præſupponit uiuere, & uiuere præſupponit eſſe, & eſſe nihil aliud

E præſupponit prius, inde eſt, ꝙ primum ens dat eſſe oĩbus per modum creationis. Prima autem uita quæcunque ſit illa, non dat uiuere per modum creationis, ſed per modum formæ i. informationis. Et ſimiliter dicendum eſt de intelligentia. Ex quo patet, ꝙ cum ſupra dixit intelligentiam eſſe cauſam animæ, non intellexit, ꝙ eſſet cauſa eius per modum creationis, ſed ſolum per modum informationis, ut ſupra expoſitum eſt. Tex. cõ. 39.

LECTIO XIX.

EX intelligentiis eſt, quæ eſt intelligentia diuina, quoniam ipſa recipit ex bonitatibus primis, quę procedunt ex cauſa prima

LECTIO XIX.

POſtquam oſtendit in præcedenti Propoſitione, ꝙ oẽs res ſm ſuam naturam dependent a primo. hic oſtendit quo quædam diuerſimode ei appropinquant ſecundum participationem naturalis perfectionis. Et ponit talem propoſitionem. Ex intelligentiis eſt, q̃ eſt intelligentia diuina, qm̃ ipſa recipit ex bonitatibus diuinis quæ procedũt ex cauſa prima receptione mul-

ne multa. Et de his quæ eſt intelligentia tantum, quoniam non recepit ex bonitatibus primis niſi mediante intelligentia, & ex animalibus eſt quæ eſt anima intelligibilis, quoniam ipſa eſt pendens per intelligentiam, & ex his eſt quæ eſt anima tantum. Et ex corporibus naturalibus eſt, cui eſt anima regens ipſum, & faciens directionē ſuper ipſum. Et de eis ſunt quæ ſunt corpora naturalia tantum, quibus nō eſt anima. Hæc autem propoſitio inuenitur in libr. Proculi. 111. Propoſitione, ſub his verbis. Omnis intellectualis ſcire. i. ordinationis, hi quidē ſunt diuini intellectus ſuſcipientes deorum poſthabitiones, id eſt participationes. Hi autem intellectus ſolum, & omnis animalis ſ. ſilicet ſcire; hæ quidem ſunt intellectuales animæ ad intellectus ſuſpenſæ proprios, hæ autem animæ ſolum. Et omnes corporales naturæ, hæ quidem, & animas habent aſtantes deſuper, hæ autem ſunt naturæ ſolum, animarum expertes præſentia. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod ſecundum Platonicos, quadruplex ordo inuenitur in rebus. Primus erat ordo deorum, id eſt formarum idealium. Inter quas erat ordo ſecundum ordinem vniuerſalitatis formarum: vt ſupradictum eſt. Sub hoc autem ordine eſt ordo intellectuum ſeparatorum, ſub quo eſt ordo animarum, ſub quo uerum eſt ordo corporum.

Et hi tres inferiores ordines accipiuntur ſecundum tria, quæ in præmiſſa propoſitione ſunt tacta. Nam corpora participant eſſe tantum: animæ autem ſecundum propriam naturam participant vlterius eſſe, & viuere: intellectus autem participant eſſe, viuere, & intelligere. Cauſalitas autem horum ad ordinem diuinum pertinet: ſiue ponātur multi dij ordinati ſub vno ſecundum Platonicos: ſiue vnus tantum in ſe omnia habens ſecundum nos. Vniuerſalitas enim cauſalitatis propria eſt Deo. Huiuſmodi autem ordines cum ab vno primo procedant, continuitatem quandam habent adinuicem, ita quod ordo corporum attingit ordinem animarum, & ordo animarum attingit ordinem intellectuum qui attingit ordinem diuinum. K Vbicunque autem diuerſi per ordinem ſibiinuicem coniungūtur, oportet quod id quod eſt ſupremum inferioris ordinis, propter propinquitatem ad ſuperiorem ordinem aliquid participet de ſuperioris ordinis perfectione. Et hoc manifeſte videmus in rebus naturalibus. Nam quædam animalia participant aliquam rationis ſimilitudinem, & quædam plantæ participant aliquid de diſtinctione ſexus quæ eſt propria animaliū. Vnde & Dio. dicit. 7. c. de Diu. no. quod per diuinam ſapiētiam fines primorum coniunguntur principiis ſecundorum. Sic igitur illi qui ſunt ſupremi in ordine intellectuum vel intelligentiarum, dependent per quandam perfectiorem participationem propinquius a Deo, & magis participant de bonitatibus eius, & de uniuerſali cauſalitate ipſius. Et ideo dicuntur diuini intellectus vel diuinæ intelligentiæ, ſicut & Dionyſi. dicit, quod ſupremi angeli ſunt quaſi in ueſtibulis deitatis collocati. Inferiores vero intellectus qui non pertingunt ad tam excellentem participationem diuinæ ſimilitudinis, ſunt intellectua tantum, non habentes illam diuinam dignitatem. Et eadem ratio eſt de animalibus reſpectu intellectuum. Nam ſupremæ animæ ſunt intellectuales, utpote propinquæ ordini intellectuum. aliæ uero ani- F mæ inferiores non ſunt intellectuales, ſed habent ſolum id quod eſt animæ, vt ſcilicet ſint viuificatiuæ ſicut maxime patet de Animalibus animalium & plantarum. Et eadem ratio eſt de ordine corporū reſpectu animarum. Nam corpora nobiliora, quæ perfectiori ratione ſunt conſtituta, ſunt animata; alia vero corpora ſunt inanimata. Et eadem ratio eſt de omnibus aliis ordinibus, in quos prædicti generales ordines diſtinguuntur, quia etiam in corporibus ſunt diuerſi ordines, & ſimiliter in animabus, & intellectibus.

per receptionem multam. Et de eis eſt, quæ eſt intelligentia tantum, quoniam non recipit ex bonitatibus primis niſi mediante intelligentia. Et ex animabus eſt, quæ eſt anima intelligibilis, quoniam ipſa eſt pendens per intelligentiam, & ex his eſt, quæ eſt anima tantum. Et ex corporibus naturalibus eſt, cui eſt anima regens ipſum, & faciens directionem ſuper ipſum. Et de eis ſunt, quæ ſunt corpora naturalia tantum, quibus non eſt anima. Et hoc non fit ita, niſi quoniam non eſt intelligibilis tota, neque animalis tota, neque corporea tota, nec pendet per cauſam, quæ eſt ſuper eam, niſi quæ eſt ex ea cauſa completa, & integra, & quæ pendet per cauſam, quę eſt ſuper eam. Scilicet, quia H non omnis intelligentia pendet per bonitates cauſæ primæ, niſi que eſt ex ea completa in primis integra. Ipſa enim poteſt recipere bonitates deſcendentes ea cauſa prima, & pendere per eas, ut uehementius fiat ſua unitas. Et ſimiliter iterum non omnis anima pendet per intelligentiam, niſi quæ eſt eis completa, & integra, & uehementius, ſimilis cum intelligentia, per hoc quòd pendet per intelligentiam, & eſt intelligentia completa. Et ſimiliter iterum, non omne corpus naturale habet animam, niſi quod eſt ex eis completum & integrum, quaſi ſit rationale, & G. ſecundum hanc formam ſunt reliqui ordines intellectuales.

LECTIO XIX.

CAuſa prima regit res creatas omnes, præter quàm commiſceatur cum eis. Quod eſt, quia regimen non debilitat vnitatem eius exaltatam ſuper omne eſſe, neque deſtruit eā, neque prohibet eſſentiam unitatis eius ſeiunctā a rebus, quin regat eas. Quod eſt, quia cau- H ſa prima eſt fixa ſtans cum vnitate ſua pura ſemper, & ipſa regit res creatas omnes, & influit ſuper eas uirtutem uitæ, & bonitates ſecundum modum virtutis earum recipibilium, & poſſibilitatem earum. Prima enim bonitas influit bonitates ſupra res oēs influxione vna. verumtamen vnaquæq; rerum recipit ex illa influxione ſecundum modum ſuæ uirtutis, & ſui eſſe.

I

LECTIO XX.

POſtquam oſtēſum eſt qualiter inferiora a ſuperioribus dependeant. Hic oſtenditur, qualiter ſuperiora inferiorib. influāt per ſuum regimen. Et circa hoc duo facit. Primo agit de vniuerſali regimine cauſæ primæ. Secundo de regimine intelligentiæ 21. propoſitione ibi [Omnis intelligentia diuina, &c. Circa primū duo facit. Primo oſtēdit modum vniuerſalis regiminis cauſę primę ad regendū 21. Propoſitione. ibi [Primū eſt diues.] Circa primū ponit talē propoſitionem. [Cauſa prima regit oēs res creatas præterquam commiſceatur cum eis.] Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quod in humano regimine hoc contingere uidemus, quod ille qui habet curam regiminis plurimorū, neceſſe eſt, vt ex ſuo regimine ad plura diſtrahat. Qui uero a cura regiminis aliorū eſt liber, magis in ſeipſo pōt uniformitatē cōſeruare. Vnde & Epicuri philoſophi, vt quietem & uniformitatem diuinā conſeruarent, poſuerunt Deos nullius regiminis curam habere, ſed omnino ocioſos, & nihil curantes, vt ſic uideantur eſſe fœlices. Et ideo contra hoc in hac ꝓpoſitione inducit, quod hæc duo in cauſa prima non ſunt contraria nec ſeinuicem impediunt, uniuerſale regimen rerū, & ſumma unitas per quā Deus exaltatur ſupra oīa. Vnde ſtatim in principio propoſitionis ponitur, quod regimen non debilitat vnitatem eius exaltatā ſup oēm rem: neq; deſtruit eam, quia ſ. neq; in toto, neq; in parte per uniuerſale regimen vnitati diuinæ derogat. Et econuerſo ſub K dit. Nec ꝓhibet eā eſſentiā unitatis eius ſeiunctā a rebus quin regat eas. Et hoc totū in 150. ꝓpoſitione Proculi ponitur ſ. his verbis. Oē diuinū ꝓuidet ſecūdis, & ereptū eſt ab his quibus ꝓuidetur, neque ꝓuidentia ſubmittē e ſuā immixtam, & vniuerſalē excellentiā, neque ſeparata unitione prouidentiam exterminante. Ad huius aūt propōnis manifeſtationē tria inducit. Primo oſtēditur diuerſus modus recipiēdi influentias cāæ primæ ex parte rerū recipientiū. Scđo oſtēdit unitas ex parte cāæ primæ influentis. ibi [Et bonitas prima, &c.] Tertio ex his duob. cōcludit propoſitū. ſ. quod regimē cāæ primæ extat abſq; hoc, quod cōmiſceatur reb. ibi [Redeamus aūt & dicamus.] Dicit ergo, quod oēs bonitates, q̄ inueniūtur in rebus, effluunt a cā prima. Et hmōi bonitates recipit vnaquæque res ſecundum modū & proprietatē ſuæ ſubſtantiæ & virtutis. Sūt aūt diuerſarū rerū diuerſæ naturę & uirtutes. Et ide ē, quod q̄uis cā prima influat vno influxu ſuper oīa, diuerſimodè tamē influxus eius in diuerſis rebus recipitur. Cuius exemplum eſt euidens in lumine, quod quidem a corpore lucido uno modo procedit, ſed ſecundum quod radii diuerſi tranſeunt per vitra diuerſimode colorata, diuerſam apparentiam faciunt. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit

b ¶ Oſtendit, ꝙ cã prima vnico influxu influat in res omnes. A Influit enim in res ſm rõnem boni. Hẽ .n. bonitatem bonificãtẽ, quę eſt principium bonitatis in omnibus. Bonitas autem cauſæ primæ eſt ipſum ſuum eſſe & ſua eſſentia, quia cauſa prima eſt ipſa eſſentia bonitatis. Vñ cum eſſentia eius ſit maxime vna, quia primũ principium eſt ſm ſe vnum & bonum, cõſequens eſt ꝙ cauſa prima vno modo q̃tum eſt ex parte ſua, agat in res & influat in eas. Sed ex eius influxu res diuerſimode recipiunt, quædã plus, & quędam minus vnaqueque ſm ſuam proprietatem. Textus ibi.

c ¶ Ex præmiſſis concludit uniformitatem regiminis cauſæ primę ad res alias. Et huius cõcluſionis intellectus plenꝰ haberi poteſt, ſi accipiamus verba, quæ ſunt in Comm. Proculi. qui ſic dicit. Neque ergo prouidẽtes .ſ. Dii habitudinẽ recipiunt ad ea quibus prouident. Per eſſe .n. quod ſunt, oĩa bonificant. Omnia autem per eſſe faciens, ſine habitudine facit. Habitudo enim eſt appoſitio ad eſſe, ꝓꝑ quod eſt præter naturam. Vocat autẽ habitudinẽ, aliquam diſpoſitionem ꝑ quã agens coaptatur ſeu proportionatur patienti ſeu recipienti. Et quod ſic agit in diuerſa, neceſſe ẽ ꝙ habeat diuerſas diſpoſitiones quibꝰ diuerſis coaptetur. Et ſecundũ hoc cauſatur in huiuſmodi re quędã multitudo, quę diuerſimode agat ĩ diuerſas ſm diuerſas ſuas diſpoſitiones, quæ ſunt ꝑter naturã ſiue eſſentiam eius quę ẽ una. Et ſic tale agens ſm diuerſas diſpoſitiones commiſcetur reb. in quas agit ſm quandam ſuam coaptationem ad ea. Sed cauſa prima agit per eſſe ſuum, ut probatũ eſt. Vñ non agit per aliquã habitudinem vel diſpoſitionẽ ſuperadditã per q̃ coaptet & commiſceatur rebus. Et hmõi habitudo vocatur hic continuator vel res media, quia .ſ. per hmõi diſpoſitionem coaptetur agens recipienti, & eſt quodãmodo media inter eſſentiam agentis, & ipſum patiens. Quia igitur cauſa prima eſt agens per eſſe ſuum, oportet quod uno modo regat res. Sic enim regit res, ſicut agit. Vnde patet quod regimen eius eſt optimum & pulcherrimũ. Ad hoc enim tendit quilibet rector multitudinis, quod reducat multos quos regit in vnum. Et hoc maxime inuenitur in diuino regimine, quod eſt unum ſecundum ſe, & non diuerſificatur in effectibus, niſi ſecundum diuerſitatem, quia ſecundum diuerſa merita ſubditorum.

b Et bonitas prima influit bonitates ſuper res omnes per modum unum, quia non eſt bonitas niſi per ſuum eſſe, & ſuum ens, & ſuam uirtutem, ſiquidẽ bonitas, & uirtus, & ens ſicut res vna. Si ergo ens primũ & bonitas ſiunt res una, ſic & ipſum influit bonitates ſuper res influxione cõi, & diuerſificantur bonitates & dona ex concurſu recipientis. Quod eſt, quia recipientia bonitates, non recipiũt æqualiter, immo quædam eorum recipiunt plus, quædam uero minus. Et hoc quidem eſt propter magnitudinem ſuæ largitatis.

c Redeamus ergo & dicamus, ꝙ inter omne agens quod agit per eſſentiam ſuam & inter factum ſuum, non eſt continuator neque res aliqua media, & C non eſt continuatio inter agẽs & factum, niſi ſit additio ſuper eſſe: etenim quando agens & factum eſt per inſtrumentum, nõ facit per eſſe ſuum, & fiunt cõpoſita. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipſum & factorem ſuum, & eſt tunc agens ſeiunctum a facto ſuo. Agens uero inter quod & factum ſuum non eſt continuatio, penitus eſt agens uerũ & regens, faciens res ꝑ finem decoris poſt quod non eſt poſſibile, ut ſit decus aliud, & regit factũ ſuũ ꝑ ultimum regiminis, quod eſt, quia regit res ꝑ modum ꝑ quẽ agit, & nõ niſi per ens ſuũ, ergo ens eius iterũ erit regimẽ eius. Quapropter fit ꝙ regit, & agit per ultimum decoris, & regimen in quo non eſt diuerſitas, neq; tortuoſitas, & nõ diuerſificantur operationes, & regimen propter cauſas primas, niſi propter meritum recipientis.

LECTIO XXI.

Poſtquam aſſignauit modũ diuini regiminis, hic oſtendit ſufficientiã Dei ad regendũ, quæ quidem attenditur ſm duo. Primo ſm Dei abundantiam. Secundo ſm eius excellentiam & hoc ibi [Cauſa prima &c.] Hæc enim duo neceſſaria ſunt in regente. Primo ut habeat bonorum abundantiã, ex quib. poſſit ſubditis prouidere. Vnde & Dion. dicit 1a. c. de Di. no. ꝙ diuino eſt oĩs pulchrorum, & bonorũ perfecta poſſeſſio, & regimen eſt omnis finis & legis & ordinis diſtributiua. Ad oſtendendum autem in Deo abundantẽ ſufficientiã A proponit hanc propoſitionem. Primum eſt diues propter ſeipſum & diues magis. Ad cuius euidentiam accipiatur Propoſitio 121. Proculi quę talis eſt. Omne diuinum ſimplex primo eſt & maxime. Et propter hoc maxime per ſe ſufficiẽs. Probat autem ꝙ Deus ſit primò & maximẽ ſimplex ex ratione vnitatis. Nam Deus eſt maxime vnum cum ſit prima unitas ſicut & prima bonitas. Simplicitas aũt ad rõnẽ unitatis pertinet. Dr .n. ſimplex quod eſt vnum non ex plurib. aggregatum. Vnde Deus inquantum eſt primo & maxime unum, intantum eſt & primò, & maxime ſimplex. Et ex hoc ulterius procedit ad oſtendendam ſecundam partem ſuæ propoſitionis .ſ. ꝙ Deꝰ ſit maxime per ſe ſufficiens quia ꝑ ſe ſufficientiã conſequitur ad ſimplicitatẽ. Oẽ .n. compoſitũ indiget pluribus ex quib. ſua unitas cõſtituitur. Et non ſolum indiget illis, ex quib. componitur ut ex partibus, ſed etiã indiget aliquo alio qd' cauſat, & conſeruat compoſitionẽ, ſicut patet in corporib mixtis. Non .n. diuerſa in unũ conueniunt niſi per aliqua cãm ea uniẽtẽ. Cum igĩ Deus ſit primo & maximè ſimplex utpote habens totã bonitatem ſuã in uno perfectiſſimo, ſeq̃ ꝙ Deus ſit primo & maxime ꝑ ſe ſufficiens. Sed autor huius libri ꝑmittit primã partẽ ꝓpoſitionis q̃ eſt de ſimplicitate cauſę ſuppo nens eã, & loquitur ſolum de pro ſe ſufficiẽtia q̃ diuitiarũ noĩe ſignificat. Et loco eius qd' in propoſitione Proculi dr, ꝙ Deus eſt ꝑ ſe ſufficiens, dicit tñ ꝙ eſt diues ꝓꝑ ſeipſum: in quolibet .n. gñe eſt primũ id qd' eſt per ſeipſum: qđ .n. eſt per ſe, prius eſt eo qd' eſt ꝑ aliud. Loco aũt eius qd' ibi dicit ꝙ eſt maxime ſufficiẽs, hic dicitur, ꝙ eſt diues magis .ſ. q̃ oĩa alia probat o aũt propoſitio eſt eadẽ utrobique. Nam primo dicit, ꝙ unitas diuina q̃ non eſt diſperſa in multas partes, ſed eſt unitas pura, eſt ſignificatio huiuſmodi quod Deus ſit ĩ fine ſimplicitatis, .ſ. eſt maxime ſimplex. Et ex hoc ulterius probat ꝙ Deus ſit maxime per ſe ſufficiẽs per indigentiam quę in compoſitis inuenitur ſicut iam dictum eſt. Sed quia in noĩe diuitiarum non ſolum intelligitur ſufficientia, ſed et copia potẽs in alia redundare, ad. ſ. ulterius ad oſtendendum Deũ eſſe diuitem de influxu bonitatis eius in res influens: quia ꝓꝑ abundantiam ſuæ bonitatis influit in res alias, & nihil eſt quod influat ſuper ipſum: oẽs autem alię res, ſiue ſint intelligibiles ſicut intelligentiæ, & animæ, ſiue ſint in corpore, non ſunt diuites per ſeipſas .ſ. ex ſeipſis habentes abundantiam bonitatis. Sed indigent participare bonitatem a primo vero vno, quod influit ſuper eas gratis abſque hoc ꝙ aliud ei inde accreſcat omnes bonitates & perfectiones.

LECTIO XXI.

Primum eſt diues per ſeipſum, & eſt diues magis. Et ſignificatio eius eſt vnitas eius, non quia vnitas eius ſit ſparſa ĩ ipſo, immo eſt unitas eius pura, qñ eſt infinitæ ſimplicitatis ſimplex. Si aũt aliquis uult ſcire ꝙ cauſa prima eſt diues, proiiciat mentem ſuam ſuper res cõpoſitas, & inquirat de eis inquiſitione perſcrutata, inueniet .n. compoſitum oẽ diminutũ, indigens quidem aut alio, aut rebus ex quib. componitur. Res aũt ſimplex quę eſt bonitas, eſt una, & unitas eius eſt bonitas, & bonitas eſt res una. Illa ergo res eſt diues magis quæ influit, & nõ fit, influxio ſuper ipſam ꝑ aliquem motorum. Reliquæ autem res intelligibiles, aut corporeæ ſunt non diuites per ſeipſas, immo indigẽt uno uero influente ſuper eas bonitates & omnes gratias.

LECTIO XXII.

Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quod nominatur, quoniam non pertinet ei diminutio neque complemẽ-

LECTIO XXII.

Oſtenſa abundantia diuinæ bonitatis, hic oſtendit excellentiam ipſius, dicens. Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quod nominatur. Ad cuius propoſitionis intellectum conſiderandum eſt id quod hic ſub uno colligit Proculus in ſuo libro, q ꝑ diuerſa diſtinguit, cuius eſt 123. Propoſitio talis.

tum, & comprahendit etiã orizontem naturæ, ſcilicet animam: dictũ eſt enim ſupra in x. Propoſitione ꝙ anima eſt in orizonte æternitatis & pars tẽporis exiſtẽs in æternitate, & ſupra tẽpus quia ipſa eſt ſupra naturã quæ eſt principium motus qui tẽpore menſurat. Quòd aũt intelligẽtia cõpræhẽdat omnia ſupradicta, probat, per hoc ꝙ natura continet generationem & res generatas tanquã principiũ generationis exiſtẽs: particularis quidẽ natura generationis particularia: vniuerſalis aũt natura quæ eſt in corpore cæleſti cõprehẽdit vniuerſaliter oẽm generationẽ, ſicut ſuũ effectũ. aĩa uero cõtinet naturam: quia ſecundum opinionem ponentiũ corpora cæleſtia animata, quã auctor huius libri ſupponit, anima eſt principium motus primi corporis & cõſequẽter omnium motuũ naturalium, vt in 3. Propoſitione habitum eſt. Et iterũ intelligentia cõtinet animã: quia anima ab intelligentia participat intelligibilẽ operationẽ, ſicut in eadẽ propoſitione dictum eſt. vnde concludit ꝙ intelligentia continet omnes res: quia quicquid cõtinetur a contento, cõtinetur a continente & recipit cauſam, quare hoc conueniat intelligentiæ, ſcilicet propter uirtutẽ cauſæ primæ cuius eſt primũ ſupereminere omnibus non per uirtutem alterius, ſed per uirtutem propriã: ipſa enim per ſuam uirtutẽ diuinam eſt cauſa intelligentiæ & animæ & naturæ & reliquarum rerum, ſcilicet generabilium & corruptibilium. Sic igitur oſtenſum eſt ꝙ intelligentia dependet a cauſa prima per hoc ꝙ ab ea habet uirtutem uniuerſalem continendi ſubſtantiam. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit idem ex conditione cauſæ primæ demonſtratione oſtẽdente propter quid. Nam prædicta probatio fuit magis per ſignũ. Et primo ponit probationẽ, Secundo excludit obiectionẽ, ibi. Quòd ſi dixerit aliquis. Dicit ergo primo quaſi proponens quod probare intendit, ꝙ cauſa prima non eſt intelligentia nec eſt aĩa nec natura ſed eſt ſupra omnia iſta quaſi creatrix earum cum quodã ordine, nam intelligentia cauſatur immediate a cauſa prima; animã uero & naturam & reliquas res mediante intelligentia. quod intelligendum eſt ſicut ſupra dictum eſt in tertia propoſitione, non ꝙ eſſe eorum ſit cauſatum ab intelligentia: ſed quia iſta ſecundum ſuã eſſentiam ſunt creata ſolũ a cauſa prima; per intelligentiã uero ſortiuntur quaſdã perfectiones ſuperadditas, hoc autem ꝙ cauſa prima cauſat omnia prædicta incipit probare, ibi [Et ſciẽtia quidẽ diuina.] Ad cuius probationis intellectum ſciendum, ꝙ perfectionum peruenientium in rebus a cauſa prima, aliud eſt quod peruenit ad omnia & uſque ad generabilia, & corruptibilia, ſ. eſſe, aliud autẽ eſt quod non peruenit ad effectus inquantum effectus ſunt, ſed ſolũ quãtum ad cauſas inquantũ cauſæ ſunt, ſcilicet uirtus, vnde participatio uirtutis peruenit vſq; ad naturam quæ habet rationẽ principij. Aliud uero eſt quod peruenit uſq; ad animam intellectualem, ſ. ſcientia, quæ tñ inferiori modo eſt in anima quam in intelligentia. Nam intelligentiæ conuenit ſine motu inquantum appræhẽdit intuitiue, animæ uero conuenit cum quodam motu quo ex uno procedit ad aliud. Sic igitur ad intelligentiam & animam peruenit eſſe & uirtus & ſcientia ad naturam eſſe & uirtus ad generata eſſe tantũ. Sic igitur cauſa prima eſt cauſa omnis ſciẽtiæ & uirtutis & totius eſſe: cõſequens igitur eſt ut ab ipſa oĩa cauſentur. ꝙ autem ſit omnium horum cauſa, probat per hoc ꝙ id quod eſt principiũ & excellentiſſimum in unoquoq; ordine, eſt cauſa omniũ cõſequẽtium in ordine illo: ſed cauſa prima habet ſcientiam excellentiorem omni ſcientia & uirtutẽ excellentiorem omni uirtute & eſſe excellentius omni eſſe. Eſt igitur cauſa omnis ſcientiæ & uirtutis & eſſe: & ex hoc ſequitur ꝙ ſit creatrix & intelligentiæ & animæ & naturæ & reliquorũ. Primo ergo manifeſtat de ſcientia, & dicit ꝙ ſciẽtia diuina non eſt ſicut ſciẽtia intelligẽtiæ, quia ſciẽtia intelligẽtiæ eſt per participationẽ rei intellectæ, & multominus eſt ſicut ſciẽtia animalis quæ nõ ſolum eſt per participationẽ rei intellectæ ſed per participationẽ luminis intellectualis ab intellectu mobiliter ſe habẽs circa ſciẽtiã, immo ſcientia diuina eſt ſupra ſcientiã intelligentiæ, & ſupra ſcientiã animæ: quia immobiliter & abſq; omni participa-

b Et cauſa quidẽ prima non eſt intelligentia, neq; anima, neque natura, immo eſt ſupra intelligẽtiam & animam & naturã, quoniam eſt creans omnes res, veruntamen eſt cauſans intelligentiam abſq; medio, & creans animam & naturã, & reliquas res mediante intelligentia. Et ſcientia quidem diuina non eſt ſicut ſcientia intelligibilis, neque ſicut ſcientia animæ, immo eſt ſupra ſcientiã intelligentiæ & ſciẽtiam animæ, quoniam eſt cauſans ipſas. Et quidem uirtus diuina eſt ſupra omnem uirtutẽ intelligibilem & animalem & naturalem, quoniam eſt cauſa omni uirtuti. Et intelligentia eſt habens ylcachim, quod eſt eſſe & forma, & ſimiliter anima eſt habens ylcachim, & natura eſt habens eſſe ylcachim, & cauſæ quidem primæ non eſt ylcachim, quoniam ipſa eſt tantũ eſſe.

G c Quòd ſi dixerit aliquis neceſſe eſt ut ſit ylcachim, dicemus ylcachin, id eſt ſuum eſſe infinitum, quia indiuiduum ſuum eſt bonitas pura effluens ſuper intelligentiam omnes bonitates & ſuper reliquas res mediante ea.

F tione intellectualis luminis vel rei intellectæ habet ſcientiã intellectualẽ eſſentialẽ per ſuam eſſentiã cognoſcens rẽ. Et hoc ideo eſt quia ipſa eſt creatrix omnis ſciẽtiæ, vnde oportet ꝙ ſit cauſa ſcientiæ ſuperiorum. Eodem autẽ proſequitur de uirtute, & dicit ꝙ uirtus diuina eſt ſupra omnẽ uirtutem intellectualem & animalem & naturalẽ, quia & intelligentia & anima & natura habent uirtutẽ participatã ab aliquo: ſicut uirtus cauſæ ſecũdæ participat a uirtute cauſæ primæ, quæ non eſt participata ab aliquo, ſed ipſa eſt cauſa omnis uirtutis. Similiter etiã proſequitur quantũ ad eẽ, oſtẽdẽs ꝙ cauſa prima hẽt altiori modo eſſe quam alia. nã intelligẽtia habet ylcachim, id eſt aliquid materiale vel ad modũ materiæ ſe habẽs: dicitur enim ylcachim ab yle quod eſt materia, & quomodo hoc ſit, exponit ſubdẽs quoniam ylchachim eſſe & forma, quidditas enim & ſubſtantia ipſius intelligentiæ eſt quædam forma ſubſiſtens & immaterialis: ſed quia ipſa nõ eſt ſuum eſſe, ſed eſt ſubſiſtens in eſſe participato, cõparatur ipſa H forma ſubſiſtens ad eſſe participatum ſicut potentia ad actũ & ut materia ad formã. Et ſimiliter in anima eſt habens ylcachim: non ſolum ipſam formam ſubſiſtentem, ſed etiã ipſum corpus, cuius eſt forma. Similiter etiam natura eſt habẽs ylachim: quia corpus naturale eſt cõpoſitum ex materia & forma. Cauſa autẽ prima nullo modo habeat ylachim. quia non habet eſſe participatum ſed ipſa eſt eſſe primum, & per cõſequẽs bonitas pura quia unumquodq; inquantum eſt ens, eſt bonum: oportet autem ꝙ omne participatũ deriuetur ab eo qui pure ſubſiſtit per eſſentiam ſuam. vnde relinquitur ꝙ eſſe intelligentiæ & omniũ entium ſit a bonitate pura cauſæ primæ. Sic igitur patet ratio quare ſupra dixit quòd cauſa prima nõ eſt intelligentia nec anima nec natura: quia eius ſcientia excedit ſcientiam intelligentiæ, & naturæ & animæ, & eius uirtus excedit omnem uirtutem, & eius eſſe omne eſſe. Secundo ibi.

c ¶ Excludit quandam obiectionem, poſſet enim aliquis dicere ꝙ ſi cauſa prima ſit eſſe tantum ꝙ ſit eſſe cõmune quod de omnibus poteſt prædicari: & ꝙ non ſit aliquid indiuidualiter ens ab alijs diſtinctum, id enim quod eſt cõmune non indiuiduatur niſi per hoc ꝙ in alio recipitur. Cauſa autem prima eſt aliquid indiuidualẽ diſtinctum ab alijs alioquin non haberet operationem aliquam, vniuerſalium enim non eſt nec agere nec pati, ergo videtur quod neceſſe ſit dicere cauſam primam habere ylcachim, id eſt aliquid eſſe recipiens. Sed ad hoc reſpondet ꝙ ipſa infinitas diuini eſſe inquantum ſcilicet non eſt terminatum per aliquod recipiens habet in cauſa prima uicem ylcachim quod eſt in alijs rebus. Et hoc ideo quia ſicut in alijs rebus ſit indiuiduatio rei communis receptæ per id quod eſt recipiens, ita diuina bonitas & eſſe indiuiduatur ex ipſa ſua puritate per hoc, ſcilicet quòd ipſa non eſt recepta in aliquo, & ex hoc quòd eſt ſic indiuiduata ſui puritate habet quòd poſſit influere bonitatem ſuper intelligentiam & alias res.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt ꝙ aliquid dicitur indiuiduum ex hoc ꝙ nõ eſt natũ eſſe in multis, quod põt cõtingere dupliciter, vno modo per hoc ꝙ eſt determinatum ad aliquid vnum in quo eſt, ſicut albedo per rationem ſuæ ſpeciei nata eſt eſſe in multis, & ſecundum hoc albedo quæ eſt recepta in hoc ſubiecto non poteſt eſſe niſi in hoc. Iſte autem modus non eſt procedere in infinitũ, quia non eſt procedere in cauſis formalibus & materialibus in infinitum, ſicut probatur in 4. & in 2. Metaphy. vnde oportet deuenire ad aliquid quod non eſt natum recipi in aliquo, & ex hoc habet indiuiduationem, ſicut materia prima in rebus corporalibus quæ eſt principium ſingularitatis, vnde oportet quòd omne illud quod non eſt natum eſſe in aliquo ex hoc ipſo ſit indiuiduum. Et hic eſt ſecundus modus quo aliquid non eſt natum eſſe in aliquo alio, quia ſcilicet non eſt natũ eſſe in aliquo, ſicut ſi albedo eſſet ſeparata ſine ſubiecto exiſtẽs, eſſet per hunc modum indiuidua, & hoc modo indiuiduatio eſt in ſubſtantijs ſeparatis quæ ſunt formæ habentes eſſe & in ipſa cauſa prima quæ eſt ipſum eſſe ſubſiſtens.

LECTIO X.

OMnis intelligentia plena eſt formis: ueruntamen ex intelligentiis, ſunt q̄ continent formas plus vniuerſales, & ex eis ſunt quæ continent formas minus uniuerſales. Quod eſt, quoniam formæ quæ ſunt in intelligentiis ſecundis in inferiorib. per modū particularem, ſunt in intelligentiis primis p modum uniuerſalem: & formę quæ ſunt in intelligētiis primis p modum uniuerſalem, ſunt in intelligentiis ſecundis p modum particularem. Et in primis intelligentiis eſt uirtus magna, qm̄ ſunt vehemētioris unitatis q̄ intelligentiæ ſecūdæ uniuerſales inferiores: & in intelligentiis ſecūdis inferioribus, ſunt uirtutes debiles, quoniam ſūt minoris unitatis pluris multiplicitatis. Qđ eſt, qa intelligētiæ quæ ſunt propinquæ uni uero puro, ſunt maioris q̄titatis & maioris uirtutis: & intelligentiæ, quæ ſunt longinquiores ab uno puro, ſunt minoris quantitatis, & debilioris uirtutis. Et quia intelligētiæ propinquæ uni puro ſunt maioris q̄titatis, accidit inde, ut formæ q̄ procedunt ex intelligentiis primis, procedant proceſſione uniuerſali unita: & nos quidem abB breuiamus & dicimus ꝙ formæ quæ ueniunt ex intelligentiis primis in ſecundis, ſunt debilioris proceſſionis & uehementioris, ſeparationis. Quapropter fit ꝙ intelligentiæ ſecundæ proiiciūt viſus ſuos ſuper uniuerſalem formam q̄ eſt in intelligentiis uniuerſalib. & diuidunt eam & ſeparant eam, quoniam ipſæ nō poſſunt recipere ipſas formas ſecundum uirtutem ſuam, & ſecundum certitudinem earum, niſi per modum ſecundum quē poſſunt recipere eas, ſcilicet per ſeC paratione & diuiſionem. Et ſimiliter aliqua ex rebus non recipit quod eſt ſupra eam, niſi per modum ſecundum quem pōt recipere ipſum, non per modum ſecundum quem eſt res recepta.

LECTIO X.

POſtquam auctor huius libri oſtendit qualiter ſcit intelligētia q̄ ſunt ſub ſe, & quod eſt ſupra ipſam, mō incipit oſtendere qualiter intelligat alia a ſe per cam primam. Et primo oſtēdit cōiter, qualiter cognoſcat alia a ſe: ſecundo ſpecialiter, quō cognoſcit res ſempiternas, ibi [Omnis intelligentia] primo ergo premittit tale ppoſitum [Omnis intelligentia eſt plena formis: ueruntamen ex intelligentiis ſunt q̄ cōtinent formas plus vniuerſales, & ex eis ſunt q̄ continent formas minus vniuerſales.] Et hoc etiam inuenitur in l. Proculi. 177. Propoſitione ſub his verbis, Omnis intellectus plenus eſt ſpecierū, hic q̄dam uniuerſaliorū, hic autem particulariorum in continuis continēs ſpecierum. Circa hanc propoſitionem duo oportet conſiderare, primo id quod eſt commune omnibus intelligentiis vel intellectib. ſeparatis. ſ. plenitudo formarū vel intelligibilium ſpērū. Secundo, differentiā vniuerſalitatis & particularitatis in ipſis. Circa primū ergo conſiderandum eſt, ꝙ ſicut iam diximus ſupra, Platonici ponentes formas rerum ſeparatas, ſub harum formarum ordine ponebant ordinem intellectuum. Quia enim omnis cognitio fit per aſſimilationem intellectus ad rem intellectam, neceſſe erat quod intellectus ſeparati ad intelligendum participarent formas abſtractas. Et huiuſmodi participationes formarum ſunt ſpecies vel formę intelligibiles, de quibus hic dr̄. Sed quia ſecundum ſententiam Ari. quę circa hoc eſt magis conſona fidei Chriſtianę, non contingit poni alias formas ſupra intellectiuum orD dinem, niſi ipſum bonum ſeparatum, ad quod totum uniuerſum ordinatur ſicut ad bonum extrinſecum, ut dicitur in 12. Meta. oportet nos dicere, ꝙ ſicut Platonici ponebant intellectus ſeparatos ex participatione diuerſarū ſpērū ſeparatarū diuerſas intelligibiles ſpēs conſequi, ita nos dicamus ꝙ conſequūtur huiuſmodi ſpēs intelligibiles ex participatione primę formę ſeparatę q̄ eſt bonitas prima quę eſt Deus, ipſe. n. Deus eſt pla bonitas, & ipſū eſſe in ſeipſo naturaliter comphēdēs omnium entium perfectiones. Nā ipſe ſolus per eſſentiam ſuam oīa cognoſcit abſque participatiōe formę alicuius. Inferiores uero intellectus cum eorum ſubſtantiæ ſint finitę, non poſſunt per ſuam eſſentiam omnia cognoſcere: ſed ad habendum rerum cognitionem, neceſſe eſt, ꝙ ex participatione cauſę primæ ſpeciebus intelligibilibus receptis intelligant, vt Dio. dicit 7. c. de Di. no. ꝙ ex ipſa ſapientia intelligibiles & intellectuales angelicarum virtutes ſimplices & bonos habent intellectus. Et eſt conſiderandum ſicut Aug. dicit 2. ſuper Gene. ad literam, ꝙ ſicut ex verbo Dei procedunt formæ in materiam corporalem ad rerum conſtitutionem, ita ab eodem, ſ. verbo in angelis ſit rerum cognitio per huiuſmodi ſpecierum intelligibilium receptionem: quia & Platonici ponebant ſecundum participationem ydæarum, & intellectus ſeparatos res cognoſcere, & materiam corporalem ſecundum diuerſas ſpecies variari. Sed ſciendum eſt, ꝙ eadem diuerſitas participationis inuenitur in intellectibus, & in materia corporali, materia enim inferiorū corporum participat quidem formam aliquam ad eſſe ſpecificum: ſed tamen illa forma non repletur materiæ potentia, quę adhuc ad alias formas ſe extendit. Materia uero cœleſtiū corporum repletur forma quā participat, quia nō remanet in ea potentia ad aliam formam. Similiter etiam intellectus inferiores humani nō replentur intelligibilibus ſpeciebus. Sed a principio quidē intellectus potentialis humanus eſt ſicut tabula, in

A qua nihil eſt ſcriptum, ut dicitur in 3. de Anima, poſtmodū autem ordine quodam ſpecies recipit, nec tamē in hac uita repletur. Sed intellectus ſeparati ſtatim a principio ſunt repleti ſpēbus intelligibilib. ad cognoſcendum omnia, ad quæ ſe extendit naturalis facultas ipſorum, vnde Dio. dicit 4. c. de Diu. no. ꝙ intellectus ſupermundani intelligūtur & illuminantur ſēm exiſtentium rationes. Et hoc ē quod hic dr̄, ꝙ intelligentia eſt plena formis, vel ſicut Proculus expreſſius dicit, eſt plenitudo formarum, q̄ ipſa intellectua naturā ad propriam naturam intelligentiæ uel intellectus ſeparati pertinet. Circa diā uniuerſalitatis, & particularitatis ſpērum intelligibiliū: hoc primo conſiderandum eſt, ꝙ ſicut hic dicitur & in libro Proculi ſuperiores habent formas magis vniuerſales, inferiores uero minus vniuerſales. Et hoc ēt Dionyſius dicit 12. c. Cæleſt. hierarchiæ, ubi dicit, ꝙ cherubim ordo, participat ſapientia, & cognitione vniuerſaliori: ſed inferiores ſubſtantiæ participant ſapientia, & ſciā particulariori: Quæ quidem vniuerſalitas & particularitas non eſt referenda ad res cognitas, ſicut aliqui male intellexerunt, exiſtimantes quod Deus non cognoſceret niſi uniuerſalem naturam entis. Cui conſequens eſſet quod in inferioribus intellectibus tanto cuiuſcunque cognitio magis in uniuerſali ſiſteret, quanto eſſet altior, puta ꝙ vnus intellectus cognoſceret ſolum naturam ſubſtantiæ. Inferior uero naturam corporis. Et ſic uſque ad indiuiduas ſpecies. Quæ quidem exiſtimatio aperte continet falſitatem. Cognitio enim qua cognoſcitur D aliquid ſolum in uniuerſali, eſt cognitio imperfecta, cognitio vero qua cognoſcitur aliquid in propria ſpē, eſt cognitio perfecta. Cognitio. n. ſpeciei includit cognitionem generis: ſed non econuerſo. Sequeretur igitur ꝙ quāto intellectus eēt ſuperior, tanto eſſet cognitio eius imperfectior. Eſt ergo hæc diā uniuerſalitatis & particularitatis attendenda ſolum ſecundum id per quod intellectus intelligit, quāto enim aliquis intellectus eſt ſuperior, tanto id quo intelligit eſt uniuerſalius. Ita tñ ꝙ in illo vniuerſali eius cognitio extendatur etiam ad propria cognita, multo magis quā cognitio inferioris intellectus, qui per aliqd magis particulare cognoſcit. Et hoc ēt experimento in nobis percipimus. Videmus. n. quod illi qui ſunt excellentioris intellectus ex paucioribus auditis vel cognitis totam virtutem alicuius quæſtionis vel negotii comprehendunt, quod alii groſſioris intellectus exiſtentes percipere non poſſunt, niſi manifeſtetur eis per ſingula, ratione quorum oportet frequenter inducere. Et ideo Deus cuius intellectus eſt excellētiſſimus uno E ſolo. ſ. eſſentia ſua omnia comprehendit, aliorum uero intellectuum ſeparatorum, tanto unuſquiſque paucioribus ſpeciebus, & ad plura ſe extendentibus rerum notitiam habet, quanto eſt altior, ita quod intellectus humanus qui eſt infimus rerū ſcientiam habere non poteſt, niſi ſingulis ſpeciebus ſingularium rerum naturas cognoſcat. Natura vero corporalis & ſenſus corporeus omnino a participatione uniuerſali ſpecierum deficere inuenitur. hęc igitur differentia, quæ eſt ſecundum uniuerſalitatem & particularitatem ſpecierum eadem ponitur hic, & in Proculo, & eſt ſumpta ex effectu. Sicut enim intelligentiæ per intelligibiles formas cognoſcunt, ita & per intelligibiles formas ſuos effectus producunt, quia omnis intellectus intelligendo operatur, vt infra dicetur. Superiorum aūt intelligentiarum ſunt maiores virtutes. Et hoc ideo quia ſunt magis ſimplices & maioris quantitatis, i. cōpoſitionis, vtpote vni primo ppinquiores: ergo oportet ꝙ virtutes operatiuæ ipſarū ad plu-

ra

ra ſe extendant. Et tamẽ ipſe uir tutes ſint magis ſimplices. Et ex hoc apparet ꝙ formæ ſuperiorum intelligentiarũ ſunt vniuerſaliores. Quo aũt formæ, quæ ſunt in ſuperiorib. intelligentiis vnitæ, multiplicent in intelligentiis, manifeſtat conſequenter, rõnem huius aſſignans, ſicut Proculus ex parte intelligentiarum inferiorum. Intelligentiæ n. inferiores conſequuntur intelligibiles ſpecies ex ſuperiorib. intelligẽtiis quodãmodo ad eas reſpiciendo: quia intelligentia, ſicut oẽ qđ agit, intelligẽdo agit: ita oẽ quod recipit, intelligibiliter recipit, ſecundũ modum, ſ. propriæ naturæ. Et qa natura inferioris intelligentiæ non eſt tantæ ſimplicitatis, & vnitatis, quantæ natura ſuperioris intelligentiæ, ideo nec formæ intelligibiles recipiuntur in intelligentia inferiori in illa unitate, in qua ſunt in ſuperioribus intelligentiis. Et propter hoc formæ intelligibiles magis multiplicantur in inferioribus intelligentiis, quam in ſuperioribus, ita ꝙ ea quæ intelliguntur a ſuperiori intelligẽtia per vnam ſpeciem intelligibilem, inferior intelligentia intelligit per plures. Sed quia ſicut dictum eſt, intelligentia quicquid operatur, intelligendo operatur, ſic intelligendo recipit quod recipit: poteſt ratio huius multiplicationis ſpecierum aſſignari non ſolum ex parte intelligentiæ recipientis: ſed etiam ex parte intelligentiæ imprimentis. Cuius prouiſione multiplicantur ſpecies in inferiori intelligentia ſecundum ſuam capacitatem. Vnde Dion. 1. 15. c. de Di. nom. Vnaquæque eſſentia intellectualis donatam ſibi a diuiniore uniformem intelligentiam prouida uirtute diuidit, & multiplicat ad inferioris ductiuam analogiam, id eſt ſecundum proportionem inferioris ſubſtantiæ.

LECTIO XI.

OMnis intelligentia intelligit res ſempiternas, quæ non deſtruuntur: neque cadũt ſub tempore. Quod eſt, quoniã ſi intelligentia eſt ſemper, quæ non mouetũ, tunc ipſa eſt cauſa rebus ſempiternis, quæ nõ deſtruũtur, nec permutantũ, neque

LECTIO XI.

OStenſo quomodo intelligẽtia intelligat alia a ſe quia per formas intelligibiles, quibus eſt plena, hic ipſe aliter agit de cognitione qua intelligentia cognoſcit res æternas. Et primo oſtendit ꝙ cognoſcit res æternas, ſiue incorruptibiles. Secundo oſtendit modum quo eas cognoſcit, ibi. [Primorum omnium quædam ſunt &c.] Circa primum proponit talem propoſitionem. Omnis intelligentia intelligit res ſempiternas quæ non deſtruuntur, neque cadunt ſub tpe: per res ſempiternas intelligit, quæ ſunt ſupra tẽpus & motum, ut expoſitũ eſt in ſecunda Propoſitione. Signanter aũt dicit, [Quæ nõ deſtruuntur, neque cadunt ſub tempore.] Quædam n. cadunt ſub tempore, quæ tamẽ nõ deſtruuntur, ſicut motus cœli: qui cum tempore menſuretur, non deſtruetur, nec ceſſabit ſecundum Philoſophorum poſitionem. Videtur ergo ſm ſuperficiem, intellectus huius propoſitionis eẽ, ꝙ intelligentia nõ cognoſcat res corruptibiles, & cadentes ſub tempore: ſed ſolũ res incorruptibiles ſupra tempus exiſtentes. Sed ꝙ nõ ſit hic intellectus propoſitionis, patet ex propoſitione quæ ſubditur, in qua non probatur ꝙ intelligentia cognoſcat ſempiterna, & non corruptibilia: ſed ꝙ non cauſet immediate, niſi ſempiterna. Vnde exponendum eſt. Omnis intelligentia intelligit, i. intelligendo cauſat res ſempiternas. Et hoc patet ex libro Proculi, qui ad hoc inducit duas ꝓpoſitiones, quarum una eſt 171. Omnis intellectus perpetuorum eſt proanne & intranſmutabilium ſm ſubſtantiam ſubſtitutiuũ. Alia eſt 174. Omnis intellectus intelligendo inſtituit, quæ poſt ipſum. Ex quib. duabus propoſitionibus Auctor huius libri conflauit unam, & dũ breuitati ſtuduit, obſcuritatem induxit. Probat autẽ ſub hoc ſenſu hanc propoſitionem eo modo quo & Proculus, & in hac probatione duo facit. Primo. n. oſtendit quod intellectus nõ producit immediate res corruptibiles, uel cadẽtes ſub tpe: ſed ſolum res ſempiternas. Secundo unde ueniat corruptibilitas in rebus. Primum autem oſtendit ſic. Intelligentia ꝓducit ſuum effectum ſm ſuum eſſe. Et hoc ideo, quia ſuum intelligere eſt ſibi connaturale. Nihil autem producit, niſi intelligendo, ut ſupra manifeſtauimus. Vñ relinquitur quod quicquid producit, producat per ſuum eſſe. Sed eſſe intelligentiæ eſt incorruptibile & ſupra tpſ, æternitati parificatum, ut in ſecunda Propoſitione habitum eſt, ergo immediatus intelligentiæ effectus eſt ſempiternus, nõ cadens ſub corruptione, uel tpe. Secundũ aũt manifeſtat dicens, quod cũ intelligẽtia immediate nõ cauſet res corruptibiles, ſequit ꝙ res corruptibiles nõ ſunt immediate ab intelligẽtia, ſed ſunt ab aliqua cauſa corporea tem-

F. porali. Nam corruptio & generatio in his inferioribus in rebus cãtur per motum cœli: ipſe autem motus cœli nõ eſt immediate ab intelligẽtia, ſed ab anima, ſicut ſupra dictum eſt in tertia Propoſitione. Si quis autem hunc proceſſum reducere uellet ad intellectum qui ſuperficialiter ex propoſitione apparet, poterit dicere ulterius ꝙ res corruptibiles cognoſcuntur ab intelligentia ut ſempiternæ. Sunt. n. in intelligentia ſicut nõ materialiter, ꝗuis in ſe ſint materiales: ita nec temporaliter, ſed ſempiternæ. ꝙ manifeſtatur per effectũ: quia immediatus effectus intelligentiæ eſt ſempitern⁹. Id. n. quo intelligentia cognoſcit, eſt principium factiuum in ipſa, ſicut & artifex per formam artis operatur. Hæc autem probatio quæ hic inducitur, & ſi a quibuſdam Philoſophis concedatur, non tamen neceſſitatem habet. Hac enim probatione ſuſcepta, multa fundamenta catholicæ fidei tollerentur. Sequeretur enim quod angeli nihil de nouo in his inferioribus immediate facere poſſent. Et multo minus Deus: qui non ſolum eſt æternus, ſed ante æternitatem, ut ſupra dictum eſt. Et ſequeretur ulterius, mundum ſemper fuiſſe. Hæc enim uidetur eſſe efficaciſſima rõ ponentium æternitatem mundi quæ ſumitur ex immobilitate factoris. Non enim uidetur poſſe contingere quod aliquod agens nũc incipiat operari cum prius non operatus fuerit ſi omnino immobiliter ſe habeat, niſi forte aliqua exteriori mutatione præſuppoſita, quia ut Auer. in 8. Phyſi. comm. proſequitur. Si aliquod agens uolũtarium uult aliquid facere poſt & non prius, ad minus oportet quod imaginetur tempus qđ eſt numerus motus. Et ideo concludit impoſſibile eſſe quod ex uoluntate immobili & æterna proueniat effectus nouus, niſi præſuppoſito motu. Et quia hæc uidetur eſſe efficacior ratio qua utuntur ad probandum æternitatem mundi, diligenter eſt huius rationis ſolutio attendenda. Conſiderandum eſt igitur aliter loquendum eſſe de agente quod producit aliquid in tempore, atque aliter de agente quod producit tempus ſimul cum re, quę in tempore producitur. Cum enim aliquid in tempore producitũ, oportet accipere aliquam proportionem ad tempus, uel ſolũ eius quod producitur, uel etiam producentis ipſius, quoniam actio eſt in tempore non ſolum ex parte eius quod agitur, ſed etiam ex parte agentis. In tempore enim eſt aliquid ſecundũ quod eſt in motu, cuius numerus tempus eſt. Quando igitur aliqua mutatio inuenitur ex parte eius quod agitur uel ex parte agentis: tunc actio ſecundum utrumque eſt in tempore, puta cũ aliquis alteratus a frigore, ignem de nouo accendit ad frigus pellendum. Hoc aũt non ſemper contingit. Eſt. n. aliquid cuius ſubſtãtia non eſt in tẽpore, ſed operatio in tẽpore eſt, ut infra dicetur. Huius ergo agens abſque aliqua ſui mutatione effectũ producit in tẽpore, qui prius non fuerat. Et ſic & Deus aliquid poteſt producere in tẽpore de nouo quod prius non fuerat ſm certam proportionẽ huius effectus ad hoc tempus, ſicut contingit in omnib. miraculoſis effectib. qui fiunt immediate a Deo. Nec obſtat quod dicitur, quod producit per ſuũ eẽ, quia ſuũ eſſe eſt ſuũ intelligere. Et ſicut ſuũ eſſe eſt vnũ, intelligit tñ multa, & ꝓpter hoc poteſt multa producere; ꝗuis eius intelligere vnum & ſimplex remaneat, ita ꝗuis ſit eſſe ſuum æternũ & immobile poteſt tamen intelligere aliqđ eſſe temporale & mobile. Et ideo, & ſi ſuũ intelligere ſit ſempiternum, per ipſum tamen producere poteſt effectũ nouum in tẽpore. Cuius iudicium aliqualiter in nobis apparet. Poteſt. n. homo uoluntate immobili permanente, opus ſuum in futurũ differre, ut faciat id determinato tpe. Sed ſi tu dicas, ꝙ quoties hoc contingit, oportet præintelligere alium motum, ex quo contingat, ꝙ aliqd prius non fuerit conueniens fieri, poſtmodum iudicat ut conueniens ad fiendum, ad minus ipſum tẽporis decurſum, ꝙ ſine motu intelligi non põt, dicemus hoc quidem uerum eſſe in particularib. Dei effectib. quos in tempore operatur. Quia. n. Lazarum ſuſcitauit 4. die, & non prius, habuit reſpectũ ad aliquam rerum mutationem ꝓcedẽtem hoc fecit. Sed in uniuerſi productione hoc locum non hꝫ: quia ſimul cum mundo temporis & motus productio fuit: nec fuit aliquod tpſ præcedẽs motus, ad quem oportuit nouitatem huius effectus proportionari, ſed ſolum ad rõnem facientis, prout intellexit & uoluit hũc effectũ ab æterno non fore, ſed incipere poſt non eſſe. Nec enim tpſ eſt menſura operationis uel motus, ſicut dimenſio eſt menſura magnitudinis corporalis. Si igitur quæramus de aliquo particulari corpore, puta de terra, quare ultra hos magnitudinis terminos non excedit,

G cadunt ſub generatione & corruptione, quia intelligentia quidem non eſt ita, niſi quia intelligit rem per eſſe ſuum, & eſſe ſuũ ſempiternũ eſt, qđ nõ corrumpitur. Cũ ergo hoc ſit ita, dicimus quod res deſtructibiles ſunt ex corporeitate, ſ. ex cã corporea uel temporali, nõ ex cauſa intellectuali æterna.

petur, & non extenditur vltra, poteſt eius ratio eſſe ex proportione ipſius ad totum mundum. Sed ſi rurſum quæramus de tota corporum vniuerſitate, quare de hac determinatæ magnitudinis terminos non excedat, non poteſt huius ratio eſſe ex proportione eius ad aliquam magnitudinem aliam: ſed vel oportet dicere magnitudinem corporalem eſſe infinitam, ſicut antiqui naturales poſuerunt: vel oportet huius determinatæ magnitudinis rōnes accipi ex ſola intelligentia, & voluntate facientis. Sic igitur infinitus Deus finitū vniuerſum produxit ſecundum ſuæ ſapiētiæ rationem. Ita æternus Deus potuit nouum mūdū producere ſecundum eandem ſapientiæ rationem.

LECTIO XII.

PRimorum omnium quædā ſunt in quibuſdam per modum quo licet ut ſit unum eorum in alio. Quod eſt, quia animi eſſe ſunt & uita & intelligentia, & uita ſunt eſſe & intelligētia, & intelligentia ſunt eſſe & uita. Veruntamen eſſe, & uita in intelligentia ſunt duæ intelligentiæ: & eſſe, & intelligentia in uita, ſunt duæ uitæ: & intelligentia & uita in eſſe, ſunt duo eſſe. Et illud quidem nō eſt ita: niſi quia unumquodq; primorum aut eſt cauſa, aut cauſatū. Cauſatum ergo in cauſa eſt per modū cauſæ, & cauſa in cauſato per modum cauſati. Nos q. dem abbreuiamus & dicimus, quod res agens in rem per modum cauſæ non eſt in ea niſi p modum qui eſt cauſa eis. Sicut C ſenſus in animali per modum animalē, & anima in intelligentia p modū intelligibilem: & in telligētia in eſſe, per modum eſſentialem, & eſſe primum in intelligentia, per modum intelligibilem, & intelligentia in anima, per modum animalem, anima in ſenſu, per modum ſenſibilem. Redeamus ergo & dicamus, quod ſenſus in anima & intelligentia in cauſa prima, ſunt per modos ſimiles, & B diuerſos, ſicut oſtendimus.

LECTIO XIII.

OMnis intelligentia intelligit eſſentiam ſuā. Quod eſt, quia intellectus, & intellectum ſunt ſimul. Cum enim intelligentia eſt intellectum, & intelligens, tunc proculdubio uidet eſſentiam ſuam. Et quando uidet eſſentiā ſuā, ſcit & intelligit per intelligētiam eſſentiam ſuam. Et quando ſcit eſſentiam ſuam, ſcit reliquas res, quę ſunt ſub ea, quoniā ſunt ex ea. Verūtamen in ea ſunt per modum intelligibilem, ergo intelligentia, & res intellectæ ſunt unum. Quod eſt, quia ſi res in-

LECTIO XIII.

POſtquam oſtēdit q intelligētiæ intelligunt res ſempiternas, hic inducit propoſitionē ad manifeſtandum, qualiter intelligentiæ q̄ ſunt res ſempiternæ, mutuo ſe intelligāt. Per hoc autem aliquid intelligitur quod eſt in intelligente. Et iō oportet in hac propoſitione declarare, quomodo vnum de entibus ſuperioribus ſit in alio. Et eſt ppoſitio talis. Primorum omnium, ſūt quædam in quibuſdam per modum, quo licet vt ſit vnum eorum in alio. Hæc etiam propoſitio proponitur 103. in lib. Proculi ſub his verbis. Omnia in omnibus, proprie autem in vnoquoque. Idem autem eſt q Proculus dicit, proprie autem in vnoquoque & quod hic dr̄ p modum quo licet ut ſit vnum eorum in alio. Vtrobique n. ſignatur, q vnum eſt in alio ſecundum conuenientem modum ei in quo eſt. Sed a Proculo quidem inducitur hęc propoſitio ſecundum poſitiones Platonicas, quibus ponuntur formæ ſeparatæ ſubſiſtentes, quarum (ut ſupra dictū eſt) una tanto eſt alios, q̄to eſt vniuerſalior, & ad plura ſuam participationem extendens. Et ſecundum hoc, ipſum eſſe eſt ſuperius quam in ipſa uita. Et hæc quam ipſe intellectus. Et ideo hic, Proculus hoc determinans, in ſua propoſitione addit. Etenim in ente uita, & intellectus, & in uita eſſe & intelligere, & intellectus eſſe & uiuere. Et ſic ēt vr̄ Auctor huius libri loqui hmōi ſeparata prima nominans. Subdit. n. quaſi exponens. quod eſt quia in eſſe ſunt uita & intelligentia, & uita ſunt eſſe & intelligentia, & in intelligētia ſunt eſſe uita, quod eſt omnino idem cum uerbis Proculi. Addit autem Proculus in ſua propoſitione expoſitionem modi quo unū horū ſit in alio dicens Sed alicubi quidem intellectualiter, alicubi aūt uitaliter, alicubi uero enter. i. p modum entis entia omnia. q. d. q omnia tria prędicta ſunt in intellectu intellectualiter, in uita uniuerſaliter, in eſſe eſſentialiter. Sed hoc q ponitur loco huius in hoc libro, nr̄ eſſe corruptum, & malum intellectum hēre. Sequitur. n. Veruntamē eſſe & uita in intelligentia ſunt duæ intelligentiæ. Debet. n. intelligi quod iſta duo. ſ. eſſe & uita ſunt in intelligētia intellectualiter, & eſſe & intelligentia in uita ſunt duæ uitæ, i. ambo ſunt in uita uniuerſaliter, & intelligētia & uita ſunt duo eſſe. i. ambo ſūt in ipſo eſſe eſſentialiter. Si aūt intelligatur ſm̄ q uerba ſonant falſū cōtinent intellectū. Viuere. n. uiuentis eſt ipſum eſſe eius,
Te.com. 37. ut dr̄ in ſecundo de Anima. & ipſum intelligere primi intelli
Te.com. 39. gentis eſt uita eius & eſſe ipſius, ut in 12. Met. dr̄. Vnde & hoc Proculus excludēs dicit, q eſſe intellectus eſt cognitio & uita eius eſt cognitio. Alioqn ſequeretur incōueniēs qđ Ariſ. inducit in. 3. Met. cōtra Platonicos, q. ſ. Sor. eſſet tria animalia, quia & ipſe eſt aial & de eo p̄dicatur idea animalis communis quā participat, & ſimiliter idea hominis qui idem eſt animal. Sequitur enim, q unumquodque iſtorū triū eſſet non unū, ſed multa A Apponit aūt Proculus probationem manifeſtam ad ea, quæ dicta ſunt, diſtinguens quod tripliciter aliquid de aliquo dr̄. Vno modo cauſaliter, ſicut calor de ſole. Alio modo eſſentialiter, ſiue naturaliter, ſicut calor de igne. Tertio mō ſm̄ quandam poſthabitationem, i. conſecutionem, ſiue participationē, qñ. i. aliquid nō plene habetur, ſed poſteriori modo, & particulariter. Sicut ualor inuen ſm̄ in corporibus eſſentialita ts non in, ea plenitudine ſm̄ quam eſt i igne. Sic ergo illud quod eſt eſſentialiter in primo, eſt participatiue in ſecundo & tertio: quod autem eſt eſſentialiter in ſecundo, eſt in primo quidem cauſaliter, & in ultimo participatiue. Quod uero eſt in tertio eſſentialiter, & cauſaliter in primo, & in ſecundo. Et per hūc modum, omnia ſunt in oībus. Sed qa Auctor huius libri non uidetur ponere formas ſeparatas, quod hoc dicitur eſſe, & uitam & intelligentiam in ſeinuicē eſſe, eſt intelligendū ſ ſed quod inueniuntur in habentibus eſſe, viuere, & intelligere: quia in ipſo eſſe ſm̄ propriam rōnem inuenitur, cauſaliter uiuere, & intelligere, ſecundum illum modum quo in prima Propoſitione dictum eſt, q eſſe eſt cauſa prima, viuere & intelligere poſteriores cauſæ. Non tamen ita eſt intelligendum ſicut uerba ſonant, q intelligentia, & uita ſint in ipſo eſſe duo eſſe. Sed quia hęc duo prout ſunt in ipſo eſſe, non ſunt aliud quam eſſe, & ſimiliter eſſe prout eſt in uita, eſt ipſa uita, cum uita nihil addat ſupra eſſe, niſi determinatum modum eſſendi, ſeu determinatam naturam entis. Et idem intelligendum eſt in aliis cōparationibus, ſecundum quas unum iſtorum dicitur eſſe in alio. Sed quia ſecundum intellectum huius Auctoris hæc tria D non ſunt quædam res ſubſiſtentes, ſicut dictum eſt, conſequenter applicat iſtam propoſitionem ad res, quæ per ſe ſubſiſtunt, quæ ſunt eſſe primum quod eſt Deus, intelligentia, anima intellectiua, & anima ſenſitiua. Et dicit quod hoc modo cauſa eſt in effectu, & econuerſo ſecundum q cauſa agit in effectū, & effectus recipit actionem cauſæ. Cauſa autem agit in effectum per modum ipſius cauſæ: effectus autem recipit actionem cauſæ per modum ſuum: vnde oportet q cauſa ſit in effectu per modum effectus, & effectus ſit in cauſa per modum cauſæ: ergo ea quæ ſunt in ſenſu ſenſibiliter, ſunt in anima intellectiua per modum ei conuenientem. Et ea quæ ſunt in anima per modum animalem, ſunt in intellectu per modum proprium, & quæ ſunt in intelligentia intelligibiliter, ſunt in cauſa prima eſſentialiter ſecundum modum ſuum: & econuerſo priora ſunt in poſterioribus ſecundum modum poſteriorū. Ex quo accipi poteſt qualiter intelligentiæ ſeinuicem intelligāt, & cauſam primam. Vnaquæque. n. intelligit aliam ſm̄ q alia E eſt in ipſa per modum eius in quo eſt; quia etiam in ſuperioribus ſunt inferiores ſecundum quaſdam excellentiores ſimilitudines ſeu ſpecies: ſuperiores uero in inferioribus ſecundum quaſdam deficientiores ſimilitudines & ſpecies.

LECTIO XIIII.

OStenſo, quomodo intelligentia intelligat alia a ſe, nunc ad oſtendendum quomodo intelligat ſeipſam inducitur hæc propoſitio, quæ etiam inuenitur 16. in lib. Proculi ſub his verbis. Omnis intellectus ſeipſum intelligit. Sed huius propoſitionis & probationis, eius intellectum oportet nos accipere ea his quæ Proculus dicit. Vt enim ſupra dictū eſt ſm̄ opiniones Platonicas, ordo intellectuum ponitur ſub ordine formarum ſeparatarum. ex quarum participatione ſunt intelligentes in actu. Vnde formæ ſeparatæ cōparantur ad eos ſicut intel-

tellectæ, & intelligentia ſunt vnum, & intelligentia ſcit eſſentiam ſuam. Tunc proculdubio quãdo ſcit eſſentiam ſuam, ſcit reliquas res, & quando ſcit reliquas res, ſcit eſſentiam ſuam. Et quando ſcit reliquas res: tūc ipſa non ſcit eas, niſi quia ſunt intellectæ, ergo intelligẽtia ſcit eſſentiam ſuam, & ſcit res intellectas ſimul, ſicut oſtendimus. G

intelligibile ad intellectum. Sicut autem aliarum rerum ponebant quaſdam ideas: ita & ipſorum intellectuū ponebant quandam ideam quam vocabāt primum intellectum. Iſte ergo intellectus idealis, inquantum eſt intellectus, intelligit. & inquantū eſt forma idealis, eſt forma intellecta. Sic igitur in eo vnitur omnino intellectus, & intellectū. Et per hoc perfecte ſeipſum intelligit: qui eſſentia ſua totaliter eſt intelligibile, non ſolū intelligens. Oīs aūt intellectus ſm Platonicos hēt intellectū participatū. Sed ſuperiores intellectus participant ipſū intellectum perfectius. Vnde participāt ipſum non ſolū ꝙ ſint intellectus: ſed et ꝙ ſint intelligibiles & quodamō formales intellectus. Sic igitur contingit in eis ſm eorū ſubam quodāmodo intellectus & intellectū. Et ideo et ipſi intelligunt ſuam eſſentiā. Sed diuerſimode a primo intellectu. Nam primus intellectus idealis nō participat aliquam priorem formā intellectualitatis. Sed ipſemet eſt prima forma intellectualitatis. Vnde ſuū intelligibile nō eſt aliud quam ipſe. Poſteriores vero intellectus ſic habēt de forma intelligibilitatis in ſua ſubſtātia, ꝙ tñ illud deriuatur a ſuperiori intellectu ideali. Sic ergo intelligunt eſſentiam ſuam, ꝙ et intelligunt ſuperiorem intellectum quem participāt. Et hoc eſt qđ Proculus addit in prędicta propoſitione. Sed prius, quod ſeipſum ſolū, & unum ſecundum numerum in hoc intellectus, & intelligibile. Vnuſquiſque autem conſequentium ſeipſum ſimul, & quæ ante ipſum & intelligibile hunc, hoc quidem eſt quod eſt, hoc autem a quo eſt. Sed quia ſecundum ſententiā Ariſt. (in. com. 12.) quæ in hoc magis inchoatæ doctrinæ concordat, non ponimus multas formas ſupra intellectus, ſed vnam ſolam, quæ eſt cauſa prima, oportet dicere ꝙ ſicut ipſa eſt ipſum eſſe: ita eſt ipſa vita, & ipſe intellectus primus. Vnde & Ariſt. in 12. Meta probat quod intelligit ſeipſum tm̄, non ita quod deſit ei cognitio aliarum rerū: ſed intellectus eius nō informatur ad intelligendum alia ſpecie intelligibili, niſi ſeipſo. Sic igit ſuperiores intellectus ſeparati tanq̄ ei propinqui, intelligūt ſeipſos: & per eſſentiam ſuam & participationem ſuperioris naturæ. Et ideo ad probandum hanc propoſitionem, primo hic inducitur, ꝙ intellectus & intellectum in intellectib. ſeparatis ſunt ſimul, inquantum, ſ. ſm ſubam ſuam non ſolum ſunt intellectus, ſed intelligibiles, vtpote ꝓpinquiſſime participantes primum intellectum. Vnde concludit quod intelligẽtia intelligit eſſentiam ſuam. Et quia eſſentia ſua eſt eſſentia intelligentis: ſequitur quod intelligẽdo ſuam eſſentiam intelligit ſe intelligere ſuam eſſentiam. Conſequenter autem oſtendit quō per hoc quod intelligit eſſentiam ſuam intelligit alia. Habetur enim ex præmiſſa ꝓpoſitione, quod omnes aliæ res ſunt in intelligentia per modum intelligibilem. Et ita ſunt unum intelligentia & res intellectæ, ſecundum quod in intelligentia: & ideo quando intelligit eſſentiam ſuam, intelligit res alias. Et eadem ratione quandocunque intelligentia intelligit res alias, intelligit ſeipſam. Sed vtrum hęc conueniant animæ intellectuali, inferius conſiderabimus. K

LECTIO XIIII.

IN omni anima res ſenſibiles ſunt per hoc, ꝙ ſunt exemplum ei, & res intelligibiles in ea ſunt, quia ſcit eas; & non facta eſt ita, niſi quia eſt expanſa inter res intelligibiles, quæ non mouentur, & inter res ſenſibiles, quæ mouentur. Et quia anima ſic eſt, fit quod imprimit res corporeas. Quapropter facta eſt cauſa corporum, & facta eſt cauſata ab intelligentia, quæ fuit ante ipſam. H Res igitur quę imprimuntur ab anima, ſunt in anima per intentionem exēpli, ſcilicet quia res ſenſibiles exemplificantur ſecundum exemplum animæ. Et res quæ cadunt ſupra animam, ſunt in anima per modum acquiſitū. Cū ergo hoc ſit ita, redeamus & dicamus, ꝙ res ſenſibiles omnes in anima ſunt per modum cauſæ ſuę. Propter quod anima eſt ſicut cauſa exemplaris. Et intelligo per animā uirtutem agentem res ſenſibiles. Veruntamen uirtus efficiens in anima non eſt materialis, & uirtus corporea in anima eſt ſpiritualis, & uirtus imprimēs in rebus habētib. dimenſiones eſt ſine dimenſione corpea. Res aūt intelligibiles in aīa ſunt ꝑ modū accidētalem, ſ. quia res intelligibiles quæ non diuiduntur, ſunt in anima per modum diuiſibilem: ergo res intelligibiles unitè ſunt in anima per modum qui multiplicatur, & res intelligibiles q̄ non mouentur, ſunt in aīa per modum motus. Iam ergo oſtēſum eſt, quod res intelligibiles, & ſenſibiles ſunt in anima. Veruntamen res ſenſibiles corporeę motæ, ſunt in anima ꝑ modum animalem unitum, & ſpiritualem res intelligibiles unitę quieſcentes ſunt in anima per modum qui multiplicat motū.

LECTIO XIIII.

POſtquam determinauit de cauſa prima & intelligentia, hic determinat de anima. Et primo determinat de ea ſecundum habitudinem quam habet ad res alias. Secūdo determinat de ea ſecū dum ſeipſam, ibi. [Omnis ſciens, &c.]

F Circa primum ponit talem propoſitionem. In omni anima res ſenſibiles ſunt per hoc quod eſt exemplum ei, & res intelligibiles in ea ſunt, quia ſcit eas. Ad intellectum autem huius propoſitionis uideamus id quod ſcribitur in libro Proculi circa hoc. Ponitur enim ibidem 195. Propoſitio totaliter. Omnis anima eſt omnes res, exemplariter quidem ſenſibilia, iconice autem intelligibilia. Et dr̄ iconice per modū imaginis, imago .n. eſt quod fit ad ſimilitudinem alterius: ſicut exemplar eſt id, ad cuius ſimilitudinem fit aliud. Hęc autem propoſitio probatur tam in hoc q̄ in libr. Proculi hoc modo. Anima enim (ut habitum eſt in ſecūda propoſitione) media eſt inter res intelligibiles quæ ſunt animæ ſeparatæ a motu, & per hoc participantur æternitati: & inter res ſenſibiles quę mouentur, etiam & cadunt ſub tēpore. Et quia priora ſunt cauſa poſteriorū, oportet quod anima ſit cauſa corporum: & intelligentia ſit cauſa animæ per modum ſeparapoſitum. Manifeſtum eſt autē, quod oportet effectus præexiſtere in cauſis exemplariter: quia cauſæ producunt effectus ſecundum ſuam ſimilitudinem: & cauſata habent imaginē ſuarum cauſarum, vt dicit Dyon. 2. cap. de Diu. nom. Sic igitur res ſenſibiles quæ cauſantur ex anima, ſunt in anima per modum eſſe. Ita .ſ. quod huiuſmodi res quæ ſunt infra animam, cauſantur ad exemplum & ſimilitudinem animæ. Res autem quæ ſunt ſupra animam, ſunt in anima per modum acquiſitum, ideſt per quandam participationem, ita. ſ. quod comparantur ad animam ſicut exemplaria, & anima ad ipſas quodammodo ſicut imago. Sic igitur patet, quod ſenſibilia præexiſtunt in anima virtualiter, quæ quodammodo eſt exemplar effectuum. Exponit autem conſequenter, de qua anima intelligat, dicens. Intelligo per animam uirtutem agentem res ſenſibiles. Secū dum illos enim qui ponunt corpora cœleſtia animata, anima cœli eſt cauſa omnium corporum, ſicut inferiorum animarum unaquæque eſt cauſa proprii corporis. Nulla ergo inferiorum aīa habet cauſalitatem reſpectu ſenſibilium, & ideo ſenſibilia non fuerunt in ea per modum cauſæ, ſed ſolum in anima cœli quæ ſupra ſenſibilia habet uniuerſalem cauſalitatem. Et hanc hic appellat uirtutem agentem res ſenſibiles. Vnaquęque uero animarum quę ſunt hic, habet quidem cauſalitatem reſpectu proprii corporis: ſed non cauſat ipſum neque per ſenſum neque ꝑ intellectum. Vnde non pręhabet ſui corporis intelligibiles, & K exemplares rationes. Cauſat autem ipſum per uirtutem naturalem. Vnde & in ſecūdo de Anima dr̄, quod anima eſt efficiēs corporis cauſa. Tale aūt agens non agit per aliquam rationem exemplarem proprie: niſi ipſam naturam per quam agit, dicamus exemplar effectus qui ad eius ſimilitudinem producitur aliquo modo. & per hunc modum in natura animæ uirtute ꝓexiſtunt omnes partes ſenſibiles ſui corporis, quæ cauſantur. ſ. a potentiis animæ: quæ ex eius natura procedit. Et quamuis res ſenſibiles ſint in anima quæ eſt cauſa earum, non tamen ſunt in ea per modum quo ſunt in ſeipſis. Nam uirtus animę eſt immaterialis, quamuis ſit cauſa materialium, & eſt ſpūalis, quamuis ſit cauſa corporum, & eſt ſine dimenſione corporea quamuis ſit cauſa rerum habentium dimenſionem. Et quia effectus ſunt in cauſa ſecundum uirtutem cauſæ, oportet ꝙ corpora ſenſibilia ſint in aīa, indiuiſibiliter & immaterialiter & incorporaliter. Et ſicut res inferiores anima ſunt in ea altiori modo quam in ſeipſis, ita res ſuperiores, ſ. intelligentiæ ſunt in anima inferiori modo.

modo q in ſeipſis iconice, uel per modũ imaginis, vt Proc. dicit, loco cuius hic dr̃ per modũ accidẽtis, i. p quẽdã inferiorẽ modũ participationis, ita. ſ. q res intelligibiles, q ſunt i ſeipſis indiuiſæ, & unitæ & immobiles, ſunt i aĩa diuiſibiliter, multiplicitcr, & mobiliter per cõparationẽ ad intelligẽtiã. Sũt.n. ad hoc proportionatæ, ut ſm cauſæ multitudinis & diuiſionis & mot' rerũ ſenſibiliũ. Vel dicit, res imobiles p modũ motus, quia ſm Platonicos aĩæ proprium ẽ, q ſit mouẽs ſeipſam, ſm Ariſt. autem eſt principiũ motus rei mouentis ſeipſam. Vltimo autem epilogando cõcludit propoſitum, & eſt manifeſtũ ex præmiſſis. Et ex his quæ dicta ſunt apparere poteſt qualiter ſuperiores aĩæ cęlorum, ſi cæli ſũt aĩati poſſunt cognoſcere ſenſibilia & intelligibilia. Sic.n. cognoſcunt ea ſm q ſunt in eis.

LECTIO XV.

Oſtẽſo qualiter anima ſe habeat ad alia, hic oñdit qualiter ſe habeat ad ſeipſam. Et proponitur talis ꝓpoſitio. Oĩs ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam: eſt redięs ad eſſentiã ſuam reditione cõpleta. Et ad huius propõnis intellectum, conſiderãdę ſunt q̃dam propõnes quæ in lib. Proculi ponuntur, quarum una eſt 3 lib. eius quæ talis eſt. Omne quod ad ſeipſum conuerſiuum eſt, incorporeum eſt. Et hanc propõnem ſupra manifeſtauimus in 7. propoſitione li. huius. Secundam propõnem ſumamus, quæ eſt. 16. l. Proculi, quę talis eſt. Oẽ ad ſeipſum conuerſiuum, hẽ. ſubſtantiã ſeparabilem ab oĩ corpore. Et huius probatio eſt, quia cum corpus ad ſeipſum conuerti non poſſit, vt ex præmiſſa propoſitione habetur, ſequitur q conuerti ad ſeipſum ſit opera io ſeparata a corpore. Cuius autem operatio a corpore ſeparatur, neceſſe eſt, q & ſubſtãtia ſit ſeparabilis. Vnde omne quod ad ſeipſum conuerti po eſt, eſt a corpore ſeparabile. Tertiam propoſitionem ſumamus 43. libri eius, quæ talis eſt. Omne quod ad ſeipſum cõuerſiuum eſt, authypoſtaton eſt, i. per ſe ſubſiſtẽs. Quod probatur per hoc, q vnumquodque conuertitur ad id quod ſubſtantificatur. Vnde ſi aliquid ad ſeipſum conuertitur ſm ſuum eſſe, oportet q in ſeipſo ſubſiſtat. Quartam propoſitionẽ ſumamus 44. li. eius. Oẽ quod ſm operationẽ eſt ad ſeipſũ & ſecundũ ſubſtantiam eſt ad ſe conuerſiuũ. Et hoc probat per hoc, q cum conuerti ad ſeipſum ſit perfectionis, ſi ſm ſubſtantiam ad ſeipſum non conuerteretur, quod ſecundum operationem conuertitur, ſequeretur, quod operatio eſſet melior & perfectior quam ſubſtantia. Quintam propoſitionem ſumamus 83. libri eius, quæ talis eſt. Omne ſuipſius cognoſcitiuum, ad ſeipſum omniquaque conuerſiuum eſt. Cuius probatio eſt: quia quod ſeipſum cognoſcit, conuertitur ad ſeipſum per ſuam operationem, & per conſequens per ſuam ſubſtantiam, ut patet per propoſitionem præmiſſam. Sextam propoſitionem accipiamus 186. libri eius quæ talis eſt. Omnis anima eſt incorporea ſubſtantia & ſeparabilis a corpore. Quę ſic probatur ſecundum præmiſſa. Anima cognoſcit ſeipſam: ergo conuertitur ad ſeipſam omniquaque, ergo eſt incorporea, & a corpore ſeparabilis. His igitur uiſis, conſiderandum eſt, q in hoc libro tria ponuntur, quorũ primũ eſt, q anima ſciat eſſentiam ſuam. De aĩa n. eſt intelligendum, q hic dr̃. Scd̃m eſt q ex hoc concluditur, q redeat ad eſſentiam ſuã reditione cõpleta. Et hoc eſt idẽ ei quod in propõne Proculi dictũ eſt q oẽ ſuipſius cognoſcitiuum, ad ſeipſum omniquaque conuerſiuum eſt. Et intelligitur reditio ſiue conuerſio cõpleta & ſecundum ſubam & ſm operõnem ut dictũ eſt. Quod aũt hoc ſecundum ſequatur ex primo, probat ſic, quia ei dico, q ſciens ſcit eſſentiam ſuam, q ſum ſcire ſignificat operationem intelligibilem. ergo patet, q in hoc, q ſciens ſcit eſſentiam ſuã, redit, i. conuertit p operõnem ſuam intelligibile ad eſſentiam ſuam, intelligendo. ſ. eã. Et q hoc debeat vocari reditus, manifeſtat per hoc quod cum anima ſcit eſſentiam ſuam, ſciens & ſcitum ſunt res una, & ita ſcientia qua ſcit eſſentiam ſuam. i. ipſa operõ intelligibilis eſt ex ea in quantum eſt ſcita & ſic e ibi quædã circulatio quę importatur in verbo redeundi vel cõuertendi. Ex hoc aũt, q ſm ſuam opationẽ redit ad eſſentiã ſuam excludit ulterius, q ſm ſubſtantiam ſuam ẽ rediens ad eſſentiã ſuam, & ita ſit reditio completa ſm operõnem & ſubſtantiã. Et exponit conſequenter quid ſit redire ſm ſubſtantiam ad eſſentiã ſuam. Illa.n, dr̃ ſm ſubam ad ſeipſa conuerti quę ſubſiſtit p ſeipſa habentia fixionem, ita q non cõnutritur ad aliquid aliud ſubſtentans ipſa ſicut eſt cõuerſio accidentiũ ad ſubſtantiam. Et hoc ſi cõuenit aĩę & vnicuique ſcienti ſeipſum, qa oẽ tale eſt ſubſtantia ſimplex ſufficiens ſibi p ſeipſam. q. non indigens materiali ſuſtentamento. Et hoc põt eſſe tertiũ, q. ſ. aĩa ſit ſeparabilis à corpore, vt proponitur in propoſitione Proculi. Primum aũt horum. ſ. q aĩa ſciat eſſentiam ſuam, hic non probatur. Probatur aũt 10 li. Proculi ſic Animo q cognoſcat ſeipſam, manifeſtum eſt. Si.n. & q ſuper ipſam cognoſcit, & ſeipſam nata eſt cognoſcere, multo magis tan q a cauſis q ſunt ante ipſam cognoſcens ſeipſam. Vbi diligenter conſiderandum eſt, q ſupra cũ de intellectiua cognitione ageret dixit q primus intellectus intelligit ſeipſum tm̃, ut in 13. propoſitione dictum eſt, eo q ipſa eſt forma intelligibilis idealis. Alii uero intellectus tanquam ei propinqui participant a primo intellectu & formam intelligibilitatis, & uirtutem intellectualitatis ſicut dicit Dio. 4. c. de diu. nomi, quod ſupremæ ſubſtantiæ intellectuales ſunt intelligibiles & intellectus. Vnde vnuſquiſque eorum intelligit & ſeipſum & ſuperiorẽ quẽ participat. Sed qa aĩa intellectiua inferiori mõ participat primum intellectum in ſubſtantia ſua, nõ hẽt niſi ſm intellectualitatẽ. Vñ intelligit ſubſtantiam ſuam non p eſſentiam ſuam, ſed ſm ſilar. p ſuperiora q participat. ſm Ariſ. autem in 3. de Anima per intelligibiles ſpecies quæ efficiuntur quodam modo formæ, inquantum per eas ſit actu.

LECTIO XV.

Omnis ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam, eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa. Quod eſt, quia ſcientia nõ eſt niſi actio intelligentis. Cum ergo ſcit ſciens ſuam eſſentiam, tunc redit per operationem ſuã intelligibilem ad eſſentiam ſuã. Et hoc non eſt ita, niſi quia ſciẽs
B & ſcitum ſunt res una, quoniam ſcientia ſcientis eſſentiam ſuam, eſt ex eo ad eum, quia eſt ſciens eſſentiam ſuam, & ad eum quia eſt ſcitum. Quod eſt, quia propterea quod ſcientia eſt ſciẽtia ſciẽtis, & ſciẽs ſcit eſſentiam ſuam, eſt eius operatio rediens ad eſſentiam ſuam, ergo ſubſtantia eius eſt rediens ad eſſentiam ſuam iterum. Et non ſignifico per reditionem ſubſtantiæ ad eſſentiam ſuam iterum, niſi quia eſt ſtans fixa per ſe, non indigens in ſui fixione & ſua eſſentia re
C alia regente ipſam, quoniam eſt ſubſtantia ſimplex ſufficiens ſibi per ſeipſam.

LECTIO XVI.

Omnes virtutes quib. nõ eſt finis, pedentes ſunt ſupra per infinitum primũ quod eſt virtus virtutũ, non qa ipſæ ſunt acquiſitæ fixę ſtãtes i reb. entib. immo ſunt uirtus in reb. entib. hñtib. fixionem. Quod ſi aliquis dicat q ens primum cãtum. ſ.
B intelligentia eſt uirtus, cui non eſt finis, dicimus, q non eſt ens cauſatum virtus, immo eſt uirtus quędam. Et uirtus quidem eius non eſt facta infinita niſi interius nõ ſuperius, quoniam ipſa non eſt uirtus pura, quę non eſt uirtus, niſi quia. eſt virtus, & eſt res quæ non finitur interius, neque ſuperius. Ens autem primum cauſatum, habet finem & uirtus eius eſt finis ſecundum quem remanet cauſa eius, ens autem primum creans eſt infinitum primum
C purum. Quod eſt, quia ſi entib. ſortibus non eſt finis, niſi per ſuam acquiſitionem ab infinito primo puro, propter quod ſunt entia infinita,

D

LECTIO XVI.

Poſita diſtinctione cauſarum ſuperiorum & proſequutus ſingulis partibus, modo ponit comparationem earum adinuicem. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit quomodo ſuperiora influunt in inferiora. 20. propõne. ibi [Cauſa prima regit &c.] Tertio oſtendit quomodo inferiora diuerſimode recipiunt influxum primo influentis. 19. propoſitione. ibi [Cauſa prima exiſtit, &c. Circa primum duo facit. Primo oſtẽdit quõ
E inferiora a ſuperioribus dependeant ſm virtutem. Scd̃o quõ dependeant ſm ſubſtantiam & naturam ſuam 18. propoſitione. ibi [Res omnes habent eſſentiam.] Circa primum duo facit, Primo oſtendit quo omnes virtutes infinitæ dependent a prima infinita uirtute Secundo oſtendit quõ magis vel minus ei aſſimilantur. 17 propõne. ibi [Omnis uirtus unita &c.] Circa primum ponit hanc propõnem. Omnes uirtutes quib. non eſt finis pendentes ſunt ſup infinitum primum quod eſt uirtus oĩum uirtutum, non quia ipſę ſint acquiſitæ fixæ ſtantes in reb. entibus, immo ſunt uirtus in reb. habentib. fixionem. Hęc autem ſecunda pars in omnibus libris uidetur eſſe corrupta Oẽt enim ſingulariter dici, non quia ipſa ſit acquiſita, fixa ſtans in rebus entibus, immo eſt uirtus &c. ut referatur hoc ad uirtutem virtutum. Et hoc patet in lib. Proculi, cuius propoſitio 92. talis eſt, Omnis multitudo infinitarum potẽtiarũ, ab una prima infini

tate exorta eſt, quæ non eſt participata potentia eſt, neq; in potentibus ſubſiſtit, ſed ſm ſeipſam non alicuius participantis ens potentia, ſm omnium cauſatorum entium. Vbi primo conſiderandum eſt, φ infinita potentia dicitur cum libet ſemper exiſtentis, ſicut ſupra dictum eſt in 5. propoſitione inquantum .ſ. uidemus, φ quæ plus durare pñt habens maiorem uirtutem eſſendi. Vnde illa quæ in infinitū durare pñt, habēt quantū ad hoc infinitam potentiam. Secundū aūt Platonicas poſitiones, omne qd in pluribus inuenitur, oportet reducere ad aliquod primum qd per ſuam eſſentiam eſt tale a quo alia p participationem talia dicuntur. Vnde ſecundum eos uirtutes infinitæ reducuntur ad aliquod primum, quod eſt eſſentialiter infinitas uirtutes, nō φ ſit uirtus principata in aliqua re ſubſiſtente, ſed quia eſt ſubſiſtens per ſeipſam. Hoc autem ſm Platonicos nō eſt ipſa idea entis, quia hoiuſmodi ens ſeparatum hēt quidem potētiam infinitam ſed cum hoc hēt ēt finitatem, ſicut ſupra in 4. propoſitione habitum eſt. Vnde relinquitur, φ non ſit prima potentia quæ eſſentialiter eſt ipſa infinitas. Neq; tñ ponebant, φ illa infinitas idea ſit primum ſimpliciter, quia ipſa infinitas participat unitate, & bonitate. Vnde primum ſimpliciter eſt unum & bonum. Hoc autem infinitum idealiter a quo oēs uirtutes infinitæ dependent, eſt medium inter unum & bonum quod eſt primum ſimpliciter, & inter ens, & ita hanc propoſitionem Proculus exponit. Sed quia Auctor huius libri non ponit diuerſitatem realem inter huiuſmodi formas ideales abſtractas, quæ per eſſentiam ſuam dicuntur, ſed oīa attribuit cauſæ primo, φ eſt Deus, ut ſupra ēt patuit ex uerbis Dion. ideo ſecundum intentionem huius auctoris, hoc primum infinitum a quo omnes uirtutes infinitæ dependent eſt primum ſimpliciter qd eſt Deus. Per ens aūt de quo Proculus mentionem facit, qd eſt ſub infinito, nō intelligit ideā entis, ſed potius ens primum cauſatum, & quod Proculus probat de idea entis, hic probatur de ente primo, quod eſt intelligentia. Dicit ergo. Si aliquis uelit dicere principium ens cauſatum quod eſt intelligentia ſit uirtus infinita, non tamen erit dicendum φ ipſa ſit eſſentialiter uirtus, imo eſt habens uirtutem. Vnde nō eſt illud primum infinitum a quo dependent omnes uirtutes infinitæ. Et φ non ſit prima uirtus infinita, manifeſtat per hoc φ non eſt infinita omnibus modis, & ex parte quolibet, ſed eſt infinita ſolum inferius, non ſuperius. Dicitur quidem inferius infinita uirtus intelligentiæ, quia non comprehenditur ab his quæ ſunt infra ipſam. Nō eſt autem infinita ſuperius, quia exceditur a ſuo ſuperiori, cuius comprehenſione finitur. Vnde Proculus dicit. 93. propoſitione. Omne infinitum in entibus neque ſupra poſitis infinitum eſt, neq; ſibiipſi, quia ſicut ipſe probat ibidē, a ſeipſo unumquodque & ſuperioribus circumſcribitur & terminatur, ab inferioribus autem circumſcribi non poteſt. Ideo aūt uirtus intelligentiæ non eſt reſpectu omnium infinita, quia nō eſt ei uirtus pura, i. non eſt eſſentialiter uirtus, ut. ſ. ſit uirtus ſubſiſtens. Talis enim res quæ eſſentialiter uirtus eſt, neque eſt ſuperius neque inferius. Non. n. habet aliquod prius a quo poſſit circumſcribi. Sed intelligentia habet finem ſecundum quem remanet, i. deficit a ſuo ſuperiori quaſi poſt ipſum remanēs, uelut ipſum aſſequi non ualens. Deinde oſtendit, qd ſit illud primum infinitū a quo depēdent oēs uirtutes infinitæ, & hoc quidē accipitur hic ens primū creans. ſ. Deus eſt primū infinitū: purū quaſi eſſentialiter exiſtens uirtus infinita, & hoc probat, quia intelligentiæ quas uocat hic ſcientes & fortes pp magnitudinē uirtutis quā habent, ſunt infinitæ pp acquiſitionē ſuā. i. participationem a primo qd eſt infinitū purū. i. eſſentialiter, a quo habēt non ſolū infinitatē, ſed ēt eſſe. Et ſi ē primū creās, ē φ ſuā participatione facit res eſſe infinitas, ſīc oportet, φ ipſum ſit ſupra infinitum. Qd quidē ſm ea q̄ hic dār, oportet itelligere φ ens primū ſit ſupra infinitū participatū & creatū. Sed ſm Proculū hoc dr de idea unī' & boni, q̄ eſt ſm Platonicos ſupra ideā infiniti. Et iō exponēs qd dixerat, ens primū eē ſupra infinitū, ſubdit φ intelligētia eſt infinitū, ſ. participatiue nō aūt eſſentialiter, ita ſ. φ ipſamet ſit id qd ē infinitū. Concludit igit ex pmiſſis, φ cū ens primū det intelligentiis eē & infinitatē, ipſū eſt menſura primorū entiū. ſ. intelligibiliū & p conſequēs ſcdorū entiū. ſ. ſenſibiliū, ſm φ primū i quolibet genere ē menſura illius gnis, inquātū p acceſſum ad ipſū, uel receſſū ab ipſo cognoſcitur aliquid eē pfectius uel minus pfectū in gñe illo. Sed ipſe exponit ens primū eē menſurā oīum entiū qa creauit oia entia cū debita menſura q̄ cōuenit unicuique rei ſm modū ſuæ naturæ. Quod. n. aliqua res magis uel minus accedit ad ipſum, eſt ex eius diſpone. Vltimo aūt colligit ex præmiſſis, q. epilogādo prīcipalē intentionem, & d. φ ens primū creās eſt ſupra infinitū, illud. ſ. quod participatione infinitū eſt. Sed ens ſm φ creatū eſt. i. intelligentia, eſt infinitū participatiue. Illud aūt quod eſt infinitū inter ens primū creatū qd eſt intelligentia, & ens ſm creatū quod eſt corpus corruptibile, eſt infinitum. ſ. corpus cæleſte. Sed Proculus hoc ponit tamq̄ idea infiniti ſit media inter boni & ideā entis. Hoc autem rerū ordine inſtituto circa infinitū, ſubdit ſimiliter de aliis, & dicit φ oēs aliæ bonitates ſimplices. ſ. uita, lumē, & ſimilia, ſunt cā rerum habentium hmōi bonitatē. Sicut. n. cā prima & primū infinitū, & ita uīa alia ab eo habent infinitatem, ab eo ēt cā prima eſt ipſa uita & ipſum lumen, & ab ipſa cauſatum primum ſ. intelligentia hēt uitā & lumē intelligibile. Et ſimpliciter etiam aliæ bonitates deſcendunt a prima cauſa. Prima quidem ſuper creatum primum quod eſt intelligentia, & deinde ſuper alia mediante intelligentia, ſiue iſta alia accipiantur animæ intellectuales, ſiue res ſpirituales,

& ſi eſt ens primum Ipſum qd ponit res quibus non eſt finis, tunc ipſum proculdubio eſt ſupra infinitum. Ens autem primum creatum. ſ. intelligentia ipſum non eſt finitum, imò dicitur, φ eſt infinitum, neq; dr̄ φ eſt ipſummet. quod non eſt G finitum ens, ergo primum eſt menſura entium primum intelligibilium, & entium ſecundorum ſenſibiliū, ſcilicet quia ipſum eſt, quod omnia entia creauit, & menſurauit ea menſura conuenienti, omni enti. Redeamus ergo & dicamus, φ ens primum creans eſt ſupra infinitum. ſed ſecundum creatum eſt infinitum, & quod eſt inter eos primum creans, & ens ſecūdum creatum eſt non finitum. Et reliquæ bonitates ſimplices, ſicut uita & lumen, H & quę ſunt eis ſimilia, ſunt cauſæ rerum omnium habētium bonitates, ſcilicet quod infinitum eſt a cauſa prima, & cauſatum primum eſt cauſa omnis uitæ, & ſimiliter reliquę bonitates deſcendentes a cauſa prima ſuper creatū primum, i. primis eſt intelligētia. Deinde deſcendunt ſuper reliqua cauſata intelligibilia & corporea mediante intelligentia.

I

K

LECTIO XVII.

OMnis uirtus unita plus eſt infinita quam uirtus multiplicata. Quod eſt, quia infinitum primum quod eſt intelligentia, eſt propinquum uni puro: propter illud ergo, factū eſt, G quod in omni uirtute propinqua uni puro eſt infinita pluſquā in uirtute longinqua ab eo, qd eſt, quia uirtus quando incipit multiplicari, tunc deſtruitur vnitas eius: & quando deſtruitur eius unitas deſtruitur eius infinitas & non deſtruitur infinitas eius, niſi quando diuiditur, & illius quidem ſignificatio eſt uirtus diuiſa. Et quod ipſa quanto magis aggregatur & unitur, tanto plus magnificatur & uehemētior fit, & efficit operationes mirabiles. Et quanto magis partitur & diuiditur, tanto plus H minoratur & debilitatur, & efficit operationes uiles. Iam igitur manifeſtum eſt & planum, quod uirtus quanto plus approximat uni puro & vero, fit uehementior eius unitas. Et quanto uehementior fit eius unitas, infinitas in ea magis apparens eſt, & manifeſtior, & ſunt operationes eius operationes magnæ mirabiles & nobiles.

I

LECTIO XVII.

POſtquam in præcedenti propoſitione oſtenſum eſt, φ oēs uirtutes infinitæ dependent a prima uirtute infinita. In hac propoſitione conſequenter oſtenditur, quō una uirtus magis accedat ad primā infinitatē quam alia. Et d. quod oīs uirtus unita plus eſt infinita quā uirtus multiplicata. Hæc eadē ppoſitio ponit in lib. Proc. 95. ſub his uerbis. Oīs potētia unitior exiſtens, eſt infinitior quā plurificata. Probatur aūt utrobique dupliciter. Primo quidem per rōnem hoc modo. Sicut ex præmiſſa propoſitione habet, oēs uirtutes infinitæ dependent a primo infinito, quod eſt uirtus uirtutum. Oportet igit φ quāto uirtus propinquior fuerit illi primę uirtuti, tāto magis participet de eius infinitate. Illa aūt uirtus eſt eſſentialiter unū. Oportet ergo quod quāto aliqd eſt magis unū, tāto hēat uirtutem magis infinitā. Et inde eſt, quod uirtus intelligētiæ quæ eſt prima inter uirtutes cauſatas infinitas, eſt maxime infinita, utpote propin-

propinquior viti primo. Virtutes vero quæ multiplicantur, ex hoc ipſo deficiunt ab unitate, & ideo minoratur earum poſſe. Et hoc exemplum patet in uirtuti cognoſcitiua: Intellectus enim qui non diuiditur in multas potentias, efficacior eſt in cognoſcendo quam ſenſus, qui per multas potentias diuerſificatur. Et eadem ſone virtus cognoſcitiua in intelligentia quæ nõ diuerſificantur p ſenſitiuã & intellectiuã, eſt fortior quam uirtus cognoſcitiua humana, tam circa ſenſibilia ſingularia, q̃ circa intelligibilia cognoſcenda. Secundo probatur per ſignũ. Videmus enim in reb. corporalibus particularib. q̃ qñ multa aggregantur & vniuntur, fit uehementior eorum uirtus, ex qua conſequuntur mirabiles operationes, ſicut patet in multis hominibus ſimul trahentibus nauem, q̃ diuiſim nõ poſſunt eam trahere, nec partes eius proportionales. Et quanto magis diuiditur uirtus rei corporalis, tanto debilior fit & facit operationes uiliores, ſicut tota domus a magno igne congregato caleſit, quod fieri non poteſt, ſi ignis diuidatur per diuerſas partes domus. Ex quibus duabus probationibus concludit propoſitum, ut in litera patet.

LECTIO XVIII.

Res omnes habent eſſentiam propter ens primum. Et res uiuæ omnes ſunt motæ per eſſentiam ſuam propter uitam primam. Et res intelligibiles omnes habent ſcientiam propter intelligentiam primã. Quod eſt, quia ſi omnis cauſa dat cauſato ſuo aliquid, tunc proculdubio ens primum dat cauſatis ſuis omnibus eſſe. Similiter uita dat cauſatis ſuis motum, quia uita eſt proceſſio procedens ex ente primo quieto ſempiterno, & ſimiliter motus primus. Similiter intelligentia dat cauſatis ſuis ſcientiam, quod eſt, quia omnis uera ſcientia non eſt niſi intelligentia, & intelligentia eſt primum ſciens, quod eſt primum influens ſcientiam ſuper reliqua entia. Redeamus ergo & dicamus, q̃ ens primũ eſt quietum, & eſt cauſa cauſarum. Et ſi primum ipſum dat eſſe omnibus, tunc ipſum dat eis per modum creationis. Vita autem prima dat eis quæ B ſunt ſub ea vitam, non per modum creationis, ſed per modum formæ. Et ſimiliter intelligentia non dat eis quæ ſunt ſub ea ſcientiam, & reliquis rebus, niſi per modum formæ.

LECTIO XIX.

Ex intelligentiis eſt, quæ eſt intelligentia diuina, quoniam ipſa recipit ex bonitatibus primis, quæ procedunt ex cauſa prima

LECTIO XVIII.

Poſtquam oſtenſum eſt, q̃ res omnes dependent a proximo ſecundum ſuam virtutem, hic oſtendit, q̃ dependent omnia a primo ſecundum ſuam naturam. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit uniuerſalem dependentiam rerum a primo ſecundum omnia quæ pertinent ad naturam uel ſubſtantiam earum. Secundo oſtendit diuerſum gradum appropinquationis ad primum a quo dependent, ſicut & de dependentia uirtutis dixerat. Et hoc 19. Propoſitione, ibi. [Ex intelligentiis eſt, &c.] Primo ergo ponit talem propoſitionem. Res omnes habent eſſentiam per ens primum, & res uiuæ omnes ſunt motæ per eſſentiam ſuam propter vitam primam. Et hoc idem dicitur in lib. Proculi 102. Propoſitione ſub his uerbis, Omnia quidem qualitercunque entia ex fine ſunt & infinito & propter D primum ens. Omnia autem uiuentia ſui ipſorum motiua ſunt propter uitam primam. Omnia autem cognoſcitiua, cognitione participant propter intellectum primum. Dicit autem, quod omnia ſunt ex fine & infinito propter primum ens, quia ſupra habitum eſt in 4. Propoſitione. Ens creatum compoſitũ eſt ex finito & infinito. Ad huiuſmodi autẽ propoſitionis intellectũ. Primo conſiderandum eſt, q̃ omnes gradus rerũ ad tria uidentur reducere, quæ ſunt, eſſe, uiuere, & intelligere: & hoc ideo quia vnaquæque res poteſt tripliciter conſiderari. Primo ſecundum ſe, & ſic conuenit ei eſſe. Secundo prout tendit in aliquid aliud, & ſic conuenit ei moueri. Tertio ſecundum quod alia in ſe habet, & ſic conuenit ei cognoſcere quia ſm hoc cognitio perficitur, q̃ cognitum eſt in cognoſcente, non quidem materialiter, ſed formaliter: ſicut autem habere aliquid in ſe formaliter & non materialiter, in quo conſiſtit ratio cognitionis, eſt nobiliſſimus modus habendi uel continendi aliquid, ita moueri a ſeipſo eſt nobiliſſimus mobilitatis modus. E Et in hoc conſiſtit ratio uitæ. Nam ea dicimus uiuentia, quæ ſe aliqualiter mouent. Eſſe igitur qđ eſt primum, cõe eſt oĩbus. Sed non quæ pertingunt ad illam perfectionem, quod ſint ſui ipſorum motiua. Vnde non oĩa ſunt uiuentia, ſed quædam quæ ſunt perfectiora in entibus. Rurſus, quæ eorum quæ ſunt motiua ſuipſorũ, uel aliorum non oĩa ſunt motiua per modum cognitionis, ſed per aliqđ materiale principium, ſicut accidit in plantis. Vnde et non oĩa uiuentia pertingunt ad gradum cognitionis, ſed ſolum illa in quibus principium motionis eſt aliquid formale abſque materia. Nam & ipſe ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecierum ſenſibilium ſine materia, vt dr̃ in 2. de anima. Secundo conſi-

Tex.cõ.121. derandum eſt, q̃ in unoquoque genere eſt cauſa, illud quod eſt principium in genere illo a quo omnia quæ ſunt illius A generis in illo gñe conſtituuntur. Sicut inter elementaria corpora, ignis eſt primũ calidũ, a quo oĩa calidit atẽ ſortiuntur. Nõ ẽ aũt in aliquo rerũ ordine in infinitũ procedere. Igit oportet ĩ ordine unumquodque eſſe aliqđ primũ qđ dat oĩbus eſſe. Et hoc eſt qđ dicit, q̃ res oẽs habent eſſentiam per ens primũ. Similiter oportet in gñe viuentiũ eſſe aliud primũ: & ad hoc oĩa viuentia hẽnt, q̃ viuant. Et quia viuẽtis propriũ eſt, q̃ ſit ſuipſius motiuum, ideo dicit, q̃ res viuæ oẽs ſunt motæ per eſſentiam ſuam, i. mouentes ſeipſas pp vitã primã. Vnde in 10. Proculi dr̃. Oĩa viuentia ſuipſorum motiua ſunt pp vitã primã. Et q̃ mouere ſeipſum pertinet ad primã vitam, probat ſubdens. Quia vita eſt proceſſio procedens ex ente primo quieto ſempiterno. Ad cuius intellectũ conſiderandũ q̃ prius eſt aliqđ eſſe in ſe, quam moueri in alterũ. Vñ mouere pſupponit eſſe. Qđ ſi ipſum ſit ſubiacens motui, iterũ oportebit pſupponi aliqđ principiũ motus, & ſic quouſque de- C ueniatur ad aliqđ ens immobile qđ eſt principium mouendi ſeipſum oĩbus. Et hæc eſt uita prima. Vnde manifeſtũ eſt, q̃ vita in oĩbus viuentibus eſt proceſſio qđam procedens a quodã primo ente quieto, & ſempiterno. i. nulli mutationi ſubiecto. Similiter ẽt in ordine cognoſcentium oportet eſſe aliqđ primum. Manifeſtum aũt eſt, q̃ ordine perfectionis, & naturæ cognitio intellectiua prior eſt ſenſitiua, quia eſt magis immaterialis. Vñ & per intellectũ de cognitione ſenſitiua iudicamus, ſicut de inferiori per ſuperius. In ipſa aũt intellectiua cognitione manifeſtum eſt, q̃ ratiocinatiua cognitio a principiis per ſe notis procedit, quorum eſt intellectus. Vnde etiam ſequitur intellectum. Primum ergo in ordine cognoſcentiũ eſt intellectus, & ideo oportet, q̃ oẽs res intelligibiles, i. cognoſcitiuæ habeant ſcientiam i. cognitionem pp intelligentiam primam. Vñ & 10 lib. Proculi dr̃, q̃ oĩa cognitiua cognitionem participant pp intellectum primum. Et ratio huius aſſignatur, quia oĩs ſcia radicaliter non eſt niſi intelligentia. Intelligentia n. eſt D ſicut vnitas quædam, ut Proculus dicit, oĩs cognitionis. Vñ intelligentia eſt primum cognoſcens, & influens cognitionẽ ſuper oĩa cognoſcentia. Sicut aũt ſupra dictum eſt ſm Platonicos primum ens q̃ eſt idea entis eſt aliquid ſupra primum intellectum idealem. Sed ſm Dion. primum ens, & prima vita & primus intellectus ſunt vnum, & idem, qđ eſt Deus. Vnde & Ariſt. in 12. Meta. primo principio attribuit, q̃ ſit intellectus, & q̃ ſuum intelligere ſit vita & ſm hoc ab eo oĩa hẽnt eſſe viuere, & intelligere. Tertio conſiderandum, q̃ iſta tria diuerſimode cauſant in rebus, ſiue a diuerſis principiis ſm Platonicos, ſiue ab eodem principio ſm fidei doctrinã, & Ariſt. Eſt n. duplex modus cauſandi. Vnus quidẽ quo aliquid fit pſuppoſito altero. Et hoc mõ dr̃ fieri aliquid per informationẽ, quia illud qđ poſterius aduenit, ſe hẽt ad id qđ pſupponebatur per modũ formæ. Alio modo cauſat aliquid nullo pſuppoſito. Et hoc modo dr̃ aliquid fieri per creationẽ. Quia ergo intelligere præſupponit viuere, & viuere præſupponit eſſe, & eſſe nihil aliud E præſupponit prius, inde eſt, q̃ primum ens dat eſſe oĩbus per modum creationis. Prima autem vita quæcunque ſit illa, non dat viuere per modum creationis, ſed per modum formæ i. informationis. Et ſimiliter dicendum eſt de intelligentia. Ex quo patet, q̃ cum ſupra dixit intelligentiam eſſe cauſam animæ, non intellexit, q̃ eſſet cauſa eius per modum creationis, ſed ſolum per modum informationis, vt ſupra expoſitum eſt. Tex. cõ. 51.

LECTIO XIX.

Poſtquam oſtendit in præcedenti Propoſitione, q̃ oẽs res ſm ſuam naturam dependent a primo, hic oſtendit quomodo quædam diuerſimode ei appropinquant ſecundum participationem naturalis perfectionis. Et ponit talem propoſitionem. Ex intelligentiis eſt, q̃ eſt intelligentia diuina, quoniam ipſa recipit ex bonitatibus diuinis quæ procedũt ex cauſa prima receptione mul-

ne multa. Et de his quæ eſt intelligentia tantum, quoniam non recepit ex bonitatibus primis niſi mediante intelligentia, & ex animalibus eſt quæ eſt anima intelligibilis, quoniam ipſa eſt pendens per intelligentiam, & ex his eſt quæ eſt anima tantum. Et ex corporibus naturalibus eſt, cui eſt anima regens ipſum, & faciens directione ſuper ipſum. Et de eis ſunt quæ ſunt corpora naturalia tantum, quibus nō eſt anima. Hæc autem propoſitio inuenitur in libr. Proculi. 111. Propoſitione, ſub his verbis. Omnis intellectualis ſeire.i.ordinationis, hi quidē ſunt diuini intellectus ſuſcipientes deorum poſthabitiones, idest participationes. Hi autem intellectus ſolum, & omnis animalis ſcilicet ſeireihe quidem ſunt intellectuales animæ ad intellectus ſuſpenſæ proprios, hæ autem animę ſolum. Et omnes corporales naturæ, hæc quidem, & animas habent aſtantes deſuper, hæ autem ſunt naturæ ſolum, animarum expertes præſentia. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, quod ſecundum Platonicos, quadruplex ordo inuenitur in rebus. Primus erat ordo deorum, idest formarum idealium. Inter quas erat ordo ſecundum ordinem vniuerſalitatis formarum: vt ſupra dictum eſt. Sub hoc autem ordine eſt ordo intellectuum ſeparatorum, ſub quo eſt ordo animarum, ſub quo iterum eſt ordo corporum.

Et hi tres inferiores ordines accipiuntur ſecundum tria, quæ in præmiſſa propoſitione ſunt tacta. Nam corpora participant eſſe tantum: animæ autem ſecundum propriam naturam participant vlterius eſſe, & viuere: intellectus autem participant eſſe, viuere, & intelligere. Cauſalitas autem horum ad ordinem diuinum pertinet: ſiue ponātur multi dij ordinati ſub vno ſecundum Platonicos: ſiue vnus tantum totaliter omnia habens ſecundum nos. Vniuerſalitas enim cauſalitatis propria eſt Deo. Huiuſmodi autem ordines cum ab vno primo procedant, continuitatem quandam habent adinuicem, ita quod ordo corporum attingit ordinem animarum, & ordo animarum attingit ordinem intellectuum qui attingit ordinem diuinum. Vbicunque autem diuerſi per ordinem ſibiinuicem coniunguntur, oportet quod id quod eſt ſupremum inferioris ordinis, propter propinquitatem ad ſuperiorem ordinem aliquid participet de ſuperioris ordinis perfectione. Et hoc manifeſte videmus in rebus naturalibus. Nam quædam animalia participant aliquam rationis ſimilitudinem, & quædam plantæ participant aliquid de diſtinctione ſexus quæ eſt propria animaliū. Vnde & Dio. dicit. 7. c. de Diu. no. quod per diuinam ſapiētiam fines primorum coniunguntur principiis ſecundorum. Sic igitur illi qui ſunt ſupremi in ordine intellectuum vel intelligentiarum, dependent per quandam perfectiorem participationem propinquius a Deo, & magis participant de bonitatibus eius, & de uniuerſali cauſalitate ipſius. Et ideo dicuntur diuini intellectus vel diuinæ intelligentiæ, ſicut & Dionyſi. dicit, quod ſupremi angeli ſunt quaſi in veſtibulis deitatis collocati. Inferiores vero intellectus qui non pertingunt ad tam excellentem participationem diuinæ ſimilitudinis, ſunt intellectua tantum, non habentes illam diuinam dignitatem. Et eadem ratio eſt de animalibus reſpectu intellectuum. Nam ſupremæ animę ſunt intellectuales, utpote propinquę ordini intellectuum. aliæ uero ani-

F mæ inferiores non ſunt intellectuales, ſed habent ſolum id quod eſt animæ, vt ſcilicet ſint viuificatiuæ ſicut maxime patet de Animalibus animalium & plantarum. Et eadem ratio eſt de ordine corporū reſpectu animarum. Nam corpora nobiliora, quæ perfectiori ratione ſunt conſtituta, ſunt animata: alia vero corpora ſunt inanimata. Et eadem ratio eſt de omnibus aliis ordinibus, in quos prædicti generales ordines diſtinguuntur, quia etiam in corporibus ſunt diuerſi ordines, & ſimiliter in animabus, & intellectibus.

per receptionem multam. Et de eis eſt, quæ eſt intelligentia tantum, quoniam non recipit ex bonitatibus primis niſi mediante intelligentia. Et ex animabus eſt, quæ eſt anima intelligibilis, quoniam ipſa eſt pendens per intelligentiam, & ex his eſt, quæ eſt anima tantum. Et ex corporibus naturalibus eſt, cui eſt anima regens ipſum, & faciens directionem ſuper ipſum. Et de eis ſunt, quæ ſunt corpora naturalia tantum, quibus non eſt anima. Et hoc non fit ita, niſi quoniam non eſt intelligibilis tota, neque animalis tota, neque corporea tota, nec pendet per cauſam, quæ eſt ſuper eam, niſi quæ eſt ex ea cauſa completa, & integra, & quæ pendet per cauſam, quę eſt ſuper eam. Scilicet, quia H non omnis intelligentia pendet per bonitates cauſæ primæ, niſi que eſt ex ea completa in primis integra. Ipſa enim poteſt recipere bonitates deſcendentes ex cauſa prima, & pendere per eas, ut uehementius fiat ſua unitas. Et ſimiliter iterum non omnis anima pendet per intelligentiam, niſi quæ eſt ex eis completa, & integra, & uehementius, ſimilis cum intelli- I gentia, per hoc quod pendet per intelligentiam, & eſt intelligentia completa. Et ſimiliter iterum, non omne corpus naturale habet animam, niſi quod eſt ex eis completum & integrum, quaſi ſit rationale, & G ſecundum hanc formam ſunt reliqui ordines intellectuales.

LECTIO XIX.

CAuſa prima regit res creatas omnes, præter quàm commiſceatur cum eis. Quod eſt, quia regimen non debilitat vnitatem eius exaltatam ſuper omne eſſe, neque deſtruit eā, neque prohibet eſſentiam vnitatis eius ſeiuncta a rebus, quin regat eas. Quod eſt, quia cau- H ſa prima eſt fixa ſtans cum vnitate ſua pura ſemper, & ipſa regit res creatas omnes, & influit ſuper eas uirtutem uitæ, & bonitates ſecundum modum virtutis earum recepibilium, & poſſibilitatem earum. Prima enim bonitas influit bonitates ſupra res oēs influxione vna, verumtamen vnaquæq; rerum recipit ex illa influxione ſecundum modum ſuæ uirtutis, & ſui eſſe. I

LECTIO XX.

POſtquam oſtēſum eſt qualiter inferiora a ſuperioribus dependeant. Hic oſtenditur, qualiter ſuperiora inferiorib. influāt per ſuum regimen. Et circa hoc duo facit. Primo agit de vniuerſali regimine cauſæ primæ. Secundo de regimine intelligentiæ 21. propoſitione ibi. [Omnis intelligentia diuina, &c. Circa primū duo facit. Primo oſtēdit modum vniuerſalis regiminis cauſę primę ad regendū 21. Propoſitione ibi [Primū eſt diues.] Circa primū ponit talē propoſitionem. [Cauſa prima regit oēs res creatas præterquam commiſceatur cum eis.] Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quod in humano regimine hoc contingere uidemus, quod ille qui habet curam regiminis plurimorū, neceſſe eſt, vt ex ſuo regimine ad plura diſtrahatur. Qui uero a cura regiminis aliorū eſt liber, magis in ſeipſo pōt uniformitatē cōſeruare. Vnde & Epicurei philoſophi, vt quietem & uniformitatem diuinā eorum ſeruarent, poſuerunt Deos nullius regiminis curam habere, ſed omnino ocioſos, & nihil curantes, ut ſic uideantur eſſe fęlices. Et ideo contra hoc in hac propoſitione inducit, quod hæc duo in cauſa prima non ſunt contraria, nec ſeinuicem impediunt, uniuerſale regimen coīū, & ſumma unitas per quā Deus exaltatur ſupra oīa. Vnde ſtatim in principio propoſitionis ponitur, quod regimen non debilitat vnitatem eius exaltatā ſup oēm rem: neq; deſtruit eam, quia ſ. neq; in toto, neq; in parte per uniuerſale regimen vnitati diuinæ derogatur. Et econuerſo ſub K dit. Nec prohibet eā eſſentiā unita et eius ſeiuncta a rebus quin regat eas. Et hoc totū in 120. propoſitione Proculi ponitur ſub aliis verbis. Oē diuinū prouidet ſecūdis, & exēptū eſt ab his quibus prouidetur, neque prouidentia ſubmittēs ſuā immixtam, & vniuerſalē excellentiā, neque ſeparata unitione prouidentiam exterminante. Ad huius aūt propōnis manifeſtationē tria inducit. Primo oſtēdit diuerſius modus recipiēdi influentias cāæ primæ ex parte rerū recipientiū. Secūdo oſtēdit unitas ex parte cāæ primæ influentis. ibi [Et bonitas prima, &c.] Tertio ex his duob. cōcluditur propoſitū. ſ. quod regimē cāæ primæ extat abſq; hoc, quod cōmiſceat̄ reb. ibi [Redeamus aūt & dicamus.] Dicit ergo, quod oēs bonitates, quę inueniūtur in rebus, effluunt a cā prima. Et hmōi bonitates recipit vnaquæq; res ſecundum modū & proprietatē ſuæ ſubſtantiæ & virtutis. Sūt aūt diuerſarū rerū diuerſæ naturę & uirtutes. Et ide ē, quod quis cā prima īfluat vno influxu ſuper oīa, diuerſimodè tamē influxus eius in diuerſis rebus recipitur. Cuius exemplum eſt euidens in lumine, quod quidem a corpore lucido uno modo procedit, ſed ſecundum quod radii diuerſi tranſeunt per vitra diuerſimode colorata, diuerſam apparentiam faciunt. Secundo ibi.

b ¶ Oſtendit, ꝙ cā prima vnico influxu influat in res omnes. A Influit enim in res ſm rōnem boni. Hēt .n. bonitatem bonifi- cam, q̄ eſt principium bonitatis in omnibus. Bonitas autem cauſæ primæ eſt ipſum ſuum eſſe & ſua eſſentia, quia cauſa prima eſt ipſa eſſentia bonitatis. Vñ cum eſſentia eius ſit maxime una, quia primū principium eſt ſm ſe unum & bonum, cōſequens eſt ꝙ cauſa prima vno modo q̄tum eſt ex parte ſua, agat in res & influat in eas. Sed ex eius influxu res diuerſimode recipiunt, q̄dā plus, & quędam minus, vnaqueque ſm ſuam proprietatem. Tertio ibi.

b Et bonitas prima influit bonitates ſuper res omnes per modum unum, quia non eſt bonitas niſi per ſuum eſſe, & ſuum ens, & ſuam uirtutem, ſiquidē bonitas, & uirtus, & ens ſicut res vna. Si ergo ens primū & bonitas ſunt res una, ſic & ipſum influit bonitates ſuper res influxione cōi, & diuerſificantur bonitates & dona ex concurſu recipientis. Quod eſt, quia recipientia bonitates, non recipiūt æqualiter; immo quædam eorum recipiunt plus, quædam uero minus. Et hoc quidem eſt propter magnitudinem ſuæ largitatis.

c Redeamus ergo & dicamus, ꝙ inter omne agens quod agit per eſſentiam ſuam & inter factum ſuum, non eſt continuator neque res aliqua media, & C non eſt continuatio inter agēs & factum, niſi ſit additio ſuper eſſe: etenim quando agens & factum eſt per inſtrumentum, nō facit per eſſe ſuum, & ſiunt cōpoſita. Quapropter recipiens recipit per continuationem inter ipſum & factorem ſuum, & eſt tunc agens ſeiunctum a facto ſuo. Agens uero inter quod & factum ſuum non eſt continuatio, penitus eſt agens uerū & regens, faciens res ꝑ finem decoris poſt quod non eſt poſſibile, D ut ſit decus aliud, & regit factū ſuū ꝑ ultimum regiminis, qđ eſt, quia regit res ꝑ modum ꝑ quē agit, & nō niſi per ens ſuū, ergo ens eius iterū erit regimē

c ¶ Ex præmiſſis concludit impermixtionem cauſæ primę ad res alias. Et huius cōcluſionis intellectus plenius haberi poteſt, ſi accipiamus verba, quæ ſunt in Comm. Proculi. qui ſic dicit. Neque ergo prouidētes .ſ. Dii habitudine recipiunt ad ea quibus prouident. Per eſſe .n. quod ſunt, oia bonificant. Omnia autem per eſſe faciens, ſine habitudine facit. Habitudo enim eſt appoſitio ad eſſe, pp quod eſt præter naturam. Vocat autē habitudinē, aliquam diſpoſitionem ꝑ quā agens coaptatur ſeu proportionatur patienti ſeu recipienti. Et quod ſic agit in diuerſa, neceſſe ē ꝙ habeat diuerſas diſpoſitiones quib' diuerſis coaptetur. Et ſecundū hoc cadit in huiuſmodi re quędā multitudo, quę diuerſimode agat i diuerſas ſm diuerſas ſuas diſpoſitiones, quæ ſunt præter naturā ſiue eſſentiam eius quæ ē una. Et ſic tale agens ſm diuerſas diſpoſitiones commiſcetur reb. in quas agit ſm quandam ſuam coaptationem ad ea. Sed cauſa prima agit per eſſe ſuum ut probatū eſt. Vñ non agit per aliquā habitudinem vel diſpoſitionē ſuperadditā per q̄ coaptet & commiſceatur rebus. Et hmōi habitudo vocatur hic continuator vel res media, quia .ſ. per hmōi diſpoſitionem coaptetur agens recipienti, & eſt quodāmodo media inter eſſentiam agentis, & ipſum patiens. Quia igitur cauſa prima eſt agens per eſſe ſuum, oportet quod uno modo regat res. Sic enim regit res, ſicut agit. Vnde patet quod regimen eius eſt optimum & pulcherrimū. Ad hoc enim tendit quilibet rector multitudinis, quod reducat multos quos regit in vnum. Et hoc maxime inuenitur in diuino regimine, quod eſt unum ſecundum ſe, & non diuerſificatur in effectibus, niſi ſecundum diuerſitatem, quia ſe. ſecundum diuerſa merita ſubditorum.

LECTIO XXI.

POſtquam aſſignauit modū diuini regiminis, hic oſtendit ſufficientiā Dei ad regendū, quæ quidem attenditur ſm duo. Primo ſm Dei abundantiam. Secundo ſm eius excellentiam & hoc ibi [Cauſa prima &c.] Hæc enim duo neceſſaria ſunt in regente. Primo ut habeat bonorum abundantiā, ex quib. poſſit ſubditis prouidere. Vnde & Dion. dicit ſ. ca. de Di. no. ꝙ diuino eſt oīm pulchrorum, & bonorū perfecta poſſeſſio, & regimen eſt omnis finis & legis & ordinis diſtributio. Ad oſtendendum autem in Deo abundantē ſufficientiā

A proponit hanc propoſitionem. Primum eſt diues propter ſeipſum & diues magis. Ad cuius euidentiam accipiatur Propoſitio 125. Proculi quę talis eſt. Omne diuinum ſimplex primo eſt & maxime. Et propter hoc maxime per ſe ſufficiēs. Probat autem ꝙ Deus ſit primò & maximè ſimplex ea ratione vnitatis. Nam Deus eſt maxime vnum cum ſit prima unitas ſicut & prima bonitas. Simplicitas aūt ad rōnē unitatis pertinet. Dr̄ .n. ſimplex quod eſt vnum non ex plurib. aggregatum. Vnde Deus inquantum eſt primo & maxime unum, intantum eſt ēt primò, & maxime ſimplex. Et ex hoc ulterius procedit ad oſtendendam ſecūdam partem ſuæ propoſitionis .ſ. ꝙ De' ſit maxime per ſe ſufficiēs: quia ꝑ ſe ſufficientiā conſequit ad ſimplicitatē. Oē .n. compoſitū indiget plurib. ex quib. ſua unitas cōſtituitur. Et non ſolum indiget illis, ex quib. componitur ut ex partibus, ſed etiā indiget aliquo alio qđ cauſat, & conſeruat cōpoſitionē, ſicut patet in corporib. mixtis. Non .n. diuerſa in unū conueniunt niſi per aliquā cām ea uniētē. Cum igitur Deus ſit primo & maximè ſimplex utpote habens totā bonitatem ſuā in uno pfectiſſimo, ſeq̄tur ꝙ Deus ſit primo & maxime ꝑ ſe ſufficiens. Sed auctor huius libri ſ̄mittit primā partē ꝓpoſitionis q̄ eſt de ſimplicitate cauſę ſupponens eā. Et loquit ſolum de ꝓ ſe ſufficientia q̄ diuit arū noīe ſignificat. Et loco eius qđ in propoſitione Proculi dr̄, ꝙ Deus eſt ꝑ ſe ſufficiens, dicit tñ ꝙ eſt diues pp ſeipſum: in quolibet .n. gñe eſt primū id qđ eſt per ſeipſum: qđ .n. eſt per ſe, prius eſt eo qđ eſt ꝑ aliud. Loco aūt eius qđ ibi dicit ꝙ eſt maxime ſufficiens, hic dicitur, ꝙ eſt diues magis .ſ. q̄ oia alia probat. Modus aūt propoſitionis eſt eadē utrobique. Nam primo dicit, ꝙ unitas diuina q̄ non eſt diſperſa in multas partes, ſed eſt vnitas pura, eſt ſignificatio huiuſmodi quod Deus ſit i ſine ſimplicitatis, i. ſ. eſt maxime ſimplex. E Et ex hoc ulterius probat ꝙ Deus ſit maxime per ſe ſufficiēs per indigentiam quę in compoſitis inuenitur: ſicut iam dictum eſt. Sed quia in noīe diuitiarum non ſolum intelligitur ſufficientia, ſed ēt copia potēs in alia redundare, ad. ū ulterius ad oſtendendum Deū eſſe diuitem de influxu bonitatis eius in res influens: quia pp abundantiam ſuæ bonitatis influit in res alias, & nihil eſt quod influat ſuper ipſum: oēs autem aliæ res, ſiue ſint intelligibiles ſicut intelligentiæ, & animæ, ſiue ſint in corpore, non ſunt diuites per ſeipſas, q. ex ſeipſis habentes abundantiam bonitatis. Sed indigent participare bonitatem a primo vero vno, quod influit ſuper eas gratias abſque hoc ꝙ aliud ei inde accreſcat omnes bonitates & perfectiones.

eius. Quapropter ſit ꝙ regit, & agit per ultimum decoris, & regimen in quo non eſt diuerſitas, neq; tortuoſitas, & nō diuerſificantur operationes, & regimen propter cauſas primas, niſi propter meritum recipientis.

B LECTIO XXI.

PRimum eſt diues per ſeipſum, & eſt diues magis. Et ſignificatio eius eſt vnitas eius, non quia vnitas eius ſit ſparſa ī ipſo, immo eſt unitas eius pura, qm̄ eſt infinitæ ſimplicitatis ſimplex. Si aūt aliquis uult ſcire ꝙ cauſa prima eſt diues, proiiciat mentem ſuam ſuper res cōpoſitas, & inquirat de eis inquiſitione perſcrutata, inueniet .n. compoſitum oē diminutū, indigens quidem aut alio, aut rebus ex quib. componitur. Res aūt ſimplex quę eſt bonitas, eſt una, & unitas eius eſt bonitas, & bonitas eſt res una. Illa ergo res eſt diues magis quæ influit, & nō ſit influxio ſuper ipſam ꝑ aliquem motorum. Reliquæ autem res intelligibiles, aut corporeæ ſunt non diuites per ſeipſas, immo indigēt uno uero influente ſuper eas bonitates & omnes gratias.

D LECTIO XXII.

CAuſa prima eſt ſuper omne nomen quod nominatur, quoniam non pertinet ei diminutio neque complemē-

LECTIO XXII.

OStenſa abundantia diuinæ bonitatis, hic oſtendit excellentiam ipſius, dicens. Cauſa prima eſt ſuper omne nomen quod nominatur. Ad cuius propoſitionis intellectum conſiderandum eſt id quod hic ſub uno colligit Proculus in ſuo libro, q per diuerſa diſtinguit, cuius eſt 113. Propoſitio talis.

Omnis Deus, ſubſtantialis eſt & ſupraitalis: & ſuperintellectualis. Quod quidem Proculus dupliciter probat. Primo probatione communi, quæ talis eſt. Deus eſt vnitas per ſe perfecta. Vnumquodque autem aliorum quæ ſunt ſub Deo, non eſt ipſa vnitas, ſed eſt aliquid participās vnitate. Manifeſtum eſt igitur ꝙ Deus eſt ſupra omnia huiuſmodi. Secūdo probat probatione ſpeciali, quia. ſ. ſubſtantiæ non eſt idem eſſe, & ſubſtantiam eſſe, & vnū eſſe: ſed quælibet ſubſtantia ſubſiſtens participat eſſe & non. Vnde relinquitur ꝙ Deus qui eſt ipſum vnum, & ens per ſeipſum ſit ſupra ſubſtantiam, & per conſequens ſupra vitam & intellectum quę præſupponunt ſubſtantiam, vt patet etiam in hoc li. 28. Propoſitione ſupra inducta. Sed quia Auctor huius libri propoſitionem in cōmuni inducit, contētus eſt ſola propoſitione communi. In omnibus. n. quæ ſunt infra cauſam primā, quædam inueniūtur perfecte exiſtentia, ſiue cōpleta: quædā imperfecta ſiue diminuta. Perfecta quidē videntur eſſe ea quæ per ſe ſubſiſtunt in natura quæ a nobis ſignificantur per nomina cōcreta, vt hō ſapiens & huiuſmodi. Imperfecta autē ſunt illa, quæ per ſe non ſubſiſtunt, ſicut formę: vt humanitas ſapiētia, & huiuſmodi, quæ ſignificantur apud nos nominibus abſtractis, inter quæ duo eſt hęc differentia, quod illud quod non eſt completum, non poteſt perficere operationem completā. Non. n. calor calefacit, ſed calidum. Neque ſapientia ſapit, ſed ſapiens. Illud autem quod eſt completum apud nos, quamuis ſit per ſe ſubſiſtēs, in hoc quo ſaltem ſibi ſufficit eſt ꝙ nō indiget alio cui innitatur ſicut ſubſtrato: tamen quia forma quæ eſt principium actionis eſt in ipſo limitata & participata, non pōt agere per modū creationis aut influxus, ſicut agit id qđ totū eſt forma qđ ſui participatione ſm ſe totū eſt alio. ſ. productiuū. Cū ergo ita ſit apud nos in his q̄ ſunt diminuta & concreta, ſequitur ꝙ Deus nec ſit diminutus nec cōpletus ſimpliciter: ſed magis completus. Non. n. caret actione ſicut diminuta & agit per modum creantis & influentis quod non poſſunt ea quæ ſunt completa apud nos. Et hoc eſt qđ ſubdit: quia ipſe eſt creans res & influens bonitates ſup ea influxione cōpleta. Et hoc ideo eſt, quia ipſe eſt bonitas ſubſiſtēs K cui non eſt finis, i. non eſt bonitas terminata ad aliquam naturā participātē incorpoream: ſicut eſt bonitas intelligentiæ. Neq; ſunt ei dimenſiones ad quas terminetur, ſicut eſt de bonitate corporali. Ex quo ulterius concludit, ꝙ quia cā prima eſt ipſa bonitas interminata, ſequitur ꝙ ipſa ſit prima bonitas, & ꝙ repleat oīa ſecula, i. oēs diſtinctiones rerum & tēporum bonitatibus ſuis, licet oīa recipiāt eodē mō & æqualiter bonitatē eius: ſed vnumquodque ſm modū ſuæ potentiæ, ut ſupra habitum eſt in 20 Propoſitione. Tota ergo uirtus huius propoſitionis ad hoc redit qđ Proculus breuiter tangit, q. ſ. Deus & eſt ipſa unitas non unitum aliquid: ſicut completa quæ ſunt apud nos, & tamen eſt per ſe perfecta, a quo deficiunt diminuta. i. formę non ſubſiſtentes quæ apud nos ſunt. Ex quo ulterius concluditur ꝙ cā prima eſt altior omni nomine quod a nobis imponit: quia oē nomen a nobis impoſitum uel ſignificat per modum completi participantis: ſicut noīa concreta, uel ſignificat p modum diminuti & partis formalis, ſicut nomina abſtracta. Vnde nullū nomē a nobis impoſitū, eſt condignū diuinæ excellētię.

tum ſolum, qm̄ diminutū eſt non completum, & non poteſt efficere operationem completam, quoniam eſt diminutum: Et completum apud nos quamuis ſit ſufficiens per ſeipſum, tamen non poteſt creare aliquid aliud, neque influere aliquid aliud a ſeipſo omnino. G Si ergo hoc ita eſt apud nos, dicimus ꝙ primum non eſt diminutū, neque completum tātum; ſed eſt ſupra completum. Quoniam creans eſt res & influens bonitates ſuper eas influxione cōpleta, quoniam eſt bonitas, cui nō eſt finis, neq; dimenſiones. Bonitas ergo prima implet oīa ſecula bonitatibus. Veruntamen omne ſeculū non recipit de iſta bonitate niſi ſm modum ſuę H potentię. Iam ergo oſtenſum & manifeſtum eſt, ꝙ cauſa prima eſt ſuper omne nomen quo nominatur, & ſuperior & altior.

LECTIO XXIII.

Omnis intelligentia diuina ſcit res, per hocquod ipſa eſt intelligentia, & regit eas per hoc quod eſt diuina. Qđ eſt, quia proprietas intelligētiæ eſt ſcientia, & non eſt eius complementum & Integritas: I niſi ut ſit ſciens. Regens ergo eſt Deus benedictus, & ſublimis, quoniā ipſe replet res bonitatibus. Et intelligētia eſt primum cauſatum, & eſt plus ſimilis Deo ſublimi: & ꝑpter illud regit res, quæ ſub ea ſunt. Et ſicut Deus benedictus, & excel- G ſus influit bonitates ſuper res, ſimiliter intelligentia influit ſciētiam ſuper res, quæ ſunt ſub ea. Verumtamen quamuis intelligentia regat res, quæ ſunt ſub ea, tamen Deus benedictus & excelſus præcedit intelligentiam per regimen, & regit res regimine ſublimioris ordinis, & altioris, quam ſit regimen intelligentię, quod eſt illud quod dat intelligentiæ regimen. Et ſi- H gnificatio illius eſt, ꝙ res quæ recipiūt regimen intelligentiæ recipiunt regimen creatoris intelligentię. Quod eſt; quia non refugit regimen eius aliqua ex rebus omnino, quoniam vult, vt faciat recipere bonitatē ſuā ſimul omnes res, quod eſt, quia non eſt quod omnis res, quæ deſiderat intelligentiam, deſiderat recipere eam, & res omnes deſiderāt bonitatem ex primo, & deſiderant recipere ipſum deſiderio multo, & in illo I non eſt qui dubitet.

LECTIO XXIII,

F Poſtquam tradidit modum diuini regiminis, & oſtendit ſufficientiam Dei ad regendum, hic agit de regimine ſecundę cauſę. i. intelligentiæ, quod quidem regimen fit ex virtute cauſæ primæ. Et proponit talem propoſitionem. Omnis intelligentia diuina ſcit res p hoc quod ipſa eſt intelligentia. Et regit eas per hoc quod eſt diuina. Similis propoſitio inuenitur in li. Proculi 134. ſub his verbis. Omnis diuinus intellect⁹ intelligit quidem, ut intellectus, prouidet aūt, ut Deus. Ad cuius euidentiam cōſiderandum eſt, ꝙ ſupra 19. Propoſitione dictum eſt, ꝙ ex intelligentiis quędā eſt diuina: quædam non diuina. Supremi quidem intellectus, uel intelligentiæ, diuini nominantur propter abūdantem participationē diuinæ bonitatis ex propinquitate ad Deum. Quod autem abundanter participat proprietatē alicuius rei, aſſimilatur ei nō ſolum in forma, ſed & in actione. Sicut patet in Sole, quia eorum quæ illuminātur a Sole, quædam participāt lumen Solis ſolum quantum ad hoc ꝙ videantur: quędam uero quantū ad hoc qđ alia illuminēt, quod eſt propria actio Solis. Sicut patet de luna. Quia uero forma eſt principium actionis, neceſſe eſt, quod oē illud quod ex abundanti participatione influxus ſuperioris agentis acquirit actionem eius, habeat duas actiones. Vnam. ſ. ſm propriam formam, aliam uero ſm formā participatā a ſuperiori agente. Sicut calefactiuus ignitus ſm propriam formā incidit: inquantum vero eſt ignitus, urit. Sic igitur & ſupremarū intelligentiarum vnaquæque quæ diuina dr, hēt duplicem actionē. Vnā quidē inquantū participat abundāter bonitatem diuinā: aliā aūt ſm propriam naturam. Eſt aūt proprium intelligentiæ inquantum huius, cognoſcere res. Et ideo intelligentia diuina inquantum eſt intelligentia, eſt rerum cognoſcitiua. Proprium autem eſt Dei, qui eſt ipſa eſſentia bonitatis, ut ſe aliis cōicet. Videmus enim quod unumquodque inquantum eſt perfectum & actu ens, ſimilitudine ſuam aliis cōicat. Vnde id qđ eſt eſſentialiter actus, & bonitas. ſ. Deus, & eſſentialiter & primordialiter cōicat ſuam bonitatem reb. Et hoc pertinet ad regimen ipſius. Nā K regentis proprium eſt producere ea quæ reguntur ad finē debitum, qđ eſt bonum. Sic igitur intelligentia diuina inquantū participat abundanter bonitatem diuinam, ipſa fit regitiua rerum. Manifeſtum eſt aūt, ꝙ id qđ agit ſm propriam & naturalē formā aliquam actionē, vehementius & perfectius agit illam actionē, q̄ id qđ agit eam per participationē uirtutis ſuperioris agentis: ſicut ignis uehemētius calefacit q̄ corp⁹ ignitū. Et Sol magis illuminat quam Luna. Oportet igitur regimen Dei quod eſt actio eius ſm ſuam eſſentialem bonitatem, eſſe altius & efficacius quam regimen intelligentiæ, quod cōuenit ei ſm participationem bonitatis diuinæ. Inde eſt quod regimen cauſæ primæ quod eſt ſm eſſentiam bonitatis, ſe extēdit ad omnes res. Cuius ſignum eſt quod omnia deſiderant bonum vel appetitu intellectuali uel animali, uel naturali. Regimē autem intelligentiæ quod non eſt ei proprium non ſe extēdit ad omnia. Non. n. diffundit bonitatem intellectualem in omnia: ſed ſolum in illa quę ſunt nata intelligere. Vnde nec omnia intellectuale bonum appetunt: ſed ſolum bonum abſolute.

LECTIO XXIIII.

POſtquam oſtendit modum diuini regiminis & ſufficientiã ipſius ad regendum, hic incipit oſtendere quomodo diuinum regimen diuerſimode participatur a diuerſis. Et primo manifeſtat hoc in generali. Secundo proſequitur in ſpeciali de diuerſitate rerũ, quæ ſubſunt diuino regimini ab. Propoſitione, ibi [Subſtantiæ unitæ, &c.] Circa primum ponit talem propoſitionem. Cauſa prima exiſtit in rebus omnibus ſecundum diſpoſitionẽ nnã, ſed res oẽs non exiſtunt in cauſa prima ſm diſpoſitionem unam. Ad cuius euidentiam cõſiderandũ eſt, ꝙ aliquid dicitur eẽ in alio multipliciter. Vno mõ realiter. Alio mõ ſm habitudinem actionis & paſſionis. Secundum igitur primum modũ, dicẽdũ eſt ꝙ oĩa ſunt in cauſa prima vno modo, quia ſ. id ſm quod oĩa ſunt in cauſa prima eſt vna & eadẽ res, ſ. uirtus diuina. Sunt enim effectus virtute in ſua cauſa. Cauſa aũt prima ſm hunc modum eſt in rebus diuerſimode, quia ſ. cauſa prima in rebus cauſatis eſt ſm ꝙ eis ſimilitudinem ſuam imprimit. Diuerſæ autem res diuerſimode ſimilitudinem cauſæ primę recipiũt. Sed mõ ſecundo eſt econuerſo. Nam cauſa prima ſecundum vnum modum agit in omnes res: & iõ dicitur eſſe in reb. omnib. ſecundum diſpoſitionem vnam. Non autem omnes res recipiunt eodem modo actionẽ cauſæ primæ: & iõ dr̃ ꝙ res omnes non exiſtunt in cauſa prima ſm diſpoſitionem unam. Ad cuius propoſitionis manifeſtationem tria ſubſequuntur. Nam primo manifeſtatur propoſitio. Secundo probatur, ibi. [Et diuerſitas quidem &c.] Tertio infert quoddam corollarium, ibi. [Ergo ſm modum &c.] Dicit ergo primo, ꝙ iõ dicuntur res oẽs non eſſe in cauſa prima ſm diſpoſitionem vnam: quia & ſi cauſa prima exiſtat in reb. oĩb. inquantum ſ. attingit res omnes per effectum ſuæ actionis, tñ unaquæque res recipit actionem eius ſm modum ſuæ uirtutis. Et exemplificat hoc ſm tres diuerſitates prædictas inuentas in rebus: quarum prima eſt ſecundum diuerſitatem unitatis & multitudinis, quæ quidem diuerſitas ptinet ad ipſas ſubſtantias. Nam ea quorũ ſubſtantia eſt ſimplex, recipiunt cauſæ primæ actionem unitę. Illa uero quorũ ſubſtantia eſt compoſita, recipiunt eam multipliciter. ſ. ſm modum ſuæ ſubſtantiæ. Secunda diuerſitas ſubdit ex parte durationis rerum in ſuo eſſe. Quædam n. recipiunt actionem cauſę primæ receptione æternalia. ſ. quorum eſſe non ſubditur motui. Vnde earum durõ in ſuo eſſe non uariatur ſecundum prius & poſterius. Quædã uero recipiunt receptione temporali, illa. ſ. quorum eſſe ſubditur motui. Et per conſequens earum duratio continuatur ſm ſucceſſionem prioris & poſterioris. Tertiam diuerſitatem ponit ex parte ſpeciei ſeu formæ ipſius rei, ſecundum ꝙ quædã ſunt incorporea ſecundum ſuam ſpeciem: & iſta recipiunt influentiam cauſæ primę ſpũaliter. Quædam uero ſunt ſm ſuam ſpeciem corporea, & huiuſmodi recipiunt influẽtiã cauſæ primæ receptione corporali. Hoc autem totũ qđ præmiſſum eſt, continet propoſitio q̃ ponitur in li. Proculi. 142. quæ talis eſt. Omnibus quidem Dii adſunt eodem mõ, non aũt omnia eodẽ modo Diis adſunt, ſed ſingula ſecundum ipſorum ordinẽ. &

A potentiam tranſſumunt illorum præſentiam, hoc quidem uniformiter, hoc autem multipliciter, & hoc quidem perpetuo, hoc autem ſecundum tempus, & hoc quidem in corpore, hoc autem incorporaliter. Secundo ibi.

b¶ Probat quod præmiſſum eſt, hoc modo. Diuerſitas receptionis ex duobus põt contingere. Quãdoque n. ex agẽte ſiue influente, quandoque autem ex recipiente. Quia n. diuerſitas cãæ cãt diuerſitatem in effectib. neceſſe eſt ut ſi agens eſt diuerſum, & recipiens vnum, ꝙ diuerſitas receptionis cauſet ea agente nõ ea recipiente. Sicut aqua quæ ea frigido cõgelatur, & ex calido diſſoluitur. Si autem ecõuerſo, agẽs fuerit unum & recipiens diuerſũ, erit diuerſitas receptiõis ex parte recipiẽtis, nõ ex parte agẽtis: ſicut patet de ſole q̃ indurat lutum, & liquefacit ceram. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ cauſa prima eſt vna, nullam diuerſitatem habens. Sed ea quæ recipiũt influentiam cãæ primæ, ſunt diuerſa. Diuerſitas ergo receptionis nõ eſt ex cã prima quæ ẽ bonitas pura, influẽs bonitatem in reb. oĩbus: ſed eſt propter diuerſitatem recipientiũ. Sic igitur patet ꝙ cauſa prima inuenitur in omnib. per modũ vnũ, ſed non econuerſo. Eſt autẽ attendendum, ꝙ duplex eſt actio cauſæ primæ. Vna quidem ſm quam inſtituit res, quæ dicitur creatio. Alia vero ſecundũ quam res iam inſtitutas regit. In prima igitur actione non hẽt locum quod hic dicitur: quia ſi oportet diuerſitatem effectuũ reducere in diuerſitatem recipientium, oporteblt dicere quod ſint aliqua recipientia quæ non fiut a cauſa prima, qđ eſt cõtra illud qđ dictum eſt ſupra 18. Propoſitione. Omnes habent eſſentiam per cauſam primam. Vnde oportet dicerę ꝙ prima diuerſitas rerum ſecundum quam habent diuerſas naturas & uirtutes, non fit ex aliqua diuerſitate recipientium: ſed ex cauſa prima, non quia in ea ſit aliqua diuerſitas: ſed quia eſt diuerſitatem cognoſcens: eſt enim agens ſecundum ſuam ſciẽtiam: & ideo diuerſos rerum gradus producit ad complementum vniuerſi. Sed in actione regiminis, de qua nunc agitur, diuerſitas receptionis eſt ſecundum diuerſitatem recipiẽtium. Tertio ibi.

E c¶ Infert quoddã corollariũ ex prędictis. Si n. diuerſitas receptionis influxus cãæ primæ peruenit in reb. ſm diuerſam virtutem recipientium, cum illa quæ ſunt propinquiora primę cauſę ſint maioris virtutis: ſequitur ꝙ perfectius recipiant cauſã primam & eius influxum. Et quia omnis ſubſtantia cognoſcẽs, quanto perfectius habet eſſe, tanto perfectius cognoſcit cauſã primam & influxum bonitatis eius: & quanto hoc magis in ſe recipit, & cognoſcit, tanto magis delectatur in ea.

LECTIO XXV.

SVpra dictum eſt, quod creaturæ recipiunt diuerſimode regimen cauſæ primæ ſecundum triplicem diuerſitatem, ſcilicet unitatis & multitudinis, quod pertinet ad ſimplicitatem vel compoſitionem æternitatis & temporalis & ſpiritualis & corporeis. Corporeo autem accidit corruptio & incorruptio. Vnde hic incipit proſequi de prædictis diuerſitatibus rerum. & primo de diuerſitate corruptibilis. Secundo de diuerſitate ſimpli-

LECTIO XXIIII.

CAuſa prima exiſtit in omnibus rebus ſecundum vnam diſpoſitionem, ſed res omnes non exiſtunt in cauſa prima ſecundum vnã diſpoſitionem. quod eſt. Quia quamuis cauſa prima exiſtat in rebus omnibus, tamen vnaquæque res recipit eam ſecundum ſuæ potentię modum, quod eſt, quia ex rebus ſunt quæ recipiunt vnita receptione cauſam primã, & ex eis ſunt quæ recipiũt eam receptione multiplicata, & ex eis ſunt quæ recipiunt eam receptione æterna, & ex eis ſunt quę recipiunt eam receptione temporali, & ex eis ſunt quæ recipiunt eam receptione ſpirituali. & ex eis ſunt quæ recipiunt eam receptione corporali.

b Et diuerſitas quidem receptionis non fit a cauſa prima, ſed propter recipiens. Quod eſt, quia recipiens diuerſificatur. Propter illud ergo & ſuſceptum diuerſificatur. Influens uero exiſtens unum nõ diuerſum, influit ſuper omnes res omnes bonitates æqualiter. Bonitas nanque influit ſuper omnes res ex cauſa prima: æqualiter igitur ſunt cauſa diuerſitatis influxionis ſuper omnes res. Proculdubio ergo non inueniuntur omnes res in prima cauſa per modum unum. Iã ergo oſtenſum eſt, quod cauſa prima inuenitur in omnibus rebus per modum unum, & non inueniuntur in ea omnes res ꝑ modum unum.

B c Ergo ſecundum modum propinquitatis cauſæ primæ, & ſecundum modum quo res recipere poteſt cauſam primam, ſecundum quantitatem illius poteſt recipere ex ea & delectari ſecundum eam. Quod eſt: quia nõ recipit res ex prima cauſa, & non delectatur in ea niſi per modũ eſſe ſui. Et non intelligo per eſſe niſi cognitionem. Nam ſecundum modum quo cognoſcit res cauſam primam, ſecun-
C dum quantitatem illam recipit ex ea & delectatur in ea, ſicut oſtendimus.

LECTIO XXV.

SVbſtantiæ unitę intellectuales non ſunt generatæ ex re alia. Omnis ſubſtantia exiſtens per eſſentiam ſuam, nõ eſt generata ex re alia. Quod ſi aliquis dicit: poſſibile eſt ut ſit generata ex re alia, dicemus ut ſi poſſibile eſt, ut ſubſtantia ſtans
D

ſubſtantia ſtãs per eſſentiã ſuã ſit generata ex re alia, procul dubio ſubſtantia illa eſt diminuta indigens, ut cõpleat eã illud ex quo generatur. Et ſignificatio ipſius eſt generatio ipſa. Qđ eſt, quiã gñatio non eſt niſi via ex diminutione ad complemẽtũ. Nam ſi inueniatur res nõ indigens gñone ſui, ideſt in ſua forma & ſua formatione re alia niſi ſe, & eã ipſa formationis ſuæ eſt cõpleta integra ſemper. Et non ſit cauſa formationis ſuæ, & ſui complementi niſi p relationem ſuam ad cauſam ſuam ſemper. Illa ergo comparatio ẽ formatio eius, & ipſius cõplementum ſimul. Iam ergo manifeſtum eſt quod oĩs ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt generata ex re alia.

LECTIO XXVI.

OMnis ſubſtantia ſtans per ſeipſam, nõ eſt cadens ſub corruptione. Si autem aliquis dicat ꝙ poſſibile eſt quod ſubã ſtans per ſeipſam cadat ſub corruptione, Dicemus ꝙ poſſibile eſt, ut ſeparetẽ eius eſſentia, & ſit fixa ſtans per eſſentiã ſuã ſine eſſentia ſua, hoc eſt incõueniẽs & impoſſibile ut ſit fixa ſtans p eſſentiã ſuã, ſicut eſſentia ſua, quõ propterea ꝙ eſt una ſimplex nõ compoſita eſt ipſa, cã & cauſatũ ſimul. Oĩs autẽ rei cadentis ſub corruptione non fit corruptio niſi pp ſeparationem ſuam a cã ſua: dum uero permanet res pendens per cãm ſuam retinentem eam & ſeruantem, non periit neque deſtruitur. Si ergo hoc ita ẽ ſubſtantiæ ſtantis per eſſentiam ſuam, non ſeparatur ſua cauſa quõ eſt inſeparabilis ab eſſentia ſua, ppea ꝙ cauſa eius eſt formatio ſui, & non fit ſuipſius cauſa, niſi propter relationem ſuã ad cãm ſuam. Et illa relatio eſt formatio eius, & propterea quia eſt ſemper relata ad cãm ſuam, & ipſa cã ipſius relationis eſt ipſa cã ſuipſius p modũ quẽ diximus; quia non perit nec deſtruitur, quoniam ipſa eſt cauſa, & cãtũ ſimul; ſicut oſtendimus nuper. Iam ergo manifeſtum eſt ꝙ oĩs ſubã ſtans per ſeipſam, non deſtruitur neque corrumpitur.

ſimplicis, & compoſit. 28. Propoſitione ibi. (Oĩs ſubã ſtans per eſſentiã ſuã eſt ſimplex, &c.) Tertio de diuerſitate earũ in tẽpus, & tẽpis. 30. Propõe ibi. (Oĩs ſubã cauſata in tpe.) Circa primũ d. ſ. primo oſtendit ſubas quaſdã eſſe ingenerabiles. Secundo agitur de corruptione earũ 26. Propõne ibi. (Oĩs ſ. ſbã ſtans per ſeipſam, nõ cadens, &c.) Circa primum ponit duas propõnes: quarũ prima talis eſt Subæ veræ intellectuales non ſunt gñã ę ex re alia: vocat aũt ſubſtantias veras ſubſtantias ſimplices, eo ꝙ nõ cõpoſitã q̃dã multitudinẽ in ſe continet; intellectuales aũt ſubſtantias vocat q̃ ſunt aptę natę intelligere, q̃ ẽ eũ ſint immateriales, ſ'c intellectuales actu: qđ aũt dicit i nõ ſunt generatæ ex re alia, põt intelligi, vel ſicut ex materia ſm ꝙ hęc ppõ ea, ĩportat habitudinẽ cãæ materialis; vel ex cã agente ſm ꝙ prædicta præpõ importat habitudinẽ cãæ efficiẽtis. & hic intellect' magis vidẽt cõſonare his q̃ in pbatione ſequẽti ponunẽ Sc̃da ppõ-
vide com. 1. tio eſt talis Oĩs ſubã ſtans per eſſentiã ſuã eſt nõ gñata ex re alia: dr aũt ſubã ſtans p eſſẽtiã ſuã q̃ eſt p ſeipſam ſubſiſtẽs: ſed eũ ſeipſam ſubſiſtere ſit ppiũ ſubæ, ſequeretur ſm hoc ꝙ nulla ſubã ſit gñata: eſt ergo dicendũ ꝙ ſubã & eſſentia rei principaliter ẽ forma, q̃ ſignificat diffinitio. quæcunq; igiẽ hñt formã in materia fundatã, huõi ſubæ non ſunt ſtantes p eſſentiã ſuã, ideo earum eſſentię i. formæ innituntur fundamento materię. Illę vero ſunt ſtantes per eſſentiam ſuam, quę ſunt formę tantum non in materia & huiuſmodi impoſſibile eſt quod ſint gñatę: eſt aũt conſiderandum ꝙ prima propõ concludit ex hac ſecunda: ſupra. n. probatũ eſt ꝙ oẽs ſubę intelligentes ſunt ſtantes p eſſentiã ſuã, qđ habitũ eſt in Propoſitione. 15. Omnis ſciens ſcit &c. Si igitur oĩs ſubã ſtans p eſſentiã ſuã nõ eſt gñata, ſequiẽ ꝙ oĩs ſubã intellectualis ſit nõ gñata: duarum aũt propõnũ poſitarũ prima in lib. Proculi non inuenit: ſed ſolũ ſecũda quę eſt 45. ſui lib. talis. Oẽ antipoſtaton. i. per ſe ſubſiſtens eſt ingenerabile hęc ſola propõ probaẽ conſequẽter eodẽ mõ hic, ſicut ĩ li. Procul'. Manifeſtũ eſt. n. ꝙ oẽ gñatũ ẽ q̃ ſe ĩperfectũ, q̃a eſt in poa & indiget ꝙ cõpleat ſiue perficiat p illud ea quo gñraẽ. i. p generãs qđ reducit ipſũ de poa in actũ, & huius ſignũ eſt ꝙ gñatio nihil eſt aliud q̃ via q̃dã de incompleto ad completũ oppoſitũ. ſ. ad incõpletũ pexiſtẽs: termini. n. generationis ſunt priuatio & forma, materia aũt ſm ꝙ exiſtit ſub priuatione hẽt rõnẽ ĩperfecti, & ſic patet ꝙ generatio eſt uia ſiue tranſitio de ĩperfecto ad perfectũ oppoſitũ. Si igiẽ ẽ aliquid ꝙ non indigeat aliquo alio ad ſui formatiõnẽ, ſed ipſũ eſt cã ſuæ formationis, q̃a ſ. ſubã eſt eius forma, ſequiẽ ꝙ talis res ſit ſemper cõpleta ſiue perfecta, & ſic in ea nõ põt eſſe tranſitus de imperfecto ad perfectum: ſed ſtatim p ſeipſam eſt ens & unum, ut dr in 8 Meta. Relinquitur ergo ꝙ omnis ſubſtantia q̃ eſt forma ſubſiſtens eſt ingenerabilis. Sed ne hoc male intelligeret aliquis, ꝙ hmõi ſubſtantiæ non herent cãm ſui eſſe cũ ſupra dictũ ſit, ꝙ res oẽs habent eſſentiã p ens primũ, manifeſtat cõſequenter q̃uõ ſit intelligendum, quod dcm̃ eſt Quod. n. dictum eſt ꝙ ſit cauſa ſuæ formationis, non eſt ſic intelligendũ q. non dependeat ex alia cauſa ſuperiori: ſed dẽ eſſe cauſa ſuæ formationis per hoc ꝙ habet ſempiternã relationem ad cãm ſuam primam. vñ per comparationem ad ſuam cãm habet ſimul. ſ. ſtatim formationem & complementũ. Ad cuius euidentiã conſiderandũ eſt ꝙ unũquodq; participat eſſe ſm habitudinẽ q̃ hẽt ad primũ eſſendi principiũ: res aũt cõpoſita ex materia & forma nõ hẽt eſſe niſi per conſequutionẽ ſuæ formæ,

F unde per ſuam formam hẽt habitudinem ad primũ eſſendi principium: ſed quia non ẽ in tempore præexiſtiẽ formæ i hac re gñata, conſequens eſt ꝙ ſemper hẽa prædictam habitudinẽ ad principium eſſendi primum: neque ſimul cum fuerit materia: ſed poſtmodum ſuperueniente forma. Si ergo aliqua ſubã ſit ipſa forma, ſequiẽ ꝙ ſp habeat habitudinem prędictã ad cauſam primã, nec adueniat ei poſt tẽpus: ſed ſimul cõcomitans cum ſua ſubſtantia quæ eſt forma. Sic ergo manifeſtum eſt ꝙ oĩs ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam, non generaẽ ea alia re.

LECTIO XXVI.

SVpra actum eſt de ingenerabili, hic agitur de incorruptibili & corruptibili, & primo de incorruptibili. Secũda de corruptibili 27 Propoſitione [Oĩs ſubã deſtructibilis.] Circa primum ponitur talis propõ, Oĩs ſubã ſtans per ſeipſam ẽ non cadẽs ſub corruptione, quæ qdẽ ponitur 10 li. Proculi 46. Propoſitione ſub his verbis. Oẽ antipoſtaton incorruptibile eſt. ad cuius propõnis eundẽ tiam conſiderandũ eſt, ꝙ cum ppõ p. denotet cauſam, illud dicit per ſe ſtare, ſiue ſubſiſtere, quod non habet aliam cauſam eſſendi niſi ſeipſum: eſt autem duplex cauſa eſſendi i. forma per quã aliquid actu eſt, & agens quod facit actu eſſe. Si ergo dicatur ſtans per ſeipſum quod non dependet a ſuperiori agente, ſic ſtare per ſeipſum conuenit ſoli Deo, qui eſt cauſa prima, a qua omnes ſecundæ cauſæ dependent, ut ex ſuperioribus patet. Si autem dicatur per ſe ſtans illud quod non formatur per aliquid aliud, ſed ipſummet eſt forma, ſic eſſe ſtans per ſeipſum conuenit omnibus ſubſtantiis immaterialibus. Subſtantia enim compoſita ex materia & forma. non eſt ſtans per ſeipſam niſi ratione partium: quia. ſ. materia eſt actu per formam, & forma ſuſtentatur in materia, ſicut dicitur aliquid mouens ſeipſum ratione partium, quia una pars eſt mouens, & alia pars eius mota. Sic igitur patet ꝙ ſtare per ſeipſum non poteſt conuenire niſi ſubſtantiæ q̃ eſt forma ſine materia: huius autem ſubſtantia ex neceſſitate eſt incorruptibilis: manifeſtum eſt. n. in rebus corruptibilibus ꝙ corruptio accidit per hoc quod aliquid ſeparatur a ſua cauſa formali, per quam aliquid habet eſſe in actu, ſicut. n. generatio quæ eſt uia ad eſſe, eſt per acquiſitionem formæ, ita corruptio quæ eſt uia ad non eſſe, eſt per amiſſionem formæ. ſi igitur ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam corrumperetur, oporteret ꝙ ſepararetur a cauſa ſua formali: ſed ſua forma eſt eius eſſentia,
K ergo ſepararetur a ſua eſſentia, quod eſt impoſſibile: non ergo eſt poſſibile ꝙ ſubã ſtans per ſeipſam corrumpatur. Sed ne aliquis credat quod hmõi ſubſtantiæ ſtantes per eſſentiam ſuam non dependeant ab aliqua ſuperiori cauſa agente, excludit hic conſequenter, ibi [Et non ſit ca, &c.] & dicit ꝙ hoc non eſt intelligendum ꝙ hmõi ſubã ſit cauſa ſui ipſius, quod non depẽdeat a ſuperiori cauſa agente. ſed hoc dicitur quod huiuſmodi ſubã per ſeipſam habet relationem ad cauſam primam, inquantũ. ſ. eſt cauſa ſuæ formationis: uidemus enim quod res materiales referuntur ad cauſam primam ut accipiant eſſe ab ea per ſuam formam, & ideo ſubſtantia cuius tota eſſentia eſt forma, habet per ſeipſam relationem ſemper ad cauſam primam, & non cauſatur iſta relatio in huiuſmodi ſubſtantia per aliquam aliam formam, & inde eſt, quod dicitur eſſe cauſa ſui per modũ prædictum: & inde eſt quod non poteſt corrumpi, ſicut oſtenſum eſt patet igitur quod omnis ſubſtantia ſtans per ſeipſam eſt incorruptibilis.

L E.

LECTIO XXVII.

POſtquam oſtendit quæ ſit conditio ſubſtantiæ incorruptibilis, hic oſtendit conditionem corruptibilis, ponens hanc propoſitionem. Omnis ſubſtantia deſtructibilis non ſempiterna aut eſt cōpoſita: aut eſt delata ſuper rem aliam. Et hæc eadem propoſitio ponitur in li. Proculi, 48. Propoſitione. Huius propoſitionis probatio eſt: quia.n. omne quod eſt ſtās per ſeipſum eſt incorruptibile, vt probatum eſt; neceſſe ē ꝙ omne quod corrumpitur non ſit ſtās per ſeipſum, ſed indigeat aliquo ſuſtentante. quod quidem contingit duob. modis. Vno modo ſi.ut totum indiget partibus ad ſui conſtitutionem. Vnde partibus ab inuicem diſcedentibus ſequitur corruptio. Alio modo: quia forma non eſt ſubſiſtens; ſed indiget ad ſui ſuſtentationem ſubſtituto deferente Et ſi quando ſubſt totum deferens ſit tranſpoſitum ad aliam formam, neceſſe eſt ꝙ fiat ſeparatio formæ a ſubſtituto; & ita ſequitur corruptio. Vnde manifeſtum eſt, ꝙ omnis ſubſtantia corruptibilis vel eſt compoſita ex diuerſis partibus per quarum diſſolutionem ſequitur corruptio totius, ſicut patet in corporibus mixtis:

LECTIO XXVII.

OMnis ſubſtantia deſtructibilis non ſempiterna; aut eſt compoſita, aut eſt delata ſuper aliam rem. quod eſt, quia ſubſtantia aut eſt indigens rebus ex quibus eſt, & eſt compoſita ex eis: aut eſt indigens fixione ſua & eſſentia ſua deferente. Cū ergo ſeparatur deferens eā, corrumpitur & deſtruitur; quod ſi ſubſtantia non eſt compoſita, tunc eſt ſimplex, & eſt ſemper, nec deſtruitur nec corrumpitur omnino.

LECTIO XXVIII.

OMnis ſubſtantia ſtans per eſſentiā ſuam, eſt ſimplex, nec diuidit? Quod ſi dixerit aliquis, poſſibile eſt ut diuidat, dicemus quod ſi poſſibile eſt vt ſubſtantia ſtans per ſe diuidatur, & eſt ipſa ſimplex, poſſibile eſt ut eſſentia partis eius ſit per eſſentiam ſuam iterum ſicut eſſentia totius. Si ergo poſſibile eſt illud, redit pars ſuper ſeipſā: & omnis pars eius eſt rediens ſuper ſeipſam, ſicut eſt rediens totum ſuper eſſentiam ſuam; & hoc eſt impoſſibile. Si ergo impoſſibile eſt hoc, ſubſtantia ſtans per ſeipſam eſt ſubſtantia indiuidua & eſt ſimplex. Si.n. non eſt ſimplex, ſed compoſita, pars eius eſt melior parte: & pars illius vilior parte, quare res melior, eſt ex re uiliori: & res uilior ex re meliore quoniam eſt omnis pars eius ſeiuncta ab omni parte eius; quare uniuerſitas eius non eſt ſufficiens per ſeipsā cū indigeat partibus ſuis ex quibus componitur: & hoc quidē non eſt de natura rei ſimplicis, immo de natura ſubſtantiarum compoſitarum. Iam ergo conſtat, quod omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam eſt ſimplex, & nō diuiditur: quoniam non recipit compoſitionem, vel diuiſionē, nec corruptionem, nec deſtructionem, ſicut oſtendimus.

aut forma indiget materiali ſubſtituto ad ſui ſuſtentationem: & ita per tranſmutationem ſubſtituti ſequitur corruptio: ſicut patet in corporibus ſimplicibus & in accidentibus. Et ideo poſſumus hoc corollarie accipere ꝙ ſi aliqua ſubſtantia non eſt compoſita, ſed ſimplex: neque eſt delata ſuper ſubſtitutum quaſi indigens eo ad ſuum eſſe: ſed eſt ſtans in ſeipſo: hæc omnino eſt incorruptibilis, ſi. ut patet in intelligentia & in anima intellectuali, de qua manifeſtum eſt quod non eſt forma delata ſuper materiam cui dat eſſentiam ſcilicet quod ei totaliter immergatur: quia ſequeretur quod nulla eius operatio eſſet ſine cōmunicatione materiæ corporalis, quod patet eſſe falſum ex his quæ probantur in 3. de Anima.

LECTIO XXVIII.

POſtquam proſequutus eſt diuerſitatem ſubſtantiarum, quæ poteſt attendi ſecundam generationem & corruptionem: nunc proſequitur de diuerſitate ſubſtantiarum quæ poteſt attendi ſecundum ſimplicitatem & compoſitionem, & inducit ad hoc propoſitiones duas, quarum ſecunda uidetur eſſe conuerſa prioris. Prima ergo talis eſt. Omnis ſubſtantia ſtans per ſuam eſſentiam eſt ſimlpex & non diuiditur. Quę etiam propoſitio ponitur in lib. Proculi. propoſitione 47. ſub his verbis. Omne antipoſtaton impartibile eſt & ſimplex. Vbi primo conſiderandum eſt, quod ſimplex & impartibile eſt idē ſubiecto. differunt autem ratione. Nam impartibile dicitur aliquid per priuationem diuiſionis: quia ſcilicet non eſt in multa diuiſibile. Simplex autem dicitur aliquid per priuationem compoſitionis: quia ſcilicet non eſt ex multis cōpoſitum. Primo ergo probatur, ꝙ ſubſtantia per ſe ſtans ſit indiuiſibilis. Secundo ꝙ ſit ſimplex. Primum autem melius probatur in lib Proculi. quam hic. Eſt enim hæc eius probatio. Si enim aliquid partibile eſt antipoſtaton, id eſt ens per ſe ſubſiſtēs inſiſtuis partibile ſeipſum, & totum ipſum vertetur ad ſeipſum: & omne in omni ſeipſo erit Hoc autem impoſſibile impartibile. ergo antipoſtaton eſt. Ad cuius euidentiam conſiderandū eſt, ꝙ hic accipitur eſſe aliquid ſtans per ſeipſum non ratione partium. ſ. vna pars eius ſtet per aliam, ſicut accidit in ſubſtantiis materialibus: ſed ratione totius; ut ſcilicet totum ſtet per ſe totum. Vnumquodque autem conuertitur ad id per quod ſtat: ſicut effectus ad cauſam: & oportet quod ſit in eo ſicut in ſuo fundamento. Si ergo aliquid partibile ſit ſtans per ſeipſum, oportet ꝙ quælibet pars eius ſtet per quamlibet; & quælibet fundatur in qualibet. quod eſt impoſſibile: quia ſic ſequeretur, ꝙ vna & eadem pars eius eſſet cā & effectus ſimul reſpectu eiuſdē: quod eſt impoſſibile. In hoc autē libro probatur ſic, Illud quod conuenit alicui per ſeipſū, cōuenit cuilibet parti eius ſi ſit partibile. Si igitur aliquid partibile ſit ſtans per ſeipſū, oportet ꝙ quælibet pars eius ſtet per ſeipsā: & ita non iungetur alteri ad cōſtitutionem eius. Hæc autē probatio nō eſt adeo efficax: quia non eſt neceſſarium ꝙ quidquid per ſe cōuenit alicui toti, conueniat ſingulis partib. eius. Eſt enim quoddam totum ſimiliū partium: ut aer & aqua & quoddam diſſimilium, ut animal & domus. Quod autē id quod eſt ſtans per ſeipſum, ſit ſimplex non compoſitum ex multis, probatur duplici ratione. In uno compoſito ex pluribus partibus neceſſe eſt ponere quendam partium ordinē: ut ſ. vna pars eius ſit melior & alia vilior. Multa enim ad unum conſtituendum, ordine quodā perueniunt: ſicut & ab vno multitudo ordine quodā progreditur. Vnde videmus, ꝙ in compoſitione corporis naturalis forma eſt præſtantior materia, & in compoſitione corporis mixti vnū elementum dominatur: & in compoſitione partium animalis unum membrum eſt principalius alio, & in partib. alicuius continui, una pars magis accedit ad punctum, quod eſt principium magnitudinis quam alia Si ergo aliquid compoſitū ex plurib. partibus ſit ſtans per ſeipsū, oportebit quod quęlibet pars eius ſit ſtans ex qualibet: & ita pars melior dependebit ex parte uiliori: & econuerſo. Secunda rō eſt, quia omne quod eſt ſtans per ſeipſum, eſt ſibi ſufficiens in ſuo eſſe, nō indigens alio ad ſui ſubſiſtentiā: per quod nō excluditur dependentia a cā agente, ſed a cauſa formali & materiali ſubſiſtentiam præſtante. Probatur. Omne compoſitum ex partibus non eſt ſibi ſufficiens: ſed indiget ad ſui ſubſiſtentiam partib. ex quibus componitur, quæ ſe habēt in habitudine cauſæ materialis ad totum. ergo nullum compoſitum ex partibus eſt per ſe ſtans Omnis igitur ſubſtantia per ſe ſtās eſt ſimplex. Sciendum tamen eſt, ꝙ ſecunda rō diſtincte ponitur in libro Proculi. ſed in hoc libro inducitur per modum concluſionis.

LECTIO XXIX.

OMnis ſubſtantia ſimplex eſt ſtans per ſeipſam, ſcilicet per eſſentiam ſuam. Quod eſt: quia creata ſine tempore, & eſt in ſubſtantialitate ſua ſuperior ſubſtantiis temporalibus. Et ſignificatio illius eſt: quia nō

LECTIO XXIX.

HIC ponitur propoſitio conuerſa prioris, quæ talis eſt. Omnis ſubſtantia ſimplex eſt ſtans per ſeipſam. ſ. per eſſentiam ſuam. Sciendum tamen eſt, quod hæc propoſitio in Commento non probatur; ſed interponuntur quædam: per quæ probatur. ſ. quod ſubſtantia ſtans per ſeipſam eſt

cauſata

cauſata ſine tempore ... in ſubſtantialitate ſua ſub, etenim ſub ſtantiis tempora ... E ... cū ſit. ſecundum lib. Proculi ſub hi. verbis. Omne in tēpore ... ab his quæ ſemper ... ſubſtantia n. Vbi conſideratum eſt q̃ hoc quod dr ſecundum ſuam ſubſtantiam, pōt referri vel ad ipſas ſubſtantias temporales. naturam eſſe ſubſtantiale ſubiacet ... Vnde ſecundum ſuam ſubſtantiam tempore menſurata dicitur. Vel pōt referri ad ſubſtantias per ſe ſtātes quę ſecundum ſuam ſubſtantiam ſunt ſubſtantiis temporalib. ſuperiores. Huius ergo propoſitionis ſuperinductæ ponitur probatio talis. Oſtēſum eſt. n. ſupra, q̃ nulla ſubſtan. tēpori ſeipſā cadit ſub generatione. Omnes autem ſubſtantię quæ menſurantur tempore ſecundum ſuā ſubſtātiam, cadunt ſub generatione. Per hoc. n. ſecūdum ſuam ſubſtātiam tempore menſurātur q̃ eorum eſſe ſubſtantiale uariat per generationem & corruptionem. Relinquitur ergo q̃ nulla ſubſtantia ſtans per ſeipſam cadit ſub tēpore: ſed eſt ſuperior omnibus ſubſtantiis temporalibus. Poſſumus autem ex hac propoſitione ſic probata concludere illa quæ prætermiſimus. Si enim hoc eſt proprium ſubſtātię per ſe ſtantis q̃ ſit nō cadens ſecundum ſuā ſubſtantiam ſub tempore. hinc autem conuenit omni ſubſtantię ſimplici, quia omnis ſubſtantia generabilis cadens ſub tempore, eſt compoſita ex materia & forma. Relinquitur q̃ omnis ſubſtantia ſimplex, ſit ſtās per ſeipſam, quod fuit primō propoſitum.

quia nō eſt generata ex aliquo, quoniam eſt ſtans per eſſentiam ſuam, & ſubſtantiæ generatæ ex aliquo, ſunt ſubſtantiæ corporales & compoſitæ cadētes ſub corruptione & generatione. Iam ergo manifeſtum quod omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam, non eſt in tempore, quia eſt altior & ſuperior tempore & rebus temporalibus.

LECTIO XXX.

OMnis ſubſtantia creata in tempore, aut eſt ſemper in tempore, & tempus non ſuperfluit ab ea, quoniam eſt creata & tempus æqualiter, aut ſuperfluit ſuper tempus, & tēpus ſuperfluit ab ea, quia eſt creata in quibuſdam horis temporis. Quod eſt, quia ſi creata ſequuntur ſe adinuicem, & ſubſtātiam ſuperiorem non ſequitur niſi ſubſtantia inferior ei ſimilis, nō ſubſtantia diſſimilis: ſubſtantiæ. n. ſimiles ſubſtantię ſuperiori & ſunt ſubſtantiæ creatæ, ā qb. non ſuperfluit tempus, ſunt ſubſtantiæ quæ non aſſimilantur ſubſtantiis ſempiternis, & ſubſtantiæ ſunt abſciſſæ a tēpore, cauſatæ in quibuſdam horis temporis. Non eſt ergo poſſibile ut continuentur ſubſtantiæ cauſatæ in quibuſdam horis tēporis cum ſubſtantiis ſempiternis, quoniam non aſſimilantur eis omnino. Subſtantiæ igitur ſempiternæ in tempore ſūt illæ quę cōtinuantur cū ſubſtantiis ſempiternis, & ſunt mediæ inter ſubſtantias fixas, & inter ſubſtantiam ſecundas in tempore. Et

LECTIO XXX.

POſtquam proſequutus eſt de diuerſitate rerum, quæ eſt ſecundum generationem & corruptionem, ſimplicitatē & compoſitionem: hic tertio proſequitur de diuerſitate quæ eſt ſecundum temporale & æternum Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit quomodo aliqua dupliciter ſint ſempiterna & temporalia Secundo oſtendit quomodo eſt ſimul æternum & temporale. ibi [Inter rem cuius ſubſtantia, &c.] Vel in prima ponit ordinem temporalium adinuicem. In ſecūda ordinem æternorum ibi [In rem cuius ſubſtantia &c.] Circa primum ponit talem propoſitionem. Omnis ſubſtantia creata in tempore, aut eſt ſemper in tempore, & tempus non ſuperfluit ab ea, quoniam eſt creata, & tempus æqualiter: aut ſuperfluit ſuper tempus & tempus ſuperfluit ab ea, quia eſt creata in quibuſdam horis temporis.

Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt, quod quia tempus eſt numerus motus, omnis ſubſtantia mobilis dicitur eſſe creata in tempore. Eſt autem duplex ſubſtantia mobilis. Vnā quidē cuius motus eſt in toto tēpore: ſicut corpus cœleſte: cuius motus tempori adæquatur, eo q̃ tempus eſt primo, & per

F ſe menſura motus cœli, & per illum motum menſurat oēs alios motus. Et hoc ſi ponamus q̃ motus cœli ſemper fuerit & ſemper ſit futurus ut Ari. poſuit: & quidam alii Philo. ſiue eſt motus cœli non ſemper fuerit nec ſemper ſit futurus, ut fides eccleſiæ docet, quia ſic etiam motus cœli adæquatur tempori.

non eſt poſſibile ut ſubſtantias ſempiternas quæ ſunt ſupra tēpus, ſequantur ſubſtantiæ creatæ in tempore niſi mediantib. ſubſtantiis temporalibus ſempiternis in tempore, & illæ quidem ſubſtantię non ſunt factę mediæ niſi quia ipſæ communicant ſubſtantiis ſublimiorib. G in permanentia: & communicant ſubſtantiis temporalib. abſciſſis in tempore per generōnem, Ipſæ enim quamuis ſint ſempiternæ: tamen permanentia earū eſt per generationem & motum, & ſubſtantię ſempiternæ cum tempore ſunt ſimiles ſubſtantiis, ſempiternis quę ſunt ſupra tempus per durabilitatem, & non aſſimilantur eis in motu uel generatione. Subſtantiæ autem factæ in tempore, nō aſſimilantur ſubſtantiis H ſempiternis quę ſunt ſupra tempus per aliquem modum vel motum. Si ergo non aſſimilantur eis. tunc non poſſunt aequi tere eas neque tangere eas Neceſſariæ ergo ſunt ſubſtantiæ ſempiternę quæ tangunt ſubſtātias ſempiternas, quæ ſunt ſupra tempus & erunt tangentes ſubſtantias quæ ſunt in tempore. ſ. ſub generōne & corruptione. Ergo aggregabunt per motum ſuum inter ſubſtantias ſempiternas, quæ ſunt ſupra temp' I & aggregabilitatem ſuam inter ſubſtantias quæ ſunt ſupra tempus, & inter ſubſtantias quæ ſūt ſub tempore. ſ. quę ſunt cadentes ſub generōne & corruptione. Et aggregabūt inter ſubſtantias bonas & inter ſubſtantias viles, ut non priuentur ſubſtantiæ uiles ſubſtantiis bo-

Non. n. tempus fuit antequam motus cœli inciperet, nec erit tempus cum motus cœli deſierit. Vñ oībus motis ſubſtantia corporis cœleſtis ... ne ſui motus, eſt ſemper in tempore, & tēpus non excedit ipſam: ſed adinuicem adæquantur. Aliæ vero ſubſtantiæ mobiles ſunt, quarū motus non eſt in toto tempore, ſed in aliqua parte temporis, ſicut patet de ſubſtantiis generabilibus & corruptibilibus. Et quia huiuſmodi ſubſtantia non habet ... ad ... tempus, ſed ad parte temporis (inter ... enim aliqua pars temporis minor ... hinne eorum & aliqua pars minor) inde eſt q̃ ſubſtantia excedit tēpus quantum ad aliquam partem, quæ ſ. eſt minor duratione eius: & ſubſtantia excedunt a tempore quantū ad illam partem quæ ē maior duratione eius. In lib. n. Proculi inuenitur hæc propoſitio 5. planius & breuius ſic. Omne q̃ ſm tempus ſubſiſtit, aut eo quod ſemper cum tempore eſt, aut aliquando in parte temporis hypoſtaſim habens Ad præmiſſę autem propoſitionis manifeſtationem, Primo ponitur probatio. Secundo infertur quoddam corollarium ibi [Iam ergo oſtenſum ē ex hoc &c.] Probatio aūt ponitur eadē in utroq; li. Ita. n. procedit ordo rerum ut ſimilia ſeinuicē ſubſequant. Ea vero quæ ſunt penitus diſſimilia, non ſubſequūtur ſeinuicē in gradib. rerum, niſi per aliquod medium, ſicut videmus q̃ aīal perfectū & planta, ſunt diſſimilia penitus quantū ad duo. Nā aīal perfectū eſt ſenſitiuū, & mobile motu pceſſiuo, planta aūt neutrū horū hēt. Natura ergo non pcedit immediate ab aīalibus perfectis ad plantas, ſed pducit in medio aīalia imperfecta quæ ſunt ſenſibilia cum aīalib & immobilia cum plātis. Manifeſtum eſt aūt q̃ ſubæ ſpūales quæ participantur & eternam, ut ſupra dictum eſt, & ſubæ generabiles & corruptibiles, ſunt penitus diſſimiles Nam ſubæ ſpūales & ſunt ſemper & ſunt immobiles quorum neutrū cōuenit ſubſtantiis generabilibus & corruptibilibus. Vnde oportet ponere inter hæc duo extrema aliqd medium, qd ſit ſimile utrique extremo. vt ſic gradus rerum procedat p ſimilia. Et ſic Proculus inueſtigando procedit Inter ... qd eſt ſemp immobiliter eñs & id qd eſt aliquando mobiliter non pōt inueniri, niſi triplex mediūm, ſ. id qd ſemper mouetur, id qd aliquando immobiliter eſt, & id qd aliquando eſt. Hoc aūt tertiū non pōt eſſe mediū, quia id qd aliquando eſt, idē eſt ei quod aliquando mouetur qd diximus eſſe extremum. Sic etiam nō poteſt

poteſt eſſe medium id quod aliquando immobiliter eſt. Im poſſibile eſt.n.eſſe aliquod tale. Nihil.n.deſinit eſſe niſi per aliquam tranſmutationem. Vnde id quod immobiliter eſt, non poteſt eſſe aliquando ens, ſed eſt ſemper ens. Relinquitur ergo ꝙ medium inter id quod ſemper eſt immobiliter: & id quod aliquando eſt mobiliter, ſit id quod ſemper mouetur. Hoc.n. conuenit cum ſuperiori quidem in hoc quod eſt ſemper eſſe; cum inferiori uero extremo, in hoc quod eſt moueri. Vtitur autem nomine generationis cõiter pro qualibet trãſmutatione, quia in quolibet moto includitur generatio, & corruptio, ut dr̃ in 8. Phy. Sic igitur ſubſtantiæ quæ ſemper mouentur, ſ. cœleſtia corpora contingunt ſm quandam ſimilitudinem vtrunque extremum: & per ea coniunguntur quodammodo ſubſtantiæ ſuperiores immobiles ſubſtantiis inferioribus generabilibus, in quantum ſ. uirtus ſuperiorum ſubſtantiarum defertur ad generabilia, & corruptibilia per motum cœleſtium corporũ. Secundo ibi.

b ¶ Ex his inducitur conſequenter quoddam corollarium, ſ. ꝙ duplex eſt perpetuitas ſiue perpetua durabilitas. V na quidem per modum æternitatis, alia uero ꝑ modum totius tẽporis. Et differunt hæ ꝑpetuæ durationes tripliciter. Primo quidẽ, quia perpetuitas æterna eſt fixa, ſtãs, immobilis. Perpetuitas aũt tẽporalis ẽ fluẽs & mobilis, inquãtũ tempus eſt menſura motus. æternitas aũt accipitur ut menſura eſſe immobilis. Secũdo, quia perpetuitas æterna eſt tota ſimul quaſi i uno collecta: temporalis autẽ habet ſucceſſiuam extenſionem ſecũdum prius & poſterius, quæ ſunt de ratione temporis. Tertio, quia perpetuitas æternalis eſt ſimpliciter tota ſecundum ſeipſam exiſtens: ſed vniuerſalitas, ſiue totalitas perpetuitatis temporalis, eſt ſecundum diuerſas partes ſibi ſuccedentes.

LECTIO XXXI.

IN præcedenti propoſitione manifeſtatus eſt ordo temporalium inuicem, hic manifeſtatur ordo æternorum adinuicem. Et primo ponitur inter æterna aliquid quod eſt omnino æternum, & aliquid quod eſt quodammodo æternũ & quodammodo tpale. Secundo, manifeſtatur cõditio eius quod eſt quodammodo æternũ, & quodammodo tpale. 32. propoſitione, ibi [Ois ſubſtantia &c] Circa primũ ponitur talis propoſitio. Inter rem cuius ſubſtantia & actio ſunt in momẽto æternitatis, & inter rẽ cuius ſubſtantia & actio ſunt in momẽto tẽporis, eſt exiſtens medium, & eſt illud cuius ſubſtantia eſt ex momento æternitatis & operatio ex momento temporis. Et vr̃ hic momentum ſumi pro menſuratione, vt.ſ. illud dicatur eſſe in momento æternitatis, quod æternitate menſuratur. Et

nis: & priuentur cum bonitate & omni communitate, & non ſit eis remanentia neque fixio.

b Iam ergo oſtẽſum eſt, quod durabilitatis duæ ſunt ſpecies, quarum una eſt ęterna, & altera eſt temporalis: uerumtamen una duarum durabilitatum eſt ſtans quieta, & altera mouetur: & una earum aggregatur compoſitioni finali, & operationes eius omnes ſunt ſimul, neque quædam earum eſt ante q̃dam, & altera eſt currens & extenſa: quædam operationes eius ſunt ante quaſdam, & unitas unius earum eſt per eſſentiam ſuam, & unitas alterius eſt per partes ſuas, quarum una eſt ſeiuncta ſuæ compari per modum primum & poſtremum. Iam ergo manifeſtum eſt ꝙ ſubſtantiarũ quædam ſunt ſempiternæ, & C ſunt ſupra tempus, & ex eis ſũt quæ ſunt ſempiternæ æquales tempori, & tempus non ſuperfluit ab eis, & ex eis ſunt quæ ſunt abſciſæ a tempore, & tempus ſuperfluit eis ex ſuperiori earum & ipſarum inferiori. ſ. ex principio earum uſque in finẽ, & ipſarum extremum, & ſunt ſubſtantię cadentes ſub generatione & corruptione.

LECTIO XXXI.

D INter rem cuius ſubſtantia & actio ſunt in momento æternitatis, & ĩter rem cuius ſubſtantia & actio ſunt in momẽto temporis, exiſtens eſt mediũ, & eſt illud cuius ſubſtantia eſt ex momento æternitatis & operatio ex momento temporis. Quod eſt, quia res, cuius ſubſtantia cadit ſub tempore. ſ. quia tempus cõtinet eam, eſt in omnibus diſpoſitionibus ſuis cadens ſub tempore, quare & ei' operatio cadit ſub tempore, quoniam eius eſſentia eſt in tẽpore, quoniam quando ſubſtãtia rei cadit ſub tempore, proculdubio & eius actio ſub tem- B pore cadit. Res autem cadens ſub tempore in omnibus diſpoſitionibus ſuis ſeiuncta eſt a re cadente ſub æternitate in omnib. diſpoſitionib. ſuis, continuatio enim non eſt niſi in rebus ſimilibus. Neceſſe eſt ergo ut ſit res aliqua quæ ſit res tertia, media inter utraſque, cuius ſubſtantia cadat ſub æternitate & ipſius actio cadat ſub tempore. Impoſſibile namque eſt vt ſit res cuius ſubſtã tia cadat ſub tempore, & eius actio ſub ęter- C nitate: ſic enim actio eius melior eſſet ipſius ſubſtantia, hoc autem impoſſibile eſt. Manifeſtum igitur eſt, quod inter res cadentes ſub tempore cũ ſuis actionibus & ſubſtantiis, & inter res quarum ſubſtantiæ & actiones ſunt cadentes ſub momento ęternitatis, ſunt res cadẽtes ſub æternitate per ſubſtantias ſuas & cadentes ſub tẽpore per operationes ſuas, ſicut oſtẽdimus.

D LECTIO XXXII.

OMnis ſubſtantia cadens in quibuſdam diſpoſitionibus ſuis ſub æternitate, & in quibuſdam diſpoſitionibus ſuis ſub tempore, eſt ens & generatio ſimul. Quod eſt, quia omnis res cadens ſub æternitate

A in momento temporis quod tempore menſuratur. Hæc etiam propoſitio ponitur. 106. in li. Proculi ſic. Omnis eius quod omniquaque æternale eſt ſm ſubſtantiam & opatioñe, & eius qd̃ ſubſtantiam habet in tempore, medium eſt ꝙ hãc quidẽ ę ternale eſt, hãc autem tẽpore menſuratur. Poſſet aũt alicui videri ꝙ hoc medium ſit corpus cœleſte, qd̃ quidem ſecundum ſubſtãtiam ſuam incorruptibile eſt, ſed motus tempore mẽſuratur. Sed hoc non bene dr̃. Nam in pręcedenti propoſitione, id quod ſemper mouetur, poſitũ eſt ſimpliciter inter tẽporalia. Vt enim in 4. Phy Philoſophus dicit: ſicut tempus menſurat motum, ita nunc tẽporis mẽſurat mobile. Vnde corpus cœleſte qd̃ mouetur, non eſt in momento æternitatis, ſed temporis. Et præterea motus non eſt actus eius quod mouetur, ſed magis paſſio. Eſt autem actio mouentis, ut dicitur in 3. Phy. Principium autem motus eſt anima, vt in ſecunda propoſitione habitum eſt. Quia ergo anima ſecundum ſe eſt immobilis, actio autem eius motus, conſequens eſt vt anima ſecundum ſuam ſubſtantiam ſit in momento æternitatis: eius uero actio ſit in tempore, corporis vero qd̃ mouetur & ſubſtantia & operò eſt i tempore: intelligentiæ uero & ſubſtantia & actio in momẽto æternitatis. Huius autem propoſitiõis probatio eſt ſimilis probationi præmiſſæ propoſitionis. Supra enim dictum eſt, ꝙ gradus entium cõtinuantur ſibiinuicẽ ſecundum quandam ſimilitudinem. Vnde ea quæ ſunt totaliter diſſimilia, conſequuntur ſe inuicem per aliquod medium quod habet ſimilitudinem cum utroque extremorum. Res autem illa cuius ſubſtãtia & actio eſt in tempore, totaliter diſſimilis eſt ei cuius ſubſtantia & actio eſt in æternitate. ergo neceſſe eſt, vt inter eas ſit aliqua E res media, vel ita quod ſubſtantia eius cadat ſub ęternitate, & actio ſub tempore, vel econtrario. Sed hoc eſſe non poteſt, ꝙ alicuius rei ſubſtantia ſit in tempore, & actio in æternitate, quia ſic actio eſſet altior & melior quam ſubſtantia, & effectus quam cauſa, quod eſt impoſſibile. ergo relinquitur, quod illa res media ſit ſecundum ſubſtantiam, ſcilicet in momento æternitatis & ſecundum operationem in tempore. Et hoc eſt quod probare intendimus.

Te.cõ.104.

Te.com 10.

LECTIO XXXII.

QVia in præcedenti propoſitione probatum eſt eſſe aliquam rem, cuius ſubſtantia eſt in æternitate, & actio in tempore, conſequenter huius ſubſtantiæ conditionem oſtendit in hac ultima propoſitione dicens. Omnis ſubſtantia cadens in quibuſdam ſuis diſpoſitionibus in æternitate, & cadens in quibuſdam ſuis diſpoſitionibus ſub tempore, eſt ens, & ge-

& generatio ſimul. Et hæc eadem propoſitio ponitur 105 lib. Proculi ſub his verbis. Omne quod hac quidem æternale eſt: hac autem temporale, & ens eſt ſimul & generatio. Ad huius autem manifeſtationem propoſitionis tria facit. Primo præmittit probationem propoſitionis inductæ, quæ quidem tota dependet ex ſignificatione nominum. Quia enim æternitas eſt tota ſimul carens ſucceſſione præteriti, & futuri, vt ſupra habitum eſt, id quod in æternitate eſt, dicitur ens, quia ſemper eſt in actu. tempus autem conſiſtit in ſucceſſione præteriti & futuri. Vnde id quod eſt in tempore, eſt quaſi in fieri, quod ſignificat nomen generationis. Quod ergo eſt totaliter in æternitate ens, totaliter eſt ens. quod autem eſt totaliter in tempore, eſt totaliter generatio. Quod vero eſt ſecundum aliquid in tempore, & ſecundum aliquid in æternitate, eſt ſimul ens & generatio. Secundo ibi.

c ¶ Inducit quoddam corollarium. Eſt enim talis diſpoſitio entium quod inferiora a ſuperioribus dependent. Vnde neceſſe eſt quod id quod eſt totaliter generatio, quaſi ſubſtantiam & operationem habens in tempore, dependeat ab eo quod eſt ſimul ens & generatio habens ſubſtantiam in æternitate, operationem vero in tempore. Hoc autem neceſſe eſt quod dependeat ab eo quod eſt totaliter in æternitate ſecundum ſubſtantiam & operationem, & hoc vlterius ab ente primo quod eſt ſupra æternitatem, quod eſt principium durationis rerum omnium & ſempiternarum, & corruptibilium. Tertio ibi.

ens uere, & omnis res cadens ſub tempore eſt generatio vere. Si ergo ita eſt, ſunt res una cadens ſub æternitate & tempore eſt ens, & generatio nõ per modum unum, ſed per modum & modum.

e Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc quod diximus, quod omne generatum cadens per ſubſtantiã ſuam ſub tempore eſt habens ſubſtantiam dependentem per eſſe purum, quod eſt cauſa durabilitatis, & cauſa rerum ſempiternarum, & omnium deſtructibilium.

d Neceſſarium eſt aũt vnum faciens adipiſci unitates, & ipſum nõ adipiſcatur. Sed reliquæ unitates omnes ſunt acquiſitæ. Et illius quidem ſignificatio eſt hoc quod dico, ſi inuenitur unum faciens acquirere non acquiſitum, & aliud acquirere faciens acquiſitum, tunc quæ differentia eſt inter ipſum, & primum acquirere faciens. Non enim poteſt facere uel eſſe, quin aut ſit ſimile ei in omnibus diſpoſitionibus ſuis, aut ſit inter vtraque differentia. Si ergo eſt ſimilis ei in omnibus diſpoſitionibus ſuis, tunc unum eorum non eſt primum, & alterũ ſecundum, & ſi unum eorum nõ eſt ſimile alteri in omnibus

G diſpoſitionibus ſuis, tunc proculdubio unum eorum eſt primum, & alterum ſecundum. Illud ergo in quo eſt vnitas fixa non dependens ex aliquo, eſt unum primum uerum, ſicut oſtendimus: & illud in quo eſt vnitas inuenta, ex alio inuenta eſt præter unum primum verum. Si ergo eſt ex alio, eſt ex uno primo uero acquiſita vnitas.

H Prouenit ergo inde, ut uni primo uero ſit unitas, & iterum reliquis unis. Et non ſit unitas, niſi per unum primum verum, quod eſt cauſa unitatis. Iam ergo manifeſtum eſt & planum, quod omnis vnitas poſt vnum verum eſt acquiſita & cauſata. verumtamen vnum verum primum eſt cau-

I ſans unitates, faciens acquirere non acquiſitum, ſicut oſtendimus.

F d ¶ Oſtendit, quod ab iſto uno primo omnia dependeant. Et ad intellectum huius quod hic dicitur ſumenda eſt 160. propoſitio Proculi, quæ talis eſt. Omnis Deus participabilis eſt excepto vno. Quæ quidem propoſitio ab eo inducitur, ad oſtendendũ quomodo Platonici ponebant plures Deos. Non enim ponebant omnes æquales, ſed unũ ponebant primum qui nihil participabat, ſed eſt eſſentialiter vnum & bonum. Alios vero Deos ponebãt inferiores participantes ipſum vnum & bonum. Et huius probationem inducit, quia dicit primo, & ſupremo Deo, manifeſtũ eſt, quod nihil participat, alioquin non eſſet cauſa prima omniũ. Sẽper enim participans præſupponit aliquid prius quod eſt per eſſentiam. Sed quod omnes alii Dii ſint participantes, probant per hoc, quia ſi primus Deus eſt unũ eſſentialiter, & nõ participatiue, & non aliquis aliorum Deorum eſt ſimiliter unũ, & ſic in nullo differũt a primo, aut oportet quod ſit vnũ participatiue. Si enim ipſum vnũ eſt eſſentia primi, oportet quod ſi aliquid ab eo differat, quaſi ſm poſt ipſum exiſtes, non ſit tale quod eſſentia eius ſit ipſum unum, ſed ſit participans vnitatem. Et hoc eſt quod hic proponitur, quod neceſſe eſt ponere unum primum faciens adipiſci vnitates, id eſt a quo participant unitatem, quantumcunq; ſint unum & ipſum non adipiſcitur, i. non participat vnitatem ab aliquo alio. Et huius quidem probatio inducitur quæ præmiſſa eſt. Et ſic terminatur Liber de Cauſis. Et ſint gratiæ Deo omnipotenti qui eſt prima omnium cauſa.

Expoſitionis Diui Thomæ Aquinatis in Librum, de Cauſis, Finis.

DIVI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI,

LIBER DE ENTE, ET ESSENTIA.

CVM COMMENTARIIS

Reuerendiſſimi in CHRISTO Patris D. D. Thomæ de Vio, Caietani,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. tituli S. Xyſti Preſbyteri Cardinalis, artium, & ſacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi.

OPVS iſtud inſigne in duas partes diuiditur principales, in procemium ſcilicet, & tractatum, incipientem ibi, Sciendum eſt &c. In procemio artem Rhetoricę ſeruando tria agit. Primo reddit auditores beneuolos, utilitatem & neceſſitatem dicendorum oſtendens tali ratione. Omnis errans circa principia omnium intelligibilium magis errabit circa alia: omnis errans circa eſſentiam, & ens, errat circa principia omnium intelligibilium. ergo omnis errans circa eſſentiam & ens magis errabit circa alia. utile igitur & neceſſarium eſt tradere notitiam de eſſentia, & ente ad

PROOEMIVM S. THO.

QVIA PARVVS error in principio, magnus eſt in fine, ſecundum Philoſophum primo Cœli, & Mundi, ens autem & eſſentia ſunt, quæ primo in intellectu concipiuntur, ut dicit Auicen. in Metaphyſica: ideo primo, ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperiendam dicendum eſt, quid nomine Eſſentiæ, & Entis ſignificetur: & quomodo in diuerſis inueniantur: C & quomodo ſe habeant ad intentiones logicas, ſ. genera, ſpecies, & differentias.

Tex.co.33. uitandos multiplices errores, qui ex eorum ignorantia accidunt. Huius rationis Maioris ſub intellectæ probatio ponitur in litera ſumpta ex primo cœli, text. Comment. trigeſimotertio. Minor autem probatur authoritate Auicen primo ſuæ Metaphyſicæ capite 5.

Ad euidentiam Maioris & ſuæ probationis ſcito, quod quia principium eſt paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur. & quia principium eſt magnum in uirtute, utpote uirtualiter continens omnia principiata, ideo error in principio paruus, in fine efficitur magnus. Creſcit enim error, ſicut & dilatatur principium in ſuis principiatis, ut manifeſte patet in principio huius, in quo modica deuiatio ad magnam diſtantiam deducit in proceſſu.

QVAESTIO I.

Quaeſt. 1. AD euidentiam minoris occurrit dubitatio in hoc ſtudio trita, An ſcilicet ens ſit primo cognitum ordine originis ab intellectu noſtro.

In hac quæſtione quinque agam. Primo declarabitur, in quo ſtat difficultas quæſtionis: ſecundo ponetur opinio Scoti cum fundamentis ſuis: tertio ponetur opinio S. Tho. & impugnabitur ſimul opinio Scoti: quarto arguetur contra dicta S. Tho. & reſpondebitur: quinto ſatisfiet argumentis principalibus.

Quo ad primum notandum eſt, quod uniuerſale, quod tantum ab intellectu directe cognoſci ſupponimus, duplicem habet totalitatem eſt. n. totū diffinibile, & eſt totum uniuerſale. Differunt autem hæ totalitates tripliciter. Primo, quia totalitas diffiniti fundatur ſupra actualitates: totalitas autem uniuerſalis ſupra uirtutem, ſeu poteſtatem. Secundo, quia illa eſt in ordine ad ſuperiora, ſi habet ea; iſta uero eſt in ordine ad inferiora. Tertio, quia illa naturaliter eſt iſta prior. Et ſicut habet duplicem totalitatem ipſum uniuerſale, ita habet duplicem cognitionem, confuſam, & duplicem diſtinctam. Prima cognitio confuſa, eſt qua cognoſcitur, ut totum diffinibile, nō reſoluendo in partes diffinitiuas. Secūda cognitio confuſa, eſt B qua cognoſcitur, ut totum uniuerſale, nō componendo ipſum cum partibus ſubiectiuis. Prima diſtincta, eſt qua cognoſcitur totum diffinitū, reſoluēdo ipſum in ſingulas partes diffinitionis, & hæc reſpondet primæ confuſæ. Secūda diſtincta, eſt, qua cognoſcitur totum uniuerſale, componendo ipſum cum ſuis partibus ſubiectiuis: & hęc reſpondet ſecundæ confuſæ. Differunt autē illæ duæ cognitiones confuſę inter ſe tripliciter. c.5. in principio. Primo, quia prima cognitio reſpicit obiectum, ut totum diffinibile. Secundo ue ro totum uniuerſale. Tertio, quia prima nullam notitiam diſtinctam eiuſdem obiecti ſecum compatitur. Secunda uero cōpatitur ſecum notitiā diſtinctam eiuſdem obiecti in eo quod totū diffinibile. utpote ſibi oppoſitam. Similiter enim ignoro animal in ſuis ſpeciebus, & noui quid ſit animal. Tertio, quia prima, naturaliter ē prior ſecunda, ex quibus pono verbalem diſtin . Et prima uocetur cognitio confuſa actualis: ſecunda uero notitia virtualis confuſa. & merito, eo quod prima cognitione cognoſcitur confuſe id, quod actualiter in obiecto reperitur: ſecunda uero cognoſcitur confuſe id, quod uirtualiter in obiecto includitur.

D Illæ uero duæ diſtinctæ cognitiones differunt etiam tripliciter. Primo, quia prima cognitione penetratur res, ut totū diffinibile: ſecunda vero, ut totum uniuerſale. Sc̄do, quia prima compatitur ſecum eiuſdem obiecti aliquā cognitionem confuſam uniuerſalem, utpote ſibi non oppoſitam: ſecunda uero nullam confuſam ſecum compatitur. Cum notitia. n. animalis cum ſuis ſpeciebus non ſtat ignorantia animalis in ſe: & ex hac ſequitur tertia differentia quod ſecunda diſtincta infert primam, & nō econuerſo. Ex quibus pono etiā hic uerbalem differentiam, & prima quidem uocetur notitia diſtincta actualis: ſecunda uero notitia diſtincta uirtualis: & merito, quia prima penetratur res ſecundum id quod actualiter in ea inuenitur: ſecunda autem cognoſcitur res ſm id, quod virtualiter in ea includitur.

Ex his elice primo diffinitiones iſtarum quatuor cognitionum: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia E prius cognoſcitur, & diffinitur per ſuum habitum, ideo a diſtinctis incipiendo, dicitur quod cognitio diſtincta actualis eſt, qua penetratur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confuſa actualis eſt, qua circa penetrationem cognoſcitur id, quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio diſtincta uirtualis eſt, qua obiectum penetratur ſecundum id quod uirtualiter in ipſo includitur. Cognitio confuſa uirtualis eſt, qua obiectum ſecundum id quod uirtualiter in ipſo includitur, non perfecte cognoſcitur.

Coordinationes harum cognitionum ſunt iſtæ. Prima eſt cognitionum cōfuſarū actualium: ſecunda cōfuſarum uirtualiū: tertia diſtinctarum actualiū. quarta diſtinctarum uirtualiū. In prima eſt cognitio, qua cognoſcitur ſubſtantia in ſe ipſa non penetrando tamen, & cognitio qua cognoſcitur corpus, ut

corpus & qua corpus animatum vt ſic, & qua animal vt ſic, & qua hō vt ſic, ſemp abſq; penetratione, abſq; eo quod habeatur rō formalis clara & reſoluta. In ſecunda ſunt cognitiones oppoſitæ ſupradictis, ſ. qua ſubſtantia, & qua corpus, & qua animal, & qua homo quiddicatiue cognoſcuntur. In tertia ſunt cognitiones, quibus ſubſtantia, corpus, corpus animatum & anima cognoſcuntur, non componendo cum inferioribus ſuis. In quarta ſunt cognitiones his oppoſitę, ſ. qua ſubſtantia cum ſuis inferioribus perfecta cognitione componitur totum vniuerſale, ſcilicet cum ſuis partibus, & qua corpus ſimiliter cum ſuis partibus ſubiectiuis penetratur: & ſic de aliis.

Ibid.q.85.a.3. Cum autem, vt ex dictis patet, ordo cognitionum confuſarum actualium ſit via originis prior cæteris, primum cognitum in ordine cognitionis confuſæ actualis, erit primum cognitum ſimpliciter: & ſic cum hic quæramus, quid ſit primum cognitum ſimpliciter ab intellectu noſtro via originis nihil aliud dubitamus, niſi quid ſit primum cognitum in ordine cognitionis confuſæ actualis. Stat ergo inter nos, & Scotum difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confuſæ actualis via originis, primum cognitum ſit ens, an ſpecies ſpecialiſſima. Ex quo patet defectus Antonii Trombetæ, qui hanc qõnem mouendo adducit opinionem S. Tho. ex prima parte, q. 85. art. 3. etenim a Sancto Thoma nulla ibi facta eſt comparatio inter cognitiones confuſas actuales de quib. eſt hic tota quæſtio: ſed comparauit ibi cognitiones diſtinctas actuales inter ſe. comparauit quoque diſtinctam actualem ſuperioris diſtinctæ virtuali eiuſdem, comparauit & confuſam virtualem ſuperioris diſtinctæ virtuali eiuſdem, comparauit & confuſam actualem diſtinctę actuali eiuſdem obiecti, vt patet intuenti. Et hoc de primo.

QVO ad ſecundum Scotus primo ſen. d. 3. q. 2. ponit hanc concluſionem. Primum cognitum cognitione confuſa actuali eſt ſpecies ſpecialiſſima, cuius ſingulare efficacius primo mouet ſenſum. Et probat tribus rationibus.

Prima eſt. Cauſæ naturales non impeditæ producunt primo perfectiſſimum effectum, quem poſſunt primo producere, patet iſta, quia agunt ſecundum vltimum potentiæ ſuæ: ſed agentia ad primum actum intellectus ſunt cauſæ naturales nō impeditæ: ergo producunt primo perfectiſſimum eſſectum, quem poſſunt primo producere: talis effectus non eſt niſi conceptus actualis confuſus ſpeciei ſpecialiſſimæ, ergo &c. Probatur hoc vltimo aſſumptum, quia ſi talis conceptus, ſ. perfectiſſimus, ſit conceptus communior, ſequitur quod nunquam illa agentia poterunt producere conceptum ſpeciei ſpecialiſſimæ. Tenet conſequentia, quia numquam aliqua potentia pōt in effectum perfectiorem ſuo perfectiſſimo effectu: conceptus autem ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt perfectior conceptu communiori, ſicut totum ſua parte. Et confirmatur inquit Anto. Trombeta. Quandocunque ſunt aliqua duo naturalia agentia æque approximata paſſo debite diſpoſito, id quod eſt actualius, præuenit id quod eſt minus actuale in agendo erga paſſum: ſed rationes obiectiuæ ſpeciei ſpecialiſſimæ, & cuiuſcunque ſuperioris ſunt huiuſmodi, ſ. quod ſpecies ſpecialiſſima eſt actualior. ergo ſpecies ſpecialiſſima prius producit effectum ſuum, quam genus.

Secunda ratio eſt iſta. Termini metaphyſicales, vel vniuerſaliſſimi ſunt vltimo actualiter noti via doctrinæ. Patet iſta ex

c.1.dire.me. Auic. 1. Meta. c. 3. dicente, quod Metap. eſt vltima ordine doctrinæ: ſed termini illi ſunt vniuerſaliſſimi. ergo vniuerſaliora non ſunt prius nota actualiter. Et confirmatur, ait Ant. Trombeta, quia ordo ſcientiarum quo ad nos, attenditur penes ordinem cognoſcibilium quo ad nos: ſi ergo Metaphyſica eſt vltima quo ad nos, ergo termini ſui erunt etiam vltimo noti quo ad nos.

Tertia ratio eſt iſta. Si oporteret ante ſpēi conceptum concipere vniuerſaliora, tunc ſuppoſito ſenſum actu & intellectu ſoluto, magnum temporis interuallum accideret, antequã intellectus cognoſceret ſpeciem. Tenet cõſequentia, quia multa ſunt prædicata media inter ſupremum & infimum.

Quarto, ad idem arguit Ant. Trombeta ſic. Id prius cognoſcitur, quod eſt facilioris abſtractionis: ſed ſpecies ſpecialiſſima eſt facillimæ abſtractionis, ergo ſpecies ſpecialiſſima prius cognoſcitur. Probatur Maior, quia cum intellectus non intelligat, niſi abſtrahēdo, ſicut ſe habet ad abſtrahendū, ita ſe habet ad intelligendum. Minor patet, quia a ſimilioribus facilior eſt abſtractio, quam a diſſimilioribus; indiuidua autem unius ſpeciei, a quibus abſtrahitur genus, ſeu quoduis ſuperius.

Quinto. Id vniuerſale prius cognoſcitur ab intellectu, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum: ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ fortius mouet ſenſum, quam cuiuſcunque ſuperioris ſingulare. ergo ſpecies ſpecialiſſima primo cognoſcitur ab intellectu. Maior patet quia noſtra cognitio intellectiua naſcitur ex ſenſitiua. Minor probatur dupliciter. Primo, Senſus mouetur a ſingulari. ergo maxime mouetur a maxime ſingulari, per regulam Topicam, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter: ſed

F maxime ſingulare eſt ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ, q; eſt determinatum non ſolum determinatione ſingularitatis, ſed etiã naturæ determinatæ, non amplius determinabilis per aliam naturam, quod indiuiduis ſuperiorum non conuenit. ergo &c. Secundo probatur eadem Minor ſic. Singulare actualius fortius mouet ſenſum: ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt actualius, cum ſit perfectius, cum ad alia ſingularia addat. ergo ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ fortius mouet.

Sexto ſic. Compoſitius eſt prius notum: ſpecies ſpecialiſſima eſt compoſitior omnibus ſuperioribus. ergo ſpecies ſpecialiſſima eſt prius nota omnibus ſuperioribus. Maior habetur a Cõmentatore primo Phyſic. comm. 3. Minor a Porphyrio dicēte, quod ſpecies abundat a genere. Et hoc de ſecundo.

Quo ad Tertium, ponuntur duæ concluſiones. Prima eſt, Ens concretum quidditati ſenſibili eſt primum cognitum cognitione confuſa actuali. c.9. de differentia.

G Antequam hæc concluſio probetur, duo præmittam. Primo declarabo quid nomine ſubiecti concluſionis, ſ. quid ſit dicere, Ens concretum quidditati ſenſibili. Secundo declarabitur quoddam, quod præſupponit ipſa concluſio.

Circa primum ſcito, quod ens ſub triplici conditione poteſt terminare actum intellectus. Primo, vt habet conditionem illã, quę eſt abſtractio totalis, non dico a ſingularibus, ſed a ſpeciebus & a generibus. Secundo modo, vt habet conditionē iſtam quæ eſt abſtractio formalis ſimiliter a ſpeciebus & generibus. Tertio modo, vt neutram iſtarum conditionum habens: abſtractum tamen a ſingularibus. Primo modo, ens non eſt pertinēs ad hanc quæſtionem: quia ipſum vt ſic, eſt totum uniuerſale: nos autem loquimur de cognitione confuſa actuali, non virtuali. Secundo modo, ens eſt terminus metaphyſicalis: & ſic adhuc viris doctiſſimis non innotuit. Tertio modo, ens eſt pri-

H mum cognitum, & nuncupatum eſt ens concretum quidditati ſenſibili, quia non eſt ſeparatū aliqua dictarum abſtractionum a quidditate ſpecifica, uel generica.

Ad horum pleniorem intelligentiam nota, quod ſicut eſt duplex compoſitio, ſcilicet, formæ cum materia, & totius cum partibus: ita duplex eſt abſtractio per intellectum, ſcilicet qua formale abſtrahitur a materiali, & qua totum uniuerſale abſtrahitur a partibus ſubiectiuis. ſecundum primam, quantitas abſtrahitur a materia ſenſibili. iuxta ſecundam, animal abſtrahitur a boue & leone. Primam voco abſtractionem formalem, ſecundam vero uoco abſtractionem totalem, eo quia quod abſtrahitur prima abſtractione, eſt ut forma eius a quo abſtrahitur: quod vero abſtrahitur ſecunda abſtractione, eſt ut totũ vniuerſale reſpectu eius, a quo abſtrahitur.

Differunt autem hæ duæ abſtractiones quadrupliciter. Primo, quia in abſtractione formali ſeorſũ vterque conceptus cõ-

I pletus habetur, eius ſcilicet quod abſtrahitur, & eius a quo abſtrahitur, ideſt, formalis & materialis, ita quod unus conceptus a tertio alterum non includit. Linea enim in eo quod linea, habet complete ſuam diffinitionem non includentem materiam ſenſibilem: & econuerſo, materia ſenſibilis lineæ habet complete ſuam diffinitionem non includentem aliquid lineæ, in eo quod linea: aliter diffinitiones naturales abſtraherent a materia ſenſibili. In abſtractione vero totali non remanet ſeorſum vterque conceptus completus, ita quod alter alterum non includit, ſed unus tantum, eius ſcilicet quod abſtrahitur. Quando enim abſtraho animal ab homine, non præcedunt ſe inuicem conceptus hominis & animalis, ſed tantum conceptus animalis non includit conceptum hominis. homo enim non eſt intelligibilis ſine animali. Fundamentum huius differentiæ eſt, quod illa abſtractio fit per conſiderationem alicuius, quod eſt de ratione inferioris, & per remotionem, ideſt non conſiderationem alicuius, quod eſt de ratione illius inferioris. abſtrahitur enim animal ab homine per hoc, quod intellectus

K conſiderat in homine animal & non rationale, quorum vtrunque eſt de ratione hominis. Illa autem abſtractio non fit per conſiderationem alicuius quod ſit de illius ratione materiæ, & per non conſiderationem alicuius, quod ſit de illius ratione: ſed potius fit per ſeparationem eorum, quæ ſunt de ratione formali ab his, quæ ſunt de ratione materialis, & econuerſo, ut exemplum datum oſtendit.

Secundo differũt, quia per abſtractionem formalem oritur in eo quod abſtrahitur actualitas, diſtinctio, & intelligibilitas. In abſtractione vero totali oritur in eo, quod abſtrahitur potentialitatis confuſio, & minor intelligibilitas. Tertio differũt, quia in abſtractione formali, quanto aliquid eſt abſtractius, tanto eſt notius naturæ. In abſtractione uero totali, quãto eſt abſtractius, tanto eſt notius nobis. Fundamentum harum differentiarũ eſt, quia abſtractio formalis fit per ſeparationem a materialibus potentialibus, & huiuſmodi. Abſtractio aũt totalis fit per ſeparationem a ſpecificis actualitatibus, a quib. quãto aliquid eſt abſtractius, tanto eſt potentialius, cum genus poteſtate contineat inferiora: & tanto eſt minus intelligibile, cum actus ſecundum ſe ſit notior potentia, ſexto Meta. text.

Com. 2.

A Comm. ſecundo. Quarto differunt, quia penes diuerſos modos abſtractionis formalis ſcientiæ ſpeculatiuæ diuerſificantur, vt patet ſexto Metaph. in principio. Abſtractio autem totalis communis eſt omni ſcientiæ. Propter quod metaphyſicalia, vt ſic, non comparantur ad naturalia per modum totius vniuerſalis ad partes ſubiectiuas, ſed vt formalia ad materialia, ſicut & mathematicalia. Licet enim gradus metaphyſicales ſint vniuerſaliores aliis, & comparari poſſint ad alia, vt ad partes ſubiectiuas, eo quod eidem poteſt vtraque abſtractio conuenire, tamen inquantum ſtant ſub conſideratione metaphyſicali, non ſunt vniuerſalia reſpectu naturalium, ſed formæ, & naturalia ſunt earum materia: hoc eſt ualde notandum.

Patet ergo quomodo ens quandoque habet abſtractionem formalem, quando ſcilicet cum præciſione cæterarum rationum genericarum & ſpecificarũ accipitur: & quomodo, quandoque habet abſtractionem totalem, quando ſcilicet ut totum vniuerſale poteſtate includens cætera genera & ſpecies, conſideratur. Patere etiam poteſt quod nunc intendimus, quomodo ens ſit concretum quidditati ſenſibili, cum ſcilicet neutra illarum abſtractionum fulcitur, ſed in quidditate ſenſibili abſtracta a ſingularibus abſque aliqua ſeparatione inſpicitur, & ſic eſt manifeſtum quid ſignificetur nomine Entis concreti quidditati ſenſibili.

B Id vero quod præſupponit concluſio eſt, Ens poſſe cognoſci cognitione actuali confuſa, quod Scotiſtæ negant, tenentes ens non poſſe cognoſci cognitione actuali confuſa, ſed diſtincta tantum: & probant ſic. Id quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, non poteſt cognoſci cognitione confuſa actuali: ens habet conceptum ſimplicem. ergo. Maior patet ex eo, quod cognitio confuſa actualis fit, cum intellectus fertur in obiectum ſecundum id quod actualiter in eo includitur, neſciendo reſoluere in partes rationis illius obiecti. In id autem quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, non contingit intellectum ferri ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid non: C aliter conceptus eius eſſet compoſitus. Minor patet, quia conceptus entis eſt irreſolubilis. Vt autem videatur quod concluſio non præſupponit aliquod falſum, & pateat inſufficientia huius rationis, aduertas quod ſicut de ratione cognitionis diſtinctæ actualis non eſt, quod obiectum cognoſcatur per reſolutionem in partes rationis, ut patet, cum diſtincte cognoſcitur ens: ſed eius ratio ſtat in hoc, quod obiectum penetretur ab intellectu ſecundum omne quod actualiter in illo inuenitur, ſiue hoc fiat per reſolutionẽ obiecti in partes rõnis, ſiue fiat ex claro intuitu obiecti ſimplicis: ita non eſt de rõne cognitionis confuſæ actualis, quod intellectus intelligat obiectũ ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid ignoret, ſed ſufficit quod intellectus feratur in obiectum ipſum actualiter, & non penetret eius actualitatem, ita quod in hoc ſtat ratio cognitionis confuſæ actualis, quod intellectus feratur in obiectum ſecundum id quod actualiter in eo eſt, non penetrando D ipſum. Siue autem id contingat ex eo, quod obiectum eſt reſolubile in plures conceptus, ſiue ex alio per accidens, hoc ſe habet ad cognitionem confuſam actualem: & ſic ratio Scoti aſſumit maiorem falſam, & probationem peccantem, falſam conſequentiæ ab inferiori ad ſuum ſuperius negatiue, a negatiua unius modi cognitionis confuſæ ad negatiua unius modi.

¶ Et quod ita ſit, & quod ens & quodlibet ſimpliciter ſimplex poſſit cognoſci cognitione confuſa actuali, probo ſic. Quandocunque intellectus fertur in ens, actualiter ipſum concipiendo, & neſciendo ſeparare ens a ſubſtantia & accidente, habet de eo cognitionem confuſam actualem: ſed multorum hominum intellectus eſt huiuſmodi. ergo &c. Maior ſic manifeſtatur, quia cum intellectus actualiter fertur in ens, & tamen neſcit ſeparare propriam eius rationem a rationibus propriis ſubſtantiæ & accidentis, aut habet cognitionem confuſam, aut E diſtinctam. Non diſtinctam, quia effectus inſeparabilis cognitionis diſtinctæ, eſt ſcire illius obiecti differentiam ab aliis. ergo confuſam. & cum poſitum ſit quod ſit cognitio actualis, ſequitur quod ſit cognitio confuſa actualis. Minorem experientia docet: uidemus enim multos per plures annos exercitatos in ſtudiis, adhuc neſcire diſtinguere rationem propriam entis a ſubſtantia & accidente, quod neſcire habere conceptũ actualem entis tantum eſt dicere, & contra ſenſum. conſiderãt enim ens ſecundum id quod actualiter in ſe habet, & totum attingunt, ſed quia non totaliter comprehendunt, ideo neſciunt ipſum ab aliis ſeparare. reſtat igitur præſuppoſitum in noſtra concluſione ſolidum, & falſum eſſe quod ens ſola cognitione actuali diſtincta cognoſcatur. Nunc ſupereſt probare concluſionem, quam habes quo ad primam partem a Sanct. Thom. & Auicen. dicentibus quod ens eſt id quod intellectui noſtro primo imprimitur. probatur ergo ſic concluſio. Conceptus imperfectiſſimus omnium eſt primus uia originis; ſed conceptus

A actualis confuſus entis eſt conceptus imperfectiſſimus omniũ. ergo eſt primus via originis. Maior patet, quia imperfectiora ſunt priora oĩa generationis. 6. Meta. tex. com. 15. Minor etiã eſt de ſe euidens, quia omnis alius conceptus cum addat ad entis conceptum, eſt perfectior illo, ſicut totum ſua parte. Te. com. 15.

Reſpondet Antonius Trombeta, quod perfectio conceptus eſt duplex, perfectio obiectalis, & perfectio euidentiæ. Ille conceptus eſt perfectior obiectalis, qui habet obiectum perfectius poſitiue. Ille aũt eſt perfectior euidenter, qui habet obiectum pauciora includens ex Ari. in proœ. Meta. vnde ſi in argumento fit ſermo de perfectione obiectali, maior eſt falſa, & minor vera: ſi de pfectiõe euidentiæ, maior ẽ vera, & minor falſa.

Contra, & probo quod minor ſit vera de perfectione euidentiæ loquendo, ita quod conceptus actualis confuſus entis ſit imperfectiſſimus quo ad euidentiam. Ille conceptus eſt omnium ineuidentiſſimus, ſub quo intellectus poſitus magis remotus eſt a cognitione aliorũ omnium, quã ſub quocunque alio conceptu: Lect. 2.
B conceptus actualis confuſus entis eſt huiuſmodi, quod intellectus habens ipſum, magis diſtat ab aliorum cognitione, quã habens quemcunque alium conceptum. ergo conceptus actualis confuſus entis eſt ineuidentiſſimus omnium. Maior patet ex eo, quod euidentia conceptus, cum ſit propria perfectio intellectus, quanto maior eſt, tanto intellectum magis propinquum reddit ad aliorum cognitionem, præſertim cum intellectus ex euidentibus ad ineuidentia naturali et procedat. Minor vero probatur ſic. Quandocunque ſunt aliqui duo conceptus, quorum unus actualiter alterum includit, & non econuerſo, intellectus habens illum, qui actualiter includit alterum, eſt in proximiori diſpoſitione ad cognoſcendum reliquum, quam econuerſo: modo conceptus entis ita ſe habet ad alios, quod ipſe alios non includit, alii uero actualiter ipſum includunt. ergo intellectus habens conceptum entis magis diſtat ab aliorum cognitione, quam habens quemcumque alium
C conceptum. Et confirmatur per Sco. dicentem, quod pars rõnis actualiter intellectæ eſt ſatis proxima intellectui, adeo ut proximius eſſe non poſſit. Illud autẽ quod adducitur ex proœ. Metap. quod euidentia attenditur penes obiectum pauciora actu includens, ad propoſitum non eſt, quoniam certitudo illa eſt certitudo obiectalis, ſermo autem noſter eſt de euidentia ſe tenente ex parte intellectus, ex talibus enim euidentib. & certis procedit intellectus ad ſibi ineuidentia & incerta.

Secundo probatur eadem concluſio ſic. Cognitio primorũ principiorum eſt prima cognitio complexa. ergo cognitio entis eſt prima cognitio incomplexa. Antecedens patet ex eo quod cognitio, quæ eſt a natura, debet præcedere eam, quæ eſt ex induſtria, & ex eo quod in omnium ſunt notitia etiam in pueritia, & ex eo quod præſupponuntur ad quodlibet diſcere, ut habetur primo Poſte. Conſequentia uero probatur, quia cum ens ſit terminus ille, ex quo conficitur principium primũ, ſi ens non eſſet primum cognitum, ſed aliquid aliud, poſſet tunc fieri alia complexio ab intellectu, adhuc non habita notitia principii &c. Tex. com. 5.
D

Contra ipſam poſitionem Scoti arguitur. Spẽs ſpecialiſſima non eſt obiectum confuſiſſimum ſimpliciter. ergo cognitio eius actualis confuſa non eſt prima ſimpliciter, & conſequenter ipſa non eſt primũ cognitũ. Conſequẽ patet & eſt poſitione aduerſa dicente, quod õ ſpecies ſpecialiſſima eſt primum cognitum, quia eſt confuſiſſima. Antecedens probatur ſic. Genus eſt confuſius ſpecie. ergo ipſa non eſt confuſiſſima. Conſequentia uerum eſt nota. Antecedens probatur. Quod plura continet eſt confuſius: genus plura continet quam ſpecies, animal enim continet plura quam homo: ergo &c.

Reſpondet, quod continentia eſt duplex, quædam actualis, quædam potentialis, & quod illud eſt confuſius, quod plura continet actualiter, non potentialiter. modo genus continet plura in potentia. ſpecies autem in actu & ſic ſpecies eſt confuſior.

E Contra, Confuſius eſt quod continet plura ſine ordine, quam quod continet plura cum ordine, ſed continens actualiter continet plura ordinate. ſpecies n. ordinate continet partes diffinitiuas, continens autem in potentia continet plura ſine ordine. ergo continens plura potentialiter eſt confuſius.

Reſpondet Anto. Trombeta, quod genus continet ſpecies ordinate, & non ſine ordine eo quod nõ reſpicit eas niſi mediis differentiis, quæ ſunt ualde ordinatæ.

¶ Contra, Genus continet ſpẽs & differentias non in actu, ſed in potentia, ut dicit Porphyrius. ergo continet eas indiſtincte. Tenet conſequentia, quia actus eſt qui diſtinguit 7. Meta. tex. cõ. 49 tunc ultima continet indiſtincte. ergo non ordinate. Tenet conſequentia quia ordo abſque diſtinctione non eſt imaginabilis, et ſi fingendi detur licentia. Qđ aũt dixit, genus ſ. non reſpicere ſpẽs niſi mediis differentiis ordinatis, non iuuat eum, quia non ſolum ſpecies, ſed etiam differentias inter ſe ordinatas genus abſque ordine continet, ut probatum eſt. c.d tia.

Aduertas hic, quod confuſio non ſequitur cõtinentiam plurium, vt Scotiſtæ fingunt: ſic enim vniuerſum eſſet maxime cõfuſum, ſed continentiam plurium ſine ordine. Vnde prouerbium eſt. Vbi pluralitas ſine ordine, ibi confuſio &c.

Secunda concluſio eſt iſta. Inter conceptus actuales cõfuſos prædicatorum quidditatiuorum non eſt eſſentialis ordo originis. probatur ſic. Quandocunque ſunt aliqui conceptus eſſentialiter ordinati ordine originis, impoſſibile eſt extremos generari non genitis intermediis. Iſta patet de ſe, alioquin nõ eſſet ordo eſſentialis originis inter illos: ſed de facto habemus conceptus confuſos actuales extremorum abſque intermediorum conceptibus. ergo non eſt inter eos eſſentialis ordo originis. Minorem experientia declarat: experimur namque nos concipere hominem, & ſubſtantiam, & tamen intermedia ignoramus non ſolum diſtincte, ſed confuſe. caremus enim conceptibus propriis eorum, quibus actualiter in ipſa dirigatur intellectus acies: & non ſolum ignoramus reſoluere ipſa in partes diffinitiuas. & quia hæc ratio conuincit me, ideo ſolam adduco. Ex hoc patet defectus Scotiſtarum dicentium, quod eſt ordo eſſentialis inter conceptus confuſos: non enim poſſunt ſoluere hanc rationem.

Sed immediate contra hæc obiicitur ſic. Inter conceptus confuſos actuales ſuperioris & inferioris, non eſt ordo eſſentialis originis. ergo ita poteſt primo generari conceptus ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſicut entis: quod eſt contra primam concluſionem. Tenet conſequentia: quia ordo non eſſentialis non eſt neceſſarius, & variari poteſt.

Ad hoc dico negando conſequentiam. Licet enim non ſit ordo eſſentialis inter omnes conceptus confuſos, eſt tamen talis ordo inter cõceptus entis, & quemcumque alium. Nec hoc eſt voluntarium, eo quod conceptus entis, eſt quædam forma generaliſſima ipſius intellectus, ſicut forma corporeitatis eſt generaliſſima ipſius materiæ. Vnde ſicut inter formam corporeitatis & alias, eſt ordo eſſentialis, non autem inter alias formas inter ſe: ita inter conceptum entis & alios, non autem inter alios inter ſe: poteſt enim poſt conceptum entis quodcunque aliud concipi, ſiue ſubſtantia, ſiue accidens, ſiue ſpecies, ſiue genus. Eſt etiam conceptus entis quaſi naturalis ipſi intellectui, ſicut & cognitio primi principii. ſtatim enim præſentatũ ens ab omnibus cognoſcitur, & ideo ipſum oportet eſſe prius aliis eſſentialiter: ſicut vniuerſaliter actus naturalis præcedit cæteros, qui penitus ab extra ſunt: non eſt autem ſimilis ratio de aliis conceptibus inter ſe. Et hæc de tertio.

QVOAD Quartum, quia Anto. Trombeta impugnat quædam dicta S. Doc. in prima parte, q. 85. art. 3. vbi tradit ordinẽ intellectualis cognitionis ſm viam peripateticam, ideo adduco eius impugnationes, & ſoluo. Quinque autem ſunt dicta, contra quæ arguit. Primum eſt Intellectus eſt vniuerſalium, & prius magis vniuerſalium. Secundum. Intellectus noſter procedit de potentia ad actum. Tertium. Notitia rerum in vniuerſali eſt notitia incompleta. Quartum. Notitia in vniuerſali eſt notitia ſecundum quid, & in potentia. Quintum. Senſus exiẽs de potentia ad actum prius communius, quam minus commune cognoſcit.

Contra primum arguit ſic. S. Th. tenet, quod quicquid eſt in re & ex natura rei ſit ſingulare. addo huic aliam propoſitionẽ, ſcilicet. Illud quod pręcedit actum intelligendi eſt reale, tũc ſic, Quicquid eſt in re eſt ſingulare: quicquid prima intellectione intelligitur, eſt in re. ergo quicquid prima intellectione intelligitur, eſt ſingulare. ergo nõ poteſt intelligere magis vniuerſaliter. Maior eſt S. Tho. Minor ex ſecundo ſuppoſito patet, quod quadrupliciter probatur, Tum quia ens rationis eſt poſterius actu collationis intellectus: Tum quia tale obiectum eſt cã entis realis. ſ. primi actus intelligendi: Tum quia talis primus act⁹ refertur ad obiectum relatione reali, quæ non eſt niſi ad terminum realẽ. Tũ quia talis primus actus dependet ad obiecto vt a menſura, ens aũt reale non dependet ab ente rationis.

Ad hæc, reſponſio, quod Maior poteſt habere duplicem ſenſum. Primus eſt, quod quicquid eſt in re, eſt ſingulare, i. quicquid eſt in re, eſt ſingularitas & ſic eſt falſa. eſt enim in Sorte non ſolum ſingularitas, ſed humanitas & animalitas. Secũdus ſenſus eſt. Quicquid eſt in re, eſt ſingulare, i. quicquid eſt in re, habet eſſe ſingularizatum, & hoc modo eſt apud Peripateticos veriſſima, unde argumentum, ſi debet eſſe tribus terminis, Maior eſt falſa in primo ſenſu. In ſecundo autem conceditur totum argumentum. Ens ſiquidem primo cognitum non habet eſſe reale niſi in ſingularib. Quæ autem addit, quantum veritatem habeant, infra patebit.

Contra ſecundum dictum, ſ. Intellectus noſter procedit de potentia ad actum, arguitur ſic. Iſta propoſitio aſſumitur a S. Tho. ad probandum illam concluſionem, ſ. Magis vniuerſale prius intelligitur: aut iſta propoſitio concludit, nihil ad propoſitum: aut ipſa eſt ſimpliciter falſa. quia ſi intelligit quod

F intellectus prius intelligat aliquod in potentia, quam in actu, ipſa eſt vera, ſed non ad propoſitum. Concedo enim quod intellectus prius intelligit ſpeciem ſpecialiſſimam in potentia, quam in actu; ſed hoc non habetur, quod prius genus quam ſpeciem intelligat. Si autem intelligat, quod intellectus procedit de potentia ad actum, id eſt, de notitia imperfecta ad perfectam. ipſa non eſt vniuerſaliter vera, vt patet cum proceditur a notitia præmiſſarum ad concluſiones, & a notitia cauſæ ad effectus notitiam. & per hoc patet etiam illud eſſe falſum. ſ. quod intellectus prius perueniat ad actum imperfectum, quam perfectum. Nam aer illuminatus non prius imperfecte, deinde perfecte illuminatur a Sole: ſimiliter intellectus prius recipit actũ quam habitum, & tamen actus eſt perfectior habitu. vnde ad hoc quod propoſitio ſit vera, oportet probare ordinem eſſentialem actus incompleti ad actum completum.

Ad hoc reſpondeo, quod Sanctus Thomas intelligit illam propoſitionem neutro illorum modorum præciſe, ſed hoc modo. Intellectus exiens de potentia ad actum vltimate perfectũ G tranſiens per multos actus medios, prius peruenit ad actum imperfectum, quam perfectum. & habetur iſta propoſitio ex octauo Phy. tex. com. 58. & nono Meta. tex. commen. 15. & in libro ſecundo de Partibus animalium, quod priora, via generationis ſunt imperfectiora. Sub illa ergo Maiore ſubſumatur Minor, ſcilicet, Intellectus noſter eſt exiens de potentia ad actum vltimate perfectum, puta cognitionem diſtinctam ſpeciei ſpecialiſſimæ, tranſiens per multos actus intermedios. ergo prius peruenit ad actum imperfectum, quam perfectum. Minor eſt euidens, eo quod cognitiones generum ab omnibus conceduntur actus intermedij: & ſic ratio concludit quod prius magis vniuerſale, quam minus vniuerſale diſtincte cognoſcamus, quod intendebat beatus Thomas. ſed ille deceptus eſt, quia credit ſanctum Thomam loqui de cognitionibus confuſis actualibus, cum, ſicut ſupra dictum eſt, loquatur de cognitione confuſa virtuali ipſius ſpeciei, & diſtincta eiuſdem & generis. Cognitio enim diſtincta actualis generis appellatur ibi confuſa ipſius generis & ſpecierum, eo quod confuſe in illa ſpecies, H & generis poteſtas cognoſcantur. Ad id quod additur contra hanc propoſitionem, Intellectus procedit de notitia imperfecta ad perfectam, dico quod hæc propoſitio eſt vera, vniuerſaliſſime ſi intelligatur.

¶ Pro cuius intellectu, & omnium inſtantiarum ſolutione aduerte primo, quod proceſſus naturæ & intellectus eſt duplex, Alter ſecundum ordinem generationis tantum: alter ſecundũ ordinem generationis & cauſalitatis effectiue, vel finalis. Primus proceſſus eſt, quando inter terminos & media non cadit niſi prioritas, & poſterioritas ſecundum generationem. Secundus eſt, quando vltra iſtam prioritatem inuenitur in illo quod eſt prius, etiam prioritas cauſæ effectiuæ, vel finalis.

¶ Secundo aduerte, quod aliud eſt perfectius altero dupliciter, ſ. ſimpliciter, vel ſecundum quid: Stat enim quod aliquid ſit ſimpliciter, i. ſecundum ſuam naturam altero perfectius, quod ta- I men ſecundum aliquam conditionem eſt imperfectius illo, ſicut ſubſtantia materialis eſt ſimpliciter perfectior accidente, quo tamen eſt imperfectior ſecundum quid, inquantum actuatur per illud. Dicit ergo, quod tam natura, quam intellectus in proceſſu generationis tantum, ſemper procedit de imperfecto ſimpliciter ad perfectum ſimpliciter, eo quod ordo generationis attenditur penes genus cauſæ materialis; ſicut animal prius generatur quam homo, vt dicitur in libro de animalibus. In proceſſu autem ſecundo, proceditur de imperfecto non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ad perfectius ſecundum quid: ſicut ſubſtantia eſt prior generatione accidẽte, & vltra hoc eſt prior cauſalitate finali, eo quod eſt finis eius, & quandoque agens. Conſtat autem ipſam eſſe ſecũdum quid imperfectiorem accidente, inquantum eſt in potentia reſpectu eius, & cauſalitatem materialem participat.

¶ Ad primam igitur inſtantiarum dicitur, quod præmiſſæ non ſunt priores concluſione via generationis tantum, ſed etiam or- K dine cauſalitatis effectiue, vt dicitur ſecundo Phy. ſic. tex. commen. 29. & 30. primo in alia litera, vt teſtatur ibi San. Tho. & colligi poteſt ex primo Poſteriorum: & ideo ſufficit quod notitia earum ſit imperfectior ſecundum quid: unde etiam in genere cauſæ materialis collocantur, ſecundo Phy. ibidem, & quinto Metaph. tex commen. 3. Idem dico ad ſecundam de proceſſu notitiæ cauſæ ad effectum. De aere illuminato non eſt ad propoſitum, quia illuminatio non eſt ſucceſsiua: conceptus vero generis & ſpeciei ſibi ſuccedunt. Falſum quoque eſt, quod actus præcedens habitum ſit ſimpliciter habitu perfectior, licet hoc ſit verum de actu elicito ab ipſo habitu, vt habes primo Ethicorum, talis autem eſt poſterior habitu. Ordo quoque eſſentialis conceptus generici ad ſpecificum ſatis ſufficienter notus in notitia diſtincta eſt ex dictis ibidem: vnde non oportebit aliter laborare.

¶ Contra

Contra tertium, ſcilicet quod notitia in vniuerſali eſt notitia incompleta, arguitur ſic. Demonſtratio vniuerſalis eſt potior demonſtratione particulari, ergo notitia in vniuerſali, quæ acquiritur per demonſtrationē vniuerſalē, eſt potior notitia particulari.

Ad hæc dico, quod argumentum peccat per fallaciam æquiuocationis illius termini, vniuerſale. Ariſt. enim vocat demonſtrationem vniuerſalem illam, qua paſſio de ſuo proprio ſubiecto ſcitur, & hoc tam in paſſionibus genericis, quam ſpecificis: & vult dicere quod potior eſt notitia illa, quam acquirimus per demonſtrationem demonſtrantem paſſionem de ſuo ſubiecto primo, quam illa quæ fit per demonſtrationem, qua illa paſſio demonſtratur de parte ſubiecta primi ſubiecti. Nos autem dicimus, quod cognoſcere hominem in animali eſt cognoſcere hominem imperfectius, quam cognoſcere hominem in ſeipſo, & hanc vocamus cognitionem in vniuerſali. Manifeſtū igitur eſt omni habenti ingenium, quòd noſtra dicta Ariſt. non repugnant. Aliud eſt, n. dicere, A cognoſcitur in vniuerſali, & A demonſtratur demonſtratione vniuerſali primo modo, A non cognoſcitur in ſemetipſo, ſed in ſuo ſuperiori; ſecundo modo, A in ſemetipſo cognoſcitur ineſſe ſuo primo ſubiecto.

Contra quartum, ſcilicet quod notitia in vniuerſali eſt notitia ſecundum quid & in potentia, propterea quod in ipſo vniuerſali intelliguntur particularia ſub quadam confuſione, ex quo infertur, ergo notitia in vniuerſali eſt notitia confuſa.

Contra, illa probatio nulla eſt, quę procedit ſecundum fallaciam æquiuocationis; iſta eſt huiuſmodi, ergo &c. Declaratur Minor, quia aliud eſt loqui de notitia actuali obiecti, & aliud de notitia virtuali eorum, quæ in ipſo includuntur. Licet n. notitia virtualis particularium in vniuerſali ſit confuſa, tamē notitia actualis ipſius vniuerſalis eſt diſtincta, & quia ab his, quæ actualiter confunduntur in obiecto, attenditur confuſio notitiæ, cum notitia ſpecificetur ab obiecto, & his, quæ ſunt intrinſeca non debet dici notitia confuſa, ſed diſtincta.

Ad hęc dico, quod iſte non intelligit San. Th. qui vult quod notitia diſtincta animalis, vt eſt totum diffinibile, ſit notitia cōfuſa animalis, vt eſt totum vniuerſale, & conſequenter notitia confuſa ſpecierum, & ideo non accidit æquiuocatio. Fatemur enim quod notitia qua actualiter ſertur intellectus in ipſum animal, vt vniuerſale, & non in ipſas ſpecies, eſt notitia confuſa animalis, vt totum vniuerſale eſt, & non ſolum ſpecierum eius, vt expreſſe dicit ibi S. Tho. 1.q.85.ar.3. vnde contingit animal ſimul eſſe notum diſtincte & confuſe diuerſimode, vt ſupra dictum eſt. Nec oportet quod iſtæ duæ notitiæ ſimul inueniantur, ſint eadem cum etiam ſeparentur, puta, cum & actualiter, & virtualiter animal diſtincte cognoſcitur. Quod autem addit quod talis notitia non debet dici confuſa, falſum eſſe oſtenditur ex eo, quod maior eſt confuſio actualis, quam potentialis. Quod vltimo additur, quod notitia ſpecificatur ab obiecto & eius intrinſecis, ad propoſitum non eſt; confuſio. n. & diſtinctio non ſunt ſpecies cognitionis, alioqui cognitio confuſa & diſtincta eiuſdem obiecti non eſſent eiuſdem ſpeciei, & ſic notitia non ſpecificaretur ab obiecto: vnde aſſumptum eius implicat contradictionem in propoſito.

Contra quintum, ſcilicet quod ſenſus exiens de potentia ad actum prius communius quam minus commune cognoſcat, arguitur ſic. Senſus non cognoſcit niſi ſingulare, ergo non prius cognoſcit magis commune. Quod ſi dicat, ſenſum non cognoſcere magis commune in ſe, ſed præcognoſcere ſingulare magis communius. contra. Aut cognoſcit ſingulare magis communius, ita quod ſingularitas eſt ratio cognoſcendi: aut ita quod natura communis ſit ratio cognoſcendi. primum non eſt dicendum, vt de ſe patet: nec ſecundum poteſt dici a Thomiſtis, quia hoc ideo eſſet, quia natura illa eſſet ratio mouendi ſenſum.

Contra quod arguitur ſic. Illud non eſt ratio mouendi, quod eſt idem re & ratione ei, cui repugnat ratio mouendi: ſed natura communis eſt eadē re & ratione ſingularitati, cui repugnat ratio mouēdi, ergo &c. Probatur minor, quia natura & ſingularitas non diſtinguuntur realiter, non ex natura rei apud te, nec ratione: quod probo, quia diſtinctio rationis ſequitur actum intellectus; in illo autem priori nullus actus eſt intellectus. Et confirmatur, quia actus realis non dependet ab ente rationis; ſed ſenſatio eſt actus realis, ergo non dependet ab ente rōnis; ſed obiectum ſenſibile habens in ſe diſtinctionem rationis eſt ens rōnis, vel aggregatum ex ente reali & rationis, ergo &c. Et confirmatur rō principalis ſic. Quæcunque ſunt in ſimilitudine omnino ſecundum rem, ſi vnum vertitur ad aliquam actionē realem, & reliquum terminabit eandē; ſed natura magis cōis & minus communis ſunt huiuſmodi, ergo &c. & hoc ſuppoſita debita approximatione ad ſenſum. Confirmatur ſecundo. Idem ſenſus primo cognoſcit quod ſpecies ſenſibilis primo repræſentat; ſed ſpecies ſenſibilis primo repræſentat ſingulares ſpeciei ſpecialiſſimæ poſita debita diſtantia, ergo &c. Minor probatur, Spēs ſenſibilis primo repræſentat obiecta ſub ratione, [A] qua imprimitur ſenſui: ſed imprimitur ab obiecto ſub ratione naturæ ſpecificæ, tum quia eſt actualior, & perfectior: tum quia ſpecies ſenſibilis eſt naturalis ſimilitudo cauſata ab obiecto repræſentans ipſam adæquate ſecundum rationem ſibi eſſentialius competentem. ergo magis repræſentat ipſum ratione, quæ ſibi eſſentialius, & perfectius competit, quàm ſub ea ratione, quæ ſibi remote, & minus principaliter competit.

Ad hæc reſpondetur, quod reſponſio ibi recitata eſt bona, & recta. Ad impugnationem dico, quod natura talis, puta, color, & non natura communis, ſcilicet, color communis eſt ratio mouendi. Ad improbationem, negatur Minor pro vtraque ſui parte, nam apud S. Tho. in prima parte, quæſt. 3. art. 3. 1.q.3.ar.3. in rebus materialibus natura & ſingularitas diſtinguuntur realiter, & diſtinctio rationis, licet actualiter ſit poſt ſenſationē, fundamentaliter tamen præuenit ipſam, & hoc ſufficit. Ad confirmationem dicitur primo, quod obiectum ſenſibile habens diſtinctionem [B] rationis fundamentaliter, non eſt ens rationis, nec aggregatum ex ente reali, & ente rationis. Diſtinctio enim rationis fundamentaliter nihil addit ſupra rem. Dicitur ſecundo, quod ſenſatio non cauſatur a diſtinctione naturæ, ſed a natura ipſa habente talem conditionem: & ideo dato quod diſtinctio illa eſſet ens rationis, adhuc nihil concludit: non enim color in quantum diſtinctus a ſua ſingularitate mouet, ſed hic color in quantum color, de cuius ratione non eſt diſtinctio, nec aduocatio eſt. Ad aliam cōfirmationem dicitur, quod maior eſt falſa quo ad actiones nihil reale ponentes in ſuis terminis, quales ſunt actiones immanentes: poſſum enim intelligere Dei ſapiētiam non intelligendo eius bonitatem. Ad alias confirmationes præmitto, quod non dicit S. Tho. quod ſemper ſenſus prius cognoſcat magis commune, quàm minus cōmune, verba enim ſua ſunt iſta. Et quia ſenſus exit de potentia ad actum, ſicut & intellectus, idem etiam ordo cognitionis apparet in ſenſu. nam primo ſecundum ſenſum diiudicamus magis commune, quàm minus commune & ſecundum locum, & ſecundum tempus. Ex quibus verbis non habetur niſi, quod ſenſus primo ſecundum lo[C]cum, & tempus cognoſcit ſingulare magis commune, & non habetur, quod ſemper ita ſit: vnde argumenta illa non ſunt contra S. Tho. licet non concludant: falſum enim eſt, quod ſpecies ſenſibilis primo repræſentet ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ, & eius probatio falſa eſt, ſcilicet quod ſpecies ſenſibilis ſit primo impreſſa a natura ſpecifica: nam ſpecies ſenſibilis primo imprimitur a per ſe primo obiecto ſenſus, nullius autem ſenſus obiectum primum eſt ſpecies ſpecialiſſima, vt patet diſcurrendo, propterea ſpecies viſibilis imprimitur primo a viſibili in eo, quod coloratum, & non ab ipſo, in eo quod eſt album vel nigrum. Nec obſtat, quod albedo ſit actualior colore, quia hoc non ſufficit, ſed requiritur quod ſit primum obiectum potentiæ. Nec eſt verum quod aſſumit, ſcilicet quod eſſentialius ſit ſenſibili natura ſpecialiſſima, quam natura generaliſſima huic viſibili, vt ſic, eſſentialior eſt color, quam albedo, ſiue [D] nigredo: quod patet ex hoc, quod ſublata albedine, ſiue nigredine viſibile remanet, non autem econuerſo. Et hæc de quarto.

QVOAD quintum, reſpondetur ordinate argumentis factis, & ad primum negatur illud vltimo aſſumptum, ſcilicet quod perfectiſſimus effectus, quem poſſunt primo producere agentia ad intellectionem, ſit cōceptus ſpecificus. Dico enim, quod perfectiſſimus, quem pro tunc poſſunt, eſt conceptus entis, immo nullum alium poſſunt pro tunc. Et cum contra hoc arguitur, quia ſic nunquam produceretur conceptus ſpecificus, non valet conſequentia. Ad cuius probationem dicitur, quod nulla virtus poteſt in perfectiorem effectum ſuo effectu perfectiſſimo ſimpliciter: quælibet tamen virtus poteſt in effectum perfectiorem ſuo perfectiſſimo effectu, in quē pōt pro aliquo priori, quia ille non eſt perfectiſſimus, niſi ſecundum quid. exemplum. Virtus generatiua leonis non poteſt in perfectiorem effectū, quàm ſit leo, qui huiuſmodi eſt eius effectus perfectiſſimus ſimpliciter; poteſt tamen in effectum perfectiorem [E] illo, quem producit in principio actionis: quia tamen effectus ſuus perfectiſſimus, quem pro tunc poteſt producere. Ad confirmationem dē quod Minor eſt falſa, quoniam intellectus exiſtens in pura potentia non eſt æque diſpoſitus ad conceptum ſpecificum, ſicut entis, non per poſitionem alicuius contrariæ diſpoſitionis, ſed per ordinem cōceptus generaliſſimi ad ſpeciales, ſicut materia prima omni contraria diſpoſitione inconſiderata non eſt æque diſpoſita ad formas ſpecificas, & ad formam corporeitatis, ſed oportet primo recipi formam corporeitatis propter ordinem formæ generalis ad ſpeciales. propter quod conuenit dici, quod eſt indiſpoſitus priuatiue, & non contrarie.

Ad ſecundum patet reſponſio ex dictis: nam termini metaphyſicales vt ſic, non ponuntur a nobis primo cognoſci: ſunt enim termini metaphyſicales abſtracti abſtractione formali: ſed dicimus quod ſignificatum huius termini, ens concretum quidditatis ſenſibilis, eſt primo cognitum.

b Quia uero ex compoſitis cognitionem ſimplicium accipere debemus, & ex poſterioribus deuenire in priora, ut a facilioribus incipientibus conuenientior fiat diſciplina: ideo ex ſignificatione entis ad ſignificationem eſſentiæ procedendū eſt.

a CAPVT I.

SCIENDVM eſt, quod ſicut in quinto Metaphyſicę Philoſophus dicit, Ens per ſe dicitur dupliciter. Vno modo, quod diuiditur per decem genera. Alio modo, quod ſignificat propoſitionum ueritatem. Horum autem differentia eſt, quia ſecundo modo pōt dici ens omne illud, de quo affirmatiua propoſitio formari poteſt, etiā ſi illud in re nihil ponat: per quem modū priuationes & negationes entia dicūtur. dicimus enim ꝙ affirmatio eſt oppoſita negationi, & ꝙ cęcitas eſt in oculo. Sed primo modo non poteſt dici aliquid G quod ſit ens, niſi quod in re aliquid ponat. Vnde primo mō cæcitas, & hmōi non ſunt entia. Nomen igitur Eſſentię nō ſumitur ab ente ſecundo modo dicto: aliqua enim dicūtur hoc modo entia, quę eſſētiam non habent, ut patet in priuationibus, ſed ſumitur eſſentia ab ente primo modo dicto. vnde Com. in eodem loco dicit, Ens primo modo dictum eſt, H quod ſignificat ſubſtantiā rei.

Ad tertium dico, quod non oportet in quacunque formatione conceptus ſpecifici ſemper ſigillatim præformare conceptum confuſum entis, ſed ſufficit ens primo omnium fuiſſe cognitum: in illo enim omnia virtualiter concipiuntur. Vlterius dicitur, quod cum apud nos non ponatur ordo eſſentialis inter iſtos conceptus confuſos, nō oportet tēporis intereſſe.

Ad quartum dr. ꝙ ſpecies ſpecialiſſima non eſt facilioris abſtractionis, quam ens loquendo de abſtractione ad propoſitū requiſita, ſicut enim ad conceptum confuſum ſpeciei ſpecialiſſimæ requiritur, & ſufficit duplex abſtractio, altera ꝑ actum intellectus agentis, ſcilicet ſeparatio a ſingularibus: altera per actū intellectus poſſibilis, ſ. actualiter intueri ſpeciem, & nō actualiter intueri genus: ita ad conceptum confuſum actualem entis duplex abſtractio eſt neceſſaria. Prima eſt a particularibus, quæ quidem fit, cum ſpecies quæcunque abſtrahitur ab intellectu agente: altera fit ab intellectu poſſibili per hoc, quod in quidditate quacunque ſibi primo præſentata actualiter, primo concipit ens non concipiendo actualiter cætera quę in illo ſunt. vnde tanta & iam facilis eſt abſtractio illa entis, quàm facilis eſt abſtractio ſpeciei ſpecialiſſimæ: immo abſtractio iſta entis eſt facilior, quia facilius eſt actualiter concipere prius ſine poſteriori, quam econuerſo, ex quo patet, quod abſtractio illa, de qua loquitur argumentum, non eſt neceſſaria ad cognitionem confuſam.

Ad quintum dico, quod Minor eſt falſa: & ad eius probationem negatur conſequentia, eo quod ſenſus non mouetur a ſingulari, in eo quod ſingulare. Ille enim modus arguendi ſecundum regulam Topicā non tenet, niſi cum prædicatum ęquenit ſubiecto, ſecundū quod ipſum, ut habes a S. Tho. in tertio contra Gentiles c. 139. quod in propoſito non reperitur. non enim hic color, inquantum hic, mouet uiſum, ſed inquantum color. Ad aliam probationē dicitur, quod Maior aſſumpta non eſt uera uniuerſaliter, eo quod coloratum magis mouet viſum, quam hoc nigrum, quia a remotioribus mouet. Agens namque corporale quanto in remotius agit, tanto fortius videtur. Secūdo dicitur, ꝙ fortius mouent ſenſum multa ſingularia imperfecta, quàm unum actualius & perfectius. Et quia omnia ſingularia ſunt ſingularia entis: ideo cognitiua pueri, in quo noua cognitio oriri debet, magis mouetur a ſingularibus entis, quam a ſingularibus huius ſpeciei: & cum intellectus accipiat vniuerſale ex multis ſingularibus, ut dicitur 2. Poſte. & in proœmio Met. ideo prius cognoſcit ens, quam ſpeciem. & ſecundum hoc dicitur ad argumentum, quod maior eſt uera cæteris paribus: non autem ubi aliqua imparitas, ſicut in propoſito accidit, præponderans inuenitur. Multo enim plura ſingularia entis præponderant paucioribus ſingularibus ſpeciei, ſicut plus trahunt mille homines non nimis fortes, quam decem fortes.

Ad ſextum dicitur, quod Maior ſimpliciter eſt falſa. Ad autoritatem Philoſophi dicitur primo, quod tex. Commentatoris eſt corruptus. debet enim legi confuſa, & non cōpoſita. Dicitur ſecundo, vt ſaluemus Commentatorem, ꝙ compoſitum eſt notius ſuis componentibus, ut ſic: non autem abſolute. unde prius confuſe cognoſco hominem, quàm partes eius diffinitiuas ut ſic: abſolute tamen prius cognoſco magis vniuerſale. Ex his apparet ueritas Minoris autoritate Auicennæ approbatæ.

DEINDE reddit auditores attentos, dicendorum difficultatem aperiens, tria proponendo, quid nomine eſſentiæ & entis ſignificetur, & quomodo in diuerſis diuerſimode inueniatur, & quomodo ſe habeant ad intentiones logicas. Horum namque difficultas non modica eſt, ut diuerſitas opinionum circa ea teſtatur. ſunt enim maxime vniuerſalia, quæ ſunt difficillima ad cognoſcendum, ut dicitur primo Metaphyſicorum.

CIRCA hanc particulam nota, ꝙ ſicut quid rei eſt quidditas rei: ita quid nominis, eſt quidditas nominis. Nomen autem cum eſſentialiter ſit nota earum, quę ſunt obiectiue in ani-

F ma, paſſionum, ex primo perihermenias, non habet aliam quidditatem niſi hanc, quod eſt ſignum alicuius rei intellectæ, ſeu cogitatæ. ſignum autem ut ſic, relatiuum eſt ad ſignatum: vnde cognoſcere quid nominis, nihil eſt aliud, quam cognoſcere ad quid tale nomen habet relationem, vt ſignum ad ſignatum. Talis autē cognitio poteſt acquiri per accidentalia illius ſignati, per communia, ꝑ eſſentialia, per nutus & quibuſuis alijs modis, ſicut a Græco quid nominis anthropos, ſi digito oſtēdatur homo, iam percipimus quid nominis, & ſimiliter de alijs. Interrogantibus vero quid rei, oportet aſſignare id quod cōuenit rei ſignificatæ in primo modo perſeitatis adæquatæ. Et hæc eſt eſſentialis differentia inter quid nominis, & quid rei. ſ. quod quid nominis eſt relatio nominis ad ſignatum: quid rei vero, eſt rei relatæ, ſeu ſignificatæ eſſentia. & ex hac differētia ſequūtur omnes aliæ quæ dici ſolent. puta, ꝙ quid nominis ſit non entium complexorum per accidentalia, per communia, per extranea: quid rei vero eſt entium incomplexorum per propria, & eſſentialia. Relatio enim vocis poteſt terminari ad non entia in rerum natura, & complexa, & declarari per accidentalia, & huiuſmodi: eſſentia autem rei non niſi per propria eſſentialia habetur de entibus incomplexis.

b ¶ In hac tertia parte proœmij reddit auditores dociles, ordinem dicendorum proponens tali concluſione. Ab ente ad eſſentiam procedendum eſt, quam probat duplici medio. Primo ſic, Ex compoſitis ad ſimplicia procedēdum eſt: ſed ens eſt velut compoſitum, & eſſentia velut ſimplex. ergo ab ente ad eſſentiam procedendum eſt. Secundo ſic, Ex poſterioribus in priora procedendum eſt: ſed ens eſt poſterius eſſentia. ergo I ab ente ad eſſentiam procedendum eſt. Minor vtriuſque rōnis probatur, quia ex facilioribus eſt inchoandū. compoſita autem & poſteriora ſunt faciliora nobis ſimplicibus.

Circa minorem primæ rationis nota, quod ens, ut infra dicetur, ſignificat id quod hēt eſſe, id autem quod habet eſſe, cōprehēdit in ſe eſſentiā. eſſentia uero ſignificat id quod importat diffinitio, ut dicetur, quæ non dicit eſſe, vel non eſſe, ex primo poſteriorū. Ens ergo ita ſe habet ad eſſentiam, ꝙ cōplectitur in ſe vtrunque, eſſentiam. ſ. & eſſe: eſſentia uero alterum tantum & ideo ens appellatur compoſitum reſpectu eſſentiæ. c.1. in prin. ſ.4.q.2.in ſi.

Circa maiorem ſecundæ rationis ſcito, ꝙ quando dicimus, Ex poſterioribus procedendum eſt, intelligitur ex poſterioribus ſecundum naturam, prioribus quo ad nos. Innata enim eſt nobis uia ex notioribus nobis in ignotiora naturæ, ut dicitur primo Phyſ. tex. com. 2. Minor ſecundæ rationis probatur ex eo, quod compoſitum eſt poſterius componentibus, & ens, ut dictum eſt, compoſitum eſt reſpectu eſſentiæ.

K

Super Caput primum.

HIc incipit tractatus diuiſus in duas partes. In quarum prima declaratur quid noīe entis & eſſentiæ ſignificetur. In ſecunda uero quō eſſentia in diuerſis diuerſimode inueniatur. Pars prima unico abſoluitur capitulo: pars ſecunda ſex. & ſic totū integrant tractatum capitula ſeptem. Quorum primum, ꝙ præ manibus hēmus, tres partes continet. In prima declarat quid nomine entis ſignificetur: in ſecunda quid noīe eſſentiæ: in tertia differentia nominū ipſius eſſentiæ deſignatur. Primū tali diuiſione declaratur, Ens per ſe dupliciter dr. uno mō, ut diuiditur per decem genera, alio modo ut ſignificat ueritatem propoſitionum, quemadmodum dicit Ariſ. 5. Met. tex. com. 14. Dixit ens per ſe ad differentiam entis per accidens aggregati ex rebus diuerſorū generum, ut hō albus, de quo habes. 5. Meta. tex. com. 13. Et innuit, ꝙ tripliciter differunt ens primo mō & ens ſecundo modo. Primo, quia ens primo modo prædicatur non niſi de rebus exiſtentibus in decem generibus: ens autē ſecundo

A eundem modo prædicatur de omni eo, quod pôt eſſe ſubiectum propoſitionis affirmatiuæ. Secundo differunt, quia ens primo modo eſt aliud compoſitum, de quo ſupra diximus, qđ aliqualiter complectitur in ſe eſſentiam & eſſe: ens autem ſecũdo modo non eſt huiuſmodi, quoniã aliquid eſt hoc modo ens, puta negatio, aut chimera, quod non habet eſſentiam aliquam. Et ex hoc ſequitur tertia differentia, ꝙ ab ente primo modo tanquam a compoſito notiori, eſſentiæ nomen ſumitur, non autem ſecundo modo.

b Et quia, ut dictum eſt, ens hoc modo dictũ diuiditur per decẽ genera, oportet ꝙ eſſentia ſignificet aliquod commune omnib. naturis, per quas diuerſa entia in diuerſis generib. & ſpeciеb. collocantur, ſicut humanitas ẽ eſſentia hominis, & ſic de alijs.

CIRCA primam differentiam aduerte primo, quod ueritas propoſitionis, quæ eſt ens ſecundo modo ſignificatũ, nihil aliud eſt quam compoſitio facta in ſecunda operatiõe intellectus obiecto conformis: verbi gratia Sortes eſt cæcus, ly eſt, non ſignificat inhærentiam cæcitatis in Sorte eo quod cæcitas omni inhærentia caret, cum inhærere ſit ratio accidentium tñ, ſed ſignificat compoſitionem factam ab intellectu adæquante ſeipsũ per illam obiecto, Sorti ſ. carenti virtute viſiua. unde 5. Meta. in ſ. litera dicitur, quod ens ſignificans veritatem propoſitionis, ſignificat quoniam propoſitio eſt vera. Prima autem ſignificatio entis quid ſit, infra videbitur.

5. com. 14. c. 2. q. 2. in fin. c. 4. circa medium.

¶ Aduerte ſecundo, quod licet nullo intellectu conſiderante Sortes ſit cæcus, & per conſideratіonem intellectus non ſiat magis, vel minus cæcus: tamen cæcitas nullo intellectu conſiderante nullũ habet eſſe in Sorte, ſtant enim illa duo ſimul. Quod ſic declaratur. Sortem eſſe cæcum, ut ſic, non eſt Sortem habere aliquod eſſe ſubſtantiale, ut patet: nec accidentale, quia Sortes ſit cæcus ſola abſentia viſiuæ uirtutis, quæ nihil ſupra Sortem addit. vnde cæcitas nullum eſſe omnino ponit in Sorte, ac per hoc quod abſque omni conſideratione intellectus C uirtus viſiua Sorti non ineſt, oportet Sortem nullo intellectu conſiderante eſſe cæcum. Dubitatio autem in hac re accidit, quia non recte inſpicitur ꝙ eſſe cæcum, non eſt eſſe aliquod, ſed carere uirtute uiſiua. exemplum. Nauis caret gubernatore nullo intellectu conſiderante: abſentia tamen gubernantis nullum eſſe ſubſtantiale, aut accidentale ponit in naue. vnde nauẽ eſſe ſine gubernatore, extra animam, non eſt eſſe aliquod, ſed non eſſe gubernatam. Acquirunt autem eſſe, & ſiunt entia priuationes & negationes ex hoc quod intellectus intelligẽs priuationes per habitus, & negationes per affirmationes format in ſeipſo rei carentis aliquo modo idolum quoddam. uerbi gratia. Cum intellectus format in ſe idolum quoddam nauis gubernatore carentis, quod eſt iſta propoſitio mentalis. Nauis eſt ſine gubernatore, non præſentia gubernatoris, quæ extra animam nihil ponit in anima, ſit ens per hoc, quod intellectus facit ipſam propoſitionis terminum aliquem: & cum hoc eſſe ſit in anima, & nullum aliud eſſe habeat, conſequens eſt quod D negationes huiuſmodi & priuationes non ſint entia niſi in anima obiectiue & ſic earum eſſe nihil aliud eſt, quam intelligi, quo modo tantum omnia entia rationis habent eſſe.

¶ Circa tertiam differentiam aduertendum eſt, quod cum nomina ſint ſigna conceptuum, ſecundum ordinem concipiendi eſt ordo nominandi; propterea ſicut ab ente primo modo tanquam a compoſito nobis notiori, eſſentiæ notitiam ſumpſimus: ſic eſſentiæ nomen ab ente originem habet.

b ¶ IN HAC ſecunda particula declaratur quid nomine eſſentiæ imponitur, tali concluſione. Eſſentia ſignificat quoddã commune omnibus naturis omnium entium. Cuius talem declarationem ſubinnuit. Sicut ens ſignificat aliquod commune omnibus exiſtentibus, ita eſſentia, cum ab illo ſumatur, ſignificat aliquod commune omnibus generibus & ſpeciebus; & ſicut ens ſignificat quod eſt in quolibet genere, & qualibet ſpecie, ita eſſentia oportet quod ſignificet id quo aliquid eſt in E quocunque genere, & quauis ſpecie, habent enim ſe ens & eſſentia, ut quod & quo. cum autem naturæ rerum ſint illæ, quibus res reponuntur in generibus & ſpeciebus, ſequitur quod eſſentia ſignificat aliquod commune omnibus naturis rerum. Vnde quemadmodum ens prædicatur de homine, boue, & ſimilibus, quæ ſunt in generibus: ita eſſentia prędicatur de humanitate, & bouitate, quibus in generibus reponuntur. per nomẽ ergo eſſentiæ intelligitur natura rei, ſicut per nomen entis, id quod habet naturam illam.

QVAESTIO II.

CIRCA hanc particulam inſurgit dubitatio non leue difficilis, an ens & eſſentia ſignificent immediate ipſa prædicamenta, ſeu naturas eorum, an mediate. In hac dubitatione tria agam. Primo declarabitur titulus quæſtionis: ſecundo adducetur opinio Scoti, & impugnabitur: tertio ponetur opinio S. Th.

A Pro primo ſcito, quod ſignificare mediate in propoſito, eſt ſignificare aliquid mediante aliquo ſuperiori: ſicut animal ſignificat ſpecies ſuas mediate, mediante ſ. natura ſenſibili. non enim animal ſignificat hominem, niſi quia homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Significare immediate, eſt ſignificare aliquid non per aliquam naturam, ſeu realitatem ſuperiorem, ſed per ſeipſam: primo ſicut aial ſignificat gradũ ſenſitiuum, ſeu realitatem ſenſitiuã immediate, ut patet. Vertitur ergo in dubium hoc, an ens ſignificet aliquẽ gradum, ſeu aliquam realitatem abſtrahibilẽ a naturis prędicamentalib. cõmunem eis, ſicut ſuperius eſſentialiter ſuis inferioribus, & ſic immediate ſignificet prædicamenta, an immediate ſignificet ipſas naturas prædicamentales. Hęc de primo.

B QVOAD ſecundum, Scot. ut colligitur ex 1. ſen. di. 3. q. 1. & 3. & di. 8. q. 2. opinatur ꝙ ens ſignificet decem prædicamenta mediate. imaginatur. n. ꝙ a quibuſcunque ſimilib. ſit abſtrahibilis una realitas obiectiua utriſque cõis, & prior utroque: & ſic, cum ſubſtantia & accidens habeãt ſimilitudinẽ in ente, ab eis eſt abſtrahibilis una ratio obiectalis utriuſque cõis & prior tã ſubſtantia, q̃ accidente, q̃ nomine entis ſignificat. Qđ ut melius intelligatur, pono proceſſum iſtarũ abſtractionũ diffuſe. cũ n. Sortes conueniat cũ Platone in humanitate, & nõ cũ Brunello, ab eis pôt abſtrahi humanitas cõis, & prior eis: & inde cum homo conueniat cũ Brunello in ſenſibilitate, & non cũ plãta, ab eis pôt abſtrahi animalitas cõis, & prior eis, & inde cũ animal conueniat cum plãta in vegetabilitate, & nõ cũ lapide, ab eis pôt abſtrahi una cõis. & prior eis, inde cum uiuũ conueniat cũ lapide in corporeitate & non cum intelligentiis, ab eis pôt abſtrahi corporeitas cõis, & prior eis, unde cũ corpus C conueniat intelligentiis in ſubſtantialitate & non cũ accidentib. ab eis pôt abſtrahi ſubſtantialitas cõis, & prior eis: inde cum ſubſtantia conueniat cum accidente in entitate reali, & non cum entib. rõnis, ab eis eſt abſtrahibilis entitas cõis, & prior eis. & cum hęc realitas ultimo abſtrahibilis ſit illa, quam ſignificat ens immediate, oportet ꝙ prædicamentales realitates, ſeu naturę mediate ſub entis ſignificatione claudantur.

Sc. 1. d. 3. q. 1. & 3. d. 8. q. 2.

Ad hanc poſitionẽ cõmmendandã multa poſſent adduci media, q̃ ne digrediamur ad analogiã entis, & cõparatiõne tranſcendentiũ ad prædicamenta, an. ſ. ſint eorũ prædicata q̃ dicantur vel non, omittemus pro nunc, quia infra ſpeciales erunt de his q̃ones.

Contra hanc opinionem arguo dupliciter. Primo autoritate Ari. 8. Met. tex. cõ. 16. ubi ſoluẽs q̃onem, Quare quidditas ſit vna, dicit quod in ſubſtantiis ſeparatis non eſt quærenda alia cã, quia in eis non eſt niſi forma, quæ ſtatim ſe ipſa eſt ens & vnũ: quemadmodum ens ſtatim ſeipſo eſt ſubſtantia, & quantitas, & cętera prædicamenta, non expectans aliud faciens ipſum D naturas prædicamentales, ex qua autoritate arguitur ſic. Ens ſignificat quandam realitatem priorem prædicamentis, ergo expectat aliquid contrahens ipſum ad prædicamẽta. Conſequentia nota, conſequens autem eſt contra Ariſt. ergo a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis, ens non ſignificat realitatem priorem prædicamentis.

c. 2. p. 9. c. 1. circa me in quodã dubio. 1. c. 16. c. 2. 18.

Secundo arguitur authoritate Comm. 10. Met. com. 8. dicentis, ꝙ hoc nomen ens unum ſignificat id quod ſignificat in prædicamento ſubſtantię, & quantitatis, & qualitatis, prima ſignificatione ſine medio, & non mediante aliquo communi. qđ clarius? Ratione non arguo: quia oporteret egredi limites.

QVOAD tertium pono opinionem S. Tho. ex duabus concluſionibus eliciendam quarum prima eſt iſta. Ens ſignificat vnum conceptum formalem communem in repræſentando ſubſtantiæ & accidenti, Deo & creaturæ.

SECVNDA eſt iſta. Ens ſignificat unum conceptũ obiectalẽ aliquẽ reale, inuentũ in omnib. generib. diſtinctũ ſm rõnem a E prius conceptib. obiectalib. omnium generũ, nullũ gradum ſupra naturas genericas, ſpecificas, & indiuiduales exprimens.

Pro intelligentia terminorum nota, quod conceptus eſt duplex, formalis & obiectalis. Conceptus formalis eſt idolũ quoddam, quod intellectus poſſibilis format in ſeipſo repræſentatiuum obiectaliter rei intellectæ, quod a Philoſ. vocatur intentio, ſeu conceptus: a Theologis vero verbum. Cõceptus autem obiectalis, eſt res per conceptum formalẽ repſentata in illo terminãs actũ intelligendi. verbi gratia. Conceptus formalis leonis eſt imago illa, q̃ intellectus poſſibilis format de quidditate leonina, cũ vult ipſam intelligere: conceptus uero obiectalis eiuſdẽ, eſt natura ipſa leonina repræſentata & intellecta. Nec putãdũ eſt, cũ dr̃ nomẽ ſignificare conceptũ, ꝙ ſignificet alterũ tm̃: ſignificat. n. leonis nomen conceptũ utrunq., licet diuerſimode: eſt n. que ſignũ conceptus formalis, ut medii. ſeu quo, & eſt ſignum conceptus obiectalis, ut ultimi, ſeu quod. Vnde idem eſt loqui de conceptu entis, & de ſignificatione eius.

Probo ergo concluſioně primam tali medio. Omnia ſimilia quacunque ſimilitudine, etiam analoga, ſeu imitatiua ſm id in quo aſſimilantur, poſſunt per eandem imaginem repræſentari: ſed Deus & creaturæ, ſubſtantia & accidens habent ſimilitudinem inter ſe, ſaltem analogam, ergo ſecundum id, in quo aſſimilantur, poſſunt per eandem ſimilitudine repreſentari; ſed aſſimilantur in eſſe, ergo eadem ſimilitudine poterunt repræſentari, inquantum habent eſſe: ſimilitudo illa eſt conceptus formalis entis, ergo &c. Proceſſus clarus eſt, & propoſitiones ab omnibus ſunt conceſſæ, cum maior fuerit dilucidata, quam ſic ex notioribus ſuademus. Vbicunque inuenitur agens producere ſui ſimilitudinem in alio, ſi id aliud producat aliud ſimile ſibi, ſm id, quo ipſum aſſimilatur primo, oportet tertium aſſimilari utrique ea ratione: quia quicquid eſt ſimile alicui in eo, quod illud eſt alteri ſimile, eſt ſimile utrique, ſicut ſpecies Sortis in oculo meo producta ab imagine Sortis in ſpeculo, eſt ſimilitudo repræſentatiua utriuſque, & figuræ Sortis in ſpeculo, a qua immediate eſt cauſata, & figuræ Sortis in ſeipſo, a qua eſt mediate cauſata: ſed ita eſt modo, quod inter habentia analogam ſimilitudinem, Deum & creaturam, ſubſtantiam & accidens, reperitur huiuſmodi habitudo in ordine ad conceptum formalem. igitur &c. Fit autem hoc ſic manifeſtum exemplariter, Sapientia diuina producit ſapientiam humanam, quæ eſt quædam ſui ſimilitudo, imperfecta tamen, ſapientia autem humana producit ſimilitudinem ſui in intellectu noſtro, quæ nil aliud eſt, quam ſapiẽtia in eſſe intentionali, ſicut ſapientia extra eſt ſapientia in eſſe naturali. Cum autem ſimilitudo iſta ſapientiæ in intellectu repræſentet ſapientiam humanam ſecundum id, quo illa aſſimilatur ſapientiæ diuinæ, quia repræſentat eam ſecundum propriam rationem formalem, ſequitur de neceſſitate, quod hic unica ſimilitudo repræſentat utranque, humanam ſcilicet & diuinam, utpote quæ ſimilis eſt utrique, licet ab humana ſit immediate exemplata, a diuina mediate. Ex hoc exemplo in terminis ſpecialibus intuere propoſitum noſtrum in terminis tranſcendentibus, qualis eſt ens. Cũ enim eſſe creaturæ aſſimiletur eſſe diuino, a quo exemplatum eſt, & eſſe accidentale aſſimiletur eſſe ſubſtantiali, a quo emanat, ſimilitudo producta in intellectu ab eſſe ſubſtantiali ſiue accidentali, inquantum aſſimilantur, erit omnium repræſentatiua imago. & cum conceptus non requiratur ad intellectionem, niſi ut obiectaliter repræſentet rem unico conceptu intellectꝰ in Deum & creaturam, in eo quod ens feretur, & ſimiliter in ſubſtantiam & accidens. Nec oportet ponere plures conceptus & multiplicare entia ſine neceſſitate. Quod autem hic ſint non ſolum ſecundum mentem S. Tho. dicta, ſed et ſecundum expreſſam ſententiam, patet in q. de di. potentia Dei q. 7. ar. 5. in corpore, unde hanc rõnem accepi; & in eadem q. ar. 6. ubi circa finem corporis q adducit exemplum de ſpeculo, & dicit expreſſe, quod ſic ſe habet conceptus noſter ad Deum & creaturas, ſicut ſpecies rei uiſæ in ſpeculo, ita quòd Deus ſe habet ut res producens ſimilitudinem ſuam in ſpeculo: creatura ut ſpecies in ſpeculo, conceptus noſter ut ſimilitudo extracta a ſpecie in ſpeculo utriuſque repræſetatiua. Vnde nullus mentis compos poteſt hoc negare in ens nia

c Et quia illud, per quod res cõſtituit in ꝓprio genere uel ſpẽ, eſt quod ſignificamus per diffinitionem indicantẽ quid ẽ res, inde eſt, ꝙ nomẽ Eſſentiæ a Philoſophis in nomen quidditatis mutatur. Et hoc eſt qđ Philoſophus ĩ ſeptimo Metaphyſicę fre

CONCLVSIO ſecunda habet tres partes. Quo ad primam declaratur ſic. Conceptus obiectalis entis eſt id quod repræſentatur per eius conceptum formalem, ſed eius conceptus formalis repræſentat id, in quo aſſimilantur omnia entia realia, quod oportet in eis eſſe, ergo conceptus obiectalis entis eſt aliquid reale inuentum in omnibus. Secunda propoſitio aſſumpta, licet patere poſſit ex dictis, tamen declaratur adhuc. Sicut conceptus formalis animalis repræſentat fundamentum ſimilitudinis genericæ, & conceptus formalis hominis repræſentat fundamentum ſimilitudinis ſpecificæ: & uniuerſaliter quælibet imago communis pluribus in repræſentando, repræſentat fundamentum ſimilitudinis inter illa plura, ut patet in exemplo ſupra poſito de ſpecie in oculo cauſata a ſpecie Sortis in ſpeculo, quoniam illa repræſentat non ſimilitudinem inter ſpeciẽ in ſpeculo, & Sortem, cum ſit relatio, ſed fundamentum illius ſimilitudinis puta qualitates & lineamenta quæ ſunt in utroq;, ſic conceptus entis formalis repræſentat fundamentum analogicæ ſimilitudinis in eſſe inter omnia entia realia exiſtentia, quod in omnibus eſſe abſque opere intellectus ex eo patet, unde quod ſimilia ſunt extra animam, cum hoc fundamentum repræſentatum ſit conceptus obiectalis entis, ut dictum eſt, patet conceptum obiectalem entis eſſe aliquid reale inuentum in omnibus, quod erat in prima parte concluſionis poſitum.

Secunda pars concluſionis ſequitur ex illa. Si enim conceptus obiectalis entis inuenitur in omnibus, & nullus conceptus obiectalis proprius ſubſtantiæ, aut accidentis inuenitur in omnib, conſequens eſt ꝙ non omnino ſint idem: & quod ſaltem rõne diſtinguatur conceptus entis a propriis omnium conceptibus obiectalibus, quod erat ſecunda pars concluſionis.

¶ Tertia pars eiuſdẽ ſic declaratur. Si conceptus obiectalis entis eſſet aliquis gradus ſupra gradus ſpecificos & genericos, tunc conſiderantis præciſe gradibus ſpecificis & genericis cum eorum præciſe paſſionib, non eſſet in eis, ut ſic, inuenire paſſiones entis: hoc eſt falſum, ergo a deſtructionibus conſequentis &c. Conſequentia declaratur: quia. n, animal dicit alium gradum ab homine, ideo homini ſecundum differentialem conceptum præciſe non inſunt paſſiones animalis, ut oſtenditur falſitas iſtius reduplicatiuæ, Homo inquantum rõnalis, eſt bipes. circũloquẽdo per ly, bipes, paſſionem animalis propriã. & ſimiliter, ſi ens dicit alium gradum a ſubſtantia, ſequitur ꝙ conſiderata præciſe ratione conſtitutiua ſubſtantię, ſubſtantia non eſt una, nec vera, nec bona &c. quæ nominant paſſiones entis &c. Falſitas conſequentis probatur ſic, Homo inquantum rationalis, præciſe eſt unum quid unitate, quæ eſt paſſio entis, nõ inquantum rationalis dicit alium gradum ab ente ſecũdum te. contra quem arguo. ergo paſſio entis conuenit aliis gradib. ab ente præciſe, ut ſic acceptis: quod eſt oppoſitum conſequentis. Prima propoſitio aſſumpta habetur ex Sco. in ſecundo ſen. diſt. 3. q. 1. tenentis unitatem mediam minorem unitate numerali, & maiorẽ generica eſſe paſſionem entis, & ſequi naturam ſpecificam ratione ultimę differentię. Manifeſta quoque fit ſic pro nunc eadem propoſitio, Homo inquantum rationalis, eſt indiuiſibilis formaliter, ſuppoſito quod rationale ſit ultima differentia. ergo homo inquantum rationalis eſt unus formaliter: unitas. n. nihil aliud eſt, quam indiuiſio. Sed de hoc, cum de unitate naturæ agetur, amplior erit ſermo. Nunc autem ſufficiat, quod in gradibus ſpecificis præciſe acceptis, & ſimiliter genericis eſt inuenire paſſiones entis: quod erat probandum, & conſequenter, ꝙ ens non ſignificat diſtinctum gradum a naturis ſpecificis & genericis: qđ erat tertia pars concluſionis. Infra c. 4. 6.

Sed nunc, ex quo res ſignificata per hoc nomen Ens, eſt aliquid inuentum in omnib & non eſt gradus diſtinctus contra ſpecificos & genericos, declarandum ſupereſt quid ſit: quod ſic declaratur. Gradus quicunq; genericus, uel ſpecificus, uel differentialis, vel indiuidualis, hẽt in ſe unde quod multis modis cõcipi poſſit: & ſm quod quilibet gradus eſt habens eſſe, noĩe Entis importatur, & ad conceptum obiectalem entis pertinet. ſm uero ꝙ abſolute talis, vel talis gradus conſideratur nomine ꝓprio ſignificatur, & cõceptus obiectalis illius eſt. uerbi gratia, Humanitas ex ſua propria perfectione formali, qua diſtinguitur contra reliquas uniuerſi perfectiones, habet quod per conceptum formalem humanitatis repræſentetur, & cognoſcatur, & ſignificetur humanitatis nomine Humanitas ut ſic, & hẽt ꝙ ſibi debeatur, ſeu cõueniat eſſe quidditatiuum, & actualis exiſtentię: & ſic repręſentatur conceptu formali entis tanquam pars ſui obiectalis conceptus. & entis nomine ſignificatur: ſimiliter animal hæc duo in ſe habet, & ſic de aliis. Vnde cõceptus obiectalis entis ſunt naturę genericę & ſpecificæ, ut habentes eſſe; ſic enim fundant analogam ſimilitudinem, de qua loquimur, & propterea ens, & paſſiones eius in quolibet gradu præciſe accepto ſaluantur. quilibet enim gradus ut ſic, habet in ſe unde ſit, & indiuiſus ſit, & conformabilis intellectui & appetitui &c. quod a ponentib. ens abſtrahibile a gradibus ſpecificis, & genericis ſaluari non poteſt. Quod autem hæc ſint ſm doctrinam S Tho diligenter intuenti eius doctrinam cenſitorem conſtituo. Infra tamen cum de analogia entis agetur, hoc oſtendemus; pro nunc ſatiſfaciant hæc dicta, præſertim quod tam primã, quam ſecunda pars concluſionis ex præcedente cõcluſione ſequitur, quam conſtat eſſe ſancti Thomæ.

¶ Tertia autem pars ab omnibus Thomiſtis aſſerĩ unanimiter. Sic ergo patet, qualiter ab omnib. entib. utpote ſimilibus, abſtrahibilis eſt cõceptus entis, nõ mõ Scotiſtico: & patet qualiter ſit verum quod hic S. Th dicit, ſ. eſſentia ſignificat aliquid cõe omnibus naturis omnium generum & ſpecierum. non. n. intendit, quod eſſentia ſignificet aliquam naturam communem omnib. naturis, ſed quod ſignificet omnes naturas, ut aſſimilantur in hoc, quod entia ſunt. Quælibet. n. naturæ ut ſunt, quibus res ſunt, eſſentiæ rationem habent; ſicut quælibet res habent rationem entis, ut ſunt habentes eſſe, ſeu quę ſunt.

c ¶ In hac tertia parte huius capituli, declaraturus quomodo differant nomina eſſentiæ inter ſe, enumerat quinque eius nomina: Primo. ſ. eſſentia, quidditas, quod quid erat eſſe, forma, & natura: quorum ratio & differentia ſatis clare ac manifeſto ſermone in litera traditur, adeo ut addere non ſit opus.

¶ Nota

¶ Nota tamen circa id quod de Boetio aſſertur, ꝙ Boetius in libro de duabus naturis, & vna perſona Chriſti, naturam quadrupliciter accipi dicit. Primo omne intelligibile, ſecũdo omnis ſubſtantia, tertio principium intrinſecum motus, quarto ſpecifica eſſentia, ſeu differentia: quos modos (ſi Boetium nõ habes) vide ſi placet in ſecundo ſent. S.Th. diſt. 37. q. 1. articulo 1. primo modo accipit hic omnia ſecundum S.Tho. quoniam ſic communis eſt eſſentiis ſubſtantialibus, & accidentalib. genericis, & ſpecificis,

quenter nominat, quod quid erat eſſe, i. hoc per quod aliqui habet eſſe quid. Dicitur ẽt forma, ſecũdum quod per formã ſignificatur perfectio, uel certitudo uniuſcuiuſque rei, ſicut dicit Auic. in ſecundo Metaphyſicæ ſuæ Hoc etiam alio nomine natura dr̃, accipiendo naturam ſecundum primum modum illorũ quatuor modorum, quos Boetius de duabus naturis aſſignat, ſecundum. ſ. quod natura dr̃ eſſe illud, quod quocunque modo intellectui capi põt. Nõ .n. res intelligibilis eſt, niſi per ſuam diffinitionẽ & eſſentiã, & ſic etiam dicit Phil. in 4. Metaphyſicæ, ꝙ omnis ſubſtãtia eſt natura. Nomen autem naturæ hoc modo ſumptæ, uidetur ſignificare eſſentiam rei, ſecundum quod habet ordinem uel ordinationem ad propriã operationẽ rei, cum nulla res propria deſtituatur operatione. Qualitatis uero nomen ſumi- B tur ex hoc quod per diffinitionem ſignificatur, ſed eſſentia dicitur, ſecũdum quod per eam, & in ea res habet eſſe,

2 C A P V T II.

SEd Quia ens abſolute & primo dr̃ de ſubſtãtiis, & poſte

• Super Cap. 2.

EXpedito primo propoſitorum, exequens in hanc ſecunda parte tractatus, quomodo eſſentia in diuerſis diuerſimode inueniatur, quod ſecundo loco propoſitum erat, Primo declarat, quomodo eſſentia inueniatur in ſubſtantiis compoſitis, in tribus capitulis. ſecundo in ſubſtantiis ſeparatis, duobus capitulis. tertio in accidentibus, vnico capitulo. Circa ſubſtantias compoſitas tria declarantur in illis tribus capitulis. In primo, quid ſint eſſentia ſubſtantiarum compoſitarum. In ſecundo, quomodo differant inter ſe eſſentiæ ſubſtantiarum compoſitarum. In tertio, C quomodo ſe habeant ad intentiones logicas. Incipiens autem exequi in hoc cap quomodo eſſentia in diuerſis diuerſimode inueniatur, Primo hoc declarat in communi, omnes eſſentias vniuerſi adinuicem comparando duabus comparationibus. Secundo, quid ſit eſſentia ſubſtantiarum compoſitarum tribus concluſionibus negatiuis, & quarta affirmatiua. Tertio, mouet dubitationem quandam circa concluſionem affirmatiuam, & ſoluit eam. Facit primo comparationem primam inter eſſẽtias ſubſtantiarum, & accidentium tali concluſione. Subſtantia vere & proprie habet eſſentiam, accidens autem ſecundum qd quam ſic probat: Vnumquodque ſicut eſt ens, ita habet eſſentiam: ſed ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, accidens uero eſt ens ſecundum quid: ergo ſubſtantia habet eſſentiam ſimpliciter. accidens autem ſecundum quid. Maior ex dictis in præcedenti capitulo patet: Minor licet habeatur 7. Meta. in principio, tamen ſic probatur in litera. Illud eſt ens ſimpliciter, de quo ens abſolute & primo prædicatur: & illud eſt ens ſecundum quid, de D quo ens poſterius, & ſecundum quid dicitur: ſed de ſubſtantia ens dicitur abſolute, & primo, de accidente autem poſterius, & ſecundum quid. ergo ſubſtantia eſt ens ſimpliciter, accidens uero ſecundum quid.

Q V AE S T I O III.

CIrca hanc particulam dubitatur, an ens per prius dicatur de ſubſtantia, & poſterius de accidente, an uniuoce de utroque. In hac quæſtione quinque agenda ſunt. Primo declarabitur titulus: ſecundo ponetur opinio Scot. tertio arguetur contra illam, quarto ponetur opinio S.Th. quinto reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Quo ad primum ſciendum eſt, quod aliquid dupliciter contingit de aliquibus prædicari per prius & poſterius Vno modo ſecundum eſſe illius prædicati, alio modo ſecundum propriã rõnem eiuſdem. Illud dr̃ prædicari analogice (ſecundum eſſe) quod perfectius h̃et eſſe in uno quam in alio, & ſic oẽ genus E p̃dicatur p̃ prius & poſterius de ſuis ſpeciebus, eo ꝙ pfectius eſſe neceſſario habet in vna ſpecie, quam in alia. Vnde com. 18 Met. com. 2. dicit quod prioritas & poſterioritas ſpecierum non impedit vnitatem generis: & hoc modo non quærimus hic. per ſe enim notum eſt omnibus, quod ens perfectiori modo eſt in ſubſtantia, quam in accidentibus, & quod hoc modo prædicatur per prius & poſterius.

¶ Illud vero dicitur prædicari analogice, ſeu per prius & poſterius ſecundum rõnem propriam, quod de uno prædicatur ſine reſpectu ad aliud: de altero vero nõ niſi reſpectu ad aliud. Verbi gratia Sanum prædicatur de animali ſine reſpectu ad dietam, medicinam, & vrinam: de iſtis uero prædicatur non niſi in reſpectu ad animal. dicitur enim animal ſanum abſque addi- A tione aliqua: vrina vero non dicitur ſana, niſi quia eſt ſignum ſanitatis exiſtentis in animali, & dieta ſimiliter non eſt ſana, niſi quia eſt conſeruatiua ſanitatis, & ſic de aliis. Cum enim diffinies ſanum prædicatum de animali, non pones in diffinitione eius reſpectum aliquid horum, Cum autem diffinies ſanum prædicatum de urina, in diffinitione eius ponetur reſpectus ad ſanitatem animalis cum ipſa animalis ſanitate. & ſimiliter in diffinitione dietæ & medicinæ, in eo quod ſanæ ſunt. dices enim, ut iam dictum, quod vrina eſt ſana, in eo quod ſignum eſt ſanitatis: dieta, in eo quod conſeruatiua: & medicina, in eo quod cauſa eſt illius. & hoc modo uertitur hic in dubium, an ens prædicetur analogice, ita quod abſolute prædicetur de ſubſtantia, de accidentibus vero non niſi relatiue ad ſubſtantiam: quod idem eſt quod quærere, vtrum ſubſtantia in eo quod ens, non includat accidens: accidens vero in eo quod ens, includat ſubſtantiam. & in hoc pendet tota quæſtio inter nos & Scotum: quoniam accidens in eo quod accidens, includere ſubſtantiam C ab omnibus conceditur, ſed non accidens in eo quod ens. Hæc de primo.

Quo ad ſecundum Scotus 1. ſent d. 3. q. 1. & 3. d. 8. q. 2. ponit hanc concluſionem. Ens eſt vniuocum ſubſtantiæ & accidenti, Deo & creaturæ & probat eam ſic. Omnis intellectus certus de vno conceptu, & dubius de diuerſis, hẽt conceptum, de quo eſt certus, aliũ a conceptu de quo eſt dubius: ſed intellectus quiſque poteſt eſſe certus de Deo, ſeu de propria paſſione, quod ſit ens. dubitando an ſit ens finitum uel infinitum: ſiue an ſit ſubſtantia uel accidens. ergo cõceptus entis eſt alius a conceptibus iſtis: & ita neutrum eſt ex ſe, ſed in utroque illorum includitur. igitur uniuocus, Prima propoſitio patet ex terminis: Minorem uero experientia docet.

Secundo ſic. Ens non eſt uniuocum. ergo Deus non eſt a nobis naturaliter cognoſcibilis aliquo conceptu ſimplici: hoc eſt falſum. ergo a deſtructione conſequentis, &cæt. Conſequentia probatur. Nullus conceptus eſt producibilis in intellectu D noſtro, qui non contineatur eſſentialiter, uel uirtualiter in obiecto relucente in phantaſmate: ſed conceptus non uniuocus Deo, & obiecto relucenti in phantaſmate eſt non contentus tam eſſentialiter quàm uirtualiter in obiecto relucente in phãtaſmate. ergo nullus conceptus eſt producibilis in intellectu noſtro, niſi ſit uniuocus obiecto relucenti in phantaſmate: hoc autem eſt creatura. ergo omnis conceptus ſimplex quem habemus de Deo, eſt uniuocus creaturæ, & cõſequenter conceptus entis. Maior patet: Minor declaratur, quia obiectum creatum continet eſſentialiter conceptum increatum, ut de ſe notum eſt: nec uirtualiter: quia prius non includitur uirtualiter in poſteriori, ſed econuerſo.

Tertio ſic. Omnis inquiſitio Metaphyſicalis de Deo procedit conſiderando rationem formalem alicuius, & auferendo ab ea imperfectionem, quam habet in creaturis, & reſeruando illam rationem formalem & attribuendo ſibi omnino ſummam perfectionem. & ſic ponendo illam in Deo. ergo omnis E inquiſitio de Deo, ſupponit intellectum habere conceptum, eundem uniuocum. quem accipit es creaturis.

Quarto ſic. Ens non eſt uniuocum ſubſtantiæ, & accidenti: ergo ſubſtantia non eſt a nobis naturaliter cognoſcibilis: hoc eſt falſum. ergo &c. Tenet conſequentia, eo quod cũ ſubſtantia non immutet immediate intellectum noſtrum ad aliquam intellectionem ſui, ſed tantum accidens ſenſibile, ſequitur qđ nullum conceptum quidditatiuum habere poterimus de ea, niſi aliquis talis poſſit abſtrahi a conceptu accidentis: ſed nullus talis quidditatiuus abſtrahibilis eſt a conceptu accidentis, niſi ens uniuocum accidenti & ſubſtantiæ. Hoc autem qđ in iſta ratione aſſumit, ſcilicet quod ſubſtantia non immutet intellectum noſtrum ad aliquam ſui intellectionem, probatur ſic. Quicquid ſua præſentia immutat intellectum, abſentia illius poteſt naturaliter cognoſci ab intellectu, quando non immutatur

ſicut

ſicut apparet ex ſecundo de Anima, quod viſus eſt tenebræ cognoſcitiuus, quando lux non eſt præſens, eo quod tunc viſus non immutatur. Igitur ſi intellectus naturaliter immutatur a ſubſtantia immediate ad actum circa ipſam, ſequeretur quod quando ſubſtantia non eſſet præſens, poſſet naturaliter cognoſci nõ eſſe præſens, & ita naturaliter cognoſci poſſet in hoſtia conſecrata non eſſe ſubſtantiam panis, quod eſt manifeſte falſum.

rius, ſm quid de accidentibus: inde eſt quod eſſentia proprie & uere

Quinto arguitur authoritatibus ſecundi Metaphyſic. tex. comment. quarto. Probans Ariſtoteles cauſam entitatis, & ueritatis, maxime entia & vera, aſſumit hanc propoſitionem. Vnumquodque maxime ipſum aliorũ dicitur, ſm quod aliis ineſt uniuocatio ens ergo uniuocum dicitur apud Ariſtotelẽ de cauſa entitatis, ſ. Deo, & aliis, aliter proceſſus Ariſtotelis nullus eſſet: arguit enim ſic. Cauſa uniuoca entitatis & ueritatis eſt maxime ens. & vere Deus eſt huiuſmodi. ergo Auicenna quoque primo Metaphy. capit. ſecundo dicit. Subſtantia & quantitas non habent intentionem communem niſi entis cuius quædam ſunt quaſi ſpecies, & quædam quaſi accidentia propria. Et capitulo quinto facit argumẽtum, quod adductum eſt de conceptũ certo, & dubiis. Omnes, inquit, imaginantur certitudinem entis: dubitant autem verum ſit agens uel patiens. Algazel in Metaphyſica ſua tractatu primo habet, quod quidam homines putauerunt, quod ens non prædicat alium conceptum a ſuis inferioribus, dicentes quod eſſe accidentis nihil aliud ſit, quam eſſe ſubſtantiæ. Multa alia argumenta adducuntur ad hoc: ſed quia, vt patebit, non probant vniuocationem, ſed alie atem conceptus entis, omitto: & etiã quia ex dicendis, cuilibet ingenioſo patebit reſponſio ad omnia. Hæc de ſecundo.

Auic. ca. 20. circa med.

Algazel.

Prima ratio.

QVO AD TERTIVM Arguo primo ſic. Nullũ vniuocatum in rõne ſui vniuoci hẽt aliquid plus, quam reliquum vniuocatum: ſubſtantia & accidens ſunt uniuocata per te in ente. ergo accidens nõ habet aliquid plus in ratione ſui vniuoci, ſcilicet entis, quam ſubſtantia. diſcurſus bonus, conclusio vero eſt falſa. ergo altera præmiſſarum: non Maior, quia illa habetur ex ante prædicamentis. ergo Minor, quæ eſt cõcluſio aduerſæ partis. Falſitas concluſionis habetur ſeptimo Metaphyſ. textibus, & commentis ſecundo, & tertio, ubi dicitur quod in ratione accidentis inquantum ens ponitur ſubſtantia, unde Commen. dicit in commento tertio, quòd ſedens & ſtans non dicuntur eſſe entia ſine ſubſtantia. patet autem quod in diffinitione ſubſtantiæ, inquantum ens non ponitur accidens, nec ſubſtantia, eo quod abſtrahit apud eos ab illis. Patet ſecundo falſitas illius concluſionis ex dictis Anto. Trombetæ, qui in hac quæſtione fatetur in diffinitione accidentis, inquantum ens, cadere ſubſtantiam. Vnde etſi ratio poſita a Scoto ſecundum apparentiam ſolui, gloſſando Ariſtotelem, gloſſa deſtruente textum, nullo tamen pacto poteſt ab Anto. Trombeta ſolui, eo quod ab ipſa ueritate coactus, conceſſit in Quolibeto ſuo falſitatem concluſionis, quam Scotus negaret.

Vide ad hoc propoſitum commen ha tus aoſt. ſecundo poſte. c. 6. circa me. & uideas conſequentiam Ariſt. 1. di. 3. q. 3. c. 3.

Secundo arguitur ſic. Ens eſt vniuocum prædicatum in quid de pluribus differentibus ſpecie, in nulla differentia quidditatiue incluſum. ergo eſt genus. Tenet conſequentia ex diffinitione generis, & conditione appoſita a Scoto in 1. ſen. di. 3. q. 3. ultimam enim particulam aſſumptam ex igi dicit ad genus, & bene. & ſm Ariſt. 4 Topic. Antecedẽs quoad primam partem, & ſecundam Scotus ibidem et Quoad tertiam autem probatur ſic. Si ens eſſet incluſum in aliqua differentia non ultima, ſequeretur quod addendo differentiam non vltimam generi, eſſet nugatio: hoc eſt falſum. ergo &c. Tenet conſequentia, quia bis ens poneretur eodẽ modo, ſemel ratione generis, & ſemel ratione differentiæ. uerbi gratia. Si ens includitur quidditatiue in ratione animalis, & rationalis, dicendo animal rationale, erit nugatio. cum enim prima pars rationis animalis ſit ens, erit ratio propria animalis ens, A, B, C, Similiter cum prima pars rationis rationalis ſit ens, erit ratio rationalis ens, D, E, F. & ſic dicendo animal rationale, dices ens, A, B, C, ens, D, E, F, & conſequenter pones ens bis, & expreſſe nugationem committes. Nec eſt opus impugnare reſponſionem Scotiſtæ uni ſupra, ad hoc argumentum, quia non eſt ad propoſitum. Ait enim quod ſicut dicimus animal album abſque nugatione, eo quod ens clauſum in ratione albedinis denominat accidentaliter ens clauſum in ratione animalis: ita in propoſito, dicimus animal rationale, eo quod ens clauſum in rationali denominat eſſentialiter ens clauſum in animali abſque nugatione. Hoc enim non eſt ad propoſitum. Aliud enim eſt loqui de ente in ſua ratione communi, in qua indiſtincte uniuocantur ſupra dicta: & aliud eſt loqui de ente particulariter accepto. Licet enim palliari poſſit, quod ens particulatum ad album & rationale, denominet ens particula-

2. diſ. 3. q. 3. in ſolutione quinti contra uniuocationẽ entis.

F tum ad animal, non tamen poteſt intelligi, quod prima pars rationis albi formaliter ſumpta, denominet primam partem rationis animalis. Et enim eſt ens eodem modo ſumptum, cum vniuocum ſit. remanet ergo, quod nugatio eſt dicere apud Scotum, animal rationale, immo animal album, eodem modo arguendo, vt prius videdo loco nominum eorum rationibus quidditatiuis.

eſt in ſubſtãtiis, ſed ĩ accidẽtib. eſt quodammõ, & ſm qd &c.

Quod ſi aliquid vim faciendo in verbis Scoti, forte dixeris, ens non claudi in rationali quidditatiue, & albo, ſed in rationalitate & albedine: tunc inter in ſequitur principale intentum noſtrum, quod ſcilicet ens in nulla differentia includatur quidditatiue. quia rationalitas non eſt differentia, ſed differentiæ principium, ſecundum G veram Auicennæ doctrinam. differentia enim prædicatur de ſpecie, rationalitas autem non quare &c.

Tertio arguitur ſic. Ens eſt vniuocum ſubſtantiæ, & accidentis. ergo in ratione ſubſtantiæ expreſſe cadit ens ergo in diffinitione hominis explicite cadit ens: hoc eſt inconueniens, & contra Ariſtotelem, & uiam communem. ergo &c. Prima conſequentia probatur ex eo, quod omne ſuperius vniuocum explicite cadit in rõne ſui eſſentiali inferioris: ſicut animal cadit explicite in ratione hois. Secunda conſequentia probatur ex authoritate Ariſtote. poſita in ſecundo libro Topico. illa. Quando aliquid ponitur in diffinitione alicuius, loco illius, ſi ponatur eius ratio, clarior erit intellectus. Cum ergo ſubſtantia ponatur in diffinitione hominis, & loco ſubſtantiæ liceat ponere eius rationem, in qua explicite cadit ens, vt clarior ſit diffinitio, ſequitur quod ens debeat poni in diffinitione hominis explicite, vt clarior reddatur. Nec prohibet hoc communiſſimus ambitus ipſius entis, aut carentia differentiarum. Sicut nec H ex his prohibetur ens, tanquam prædicatum vniuocum, & quidditatiuum, cadere in ratione ſubſtantiæ. Et confirmatur hoc per Scotum, qui in 1 ſen. diſt. 3 ponit ens eſſe primum cognitum cognitione diſtincta, eo quod ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium, tanquam primum prædicatum quidditatiuum. Hæc de tertio.

8. Met. t. c. 16.

capit. 5.

1. diſt. 3. q. 2.

Quo ad quartum principale, prænoto differentiam inter vniuocum, & æquiuocum purum, & analogum. Vniuocata ſunt, quorum nomen eſt commune, & ratio ſecundum illud nomẽ eſt eadem ſimpliciter. Pura æquiuocata ſunt, quorum nomen eſt commune: & ratio ſecundum illud nomen eſt diuerſa ſimpliciter. Analogata ſunt, quorum nomẽ eſt commune, & ratio ſecundum illud nomen eſt aliquo modo eadem, & aliquo modo diuerſa, ſeu ſecundum quid eadem, & ſecundum quid I diuerſa. verbi gratia. Animal, & medicina ſunt analogata ſub ſano: vnde habent illud nomen commune. vtrumque enim illorum dicimus ſanum. diffinitio autem eorum inquantum ſana ſunt, eſt aliquo modo eadem, & aliquo modo diuerſa. Animal enim, inquantum ſanum, eſt habens ſanitatem: medicina inquantum ſana, eſt cauſa ſanitatis Sunt enim eædem aliquo modo illæ diffinitiones, quia in omnibus includitur ſanitas. & ſunt diuerſæ aliquo modo, quia diuerſis modis ſanitatem reſpiciunt. vnde analogum eſt medium inter purum æquiuocum, & vniuocum: ſicut inter idem ſimpliciter, & diuerſum ſimpliciter, cadit medium idem ſecundum quid, & diuerſum ſecundum quid. & ſicut medium ſapit naturam vtriuſque extremi: dicit enim quodammodo plures rationes, & quodammodo unam, propter quod inuenitur quãdoque apud illuſtres philoſophos, quod analogum dicit plures rationes, & quandoque quod ſignifi K cit vnam rationem.

Nota ſecundo, quod duplicia ſunt analogata, quædam ſecundum determinatam habitudinem vnius ad alterum: quædam ſecundum proportionalitatem. exemplum. Subſtantia. & accidens ſunt analogata primo modo ſub ente, Deus autem & creatura ſecundo modo. infinita enim eſt diſtantia inter Deum & creaturam.

Differunt autem hæc plurimum, quoniam analogata primo modo ita ſe habent, quod poſterius ſecundum nomen analogum diffinitur per ſuum prius, puta, accidens inquantum ens per ſubſtantiam. Analogata uero ſecundo modo non; creatura enim inquantum ens, non diffinitur per Deum. vnde analogata primo modo habent nomen commune, & rationem ſecundum illud nomen ſecundum quid eandem, & ſecundum quid diuerſam per hoc, quod analogum illud ſimpliciter, id eſt, ſine additione aliqua de primo dicitur, de aliis vero non, niſi diuerſimode reſpiciendo primum, quod cadit in eorum rationibus, ſicut in exemplo de ſano manifeſtum eſt. Analogata vero ſecundo modo, habent nomen commune, & rationem ſecundum illud nomen aliquo modo eandem, & aliquo modo diuerſam, non propter hoc, quod illud ſimpliciter dicatur de primo, & de aliis relatiue ad primum: ſed ha-

bent rationem eandem ſecundum quid propter identitatē proportionis, quæ in eis inuenitur, & ſecundum quid diuerſam, propter diuerſitatem naturarum ſuppoſitarum illis proportionibus. Exemplum, forma & materia ſubſtantialis, & forma, & materia accidentium ſunt analogata quędam ſub nominibus formæ & materiæ: habent enim nomē commune, puta, formā, & materiam, & rationem ſecundum nomen formæ, ſiue materiæ eandem, &

b Subſtātiarū vero quędā sūt ſimplices & quędā cōpoſitę, & ī vtriſq; ē eſſentia: ſed in ſimplicib. veriori & nobiliori mō. ſm ēt quod habent eſſe nobilius, ſunt etiam cauſa eorum, quæ compoſita ſunt, ad minus ſubſtantia prima, & ſimplex, quæ Deus eſt.

diuerſam hoc modo: quia forma ſubſtantialis ita ſe habet ad ſubſtantiam, ſicut forma accidentalis ad accidens. ſimiliter materia ſubſtantiæ ita ſe habet ad ſubſtantiam, ſicut materia accidentis ad accidens: vtrobique enim ſaluatur identitas proportionum cum diuerſitate naturarum, & vnitate nominis; hūc modum analogiæ exprimit Comment. 12. Metaph. comment. 28. & clarius cum Ariſt. 1. Eth. c. 7.

com. 28. & 5. Met cō. 12. circa med. c. 7 concluſiones duæ; QVIBVS ſic prælibatis, pono duas concluſiones. Prima eſt, Ens analogice vtroque modo analogiæ dicitur de ſubſtantia & accidente. Secunda concluſio, Ens dicitur de Deo, & creatura ſecundo modo tantum. Prima concluſio probari poteſt rationibus factis contra Scotum, & maxime prima. Autoritatib. autem Ari. 4. Metap. tex. com. 3. & Commen. ibidem. expreſſe enim ibi dicitur, quod ens nō eſt vnum: ſed ad vnum. Duodecimo quoque Metaph. tex com. 28. expreſſe dicitur, quod principia prędicamentorum non ſunt aliquo modo eadem, niſi ſecundum proportionem. Super qua authoritate poteſt argui ſic, Illa non ſunt vniuoca, quæ nullam identitatem habent niſi proportionum: ſed principia propria ſubſtantiæ, & accidentium ſunt huiuſmodi ergo &c. Minor expreſſe eſt in litera Ari. Maior eſt nota ex terminis. ſi enim nullam aliam identitatē habent niſi proportionis, oportet quod careant vnitate vniuoca. Et hæc autoritas eſt notanda contra Scotiſtas: quia ſi concedant ens habere entitatem analogam, dicunt cum hoc, ꝙ habet etiam identitatem vniuocam, cuius oppoſitum Ariſt. dicit, ſolam identitatem proportionis inter principia prædicamentorum ponens.

In tra. de Analogia. Secunda concluſio non aliter pro nunc probetur, quam autoritate S Thom in quæſtionibus de veritate, quæſt. 2 artic. 3. vbi examinans quomodo ſcientia ſit analoga ſcientiæ diuinæ, & ſcientiæ creatę, expreſſe fatetur, quod ſecundo modo ſit analoga, & non primo modo. Vnde cum ens dicitur de Deo, & creatura, hoc modo dicitur proportionabiliter, q exprimitur, quòd ſicut Deus ſe habet ad ſuum eſſe, ita creatura ad ſuū: ſed de his alias, cum ex propoſito tractabitur, diffuſius loquemur: modo ſufficiant hęc pauca dixiſſe, ex quibus innoteſcere poteſt, quod conceptus entis formalis eſt vnus inęqualiter repræſentans eſſe ſubſtantię & accidentis, Dei & creaturæ, & quod conceptus obiectalis nō habet niſi vnitatem proportionis determinatæ ex identitate termini, vel vnitate proportio-

p. d. 3. q. 8. nabilitatis, & identitate proportionum. Ex quibus elici poteſt, quod cum talis vnitas apud Ariſtot. 4. Metaphy. tex. comm., ſecundo ſufficiat ad obiectum ſcientiæ, ens non oportet poni vniuocum ad hoc, quod paſſiones habeat, & contradictionem fundet, & reliqua huiuſmodi habeant ſibi conuenientia. Hæc de quarto.

QVO AD QVINTVM reſpondet ordinate ad argumēta, Et ad primum dicitur, ꝙ argumentum illud, ſi aliquid probat, aliquitatem conceptus non vniuocationem probat, ſicut ipſemet Scotus dicit, & ideo gratis concedimus illud, ſicut etiā Auic. qui tenet ens non eſſe prædicatum quidditatiuum, concedit ens dicere alium conceptum, non tamen vniuocū & quidditatiuum.

Ad ſecundum negatur conſequentia. Ad cuius probationē dico, quod aliquod continere virtualiter aliud, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſicut cauſa virtute ſua continet effectū. Alio modo ſicut effectus continet virtutem cauſæ participando illam ſic: hoc ſtante, Minor eſt falſa, etenim effectus quilibet virtualiter continet ſecundo modo Deum: nec oportet ꝙ continens iſto modo ſit prius, immo neceſſario eſt poſterius. Quod ſi mihi dixeris, quod hoc eſt abuti vocabulis, quia apud omnes cōtinere virtualiter non attribuitur niſi cauſæ, dico ꝙ ſi hæc vis in verbo, falſa eſt Maior, eo quod datur triplex modus continendi, ſ. eſſentialiter, virtualiter, & participatiue, ſicut effectus continet in ſe cauſam.

Ad tertium, conceſſo toto antecedente, negatur conſequentia, ſufficit enim analogia illius rationis formalis.

Ad quartum negatur cōſequentia. Ad probationem dicitur, quod falſum ſupponit, ſcilicet quod ſubſtantia nō immutet intellectum per propriam ſpeciem. Vnde ad eius probationem dico, quod quantitas & accidentia in Euchariſtia agunt & pa-

A tiuntur totum, quod ageret & pateretur ſubſtantia, ſi eſſet, ſicut enim acceperunt modum eſſendi ſubſtantię, ſ. abſque ſubiecto: ita ēt agere & pati eius. & ideo ex multis hoſtiis ſenſatis generatur in intellectu ſpecies intelligibilis ſubſtantiæ panis, & eius quidditatiua cognitio: ſicut & ad nutritionem agunt, ac ſi eſſet ibi panis. Non enim minus ex illis accidentibus nutrimur, quam ex aliis hoſtiis non conſecratis: ſicut non minus ex conſecratis generantur vermes & cineres, quam ex non conſecratis. Vnde ad argumentum dico, quod panis abſens immutat, quoniam non eſt omnino abſens; remanſit enim ibi accidens ſuum, quod eſt vice panis: quare non eſt ſimile de viſu reſpectu tenebræ. Nec eſt contra nos autoritas Ariſto.. quoniam hęc omnia ha-

B bent locum, vbi eſt ſimpliciter abſentia obiecti, quam hic non concedimus quo ad operationes.

Ad quintum dico, ꝙ quia medium comparatum vni extremorum, vt oppoſitum, induit alterum extremū, vt dicitur quinto Phyſi. tex. comm. 6. ideo analogum comparatum ęquiuoco, quod diuerſas rationes ſimpliciter ſonat vniuocum, appellatū eſt ab Ariſtot. ibi, & merito, eo quod vtebatur analogo ſecundum id, quod habet de vnitate. oportet enim ad verificandam illam maximam, quod cauſa & effectus non in ſola voce conueniant, ſed in ratione aliqua formali, eadem aliquo modo in illis: vnde textus ille non eſt contra nos. ¶ Ad Auic. & Algazelem dico, quod nihil contra nos dicunt; quia aliquitatem non vniuocationem conceptus entis inſinuant.

b ¶ HIC ponitur ſecunda comparatio, qua ſubſtantias inter ſe comparat tali concluſione. Subſtantiæ ſimplices nobiliori & veriori modo habent eſſentiam, quam compoſitæ. quam probat dupliciter. primo ſic, Quorum eſſe eſt nobilius, eorum eſ-

C ſentia eſt nobilior; ſubſtantiarum ſimplicium eſſe, eſt nobilius quam compoſitarum. ergo eſſentia ſubſtantiarum ſimplicium eſt nobilior. Secundo ſic, Cauſa, ſupple effectiua non vniuoca, habet nobiliorem eſſentiam ſuo effectu; ſubſtantia ſimplex ſaltem prima, eſt huiuſmodi cauſa compoſitarum. ergo ſubſtantia ſimplex eſt perfectioris eſſentiæ, quam compoſita.

AD EVIDENTIAM huius partis nota. ꝙ ut habes a San. Tho. quarto Sent di. 12. q. 2. art. 1. ad primum, Simplicitas nec perfectionem ſimpliciter, nec imperfectionem ſonat. res enim ex eo quod ſimplex, non habet perfectionem maiorem, ſed ex eo quod taliter ſimplex, ideſt, ſimplicitatem ſubſiſtentē habet. Vnde materia prima eſt ſimpliciſſima, & formæ accidētales ſunt ſimplices, & tamen non ſunt perfectiores ſubſtantiis compoſitis. Et ideo cum dicimus ſubſtantias ſimplices eſſe perfectiores compoſitis, intelligas non de quibuſcunque ſimplicibus ſubſtantiis, ſed de ſimplicibus ſubſiſtētibus in ſua ſimplicitate, quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ omnes. Propterea ca-

D ueto hic opinionem Scoti in primo ſen. diſt. 8. quæſt. 1. dicentis ſimplicitatem eſſe perfectionem ſimpliciter. Vt autem veritatem ſuam, ac falſum impugnare ſcias, notato quid ſit perfectio ſimpliciter. Sco. 1. d. 8. q. 1. ad primum quolibet. q. 5.

Perfectio ſimpliciter, apud Anſelmum Monologion 15. eſt, quę in vnoquoque melior eſt ipſa quam non ipſa. Gloſſa ſic, In vnoquoque, inquantum eſt indiuiduum entis, ideſt, hoc ens, non inquantum eſt indiuiduum huius, uel illius naturæ, puta, hic homo, aut hic angelus, melior eſt &c. quia comparatiuum includit ſuum poſitiuum; ideo melior eſt, ideſt, bonitatem, ſeu perfectionem meliorem ponit, quam non ipſa, ideſt, quā quodlibet ſibi incompoſſibile: ita quod, ly non ipſa, non teneatur contradictorie, ſed incompoſſibiliter. Vnde perfectio ſimpliciter exigit duas conditiones. Primo, quòd dicat perfectionem, ſecundo, quod illa perfectio in indiuiduo entis ſit melior, quā quodlibet ſibi in eo incompoſſibile. Propter defectum enim primæ conditionis, tam relatio, quam negatio a perfectioni-

E b. ſimpliciter excluditur. Propter vero defectum ſecundæ, ratiocinari, ridere, latrare, & huiuſmodi, perfectiones ſimpliciter nō ſunt: quia iſta etſi ſint meliora in indiuiduo huius, vel illius naturę, non tamen entis. Diximus ꝙ ly, non ipſa, tenetur incompoſſibiliter, & non contradictorie; quia aliter omne poſitiuum eſſet perfectio ſimpliciter: quia in indiuiduo entis melius eſt poſitiuum quodlibet, quolibet cōtradictorio formaliter ſumpto. Nec ſuperficietenus conſideres primam conditionem, quoniā propter defectum eius ſimplicitas nō dicit perfectionē ſimpliciter. Simplicitas enim nihil aliud eſt, quam negatio compoſitionis: vnde non eſt perfectio, ſed negatio imperfectionis. Propterea & deficit talis modus arguēdi In indiuiduo entis quodlibet incompoſſibile ſimplicitati dicit imperfectionē. ergo ipſa ſimplicitas eſt melior in vnoquoque, quam non ipſa, & conſequenter pfectio ſimpliciter. Oportet n. addere i antecedente, &

ipſe

ipſa dicit perfectionem, quod falſum eſt: quia negatiuum præcicatum eſt.

¶ Potes autem contra Scoti poſitionem arguere ſic. Nulla perfectio ſimpliciter ſaluatur in relatione, vt relatio eſt: ſimplicitas autem ſaluatur in relatione, vt relatio eſt: Ad, ſiquidem eſt ſimplicitatem, nullam enim compoſitionē includit. & uniuerſaliter ſecundū Scotum, omnis differentia vltima relationis, ergo &c. Maior patet ex eo, quod relatio, vt relatio, nec perfectionem, nec imperfectionem ſonat apud eos & Scotum.

¶ Præt. Quod diuiditur per quantum, & non quantum, nō eſt perfectio ſimpliciter. Patet illa, quia implicat quod aliquid ſit non quantū, & perfectio ſimpliciter: ſed ſimplicitas diuiditur per quantum, & non quantum. ergo, &c. Patet minor, quia diuiditur in ſimplicitatem relatiuam, & abſolutam: ſimplicitas autem relatiua eſt non quanta.

¶ Si dicatur ad iſta, quod relatio formaliter ſumpta non eſt ſimplex, ſed ſimplicitas prædicatur de ea denominatiue: hoc non euadit argumenta, quia ſimplicitas relatiua eſt paſſio relationis ſecundum hoc, aut modus intrinſecus. Impoſſibile eſt autem quod alterum horum ſit perfectius eo, cuius eſt: vt arguitur ſic. Nulla paſſio eſt maioris entitatis ſubiecto ſuo: ſimplicitas denominans relationem eſt eius paſſio, ſicut vniuerſaliter paſſio ſuperioris eſt paſſio inferioris, licet non primo. ergo ſimplicitas relationem denominās non eſt maioris entitatis relatione: ſed relatio non eſt quanta. ergo ſimplicitas relatiua non eſt quāta. ergo nec perfectio ſimpliciter. Stat ergo aſſumptum verum, ſ. quod ſimplicitas diuiditur per quantum, & non quantum.

¶ Similiter arguere potes, ſi dicatur quod ſimplicitas ſit modus, quod tū minus conſonum veritati videtur. Subſtantiæ ergo immateriales, non rōne ſimplicitatis ſunt perfectiores eſſentiis ſubſtantiarum cōpoſitarum. ſed rōne ſimplicitatis ſubſiſtentis, & aduenientis in ſe tantam perfectionem ita indiuiſe, qua gaudent.

c Sed quia illarum ſubſtantiarū eſſentiæ ſunt nobis magis occultæ, ideo ab eſſentiis compoſitorum incipiēdum eſt, ut a facilioribus conuenientior fiat diſciplina. In ſubſtantiis igitur compoſitis forma & materia notæ ſūt, ut in homine anima & corpus. Non autem poteſt dici, quod alterum eorum tantum eſſentia dicatur eſſentia. Quod enim materia ſola non ſit eſſentia, planū eſt; quia res per ſuam eſſentiam cognoſcibilis eſt, & in ſpecie ordinatur, uel in genere: materia autem non eſt cognitionis principium; nec ſecundum cauſam aliquid ad ſpeciem, vel ad genus determinatur, ſed ſecundum id ſolum, quo in actu aliquid eſt.

d Neque etiam forma tantum ſubſtantiæ compoſitæ eſſentia dici poteſt, quamuis quidam hoc aſſerere conentur. Ex his enim quę dicta ſunt, patet quod eſſentia eſt id, quod per diffinitionem rei ſignificatur: diffinitio autem ſubſtantiarum naturalium non tantum formam, & materiam continet: aliter enim diffinitiones naturales & Mathe-

c ¶ IN HAC ſecunda parte capituli, quid ſit eſſentia in ſubſtātiis compoſitis declaraturus, quia a non toto inchoandum eſt, conclusionem hanc negatiuam ponit. Materia ſola nō eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ: quam duplici rone probat, Prima eſt talis. Illud quod eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt principium cognoſcendi illam: ſed materia ſola non eſt principium cognoſcendi illam, ergo materia ſola non eſt eſſentia ſubſtātiæ compoſitæ. Maior patet ex eo quod unumquodque ē per ſuam eſſentiam cognoſcitur quidditatiue, vnde omnes aliæ cognitiones oriuntur. Minor habetur ex 9. Meta. tex. com. 20. vbi dicitur, quod principium cognoſcendi eſt actus, & non potentia.

¶ Secunda ratio eſt. Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt id, quo res ponitur in genere & ſpecie: ſed materia ſola nō eſt id quo res ponitur in genere & ſpecie. ergo materia ſola, non eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ. Maior eſt euidens in ſuccedendo ſingulis. Sortes enim per ſuam naturam in ſpecie humana collocatur, ſimiliter in genere animalis, & ſic de aliis. Minor probatur: quia id, quo aliquid i ſpecie reponitur, oportet quod actuale ſit, eo quod eſt principium diſtinguendi ipſum ab aliis ſpeciebus, & collocandi ipſum in tali gradu vniuerſi, materia autem ſola actualitatem non includit.

Commentator 7. Meta. te. 11. & co. 34.

d ¶ HIC ponitur ſecunda concluſio negatiua talis. Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ non eſt ſola forma: quam vnica ratione probat ſic. Illud eſt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, quod per eius diffinitionem ſignificatur: ſed ſola forma per eius diffinitionē non ſignificatur. ergo ſola forma non eſt eſſentia ſubſtantiæ cōpoſitæ. Maior eſt de ſe nota. minor probatur; quia diffinitiones naturales per hoc differūt a Mathematicis, quia illæ ſignificāt ſolam formam, idest formam abſque materia ſenſibili naturales vero ſignificāt formam, & materiā ſenſibilem.

Sed ad hanc rōnem pōt dici, quod cū ſignificari per diffinitionem cōtingat dupliciter. Vno modo, ut pars rei diffinitæ: alio modo, vt ſubiectum rei diffinitæ, ſeu ut deferens rem diffinitam, per diffinitionem naturalē ſignificatur ſola forma ut res diffinita: & ideo quiditas eſt ſola forma, materia autem ſignificatur, vt quidditatem deferens.

Contra hanc reſponſionem ſubiungitur in litera talis ratio. Illud quod eſt proprium accidentibus, ex imperfectione ſuæ eſſentiæ non conuenit ſpecificis ſubſtantiis: ſed recipere in diffinitione aliquid extra eſſentiā ſuā, eſt proprium accidentibus ex imperfectione ſuæ eſſentiæ. ergo hoc non conuenit ſubſtantiis ſpecificis. Maior patet ex terminis, quod enim ē proprium alicui ex ſua imperfectione, non conuenit alteri habenti perfectionem oppoſitam illi imperfectioni. Minor habetur ex 7. Meta. tex. com. 14 15 & 16.

matice non differrent. Nec etiā poteſt dici, qđ materia in diffinitione ſubſtantiæ naturalis ponatur, ſicut additum eſſentiæ vel ens extra illam naturam, vel eſſentiam eius, quia hic modus proprius eſt accidētib. quę eſſentiam perfectā non habēt. vnde oportet, quod in diffinitione ſua ſubſtantiæ, vel ſubiectū recipiant, quod eſt extra genus eorū. patet ergo quod eſſentia cōprehēdit materiā & formā.

e Non etiam poteſt dici, quod eſſentia ſignificet relationē, quæ eſt inter materiam & formam vel aliquid ſuperadditum illis, quia hoc de neceſſitate eſſet accidens extraneum a re, nec per eam res cognoſceretur, quę oīa eſſentię conueniunt. Per formam enim quæ eſt actus materiæ, materia efficitur ens actu, & hoc aliquid, unde illud quod ſuperaduenit, nō dat eſſe actu ſimpliciter materiæ, ſed eſſe actu tale, ſicut accidentia faciūt. ut albedo facit actu albū. unde quando talis forma acquiritur, non dicitur generari ſimpliciter, ſed ſecundum quid.

Circa maiorem nota, quod licet formæ partis, puta aīæ, conueniat diffiniri per aliquid extra eſſentiam eius, ac per hoc illud videatur eſſe non proprium accidentibus ſed cōe eis & formæ partium: in rei tamen veritate proprium eſt accidentiū, eo quod diffinitio non eſt niſi entiū exiſtētiū in recta linea pđicamentali habentiū ſpeciē cōpletā cū diffinitio cōponatur ex genere, & dria, ſola aūt accidentia inter entia, & ſpeciem cōpleta, ſunt per additamentū diffinibilia: & ideo proprium accidentibus dixit eſſe tali modo diffiniri: unde & anima diffinitur per aliud extra eſſentiā ſuam pro quanto participat de accidentis natura eſſe in alio.

e ¶ HIC ponit tertia cōcluſio negatiua. Eſſentia ſubſtantiæ cōpoſitæ non eſt aliqua relatio inter materiam & formā, aut aliquid additum cōpoſito ex materia, & forma: quod probat ex duabus rōnib. Primo ſic. Oīs relatio media inter materiam & formam & ſimiliter oē additum compoſito ex materia & forma eſt accidens extraneū ſubſtātiæ: nulla eſſentia ſubſtantiæ cōpoſitæ eſt accidens extraneū. ergo. Minor eſt de ſe nota. Maior vero probatur. Oē adueniens enti ſimpliciter faciēs formaliter ens tale, eſt accidēs extraneæ naturæ a ſubſtātia: ſed oīs relatio media inter materiā & formā, & oē additū cōpoſito aduenìunt enti ſimpliciter, & faciunt ens tale, ergo oīa hmōi ſūt accidētia extraneæ naturæ a ſubſtātiis cōpoſitis. Huius proſyllogiſmi Minor declaratur primo ex eo quod forma ſubſtantialis adueniens materiæ facit eſſe ſimpliciter, & hoc aliquid, vt dr ſecundo de Anima te. com. 2. Declaratur ſecundo ex eo, quod generō terminata ad formā ſubſtātialem eſt generō ſimpliciter; terminata vero ad formā accidentalē, eſt generō ſm quid, ut dr 5. Phyſi tex. co. 7. Cum enim materia Sortis acquirit formam ſubſtantialē, tunc ſine additione dicitur Sortes fieri: acquiſita aūt forma ſubſtantiali, cum magnitudinem acquirit, non dicit Sortes fieri ſimpliciter, & ſine additione, ſed fieri magnus.

Secunda ratio eſt iſta. Nullum additum, ut relatio illa media, aut ut quomodolibet ſequens compoſitum ex materia & forma, eſt proprium principium a priori perfectæ notitiæ ſubſtantiæ compoſitæ: eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt proprium principium a priori completæ notitiæ eius. ergo &c.

Hic

f Relinquitur ergo, quod nomen Eſſentiæ in ſubſtantiis compoſitis ſignificat illud quod eſt ex materia, & forma compoſitum, & huic poſitioni ſonat uerbum Boetii, in commẽto prædicamentorum, ubi dicit, quod Ouſia ſignificat compoſitũ. Ouſia enim apud Græcos, B idem eſt, quod eſſentia apud nos, ut ipſemet in libro de Duabus naturis fatetur. Anicẽ. autem dicit, quod quidditas ſubſtantiarum compoſitarum eſt ipſa compoſitio formæ, & materiæ. Commentator autem dicit ſuper ſeptimo Metaphyſicæ, natura quam habent ſpecies in rebus generalibus, eſt aliquod medium, ideſt, compoſitum ex materia, & forma. Huic etiam ratio concordat, quia eſſe ſubſtantiæ cõpoſitæ non eſt tantum formæ, nec tantum materiæ, ſed ipſius compoſiti: eſſentia autem eſt ſecundum quam res dicitur eſſe. Vnde oportet ut eſſentia, qua res denominatur ens, non tantum ſit forma, nec tãtum materia, ſed utrumque, quamuis huiuſmodi eſſe, ſiue eſſẽtiæ ſola forma ſuo modo ſit cauſa. Sicut enim in aliis uidemus, quæ ex pluribus principiis conſtituuntur, quòd res denominantur ex altero illorum principiorum tantum, ſed ab eo quod utrumq; complectitur, ut patet in ſaporibus, quia ex actione calidi digerentis humidum cauſatur dulcedo: & quamuis hoc modo calor ſit cauſa dulcedinis, non tamẽ denominatur corpus dulce a calore, ſed a ſapore, qui calidum & humidum complectitur.

f ¶ HIC ponit quartã concluſio affirmatiua. Eſſentia in ſubſtã tijs compoſitis ſignificat compoſitum ex materia, & forma, quam per locum a diuiſione concludit ex authoritate Boetii, Auicennæ, & Commentatoris, ſeptimo Met. com. 27. & ratione tali probat. Id quo tanquam principio completo denominante, ſubſtantia compoſita eſt ens, eſt compoſitum: ſed eſſentia ipſius ſubſtãtiæ compoſitæ eſt id, quo tanquam principio completo denominante, ſubſtantiæ compoſitæ eſt ens. ergo eſſentia ipſius ſubſtantiæ compoſitæ eſt compoſita. Minor de ſe eſt clara. dicitur enim, & eſt Sortes ens propter ſuam eſſentiam, quam habet: Maior vero declaratur ſic. Quandocunque aliqua res ex pluribus principiis conſtituitur, non eſt talis ex altero eorũ, vt completo principio, ſed ex complectente vtrumque: ſed ſubſtantia compoſita eſt ens ex pluribus principiis conſtitutum, ſ. materia, & forma. ergo non ex altero tanquam completo principio, ſed complectente vtrũque eſt, & dicitur ens: ſed id quod complectitur vtrumque, eſt compoſitum. ergo id quo ſubſtantia compoſita tanquam completo principio denominante eſſe, oportet eſſe compoſitum: quod erat probandum. Maior huius proſyllogiſmi exemplariter in ſaporibus declaratur in litera tanquam ex notioribus: & declaratio eſt manifeſta per ſe: quod autem dicitur, quod ſola forma, & cauſa eſſendi, infra patebit.

C

QVAESTIO III.

CIRCA prædicta dubitatur, an materia ſit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatione tria faciam. Primo ponam opinionem Commentatoris: ſecũdo ponam opinionem S. Th. tertio reſpondebitur argumentis oppoſitis.

D Quo ad primum, Commentator 6. Met. com 21. & 34 opinatur materiam non eſſe partem quidditatis naturalis, ſed cadere in diffinitione rei naturalis, ut deferens illam quidditatem. adducit autem in 34. com. ad hoc rationem talem. Eſſentia rei eſt ſubſtantia declarans rẽ quidditatiue: materia non eſt ſubſtantia declarans quidditatem rei. ergo materia non pertinet ad eſſentiam rei. Minor colligitur ex primo phyſico. tex. com. 63. vbi dicitur, quod materia ſecundum ſe eſt ignota, & per conſequens alterius declaratiua non eſt. Ex com. vero 21. poteſt elici talis ratio ad hoc. Si quidditas hoĩs eſſet homo compoſitus ex materia & forma, tunc quidditas hoĩs haberet quidditatem, & ſic quidditatis eſſet quidditas. quod eſt falſum. Tenet conſequentia, quia quæcunque ſunt idem, quicquid habet vnum habet & reliquum. ſi ergo quidditas hoĩs, & homo compoſitus ſunt idem, cum homo compoſitus habeat quidditatẽ, ſequitur quod quidditas hominis habeat quidditatem. Hanc eandem poſitionem uidetur docere Ariſt. 7 Meta. tex. com. 34. expreſsè dicens materiam non eſſe partem quidditatis, & ſecundo Phyſ. tex. com. 28. partes diffinitionis in genere cauſæ E formalis collocans. Vnde & 10. Metaphyſicæ, tex. comment. 25. dicit quòd mas, & femina non variant ſpeciem, quia ſunt differentiæ materiales.

Idem etiam perſuaderi poteſt ex conſequentibus materiam. Materia enim eſt cauſa corruptionis, diſtinctionis ſuppoſiti a natura ſenſibilitatis, & ſimilium, quorum oppoſita conueniunt quidditatibus: ſunt enim eſſentiæ rerum ingenerabiles, incorruptibiles, inſenſibiles, & huiuſmodi. Hæc de primo.

Lectio 9. QVO ad ſecundum, S. Tho. 7. Metaph. ſup. tex. com. 33. & prima parte quæſt. 75. artic. 4. & hic, tenet materiam eſſe partem quidditatis ſubſtantiæ naturalis. Probat hanc concluſionem tribus rationibus, quarum duæ in litera poſitæ ſunt. Tertia vero eſt iſta. Quicquid de eſſentia omnium indiuiduorum contentorum ſub ſpecie vniuerſaliter conceptum, eſt de eſſentia ſpeciei. iſta eſt uera pro tanto: quia aliter eſſentia ſpecifica

A non prædicaret eſſentialiter totam eſſentiam indiuidui: ſed materia eſt de eſſentia omnium indiuiduorũ naturalium. ergo materia vniuerſaliter accepta, eſt de eſſentia ſpeciei, & ſic non cadit in ſpecie, vt deferens ipſam, ſed vt pars eſſentialis.

Ad primam rationem in litera factam dicunt aduerſarij, quod proprium eſt accidentibus diffiniri per additamentum alterius generis: & hoc non conuenit ſubſtantiis, ſed diffiniuntur ſubſtantiæ per additum ſui generis: materia enim eſt in eo genere, in quo eſt quidditas delata.

Contra. Ergo nulla eſt differentia inter diffinitionem formæ partis, & diffinitionem formæ totius, niſi forte ſecundum modum ſignificandi, cum vtraque per additum ſui generis diffiniatur: & ſic eadem erit diffinitio animæ & viui: & tunc ſicut nullum genus prædicamenti ſubſtantiæ ponitur in diffinitione animæ: ita nullum ponetur in diffinitione viui, & ſic de aliis: quod eſt C manifeſte falſum.

Confirmatur S. Tho. poſitio adhuc tripliciter, primo ſic. In omni obiecto quidditatiue ſumpto, cui conuenit aliqua paſſio adæquata, oportet inuenire intrinſece cauſam illius paſſionis: ſed corpus contrarietati ſubiectum quidditatiue ſumptum, eſt ſubiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum paſſionis adæquatæ. ergo in corpore contrarietati ſubiecto quidditatiue ſumpto, oportet intrinſece inuenire cauſam corruptibilitatis: & talis cauſa non eſt niſi materia. ergo &c. Maior eſt de ſe nota: quia paſſio fluit ab intrinſecis principiis quidditatis, aliter non conueniret ei ſecundum quod ipſa. Minor ex eo manifeſtatur, quod corruptibilitas primo concluditur de corpore contrarietati ſubiecto. Quod autem cauſa corruptibilitatis ſit materia, clarum eſt, apud Comment. maxime.

D Secundo ſic. Id quod eſt pars humanæ naturæ, eſt pars quidditatis humanæ, quia natura & quidditas ſunt idem: ſed materia eſt pars naturæ humanæ. ergo &c. probatur Minor ex eo, quod materia eſt natura, ſecundo Phyſi. tex. com. 21. Et ſi non eſt pars, oportet quod in Sorte ſint duæ naturæ non partiales, quia non ſunt partes alicuius naturæ, quod eſt impoſſibile. Tertio declaratur hanc fuiſſe mentem Ariſt. primo ex octauo Meta. tex. com. 15. & 16. ubi aſſignat cauſam, quare diffinitio cõpoſitorum eſt vna: quia ea actu & potẽtia natum eſt fieri vnũ. Quidditates autem ſimplices ſeipſis, inquit, habent vnitatem ſtatim, eo quod formæ tantum ſint: ex quibus habetur, quod ſi eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſſet ſola forma, non oporteret Ariſt. aſſignare cauſam propter quid ſit vna forma enim ſeipſa eſt vna: ſed quia eſt compoſita, ideo dixit quod unitatem habet, ex eo quod altera pars eſt actus, altera potentia. Similiter 9. Metaphy. texta vltimorum commentorum dicit, quod in quidditatibus compoſitorum accidit error, non autem in quidditatibus ſimplicium propter multitudinem partium, ex quib. ſunt compoſitæ illæ quidditates: vnde ex earum compoſitione error accidere poteſt, qui in ſimplicibus, cum careant partibus, locum non habet. ex quibus apparet ipſum opinari eſſentiam compoſiti eſſe compoſitam, & non ſimplicem: & quod quidditas ſubſtantiæ materialis differt a quidditate ſeparata ex eo, quod iſta eſt eſſentialiter ſimplex: illa uero eſt eſſentialiter compoſita. Hæc de ſecundo.

Primo phyſi. cap. 6. 9. metaphyſi. com. 17. ſ. c. 7.

T. c. 12.

QVO AD Tertium, dicẽdum eſt ad rõnes in oppoſitum. Ad quartum primum negatur Minor: licet enim materia ſm ſe, ideſt, ſolitarie ſumpta ſit ignota, adiuncta tamen & ſubſtrata tali formæ ſpecificæ ſiue genericæ, declaratiua eſt alterius.

Ad ſecundum negatur conſequentia: ad cuius probationem dicitur, quod Maior illa poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſic. Quæcunque ſunt idem realiter, quicquid realiter coniunctũ eſt vni, eſt & realiter coniunctum alteri, & ſic conceditur, ſed non eſt contra nos. Alio modo ſic. Quæcunque ſunt idem realiter, quicquid prædicatur de uno, prædicatur de altero, & hoc modo

modo eſt falſa. Aliquid enim conuenit vni, vt diſtincto ſecundum rationem ab altero, quod non conuenit alteri: ſicut in propoſito, habere quidditatem conuenit homini, vt diſtincto a ſua quidditate ſecundum rationem, diſtinguitur enim ab illa, vt habens ab habito. & quia ſic oportet diſtingui illam Maiorem in propoſito, id argumentum non procedit.

Ad id quod adſi[illegible] ex Ariſt. dicitur, quod ſeptimo Metaphyſicæ non remouet materiam a quidditate, ſed materiam particularem, & eas partes, quæ per accidens ſe habent ad ſpeciei intellectum, vt manus & pedes, verbi gratia, ab hominis ratione: & has carnes & hæc oſſa. Quod autem partes diffinitionis in

Te.c. 34. 37.

g Sed quia indiuiduationis principium eſt materia, ex hoc forte uidetur ſequi, quod eſſentia, quę cõplectitur in ſe ſimul, & formam, ſit tantum particularis & non uniuerſalis, ex quo ſequeretur uniuerſalia diffinitionem non habere, ſi eſſentia eſt id, quod per diffinitionem ſignificatur.

h Et ideo ſciendum eſt, quod materia nõ quomodolibet accepta ẽ principiũ indiuiduationis, ſed ſolum materia ſignata. Et dico materiã ſignatam, quæ ſub certis dimenſionibus conſideratur. Hæc autem materia in diffinitione hominis, in quantum homo, non ponitur, ſed poneretur in diffinitione Socratis, ſi Socrates diffinitionem haberet: G in diffinitione autem hominis ponitur materia non ſignata. Non enim in diffinitione hominis ponitur hoc os, & hęc caro, ſed os & caro abſolute, quę ſunt materia hominis non ſignata.

genere cauſæ formalis collocentur, non eſt contra id quod dicimus. Meminiſſe enim oportet, quod omne ſuperius ſe habet vt formale reſpectu inferioris, ut ibidem ab Ariſt. habetur. Maſculus quoque & fœmina etſi non differant ſpecie in genere animalis, ſicut album, & nigrum differunt tamen ſpecie in genere ſexus, cuius differentiæ ad genus animalis per accidens ſe habent, & ex parte materiæ: & propterea in illo genere non cauſant diuerſitatem ſpecificam.

Secdo phyſic. te.c. 27.

H Ad ultimam confirmationem de paſsionibus materię dr, quod illa ſequuntur materiam particulariter exiſtentem, & non ſequuntur materiam abſtractam a ſingularibus, quæ eſt pars quidditatis ſpecificæ, & ideo non oportet illa ineſſe quidditati, nec oportet materiam remoueri a quidditate propter hoc, cum illorum oppoſita quidditati inſint.

g ¶ IN HAC tertia parte huius capituli obijcit contra quartã concluſionem. Id, quod comprehendit in ſe materiam intrinſece, eſt particulare: eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ comprehẽdit in ſe materiam intrinſece. ergo eſſentia ſubſtantiæ eſt particularis. ergo non datur eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ uniuerſalis, quod eſt falſum. Et ulterius ſequitur, quod uniuerſalia naturalia non ſunt diffinibilia, quia rerum naturalium nõ niſi eſſentiæ ſunt diffinibiles, eo quod diffinitio ſignificat eſſentiam rei, eſſentię autem naturalium, ut deductum eſt, particulares ſunt. Maior probatur ſic. Quod habet in ſe actu intrinſece principium indiuiduationis, eſt particulare: habens intrinſece materiam, habet in ſe principium indiuiduationis, quia materia eſt principium indiuiduationis. ergo &c.

h ¶ HIC reſpõdet obiectioni, deſtruendo Maiorẽ cũ ſua probatione, dicens, quod materia dupliciter accipitur, ſignata, ſ. & non ſignata. ſignata eſt principium indiuiduationis, non ſignata ponitur pars eſſentiæ ſpecificæ. ſignata poneretur in diffinitione Socratis ſi diffiniretur: non ſignata ponitur in diffinitione uniuerſalium. unde & patet uniuerſalia diffiniri, & tamẽ materiam includere, ſed non ſignatam, quæ particularitatis eſt principium.

CIRCA Hanc partem dubitatur, an materia ſit principium indiuiduationis. In hac quæſtione ſunt ſex agenda. Primo declarabitur titulus; ſecundo ponetur opinio Scoti, tertio impugnabitur, quarto ponetur opinio S. Th. quinto arguetur contra illam, ſexto reſpondebitur argumentis in oppoſitum. K

Quo Ad primum nota, quod cum de principio indiuiduationis agitur, cum indiuiduum duo dicat ſ. indiſtinctum a ſe, & diſtinctum ab alijs, nihil aliud quæritur, niſi per quid primo natura ſpecifica reddatur incommunicabilis ita quod repugnet ſibi communicari pluribus, ut ſuperius inferioribus communicatur, atque per quid hoc indiuiduum primo diſtinguitur realiter ab alijs eiuſdem ſpeciei. Duo ergo quæruntur concurrentia ad indiuiduationem, ſ. quo, primo, natura ſpecifica redditur incommunicabilis: & quo, primo, realiter diſtinguatur ab alijs eiuſdem ſpeciei. Et aduertas bene ſingulas partes tituli, quas declarauimus, quoniam aliquos in hac parte errare inuenio. Agitur enim hic de incommunicabilitate, quæ opponitur communicationi reali, & non de incommunicabilitate, quæ opponitur communicationi formæ, hanc enim nullus dubitat primo conuenire materiæ. Et ſimiliter agitur hic de diſtinctione reali indiuiduorum ſub eadem ſpecie, quæ non eſt niſi inter entia realia & non de diſtinctione, qua Sortes uiuus, & Plato mortuus diſtinguuntur. Aduertendo, ſemper quod nõ loquimur nunc, niſi de indiuiduatione ſubſtantiarum materialium. Hæc de primo,

F QVO ad ſecundum. Scotus ſecundo ſent. diſt. 3. quæſt. 6. opinatur, quod natura ſpecifica indiuiduatur per quod iam poſitiuum per ſe contrahens illam, & faciens vnum cum illa: ita quod illud poſitiuum nec eſt materia, nec forma, nec compoſitum: ſed eſt modus omnium, ſeu ultima realitas materiæ, formæ, & compoſiti, eadem illis realiter: & ſic apud eum de principio indiuiduationis ponitur talis concluſio. Principium indiuiduationis non eſt materia, nec forma, nec quantitas: ſed proprietas indiuidualis, ſcilicet hecheitas.

His concluſionis probationes, quo ad tres primas partes, nunc omitto, poſt modum quantum ad propoſitum ſpectat adducendas.

Pro quarta arguitur ſic. Vnitas ſequitur entitatem, proportionaliter loquendo: eodem enim modo res eſt ens & vna. igitur unitas ſimpliciter uilo [illegible]. ſcilicet numeralis, ſeu indiuidualis ſequitur entitatem indiuidualem: ſed clarum eſt, quod entitas illa indiuidualis non eſt aliquod eorum, quæ ſunt actu in ſpecie, nec aliquod accidens, cum omnia accidentia ſint poſt. ergo eſt proprietas indiuidualis, indiuiduorum ſcilicet contentiua: & arguitur ſic. Illud ad quod primo ſequitur vnitas numeralis, eſt principium indiuiduationis: H proprietas illa, ſeu hecheitas eſt id, ad quod primo ſequitur vnitas numeralis. ergo hecheitas eſt principium indiuiduationis. Maior patet: quia unitas proportionaliter ſequitur ens. Minor probatur: quia unitas numeralis non ſequitur quidditatem, ut patet: nec ad aliquod accidens, cum præcedat totum genus accidentium.

Secundo ſic. Omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa, alio quin non eſſet ſtatus in differentibus: ſed indiuidua proprie differunt. ergo eorum differentia reducitur ad aliqua primo diuerſa: hæc non ſunt naturæ ipſorum, nec priuationes, nec accidentia aliqua. ergo ſunt hecheitates. Probatio huius vltimi aſſumpti quo ad tertiam partem: quia ſi differentia indiuiduorum reducitur ad aliquod accidens, maxime reducitur ad quantitatem: ſed hoc non. quod ſic patet. Quæratur enim per quid hæc quantitas, & illa quantitas differant: I non ſeipſis, ſic enim ſpecifice diſtinguerentur. ergo aliquo alio, puta ſitibus. Sed hoc non poteſt eſſe, quia aut diſtinguuntur ſitu, qui eſt ſpeciale prædicamentum: & hoc non, quia ille eſt poſterior quantitate: aut ſitu, qui eſt differentia quantitatis: & hoc non, quia quæratur per quid illi ſitus diſtinguuntur: aut ſeipſis, & hoc non poteſt dici, quia ſeipſis non ſunt hi: aut aliquo alio, & ſic in infinitum. Et propterea cum ſitus qui eſt differentia quantitatis, integretur ex continuatione & permanentia partium, idem eſt dicere. Hæc quantitas differt ab illa propter alium ſitum, & quod, Hæc quantitas differt ab illa quantitate ſeipſa.

Tertio ſic. Id quod ſe toto primo conſtituit aliquod ſingulare in ſua entitate ſingulari, & vnitate conſequente talem entitatem, et ſe toto primo repugnat diuiſioni oppoſitæ illi vnitati, K & conſequenter eſt principium indiuiduationis: ſed ſola proprietas indiuidualis, ſeu hecheitas eſt huiuſmodi. ergo &c. Maior patet ex terminis. Minor eodem modo probatur, vt ſupra. Hæc de ſecundo.

QVO ad tertium arguitur contra opinionem Sco. quadrupliciter: Primo ſic. Omnis actus ſingularis præexigit potentiam ſingularem, quam actuat: ſed hecheitas eſt actus ſingularis. ergo præexigit potentiam ſingularem, quam actuat: ſed illa potentia eſt natura, ſeu in natura ipſius indiuidui. ergo natura indiuidui eſt ſingularis ante aduentum hecheitatis: & ſic hecheitas non eſt principium indiuiduationis. Propoſitiones aſſumptæ omnes ſunt Scoti in hac materia, etiam minor: quæ tamen probatur ex doctrina Ariſtote. 2. Phyſi. tex. comm. 38. vbi docet comparationes cauſarum. vnde ſicut forma particularis præexigit materiam particularem, ſic actus potentiam. Si dicatur, quod hoc eſt uerum, vbi actus & potentia diſtinguuntur realiter, eo quod tunc potentia realiter recipit actum: hoc non obſtat, eo quod ſecundum Scot. quando aliqua duo adunantur realiter, eundem ordinem ex natura rei retinent, quẽ haberent ſi eſſent diſtincta realiter. cũ ergo actus ſingularis ſi diſtinctus eſſet realiter, ex natura ſua præexigeret potẽtiã ſingularẽ, oportet quod & nunc hoc idem exigat, cum ordo idem ſeruetur.

¶ Secundo

Secundo ſic. Illa quæ ſunt principia indiuiduationis, ſunt ſeipſis primo diuerſa: hecchetas Sortis, & Platon. non ſunt huiuſmodi. ergo. Maior eſt Scoti, Minor probatur. Id quod conuenit magis cum vno, quam cum alio, non eſt primo diuerſum ab eo, cum quo magis conuenit: ſed hecchetas Platonis magis conuenit cum hecchetate Sortis, quam cum hecchetate albedinis. ergo hecchetates Platonis, & Sortis non ſunt primo diuerſæ. Maior pro ſyllogiſmi patet ex terminis: primo enim diuerſum ab alio non conuenit cum illo. Minor probatur dupliciter, Primo, quia hecchetas Sortis, & Platonis conuenit in ſpecie: hecchetates Sortis, & albedinis differunt genere. Secundo, quia illa magis conueniunt quæ magis aſſimilantur, magis autem aſſimilantur quæ ſunt magis comparabilia: hecchetates autem Sortis, & Platonis ſunt comparabiles magis, quam hecchetates Sortis, & albedinis: ſicut vniuerſaliter res eiuſdem prædicamenti ſunt magis comparabiles, quam res diuerſorum prædicamentorum.

Tertio ſic. Quod conuenit vni, & repugnat alteri indiuiduo eiuſdem ſpeciei, præexigit neceſſario ipſorum diſtinctionem: proprietas indiuidualis, puta, Sorteitas conuenit Sorti, & repugnat Platoni eiuſdem ſpeciei indiuiduo. ergo proprietas indiuidualis præexigit diſtinctionem Sortis a Plat. & ſic proprietas indiuidualis non eſt id, quo primo Sortes diſtinguitur a Plat. Concluſio eſt falſa ſecundum Scot. proceſſus eſt bonus. ergo altera præmiſſarum eſt falſa: vtraque autem eſt ſua. ergo omnino falſus conuincitur. & Maior quidem habetur a Scoto in quolibet. q. 2. Minor autem eſt ſua concluſio, quam nunc impugnamus.

T.c.45. Quarto, oſtendo hanc poſitionem contradicere Peripateticis, Ariſt. & Com. Duodecimo enim Meta. tex. com. 45. fit hæc conſequentia, Primum cœlum. idest, primum principium, eſt vnum ſpecie, & plura numero. ergo habet materiam, quæ conſequentia nulla eſſet, ſi proprietas indiuidualis poneretur diſtinguere indiuidua eiuſdem ſpeciei.

Gloſam autem Sco. intelligentis per materiam indiuidualem proprietatem, deſtructiuam eſſe textus apparet ex Commentatore ibi dicente, Omne quod eſt vnum ſpecie, & plura in numero, habet materiam: ſed iam declaratum eſt, quod principium cœli non habet materiam. ex quibus verbis apparet, quod de illa materia loquitur, quam declarauit non eſſe in primo principio. Apparet autem in tex. com. 30. expreſſe declaraſſe motorem cœli non habere materiam ad vbi & ad eſſe, & nullam feciſſe mentionem de proprietate indiuiduali. Apparet quoque fictio illius gloſæ ex 3. Meta. tex. com. 10. ubi dicitur, quod omnis multitudo, aut eſt rerum differentium ſecundum formam, aut ſecundum quantitatem, quod idem habes in Commentatore in primo Phyſi. com. 6.

Nec admittenda eſt gloſ. Antonij Trombetæ, quòd intelligitur concomitanter. Eodem enim modo & vniformiter debet teneri, ly ſecundum, in primo membro, & in ſecundo: in primo autem notat cauſalitatem. ergo & in reliquo. Deprehendi quoque poteſt eſſe puram fictionem nouam hanc de hecchetatibus inuentionem, ex primo cœli tex. com. 92. & 93. vbi vnitatem, & pluralitatem indiuiduorum in eadem ſpecie, in rebus materialibus non niſi ex materia aſſignant Ariſt. & Com. Hæc de tertio. T. com. 92. & 93.

QVO ad quartum, opinio S. Tho. poſita ab eo hic, & in multis alijs locis, eſt quòd materia ſignata eſt principium indiuiduationis.

Circa hanc concluſionem aduertendum eſt, quod Thomiſtæ inter ſe differunt, & conueniunt. Conueniunt in hoc omnes, quod ad indiuiduationem duo concurrere debent, materia & quantitas: differunt autem, quia aliqui tenent quod aggregatum ex materia & quantitate ſit intrinſecum indiuiduationis principium, materia dante incommunicabilitatem, ſiue diſtinctionẽ a ſe, quantitate dante diſtinctionem ab alijs; & tale aggregatum dicunt eſſe materiam ſignatam. Alij vero longe melius ſentiunt dicentes, quod principium intrinſecum indiuiduationis, & quoad incommunicabilitatem, & quoad diſtinctionem ab alijs, eſt materia ſignata, non materia quanta, ſeu aggregatum ex materia, & quantitate. Et cum hoc, iudicio meo, ſit doctrina S. Tho. vera, ut oſtendetur, ideo hãc declarare uolumus, & tueri, declarando primo quid importet materia ſignata: ſecundo excludendo primam expoſitionem Thomiſtarum: tertio probando concluſionem intentam.

Materia ſignata nihil aliud eſt, quam materia capax huius quantitatis, ita quod non illius: hæc namque materia eſt pars intrinſeca Sortis de diffinitione eius, ſi diffiniretur. Imaginandum eſt enim quod agens particulare, puta hoc ſemen, continue appropriat materiam ad formã inducendam hoc modo, quod ſicut ſemen humanum appropriat materiam ad animam humanam: ita hoc ſemen ad hanc animã. vnde cum in primo inſtantis gñationis Sortis, quod eſt primum eſſe Sortis, & primum non eſſe formæ præcedentis, & accidentiũ primo ordine

A naturæ fiat particulare compoſitum: deinde naturali ordine ſequuntur omnia accidentia, in via noſtra, in illo priori ſecundum naturam, quo compoſitum particulare terminat per ſe primo generationem: materia quæ eſt pars intrinſeca eius, ſ. Sortis, ita eſt appropriata ipſi Sorti ab agente particulari, quod non eſt capax alterius quantitatis, quam eius quam Sortes ſibi determinat.

Omnium enim natura conſtantium determinata eſt ratio magnitudinis & augmẽti, vt dicitur ſecundo de anima ex com. 41. & talis materia vocatur materia ſignata. Nihil ergo addit materia ſignata ſupra materiam, niſi capacitatẽ huius quantitatis, ita quod non illius. Capacitas autem materiæ reſpectu huius quantitatis, nihil aliud eſt quam potentia receptiua huius quantitatis, ita quod non illius. potentia autem non receptiua nihil realiter diſtinctum in recto dicit, ſed addit aliquid reale diſtinctum ſecundum rationem tantum a materia. Sicut materia propria nihil addit ſupra materiam realiter diſtinctum ab Te.com.41.

B ipſa; dicit tamen aliquid reale in materia quod non explicat materia ſecundum ſe. Materia enim ſignata non eſt diffinibilis, niſi per hanc quantitatem, ſi diffiniretur: ſicut propria potentia non niſi per proprium actum diffinitur, vt dr tertio Phyſicorum, tex. com. 10. Materia autem ſecundum ſe hanc quantitatem in ſua diffinitione non exigit. vnde materia propria indiuidui, & materia aſſignata, & materia ſub certis dimenſionibus idem important. Te.com.30.

Et propterea S. Tho. non dixit materiã ſignatam, materiam cum certis dimenſionibus, ſed ſub certis dimenſionibus: & alibi dicit, quòd ſicut materia in ordine ad formas generales, puta formam totalem & partialem, diſtinguit generice corpora cæleſtia ab inferioribus: ita materia in ordine ad hanc, vel illam quantitatem diſtinguit numeraliter in rebus materialibus. Materia igitur ſignata nõ dicit aggregatũ ex materia & quantitate, ſed materiam in recto ſignificat, quantitatem vero in

C obliquo. ſicut potentia materiæ ſignificat materiam in recto, in obliquo uero actum quem reſpicit. eo quod non niſi per actum eſt diffinibilis: & ſic manifeſtum eſt quid importet materia ſignata.

Quod autem Thomiſtæ alii non conuenienter exponant ſic declaratur. Id eſt principium diſtinctiuum indiuidui a ſpecie, & ab altero indiuiduo eiuſdem ſpeciei: ſed materia non quanta, ſed ſic ſignata, modo præexpoſito eſt principium intrinſecum diſtinctiuum indiuidui a ſpecie: ergo non materia quanta, ſed materia ſignata eſt principium intrinſecum diſtinctiuum indiuidui ab altero eiuſdem ſpeciei indiuiduo. Minor ab eis conceditur, & eſt S. Th. expreſſe in tractatu, qui de principio indiuiduationis vocatur: qui ſecundum veritatem, & antiquum titulum vocatur de Potentiis cognoſcitiuis, ut habetur in Bibliotheca ſummi Pontificis, in qua ſola Tractatum illum completũ uidere eſt, n. truncatus ille qui communiter habetur. Maior uero non niſi uoce a proteruis negari poſſe uidetur: uniuerſaliter namque

D verum uidemus, quod quandocunque aliquod commune diuiditur in plures partes ſubiectiuas, per idẽ differunt inferiora inter ſe, & a ſuperiori: ſicut per idem homo differt ab animali, & a leone, ſ. differentiam propriam. vnde & Porphyrius tres actus differentiæ dat, diuidere ſuperius, conſtituere inferius, & diſtinguere conſtitutum a ſuperiori, & aliis comparibus. Probatur ergo hæc concluſio modo præexpoſito, ſ. Materia ſignata eſt intrinſecum indiuiduationis principium. Illud eſt intrinſecum principium indiuiduationis, cui primo repugnatur communicari pluribus per modum, quo uniuerſale communicatur particulari: ſed materia ſignata eſt id, cui primo repugnat cõicari ut uniuerſale particulari: ergo &c. Maior ab omnibus cõceditur. Minor uero probatur: ſed nota quod Minor duo includit in ſe, ſ. quod materiæ ſignatæ repugnat communicari pluribus: & quod primo ei repugnat. primũ horum ex ſe patet: materiam n. capacem huius quantitatis tantum, impoſſibile eſt c. de differẽtia.

E pluraficari. Secundum autem probatur. Illud competit primo materiæ ſignatæ, quod circumſcripto quocunque alio ſibi conuenit, & ipſa circũſcripta nulli alteri conuenit, ex primo poſteriorum: ſed non communicari pluribus, ut uniuerſale particularis circumſcripto quocunque alio exiſtẽte in ſubſtantia ſenſibili, cõuenit materiæ ſignatæ & ipſa circumſcripta nulli alteri conuenit. ergo non cõicari pluribus primo conuenit materiæ ſignatæ inter oĩa, quæ in ſubſtantia ſenſibili inueniuntur. Probatur Minor quo ad vtranque ſui partem: quo ad primam ſic. Id quod materia ſignata præciſe ſumpta ſibi uendicat, ita quod ſub eius oppoſito nõ eſt intelligibilis, conuenit ſibi circumſcripto quocunque alio. patet iſta ex terminis: ſed incommunicabilitas conuenit materiæ ſignatæ præciſe, vt ſic acceptæ, ita quod ſub eius oppoſito materia ſignata nõ eſt intelligibilis, nõ. n. poteſt intelligi materia propria indiuidui communicabilis. ergo incommunicabilitas conuenit materiæ ſignatæ circumſcripto quocunque alio. Secunda pars minoris patet exemplariter: quia circumſcripta Sortis materia ſignata, ſeu materia pro- Te.com.34.

pria,

pria, quod idem eſt, certum eſt quod non remanet hic, neque forma eius remanens hic, neque ipſa materia. ſi enim materiã propriam non habet, per quid ea it ordinem communem? Secundo probatur eadem concluſio ſic. Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora, & æque bene: ſed abſque quibuſque aliis ea materia ſignata ſufficienter ſaluatur indiuiduatio ſubſtantiæ compoſitæ ergo ſi ultra addatur quæcunque. Minor ex dicendis apparebit, ubi ſolutis aduerſariorum rationibus, ſtabilis ac firma remanebit poſitio noſtra. Et confirmatur, quia cum in ſubſtantia compoſita non ſint niſi materia, & forma, & compoſitum ex his, & accidentia quæcunque indiuiduantur, cidunt, nullam aliam intrinſecam cauſam habent, niſi aliquid horum, & ſic ad inueſtigandam indiuiduationis cauſam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertio eadem concluſio authoritatibus Ariſt. & Com. ſupra inductis, quas non opus eſt repetere; Apparet quidem apud eos euidenter omnẽ diſtinctionem aut ex formis, aut a quantitate oriri. Eſt igitur materia ſignata intrinſecum indiuiduationis principium, quo intrinſece licet particulariter, Sortes eſt hic. Dico autem particulariter, quia non arbitror materiam ſignatam eſſe ipſam indiuidualem proprietatem, ſeu differentiam: ſed potius differentiæ indiuidualis eſſentiale principium. Opinor. n. ꝙ proportio materiæ ſignatæ ad proprietatem, ſeu differentiã indiuidualem, ſit ſic ut proportio animæ humanæ ad differentiam hoĩs conſtitutiuã. Sicut enim anima intellectiua non eſt ipſa differentia, puta rõnale. ſed id unde ſumitur: ita materia ſignata non eſt ipſa differentia indiuidualis, ſed id unde ſumitur, & quod cauſat ipſam intrinſece. Et ſicut homo eſt homo, & per rationale tanquam per principium formale totale & per animam intellectiuam tanquam per principium partiale intrinſecum formale, a quo rationale mendicat & cauſatur: ita Sortes eſt hic per differentiam indiuidualem tanquam per totale quoddam denominãs, quod nihil aliud eſt, quam gradus indiuidualis, ſicut differentia ſpecifica eſt gradus ſpecificus, & per materiam ſignatam tanq̃ per priorem cauſam intrinſecã, a qua ipſa indiuidualis differentia mendicat. Vt ſic inter nos & Scot. in hoc ſit diuerſitas, ꝙ ipſi differentias indiuiduales abſque eſſentiali dependentia a materia ſignata multiplicant. nos autem ſicut animal contrahere neſciremus ad hominem & bouem ſine formis partium, a quibus differentię contrahentes animal cauſantur, ſic ſpeciem, puta hominem contrahere ad indiuiduum, non nouimus ſine materia ſignata, quæ eſt cauſa indiuidualium differentiarum, & conſequenter primo principium indiuiduationis intrinſecum. Moueor ad hoc dicendum, quoniam teneo Sortem ſubſtantialiter ſumptum, in recta linea prędicamentali ſub ſpecie. eſſe unum numero, non unitate de prædicamento quantitatis, ſed ſubſtantiali, quam neceſſe eſt antecedi, cum ſit eius paſſio ab indiuiduali gradu, quem ipſa indiuidualis differentia importat. Et hoc an ſit de mente D. Tho. non cenſeat quiſquã, priuſquam legerit ipſum & in compendio Theologię, c. 157. ubi vult Sortem eundem numero eſſe poſt reſurrectionem eius quantitate numerata: & in tractatu ſupradicto.

Cap. 156. Quo ad quintum arguitur contra concluſionem & dicta in ea a Scot. ubi ſupra. Primo ſic. Impoſſibile eſt aliquid pendens a poſteriori naturaliter, eſſe idẽ priori naturaliter, quia tũc eſſet prius, & non prius: ſed ſubſtantia eſt prior naturaliter quantitate: ergo nihil cauſatum a quantitate, ſiue qualitercunque præexigens naturam quantitatis poteſt eſſe idẽ ſubſtantiæ. non igitur ſignatio iſta a quantitate cauſata eſt eadem ſubſtantiæ. Probatio Maioris. Vbi eſt uera & realis idẽtitas, licet nõ ſit formalis, ibi impoſſibile eſt hoc eſſe, & illud nõ eſſe, quia ſũc idẽ realiter eſſet, & nõ eſſet: ſed poſſibile eſt prius naturaliter eſſe ſine poſteriori naturaliter. ergo multo magis abſque eo quod derelictum eſt, vel cauſatum a poſteriori naturaliter.

De princ. indiuid. natione & 4. 3. q.

¶ Præt. Id quod eſt neceſſaria conditio cauſæ in cauſando, non poteſt habere eſſe a cauſato: quia tunc cauſa, inquantum ſufficiens ad cauſandum, eſſet cauſata a cauſato, & illud cauſatum eſſet cauſa ſuipſius: ſed ſingularitas, ſiue ſignatio ſubſtantiæ eſt neceſſaria conditio in ſubſtãtia ad cauſandam quantitatem, quia cauſatum ſingulare requirit cauſam ſingularem. ergo impoſſibile eſt iſtam ſignationem, ſeu ſingularitatem eſſe a quantitate.

¶ Præt. Quęro, quid eſt quantitatem cauſare uel derelinquere talem modum, ſeu ſignificationem in ſubſtãtia. Si nihil ex hoc eſt, niſi quod præſuit quantitati, tunc nullo modo ſignatio eſt per quantitatem: quia tunc ſignatio ſubſtantiæ naturaliter præcedit ipſam quantitatem. Si autem aliquid aliud, quæro quomodo cauſetur a quantitate, & in quo genere cauſæ.

¶ Præt. Quare quãtitas potius relinquit talẽ modũ in ſubſtantia, q̃ qualitas, non vĩ ratio: quia ſicut qualitas ſeipſa informat ſuperficiem nihil relinquendo in ea, ita quantitas informat ſubſtantiam ſeipſa, & non per aliam formam derelictam.

¶ Præt. Quantitas iſta, quæ ad indiuiduationẽ concurrit, aut eſt quantitas terminata, aut interminata, non terminata, quia F illa ſequitur formam in materia, & per conſequens ſingularitatem ſubſtantiæ: quia ſicut ſubſtantia eſt cauſa eius, ut eſt terminata, ita hæc ſubſtantia eſt cauſa eius ut eſt hic terminata. Et confirmatur hoc, quia cum quantitas terminata varietur ſola rarefactione, idem indiuiduum erit multis ſingularitatibus idem: quod eſt impoſſibile. Si autem interminata. contra: illa manet eadem in genito, & corrupto.

Præt. Si quantitas concurrit ad indiuiduationem, ut primo diſtinguens, oportet quod in ſeipſa ſit primo diſtincta numeraliter ab alia: ſed tunc iſta propoſitio non eſt vera illa ſcilicet, Omnis differentia formalis eſt ſpecifica: quantitas enim hæc & illa cum ſint formæ, differrent ſpecifice. Quod ſi quantitatem excipias ab illa propoſitione fundamentali ac. ſicut ſumpſi vnde probabitur quod differentia formalis ſit ſpecifica? quæcunque enim ratio fuerit adducta de forma, habebit locum in G quantitate, cum quantitas forma ſit.

Præt. Tota latitudo prædicamenti ſubſtantiæ eſt prior cæteris prædicamentis. ergo cum indiuiduum ſubſtantiæ claudatur in illa latitudine, oportet quod ſit intrinſece completum abſque dependentia a quantitate, quæ eſt poſterior. Et confirmatur, quia nihil reponitur in aliquo genere per aliquid, quod ſit extra illud genus. Multa alia argumenta fiunt a Scoto & aliis: ſed quia concedunt materiam ſolam, uel quantitatem ſolam uel aggregatum ex materia, & quantitate non eſſe principium indiuiduationis, omiſi: nihil enim contra nos. Omiſi præterea quæ in ſpecie contra opinionem noſtram eſſent, breuitati ſtudens. Hæc de quinto.

QVO ad ſextum, reſpondendum eſt argumentis factis nunc; deinde aliis pro opinione contraria inductis.

Ad primum igitur iſtorum dicitur, quod falſa eſt Maior. Ad cuius euidentiam eſt notandum, quod proportio materiæ ſignatæ ad hanc quantitatem, eſt proportio potentiæ ad proprium actum: unde ſicut potentia materiæ eſt eadem realiter H ipſi materiæ, & tamen dependet a forma: ita potentia, ſeu capacitas materiæ reſpectu huius quantitatis, quæ uocatur eius ſignatio, dependet a quantitate, & tamen eſt eadem materia. Et quia potentia eſt prior, & poſterior, & naturaliter actu prior eſt in genere cauſæ materialis, poſterior in ordine cauſæ formalis, ideo ſignatio materiæ eſt prior quantitate in ordine cauſæ materialis, poſterior autem in ordine cauſæ formalis. unde utroque modo Maior eſt falſa tam ſi intelligatur de priori, & poſteriori ſecundum genus cauſæ materialis, quam ſi intelligatur de priori, & poſteriori in ordine cauſæ formalis. Aliquid enim dependens a forma eſt idem realiter materiæ, & aliquid dependens a materia eſt idem realiter formę, ut patet. Ad probationem primam qua dr. Quia tunc eſſet prius, & non prius: dico, ꝙ non eſt inconueniens in diuerſis generibus cauſarum. Ad aliam probationem, qua dicitur. Vbi eſt uera & realis identitas, &c. negatur ſecunda propoſitio aſſumpta. non enim omI ne prius poteſt eſſe ſine poſteriori, ut alias oſtendetur.

Ad ſcđm negatur Maior, cum cauſatum eſt cauſa ſuę cauſę in alio genere cauſę, ſicut in propoſito accidit. Materia. n. ſignata eſt cauſa quantitatis in genere cauſę materialis: quantitas eſt cauſa materię ſignatę in gñe cauſę formalis, ut actus potentię. Et. patet falſitas Maioris in exemplo ſupra poſito. Potentia. n. materię eſt neceſſaria conditio materię ad cauſandam formã, & tamen dependet a forma in genere cauſę formalis. Ad probationem dicitur, quod cauſa materialis ſecundum cauſalitatem ſuam dependet a ſuo effectu, ſ. forma, ſed non inquantum eſt effectus eius, ſed in eo ꝙ eſt cauſa materiæ. Cauſæ enim ſunt ſibi inuicẽ cauſę, ut dicitur 2. Phy. tex. com. 30. non ergo inconuenit cauſam in cauſando dependere a cauſato, non ut cauſato, ſed vt cauſa eſt ſecundum aliud genus. In 6. 5. q. 2. ſecundo.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ quantitatem cauſare tale ſignificatioK nem in materia, nihil aliud eſt quam materiam eſſe ab hoc agente factam capacem adeo huius quantitatis, ꝙ non illius. & ſic quantitas concurrit ad ſignationem materiæ vt actus, propter quem talis capacitas ſit: agens vero vt efficiens illa & talis ſignatio, ſeu capacitas præeſt ipſi quantitati in genere cãę materialis, & non põt ex hoc inferri. ergo non ſit per quantitatẽ, eo, ꝙ ſi. quantitate in genere cauſæ formalis, quæ ſicut & finis inter cauſas poſteriores meſſe numeratur.

¶ Ad quartum dicitur ꝙ non ſolum quantitas tali modo ſignat materiam, ſed etiam qualitates propriæ. Materia enim Sortis ita eſt capax harum qualitatum, ꝙ non aliarum, ſed quia ſola quantitas immediate recipitur in ſubſtantia, & ex ſola quantitate oritur radicaliter diſtinctio materialis ideo ad propoſitũ, materiam ſignatam, materiam ſub certis dimenſionibus, & nõ ſub certis qualitatibus dicimus.

¶ Ad quintum dicitur, quòd quantitas illa quæ ad indiuiduationem ut originalem non intrinſecum indiuiduationis principium concurrit, eſt quãtitas terminata. Nec obſtat, quod ſequitur formã, quia etiam forma ſequitur potentiã materię, a qua tamen cauſatur. & concedimus hanc ſubſtantiã eſſe cauſam materialem

A terialem huius quantitatis: ſed econuerſo in genere cauſæ formalis hanc quantitatē eſſe cauſam huius ſignationis materiæ, modo præexpoſito. Ad confirmationem Antonii Trombetæ dicitur, ꝙ quantitas terminata ad indiuiduationem concurrens, nō ſtat in indiuiſibili, ſed latitudinē habet. ſicut.n.quælibet ſpecies naturalis determinat ſibi quantitatem maximam & minimā infra quandam latitudinē: ita & quodlibet indiuiduū determinat ſibi hac q̄titatē infra tales limites, & nō indiuiſibili. vnde pōt fieri rarefactio ſine eius, vt indiuiduati: a ē, variatione. non.n.hīc accipitur quantitas terminata punctualiter, ſed cum certa latitudine.

Com. 10. Eſſentia. Generis ſpeciei & indiuidui diſtinguuntur abſolute, cō ſideratæ penes ſignatū & nō ſignatum.

Ad ſextū dr̄, concedendo cōſequentiam primam, ſed negando ꝙ ex hoc ſequatur falſitas illius propoſitionis fundamentalis firmiſſimi ædificii. Peccauit.n.arguens peccato maximo, non diſtinguēs inter differentiam formalem, & formarum. Omnis.n.differentia formalis eſt ſpecifica, non aūt omnis differentia formarū, vt dicit S.Tho. 2. contra Gentiles. c.81. alioquin forma huius ignis, & forma illius ignis diſtinguerentur ſpecifice, cum ſint formæ, & differant. vnde lineæ mathematica diuiſa in partes, habet duo indiuidua, quælibet enim pars lineæ eſt linea, & illa indiuidua ſunt formæ, & differunt, ſed non differentia formali. Appellatur autem differentia formalis illa, quæ eſt per principia quidditatiua. hæc.n. ſemper oritur a forma in eo ꝙ forma, qualis non eſt inter hanc lineam & illam, cum ſit eadē vtriuſque quidditas. verum arguentis error eſt valde puerilis, Sicut formæ, & differunt. ergo differunt formaliter. Eſt monachus; & eſt albus. ergo eſt monachus albus.

Ad ultimum negatur conſequentia. licet enim id quod eſt in prædicamēto ſubſtantiæ, ſit prius ſimpliciter quolibet alio prædicamento: tamen aliqua conditio, ſine qua indiuiduum, vt ſic, non eſt in prædicamento, poteſt eſſe poſterior in genere cauſæ formalis, & alterius prædicamenti, eo quod cauſa formalis eſt poſterior in eſſe.

D Ad confirmationem dicitur, ꝙ quodlibet prædicamentum completur per res ſui generis, ſi loquamur de his quæ ponuntur in prædicamentis, & de ratione reponendi ea in illis: non aūt ſi loquamur de conditione rei repoſitæ in prædicamento. Sortes.n.non eſt niſi ſubſtantia, & ratio ponens ipſum in prædicamento eſt ſubſtantia: conditio autem indiuiduationis, ſine qua non eſt ratio reponendi ipſum in prædicamento, non inconuenit quod coexigat aliquod accidens, puta quantitatem.

Ad primum vero eorum, quæ pro oppoſita concluſione adducta ſunt, dicitur quod Minor eſt falſa: ad materiam nanque ſignatam primo ſequitur vnitas numeralis.

Ad ſecundum dicitur, ꝙ differentia indiuiduorū reducitur ad quantitates: quantitates aūt differunt ſitibus ꝓpriis, q̄ ſunt differentiæ quantitatis. ſitus aūt non ſolum integratur ex illis duobus, ſ.permanentia, & continuatione partium, ſed ex his duobus cum tertio ordine, ſ. partium in toto, ut docet Alber. in Prædicamentis, c. de Quantitate. per hoc enim differt a Situ

E ſpeciali prædicamento, qui dicit ordinē partium in loco: vnde Situs in propoſito diſtinguuntur ſuis ordinibus partium in toto, qui ſunt de eorum ratione: ordines autem ſe ipſis In diffinitione.n.ordinis cadit diſtinctio: & ſic patet, quod nō eſt æquè dubium de his, ad quæ facimus reductionem, & de quantitatibus, & quod non oportet quantitates propter hoc diſtingui formaliter: talis.n.ordo partium in toto, ut materiale quid, eſt in ipſa quantitate quod in nulla alia forma inuenitur.

Ad tertiū Antonij Trombetæ dicitur, quod Minor eſt falſa: materia.n.ſignata, ut probatū eſt, eſt id cui prima repugnat diuidi, vt vniuerſale in particularia: rōne.n.repugnat eccleitati. — Cap. tertii.

C a p v t III.

a PAtet ergo, quòd eſſentia hominis & Socratis nō differunt, niſi ſecundum ſignatū, & non ſignatum. Vnde Com. dicit ſuper 8. Meta. quod Socrates non aliud eſt, quam animalitas & rationalitas, quæ ſunt quidditas eius. Sicut etiam eſſentia generis, & eſſentia ſpeciei, ſecundum ſignatum, & non ſignatū differunt, quamuis alius modus deſignationis ſit utrobique: quia deſignatio indiuidui reſpectu ſpeciei eſt per materiam determinatā dimenſionibus: deſignatio autem ſpeciei reſpectu generis, eſt per differentiam cōſtitutiuam, quæ ex forma rei ſequitur.

B b Hæc autē determinatio, uel deſignatio, quæ eſt in ſpecie reſpectu gñis, nō eſt ꝑ aliqđ in eſſentia ſpēi exiſtens, quod nullo modo in eſsētia generis ſit, immo quicquid eſt ſpē, eſt etiā in gñe, ut non determinatum. Si .n. animal non eſſet totum qđ eſt homo, ſed pars eius, nō prædicaretur de eo, cū nulla pars integralis prędicetur de ſuo toto.

a *Super Caput tertium.*

POſtquam determinatum eſt quid ſit eſſentia ſubſtantiarū cōpoſitarum in cōi, in hoc tertio capite intédens agere de differentia eſſentiarū compoſitarū inter ſe, cum eſſentiæ cōpoſitæ ſint tres, ſ. generica, ſpecifica, & indiuidualis, quinq; facit. Primo loquitur de differentia earum abſolute: ſecundo de-

A terminaturus de differentia earum, vt ſubſunt primis intentionibus, & illarum noībus, oſtendit quomodo eſſentia generica differat a ſpecifica: tertio genus, ſpes, differentia, diffinitio, qualiter inter ſe differant, declarat: quarto, excludit quandam dubitationem: quinto aſſignat differentiam inter eſſentiam ſpecificam, & indiuidualem.

Ad euidentiam dicendorum prænotandum eſt, quod de eſſentiis poſſumus tripliciter loqui. primo de eis abſolute, abſque habitudine ad primas, vel ſecundas intentiones: ſecundo de eis vt ſubſunt nominibus primæ intentionis: tertio, vt ſubſunt noībus ſecundę intentionis. v. g. De natura humana contingit loqui ſecundum ſe, ideſt, ſecundum ea quę conueniunt ſibi ratione ſui. cōtingit & loqui de ipſa, vt ſtat ſub hoc nomine, humanitas & hoc nomen, homo, & ſimilibus. contingit & tertio loqui de ipſa, ut ſtat ſub hoc nomine ſpeciei. S. Th. ergo in prima huius ca. parte loquitur de eſſentiis rerum primo modo: in toto vero reſiduo loquitur de eis ſecundo modo ſumptis. in ſequenti autem ca. de eis tertio mō acceptis ſermonem faciet. & hoc, ſi non vis decipi, in hoc cap. diligentiſſime notato. Ponit igitur aſſignando differentiā inter eſſentiam genericam, ſpecificam, & indiuidualem ſecūdum ſe ſumptas, hanc concluſionem Eſſentiæ prædictæ non differunt, niſi ſecundum ſignatum, & non ſignatum, hoc ſic declaratur. Animalis, hōis, & Sortis eſſentię proprie non differunt, niſi ꝑ hoc, quia in ratione animalis cadit ſubſtantia animata ſenſibilis abſque determinatione eius per rationale, in ratione autem hominis ponitur ſubſtantia animata ſenſibilis rōnalis, & ſic addit in ea deſignatio per differentiam: rō vero Sor. ponit ſubſtantiā animatam ſenſibilem rationalē in iſtis carnibus, & iſtis oſſib., & ſic in ea additur deſignatio materię, quæ nō ponebatur in ratione hōis. vnde abſolute loquēdo, & ſm ſuas rōnes proprias apparet has eſſentias non niſi ſignatū, & nō ſignatū differre. i. ſm explicitā incluſionē alterius deſignationis ſiue determinationis, & non implicitā incluſionē illius: licet talis deſignatio

D nō vniformiter ſit in natura ſpecifica, & in natura indiuidui. Determinatio.n. q̄ addit natura ſpecifica ſupra genericam, eſt formalis eſſentialiter, diuerſificans genus, vtpote a forma, in eo ꝙ forma ſumpta. Determinatio aūt q̄ natura indiuidualis ſupra ſpecificā addit, eſt materialis, non formaliter. ſed materialiter tm̄ diuerſitatē in ſpecie faciens, vtpote ſūpta a materialibus conditionibus rei. Ex his habes ꝙ hō & humanitas, animal & animalitas ſm ſe, i. naturas ſignificatas, nullo mō differunt. eadē omnino eſt rō naturæ ſignificatæ per hominē, & humanitatē, ita ꝙ nulla deſignatione differunt: ſed, ut poſt dicetur, differunt ut ſubſunt nominibus primæ intentionis. Quia uero diſtinctio per ſignatum & non ſignatum, non eſt diſtinctio realis, iō dicit com. 7. Met. com. 10 ꝙ Sortes ſubſtantialiter ſumptus, nil aliud eſt quam animalitas & rationalitas, quę ſunt quidditas eius: Sorteitas enim, quæ naturam Sortis nominat, eadem realiter eſt animalitati, & rationalitati. — Com. 10.

E b ¶ IN HAC ſecunda parte capituli determinatur, quō eſſentia generica differat a ſpecifica, ſm quod ambæ ſtant ſub nominibus primæ intentionis, puta, quō differant eſſentia hominis, & eſſentia animalis ſub his nominibus, homo, & animal: & intendit ꝙ eſſentia ſignificata per nomen genericum, puta animal, & eſſentia ſignificata per nomen ſpecificum, puta homo, non differunt per hoc, quod eſſentia ſignificata per nome ſpecificum includat aliquam determinationē, q̄ omnino ſit extra rē ſignificatā per nomē genericū, ſed ꝑ hoc, ꝙ eſſentia ꝑ ſpēi nnō ē ꝑportata, includit actu deſignationē ſpecificā, q̄ ſit ꝑ differentiā eius cōſtitutiuā: ſicut ho actu includit rōnale, ponitur nanque in eis diffinitione. Eſſentia uero nomine generico ſignificata, cōfuſe & īdeterminate importat deſignationē illā, ſicut aīal in potētia includit rōnale, ut dicit Porphyrius. vnde animal, & uniuerſaliter omnis eſſentia generico nomine importata ut ſic, totū includit qđ includit ſpēs, licet nō eodem mō. Et ꝓpterea ad poſitæ differētiæ declarationē ponit tale concluſionē, Genus dicit totū eſſe ſpēi, q̄ ſic probat. Oē prædicatū dicit totū eſſe eius, de quo prædicatur. genus ꝑdicatur de ipſa ſpē: ergo natura generica, puta aīal, dicit totū eſſe ſpēi. Maiorē probat ꝑ hoc, — In cap. de differentia.

quia nulla pars prædicatur de ſuo toto. Vbi aduertendũ eſt, ꝙ hic ſermo verus eſt de prædicatione in recto & directo, ſiue eſſentiali; ſiue denominatiua: & de parte, in eo ꝙ pars, & non de parte vt ſignificaẽ per modũ totius. pôt.n. pars vtrobique mô ſignificari, ſicut materia ſignificaẽ, vt pars rei, per ly materia, ſignificaẽ aũt vt totum, p ly materiale his.n. modificata cõdõnib. propoſitio illa,ſ. Nulla pars pdicatur de ſuo toto, nullã patiẽ inſtãtiã. Cũ.n. dico, Hõ eſt alb. ly alb. cõfundit in ſe totũ qđ eſt in hoie. & ſimiliter cũ dico, Homo eſt materialis, ly materialis cõprehẽdis in ſe implicite totũ qđ eſt hõ: & ſic cum dr̃, Homo eſt animal. ly animal, continet implicite totum quod homo, modo qui infra declarabitur: & ſic probandũ eſt, ꝙ eſſentia generico nomine importata includit deſignationem ſpecificam. Ex ſtra totũ.n. nihil eſt.

c ¶ QVONIAM declaratũ eſt, genus cõparari ad ſpẽm, non ut eius partẽ, ſed ut totũ, aperire intẽdit hoc, qñ res per genericũ nomẽ ſignificata, poſſit utroque mõ accipi, vt pars.ſ. & totum. & primo in corpore tanquam notiori, deinde in animali, dicẽs quod ex quo non põt eodẽ modo ſumpta res, eſſe pars rei & genus eiuſdẽ, ut oſtenſum eſt, ſcire debes, ꝙ hoc nomẽ, Corpus, accipitur dupliciter: eſt.n. æquiuocum ad corpus quod eſt res prædicamenti Subſtantie, & ad corpus quod eſt res prædicamenti Quãtitatis. Corpus ut ſignificat rem prædicamenti Subſtãtiæ, importat naturam, ea qua nata eſt fluere trina dimenſio. Corpus uero, vt ſignificat rem prædicamenti Quãtitatis, importat ipſam trinam dimenſionem.

[Marginal note:] ¹ Immediate ſupra.

c Hoc autem quomodo cõtingit videri poteſt, ſi inſpiciatur corpus ſm qđ ponitur pars animalis, & ſecũdũ quod ponitur genus. non enim poteſt dici eo modo eſſe genus, quo eſt pars integralis. Hoc igitur nomen, qđ eſt, Corpus, multipliciter accipi põt: corpus enim ſm qđ eſt in prædicamento ſubſtãtiæ, dr̃ ex eo ꝙ habet talẽ naturam, ut in eo deſignari poſſint tres dimenſiones: ipſæ autem tres dimẽſiones deſignatę, ſunt corpus, quod eſt in genere quantitatis. Contingit aũt in reb. quod hẽt unã perfectionẽ, ad ulteriorẽ perfectionẽ pertingat, ſicut patet in hoĩe q naturã ſenſitiuã hẽt, & ulterius intellectiuã. Similiter ẽt & ſuper hanc perfectionẽ, quę eſt hr̃e talẽ formã, & ut in ea poſſint tres dimenſiones deſignari, põt alia pfectio adiũgi, vt uita, uel aliquid hmõi. Põt ergo hoc nomẽ, corpus, rem quandam deſignare, quę habet talem formã, ex qua ſequiẽ in ipſa deſignabilitas triũ dimenſionum cum pciſione, ut.ſ. ex illa forma nulla ulterius perfectio ſequaẽ: ſed ſi aliquid aliud ſuperaddiẽ, ſit pter ſignificationem corporis ſic dicti. & hoc mõ corpus erit materialis & integralis pars animalis; quia ſic anima erit pter id quod ſignificatum eſt noĩe corporis, & ſuperueniens ipſi corpori, ita ꝙ ex ipſis duob.ſ. ex anima & corpore, ſicut ex partib. cõſtituitur animal. Poteſt etiã hoc nomen, corpus, hoc modo accipi, ut ſignificet rem quandam, quæ habet talem formam, ex qua poſſint in ea tres dimenſiones deſignari, quæcunque forma ſit illa, ſiue ex ea poſſit prouenire alia ulterior perfectio, ſiue non; & hoc modo corpus erit genus animalis, quia in animali nihil eſt accipere, quod in corpore implicite non contineaẽ. Non.n. anima eſt alia ab illa forma, per quam in re illa poterãt deſignari tres dimenſiones. Et

G iõ qñ dicebam, ꝙ corpus eſt qđ hẽt talem formam, ex qua pñt deſignari tres dimenſiones, in eo intelligebam quęcũque forma eſſet illa, ſiue anima eſſet, ſiue lapideitas, ſiue quæcunque alia forma, & ſic forma animalis implicite in corpore, ſiue in corporis forma continetur, pꝛout corpus eſt genus eius.

d Et etiam talis eſt animalis habitudo ad hominem. Si.n. animal nominaret tm̃ rem talem,

H quæ habet quandam perfectionem, ut poſſit ſentire & moueri per principiũ in ipſo exiſtens cum præciſione alterius perfectionis; tũc quæcũque alia perfectio ulterius ſuperueniret, haberet ſe ad animal per modum partis, & non ſicut implicite cõtenta in ratione animalis: & animal non eſſet genus, ſed eſt genus ſecundum quod ſignificat rem quandam, ex cuius forma poteſt prouenire ſenſus &

I motus, quæcunque ſit illa forma, ſiue ſit anima ſenſibilis tm̃, ſiue ſit anima ſenſibilis & rationalis ſimul.

e Si igitur genus ſignificat ĩdeterminate id totum quod eſt in ſpecie (non enim ſignificat tantum materiam) ſimiliter etiam differẽtia ſignificat id totũ, qđ eſt in ſpecie, & nõ tãtũ formã: & etiam diffinitio ſignificat totum, & etiam ſpecies, ſed diuerſimode: quia genus ſignificat totum, ut quædam

¶ Iterum, Corpus quod ſignificat rem prædicamenti Subſtantiæ, de quo nunc eſt ſermo, accipitur dupliciter. Vno modo, ut ſignificat naturam illam, ea qua nata eſt fluere trina dimenſio cum præciſione omnis ſubſtantialis perfectionis ulterioris. Alio modo ſignificat illammet naturam abſque præciſione ulterioris perfectionis ſubſtantialis. Cauſam huius, & ſimilium diſtinctionum aſſignat in litera, ex eo quod res habens aliquã aliam ulteriorẽ ſubſtantialem perfectionem: ſicut homo ex eo quod habet perfectionem ſenſitiuam, non excludit a ſe perfectionem intellectiuam: & ſimiliter corpus ex eo quod habet perfectionem corpoream, non excludit a ſe perfectionem vitalem, & ſic de aliis. Cum enim prior perfectio ſubſtantialis non excludat ſecundam, & tertiam, & manifeſtum ſit ẽt ꝙ nõ includit eas in actu, põt prior perfectio concipi & ſignificari & cũ pciſione, ſeu excluſione aliarũ, & cũ incluſiõe cõfuſa earũ, & e contra, ꝙ formaliter nõ includit alias, põt pciſe cõcipi & ſignificari: ea uero ꝙ cõiũctione cũ aliis nõ excludit,

F põt cũ aliarũ cõfuſa & potẽtiali incluſiõe cõcipi & ſignificari. vñ natura ſignificata p hoc nomẽ, Corpus, quia nõ formaliter includit pfectionẽ uitale, nec ſenſitiuã, nec intellectiuã põt cũ pciſione omniũ horũ cõcipi & ſignificari: & quia nõ excludit adunationẽ eſſentialẽ ſui cum illis, tñ põt abſque eorum præciſione cõcipi & ſignificari, ut confuſe & determinate includẽs omnia illa. Colligitur aũt ex textu triplex differẽtia inter hæc. Differũt.n. primo ĩ hoc quia corpꝰ primo mõ dicit corporeitatem ſolã, ex qua nata eſt fluere trina dimenſio, et nulla vlterior perfectio: corpus vero ſecũdo mõ dicit formã quamcũque, a qua ſit corpeitas, ex qua nata eſt fluere trina dimẽſio cũ quacunque alia pfectiõe. Sc̃do differũt, quia corpꝰ primo mõ eſt pars ſpẽi, eo ꝙ ſignatũ formale ſpeciei eſt pꝛter, & extra ſignificatum eius, ſicut anima rõnalis ẽ extra corporeitatẽ. Sunt enim in homine duo, perfectio,ſ. corporalis, quam pciſe acceptam patet nõ includere aliquo mõ intellectualitatẽ: & pfectio intellectualis, q̃ eſt altera pars; corpus uero ſecundo modo eſt totum reſpectu ſpẽi, eo quia perfectio, ſeu forma formaliter importata per ſpẽm ĩcluditur in ſignificato corporis ſic accepti. ſignificat.n. quãcũque formã, a qua ſit pfectio corporea: & ſic aĩa intellectiua includitur in ly, quacũq;. Tertio differũt, quia corpus primo mõ non eſt ĩ recta linea pdicamẽtali, ſicut nec quęcunque pars: corpus uero ſcđo mõ, eſt directe in pdicamento ſubſtantiæ, ſicut & qđlibet aliud genꝰ.

d ¶ DECLARAT hoc quoque in hoc genere, quod eſt animal. Põt.n. aĩal accipi, ut ſignificat formã, ex qua pciſe oriantur ſenſus & motus, quibus aĩal a non aĩali diſcernitur, ut dicitur 2.de Anima, tex.cõ.19. Põt ẽt accipi aĩal, ut dicit formã quãcunque, ex qua oriantur ſenſus & motus non præciſe: & ſic eſt genus. Primo aũt modo eſt pars ſpẽi: vnde hõ eſt cõpoſitus ex aĩali & intellectiuo principio tanq̃ ex ſuis partib. eſſentialibus, accipiendo aĩal primo modo: ſic.n. extra ſignificatum eius eſt intellectiua natura. aĩal vero ſecundo mõ eſt totũ reſpectu hominis implicite includẽs ſpecificas perfectiones. cũ.n. ſic dico, Aĩal, dico habens naturã ſenſitiuam indeterminate, relinquendo per q̃ formam habeat ſenſitiuam naturam, & ſic implicite includuntur oẽs formæ ſpecificæ. habetur.n. natura ſenſitiua non niſi per formam hoĩs, leonis, uel bouis &c. Ex his patet differentia inter eſſentiam genericam, & ſpecificam, ut ſubſunt nõibus generico & ſpecifico primæ intentionis: quia.ſ. differunt ſicut includens implicite, & includens explicite illamet.

e ¶ In hac tertia parte capituli, comparat genus, ſpeciem, differẽtiam, & diffinitionẽ inter ſe quo ad cõuenientiam & differentiam.

K

denominatio determinans id qd eſt materiale in re ſine determinatione propriæ formæ, vñ genus ſumitur a materia, quis nō ſit materia vñ patet ex hoc, ꝙ corpus dr̄ ex hoc, ꝙ hēt talē pfectionē vt poſſint in eo deſignari tres dimenſiones, q̄ quidem pfectio eſt vt materialis ſe hñs ad vlteriorem perfectionem. Dr̄ia uero econuerſo, eſt ſicut quędam determinatio a forma determinata ſumpta p̄ter hoc, quod de intellectu primo ſit materia determinata, vt patet cum dr̄, animatum. ſ. illud quod habet animam, non determinatur quid ſit, vtrum corpus, vel aliquid aliud, vnde dicit Auic. quod genus nō eſt in differentia ſicut pars eſſentię eius, ſed ſolū ſicut ens extra quidditatem, ſiue eſſentiam ſicut etiam ſubiectum eſt de intellectu paſſionum, & iō genus non p̄dicatur de differentia p ſe loquendo, vt dicit Ariſ. in tertio de Aīa, & quarto Topicorum, niſi forte ſicut ſubiectum prędicatur de paſſione. B Sed diffinitio, ſiue ſpecies cōprehendit utrunque. ſ. determinatam materiam, quam deſignat nomen generis, & determinatam formam, quam deſignat nomen differentię.

¶ Et ex hoc patet rō, quare gen', & ſpecies, & dr̄ia ſe habeant proportionaliter ad materiam, formam, & compoſitum in natura, quamuis non ſint idem cum

rentia. Cōuenire ait hæc omnia in hoc quod quodlibet eorum ſignificat totum quod eſt in ſpecie, quod ea prædictis immediate ſequitur. Si n. genus ſignificat totum, quia uere & proprie prædicatur de ſpecie, & continuit in ſe omnia ad quæ ſe extē dit pari rōne differentia cum vero & proprie prædicetur de ſpecie, & cō unde in ſe oīa ad quæ ſe extendit, vt prædicabile totū ſignificabit. Differentiam autem duplicem ponit inter ea. Differunt primo quo ad formalia ſignificata eorū, quia formale ſignificatum generis eſt perfectio materialis, formale autem ſignificatum differentię eſt perfectio formalis: formale uero ſignificatum ſpeciei ē aggregatū ex vtraque pfectione, non diſtinguendo eas: formale autem ſignificatum diffinitionis eſt ſimiliter aggregatum ex vtraque perfectione: ſed diuidens eo in ſingulas. v. g. formale ſignificatum animalis eſt natura ſenſitiua. quæ ſe habet ut materialis ad perfectionē intellectualem, quæ formaliter importatur per rōnale: & conſequente perfectio intellectualis ſe habet ut formalis. C Similiter formale ſignificatum hominis, & animalis rationale, eſt aggregatum ex natura ſenſitiua & intellectiua: ſed animal rationale ſeparatim explicat vtrunque, homo vero non.

Pro intellectu horum nota, quod ſignificatum formale hominis ad pſens eſt perfectio, ſeu forma determinate, & primo explicata p illud nomen. Materiale vero eſt illud qd ſub nominis ſignificatione cadit non primo: vnde conſiderato omni eo quod tam formaliter, q̄ materialiter importatur p genus, ſpēm differentiā, & diffinitionē, dicit quod idem ſignificant, & quod conueniunt: conſideratis autem formalibus eorum ſignificatis, dicimus, ꝙ differunt, & ꝙ non ſignificā idem. Sed ne uageris q̄rendo differentiam inter ſignificatum formale ſpēi, & diffinitionis, quis nulla eſt, ſed in mō tm̄ exprimendi idem formale ſignificatum differunt. ſpēs. n. indiſtincte, actu tn̄, explicat totum: diffinitio vero diuidit in ſingula, ut dicit. 1. Phy. te. com. 5. Genericū ergo nomen, puta animal, formaliter & determinate explicat materialem hoīs perfectionem. ſ. ſenſitiuam, & iō genus ſumitur a materia. 8. Met. tex. cō. 9. D Differentiæ vero nomen, puta, rōnale, formaliter & determinate explicat formalem rei pfectionem, iō dr̄ ibidem ſumi a forma. Et ſicut in formali ſignificato generis non cadit perfectio per dr̄iam importata, quia indeterminate in illo includitur, ita in formali conceptu differentiæ non cadit genus eadem rōne, quia. ſ. perfectio generica indeterminate cadit in noīe differentiæ Sic & .n. ex eo ꝙ aīal ſignificat habēs naturā ſenſitiuam, ſuo ſignificat, naturā ſenſitiuā formaliter & primo, & ꝙ hēt illā indeterminate: non n. explicat, an id ſit, hō, uel beſtie rōnale, ita eo ꝙ ſignificat habens rationalitatē, duo ſignificat. ſ. rōnalitatem formaliter & primo, & habens illā ſecundario & indeterminate. non .n. determinat quid ſit id habens, an hō, uel animal. & iō dicit Auic. ꝙ genus non eſt in differentia, ſicut pars eſſentiæ eius. i. ſicut pars ſui formalis ſignificati, ſed eſt extra formale ſignificatum eius ſicut ſubiectū eſt extra formale ſignificatum ſuæ paſſionis. Album enim puram qualitatem ſignificat, ut dicitur in prædicamentis. E Et licet genus non ſit de intellectu differentiæ tali modo ſcilicet, ut formaliter ſignificatum per illā, eſt tamen de intellectu eius alio modo, ut ſubiectum ſcilicet ut eſt de intellectu paſſionis. Dupliciter enim ut ſupra dictum eſt, aliquid cadit in ratione alicuius. Vno modo ut pars quidditatis: alio mō ut ſubiectū eius, quo ſubiectū intrat diffinitionem paſſionis, ut habes 7. Met. tex com. 19 & 17. dicit Ariſt. 3. Met. tex. com. 10. & 4 Topic. c. 3. ꝙ genus per ſe non p̄dicatur de differentia, niſi forte ſicut ſubiecta p̄dicat de paſſione. Ratio primi dicti eſt, quia genus in nullo modo dicēdi p ſe p̄dicatur de differentia, non quidem in quarto, quia differentia non explicat cām generis: nec in ſecundo, quia dr̄ia non ponitur in generis diffinitione: nec etiam in primo proprie, quia prædicata primi modi in recto, quæ proprie p̄dicantur, ſūt ea q̄ intrinſece in rōne cadunt, & non ea quæ per additamentum

5. Meta. c. 6.

Prædicamēto ſubſtātiæ.

A in ea ſunt. Homo. n. nō prædicatur proprie de riſibili in primo mō, quod patet ex eo ꝙ illa, Riſibile eſt hō, eſt per accidēs. vt dicitur 1. Poſte. c. 18. Rō ſecundi eſt, quia ſi genus eſt de intellectu dr̄iæ, ſicut ſubiectum eſt de intellectu paſſionis, conſequēs eſt ꝙ genus prædicetur de differentia, ſicut ſubiectum de paſſione. Quod dicit, Forte, non dubitātis eſt, ſed nō determinantis. conſueuit. n. apud ipſum res nō deciſa ſub dubia verborum forma poni.

Aduerte quod licet intellectu dr̄iæ cadat genus determinate, non ē tn̄ dr̄iæ. genus illud nō explicat determinate. rōnale. n. nō explicat animal cū rationalitate, ſed habens rōnalitatem, ſicut, & ī diffinitione riſibilis cadit homo. & tamē hoc nomen, riſibile, nō explicat hominē determinate: ſignificat enim habens riſibilitatem.

Vide Auic. 5. met. c. 5.

¶ CORROLARIE concluſ. ſecūdam differentiam inter genus, & ſpeciem, & differentiam: quia ſcilicet genus proportionaliter ſe habet ad materiam, quæ eſt pars compoſiti, & non ſignificat ipſam. C Differentia proportionaliter ſe habet ad formam, & non ſignificat ipſam. Species proportionaliter ſe habet ad compoſitum ex materia & forma, & ut ſic non ſignificat compoſitum ex materia & forma, ſed aliquid complectens genus & differentiam. In aſſignatione huius differentiæ ſecundum quodlibet membrum ponitur duæ particulæ, puta, in primo membro, prima particula eſt, quod genus proportionaliter ſe habet ad materiam: ſecunda vero eſt, quod genus non ſignificat materiam, ſimiliter in ſecundo & tertio mēbris. Prima particula omniū ſequitur ex ſupradictis. Si n. perfectio generica, quæ formaliter importatur per genus, eſt materialis reſpectu pfectionis differentialis, quæ formaliter importatur per differentiā, oportet ꝙ ſicut ſe hēt materia reſpectu formæ in cōpoſito naturali, puta, Sorte, ita generica reſpectu differentiæ in cōpoſito rōnali. ſ. ſpēi ut ſicut materia eſt potentialis, & perficitur ac ſpecificatur per formā, ſic generica perfectio eſt potētialis perfectibilis & ſpecificabilis per differentiā. Secōda uero particula, licet ſequatur ēt ex ſupradictis, quia ex D eo ꝙ genus, differentia & ſpēs ſignificant totū, ſequit immediate, ꝙ genus nō ſignificet materiā, qa materia nō eſt totū. & ꝙ differentia non ſignificet formā, qa forma nō eſt totū: & ꝙ ſpēs ut ſic, nō dicat cōpoſitū ex materia & forma, eo ꝙ partes eius ut ſic, nō ſunt materia & forma, ſed genus, & differētia. At tamē S. Th. pbat eā tali rōne. Materia & forma ſunt partes ſui totius, ſicut duæ res tertiæ rei: genus & differētia nō ſūt partes ſui totius. ſ. ſpēi, ut duę res tertiæ rei. ergo genus & differentia nō ſunt materia & forma ſpēi. Maior patet ex ſe, homo .n. eſt alia rēs a materia ſua, & alia a ſua forma. Nec eſt curæ modo, utrū ſit res diſtincta realiter, uel ſm rōnem ab illis duabus cōiunctis, ſuffi. n. n. nobis, ꝙ ſit tertia res realiter diſtincta a qualibet parte. Minor uero declaratur hoc modo. Si genus & differentia cōponerent ſpēm, ut duæ res tertiā tunc homo eſſet cōpoſitus ex animali & rōnali: hoc eſt falſum. ergo a deſtructione conſequentis, genus & differentia nō componunt ſpēm, ut duæ res tertiam, quod erat probandum. Conſequētia patet ex E ſe, falſitas uero conſequentis probatur ex eo, ꝙ nulla pars p̄dicatur de ſuo toto, ut ſupra dictū eſt. & habetur quarto Topi. ca 11. Animal autem prædicatur de homine, ſimiliter rōnale, dicimus enim quod homo eſt animal, & quod eſt rationalis.

Aduertendum eſt ꝙ S. Tho. in textu explanando Maiorem, exemplariter dicit, ꝙ homo dicitur eſſe ex anima & corpore, ſicut ex duabus rebus tertia res. Circa quæ uerba dubitatur, quomodo hoc ſit uerum, eius doctrinam ſuſtinendo. ponētis unicā formam ſubſtantialem in compoſito: quæcunque. n. ſunt idem realiter non conſtituunt aliqd, ut duæ res tertiam: perfectio autem corporea, & aīa ſunt idem realiter, ſi unica forma ponitur. quomodo ergo conſtituent hominem, ut duæ res tertiam?

Hic dubitationē, pp eius magnā difficultatē, diuerſi diuerſimode ſoluunt. Quidā dicunt qd' corpus & anima nō ſunt ſm rem partes hoīs, ſed ſecundum rationem tantum. licet enim

anima ſit vere pars, corpus autem ſecundū rem eſt totū dicit enim compoſitum ex materia & forma quæ eſt anima ideo non eſt cōpoſitus ex aia & corpore tanq̄ ex duabus partibus ſecūdum rem, ſed ſecundum rationem: ſed bene eſt compoſitus ex eis tanq̄ ex duabus rebus, eo modo quo totum & pars ſunt duæ res, vt tertia res ſecundum rationem diſtinctam ab altera, ſcilicet corpore, & ſecundum rem ab altera, ſ. anima.

Alii dicunt, & in idem redit, quod homo eſt compoſitū ex anima & corpore, ſicut ex cauſa formali, & eo cuius eſt cauſa formalis. Diuerſæ enim res ſunt ſecundum Auic. cauſa formalis, & id cuius eſt cauſa formalis: ſicut lucidum eſt compoſitum ex luce & lucido, vnde & iſti dicūt, quòd eſt compoſitus homo ex duabus rebus, ſcilicet ex toto, & ex parte, ſed non ex duabus partibus ſecundum rem.

illis, quia neq; genus eſt materia: ſed ſumit̃ a materia vt ſignificās totum: nec differentia eſt forma, ſed ſumit̃ a forma vt ſignificans totū. vñ dicimus hominē eſſe animal rōnale, & nō ex animali & rōnali, ſicut dicimus eū eſſe ex corpore & aīa. G Ex corpore. n. & anima dr̄ eſſe homo, ſicut ex duabus rebus quędam tertia res conſtituta, quæ neutra illarū eſt. homo. n. nec eſt anima, neq; corpus, ſed ſi homo aliquo modo ex animali & rationali dicatur eſſe, non erit ſicut res tertia ex duabus rebus, ſed ſicut intelle[ctus] tertius ex duob⁹ intellectibus. Intellectus. n. animalis eſt ſine determinatione formę ſpecialis naturam exprimens rei ex eo ꝙ eſt materiale reſpectu ultimę pfectionis. Intellectus autem huius differentiæ rationalis, conſiſtit in determinatione formę ſpecialis, ex quib. duobus intellectibus cōſtituitur intellectus ſpeciei, uel diffinitionis. & ideo ſicut res cōſtituta ex aliquibus, non recipit pręedicationem earum rerum, ex quibus cōſtituitur, ita nec intellectus recipitur prędicationem eorum intellectuum ex quibus conſtituitur. Non enim dicimus, quod diffinitio ſit genus, uel differentia.

H Alii dicunt, ꝙ locutio illa eſt intelligēda per ſynecdochen, Homo eſt compoſitus ex anima & corpore ratione ſuæ partis, ſ. materiæ. Mihi autem pro nunc vr̄ dicendum, ꝙ homo eſt compoſitus ex anima & corpore non ſolum tanquam ex duabus rebus tertia res, ſed tanquam ex duabus partibus ſecūdum rem totum, accipiendo corpus non vt eſt genus, ſed vt ſignificat partem: & accipiendo animam præciſe, vt diffinitur ſecundo de Anima. Significat autē corpus ſic acceptū, compoſitū ex materia & perfectione corporea præciſe: anima vero perfectione vitalē præciſe. Probatur intentū ſic. Corpus differt realiter ab anima, & non ut totū a parte ergo ut pars a parte. probatur media: quia totum confuſe ſaltē includit partem corpus autē ſic acceptū excludit animam: vnde in diffinit one animæ ponitur corpus, vt ſubiectū deferens animā, ut ibi dicit S. Tho. Prima propoſitio eſt ex ſe euidens, & ab omnibus conceſſa. Conſequentia autē ex ſufficienti diuiſione robur trahit. Oportet. n. uel ut totū a parte, vel ut pars a parte, corpus realiter differre ab anima: ſi realiter differunt, homo igitur eſt cōpoſitus ex corpore & aīa tanq̄ ex partibus realiter diſtinctis, qđ erat intentū. Et aduerte ꝙ corpus pars, cum importat corporeitatē præciſe extra ipſum. eſt identitas pfectionis corporeæ ad animā, ſeu perfectionē vitalē accidit. n. accidente extraneo corpori præciſe, ꝙ eius perfectio ſit idē cū anima per ſe. n. præſcindit animam: & ideo per ſe loquendo, ſubtiliter dictū eſt, hominē cōponi realiter ex aīa & corpore. V. de ſecundum hoc ad obiectionem deductā dic. ꝙ licet perfectio corporea ſeu forma corporeitatis ſit eadē realiter aīæ, corpus tñ alius eſt realiter ab anima, & ipſa perfectio corporea, per ſe loquēdo, non eſt eadē realiter ipſi animæ, immo ipſam excludit præciſe accepta: & ideo corpus & animā cū præciſione, per ſe loquendo, realiter partes ipſius hominis concedit eſſe, & hinc rñſiont ſatiſ ſūt uerba text. ubi aſſignatur pro cauſa dicti, præciſio animæ a ſignificato corporis. Quod dicimus de corpore & aīa reſpectu animalis, dicere poterimus de animali & aīa intellectiua, reſpectu hominis de corpore & forma lapidis, reſpectu lapidis, & ſic de aliis, ſemꝑ accipiendo terminos præciſe pro partibus, li-

K cet nō cōſuetū ſit dici inanimata cōponi ex corpore & forma ſpecifica, ſicut animata ex aīa & corpore. ꝑꝑ latētē differentiā inter corporeitatē & formā inanimatorum, & ēt q. a forma animatorū eleuat cōpoſitū ad hoc, ꝙ moueat ſeipſum, oportuit in ipſo diſtinguere partē mouentem, & partē motam, animam. ſ. & corpus: quod non inuenitur in formis inanimatorū.

Aduerte ſecundo, ꝙ S. Tho. ad clarificandū minorem dicit, ꝙ homo nō eſt ex animali & rationali, ſicut ex duabus rebus tertia res, ſed ſicut intellectus tertius ex duobus intellectibus, vbi ſciendū ꝙ genus, ſpecies, & differētia poſſunt accipi tripliciter. Primo modo, ꝑ re ſignificata ꝑ nomē genericū, ſpecificū, & differētiale primę intētionis. Scđo modo, ꝑ cōceptu formali taliū nominū. Tertio modo, pro re ſignificata ꝑ eorū nomina ſecundę intentionis. v. g. Animal, homo, & rationale poſſunt accipi primo, pro re ſignificata ꝑ hæc nomina: ſecundo, ꝑ conceptibus eorū formalibus: tertio, pro relationibus generis, ſpeciei, & differētię. Primo mō nec ſpecies, nec diffinitio eſt cōpoſita ex genere & differentia, eo ꝙ res ſignificata ꝑ ſpeciē &

F diffinitionem eſt eadem realiter, cum re ſignificata per genus, & differentiam: idem. n. non componitur ex ſeipſo. Tertio mō ſimiliter nec ſpecies, nec diffinitio eſt compoſita ex genere & differentia, eo ꝙ relatio ſpeciei: relatiuæ apponitur relationi generis, vt dr̄ a Porphyrio. Nullum autē correlatiuū componitur ex ſuo correlatiuo, & vniuerſaliter non apparet, quo relatio poſſit componi ex aliis relationib⁹. vnde ſicut relatio, q̄ ſignificat hoc nomē, Propoſitio, non eſt compoſita ex relatione prędicati ad ſubiectū: ſed eſt relatio attributa ab intellectu ipſi complexo ex prędicato, & ſubiecto: ita relatio diffinitionis eſt relatio attributa tali formato cōceptui in prima operatione intellectus, explicanti diſtincte genus & differentiam.

Secundo vero mō tam ſpecies, quam diffinitio, eſt compoſita ex genere & differentia: conceptus. n. formalis ſpeciei integratur ex conceptu formali generis, & conceptu formali differentiæ, H tanquam ex duabus partibus v. g. Conceptus formalis hoīs, eſt aggregatum quid ex conceptu formali animalis, & conceptu formali rationalis. Quod ex ſupradictis ſic deducitur: ex eo. n. ꝙ diximus genus, & differentiam, & ſpeciem differre in ſignificato formali liquet, quod cōceptus formalis animalis eſt conceptus perfectionis ſenſitiuæ, & conceptus formalis rationalis eſt conceptus perfectionis intellectiuæ, & conceptus formalis hoīs eſt conceptus vtranque perfectionem complectens ex illis, tanquam conceptus tertius illorum adunatione formatus; & ſic homo eſt ex animali & rationali, tanquam intellectus tertius ex duobus intellectibus idest tanquam conceptus tertius ex duob. conceptibus, & non tanquam res ex duabus rebus. & quia nulla pars ut pars prædicatur in recto de ſuo toto, ideo intellectus, ſiue conceptus formalis animalis, non prędicatur in recto de intellectu, i. conceptu formali hoīs. Iſta. n. eſt falſa. conceptus formalis hoīs eſt conceptus formalis animalis: quia conceptus formalis hoīs aggregat totum ex intellectiua, I & ſenſitiua perfectionis coniunctum: conceptus vero formalis animalis, non niſi partem perfectionē ſcoſitiuam dicit, licet vt ſupradictum eſt, ſm̄ cōceptum ſeu ſignificatum materiale, & formale, ſimul totum dicat. homo ergo ſm̄ ſuum formalem intellectum, ſeu conceptū acceptus non eſt animal neque rationale, ſed ex animali & rationali. Et ſicut dictum eſt de homine, qui eſt ſpecies: ita dicito de aīali, quod eſt diffinitio. Animal enim rationale ſecundum ſuum formalem conceptum, non eſt animal, neque rationale, ſed ex animali & rationali, differt, námque formalis cōceptus animalis rationalis a conceptu formali animalis, & a conceptu rationalis, ſicut totum a partibus.

Hoc autē quod dictum eſt, conceptum formalem. ſ. ſpēi & diffinitionis componi ex conceptibus formalibus generis, & differentię, poteſt dupliciter intelligi. uno modo de conceptu mentali: alio modo de conceptu obiectali formaliter ſumpto. Si primo modo adhuc dupliciter intelligi poteſt. Vno modo de conceptu mentali ſm̄ eſſe ſubiectiuum, ſeu ſm̄ id quod eſt: K Alio modo de illo ſm̄ eſſe repræſentatiuum. conceptus mentalis ſpeciei, ſm̄ id quod eſt, non eſt compoſitus ex conceptibus mentalibus generis & differētiæ, ſm̄ id quod ſunt, eo quod omnes ſunt qualitates ſimplices, nec poſſunt diſtingui in plures partes componentes. Non .n. eſt imaginandum, cum intellect⁹ format conceptum diffinitionis hoīs. ſ. animal rationale, quod formet plures conceptus, ſed unum tantū, qui eſt quędam ſimplex qualitas, diſtincte ſingula repræſentantem, ſicut & in re extra, res diffinita eſt habens rem gnīs & differentię abſque cōpoſitione reali, vñ hoc primo modo dictum noſtrum non eſt uerum. conceptus uero mentalis ſpēi ſm̄ eſſe repræſentatiuum formaliter acceptus, eſt compoſitus ex conceptibus mentalib. generis & differentiæ ſm̄ eſſe repræſentatiuum formaliter acceptis, ſicut idolum repræſentans totum ex idolis partium. Homo. n. in mente repręſentat aggregatum ex pfectione ſenſitiua & intellectiua, aīal uero in mente formaliter non repræſentat niſi perfectionem ſenſitiuā, rōnale autem non niſi intellectiuā unde hoc modo uerificatur dictum noſtrum. Conceptus autē obiectalis ſpeciei formaliter ſumptus, cum nihil aliud ſit, quā ſigni-

A ſignificatũ formale cõceptus mẽtalis eiuſdẽ, eſt cõpoſitus ſm rõnem ex cõceptib. obiectalib. generis & differentiæ formaliter acceptis: ſicut ſignificatũ formale ſpẽi eſt cõpoſitũ ſm rõnẽ ea ſignificatis formalib. gñis & dr̃iæ, vt ſupra oſtenſum eſt. Vñ hõ acceptus vt eſt obiectus conceptui mentali ſuo. ſ. ſpecifico

g Quamuis aũt genus ſignificat totam eſſentiam ſpẽi, non tamẽ oportet ut diuerſarum ſpẽrum, quarum eſt idẽ genus, ſit una eſſentia: quia unitas generis ex ipſa indeterminatione, uel indifferẽtia procedit: non aũt ita quod id qđ ſignificatur per genus, ſit una natura numero in diuerſis ſpẽb. cui ſuperueniat res alia, quę ſit differentia determinans ipſum: ſicut forma determinat materiã, quæ eſt una numero, ſed quia genus ſignificat quandam formã, tamen non determinate hanc uel illam, quã determinate differẽtia exprimit, q̃ nõ eſt alia q̃ illa, q̃ indeterminate ſignificabať ꝑ genus. & iõ dicit Com. in 11. Met. ꝙ materia prima dr̃ una ꝑ remotionẽ oĩum formarũ: ſed genus dr̃ unum ꝑ communitatẽ formę ſignatæ: unde patet ꝙ ꝑ additionẽ dr̃iæ remota illa indeterminatione, quæ erat cã unitatis generis, B remanent ſpecies diuerſę per eſſentiam.

h Et quia ut dictum eſt, natura ſpeciei eſt indeterminata reſpectu indiuidui, ſicut natura generis reſpectu ſpeciei, inde eſt quod ſicut id, quod

non eſt animal, neque rõnale, ſed ex aiali & rõnali, accipiendo ẽt animal & rõnale, ſm ꝙ obiecta ſunt ſuis mentalib. conceptionib. ut oñdit talitas huius ꝑpoſitionis. Obiectũ formale ſpecificũ eſt obiectũ formale genericũ, ſiue differẽtiale: dicit. n. hõ vt ſic, aggregatũ ex perfectione ſenſitiua & intellectiua; animal vero vt ſic. non niſi vnam partẽ aggregati. ſ. ſenſitiuam naturã: & rationale vt ſic, nõ niſi alterã partẽ ſ. intellectiuã perfectionẽ. Manifeſtum eſt autem ꝙ aggregatum non eſt aliquod aggregatorum: unde & hoc modo dictum noſtrum veritatem cõtinet, & eſt maxime ad propoſitum. Et ſic animal quo ad rem importatam nec eſt pars, nec totum reſpectu hois & aialis rõnalis: quo ad ſignificatum vero materiale & formale ſimul eſt totum: quo ad ſignificatum formale aũt eſt pars iam C obiectaliter, quam repræſentatiue ſumptum. Vnde cum dico, Homo eſt animal rationale, ſi res ipſa ſolum attẽdatur, nec partis, nec totius rõ ſaluabitur. ſi vero res ipſa ſic ſignificata. ſ. implicite includens inferiora inſpiciatur, totius rationem habet. ſi autem res ipſa ſic ſignificata attendatur ſecundum id, quod explicite includit ut ſic, partis rationem ſortitur. propter quod animal ponitur in diffinitione hominis, ut res; res enim de re prædicatur ut totum, quia prædicatur in recto, & ut pars, quia additur differentia, quæ aliud explicat &c.

Quod ſupra dicimus de ſpẽ, dicito de diffinitiõe, ſeruato ſp eo qđ dr̃ 1 Phyſ. tex. com. 5. ſ. ꝙ diffinitio diuidit in ſingula. nõ aũt ſpẽs. Ne fallaris, noſtra dicta in hac materia legens, & ſupra tũ ſupra per conceptum formalem, conceptum mentalem diſtinctum contra obiectalem accepimus: in hac materia uero per intellectum, ſeu conceptum formalẽ, tam mentalẽ conceptum q̃ obiectalem formaliter ſumptum intelligi uolumus.

D g ¶ In hac quarta parte capituli huius intendit excludere talẽ obiectionẽ. n. Quæcũque hñt unum genus, hñt unã eſſentiã: diuerſæ ſpẽs habent unum genus. ergo diuerſæ ſpecies habẽt unã eſſentiã: qđ eſt falſum, quia ſpecies differunt eſſentialiter. Maior probatur ex eo, ꝙ genus ſm prędicta dicit totam eſſentiam ſpecierum. Et licet iſta obiectio faciliter ſolui poſſet dicẽdo, ꝙ ſpecies habent eandem eſſentiam generice, non tamen ſpecifice: quia iſi argumentum altiorem difficultatem petit, ex altiori principio reſpondere oportuit. Inducta eſt. n. hæc obiectio ad concludendum, diuerſas ſpecies habere eandem eſſentiam ſimpliciter, & non generice, ut patet ex medio aſſumpto, ſic arguendo. Ea, quorum tota eſſentia eſt una, habent eandem eſſentiam ſimpliciter: diuerſarum ſpecierum eiuſdem generis tota eſſentia eſt una. ergo diuerſæ ſpecies eiuſdem generis habent eandem eſſentiam ſimpliciter. Minor patet ex eo, quod genus dicit totam eſſentiam ſpecierum, & eſt unum in eis.

E Ad huius obiectiõis excluſionẽ declarat q̃o genus ẽ unũ, & innuit talẽ diſtinctionem. Aliq̃d ſignificat unũ dupliciter, uno mõ per poſitionẽ unius determinatæ rei ſignificatæ: alio mõ ꝑ indr̃iam, ſeu indeterminationem pluriũ rerũ importatarũ. Primo mõ genus non ſignificat unũ, ſed ſcđo mõ. Illud. n. primo modo ſignificat unum, cuius ſignificatum ſm ſe acceptum eſt una aliqua natura & determinata; ſicut homo ſignificat humanitatem, quæ eſt certa & determinata natura. ſ. humana. Illud aũt qđ ſignificat unum ſcđo modo hẽt ſignificatum, non aliq̃ determinatam naturam, ſed plures naturas indeterminate: ſicut aial ſignificans perfectionem, ſeu naturam ſenſitiuam, non ſignificat aliq̃ certam & determinatam naturam ſiue formam. Nulla. n. eſt in uniuerſo forma, quæ ſit aĩa ſenſitiua, ſed quælibet ẽ uel bouina, uel leonina, uel humana &c. unde dicitur 7. Phy. tex. com. 31. ꝙ iuxta genus latet multa. & 10. Meta. tex. com. 24. ꝙ natura generis diuerſa eſt in ſpeciebus. & primo de Anima. tex. com. ꝙ ratio animalis ſm unumquodque animal eſt altera. Eſt igitur genus unum ſcđo modo: unde ad formam rõnis dr̃ ſm ꝓmiſſam diſtinctionem, ꝙ quorũ eſt tota eſſentia una primo mõ, eorũ eſt eſſentia eadẽ ſimpliciter: non aũt quorũ tota eſſẽtia eſt vna ſecundo mõ, ſicut eſt in propoſito: ſpẽrũ. n. totã eſſentiã nõ adunat genus, niſi unitate indeterminationis.

Aduertendum aũt eſt in litera appoſitã fuiſſe dr̃iam inter vnitatem generis, & vnitatẽ materiæ primæ, ad maiorem ꝓdictorum euidentiam, q̃ ẽt differentiã ponit Com. 12. Meta. Cõ. 14. vbi nota ꝙ de materia cõtingit loqui dupliciter. Vno mõ, vt eſt quoddam totũ uniuerſale reſpiciens hanc materiã vel illam, vt partes ſubiectiuas, & ſic de ipſa mõ non eſt ſermo: idem. n. eſt iudicium de eius vnitate, & de unitate cuiuſque uniuerſalis. Alio modo contingit loqui de ea ſolitarie ſumpta ſm ſe, non prout eſt uniuerſalis, aut particularis, neque prout eſt in hac ſpẽ, uel illa. & ſic de ea loquitur Com ibi, & S. Tho. hic. Differũt ergo vnitas materiæ ſic accepta, & unitas generis in hoc, ꝙ vnitas materiæ eſt vnitas numeralis fundata ſuper determinatam rem: vnitas vero generica eſt unitas non numeralis, ſed indeterminationis fundata ſupra diuerſas naturas indeterminate. Cum autem audis vnitatẽ materiæ primæ eſſe vnitatem numeralem intellige negatiue, non poſitiue. Dicitur enim aliquod unũ numero dupliciter, poſitiue. ſ. & negatiue. Illud eſt numero poſitiue, quod eſt vnum per poſitionem proprietatis, ſeu differentiæ numeralis, ſicut Sor. & hoc modo materia prima ſecundum ſe non eſt una numero, quia nullam proprietatem indiuidualem includit. Illud eſt unum numero negatiue, quod uniuerſale cum non ſit, eſt non plura numero. hoc autem eſt illud quod nullum diſtinctiuum includit in ſe, unde pluralitatem & numerum habere queat: & hoc modo materia prima ſecundum ſe eſt una numero: & talis tas unitas numeralis fundatur ſupra determinatam entitatem, illam. ſ. quæ eſt materia, quæ nullum diſtinctiuum includit, quã ab omni denudata ſit actu, cuius eſt diſtinguere. & ideo dicit Com. quod materia eſt una per remotionem omnium formarum, quia unitatem ſuam negatiue habet ex hoc, quod non habet diſtinctiuas formas. Genus autem non eſſe unum numero neque poſitiue, neque negatiue proprie loquẽdo, ea en patet, quia unitas numeralis tam poſitiue, q̃ negatiue fundať ſupra certam & determinatam rẽ, qđ in genere non inueniť. dicit. n. genus plures naturas & res, ex quib. numerari poteſt. Sed & ꝙ genus ſit unum unitate indeterminationis, ex eo patet, ꝙ naturæ plures per genus importatæ non adunantur in eius ſignificatione, niſi ꝓp hoc, ꝙ indeterminate ſignificat eas. Animal enim ideo adunat in ſe equum, bouem, leonem &c. quia non determinate explicat quis eorum ſit habens perfectionẽ ſenſitiuã. & iõ dicit Com. ibi, ꝙ genus eſt unũ ꝑ cõitatem formæ ſignatæ, i. ex eo quod communiter & non determinate formas ſignificat. Vnde & patet q̃uo propoſito S. Tho. deſeruit inducta authoritas. Si enim materia & genus in hoc differunt, ꝙ materiæ unitas eſt per negationem formarum ſuper entitate determinata fundata, & genus non eſt unum niſi propter hoc quod ſignificat communiter plura, cõſequens eſt quod genus non ſit unum niſi ex indeterminatiõe: quod erat propoſitum.

h ¶ IN HAC quinta & ultima parte huius capituli comparat eſſentiam ſpecificam ad indiuiduum ſecũdum totalitatem, partialitatem, prædicabilitatem, & formalitatem.

Ad quorum euidentiam aduertendum eſt, quod ſicut ſupra de eſſentia generica dictũ eſt, quod poteſt ſignificari per modum totius, & per modum partis: ita nunc dicitur, quod eſſentia ſpecifica poteſt accipi ut ſignificata nomine primæ intentionis per modum totius, & per modum partis.

Per modum quidem totius, ſicut eſſentia humana ſignificatur, per ly homo: per modum uero partis, ſicut illamet ſignificatur per ly humanitas. Differt autem ipſa a ſe altero modo ſignificata in hoc, quod ſignificata per modũ totius implicite includit indiuidua, ſignificata uero ꝑ modũ partis excludit illa a ſui ſignificatione. Quod ſic declaratur exemplariter. Homo enim ſignificet habens naturam humanam, implicite includit ſub ly habens, omnia indiuidua humana. Habẽs. n. naturã humanã eſt qđcumque indiuiduũ humanũ: humanitas aũt cũ ſignificet quo homo eſt hõ, oẽ aliud ab humanitate excludit a ly quo nullũ. n. aliud ab humanitate eſt, quo homo eſt homo. & ideo cũ principia indiuiduãtia ſint aliud ab humani-

tate,vt ſupra dictũ eſt, ſequit̃ q̃ humanitas excludit principia indi uidu ntia a ſui ſignificatione:& totũ quœ ter ipſam ſua q̃ ſine indi uiduatione intelligibilia non ſunt: ſicut ne ſpecies abſque differentia intelligi põt.& cũ pars vt pars nõ ꝑdic etur de ſuo toto,oc aũt ꝑdicatũ in recto hẽt rõnem totius,iõ eſſen tia primo mõ .ſ. per mo dum totius ſigni ficata de indiuiduis, in recto ꝑdica ur: ſignificata vero per modũ partis,nequa quam. & ꝓpter hoc illa eſt vera,Sortes ẽ hõ;illa aũt falſa pro prie loquendo,Sortes eſt humanitas,vt Auic.teſtatur: & ſic iam patet proportio eſſentię ſpecificę ad indiuiduum ſecundum tota,ſ.totalitatẽ partialitatem,& prędicabilitatem.

Quo ad formalitatem vero declaratur appoſita dña in ter eſſentiam genericã ꝑ modum partis ſignificatã reſpectu ſpẽi, & eſſentiã ſpecificã per modũ partis ſignificatam, reſpectu indiuidui. Differunt.n. in hoc, q̃ illa eſt pars materialis ſpeciei iſta vero eſt pars formalis indiuidui.& iõ eſt, quia illa.ſ. eſſentia generica comparatẽ ad alteram partem ſpeciei, ut materia ad formam,& perfectibile ad ſuam perfectionem, cum deſignatio, ſeu determinatio generis ad ſpeciem fiat per differẽtiam,quæ ſum itra ſpecifica forma,quę perficit & cõplet ꝑfectionẽ genericã. Iſta uero.ſ. ſpecifica eſſentia comparatur ad alterã partẽ indiuidui, ut forma ad materiã,& perfectio ad perfectibile,cum deſignatio,ſeu determinatio ſpẽi ad indiuiduũ,fiat per materiã ſignata, quam perfectiorẽ eſſe ſpecifica forma,qua eſſentia ſpecifica ſumitur,cõſtat. & iõ aialitas eſt pars materialis hominis:humanitas uero eſt pars formalis Sortis, & dicitur quod eſt forma totius non quaſi ſuperaddita &c.

AD euidentiam horum uerborũ eſt notandum,quod forma totius,& forma partis,vt in ſecundo cauſſum fuit,differũt realiter,non ſicut una forma differt ab alia forma,puta albedo a dulcedine,ſed ſicut totũ & pars.& ideo dr̃ hic,quod forma totius non eſt quaſi ſuperaddita partibus,ideſt non eſt forma addita materię & formæ,ſicut forma domus eſt forma addita ligni ,lapidibus,cæmento,& cęteris partibus, ſed magis eſt forma quæ eſt totum,i.ipſum compoſitum reſultans ex partibus Quod cum per modum partis formalis ſignificatur, forma totius appellaſ,eo quia totus eſt cõplete certificatuum &

eſt genus,prout prædicatur de ſpecie implicite in ſua ſignificatione , quamuis indiſtincte, totum id quod determinate ẽ in ſpecie:ita id quod eſt ſpecies ſecundum quod prædicatur de indiuiduo , oportet quod ſignificet totũ quod eſſentialiter eſt in indiuiduo licet indiſtincte, & hoc mõ eſſentia ſpeciei ſignificatur nomine hominis, unde hõ de Sorte prædicatur. Si autem ſignificatur natura ſpeciei cum pręciſione materiæ ſignatæ,quæ eſt principiũ indiuiduationis,ſic ſe habebit ꝑ modum partis , & hoc mõ ſignificat nomen humanitatis humanitas.n. ſignificat id vnde hõ ẽ hõ.Materia aũt ſignata non eſt illud,unde hõ eſt hõ,& ita nullo mõ continetur inter illa, ex quib.homo habet quod ſit hõ. Cum igitur humanitas in ſuo intellectu ĩcludat tm̃ ea,ex quibus homo habet q̃ ſit homo, patet quod a ſignificatione ei' excluditur,uel præceditur materia determinata, uel ſignata. Et quia pars non prædicatur de toto,inde eſt quod humanitas nec de hoĩe,nec de Sorte prædicatur.vnde dicit Auic. quod quidditas compoſiti non eſt ipſum cõpoſitũ,cuius eſt quidditas,q̃uis etiam ipſa quidditas ſit compoſita,ſicut humanitas,licet ſit compoſita, non tñ eſt homo,immo oportet q̃ ſit recepta in aliquo,quod eſt materia,ſignata Sed quia,ut dictum eſt,deſignatio ſpeciei reſpectu generis eſt ꝑ formã,deſignatio autem indiuidui reſpectu ſpẽi eſt per materiã,iõ oportet ut nomẽ ſignificans id, unde natura generis ſumit̃ cum ꝑciſiõe formę determinatæ ꝑficiẽtis ſpẽm ſignificet partem materialem totius,ſicut corpus eſt pars materialis hoĩs:nomen autem ſignificans id,unde ſumit̃ natura ſpeciei cum ꝑciſione materiæ deſignatę,ſignificat partẽ formalẽ: & ideo humanitas ſignificatur ut forma quędam . Et dr̃ quod

F

eſt forma totius,nõ quidẽ quaſi ſuperaddita partib.eſſentialibus materiæ & formæ , ſicut forma domus ſuperadditur partib.integralib.eius;ſed magis eſt forma, quæ eſt totum,ſ.formam cõplectens , & materiam,cum præciſione tamen eorum,per quæ materia eſt nata deſignari. Sic ergo patet, q̃ eſſentia hominis ſignificatur hoc nomine , hõ , & hoc nomine,humanitas:ſed diuerſimode, ut dictum eſt : quia hoc nomen homo,ſignificat eam vt totum, inquantũ.ſ.non prætendit deſignationem materię, ſed implicite continet eam & indiſtincte, ſicut dictum eſt quod genus continet differentiam : & ideo prædicatur hoc nomẽ,homo, de indiuiduis ; ſed hoc nomen, humanitas,ſignificat eam vt partem, nec cõtinet in ſua ſignificatione niſi id,quod eſt hominis inquantum homo,& præcidit omnem deſignationẽ materiæ, vnde de indiuiduis hominis non prædicatur:& propter hoc quandoque hoc nomen,eſſentia,inuenitur prædicatum de re. dicitur enim Sortis eſſentia quædam, & quandoque negatur, ſicut dicimus quod eſſentia Sortis non eſt Sortes.

G

H

I

a CAPVT IIII.

VIſo quid ſignificetur nomine Eſſentiæ in ſubſtantiis compoſitis,uidendum eſt quomodo ſe habeat ad rationem generis,ſpeciei,& differentię. Quia autem cui conuenit ratio generis,ſpeciei,uel differentiæ, prædicatur de hoc ſingulari ſignato , impoſſibile eſt quod ratio generis,vel ſpeciei, vel differentiæ conueniat eſſentię, ſecundũ quod per modum partis ſignificatur, vt nomine humanitatis, vel animalitatis. & ideo dicit Auicen. quod rationalitas non eſt differentia.ſed differẽtię principium & eadem ratione humanitas non eſt ſpecies,nec animalitas genus.

K

b Similiter etiam non poteſt dici quod ratio generis,ſpeciei,dif

F diſtinctorum,& determinatiuum:hæ enim ſunt conditiones formæ. & reſiduum ſermonis epilogus per ſe patens eſt.

a *Super Caput quartum.*

IN HOC quarto ca. intendens determinare,qñ eſſentia ſubſtantiarũ compoſitarũ ſe habeat ad intentiones logicas.ſ.genus, ſpẽm, dr̃iam , quatuor facit. Primo ſex concluſionib.determinat intẽtum;ſecundo excludit quẽdam Auer. errorem; tertio excludit quandã aliã obiectionem;quarto reſpondet cuidã tacitæ obiectioni.

¶Pro intellectu primæ partis notandæ ſunt duæ diſtinctiones . Prima eſt iſta. Natura ſeu eſſentia ſubſtantiæ cõpoſitæ põt ſimpliciter accipi, primo vt ſignificata per modũ partis;ſecundo vt per ſe exiſtens ſeparata a ſingularib.tertio,vt ſignificata per modũ totius.Secũda diſtinctio, quæ ẽ ſubdiuiſio ter ij membri,ẽ iſta. Natura ſubſtantiæ compoſitę ſignificata per modũ totius,poteſt accipi tri pliciter. primo ſm ſe;ſecundo ſm eſſe quod habet in ſingularibus ; tertio , ſm eſſe quod hẽt in intellectu .

¶ His prælibatis , ſcias quod ſecundũ ſingula membra harum diuiſionum ponit ſingulas concluſiones;ſm prima quidem duo membra vtriuſque diuiſiõis ponit quatuor negatiuas; ſm vero vltima vtriuſque ponit duas affirmatiuas : ita quod ſecundum quamlibet diuiſionem primo ponit duas negatiuas,deinde tertiam affirmatiuã ; & ſic ſiunt ſex concluſiones.

¶Prima ergo cõcluſio negatiua eſt.Eſſentia ſubſtantiæ cõpoſitæ ſignificata ꝑ modum partis.ſicut aialitas,humanitas, rõnalitas,non eſt genus,neque ſpẽs.neque differẽtia. Quã probat ſic. Tam genus quam ſpecies , quam differẽtia ꝑdicatur in rectõ de hoc particulari ſuppoſito , puta Sortes eſſentia ſubſtæ cõpoſitæ ſignificata ꝑ modũ partis nõ ꝑdicatur in rectõ de hoc particulari ſuppoſito ergo eſſentia taliter ſignificata nõ ẽ gen',nec ſpẽs.nec dr̃ia Oẽs propoſitiones patẽ. ex ꝓcedentibus & iõ dicit Auic.q̃ rõnalitas,quæ ſignificat ꝑ modũ partis,non eſt differentia,ſed principium differentiæ:& ſimiliter animalitas non eſt genus,ſed generis principium; & humanitas non eſt ſpecies , ſed ſpeciei principium, ſicut albedo eſt principium albi,& pars eſt principium eius cuius eſt pars .

b ¶HIC ponitur ſecunda concluſio negatiua . Eſſentia ſubſtantiæ

A ſtantiæ compoſitæ per ſe non in ſingularibus exiſtens, non eſt ſpecies, ſiue genus. Et probat eam duplici ratione, primo ſic. Genus, ſeu ſpecies prædicatur de hoc particulari: eſſentia per ſe ſubſiſtens non in ſingularibus, non prædicatur de hoc particulari. ergo eſſentia per ſe ſubſiſtens, non in ſingularibus, non eſt genus, ſeu ſpecies.

ferentiæ conueniat eſſe ſm q eſt quædam res exiſtens extra ſingularia, ut Platonici ponebant: quia ſic genus & ſpecies non prædicarentur de hoc indiuiduo. non enim poteſt dici quod Sortes ſit hoc, quod ab eo ſeparatum eſt. Nec ſeparatum illud proficit in cognitione huius ſingularis ſignati. B

c Et ideo relinquitur, q ratio generis, uel ſpeciei, uel dĩæ,

Maior patet: Minor probatur ſic. Subiectum eſt id quod in recto de eo prædicatur: Sortes non eſt homo ſeparatus. ergo Sortes non eſt ſubiectum reſpectu hominis ſeparati. ergo homo ſeparatus nõ prædicatur de Sorte: qđ erat aſſumptũ in Minore. Secundo ſic. Genus, ſeu ſpecies eſt id, quo indiuidua cognoſcuntur: eſſentia per ſe ſubſiſtens non in ſingularibus, non eſt id quo indiuidua cognoſcuntur. ergo eſſentia per ſe ſubſiſtens non eſt genus, neque ſpecies. Maior patet ex eo quod vnumquodque per ſuum genus, ſpeciem, differentiam cognoſcitur. Minor vero ex eo, quod vnumquoque cognoſcitur quidditatiue per id quod eſt in eo, & non per id quod non eſt in eo.

c ¶ HIC ponitur tertia concluſio affirmatiua. Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſignificata per modum totius eſt ſpecies, genus, uel differentia, &c. probatur ſic. Genus, ſpecies, ſeu differentia ſubſtantialiter continet, & implicite totum quod eſt in indiuiduis: eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ non niſi ſignificata per modum totius continet implicite totum eſſe indiuiduorũ. ergo eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſignificata per modum totius eſt genus, uel species, uel differentia. Propoſitiones omnes ex præcedenti cap. patent, vbi diximus genus, ſpeciem, differẽtiam, cõuenire in hoc, q ſignificant totum quod eſt in inferioribus, & ſua abſtracta excludere ea quæ ſunt in inferioribus. eſt igitur animal genus, homo ſpecies, rationale differentia. C

d ¶ HIC antequam ponatur quarta concluſio, inchoatur ſecunda diuiſio ſupra poſita, cuius terminos oportet prędeclarari ad intellectum concluſionum. Natura per modum totius ſignificata ſecundum naturam, ſeu rationem propriam, vel ſecundum ſe, idem ſonat quod natura conſiderata ſecundum eas conditiones, ſiue ea prædicata, quæ conueniunt ſibi ex ſua diffinitione, ſeu in primo modo dicendi per ſe. Natura vero ſecundum eſſe in ſingularibus, idẽ ſonat quod natura conſiderata ſecundum eas conditiones, ſiue ſecundum ea prædicata, quæ cõueniunt ſibi ex hoc, quod in ſingulari, vel in ſingularibus eſſe habet. Natura autem ſecundum eſſe in intellectu, idem ſonat quod natura conſiderata ſecundum eas condĩões, ſiue illa prędicata, quæ conueniunt ſibi ex hoc, quod habet eſſe in intellectu. Differunt autem quadrupliciter, vt ex textu colligitur, conditiones conuenientes naturæ ſecundum has diuerſas acceptiones, eo quod cõditiones debitæ naturæ ſecundum ſe ſumptæ ſunt prędicata eſſẽtialia. Homo enim ſecũdum ſe nõ eſt niſi animal rationale: conditiones vero debitę naturę reliquis duobus modis ſunt prædicata denominatiua. Homo enim non eſt res illa, quæ conuenit ei ex eſſe in ſingularibus, ſed ab ea denominatur: non enim homo eſt albedo quę cõuenit ei ex hoc, q eſt in Sorte, ſed ab ea denominatur albus. Similiter homo non eſt res illa, quę conuenit ei eſſe in intellectu, puta, relatio vniuerſalitatis, aut ſpeciei, ſed nominatur ab ea vniuerſalis, & ſpecies. Sed licet hæc duo vltima membra in hoc conueniant, q attenduntur penes prędicata denominatiua: differũt tamen quia prędicata denominatiua, quę conueniunt naturę ſecundum eſſe in ſingularibus, aliquid ponunt reale ſupra ipſam, ſicut albũ addit ſupra humanam naturam albedinis quę eſt ens reale: prędicata uero denominatiua quę conueniunt rei ſecundum eſſe in intellectu, nihil ponunt reale ſupra naturam ipſam, ſed denominationem negatiuam, aut relatiuam ſecundum aliquam relationem rationis. Cum enim dico, Homo eſt ſpecies, ly ſpecies, nihil reale addit ſupra hominem, ſed ſolam relationem rationis, qua reſpicit ſuum genus: ſpecies enim generis eſt ſpẽs.

Secundo, differunt iſtius diuiſionis poſitę membra in hoc, quod natura abſolute ſumpta nec eſt vna numero, nec plures numero. Si enim eſſet una numero, non poſſet reperiri in pluribus numero: quod patet eſſe falſum, eo quod natura humana eſt in Sorte, & Platone. Conſequentia probatur ſic. Natura ſecundum ſe eſt vna numero. ergo non poteſt eſſe diſtincta numero. ergo non poteſt reperiri in pluribus numero, quod erat intentum. Prima conſequentia harum ex eo eſt clara: quia impoſsibile eſt alicui conuenire oppoſitũ eius qđ conuenit ei

A ſm ſe, ſicut impoſsibile eſt hoĩ conuenire irrationale. Diſtinctio aũt numeralis eſt oppoſita vnitati numerali, & ideo ſi natura ſm ſe hẽt vnitatẽ numeralem, nunquam hẽre põt diſtinctionẽ numeralẽ. Similiter ꝓbatur, q natura ſm ſe non ſit plures numero. ſequeretur .n. naturã humanã nõ eſſe in Sorte, qa non poſſet hẽre vnitatẽ numeralem, ex quo vẽdicat ſibi ſm ſe diſtinctionem numeralem. Natura aũt ſm eſſe in ſingularibus vnitatẽ & diſtinctionem numeralẽ ſortitur. Propterea nanque homo eſt vnus numero, quia Sortes eſt vnus numero; & propterea homo eſt diſtinctus numero in plurib. qa Sortes & Plato ſunt diſtincti numero.

conueniat eſſentię, ſecundum quod ſignificat per modum totius, ut nomine hominis, uel animalis, prout implicite & indiſtincte continet totum hoc quod in indiuiduo eſt.

d Natura aũt uel eſſentia ſic accepta põt dupliciter cõſiderari. B Vno mõ ſm naturam & rõnẽ propriã, & hæc eſt abſoluta cõſideratio ipſius: & hoc mõ nihil eſt uerũ de ea dicere, niſi

Tertio differunt in hoc, quia natura ſm ſe ſũpta nullũ eſſe ſibi uẽdicat. .i. nec eſſe in ſingulari aut ſingularib. nec eſſe in intellectu: nec ẽt uendicat ſibi non eſſe in ſingulari & ſingularib. aut nõ eſſe in intellectu, q patet ex eiſdẽ fundamentis. Si .n. eſſe in ſingulari eſſet de rõne ſua, nũquã extra illud inueniretur cũ nihil inueniat extra id qđ eſt de eius rõne. Similiter ſi eſſe in ſingularibus, eſſet de eius rõne, modo poſſet in vno inueniri: quia in vno natura exiſtens non eſt in plurib. Similiter ſi eſſe in intellectu eſſet de rõne eius, nunquam poſſet extra intellectum reperiri: eodẽ mõ, ſi non eſſe in ſingularibus, aut ſingulari eſſet de eius rõne, nunquã poſſet habere eſſe in aliquo ſingulari: & ſi non eſſe in intellectu eſſet de eius rõne, nunquã poſſet hẽre eſſe in intellectu ex illo fundamẽto. Nulli põt conuenire oppoſitum, q eſt de rõne ſua: unde natura abſolute ſumpta C ab omni eſſe & non eſſe, abſtrahit ſine præciſione, .i. nec includit, nec excludit aliquod hmõi eſſe, uel non eſſe. Natura autem tam ſecundo, quam tertio modo accepta, alterum illorum eſſe includit, & alterum excludit, ut de ſe patet. Homo .n. ſecundum quod eſt in ſingularib. non eſt in intellectu: & econtra, ſecundum quod eſt in intellectu, non eſt in ſingularibus.

Quarto differunt, quia natura per modum totius ſignificata ſm ſe ſumpta, eſt ea quæ prædicatur de indiuiduis, cũ dr̃, Sortes eſt homo. Natura aũt ſumpta, tam prout eſt in ſingularibus quam prout in intellectu non prædicatur de indiuiduis, quod declaratur ſic. Id prædicatur de indiuiduis, quod attribuit illis in propoſitione: ſed natura abſolute accepta, & non ſm eſſe in ſingularibus, neque ſecundum eſſe in intellectu, attribuitur indiuiduis in propõne. ergo natura abſolute ſumpta, & nõ ſm D eſſe ĩ ſingulari, uel in intellectu prædicatẽ de indiuiduis. Maior eſt nota ex terminis: Minor declaratur exẽplariter, cũ dico, Sortes eſt hõ, ſenſus propõnis eſt, Sortes eſt animal rõnale: ita q in iſta propoſitione nihil attribuitur Sorti niſi eſſe animal rõnale, quæ ſunt conditiones naturæ humanæ abſolute acceptæ, ut patet. Non .n. cum dico, Sortes eſt homo, attribuo Sorti aliquod debitum naturæ humanæ ex eſſe in ſingularibus, aut ex eſſe in intellectu: neque attribuo Sorti habere naturam humanam cum aliquo addito, ſed tantum attribuo Sorti habere naturam humanam, ſeu eſſe animal rationale, quæ ſunt, ut dictũ eſt, conditiones naturæ humanæ ſecundum ſe acceptæ. Natura igitur primo modo ſumpta, eſt quæ prædicatur de indiuiduis, & non natura ſecundo & tertio modo.

In hoc loco antequã vlterius ꝓcedatur, dubia quædã examinanda ſunt. Circa prædicta dubium eſt. Primo circa primam differentiã aſsignatã in eo qđ dictum eſt, q naturæ ſm ſe ſumptæ non inſunt, niſi prædicata quidditatiua. hoc .n. patitur difficultatem tum ꝑ tranſcendentia, tum ꝑ quędam prædicata E negatiua. Si enim tranſcendentia, quæ ſunt, ens, res, vnum, aliquid, verum, & bonum, conuenire aſſerantur naturæ abſolute ſumptæ, erunt prædicata quidditatiua. & ſi ſic, ponentur in diffinitione. Nulla .n. diffinitio eſt completa, niſi omnia prædicata quidditatiua includat: tranſcendentia autem in diffinitione poni omnes negant.

Cõfirmatur cõſequẽtia ex dictis S. Th. in litera, vbi habeť, q quę inſunt naturæ abſolute, ſunt de diffinitiõe illius. Si aũt tranſcẽdentia dicanť nõ conuenire naturę abſolute, tũc hõ ſm ſe ſumptus non eſt aliqd, nec res, nec unũ qd: qđ oĩno negatur.

De ꝑdicatis vero negatiuis occurrit difficultas talis, q negationes naturarũ diſparatarum ſi conueniunt naturæ abſolute, erunt prædicata quidditatiua: & ſic negatio erit de diffinitione ſubſtantiæ. Si aũt conueniunt naturæ ſm eſſe in ſingularibus vel in intellectu, tunc accipiendo hominem abſolute, illa erit falſa, Homo non eſt leo, quod videtur irrationabile.

Ad horum diſſolutionem conſiderandum eſt primo, quomodo tranſcendentia ſe habeant ad naturas rerum ſupra quas cadunt; vt autem ſupra in quæſtione de ſignificatione entis tactum fuit, nullum tranſcendentium importat alium gradum, ſeu aliã naturam a gradibus, ſeu naturis eorum, quibus apponuntur:

quod conueniat ſibi, ſecundum quod huiuſmodi. Vnde quicquid aliorum ſibi attribuitur, falſa eſt attributio, v. g. homini in eo quod eſt homo, cõuenit rationale & animal, & alia quæ in eius diffinitione cadunt, albũ uero, uel nigrũ, uel quodcũque huiuſmodi, quod nõ eſt de rõne humanitatis, nõ conuenit homini in eo qđ eſt homo. Ideo ſi quæratur utrum iſta natura poſſit dici una, uel plures: neutrum concedẽdum eſt, quia vtrunque eſt extra intellectum humanitatis, & vtrunque poteſt ſibi accidere. Si enim pluralitas eſſet de ratione eius, nunquàm poſſet eſſe vna, cum tamen una ſit ſe-

G

c.6.q.2. eum enim dico, ens homo, vnus homo, res homo, uerus homo, bonus homo, aliquid homo, nullum alium gradum ab humanitate ſignificat, ſed ipſam humanitatem diuerſis modis. ly enim ens, ſignificat humanitatem, prout habet eſſe: ly unus, illam, prout non eſt diuiſa formaliter: ly res, illam prout latitudinem habet, utpote non ex intellectu fabricata: ly bonum, ipſam prout perfectiua eſt appetitus: ly verum, ipſam ut perfectiua eſt intellectus: ly aliquid, ipſam vt aliud quid eſt ab aliis. Simili modo eſt dicendum accepto quocunque gradu generico, ut faciliter exemplo manifeſtari poteſt.

Conſiderandum eſt ſecundo, quod cum primum inter tranſcendentia ſit ens, eo quod eius ratio cæterorum rationes præueniat & omnia conuertantur cum ente, tanquam eius paſſiones, cum declaratum fuerit quomodo ens conueniat naturis re-

Sco. 1. di. 3. q. 3. ſol. q. 3. q. 1. ar. ult. di dum eſt c a qu. 1. prima ratio. rum, planum erit de cæteris. Scotus ergo primo Sent. diſtin. 3. q. 3. opinatur ens eſſe vniuocum & prædicari in quid, de omnibus inferioribus, exceptis ultimis differentiis. Et primum quidem horum tanquam per ſe notum ſupponens, ſecundi duplicem rationem reddit.

H

Primo, quia ſi differentiæ includant ens uniuoce dictum de eis, & non ſunt omnino idem oportet quod ſint diuerſa aliquid idem entia: & conſequenter ſequitur, quod differentiæ ultimæ ſint propriæ differentiæ, & ſic habent alias differentias, & non ſunt ultimæ.

Secundo, quia ſicut ens compoſitum in re eſt compoſitũ ex actu & potentia: ita conceptus compoſitus per ſe unus eſt cõpoſitus ex conceptu actuali, & potentiali determinabili & determinante. Sicut ergo reſolutio compoſiti in re ſtat ad ſimpliciter ſimplicia, ſ. actum ultimum & potentiam ultimam, ita quod actus nihil potentiæ & potentia nihil actus includat: ita reſolutio conceptus, debet ſtare ad conceptus ſimpliciter ſimplices actualem & potentiam determinabilem tantum, ita quod nihil determinantis includat, & determinantem tantum, quod nihil determinabilis includat, tales ſunt conceptus entis & ultimæ differentiæ. ergo ultima differentia non includit formaliter ens.

I

Contra primum arguitur, quia ſequeretur quod ens poneretur in diffinitione, contra Ariſt. 8. Met. tex. com. 16.

¶ Præterea ſequitur, quod eſſet nugatio in diffinitione, ut ſupra in quæſtio. de uniuocatione entis deduximus.

1. cap. 16. Contra ſecundum dictum arguo ſic, Omne id, de quo formaliter ſumpto prædicantur in ſecundo modo paſſiones entis, in-

ar. 2 § 3. rationes. 2. cludit in ſe formaliter ens: ſed de ultima differentia formaliter ſumpta prędicantur in ſecundo modo paſſiones entis. ergo ultima differentia includit in ſe formaliter ens. Minor patet, quia ultima differentia eſt per ſe una & intelligibilis. Maior probatur ſic. Omne formaliter includens medium proprium a priori, per quod demonſtrantur paſſiones entis, includit in ſe formaliter ens. patet iſta: quia entis conceptus eſt illud medium: ſed omne id, de quo formaliter ſumpto prędicantur in ſecundo modo paſſiones entis, includit in ſe formaliter medium, per quod tales paſſiones de eo ſunt demonſtrabiles. ergo omne tale includit formaliter ens. Patet iſta Minor, quia implicat oppoſitum. Sit n. A formaliter non includit proprium medium concludendi B, quomodo de A formaliter ſumpto erit a priori demonſtrabile B? Secundo arguo, & in idem redit. Omnis paſſio conueniens pluribus formaliter ſumptis, conuenit eis rõne alicuius cõis in eis formaliter incluſi, cui illa paſſio primo conuenit: ſed unitas uel intelligibilitas eſt paſſio conueniens omnibus ultimis differẽtiis formaliter ſumptis. ergo conuenit eis rõne alicuius cõis formaliter incluſi in eis, cui primo conuenit, tale aũt eſt ens. ergo oẽs differentiæ ultimæ includunt ens. Minor eſt per ſe nota. Maior eſt Ariſt. 1. Poſter. Nec poteſt dici ad Maiorem, quod ſufficit ſubiectum denominatiue includi in eis, quibus formaliter ſumptis conuenit paſſio illius ſubiecti: quia cum tota ra-

K

6 cap. 12. tio quare paſſio alicuius inſit alteri, ſit participatio illius ſubiecti primi, ſi alicui formaliter ſumpto ineſt paſſio, eidem formaliter ſumpto ineſt, & ſubiectum: & ſi formaliter ſumptum ſubiecti expers eſt, quomodo formaliter ſumptum illius

F

paſſionem habere poteſt? Vt arguatur ſic. Id quod formaliter ſumptum a ſe ſubiectum excludit, etiam a ſe paſſionem excludit: ſed ultimæ differentiæ formaliter ſumptæ non excludunt a ſe paſſiones entis in ſecundo modo. ergo nec excludunt ens in primo modo. Nec patiantur aures tuæ audire reſponſionem Franciſci de Mayronis dicentis, quandam adductam poſteriorиſticam Ariſt. non tenere in tranſcendentibus: Voluntaria n. & deſtructiua tot ua Metaphyſicæ gloſſa eſt.

Ad rationes autem Scoti dicitur, quod cum tam prima, quam ſecunda ſupponant ens habere conceptũ obiectiuum vnum ſimpliciter, nihil concludit. Dicitur ſecundo ad ſecundam, quod argumentum a ſimili claudicat. licet enim ſit ſimilitudo quo ad aliquid inter compoſitum naturale, & intellectuale: diſſimilitudo tamen eſt magna in propoſito, quia partes compoſiti naturalis mutuo ſe excludunt: quia quædam res ſpeciales ſunt, partes autem compoſiti intellectualis non poſſunt mutuo ſe excludere, quia altera, puta ens, eſt adeo uniuerſalis, ut nihil poſſit eam ſubterfugere. Primo ſent. q. 8. quæ quæritur utrum ſimpliciter ſimplicibus poſſit abſtrahi aliquis conceptus cõis in fine.

AVICENNA autem Alpharabius, & Algazel, ut teſtatur Albertus in Poſt prædicamentis, cap. 9. opinantur, quod ens non conueniat naturæ abſolute ſumptæ. Vnde dicunt hanc cõſequentiam non valere. Homo eſt ſubſtantia, ergo homo eſt ens: eo quod ens ſignificat aliquid additum eſſentiæ rei, quod non eſt de eius ratione: quod expreſsè etiam de Auicenna refert Commentator 4. Metaph. Com. 3 & 10. Meta. com. 8. Cap. 9. Cap. 3. Cap. 8. Circa T. c. 3. Circa T. Cap. 8.

SANCTVS THO. autem, cuius eſt opus, quod exponendum ſuſcepimus ſuper 4. Met. lect. 2. ſuper tex. Com. 3. & ſuper 10. lect. 3 ſupra tex. Comm 8. expreſſe in hoc reprehendit Auicen. unde ſententia eius non eſt cenſenda eadem opinione Auicen. licet difficile ſit videre, in quo differat ab ea, cum ipſe teneat nullum aliud a Deo eſſe ens per ſuam eſſentiam, ſed per aliquid additum ſuæ eſſentiæ, & expreſſe dicat in quolibet. 2. q. 2. ar. 1. ens non eſſe prædicatum eſſentiale, & in primo contra Gen. c. 26 dicat, ens non cadere in conceptu ſubſtantiæ, quod eſt genus generaliſſimum. Qgolib. 2. q. 2. ar. 1. contra Gen. cap. 26.

Propter quod a quibuſdam dicitur quòd ens dupliciter ſumitur, ſcilicet nominaliter, & participaliter. Et quod ens nominaliter quidditatiue, & intrinſece de omnibus prædicatur: ſic enim unumquodque eſt ens per eſſentiam ſuam. Ens uero participaliter, cum idem ſonet quod exiſtens, nõ eſt prædicatum quidditatiuum: ſic enim nihil aliud a Deo eſt ens per eſſentiam ſuam. unde ſecundum illos, ens nominaliter conuenit naturæ abſolute, non autem ens participaliter. Addunt quoque, quod ens nominaliter eſt diuiſum in decem prædicamenta, & eſt tranſcendens conuerſum cum aliis, proprie loquendo, non ens ſecundo modo, & ideo reprehenſibilis erat Auicenna, qui hanc diſtinctionem prætermiſit. Prima parte q. 5 ar. 3 ar. ad primum de ver. q. 21. a. 7 vide cõ. huius doctr. & ponte c 6. in princ. & circa med.

Mihi autem aliter dicendum occurrit. Dico enim quod ens participaliter eſt id quod eſt tranſcendens, diuiſum in decem prædicamenta. Quod ex eo patere poteſt, quod S. Thomas prima parte q. 5. & 6 & in quæſtione de Veritate, quæſtione 21 oſtendit bonum, quod etiam diuiditur in decem prædicamenta, ut dicitur 1 Ethic. conuerti cum ente participaliter, non nominaliter ut clare patet ex duobus.

Primo ex eo quod dicit, quod cum bonum & ens conuertantur, ſicut res eſt ens, ita bona ſed nõ eſt ens per eſſentiam ſuam. ergo nec bona. In quo proceſſu, ut fallacia æquiuocationis uitetur, non niſi de ente participaliter eſt ſermo. Secundo, ex eo quod dicit, id quo res formaliter eſt bona, non eſſe ens. quod dictum de ente nominaliter, falſum eſt: quia actus ſuæ actualis exiſtentiæ, quo res eſt ens & bona, eſt ens nominaliter. Ens igitur quod conuertitur cum bono, quod eſt tranſcendens, diuiſum in decem prædicamenta, eſt ens participaliter. Duo includuntur in prędicamento huius c. 2. in princ. T. c. 18.

Sed in Entis nomine duo aſpici poſſunt, ſcilicet id a quo nomen Entis ſumitur, ſcilicet ipſum eſſe, quo res eſt, Et id ad quod nomen Entis impoſitum eſt, ſcilicet id quod eſt. Supra enim in principio operis dictum eſt, ens ſignificare id quod eſt in quolibet prædicamento, & in hoc differre ab eſſentia, quæ ſignificat id, quo res in prædicamento reponitur. Vnde primo Phyſicorum, textu commen. decimotertio Ariſt. loco ly ens, ponit ly quod eſt. Auicen. ergo attendens ad id, quo res eſt, unde nomen entis ſumptum eſt, dixit ſimpliciter ens eſſe prędicatum extra eſſentiam rei: ſanctus Thomas uero intuens id quod eſt, ad quod nomen entis impoſitum eſt Auicen. non adhæſit. Namque ipſum

ipſum quod eſt, non prædicat aliquid extra eſſentiam rei. A Inſuper aduertens, quod ipſum quo res eſt, i. actualis exiſtentia, non eſt extranea naturæ ab ipſo quod eſt: ſed per principia propria ipſius, quod eſt, conſtituitur inter prædicata accidentalia, eas adnumerare noluit: hoc. n. poteſt aſſeri de quocunque alio extra eſſentiam rei.

Nihil enim extra eſſentiam rei per propria principia ipſius rei conſtituitur, niſi rei exiſtētia. Quodcumque .n. aliud per principia propria alterius generis conſtituitur. ſ. genus proprium, & differentiam propriam & uniuerſaliter propria illius prædicamenti principia. Ipſum autem ea ſtere, non niſi per genus & differentiā & principia ipſius quod eſt, conſtituitur. Et hæc eſt ratio, qua B S. Tho. arguit Auicen. quarto Metaphyſ. ubi ſupra, unde ens prædicatum de aliquo, puta homine, cum non trahat hominem extra proprium genus & propriam differentiam, nec ratione ipſius quod eſt, nec ratione ipſius quod eſt ſubſtantiale, prædicatum eſſe reloquitur cum Ariſtotele & Commentatore, ubi ſupra, licet non ſit omnino eodem modo ſubſtantiale, quo ſunt prædicata illa, quę in diffinitione cadunt. His prælibatis, ad dubium dico quod tranſcendentia non ſunt prædicata propria natura ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem, neque ſecundum eſſe in ſingularibus, neque ſecundum eſſe in intellectu, ſed ſunt prædicata communia naturæ quomodolibet acceptæ, conuenientia non ſolum concomitanter, ſed & cauſaliter. Et de natura quidem tam ſecundo, quam tertio modo accepta, patet: ex hoc enim quod homo in ſingularibus inuenitur ens, unus res & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc quod C habet eſſe in intellectu, ens eſt aliquo modo indiuiſum &c. debetur enim ſic ſibi aliquod eſſe, licet rationis. De natura autē primo modo ſumpta, ex dictis patere poteſt, & ex eo quod in quocunque inuenitur poſterius tranſcendens, inuenitur & prius. Manifeſtum eſt autem de poſterioribus tranſcendentib. quæ ſunt unum, res, aliquid &c. quod conueniunt naturæ abſolute. Vñ de homine abſolute loquendo, illa eſt uera. Homo eſt unus. Vide & S. Tho. dicit ſuper 10. Meta. ubi ſupra, quod ens prædicat naturas decem generum, ſecundum quod ſunt actu, uel potentia & non tantum ſecundum quod ſunt actu.

Ad rationem in dubio tactam, qua dicebatur. Si ſic, ergo tranſcendentia eſſent ponenda in diffinitione, dicitur primo, quod non oportet omnia prædicata eſſentialia poni in diffinitione, ſed ea tantum quæ explicant aliquem gradum eſſentialem diſtinctum, qualia non ſunt tranſcendentia, de quibus dictum eſt, quod nullum gradum prædicant, quem genus, uel differentia importat. Vnde D 4. Meta. tex. com. 19. dicit Ariſt. quod ideo, nec ens ponitur in diffinitionibus, nec unum: quia ens ſtatim eſt unumquodque. diffinitio enim completa tunc eſt, cum omnes rei gradus explicantur a prima potentia uſque ad ultimum actum terminantem, quod fine tranſcendentibus, quæ nullum gradum adduunt, fit. Dicitur ſecundo de ente, quod quia ens importat aliquo modo ipſum eſſe, quod pertinet ad quæſtionem, An eſt: & non ad quæſtionem, Quid eſt: ideo a prædicatis quidditatiuis aliqualiter declinat.

Ad dictum S. Tho. dicitur, quod tranſcendentia duo habent, & quod in nulla diffinitione ponatur ratio dicta, & quod in quolibet conceptu includantur, ut dicitur de ente 3. Metaphy. tex. & com. 10. quod ſecundum ideo dictum arbitror: quia tranſcendentia in quelibet gradum comitantur, & ideo conceptum nullum deſunt. Et ſic dico, quod ea quæ naturæ abſolute conueniunt, in cuius ratione cadunt, conueniunt rei, in eo quod talis, homo enim in eo quod homo, eſt ens, res, aliquid &c. Ex his diligens lector, habes quomodo diuerſa dicta S Thomæ ſane intelligere debeas.

Quo ad prædicata negatiua uero dicitur breuiter, quod negationes illæ poſſunt dupliciter accipi, formaliter ſcilicet, & fundamentaliter. Si formaliter, falſum eſt, quod conueniant naturæ abſolute: per opus enim intellectus attribuuntur ei, cum negationes entia rationis ſint. Si fundamentaliter, cum negatio ſuper affirmatione fundetur, conceditur eſſe prædicata quidditatiua, ſed ſic ſumptæ nihil aliud ſunt, quam genus & differentia propria. Fundamentum enim negationum naturarum diſparatarum de homine nihil aliud eſt, quam natura hominis: ex hoc nanque quod homo eſt animal rationale, non eſt leo, neque bos &c.

cundum qđ eſt in Sorte. Similiter ſi unitas eſſet de intellectu & rōne eius, tunc eſſet una & eadē natura Sortis & Platōis, nec poſſet in plurib. plurificari. Alio modo conſideratur, ſecundum qđ hēt in ſe in hoc, uel in illo: & ſic de ipſa prædicatur aliquid per accidēs rōne eius in quo eſt, ſicut dr̄ quod hō eſt albus, quia Sortes eſt albus, quamuis homini nō cōueniat in eo quod eſt hō. Hæc autem natura habet duplex eſſe, unum in ſingularibus,

Q V Æ S T I O VI.

Dubium ſecundo eſt circa dictum S. Thomæ in litera in aſſignatione ſecundæ differentiæ, quod dicitur, quod natura abſolute ſumpta, nec vnitatem, nec pluralitatem habet.

Videtur enim hoc eſſe impoſſibile, cum id quod unum non eſt, diffinibile non ſit, vt dicitur 7. Met. tex. com. 13. immo nec intelligibile, vt habetur 4. Meta. com. 10. Et ſi vnitatem naturæ Te.com. 13. Te.com. 10. abſolute habere concedatur, qualis ſit illa unitas non eſt facile aſſignare, cum nō numeralis ſit, ut declaratum eſt, nec ſpecifica, nec generica, cum hæ ex intellectu fiant, nec analogica, ut de ſe patet: homo enim non eſt unum analogice. Nec etiam facile eſt quam dicet, an unitas illa ſit realis, an non.

Ad euidentiam huius dubitationis quinque facienda ſunt. primo uidendum eſt quid ſit vnitas quęlibet. Secundo, an habeat vnitas realitatem. Tertio, quomodo unitas quælibet ſit extra animam. Quarto, reſpondendum eſt dubitationi motæ. Quinto quędam obiectiones excludendę ſunt.

QVO ad primum ſciendum eſt, quod cum unum nihil addat ſupra ens, niſi priuationem diuiſionis: ita quod unum nihil aliud eſt, quam ens indiuiſum, ut dicitur 4 Meta. te. com. 3. Tex.com.3. Vnitas quęlibet nihil aliud eſt, quam res indiuiſio. Et quia quælibet priuatio per ſuum habitum cognoſcitur, ideo unitas quæ indiuiſionem ſonat, ex natura diuiſionis quam priuat, cognoſci debet: & ſecundum diuiſionis multiplicationem, multiplicitatem unitatis accipere oportet.

Conſiderandum eſt igitur, quod diuiſio eſt duplex, quædā eſt materialis per principia indiuiduationis cauſata: quædā eſt formalis, quæ per eſſentialia principia fit. Et hæc habet latitudinem quia quædam eſt per eſſentialia principia propria: quædam uero per principia eſſentialia communia. & hoc iterum habet latitudinem, ſecundum quod principia eſſentialia communia ſunt magis & minus communia, v. g. Inter Sortem & Platonē eſt diuiſio numeralis & non formalis, quia non cauſatur diſtinctio eorum ex eſſentialibus, ſed indiuidualibus principiis. Inter Sortem vero & hunc leonem, dato quod leo & homo eſſent ſub eodem genere proximo, eſt diuiſio formalis per eſſentialia principia propria, ultimas, ſ. differentias tantum. Inter Sortem uero, & hanc plantam eſt maior diuiſio formalis per principia, ſ. eſſentialia communia Sorti, & multis aliis ſpeciebus, ſ. ſenſibile & inſenſibile. Inter Sortem uero & hunc lapidem, eſt diuiſio formalis adhuc maior per communiora principia, ſ. per animatum & inanimatum. Et ſic ſemper aſcendendo intenditur diuiſio formalis, adeo quod inter Sortem, & hanc albedinem eſt maxima diuiſio formalis, utpote per propria & communiſſima principia eſſentialia, ſ. ſubſtantiuum, & diſpoſitiuum modos entis prædicamentorum conſtituentes.

Similiter per omnia de unitate dicendum eſt. Vnitas. n. eſt duplex. Quædam numeralis, & quædam formalis. Vnitas numeralis attenditur penes priuationem diuiſionis numeralis. Vnitas autem formalis attenditur penes priuationem diuiſionis formalis: & hæc habet latitudinem. Quædam. n. priuat diuiſione formali omnino cauſabili per principia propria & communia, & hęc eſt unitas formalis ſimpliciter. Quæ tam uero priuat diuiſione formali non ſimpliciter, ſed taliter cauſabili, ſ. per principia communia, & hæc eſt unitas formalis ſecundum quid, & habet latitudinem ſecundum quod diuiſio priuata cauſabilis eſt a magis & minus communibus principiis eſſentialib. v. g. Sortes eſt unus numero, quia non eſt per materiales differentias in ſe diſtinctus. Homo eſt ſimpliciter unus formaliter: quia non compatitur ſecum diuiſionem formalem quamcunque. E Animal uero eſt unum formaliter, inquantum non compatitur ſecum diuiſionem per ſenſibile & inſenſibile, non tamen habet unitatem ſimpliciter, quia cōpatitur ſecum diuiſionem per rationale & irrationale. Corpus uero eſt minus unum formaliter. eſt enim unum, quia non eſt in ſe diuiſum per corporeum & incorporeum: eſt autem minus unum, quia cōpatitur ſecum diuiſionem formalem maiorem, ſ. per animatum & inanimatum. Ens autem minime eſt unum: unum quidem eſt, pro quanto non eſt in ſe diuiſum proportionaliter: minime uero pro quanto tantam diuerſitatem formalem cum ſua unitate compatitur. Ex his patet primum, quid. ſ. ſit unitas quælibet: quia. ſ. unitas eſt indiuiſio, & talis unitas eſt talis indiuiſio, ſ. diuiſionis priuatio: ita quod nihil aliud eſt dicere, Sortes eſt unus numero, niſi Sortes eſt ens carens diuiſione numerali. Homo eſt unus formaliter, i. homo eſt ens carens diuiſione formali. Hæc de primo

Quo ad ſecundum eſt ſciendum, quod ens reale dupliciter accipitur

accipitur. Vno modo ut diſtinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo ut diſtinguitur contra nõ exiſtẽs actu. Primo modo omnis res prædicamentalis eſt ens reale, ſiue ſit, ſiue non. Secundo mõ id tantum quod realiter exiſtit extra cauſas ſuas, eſt ens reale. Et quia hoc proprie eſt ens reale apud ſanctum Thomã dicentem in quæſtionibus de potentia Dei q. 3. art. 5. ad ſm, qđ res antequam exiſtat, eſt nihil, & eſt ſententia hæc conformis Ariſtoteli in prædicamentis dicẽti, qđ deſtructis primis ſubſtantiis, impoſſibile eſt aliquid remanere: iõ vnitas, ſicut cætera, realitatẽ habet proprie loquendo, pro quanto ipſa exiſtit actu extra animam & cauſas ſuas. Hæc de ſecundo.

potentia q. 3. ar. 5.

In prædicamẽto ſubſtã tiæ.

aliud in anima, & ſecundũ utrũque conſequuntur accidẽtia dictam naturã: & ſic in ſingularibus, hẽt multiplex eſſe ſecundũ diuerſitatem ſingularium, & tamẽ ipſi naturę ſecundum propriam conſiderationem, ſ. abſolutam, nullum iſtorum eſſe debet. Falſum enim eſt dicere, quod natura hominis, inquantum huiuſmodi, habeat eẽ in hoc ſingulari. Si enim eſſe in hoc ſingulari

QVO ad tertium propono tres propoſitiones. Prima eſt. Quælibet vnitas ſupradictarum ſcilicet numeralis, quam formalis exiſtit extra animam. Secunda eſt. Nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exiſtit in rerum natura. Tertia eſt. Omnis unitas formalis exiſtens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipſarũ rerum. Prima propoſitio eſt adeo manifeſta, quod nullus ſanę mentis poteſt eam negare. In Sorte enim prę ter omnem intellectus operationem apparet utraque vnitas. Caret enim in ſeipſo diuiſione numerali & formali cauſabili per principia propria & communia: & ſic indiuiſionem numeralem & formalẽ habet. Vnde in Sorte non eſt ſola unitas numeralis, ſed formalis multiplex ſecundum multitudinem prædicatorum quidditatiuorum: & ſicut non ſola indiuidualitas Sortis eſt extra animam, ſed quodlibet eius prædicatum quidditatiuum: ita nõ ſola vnitas numeralis, ſed quælibet eius vnitas formalis extra animam dicenda eſt eſſe.

AD intelligentiam uero ſecundæ eſt notandum, quod res põt intelligi communis extra animam dupliciter. Vno modo poſitiue, alio modo negatiue. Illa res eſt communis poſitiue quæ indiuiſa manens in pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis inuenitur. Illa vero eſt communis negatiue, quæ nulli ſuppoſito eſt propria. Primo mõ rem communem nullam recolo aſſerentẽ dari extra animam, niſi eſſentiam diuinam ſecũdum fidem Chriſtianam. Secundo modo vr̃ a quibuſdam poni res extra aĩam communis, de quib. ſermo erit infra: & quia hoc alienum a veritate non videtur, ideo de tali communitate intelligendo, ſecundam propoſitionem probo dupliciter.

Primo ſic. Nulla res exigens quidditatem ſolitarie inueniri extra animam exiſtit in rerum natura: ſed vnitas communis extra animam, negatiue pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt res exigens quidditatem ſolitarie inueniri extra animam. ergo nulla vnitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exiſtit in rerum natura. Maior ſic probatur. Nullum exigens ad ſuum exiſtere aliquod impoſſibile inuenitur: ſed quidditatem extra animam ſolitarie inueniri eſt impoſſibile: oportet. n. ipſam eſſe in aliquo ſuppoſito. ergo id quod exigit ipſã ſolitarie inueniri, nunquam exiſtit in rerum natura. Minor autem probatur ſic. Id quod exigit quidditatem non propriam alicui ſuppoſito extra animam exigit ipſam ſolitarie exiſtentem: ſed unitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exigit qdditatem non propriam alicui ſuppoſito. ergo unitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis exigit quidditatem ſolitarie inueniri in rerum natura. Huius prææallegatæ præmiſſæ notę ſunt ex terminis. Maior quidem, quia quidditas non proprie alicui ſuppoſito neceſſario eſt ſolitarie. ſi. n. non eſt ſolitarie, eſt in aliquo ſuppoſito: & ſi eſt in aliquo ſuppoſito, eſt propria illi. Minor uero patet, quia commune & proprium ſunt oppoſita: commune n. includit negationem proprii, & econuerſo. Statim. n. ut res appropriata eſt alicui communis negatiue, eſſe deſinit, eo quod negatione appropriationis caret. & ſtatim ut communis negatiue eſt appropriata alicui, non eſt: eo quod negationem appropriationis habet. Oppoſitum ergo prædicati infert oppoſitum ſubiecti in vtraque præmiſſa.

In has q6.

Præterea ſecundo probo ſic. Oĩs res exiſtens in rerum natura, eſt res particularis: nulla unitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt res particularis. ergo nulla talis unitas eſt in rerum natura. Maior eſt nota ex communi Peripateticorum ſententia. Minor probatur ſic. Oĩs res particularis eſt alicui uno ſuppoſito propria, aliter non eſſet particularis: nulla unitas communis extra animam pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis eſt alicui uni ſuppoſito propria, hoc patet ex terminis. ergo nulla talis vnitas eſt particularis.

F Tertia propoſitio probatur ſic. Quotieſcunque aliqua duo ſi ſũt conuertibiliter idem realiter, multiplicato realiter uno, multiplicatur & reliquum: ſed res una & unum ſunt conuertibiliter idem realiter. ergo multiplicata realiter, multiplicabitur realiter & eius vnitas. Sed pluralitas numeralis eſt realis. ergo plurificata re numeraliter plurificabitur & eius vnitas. unde in Sorte & Platone ſicut ſunt duę corporeitates, animalitates, & humanitates: ita ſunt duæ vnitates formales ſequentes corporeitates, & duę ſequentes animalitates, & duę ſequentes humanitates. Oportet enim ſecundum numerum prędicatorum eſſentialium eſſe numerũ unitatum formalium in quolibet indiuiduo. Sicut enim quodlibet prædicatum quidditatiuum dat aliquid eſſe: ita dare oportet aliquam unitatem. vnum enim & ens idẽ ſunt, ut dicitur quarto Met. tex. com. 3. tex. com. 3.

G

Ex his patet tertium, quomodo ſcilicet vnitates habeant eſſe extra animam: quia ſunt non cõmunes, ſed particulatæ & multiplicatę numeraliter iuxta numerum indiuiduorum, quorum ſunt. Hęc de tertio.

QVO ad quartum dico, quod natura abſolute ſumpta hẽt vnitatem quandam, ut efficaciter concludit ratio adducta, quæ eſt Sancti Thomæ in tractatu de natura generis.

Et quando quęritur, an illa unitas eſt numeralis, aut ſpecifica, dico quod eſt unitas formalis, quę alia eſt a numerali ſicut diuiſio formalis alia eſt a materiali. Nec illa unitas formalis eſt ſpecifica, aut generica formaliter, ſed eſt fundamentum unitatis ſpecificæ, & unitatis genericæ. Hę enim unitates formaliter ab intellectu fiunt; illa uero omnem actum intellectus præuenit. Quod autem in litera dicitur, quod natura abſolute ſumpta nec eſt una, nec eſt plures, intelligendum eſt de unitate & pluralitate numerali.

H

Ad id uero quod dubitationi additur, an iſta unitas ſit realis, aut non; dico quod ſecundum ſe eſt realis primo illorum modorum, quos ſupra poſuimus, accipiendo ens reale ſicut & natura ipſa abſolute ſumpta: & ſicut natura ſecundum eſſe in ſingularibus eſt ens reale ſecundo modo, ita unitas illa quæ ſemper naturam comitatur in particularibus poſita, eſt realis uere & proprie. Idem enim eſt iudicium de natura, & eius unitate. Hæc de quarto.

QVO ad quintum duo dubia propria occurrunt. Primũ eſt circa ſecundam propoſitionem, in qua dictum eſt, quod nulla eſt unitas communis extra animam. Secundum eſt circa id quod nunc dictum eſt, qua ſcilicet alietate ſit alia unitas formalis a numerali in Sorte.

Contra primum enim inſtatur ſic. Quæcũque ſuppoſitaliter diſtincta, ſunt unum formaliter extra animam, habent aliquam unitatem communem eis extra animam; Sortes & Plato ſunt unum formaliter extra animam, ergo Sortes & Plato habẽt aliquam unitatem ſibi communem extra animam. Maior ex eo videtur manifeſta, quod ſi aliqua ſuppoſitaliter diſtincta ſunt unum, in eo in quo ſunt unum non diſtinguuntur: & ſic illud unum eſt commune utrique extra animam, ex quo ſic ſunt unum.

I

¶ Pręterea, Humanitas quæ eſt in Sorte, quantũ eſt ex ſe, non eſt determinata ad Sortem uel Platonem. ergo unitas formalis humanitatis, quæ eſt in Sorte, quantum eſt ex ſe, eſt communis negatiue Sorti & Platoni. Conſequentia eſt nota: quia etiam vnitas formalis non eſt determinata quantum eſt ex ſe, ad Sortem & Platonem. Antecedens autem de ſe eſt manifeſtum. datur ergo extra animam aliqua vnitas communis negatiue pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis.

K Circa ſecundum dubium, uidetur quod inter unitatem formalem, & unitatem numeralem in Sorte exiſtentem, ſit alietas realis: quia quarumcunque priuationum habitus diſtinguuntur realiter, ipſæ quoque diſtinguuntur: ſicut quia uiſus & auditus diſtinguuntur realiter, cæcitas etiam & ſurditas realiter differunt: ſed vnitatis formalis & numeralis habitus diſtinguuntur realiter. ergo &c. Patet iſta: quia diuiſio formalis, & diuiſio numeralis adeo diſtinguuntur, quod in rebus ſeparatis a materia formalis, ſine numerali inuenitur: & in iſtis inferioribus indiuidua eiuſdem ſpeciei numeralem diuiſionem abſque formali habeant.

In has q.

Ad oppoſita uero reſpicienti apparebit, quod ſit alietas rõnis tm̃: quia ſicut ſe habet natura formalis ad naturam indiuidualem, ita unitas formalis ad vnitatem numeralem: ſed natura formaliter ſumpta eſt eadem naturæ numeraliter ſumptæ,

ptæ, & non niſi ratione ab ea diſtinguitur. ergo vnitas formalis eſt eadem realiter vnitati numerali, & non niſi ratione ab illa eſt alia.

PRO diſſolutione primi dubij nota, quòd aliqua duo ſuppoſitaliter diſtincta, eſſe vnum formaliter contingit dupliciter. Vno modo per hoc, quòd illa duo adunentur in aliquo extra animam communi vtrique indiuiſo in vtroque illorū. Alio modo per hoc, quod illa duo habēt mutuam negationē inter ſe diuiſionis formalis. Exemplum primi non inuenitur in rerum natura, niſi, ut dictum eſt, ſecundum fidem Chriſtianam in Trinitate. Exēplum ſecundi inuenitur in omnibus indiuiduis eiuſdem ſpeciei. Sortes enim nullo inte lectu conſiderante, habet hanc negationem, ſcilicet quod non eſt diuiſus a Platone formaliter, & Plato ſimiliter non eſt diuiſus a Sorte formaliter. hæ quia ad eos eſſe vnum formaliter, nihil aliud requiritur, quam eſſe indiſtinctos formaliter: ideo ſimpliciter verum eſt Sortem & Platonem eſſe unum formaliter extra animam. Committitur ergo fallacia conſequentis in argumento a ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue. Eſſe enim vnum formaliter, eſt ſuperius ad habentia aliquod commune indiuiſum in eis extra animam, & ad habentia duas naturas cum mutua negatione diuiſionis formalis. Non enim eſt imaginandum Sortem & Platonem eſſe vnum formaliter, quia conueniant in aliquo, in quo non diſtinguuntur extra animam: ſed ideo, quia vterque negatione diuiſionis formalis ab altero gaudet. Vnum n. formaliter nihil aliud eſt, quam non diuiſum formaliter. Et qđ dicimus de vnitate formali ſimpliciter inter Sortem & Platonē, intellige de vnitate formali ſecundum quid inter Sortē, & hūc leonem, & hunc lapidem, & hanc intelligentiam &c. Sicut enim quia Sortes & Plato habent duas naturas, inter quas nō cadit diuiſio formalis, ideo ſunt indiſtincti formaliter ſimpliciter extra animam: ita quia inter Sortis & huius leonis naturas nō cadit diuiſio formalis talis, qualis nata eſt cauſari per ſenſibile & inſenſibile, iō Sortes & hic leo ſunt indiſtincti formaliter ſecundū quid. Ita & quia inter Sortē & hunc lapidē non eſt diuiſio formalis per corporeum & incorporeum: ideo Sortes & hic lapis ſunt indiſtincti formaliter ſecundū quid: ita quoque quia inter Sortē & Gabrielē non eſt diuiſio formalis, quæ nata eſt cauſari per modos entis, ſcilicet per ſe & in alio: ideo Sortes & Gabriel ſunt indiſtincti formaliter ſecūdum quid, & conſequenter ſunt vnum formaliter abſq; omni opere intellectus. iam.n. pluries dictū eſt, vnū idem ſonare quod ens indiuiſum.

conueniret homini inquantū eſt homo, non eſſet unquàm extra hoc ſingulare. Similiter, ſi conueniret homini inquantum eſt homo, non eſſe in ſingulari, nunquàm eſſet in eo. Sed uerū eſt dicere, ꝙ homo inquantum eſt homo, non habet ꝙ ſit in hoc ſingulari, uel in illo. patet ergo quod natura hominis abſolute conſiderata abſtrahit a quolibet eſſe, ita ꝙ non fiat præciſio alicuius eorum, & hæc natura ſic conſiderata, eſt quæ prædicatur de omnibus indiuiduis.

Ad ſecundum dico, ꝙ aliud eſt dicere, Natura humana exiſtens extra animam ſecundum ſe, eſt communis pluribus negatiue, ſeu indifferens negatiue & aliud eſt dicere, Natura humana exiſtens extra animam eſt cōis pluribus, ſeu indifferens negatiue. prima enim eſt uera, ſecunda uero eſt falſa. Et ueritas primæ patet ex ſupradictis, ubi diximus quod natura, quæ eſt extra animam, puta natura Sortis ſecundum ſe, id eſt ſolitarie ſumpta, non eſt determinata, neq; appropriata alicui, & conſequenter eſt indifferens, ſeu communis negatiue. Falſitas autem ſecundæ patet ex eo, quod omnis propoſitio eſt ſimpliciter falſa, in qua prædicatum repugnat ſubiecto ratione conditionis explicite importatæ in illo: ſicut iſta eſt ſimpliciter falſa. Ignis non approximatus combuſtibili comburit, quia comburere repugnat igni non approximato paſſo. Sed illa propoſitio ſecunda, ſcilicet, Natura exiſtens extra animam eſt communis pluribus negatiue, eſt huiuſmodi, ergo iſta eſt falſa.

Ad euidentiam minoris ſcito, ꝙ cū dico, Natura ſecundum ſe, ſeu natura abſolute, dico duo, ſcilicet naturā & ſolitudinē, & eius conditionem. Similiter cum dico, natura exiſtēs extra animam, dico duo, ſcilicet, naturam, & particularem exiſtentiam ſibi coniunctam, & eius conditionem. Vnde aliquid conuenit, ſiue repugnat naturæ abſolute ratione naturæ, & aliquid ratione ſolitudinis. Similiter aliquid cōuenit, ſiue repugnat naturæ exiſtenti extra, rationē naturæ: & aliquid ratione aſſociationis eius ad particulare. Cum igitur communitas negatiue, quæ eſt prædicatum in propoſitione noſtra, non conueniat naturæ abſolutę ratione ſui, ſcilicet naturæ, quia non eſt eius prædicatum quidditatiuum, ſed cōueniat ei ratione explicitę conditionis per ly, ſecundum ſe, ſeu ly, abſolute, quæ eſt ſolitudo: ex hoc enim natura eſt communis negatiue, quia ſolitarie accipitur abſq; determinatione ad hoc, vel illud, oportet quod repugnet naturæ ſub oppoſita conditione ſumpta ratione illius oppoſitæ conditionis. Explicat autem conditionem oppoſitam ſolitudini natura exiſtens extra, eo quòd explicat coniunctionem eius ad particularem exiſtentiam, quæ ſolitudinem illius tollit. Et ideo communitas negatiue repugnat naturæ exiſtenti extra, non ratione naturæ, ſed ratione conditionis explicitæ per ly, exiſtenti extra animam, & conſequenter propoſitio illa, in qua ſubiectum erat, Natura exiſtens extra, & prędicatum erat, Communitas negatiue, eſt ſimpliciter falſa. ſtatim enim. ut natura perdit ſolitudinem, communitatem quoque perdere cogitur. amittit autē ſolitudinem, quam primum in alio eſt.

Vnde apparet reſponſio ad argumentum, quòd licet tam natura quam vnitas formalis, quantum eſt ex ſe, id eſt ſolitarie, ſit communis negatiue: ipſa tamen exiſtens extra, non eſt communis, ſicut ipſa quantum eſt ex ſe, non eſt cum alio, ipſa tamē exiſtens extra neceſſario eſt cum alio: & ſic ut non licet inferre, Ipſa quantum eſt ex ſe non eſt cum alio, ergo ipſa exiſtens extra non eſt cum alio: ita non licet inferre, Ipſa quantum eſt ex ſe, eſt communis negatiue, ergo ipſa exiſtens extra, eſt communis negatiue. Vtrobique enim idem peccatum accidit, & eſt ſui fallacia accidentis. Et ſi hoc intuitus fueris, uidebis in quo diſtat poſitio Scoti in 2. ſent. diſt. 3. q. 1. a poſitione noſtra, & unde in talem opinionem incidit. Dicit enim ipſe naturam ſpecificam, puta humanitatem ratione ſui ſequi hæc duo, ſcilicet vnitatem formalem, & communitatem negatiuam, ſeu indifferentiam ad plura numero. Dicit namque in fine illius quæſtionis, ꝙ non oportet quærere cauſam, quare natura ſit communis: quia natura ipſa eſt cauſa ſufficiens ſuæ communitatis, ſed bene oportet quærere cauſam, quare ſit ſingularis, quia nō ex ſe eſt ſingularis: & ideo ſicut extra animam inuenitur natura una formaliter, ita inuenitur natura communis pluribus. Nos autem in primo non diſſentimus, ſed in ſecundo. Dicimus. n. naturam ratione ſui ſequi vnitatem formalem, ſed communitatem negatiuam fatemur non ſequi eam ratione ſui. ſed rōne ſolitudinis ſuæ: ſicut ſingularitatem ſequi eam dicimus rōne aſſociationis eius ad exiſtentiam. Et quia conditio ſolitudinis non conuenit naturæ ratione ſui, nec ratione ipſius eſſe, quod habet extra animam, ſed ratione intellectus, qui natus eſt adunata diuidere: ideo ante omnem actum intellectus, nulla communitas in natura inuenitur. Et ſicut quærenda eſt cauſa, unde habeat natura eſſe ſolitarium, & eſſe extra, quia de ſe neutrum habet: ita quærenda eſt cauſa, unde habeat natura communitatem, & ſingularitatem de ſe enim neutrum habet.

Cauſa autem vnde falſitas in hac Scotica proceſſit opinione, videtur duplex. Prima eſt æquiuocatio illius termini, ex ſe, ſeu de ſe. Poteſt enim vtrunque eorum accipi dupliciter. Vno modo poſitiue: & ſic dicit aliquam habitudinem cauſæ. Alio modo negatiue: & ſic dicit ſolitudinem, i. non cum alio, & primo modo intellexit naturam eſſe communem ex ſe, ita quod ipſa eſt ſibi ſufficiens cauſa ſuæ communitatis, ut ex verbis eius ibi patet, cum tamen debuiſſet intelligere ſecundo modo. Natura enim ex ſe, id eſt non cum alio, eſt indifferens & communis: ſicut quando dicitur, natura ex ſe eſt ſola, ly ex ſe, non dicit aliquam cauſalitatem, ſed tantum negationem coniunctionis cum alio.

Secunda cā eſt diſtantia inter propoſitionē negatiuam & affirmatiuam de prædicato infinito, reduplicatione addita. Licet enim ex affirmatiua de prædicato infinito ſequatur negatiua, & econuerſo, vt dr̄ in ſecundo Perihermenias, quando non ſūt replicatiuæ cum reduplicatione: tamen licet ex affirmatiua de prædicato infinito, ſequatur negatiua de prædicato finito, non tamen econtra. Hanc enim, Homo in eo quod homo, non eſt albus, nō ſequitur iſta Homo in eo ꝙ homo, eſt non albus. Si enim homo in eo quod homo eſſet non albus, nunquam homini coniungi poſſet albedo: quia quod conuenit alicui, ſm ꝙ ipſum conuenit ei ſemper neceſſario & per ſe. Apparet autē in hoc defeciſſe manifeſte proceſſum Scoticum, cum n. cōe negatiue idē ſonet quod non proprium, argumentatus eſt ſic. Natura, puta humanitas, inquantum talis, nō eſt propria alicui. ergo humanitas inquantum humanitas, eſt nō propria, ubi expreſſe patet defectus prædictus. Et ꝙ ſic proceſſerit, patet ex ſuo proceſſu. Concluſio n. ſua eſt affirmatiua de prædicato infinito, cum cōcludat ergo natura ex ſe eſt non ꝓpria. Antecedens uero eſt negatiuum. i. natura non eſt de ſe hæc, i. propria alicui. Similiter patet ex alio proceſſu, quem ibi induxit, ſ. humanitati Sortis ratione ſui non repugnat eſſe in alio. ergo humanitas Sortis ex ſe eſt cōmunis, ubi aperte patet prędictus

de-

In hac q6.

Sco 2. diſt. 3. quæſt. 1.

Cap. 1. Lect. 3.

defectus. Reduplicationem enim in primo proceſſu ſonat ly, ex ſe, ſeu de ſe, in ſecundo ly, ratione ſui, &cæt. Et hoc eſt valde notandum in hac materia, & in materia de vniuerſalibus, eo quod hinc omnia pendent. Attentum ergo oportet eſſe, quod hæc propoſitio, Natura ex ſe eſt communis, ſi debet eſſe uera, oportet ꝙ tam ly ex ſe, quàm ly communis, teneatur negatiue ſecundum viam noſtram, & ueritatem: & tunc idem eſt ac ſi dicatur, Natura non cũ alio ſumpta, eſt non propria alicui: quod patet eſſe verum. Secundum vero S.o. ly ex ſe, tenetur poſitiue, & male: & ſenſus eſt, Natura ratione ſui, ſiue inquantum talis, eſt non propria alicui, quod eſt manifeſte falſum.

Non tamen poteſt dici, ꝙ ratio uniuerſalis conueniat naturæ ſic acceptæ, quia de ratione vniuerſalis eſt vnitas, & communitas. Naturæ autem humanæ neutrum eorum conuenit ſecundum ſuam abſolutam cõſiderationem. Si enim communitas eſſet de intellectu hominis, tunc in quocunque inueniretur humanitas, inueniretur communitas. & hoc falſum eſt: quia in Sorte non inuenitur communitas aliqua, ſed quicquid eſt in eo indiuiduatum eſt.

Attentior adhuc ſis, quod aliud eſt dicere, Natura, puta humanitas inquantum huiuſmodi, non eſt propria alicui: & aliud eſt dicere, Humanitas, inquantum huiuſmodi, non eſt propria, ſeu communis, quod idem ſonat in propoſito. Prima enim eſt vera: quia humanitati in eo quod humanitas, non conuenit quod ſit appropriata alicui. Secundam uero patet eſſe falſum ex eadem radice: quia humanitati in eo quod humanitas, non conuenit quod ſit non appropriata alicui. Abſtrahit enim ab vtroque, ſcilicet ab eſſe proprio & ab eſſe non proprio. Si enim humanitas in eo quod humanitas, eſſet non appropriata, nunquam humanitas eſſet appropriata alicui: quia, ut dictum
5.Cap.12. eſt ex 1. Poſte. quod conueniat alicui ſecundum quod ipſum præſupponit de omni, neceſſarium, & per ſe. Quod autem naturæ ratione ſui non conueniat illa communitas, licet ſupra indirecte probatum fuerit, ubi duabus rationibus deducta eſt falſitas illius propoſitionis, Vnitas exiſtens extra animam. eſt com
In hac q6. munis pluribus ſuppoſitaliter diſtinctis ad falſitatem enim huius ſequitur falſitas illius: quia quod non conuenit rei extra animam, non conuenit ei ratione ſui: directe tamen nunc probo ſic. Omne quod ſequitur aliquam naturam ratione ſui, prædicatur ſimpliciter, id eſt, ſine aliqua additione de ſuppoſito illius naturæ: ſed communitas ſequitur naturam humanam per ſe ratione ſui. ergo communitas prædicatur ſimpliciter, id eſt, ſine aliqua additione de ſuppoſito naturæ humanæ. Proceſſus bonus in tertio primæ: concluſio autem eſt falſa. ergo altera præmiſſarum: non Maior, ut declarabitur. ergo Minor, quæ eſt poſitio tua. Falſitas concluſionis patet: quia iſta eſt ſimpliciter falſa, Sortes eſt communis pluribus, & ſi addatur ly ex ſe, adhuc eſt falſum dicere, Sortes ex ſe eſt communis pluribus. Veritas Maioris declaratur ſic. Quod ſequitur naturam ratione ſui aut eſt paſſio, aut modus, aut prædicabile per ſe, aut per accidens, aut ſeparabile, aut inſeparabile. Modo omnia iſta, ſi comitantur naturam ratione ſui, ita ſe habent, quod ſicut natura prædicatur eſſentialiter de indiuiduo, puta homo de Sorte: ita iſta prædicantur denominatiue in ſuo ordine de ipſomet indiuiduo, ut patet diſcurrendo.

Et confirmatur hoc, quia in propoſito noſtro naturam humanam ſequuntur vnitas formalis, & communitas ratione ſui ſecundum te. Vnde neutrius eſt alia cauſa quærenda, niſi natura ipſa. ergo ſicut vnitas formalis prędicatur ſimpliciter de Sorte: iſta enim eſt ſimpliciter uera, Sortes eſt unus formaliter: ita communitas prædicabitur de Sorte ſimpliciter dicendo, Sortes eſt communis. Hoc eſt falſum. ergo &c. Quęnam eſt maior ratio de vnitate, quàm de communitate? & quare eorum quæ ſequuntur naturam ratione ſui, alia prædicentur de indiuiduis, alia non? Non enim erit facile fingere rationes Scoti, quas ibi facit: quia non concludunt cõmunitatem dari extra animam, ſed vnitatem: ideo ſuperfluum iudicaui adducere. Si quæ autem ex eis, aut expoſitis ab eodem in 7 Meta. ad communitatem probandam adducerentur, non erit difficile ſumere reſponſionem ex dictis ad duas illarum hic inductas.

AD ſecundi dubii euidentiam ſciendum, ꝙ vnum cum dicat ens indiuiſum, importat aliquid poſitiuum, & aliquid priuatiuum. Si loquamur de vnitate formali, & unitate numerali ſubſtantiali, quoad propoſitum quod importat, ſic ſunt idem realiter, & diſtinguuntur ſola ratione. Sic idem realiter ſunt Sortes & homo, & ratione diſtinguuntur, eo quod eadem res eſt quæ eſt una formaliter, & numeraliter. Si autem loquamur de his vnitatibus, quoad priuationes diuiſionum importatas, ſic dico, quod diſtinguuntur realiter, dummodo non ſit vis in hoc, quod diſtinctio realis ſit paſſio entis realis, eo quod alia priuatio eſt priuatio diuiſionis formalis, & alia eſt priuatio diuiſionis numeralis: ſicut alia eſt diuiſio formalis, & alia eſt diuiſio numeralis. Nec inconueniat in uno

F eſſe plures unitates ſubſtantiales realiter diſtinctas, quo ad priuationes importatas. eſſet autem impoſſibile in uno eſſe plures vnitates ſubſtantiales realiter diſtinctas quo ad res poſitiuas, quas important. Vnde vtriuſque rõnis adductæ concluſio concedenda eſt diuerſimode loquendo, nec aliter reſpondere eſt opus.

QVAESTIO.

DVBIVM eſt tertio circa aſſignationem quartę differentiæ. Non enim videtur uerum, quod natura abſolute ſit illa quæ prædicatur de indiuiduis: quia natura abſolute ſumpta, non eſt vniuerſalis, neque communis. In huiuſmodi autem propoſitioni-
G bus, Sortes eſt homo, & Sortes eſt animal, & ſimilibus prædicatur uniuerſale. & ſuperius de particulari & inferiori. Similiter etiam cum quæritur, an iſta prædicatio. Sortes eſt homo, ſit æqualis de æquali, vel inferioris de inferiori, non videtur poſſe reſponderi, tenendo quod natura abſolute prædicatur, cum illa, nec æqualis, nec ſuperior ſit.

Ad hoc dicendum eſt, quod ſicut in natura extra eſt conſiderare ipſam rationem agendi, & eſt conſiderare conditionem eius ſine qua non operatur. v.g. in colore conſideratur natura eius, ex qua eſt viſibilis: & conſideratur particularitas quę eſt conditio, ſine qua non eſt uiſibilis: ita in natura prædicabili eſt conſiderare duo, ſcilicet id quod prædicatur, attribuitur ſubiecto, & conditionem ſiue qua attribuitur illi. Sicut in hac propoſitione, Sortes eſt homo, id quod attribuitur ſubiecto, eſt ipſa natura humana, & nihil aliud. Conditio vero ſine qua ly homo, non prædicatur de Sorte, eſt eſſe uniuerſale ſuperius
H commune, uel aliud huiuſmodi vt etiam infra patebit, & habetur ab Ariſt. 7. Met. tex. com 46. Nulla res prædicatur, niſi ut habet eſſe in intellectu, eo quod prędicatio ab intellectu dependet. Vnde ad dubium dico, quod natura ſecundum ſuam rationem eſt id quod prędicatur de ipſo indiuiduo. eſt enim prædicatio rei de rē. Superioritas tamen, & vniuerſalitas, & cętera huiuſmodi, ſunt conditiones eius. Et ideo ad interrogationem, an in illis prædicationibus ſit prędicatio ęqualis uel ſuperioris, dico quod eſt prędicatio ſuperioris. In fine huius capit. T.cap.46.

Nec obſtat, quod ſuperioritas non inſit naturæ abſolute quę prędicatur: quoniam non dicit San. Tho. quod naturę abſolute, prout abſtrahit ab omni eſſe, conueniat hęc conditio, ſcilicet prędicatio de indiuiduis, ſed dicit quod res cui conuenit illa conditio, eſt natura abſolute, & non aggregatum ex natura & eſſe in intellectu, ſeu in ſingulari. Non enim cum dico, Sortes eſt homo, eſt ſenſus, Sortes eſt homo ſecun-
I dum eſſe in intellectu, aut in ſingulari, aut ſuperiori, aut ęquali, ſed, Sortes eſt habens humanitatem.

Vnde ualde attendenda eſt diſtinctio inter id quod prędicatur, & conditionem prędicati, qua non attenta forte decepti ſunt dicentes abſolute ex hoc textu haberi, ꝙ iſta, Homo eſt animal, nec eſt prędicatio ſuperioris, nec inferioris, nec ęqualis. Senſus ergo literę eſt. Natura abſolute quę eſt, prędicatur, id eſt, natura ſecundum conditiones ſibi debitas ratione ſui eſt id quod attribuitur ſingularibus, & non ſecundum cõditiones ſibi debitas ex eſſe in intellectu, uel ſingulari, cũ quo ſtat, ꝙ eſſe in intellectu uniuerſalitas, & ſuperioritas ſint conditiones, ſine quibus natura ipſa non prędicatur de ſingularibus.

e HIC iam ponitur quarta concluſio negatiua, Eſſentia ſubſtantię compoſitę abſolute ſumpta non eſt uniuerſalis, ut ſpecies &c. Probatur ſic. Vniuerſale eſt unum commune multis: eſſentia ſubſtantię compoſitę ſecundum ſe non eſt una communis multis. ergo eſſentia ſubſtantię compoſitę ſecun-
K dum ſe non eſt uniuerſalis &c. Maior eſt Ariſt. ſecundo Poſteriorum. Minor uero probatur ex eo, quod ſi ſecundum ſe eſſentia ſubſtantię compoſitę eſſet una & communis, in quocunque inueniretur illa eſſentia, eſſet una & communis multis, quod eſt impoſſibile. Conſequentia patet ex eo, ꝙ omne quod conuenit alicui ſecundum ſe, conueniat ei in quocunque ponatur, ut ex primo Poſteriorum apparet. Impoſſibilitas autem conſequentis adeo eſt manifeſta, ut Auicen. dicat ſecundo ſuę Metaphyſicę, quod nullus ſanę mentis poteſt oppoſitum illius opinari. Quis enim eſt adeo fatuus, qui dicat eſſentiam Sortis ſibi communem eſſe & Platoni. T.cap.27. T.cap.26

SED hic occurrit dubiũ circa ꝓpoſitionẽ illã, ſupra quam fundatur totus proceſſus, ſcilicet. Omne quod cõuenit alicui ſecundum ſe, conuenit ei in quocunque ponatur: videtur enim multas habere inſtantias. Motus enim ſecundum ſe eſt velocitabilis in infinitum, ex ſexto Phyſicorum tex. Com. 15. Motus autem in cęlo poſitus, nequaquam, ſed eſt velocitas ut dicitur

ſecundo

A ſecundo Cœli, tex. Com. 18. Similiter continuum ſecundū ſe eſt diuiſibile in infinitum, ex ſexto Phyſicorum text. Com. 3. Continuum autem in re naturali poſitum non, cum omnium natura conſtantium determinata ſit rō magnitudinis, vt dr̄ 2. de Animā text. Com. 41. Similiter motus ſecundum ſe habet contrarium, ex. 5. Phyſic. text. Comm. 2. & 14. Motus autem in cœlo poſitus caret contrario, primo Cœli, tex. Com. 20.

Te. com. 15. Te. com. 28. Tex. com. 43. Te. com. 41. T. e 8 & 14. Te. com. 30.

f Similiter etiam non pōt dici, quod ratio generis accidat naturæ humanæ ſecundū illud eſſe, quod habet in indiuiduis, qa nō inuenitur in indiuiduis natura humana ſm unitatem, vt ſit vnū quid conueniens cuilibet, qđ ratio vniuerſalis exigit. g Relinquitur ergo quod ratio ſpeciei accidat naturę humanæ ſm illud eſſe, quod habet in intellectu. Ipſa enim natura ha-

Ad hæc, & ſimilia dicitur prænotando, quod aliud eſt dicere, A conuenit aliquid ſecundum ſe. & aliud dicere, A non repugnat aliquid ſecundum ſe. Ad veritatem enim primi exigitur, quod A vendicet ſibi illud in primo, vel ſecundo, vel quarto modo perſeitatis. Ad veritatem ſecundi ſufficit quod ipſi A vt ſic, non repugnat illud. Ad veritatem quoque primi, ſequitur illud conuenire ſibi in quocunque ponatur, ad ueritatem ſecūdi, non. Multa enim ſunt quæ non repugnant animali in eo q animal, quæ tamen non inueniūtur in quolibet animali. Quicquid autem conuenit animali in primo, uel ſecundo, vel quarto modo dicendi per ſe, inuenitur in omni animali. Vnde in propoſito dico, quod nulla inſtantiarum adductarum eſt contra propoſitionem aſſumptam, eo quod omnia quę in illis dicuntur, intelligenda ſunt per non repugnātiā, & per conuenientiam. Cum enim dicitur, motum eſſe velocitabilem in infinitū, intelligimus motui vt ſic, non repugnare velocitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, continuum eſſe diuiſibile in infinitum, intelligitur continuo ut ſic, non repugnare diuiſibilitatem in infinitum. Similiter cum dicitur, motum habere cōtrarium, intelligimus motui ut ſic, non repugnare habere contrarium.

B ſic. Natura ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente, eſt vniuerſalis in prędicando. Secundo ſic. Natura ſecundum eſſe ſubiectiuum in intellectu poſſibili, eſt vniuerſalis in repręſentando. Tertio ſic. Natura ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu poſſibili, eſt vniuerſalis in prædicando.

C Quod ſi hoc non placet, dicito, quod aliud eſt dicere, A in eo quod A, conuenit aliquid: & aliud eſt dicere, A in eo quod A, non conuenit aliquid, ut patet. Et quod quicquid conuenit A in eo quod A, conuenit omni A: quicquid autem non conuenit A in eo quod A, non oportet negari ab omni A. Riſibile. n. non conuenit animali in eo quod animal & tamen non negat ab omni animali, conuenit enim animali in homine. Et ſubiungito, quod omnes propoſitiones in inſtantiis adductæ ſunt intelligendę negatiue, ut ſit ſenſus. Motus eſt velocitabilis in infinitum, i. motus vt ſic, non eſt determinatæ velocitatis. Similiter continuum eſt diuiſibile in infinitum, i. continuum ut ſic, non eſt determinatæ diuiſionis. Similiter motus habet contrarium, id eſt, motus ut ſic, non determinat ſibi eſſe abſque cōtrario: & ſic ſecundum utrunque modum reſpondendi remanet propoſitio aſſumpta uniuerſaliter vera.

D Poſſet tamen & aliter dici ad has inſtantias: ſed quia magis ad formam propoſitionis attendo, quam ad materiam, ſō impræſentiarum pertranſeo.

f ¶ HIC ponitur quinta concluſio negatiua. ſ. Eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſecundum eſſe quod habet in ſingularib. non eſt uniuerſalis, probatur ſic. Vniuerſale eſt unum in multis, eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ ſecundum eſſe quod hēt in indiuiduis, non eſt una in multis, ſed diuerſa in multis, ergo eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, ſecundum eſſe quod habet in indiuiduis, non eſt uniuerſalis, & conſequenter nec ſpecies, nec genus, nec differentia, quæ uniuerſalitatem ſupponunt.

g ¶ HIC per locum a diuiſione concluditur ſexta concluſio affirmatiua determinatiua quæſtionis ... ſcilicet, Eſſentia ſecundum eſſe in intellectu eſt vniuerſalis, genus, ſpecies, differentia &c. ut probatur ſic. Vnum in multis & de multis eſt vniuerſale: natura ſecundum eſſe in intellectu eſt vna in multis, & de multis, ergo eſt vniuerſale. Probatio Minoris. Vniformiter ſe habens ad multa, ut eſſentialis eorum imago, eſt vnum in multis, & de multis: natura ſecundum eſſe in intellectu eſt huiuſmodi, quia habet eſſe abſtractum ab omni difformitate indiuiduorum, eſſentialiter eorum cognitionem gignēs ergo &c.

E Ad euidentiam huius concluſionis & rationis: quia termini multipliciter dicti, ſecundum Ariſt. doctrinam, diſtinguendi ſunt. Nota primo diſtinctiones terminorum in concluſione poſitorum. Eſſe in intellectu cōtingit dupliciter ſubiectiue, & obiectiue. Eſſe in intellectu ſubiectiue, eſt inhærere ipſi, ſicut accidens ſuo ſubiecto, ut albedo ſuperficiei. Eſſe in intellectu obiectiue, eſt terminare actum intellectus. Intellectus eſt duplex in nobis, agens & poſſibilis, ut dicitur tertio de Aiae. Co. 17. (Te. c. 17.) Intellectus agens eſt ille, qui abſtrahit ſpeciem intelligibilem a phantaſmatis. Intellectus poſſibilis eſt ille, qui intellectionem recipit in ſe. Vniuerſale eſt duplex, in repræſentādo, & in prædicando. Vniuerſale in repræſentādo in propoſito eſt, quod repræſentat rem, non repræſentando conditiones eius indiuiduales. Vniuerſale in prædicādo eſt illud, quod prædicatur de multis differentibus ſecundum eſſe.

His viſis ſcito concluſionem illam, ſcilicet, Natura ſecūdum eſſe in intellectu eſt vniuerſalis, triſariam verificari. Primo ſic. Natura ſecundū eſſe obiectiuum in intellectu agente, eſt vniuerſalis in prędicando. Secundo ſic. Natura ſecundum eſſe ſubiectiuum in intellectu poſſibili, eſt vniuerſalis in repręſentando. Tertio ſic. Natura ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu poſſibili, eſt vniuerſalis in prædicando.

Sciendum eſt ſecundo, quod res extra, ſecundum quod eſt actu intelligibilis, eſt obiectiue in intellectu agente: ſic. n. terminat eius actionem, quia ad hoc poſitus eſt ab Ariſto. intellectus agens, vt faciat rem intelligibilem in potentia, intelligibilem in actu, vt dicitur tertio de Anima. Com. 18. Fit autem actu intelligibilis res extra ab intellectu agente non per hoc, quod recipiat, aut perdat aliquid ſecundū eſſe per illam actionem, ſed ex hoc quod eius ſpecies intelligibilis producitur ab intellectu agente. Per hoc enim res extra repręſentatur, nō repræſentatis conditionibus indiuidualibus, cum quibus in potentia intelligibilis erat, non in actu. Vnde ipſa productio ſpeciei intelligibilis, eſt factio rei extra, intelligibilis in actu. Habet n. ratio illa duos terminos. Vnum intra animam, ſcilicet ſpeciem intelligibilem, quæ realiter producitur de nouo in intellectu poſſibili: & alium extra, ſ. rem cuius eſt illa ſpecies quæ nihil reale ex hoc acquirit, ſed tamen denominationem extrinſecam, ſcilicet quod eſt abſtracta ab hoc, & nunc, quod eſt actu intelligibilis &c.

C Natura autem extra, ſecundum quod eſt actu intellecta, eſt obiectiue in intellectu poſſibili: ſic enim terminat eius actionem, quæ eſt intelligere. Fit autem & eſt actu intellecta res extra, non per hoc quod aliquid accipiat, aut amittat per actionem intellectus poſſibilis, ſed ex hoc quod conceptus eius formatur ab intellectu poſſibili, tunc enim res intelligitur, quando eius conceptum formamus. Vnde ipſa conceptus formatio eſt factio rei extra actu intellectæ: habet enim & hæc actio duos terminos, Vnum intra animam, ſ. cōceptum, qui realiter fit, qui nihil aliud eſt quam expreſſa ſimilitudo rei, rem præſentem obiectaliter faciens intellectui poſſibili; & alterum extra, ſcilicet rem quæ ex producto conceptu extrinſece, denominatur actu intellecta.

Et ex his patet quæ ſit differentia, & quæ ſit conuenientia inter rem obiectiue in intellectu agente, & intellectu poſſibili.

D Differentia ſiquidem eſt, quia ex hoc quod obiectiue in intellectu agente ſit, & eſt actu intelligibilis, non autem actu intellecta. Ex hoc vero quod eſt obiectiue in intellectu poſſibili, quæ iam erat actu intelligibilis, fit actu intellecta. Conuenientia autem eſt, quia tam ex hoc quod eſt obiectiue in intellectu agente, q ex hoc quod eſt obiectiue in intellectu poſſibili, habet quod ſit repræſentata abſque indiuidualibus, conditionib. & conſequenter quod ſit abſtracta ab hoc, & nunc &c.

Sciendum tertio ex Auic. 5. Metaph. c. 1. quod uniuerſale in prædicando, eſt id quod in intellectu non eſt impoſſibile prædicari de multis. & hoc tripliciter poteſt ſe habere. Cap. 1

Primo, quod illa multa ſint actu in rerum natura: ſicut homo obiectus intellectui eſt vniuerſale reſpectu Sortis, & Platonis.

Secundo, quod illa multa non ſint, poſſint tamen eſſe: ſicut domus heptangula obiecta intellectui, eſt uniuerſale reſpectu plurium heptangularum quæ non ſunt, poſſunt tamen eſſe.

E Tertio, quod illa multa, nec ſint nec poſſint eſſe. ſicut luna obiecta intellectui eſt uniuerſale reſpectu plurium lunarum, quas impoſſibile eſt eſſe. Et Gabriel obiectus intellectui eſt vniuerſale reſpectu plurium Gabrielium, quos implicat contradictionem eſſe. Vniuerſale primo modo, uocatur a S. Th. prima parte quæſt. 13. vniuerſale ſecundum rem, & ſecundum rationem: quia res illa realiter eſt in pluribus, & non ſolum vt obiecta intellectui. Vniuerſale tertio modo, vocatur ibidem, vniuerſale, ſeu commune ſecundum rationem tantum: quia res illa non inuenitur realiter in pluribus, ſed vt obiecta intellectui tantum. Vniuerſale ſecundo modo, ibi non diſtinguitur contra vniuerſale primo modo: poſſet tamen nomine proprio dici, vniuerſale ſecundum rationem, & ſecundum rem, in potentia tamen. Nec ſolum nomina ibi imponuntur a S. Tho. ſed & dictorum ratio aſſignatur valde ſubtilis, quæ ſuper quatuor propoſitiones fundatur. 1. par. q. 13 art. 9. c.

Prima eſt. Vniuerſalitas & prædicabilitas non conueniunt In hoc c.

res

rei ſecundum ſe, nec ſecundum eſſe quod habent extra animam: patet illa ex dictis.

Secunda eſt, Res materialis, quæ ſola per propriam ſpeciē cognoſcitur a nobis, ſm quod eſt in intellectu noſtro, obiectiue repræſentatur abſque conditionibus indiuidualibus: patet illa etiam ex dictis.

Tertia eſt Res immaterialis ut Deus ipſe ſm quod eſt ĩ intellectu noſtro, obiectiue repræſentatur per modũ rerum materialium, ſ. non repræſentatis proprie anibus indiuidualibus. Patet illa, quia res illæ nõ cognoſcuntur a nobis ſm quod in ſeipſis ſunt ſed per modum rerum materialium: nec per proprias ſpecies, ſed per ſpecies rerum materialium.

bet eſſe in intellectu abſtractũ ab omnib. indiuiduantibus, & habet rationem vniformem ad oia indiuidua, quæ ſunt extra

Quarta eſt, Res omnis ut repræſentata abſque conditionibus indiuidualibus, non magis reſpicit vnum quam plura indiuidua. Patet illa; quia vt abſtracta eſt, æqualiter ad vnum & multa ſe habet. Nihil enim fingi poteſt, vnde abſtractum, vt abſtractum, vnum magis reſpiciat, quam plura, vel econtra. Vnde & notanter Auicen. appoſuit in diffinitione uniuerſalis illam particulam, Secundum quod eſt in intellectu. Multa enim ſunt vniuerſalia, quibus tam ſecundum eſſe extra, quam ſecundum propriam rationem repugnat prædicari de pluribus, ut de intelligentiis dicetur. Nulli autem vniuerſali, ſecundum quod eſt in intellecto repræſentatum abſque propria & particulari exiſtentia, ſeu proprietate & hypoſtatica repugnat

c.5.q6.9. prædicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio. Res quælibet & ſola æqualiter ſe habens ad unum & plura indiuidua, eſt vniuerſalis in actu in prædicando: res quælibet ſola, ut repræſentata intellectui noſtro, eſt æqualiter ſe habens ad unum & plura inferiora. ergo res quælibet & ſola, ut repræſentata intellectui noſtro, eſt vniuerſalis in actu in prædicando. Maior patet ex diffinitione uniuerſalis aſſignata ab

cap.1. cir ca principiũ. Ariſtotel. 1. Periherm. Minor vero quo ad ſecundam partem patet ex prima propoſitione: quo ad primam autem partem ex reliquis tribus.

Ex his corollarie elicio, quod ad hoc quod aliquid ſit vniuerſale in actu in prædicando, non exigitur actualis relatio naturæ obiectæ ad particularia: ſed ſufficit quod res ipſa ſit in ea diſpoſitione, ſecundum quam intellectus ad libitum poſſit illam relationem ſibi vere attribuere, nihil addendo præter ipſam actualem relationem.

Iſtis prælibatis, iam patere poteſt concluſio intenta ſecundum omnes tres ſenſus aſſignatos.

Et pro primo quidem ſenſu, argui poteſt ſic. Id quod in intellecto non eſt impoſsibile prædicari de multis, ſeu, ut Ariſt. verbis vtar, aptum natum eſt prædicari de multis, eſt vniuerſale in prædicando: ſed res ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente eſt huiuſmodi. ergo res ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente eſt vniuerſalis in prædicando. Maior patet ex Auic. & Ariſt. Minor vero probatur ſic. Res abſtracta a conditionibus indiuidualibus ut ſic, eſt apta nata prædicari de pluribus: res ſecundum eſſe obiectiuum in intellectu agente, eſt abſtracta a conditionibus indiuidualibus. ergo &c. Præmiſſæ omnes ex dictis ſunt manifeſtæ.

1.diſt.3.q.1. Ex his habes quam male dixerit Sco. 1. ſenten. diſt. 3. q. 1. in reſponſione ad primum, dicendo, quod natura ante actum intellectus poſsibilis nihil habet, niſi quod conuenit ſibi extra animam. Patet enim iam quod ſecundum ſententiam Ariſt. eſt actu intelligibilis abſtracta ab hoc, & nunc, & conſequenter vniuerſalis in actu ante actum intellectus poſsibilis.

Pro tertio ſenſu arguere aliter non eſt opus, eo quod eodem modo procedendum eſſet.

Secundus autem ſenſus intelligentibus terminos, ex rationibus terminorum clarus eſt. Natura namque ſecundum eſſe ſubiectiuum in intellectu poſsibili, nihil aliud eſt quam ſimilitudo immaterialis ſui repræſentatiua in illo exiſtens. Similitudo autem immaterialis a ſingularibus abſtracta, rem vniuerſaliter neceſſe eſt repræſentet, eo ipſo quod abſtracta eſt. Si enim rem vniuerſaliter non repræſentaret, ſed particularibus conditionibus immiſtam, & non a materialibus conditionibus abſtractam, non eſſet vniuerſalis. ergo in repræſentando ipſam eſt vniuerſalis res, ſecundum quod eſt ſubiectiua in intellectu poſsibili, id eſt ſpecies, ſeu ſimilitudo ipſius naturæ pro quanto repræſentat naturam ipſam non repræſentatis conditionibus indiuidualibus.

Et nota, quod quia natura ipſa habet duas ſimilitudines in anima, ſcilicet ſpeciem intelligibilē, & conceptum, ſiue ſpeciem impreſſam & ſpeciem expreſſam: ideo ſm vtramque ſpeciem eſt uniuerſalis in repræſentando. Quare autem oportet duas ſpecies ponere, & quomodo, ſi Deus conceſſerit nobis vitam, alibi dicetur. Quamuis autem concluſio ſecunda poſsit omni-

F bus modis dictis verificari: attamen primus & tertius ſunt ad propoſitum literæ. Intendimus enim hic de vniuerſali in prædicando, quod intentionem logicā ſonat: & non de uniuerſali in repræſentando, ꝙ nulla intentione ſecunda logica dr̄ uniuerſale, ſed ex eſſe proprio, quod ſecundum rem ſortitur.

animam, prout eſſentialiter eſt imago omnium, & inducēs in cognitionem omniũ inquantũ ſunt homines, & ex hoc, ꝙ

¶ Literam ſic gloſſare potes. Ipſa enim natura habet eſſe in intellectu agēte vel poſſibili, tam obiectiue, quam ſubiectiue, abſtractũ ab omnibus indiuidualibus conditionib. Et habet rationem vniformem obiectiue in prædicando, ſubiectiue in repræſentando, ad omnia indiuidua quæ ſunt extra, prout eſſentialiter eſt ſimi-

G litudo omnium obiectiue in eſſendo: ſubiectiue in repræſentando, inducens in cognitionem omnium, inquantum ſunt homines, quia ut ſic aſſimilantur. Et ex hoc quod talem relationem, ſcilicet vniformitatis & ſimilitudinis eſſentialis, vel repræſentatiuæ habet natura ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem ſpeciei, id eſt ſecundam intentionem, quæ eſt ſpecies, & attribuit ipſi naturæ vniformiter ſe habenti ad indiuidua ex hoc, quod repræſentatur abſque omni indiuiduantium difformitate.

QVÆSTIO VII.

CIRCA dicta eſt quæſtio non modica, An vniuerſalia in actu, ſint extra animam, an fiant per opus intellectus, quemadmodum dictum eſt. In hac quæſtione primo declarabitur titulus: ſecundo ponetur opinio Scoti: tertio ponetur opinio S. Tho. quarto reſpondebitur ad argumenta in oppoſitum.

H QVO ad primum, quia hæc quæſtio diuerſimode intellecta, diuerſis modis a philoſophis determinata eſt, impræſentiarum peripateticam ſententiam ſupponendo, ſ. quod uniuerſalia non ſubſiſtant extra ſingularia, declaranda eſt quomodo intelligatur.

¶ In nomine, Vniuerſalis, tria intelligimus. Primo uniuerſalitatem, quæ eſt relatio rationis. Secundo rem, quæ denominatur uniuerſalis ab illa uniuerſalitate. Tertio, aptitudinem ad eſſendum in multis, quæ eſt quid medium inter illa duo, & eſt fundamentum proximum, quare res ſuſcipiat illam relatiuam denominationem. Ideo enim rei intellectus attribuit relationem vniuerſalitatis, quia res illa apta nata eſt eſſe in pluribus, non uertitur in dubium, an illa relatio, quæ uocatur vniuerſale formaliter ſit extra animam: eam enim omnes ab intellectu fieri dicunt. Nec quærimus: An illa res quæ denominatur uniuerſalis, quæ uocatur uniuerſale obiectiue in potentia, ſit extra animam. Communis enim ſententia eſt, quod quandoque res illa eſt extra animam, quandoque non. Si enim res illa eſt res realis puta homo, bos & huiuſmodi ponitur extra animam. Si autem res illa ſit ens rationis, non ponitur extra ut ſubiectum, prædicatum, propoſitio, ſyllogiſmus, & ſimilia. Sed dubitatio eſt, An aptitudo ad eſſendum in multis ſit extra animam, ita quod abſque omni tempore intellectus inueniatur res apta nata eſſe in multis, quæ uocatur uniuerſale in actu obiectiue, an ſolum extra animam ſit res. Aptitudo autem ad eſſendum in multis non ſit res per opus intellectus. Et quia aptitudo illa complet rationem uniuerſalis in actu, obiectiue ſumendo vniuerſale, licet non formaliter: ideo quærere an extra animam inueniatur totum hoc, ſcilicet res apta nata eſſe in pluribus, eſt quærere, an ſit extra animam uniuerſale in actu obiectiue.

Et debes ſcire ad euidentiam terminorum, quod ſicut album

K accipitur dupliciter, ſcilicet formaliter & ſubiectiue: ita vniuerſale accipitur dupliciter, ſcilicet formaliter, & ſubiectiue. Subiectiue enim accipi nō poteſt, eo quod vniuerſalitas in nullo eſt ſubiectiue, cum ſit ens rationis. Vniuerſale formaliter eſt ipſa vniuerſalitas, quæ relationis eſt. Vniuerſale obiectiue ſubdiuiditur in vniuerſale obiectiue in actu, & uniuerſale obiectiue in potentia. Vniuerſale obiectiue in actu, eſt totum hoc, ſcilicet, res vna apta nata eſſe in pluribus. Vniuerſale obiectiue in potentia, eſt res ipſa vna formaliter, non adiungendo ſibi aptitudinem ad eſſendum in pluribus. Ex his patet, in quo ſtat difficultas: & patet in quo quid nominis, terminorum in titulo quæſtionis poſitorum. Intendimus enim non de uniuerſali formaliter, nec de vniuerſali obiectiue in potentia, quia in his conuenimus: ſed de uniuerſali obiectiue in actu. Propterea cũ loquimur de uniuerſali in actu abſque additione intelligi uolumus ne in æquiuoco laboremus. Hæc de primo.

QVO ad ſecundum Sco. ſupr. 7. Met. q. 16. ſequendo fundamenta ſua, quod. ſ. naturam extra animam ſequantur unitas formalis, & communitas, opinatur rem unam aptam natā eſſe in pluribus dari extra animam: & per hoc dicit uniuerſale in Sco.7. Met. qu.16. & 1. diſt.3. q.2.

actu

actu eſſe in rerum natura abſque omni opere intellectus. Adducit quoque ad hoc multas rõnes, quas in medium afferre, eſſet limites intentionis noſtræ excedere; propterea eas afferam, ex quarum ſolutione reliquarum debilitas innoteſcit.

talem relationem habet ad oĩa indiuidua, intellectus adinuenit rationẽ ſpeciei: & attribuit ſibi vnde dicit Com. primo de Aĩa, quod intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus: hoc ẽt Auic. in ſuæ Metaphyſicæ octauo dicit.

Arguit primo per locum a diffinitione ad diffinitum ſic. Circunſcripto quocunque actu intellectus, res eſt apta nata eẽ in pluribus. ergo datur vniuerſale in actu extra animam. Tenet conſequẽtia, quia vniuerſale obiectiue in actu, vt diſtinguitur contra ſingulare & prædicabile diffinitur primo Perihermenias. Vniuerſale eſt quod aptum natum eſt eſſe in plurib. Antecedens probatur; quia ſi non, ergo aptitudo ad eſſendum in pluribus repugnat ſibi, nec conferri ſibi poſſet ſaltem ab intellectu; quia tunc pari ratione poſſet dari Sorti talem aptitudinem.

cap. 5. Loc. 10.

¶ Præt. Vniuerſale in actu eſt proprium obiectum intellectus: igitur præcedit actum intellectus. Tenet conſequentia ex ſecundo de anima, vbi dicitur quod obiectum eſt prius actu. (tex. c6. 33.)

¶ Præt. Obiectum ſcientiæ realis eſt ens extra animam; vniuerſale in actu eſt obiectum ſciẽtię realis. igitur vniuerſale in actu eſt ens extra animam.

¶ Præt. Relatio menſuræ eſt realis, quinto Meta. ſed illa fundatur in aliquo vniuerſali. Probatur, quia oportet eſſe aliquod vnum menſuram aliarum ſpecierum: ſed non vnum numero ſecundum Ariſt. ergo vniuerſale. (tex. c6. 30.)

¶ Præt. Operatio, ſeu paſſio realis, primo, & adæquate ineſt vniuerſali, vt intelligere homini ex primo Poſteriorum. igitur datur vniuerſale extra animam.

¶ Præt. Contrarietas eſt oppoſitio realis, & eius extrema ſunt vniuerſalia, non ſingularia. ergo dantur vniuerſalia extra aiam.

¶ Præt. Si vniuerſale fit ab intellectu, quomodo res prædicatur de re? & quomodo vniuerſale eſt vbique, & ſemper, incorruptibile & æternum? & quomodo materia & forma pertinent ad quidditatem vniuerſalis Phyſici? & quomodo vniuerſalium tantum eſt diffinitio? & quomodo genera & ſpecies, & vniuerſaliter prædicamenta ſunt entia extra animam?

¶ Præt. Si nihil eſſet in re niſi ſingulare, nulla eſſet vnitas realis, niſi numeralis, quæ eſt propria ſingulari: conſequens eſt falſum. ergo &c. Hęc de ſecundo.

Opinio San. Tho.

QVO ad tertium ſcito, nos ſequentes S. Tho. ac per hoc communem Peripateticorum doctrinam, oppoſitam in hac re proferre ſentẽtiam. Dicimus nanque, quod illorum trium, quæ in Vniuerſalis nomine intelliguntur, vnum tantum quandoque eſt extra animã, ſcilicet res ipſa vna formaliter, reliquis duob. opus intellectus cõſequentibus; quod & probatur ſimili modo arguendo, quo ſupra argutum eſt. Quicquid ſequitur naturam ratione ſui, ſimpliciter prædicatur de indiuiduo illius naturæ; ſed aptitudo ad eſſendum in pluribus per ra ſequitur naturã, puta humanitatem ratione ſui. ergo aptitudo ad eſſendum in pluribus prædicatur ſimpliciter de indiuiduo humanæ naturæ. igitur iſta erit vera, Sortes eſt aptus natus eſſe in pluribus; quod eſt impoſſibile. Maior manifeſta fuit ſupra, ex eo quod omnia quę comitantur naturam ratione ſui, nõ ſeparantur ab ea poſita in indiuiduo: & conſequenter prædicatur de eo, quia eſſe, in, fundat dici, de. (In hoc co. c. 4. 5. circa fi.)

¶ Præt. Omnis aptitudo fluens ab aliqua natura, inuenitur in qualibet ſingulari natura inferiori ad illam: ſed aptitudo iſta, ſ. ad eſſendum in pluribus, fluit ab aliqua natura, puta, ab humanitate. ergo aptitudo ad eſſendũ in pluribus inuenitur in qualibet natura humana, proceſſus bonus, & concluſio falſa. ergo altera præmiſſarũ. non Maior, q̃ ex terminis patet. ergo Minor, q̃ eſt concluſio aduerſariorum. Falſitas cõcluſionis probatur ſic, Illa aptitudo attribuenda non eſt cuilibet humanitati, q̃ in qualibet humanitate impoſſibilis eſt reduci ad actum. Patet iſta, qa aliter ocioſe data eẽt talis aptitudo. Aptitudo enim eſt propter actum; ſed aptitudo ad eſſendum in pluribus eſt huiuſmodi, ſ. q̃ in qualibet humanitate poſita impoſſibilis eſt reduci ad actum: quia impoſſibile eſt, vt humanitas Sortis actu ſit in Sorte & Platone, aut migret de Sorte in Platonẽ. ergo aptitudo ad eſſendum in plurib. non eſt attribuenda cuilibet ſingulariter humanitati. Dicamus igitur rem vnam eſſe extra aĩam. Aptitudinem autem ad eſſendum in pluribus conuenire rei ſm eſſe, qđ habet in intellectu: quia conuenit ei ſub ſolitudinis conditione poſitæ. Solitarie enim accepta, natura apta nata eſt in multis, ſaltem ſecundum rationem eſſe. Solitudo autem cũ importet ſeparationem naturæ a proprietatibus indiuidualibus, non conuenit rei niſi in intellectu agente, uel poſſibili obiectæ.

Et aduertas ad maiorem noſtræ poſitionis euidẽtiam quod hic accidit ſimilis defectus Scoto illi, qui poſitus eſt ſupra. Cũ enim aptitudo ad eſſendum in pluribus ſit idem, quod nõ repugnantia ad eſſendum in pluribus, arguit ſic, Naturæ, puta humanitati, inquantum humanitas, non repugnat eſſe in plurib. ergo humanitati, inquantum humanitas, conuenit aptitudo, ſeu non repugnantia ad eſſendum in pluribus: & conſequẽter humanitas eſt vniuerſalis abſque opere intellectus. Apparet aũt manifeſte peccatũ in hoc proceſſu, cum ex negatiua infertur affirmatiua de prædicato infinito, reduplicatione addita. Prima enim propoſitio quæ eſt negatiua, veritatem habet. Secunda vero quæ affirmatiua eſt, eſt impoſſibilis: quod patet ex eo, quod humanitas, inquantum humanitas, abſtrahit a repugnantia ad eſſendum in plurib. & non a repugnantia ad eſſendum in plurib. ſicut abſtrahit ab albo, & non albo. Si.n. humanitas uendicaret ſibi, inquantum humanitas, non repugnantiam ad eſſendum in plurib. nullo pacto humanitati poſſet conuenire repugnantia ad eſſendum in plurib. & ſic nec per ſe, nec per accidens poſſet repugnare humanitati eſſe in pluribus: quod eſt manifeſte falſum. Humanitati n. Sortis ratione adiunctæ bæcheitatis repugnat eſſe in pluribus. Conſequentia tenet: quia oppoſitum eius quod conuenit alicui ſecundum quod ipſum, nullo modo poteſt inueniri in illo, ut habes ex primo Poſteriorum. Quamuis igitur naturæ ratione ſui non repugnet eſſe in pluribus, non tamen vendicat ſibi ratione ſui non repugnantiam ad eſſendum in pluribus: & cũ eam non vendicet ſibi ſecundum eſſe, quod habet in ſingularibus, relinquitur quod uendicabit eam ſibi ſecundum eſſe qđ in intellectu ſortitur. Et quia ad hoc quod aliquid ſit uniuerſale in actu, exigitur quod vendicet ſibi non repugnantiam ad eſſendum in pluribus, cum in diffinitione eius ponatur. quod .n. ponitur in diffinitione per ſe competit diffinito. ideo res rõne ſui non poteſt eſſe uniuerſalis in actu: ſed quam primum eſt obiecta intellectui agenti, vel poſſibili, fit vniuerſalis in actu, quæ vniuerſalis erat in potentia. Quomodo autem fiat huiuſmodi reductio potentiæ ad actum, iam dictum eſt. ſ. quod ab intellectu agente fit per productionem ſpeciei intelligibilis, ab intellectu vero poſſibili per formationem conceptus. (te. com. 11) (In hoc co. c.)

Quod ſi aliquis finxerit vniuerſale in actu cõſtitui per negationem repugnantiæ ad eſſendum in plurib. & non exigere affirmationem repugnantiæ, aduertat ſe errare propter tria.

Primo propter hoc, quod in diffinitione vniuerſalis affirmatiuæ, cadit ipſa aptitudo, ſeu nõ repugnãtia ad eſſẽdũ in plurib.

Secundo, quia ſi ad vniuerſalem ſufficit negatio repugnãtię ad eſſendum in plurib. ad ſingulare quoque ſufficiet negatio repugnantię ad eſſendum in vno ſolo. Sicut enim vniuerſale ſe habet ad multa, ita ſingulare ad unum tantum: & ſi ſic eſt tunc humanitas, inquantum humanitas, erit uniuerſalis & ſingularis: de ea enim vt ſic, negatur vtraque repugnantia.

Tertio, quia cum uniuerſale in actu diſtinguatur cõtra ſingulare, ſicut ſingulari repugnat eſſe in pluribus, ita uniuerſali in uno tm̃: humanitati autem, de qua negatur repugnantia ad eſſendum in plurib. non repugnat eſſe in vno tantum. ergo negatio talis repugnantiæ non ſufficit ad conſtituendum uniuerſale in actu. Et poteſt hæc ratio formari contra principale ſic. Vniuerſale in actu repugnat eſſe in vno tantum: humanitati inquantum humanitas non repugnat eſſe in vno tantum, aliter non poſſet ſaluari in vnico tantum indiuiduo. ergo humanitas vt ſic, non eſt uniuerſalis in actu. Similiter dicas de quacunque alia natura. Hæc de tertio.

Quo ad quartum, reſpondendum eſt argumentis in oppoſitum. Et primũ quidem negatur antecedens: ad cuius probationem dicitur negando conſequentiam. Non. n. valet, Res circunſcripto actu intellectus, non eſt genus. ergo ſibi repugnat eſſe genus. Stat enim quod abſtrahat ab vtroque: ſic autem eſt in propoſito. Natura enim ipſa circunſcripto actu intellectus abſtrahit ab aptitudine ad eſſendum in pluribus, & a repugnantia ad eſſendum in pluribus, vt ex dictis patet.

Ad ſecundũ dupliciter rñdetur, & utroque modo bene. Primo negatur conſequentia, ſi ſermo ſit de intellectu agente: qa potentia actiua non præſupponit obiectum ſuũ, ſed facit illud. Si aũt ſermo ſit de intellectu poſſibili, conceſſa cõſequentia prima, nõ ſequetur: ergo vniuerſale in actu eſt extra aĩam, quia fit per actum intellectus agentis. Secundo dicitur, q̃ cum vniuerſale in actu nominet duo, ſ. rem, & aptitudinem &c. res ipſa eſt obiectum: aptitudo autem eſt modus obiecti, ſeu conditio, ſine qua res non eſt obiecta. Sufficit aũt quod res ipſa, quæ eſt obiectum, præcedat actum intellectus, & non oportet q̃ modus eius præcedat. Obiectum enim, ait Ariſtot. eſt prius actu, non modus obiecti. Vnde ad formam argumenti negetur cõſequentia, qa & ſi poſteriorum antecedentis non obiicit aptitudinem eſſe mediũ obiecti, obſtat tamen illationi conſequentis (2. di. ar. com. 33.)

ex

ex eo prioritas .n.modi, nō pōt inferri ex poſterioritate obiecti.

Per hoc idem reſpōdetur ad tertium, quod ſcilicet res uniuerſa ſcientiæ realis eſt extra aiam, non modus rei obiectæ: vniuerſale autem in actu nominat utrunque, ſcilicet rem, & modum: & ideo vniuerſale in actu non ſequitur eſſe extra aiam, ex eo quod res de qua eſt ſcientia, eſt extra.

Ad formam argumenti dicitur, quod vera exiſtente Maiore, committitur fallacia figuræ dictionis: mutatur .n. res obiecta, in modū rei, ſeu in rem cum modo

Comm. 5. SED CONTRA Iſtas reſponſiones inſtat Sco. ibi & primo contra primam ſic.

a d.3.q.1. in quinta uia contra ad. Quicquid eſt per intellectum agentē, eſt prima intentio ergo nullū uniuerſale eſt in genere ſubſtantię, conſequenter nulla eſt prædicatio in quid ſuperiorum de inferioribus.

¶ Præt. Vniuerſale præcedit ſenſum, vt alias probatum eſt. ergo præcedit intellectum agentem.

¶ Præt. Intellectus agens & poſſibilis ſunt vna potentia, alias q. libet homo haberet duos intellectus: ſed vnius potētiæ eſt vnū obiectum. quare ſi præcedit actū vnius, præcedit actū alterius.

¶ Præt. Secundum hoc, non eſſet generatio uniuoca ſine actione intellectus agentis. Dicetur forte, quod non habeat aliquam vnitatem realem generans & genitum, ſed ſimilitudinem. Contra, quia proximum fundamentum ſimilitudinis eſt unū, quinto Metaphyſicę: ſed nō generans, neque genitum. ergo aliquid commune vtrique.

e x.66.20. Contra ſecundam vero reſponſionem arguit: quia nullo intellectu conſiderante non erit uniuerſale in actu: & ita ſciētia habitualis non eſſet obiecti uniuerſalis in actu.

e ¶ Præt. Obiectum, inquantum eſt prius actu, non intelligitur ſub hoc modo. ergo uel ſub nullo. vel ſub oppoſito modo; ſed non ſub nullo. ergo &c.

¶ Præt. Aut ille modus eſt factus ab intellectu, aut non: ſi non, habetur intentum: ſi ſic, ergo non eſt neceſſarius in obiecto: q. prius obiectum eſt intellectum, ſine illo modo cauſato per intellectionem obiecti.

Ad has inſtantias reſpondetur, præſupponendo ſæpe iam dictum, q. vniuerſale duo dicit, rem, & aptitudinem, ſeu uniuerſalitatem. Vniuerſale pro re poſita in prędicamento eſt prędicabile, ſcibile eſt obiectum intellectus, diffinibile, & huiuſmodi. Vniuerſale autem pro aptitudine eſt modus, ſeu conditio rei prędicamentalis prædicabilis, ſcibilis, diffinibilis &c. neque intellectus agens, aut poſſibilis facit rem, ſed modum tantum.

Ad primam ergo conceditur, quod vniuerſale pro eo qd̄ fit ab intellectu agente, non eſt in prędicamento ſubſtantię, ulterior autem conſequentia nullam habet apparentiam.

Ad ſecundam negatur antecedens, Viſus enim etſi ſit coloris vniuerſaliter, ut habes a S. Tho. Prima Secundę, q. 26. art. 6. non tamen eſt coloris vniuerſalis.

Ad tertiam ſimiliter negatur antecedens. neceſſarium .n. eſt vt dicitur 3. de Anima, tex. Com. 17. in anima noſtra eſſe duos intellectus, ſ. agentem, & poſſibilem, qui non poſſunt eſſe eadē potentia, cum potentia actiua, & potentia paſſiua, non ſint eadem apud Ariſtotelem.

Ad quartam negatur conſequentia, & dicitur q. reſponſio illa ibi data, eſt optima ſane intellecta. Ad improbationem eius dicitur, q. ſimilitudo fundatur ſupra res ipſas, puta. duas albedines, uel humanitates, tanquam fundamentum, & q. unitas nō eſt fundamentum ſimilitudinis, ſed conditio fundamenti: fundatur .n. ſimilitudo proprie dicta ſupra duas res habentes illam conditionem, ſ. mutuam negationem diſtinctionis formalis, pu-

tex.66.10. ta, duas albedines: & hoc modo intelligendus eſt Ari. 5. Meta. Et dato quod unitas eſſet fundamētum, adhuc non ſequeretur dari aliquod commune vnum utrique. dicam enim q. ſimilitudo non fundatur ſupra unum, quod eſt generans: neque ſupra unum. q. eſt genitum, ſed ſupra unum, quod ſunt generans &

In hoc e.q.5. genitum. Iam autem declaratum eſt ſupra, committi fallaciam conſequentis, ſi ſic procedatur Generans & genitum ſunt unū formaliter. ergo habent aliquid vnum commune utrique.

Ad primum eorum, quę contra ſecundam reſpōſionem adducuntur, dicitur quod præciſe loquendo, de intellectu poſſibili ſ. ſecatur vniuerſale, quemadmodum ſcientia, ita q. ſcientia in actu, eſt uniuerſalis in actu: ſcientia in potentia, eſt uniuerſalis

h Et quamuis hæc natura intellecta habeat rationem uniuerſalis, ſecundum quod comparatur ad res, quæ ſunt extra animam, quia eſt una ſimilitudo omnium: tamen ſecundum quod habet eſſe in hoc intellectu, uel in illo, eſt ſpecies quædam intellecta particu-G laris. Et ideo patet defectus Commentatoris in tertio de Anima, qui voluit ex vniuerſitate formę intellectę, vnitatem intellectus concludere: quia nō eſt uniuerſalitas illius formæ ſecundum hoc eſſe, qd̄ habet intellectum, ſed ſecundū quod ad res refertur, ut ſimilitudo rerum. Sicut etiam, ſi eſſet vna ſtatua corporea repræſentans multos homines, conſtat quod illa imago, uel ſpecies ſtatuæ haberet eſſe ſingulare & proprium, ſecundum quod eſſet in hac materia, ſed haberet rationem communitatis, ſecūdum q. eſſet commune repræſentatiuum plurium.

F in potentia: & ſcientia in habitu, eſt vniuerſalis in habitu: qd̄ tunc accidit, quando cum volumus, ipſum in actu facimus. Ingrediendo autem ad intellectum agentem, dr̄ quod nullo intellectu conſiderante, dummodo producta ſit ſpecies intelligibilis, datur vniuerſale in actu: eo quōd Philoſopho dormiente, roſa, cuius ſpē intelligibilis in illius intellectu cōſeruaī, denominatur repræſentata abſque hoc, & nunc actu intelligibilis &c.

Ad ſecundum dr̄, q. obiectū vt prius actu, nullum ſibi vēdicat modum, abſtrahit enim ab oi eſſe & mō quidditas.

Ad tertium dr̄, q. modus ille fit ab intellectu agente: & cum infertur, ergo non eſt neceſſarium, negatur conſequentia: quia potentia actiua non præſupponit conditionem ſui obiecti, ſed facit. Dicitur ſecundo, quod dato quod non fieret ab intellectu agente, fit ab intellectu poſſibili: & ſimiliter negatur illa conſequentia. Ad probationem dicitur, quod falſum aſſumit. ſ. quod prius intellectus intelligit rem, deinde facit eius modum, ſimul enim utrunque fit. Intellectus enim formando conceptam rem abſque hoc, & nunc, apud ſe facit, ne-

H que poteſt imaginari, quòd prius faciat rem, deinde abſq; hoc & nunc: ſicut Sortes ſimul generat hominē hunc, & non prius hominem, deinde hunc.

Ad quartum negatur, q. relatio mēſuræ fundetur in aliquo vniuerſali: fundatur .n. neque in uniuerſali, neque in ſingulari, vt ſic, ſed in natura vna formaliter, q̄ in ſingulari reperit. & ſic non eſt vnū numero vt ſic, mēſura aliorū, ſed vnū formaliter.

Ad quintum dr̄, quod nihil aliud concludit, niſi q. vniuerſale pro re eſt extra animam. ſic enim accepto vniuerſali ineſt primo paſſio, ſeu realis operatio. Homo enim eſt, cui primo conuenit ridere, non homo uniuerſalis, alioquin riſibile non inueniretur in homine non vniuerſali, puta Sorte.

Ad ſextum dicitur ſimiliter, quod extrema contrarietatis ſunt res ipſæ non res particulares vt ſic, neque vniuerſales: alr̄ res non vniuerſales, ſ. hęc albedo, & hæc nigredo, non eſſent contrariæ.

Ad ſeptimum dr̄, q. ſtant iſta duo ſimul. Vniuerſale prædi-

I catur de reb. & uniuerſale fit ab intellectu, eo quod uniuerſale pro re, eſt id quod prædicatur, & quo ad hoc non fit ab intellectu. Vniuerſale autem pro aptitudine eſt cōdō rei quæ prædicatur, & talis fit ab intellectu, prædicatio enim nō debetur rebus, niſi habentibus cōdōnem aliquam intentionalē. Vñ & Ariſt. 7. Met. te. Com. 46. ait, q. ſubſtantia nō dr̄ de ſubiecto, quia loquebatur de ea ſm ſuam naturam: In Prædicamentis uero, vbi de ſubſtantia induta accidentia intentionalia loquebatur, dixit ſubſtantiam dici de ſubiecto.

Ad id vero quod ibi additur, dicitur quod oīa illa uerificantur de vniuerſali pro re, ſed exponenda eſt affirmatiua propoſitio negatiue, ut ſit ſenſus. Vniuerſalia ſunt ubique &c. ſ. naturę ipſæ denominatę uniuerſales, non terminant ſibi locū, neque tempus. Similiter dr̄ ad id quod ſubiungitur, quod forma & materia pertinent ad quantitatem uniuerſalis, ſ. rei phyſicæ quæ denominatur uniuerſalis. Similiter vniuerſalium tantum eſt diffinitio, ſ. rerum quæ denominatæ ſunt uniuerſales. Simi-

K liter res denominatæ genera, ſpecies, & differentię ſunt extra animam, conditiones autem earum ſunt per opus intellectus.

Ad octauum dicitur, quod per ly, ſingulare, duo intelligere poſſumus, quandoque intelligitur ipſa ſingularitas, quandoque totum, ſ. res ſingularis. Primo modo accipiendo ſingulare, conceditur conſequentia, ſed antecedens non eſt uerum. Secundo modo antecedens Peripateticum eſt, ſed conſequentia nihil ualet. ſupra enim iam diximus, in ſingulari multas vnitates exiſtere, & non tantum naturalem.

h ¶ IN HAC ſecunda parte capituli huius, Auer. errorem remouere intendit, qui in 3. de Anima, com. 5. ex uniuerſalitate formæ intellectę, voluit declarare vnitatē intellectus hoc mō. Quod eſt uniuerſale, ſuam uniuerſalitatem retinens eſt indiſtinctum numero: ſ. forma intellecta, ſ. natura ſecundum eſſe in intellectu ſubiectiue eſt uniuerſalis ſuam uniuerſalitatē retinēs, ergo eſt indiſtincta numero. igitur ſubiectum eius qd̄ eſt intellectus poſſibilis, non eſt diſtinctum numero; & ſic unus intellectus in omnib. hominib. concluditur. Maior uidetur ex ſe nota, quia vniuerſalitati opponit̄ diſtinctio numeralis. Minor uero ex

to patet, ꝙ ſpecies i elligibilis repræſentat uniuerſale. Hæc rõ eſi alterius principium exigat pro ſui diſſolutione, & pro ſui probatione: attamẽ quantum præſentis intentionis eſt ex dictis ſic deſtruit. Vniuerſale eſt aliquod duplex, ſ. in eſſendo & in repræſentãdo. Vniuerſale in eſſendo eſſet, ſi daretur natura hois ſeparata, ut idea Platonis: & de tali vniuerſali vera eſt Maior, ſed falſa Minor. Vera quidẽ Maior, quia tali vniuerſali cũ ſm eſſe uniuerſalitatem ſortiaẽ, ſm eſſe quoque repugnabit diſtinctio numeralis: i vñ ipoſſibile eſt imaginari plures hoies vniuerſales. Falſa aũt eſt Minor, quia ſpẽs intelligibilis nõ eſt vniuerſalis in eſſẽdo, cũ ſit i ſingulari ſubiecto, ſ. itellectu poſſibili, q. indiuiduum quoddã eſt, licet immateriale. Vniuerſale uero i repreſẽtãdo, vt dictũ fuit, eſt, qđ rẽ uniuerſale repræſentat: & de tali vniuerſali falſa e Maior, licet Minor ſit vera. & Maioris quidẽ falſitas ex eo cognoſcitur, ꝙ tale vniuerſale vniuerſalitatem nõ hẽt ſ n ſuũ eſſe, quo reſpicit ſubiectũ, vñ unitas, vel pluralitas numeralis i accidetibꝰ oritur: ſed hẽt uniuerſalitatẽ ſm repræſẽtatioẽ, q̃ reſpicit obiectũ. vñ nõ repræſentat obiecta diſtincta numero, ſed unũ & idẽ obiectũ omnium repræſẽtãt oẽs ſpẽs cuiuſdã rei, puta. ſpẽs humanitatis in te, & in me. ſicut eadẽ Sortis facies a pluribꝰ per plures ſpẽs idẽ oino repræſentantes videtur. Minoris autem ſic intellectæ ueritas ex ſupradictis liquet: ſpecies enim intelligibilis repræſentat naturã non repræſentãdo cõditiones particulares eius, vt dictum eſt. Hæc eſt ſententia literæ in hac parte.

i In hac parte tertia capituli huius talem obiectionẽ ex ſupradictis excludere intendit: quia quod prædicatur de prædicato, prædicaẽ & de ſubiecto: ſed ſpẽs prædicatur de hoie, quod eſt prædicatũ reſpectu Sortis. ergo ſpecies pdicaẽ de Sorte, & ſic Sortes erit ſpẽs. Cõcluſio eſt falſa: Maior uera ex Antepredicamẽtis habetur. Huius obiectionis peccatũ unde oriaẽ ex ſuprapoſita diſtinctione, eorũ q̃ cõueniunt naturæ, manifeſtat, ſimul ex hoc inſinuans, q̃ cõmuniẽs tradita fuerit doctrina, cũ ea difficultates accidentales diſſoluunt. Cũ.n. dictũ ſit, ꝙ triplicia ſunt quæ de natura prædicãtur, quædã. ſ. abſolute, & quædã ſm eſſe in intellectu, & quædã ſm eſſe in ſingulari, ea quæ conueniũt naturæ ſm eſſe in intellectu, nõ conueniũt ei abſolute, neq; ſm eſſe in ſingulari, cũ oppoſita ſint. & ideo in prædicto proceſſu error accidit quia denominatio ſpecifica homini ſm eſſe in intellectu cõuenit, & concluditur de hoie ſm eſſe in ſingulari, dum infertur ergo Sortes eſt ſpecies. Vt autẽ ad formã argumenti dici poſſit, aduertẽ talẽ diſtinctionẽ. Prædicari de prædicato contingit dupliciter. Vno modo ut prædicato, i. ſm id, ſm quod illud prædicatur de altero. ſicut aĩal prędicatur de prædicato Sortis, ſ. hoie. ſm id, ſm quod hõ prædicatur de Sorte. ſm idẽ enim homo recipit prędicationem aĩalis, & prædicatur de Sorte ſm ſuam naturã. & hoc modo Maior eſt uera, Minor aũt falſa. Alio modo contingit prædicari de prædicato, non ut prædicato. i. non ſm illã rõnem, qua illud prædicatũ de ſuo ſubiecto prædicatur, ſicut in propoſito, ſpecies non prædicatur de hoie inquantũ hõ eſt prædicatũ Sortis. i. non prædicatur de hoie ſm illud eſſe, quo homo prædicatur de Sorte, eo ꝙ hõ prædicatur de Sorte ſm ſuũ eſſe quidditatiuum abſolutũ: ſpecies aũt prædicatur de homine nõ ſm eius eſſe quidditatiuum, ſed ſm eſſe quod in intellectu habet. & hoc modo Maior eſt falſa. Minor autem vera ſemper, ergo altera præmiſſarum eſt falſa. Et hoc eſt quod in litera dicitur, quod ratio ſpeciei non conuenit homini ſm ſuam abſolutam conſiderationem, ſecundũ quam conuenit ſibi prædicari de Sorte: quia ſic oporteret etiam conuenire Sorti, vt ſupra dictum fuit, ſed conuenit ei ſecundum eſſe in intellectu, ſecundum quod eſſe prædicatur de Sorte.

k In hac quarta parte capituli huius reſpondere intendit cuidã tacitæ obiectioni, quæ talis eſt. Quod per ſe prædicatur de

i ¶ Et quia naturæ humanę ſm ſuã abſolutã conſiderationẽ cõuenit, ꝙ prędicetur de ſorte: & ratio ſpeciei non conuenit ſibi ſm ſuã abſolutã ſ. humanę naturæ conſiderationẽ: ſed eſt de accidẽtibus, quæ cõſequuntur eã, ſm quoddã eſſe, quod habet in intellectu, ideo nomen ſpeciei nõ prędicatur de Sorte, vt dicatur, Sortes eſt ſpecies. quod de neceſſitate accideret, ſi rõ ſpeciei conueniret homini ſm eſſe qđ habet in Sorte: uel ſm ſuam abſolutam cõſiderationem. ſ. inquantũ eſt hõ. Quicquid.n. cõuenit homini, inquantũ eſt homo, prædicatur de Sorte.

B

k Et tamẽ prędicari cõuenit generi p ſe, cũ in eius diſtinctione ponaẽ. Prędicatio.n eſt quoddã, qđ cõpletur per actionẽ intellectus cõponẽtis & diuidentis, habẽs tñ fundamẽtũ in re, ipsã unitatẽ eorũ, quorũ unũ de altero dr̃. unde ratio pdicabilitatis põt claudi in ratione huius intẽtionis, quę eſt genus, quæ ſimiliter per actionẽ intellectus cõpletur: nihilominus id, cui intellectus intentionẽ pdicabilitatis attribuit, cõponens id cũ altero, nõ eſt ipſa intentio generis, ſed potius id, cui intellectus intẽtionẽ generis attribuit, ſicut ꝙ ſignificatur hoc nomine Animal. Sic ergo patet qualiter eſſentia, vel natura ſe habet ratione ſpeciei, quia ratio ſpeciei non eſt de illis, quæ cõueniũt ei ſm ſuã abſolutã cõſiderationẽ: neq; de accidẽtib. quæ cõſequuntur ipſam ſm eſſe, quod habet extra animam, ut albedo, uel nigredo, ſed eſt de accidẽtib. quæ conſequuntur eam ſecũdũ eſſe, quod habet in intellectu, &

C

per hunc modum conuenit ſibi ratio generis, uel differentiæ.

A ſpecieb. conuenit ipſis ſpecieb. ſed ly genus per ſe prædicatur de ſpecieb. puta. homine & boue. ergo ly genus, conuenit ipſis ſpecieb. & ſic homo erit genꝰ, & ſimiliter bos. Maior eſt ex terminis nota implicat.n. ꝙ aliquid per ſe prædicetur de aliquo in quocũq; modo perſeitatis, & nõ conueniat illi. Minor probatur ſic. Illud, i cuius diffinitione ponitur prædicari de ſpeciebus. p ſe prædicatur de illis: ſed ly genus eſt i cuius diffinitione ponitur pdicari de ſpecieb. ergo genus per ſe prædicatur de ſpecieb. Maior ſyllogiſmi huiꝰ patet ex eo, ꝙ quilibet pars diffinitionis i recto i primo mõ perſeitatis cõuenit diffinito. Minor aũt ex Porphyrio patet ſic dicete. Genꝰ eſt pdicabile de pluribꝰ ſpecie differentib. ¶Similiter omnino poteſt argui de ſpecie reſpectu indiuidui, cũ ẽt in diffinitione ſpeciei ponatur pdicari de indiuiduis: & ſic vr, ꝙ male dictum ſit, Sortem nõ eſſe ſpeciẽ. Huius obiectionis i litera motiuũ tñ tãgitur, cũ dr̃. Et tamẽ prædicari per ſe cõuenit generi, cũ in eius diffinitione ponaẽ. ¶Reſponſio autem in reſiduo ponitur, in quo ad plenã materiæ huius diſcuſſionem duas diſtinctiones innuit. Prima eſt. Prędicari dupliciter capitur, ſcilicet formaliter, & fundamẽtaliter, ſeu materialiter. Secunda eſt. Genus dupliciter accipitur. ſ. formaliter, & fundamentaliter, ſeu materialiter. Et debes ſcire, ut terminos intelligas, ꝙ in hac propoſitione, Homo eſt animal, ſunt tria. ſ. ly homo, ly eſt, & ly, aĩal, quę extra animã nihil aliud ſunt, quã natura humana importata per ly homo, & natura ſẽſitiua importata p ly aĩal, & unitas, ſeu coniunctio earũ inter ſe importata per ly eſt: hæc.n. tria intellectus apprehẽdẽs in ſcđa ſua operatione format hãc propoſitionẽ, Homo eſt aĩal, qua formata reflectẽdo ſe ſuper illa tria, ut terminat actũ ſui cõponẽtis, a ſinuenit & attribuit eis quaſdã relationes, & ly hõ attribuit relationẽ ſubiecti, & ly aĩal, relationẽ pdicati, & ly ẽ relationẽ pdicationi. Vnde pdicatio formaliter eſt illa relatio adinuẽta ab intellectu: fundamẽtaliter vero, ſeu materialiter ẽ cõiunctio rei pdicatæ cũ re ſubiecta. Similiter cũ intellectus apprehẽdit naturã ſenſitiuã: & reflexerit ſe ſuper illã, ut ſtat ſub actu eius, inueniet eã ut ſic indifferẽter ſe habere ad ſpecies, in qb. primo inſpexerat naturã illã ſaluari, attribuit naturæ ſenſitiuæ, ſeu animali obiecto relationẽ generis, & ſic genus formaliter eſt illa relatio: genus aũt fundamentaliter, ſeu materialiter eſt natura ipſa, puta, ſenſitiua, & ſic patent termini diſtinctionum.

D

Ex his tria deducũtur. Primum eſt, ꝙ cum genus fundamentaliter, puta animal, non includat in diffinitione ſua prædicationem fundamentalẽ, quia in diffinitione animalis nõ ponitur cõiunctio eius cũ homine, uel boue: neq; prędicationẽ formalẽ, quia in diffinitione rei nõ ponitur res ſecũdę intentionis, cõſequẽs eſt, ꝙ genus formaliter ſumatur, qñ diffinitur a Porphyrio.

E SECVNDVM eſt ꝙ cũ in diffinitione generis formaliter nõ cadat prædicatio fundamẽtalis de ſpecie, puta, homine, quia relatio generica non eſt cõiuncta realiter rei, qua denominatur ſpecies, cõſequẽs eſt, quod prędicari de pluribus poſitũ in diffinitione generis ſit accipiendũ formaliter. ſ. pro relatione prædicationis. Vna enim relatio poteſt cadere in diffinitione alterius, ita ut conceptus relationis, quę eſt prędicatio de pluribꝰ, &c. cadat in conceptu relationis q̃ eſt genus. Et hinc habes. quã conformiter S. Tho. diuidit differentes genus & ſpeciem diffiniri pro ſecũdis intentionibus in concreto.

TERTIVM deducendũ eſt. ꝙ aliquid dicitur prędicari de ſpecie dupliciter. Vno modo, ut res denominata pdicabilis de ſpecieb. & ſic animal pdicatur de hoĩe, & boue. Alio modo, ut id, quo res denominatur pdicabilis de ſpecieb. & ſic genus, in cuius diffinitione ponit pdicari de ſpecieb. prędicatur de ipſis ſpecieb. & cum aliquid dr̃ diſgregatiuũ viſus dupliciter. Vno modo, ut res denominata diſgregatiua viſus: hoc enim modo

In hoc cap. 4 5. ba.

cap. de genere.

nix dicitur diſgregatiua viſus. Alio modo, vt id, quo res denominatur diſgregatiua viſus, quemadmodum albedo dicitur diſgregatiua viſus, cum in diffinitione eius ponatur diſgregare viſum. Et ſicut ſtant iſta duo ſimul, ſcilicet, quòd res diffinita per diſgregare viſum, eſt albedo & non nix: res autem denominata diſgregatiua viſus, eſt nix & non albedo: ita præciſe in propoſito ſtant iſta duo ſimul, ſcilicet, ꝙ res diffinita per prædicari de ſpeciebus, eſt relatio generica: res autem denominata prædicabilis de ſpeciebus, eſt natura, quæ ſubeſt illi relationi, puta, animal, ita quòd res diffinita per prædicari &c. eſt genus formaliter, nõ materialiter: res autẽ denominata prædicabilis eſt genus materialiter, non formaliter. Vnde in litera dicitur, quòd ratio prædicabilitatis claudirur in hac intentione, quæ eſt genus: id tamen, cui intellectus intentionem prædicabilitatis attribuit, non eſt ipſa intentio generis, ſed res, cui etiam ipſa intentio generis attribuitur.

¶ Ex quibus patet reſponſio ad obiectionem: quia loquendo de eo, quod per ſe prædicatur de ſpeciebus, ut res denominata prædicari, vera eſt Maior, ſed falſa Minor. Loquendo autem de eo quod p ſe prædicatur, ut ratio denominandi, falſa eſt Maior, ſi et Minor ſit vera. Vnde cum ſemper altera præmiſſarum ſit falſa, nihil concluditur. Hac diſtinctione nunc aſſignata in terminis ſimplicibus ſic uti poteris. Prædicabile de ſpeciebus dupliciter, formaliter. & denominatiue: quod prædicatur de homine & boue denominatiue eſt animal, quod autẽ prædicatur formaliter de homine & boue, eſt genus: de prædicabili denominatiue falſa eſt Minor: de prædicabili formaliter, falſa eſt Maior. Hæc dicta cum applicaueris ad ſpeciem reſpectu indiuiduorum, ad differentiam, proprium, & accidens, & reliqua huiuſmodi, ſolues multas obiectiones, & illuceſcet tibi veritas multarum propoſitionum quæ obſcuræ apparent. Reſiduum capituli eſt epilogus. Per ſe patent &c.

CAPVT V.

NVnc reſtat videre ſecundum quem modum eſſentia ſit in ſubſtantiis ſeparatis, ſcilicet in anima, intelligentiis, & cauſa prima. Quamuis autem cauſæ primę ſimplicitatem omnes philoſophi concedant, tamen cõpoſitionem materiæ, & formæ in intelligentiis, & animabus quidam nituntur ponere, cuius poſitionis fuiſſe dicitur Auicebron author libri Fontis vitæ. Hoc autem dictis philoſophorum reperitur eſſe contrarium, quia eas ſubſtantias a materia ſeparatas nominant, & abſque omni materia eſſe probãt, cuius demonſtratio potiſſima eſt ex virtute intelligendi, quæ in eis eſt. Videmus enim formas non eſſe intelligibiles in actu, niſi ſecundũ quod ſeparãtur a materia & a conditionib' eius; nec efficiuntur intelligibiles in actu, niſi per virtutem ſubſtantiæ intelligentis, ſecundum ꝙ recipiuntur in ea, & ſecundũ quòd aguntur per eam. Vnde oportet quòd in qualibet ſubſtantia intelligente ſit omnimoda immunitas a materia, ita quod nec habeat materiam partem ſui, neque etiam ſit ſicut forma impreſſa materiæ, ut eſt de formis materialibus.

b Nec poteſt dicere aliquis, ꝙ intelligibilitatem non impediat materia quęlibet, ſed materia corporalis tantum. Si enim hoc eſſet ratione materię corporalis tantum, cum materia non dicatur corporalis, niſi ſecundum ꝙ ſtat ſub forma corporea, tũc oporteret ꝙ hoc haberet materia a forma corporali, ſcilicet impedire intelligibilitatem. Et hoc non poteſt eſſe, quia & ipſa forma corporalis actu intelligibilis eſt, ſicut & aliæ formæ, ſcilicet ꝙ a materia abſtrahuntur. Vnde in anima intellectiua, & intelligentia nullo modo eſt compoſitio ex materia & forma, vt hoc modo accipiatur materia in eis, ſicut in ſubſtantijs corporalibus, ſed eſt ibi compoſitio formæ & eſſe. Vnde in commento nonæ propoſitionis libri de Cauſis dicitur, quod intelligentia eſt habens formam, & eſſe, & accipitur ibi forma pro ipſa quidditate, uel eſſentia ſimplici.

c Et quomodo hoc fit, planum eſt videre. Quæcunque enim ita ſe habent adinuicem, ꝙ unum

a *Super caput quintum*,

HIc incipit tractatus ſecundus huius operis, Intendens in duobus capitulis tradere notitiam de eſſentijs ſubſtantiarum ſimplicium, quemadmodum tradita eſt de eſſentijs ſubſtantiarũ compoſitarũ. Facit autem ſex in præſenti capitulo. Primo, declarat quod eſſentia in ſimplicibus non ſignificat compoſitum quid ex materia & forma, ſed formam tantum. Secundo, comparat illas eſſentias eſſentijs ſubſtantiarũ compoſitarũ. Tertio, oſtendit tales ſubſtantias eſſe compoſitas ex eſſe, & eſſentia. Quarto declarat intelligentias habere eſſe effectiue a Deo. Quinto, oſtendit eas eſſe compoſitas ex actu, & potẽtia. Sexto de multitudine earũ agit. Præmiſſa igitur primo concordi ſententia philoſophorũ de ſimplicitate omnimoda primę cauſę, & quibuſdam diſſentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis, contra hos talem concluſionem ponit. Omnis ſubſtantia intellectualis eſt immaterialis, i. incõpoſita ex materia & forma & independens a materia: quã ſic probat. Omne patiens, ſcilicet agens, uel recipiens, uel habens in ſe intelligibile in actu, eſt immateriale: omnis ſubſtantia intellectualis eſt patiens, uel agens, uel recipiens, uel habens in ſe intelligibile in actu. ergo omnis ſubſtantia intellectualis eſt immaterialis. Maior quo ad tres ſui partes ex eodẽ medio probatur, ſcilicet ex hoc, quod intelligibile in actu oportet eſſe immateriale 3. de de Anima. tex. Comment. 18. & 15. agens autem iã immateriale oportet eſſe immateriale, eo quòd agens non põt eſſe ignobilius ſuo effectu, vt dicitur 3. de anima t. 2. Com. 18. & tex. Com. 40. recipere quoque immateriale nõ poteſt res immaterialis, ut patet 3. de Anima, Com. 5. Vnumquodque recipitur per modũ recipientis, & per idem innoteſcit: ꝙ habera non poteſt res immaterialis immateriale cognoſcibile in ſeipſa. Minor autem ab omnibus conceditur. Fruſtra enim eſſet ſubſtantia intellectualis, niſi aliquid intelligeret, cum vnumquodque ſit propter ſuã operationem, vt dicitur 2. Cęli tex. Cõmenta. 17.

T. c. 12. T. c. 15. T. c. 5.

b Quia poſſet aliquis credere ſtinem' facta recipere reſpõſionem, ideo intẽdit hic excludere reſpõſionem, quæ poſſet imaginari ſufficiẽs. Ad hoc poſſet aliquis diſtinguere de materia corporali, & materia ſimpliciter, & dicere ꝙ maior eſt uera de materia corporali, non autem de materia ſimpliciter: & conſequenter concedere, quod omnis ſubſtantia intellectualis eſt immunis a materia corporali, non autem a materia, quia nõ materia, ſed materia corporalis impedit intelligibilitatẽ i actu.

Contra hanc fugam inſtatur ratione ducente ad impoſſibile ſic. Materia corporalis impedit intelligibilitatem per ſe. ergo forma corporalis eſt id, vnde materia habet, quòd impediat intelligibilitatem. hoc eſt impoſſibile ergo a deſtructione conſequentis &c. Conſequentia eſt nota ex terminis Cum enim materia corporalis duo dicat, ſcilicet ly materia, & ly corporalis: & ex ly materia, ſecundum aduerſar. om. nõ impeditur intelligibilitas in actu. reſtat quòd hoc impedimentum ſit ex ly corporalis: ſed ly corporalis, nihil addit ſupra materiam, niſi formã corpoream. ergo ex forma corporali, ſeu corporea oritur, ꝙ materia impediat intelligibilitatẽ in actu. Falſitas autem conſequentis probatur ſic. Omnis forma non concepta cum materia eſt actu intelligibilis: patet iſta ex 3. de Anima, text. Com. 18. T. c. 18. Forma corporea eſt forma ſecũdum ſe non concepta cum materia: accipitur. n. diſtincta contra materiam. ergo forma corporea ſm ſe, eſt actu intelligibilis. Tunc vltra. Nihil ſecundum ſe actu intelligibile, ex ſe impedimentum pręſtat intelligibilitati: forma corporea eſt hmõi. ergo forma corporalis nõ eſt id, vnde materia impedimentũ intelligibilitatis ſumat, quod erat probandũ. Eſt igitur tam anima intellectiua, quã intelligentia quælibet, non cõpoſita ex materia & forma. Si accipiamus compoſitionem ex materia & forma vniuoce, prout ſcilicet materia & forma nominant partes eſſentiales rei, quemadmodum dictum eſt, ſubſtantias aliquas eſſe compoſitas in pręcedentibus, ſed eſt in eis aliud genus cõpoſitionis, ſ. ex forma eſſe, de quo infra erit ſermo, & ſic habetur prima pars intẽti, ſcilicet, ꝙ eſſentia in ſubſtantiis intellectualibus non ſignificat compoſitum quid ex materia & forma Remanet ergo modo declarandum quomodo ſignificet formam tantum: propterea ſubiungit.

In ca. 5. his co. ca. Dubio. ſequẽ. poſt q. 20.

c ¶ Intendens in his verbis declarare, quõ eſſentia in ſubſtãtiis ſimplicibus ſignificet formã ſm tali rõne hoc probat. Quæcunque ita ſe habent, ꝙ vnũ eſt cauſa eſſe alterius, & nõ econuerſo:

uerſo: illud quod habet rationem cauſæ, poteſt eſſe ſine altero: ſed forma & materia ita ſe habent, quod forma cauſat eſſe materiæ, & non econuerſo, ergo forma poteſt eſſe ſine materia, & materia non ſine forma. Tunc ultra. Eſſentia intelligentiarum non eſt compoſita ex materia & forma, & non poteſt eſſe materia tantum, ergo eſt forma tantum.

est cauſa eſſe alterius, illud quod habet rationem cauſæ, poteſt habere eſſe ſine altero, ſed non cōuertitur. Talis autem inuenitur habitudo materię, & formæ, quod forma dat eſſe mate-

ET nota, Quod maior propoſitio poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſic, quod id quod eſt cauſa alterius &c. idē numero poſſit eſſe ſine altero: & ſic non aſſumitur a nobis, quia eſt falſa, & extra propoſitum. Falſa quidem, quia ſubiectum cauſat eſſe propriæ paſſionis, & non econtra: & tamen ſubiectum non poteſt eſſe ſine propria paſſione. Extra propoſitum uero, quia nolumus concludere, quod forma, quæ eſt in materia, ſit ſine materia: ſed quod aliqua forma non exigit materiam. Alio modo intelligitur Maior ſic, quod id quod habet rationem cauſę ſecundum ſuum ordinem, poteſt eſſe ſine altero, idest, ſecundum aliquod ſui ordinis poteſt reperiri ſine altero: & ſic eſt uera, & ad propoſitum. Vera ſiquidem, quia cauſa cum independens ſit a cauſato, conſequens eſt, ut aliquod pertinens ad ſui ordinē poſſit habere eſſe extra cauſatem. Ad propoſitum uero, quia intendimus concludere, quod forma ſecundum ſuum genus non dependet a materia, ita quod aliqua forma poteſt inueniri ſeparata. Vnde & in Minori non ſumitur, nō aſſumitur forma materialis, ſeu habens eſſe in materia: ſed forma ſine additione aliqua, ad inſinuandum quod loquimur de forma, ut forma eſt non ut talis, vel talis. Patet autem Minor
T.cap.13 & 15. illa ex 9. Met. tex. com. 13. & 15. vbi habetur, quod actus eſt prior potentia ſimpliciter, & independens ab ea. Ex eo enim quod forma eſſentialiter eſt actus, materia autem eſſentialiter potentia, ſi actus ſecundum totam ſuam latitudinem non dependet a potentia, conſequens eſt, quod forma ſecundum totum ſuum ordinē non dependeat a materia. Materiam autem, cum eſſentialiter ſit potentia, neceſſe eſt dependere a forma, ſine qua actualitas nō inuenitur: & ſic patet Minor, quia forma abſolute in eo quod forma, dependet a materia in ſuo eſſe, ſicut potentia ab actis, & non econuerſo. Quod vero alicui actui conueniat, quod non inueniatur niſi receptus in aliqua potentia, hoc eſt ex eius imperfectione & non habet hoc in eo quod actus: & ſimiliter quod aliquæ formę non ſint niſi in materia, hoc habent ex ſua imperfectione, quæ attenditur penes diſtantiam a primo principio Deo glorioſo, & propinquitatem ad primam materiam: unde talis formæ non ſolum cauſant eſſe materiæ, ſed & ipſæ cauſantur ſunt quodammodo a materia. Cauſæ enim ſunt ſibi inuicem cauſę,
T.c.30. vt dicitur 5. Phyſico. tex. Com. 30. Eſſentia igitur ſubſtantiarum intellectualium eſt immaterialis, & forma tantum.

QVAESTIO VIII.

T.ca.30. CIRCA hanc partem occurrit quæſtio, & hæc eſt octaua, An materia poſſit eſſe ſine forma. In hac quæſtione tria ſacienda ſent, primo ponitur Scoti opinio: ſecūdo ponetur opinio S. Th. tertio reſpōdebitur rationibus in oppoſitum.

QVO ad primum Scotus in 2. ſent. diſt. 12. quæſtio. 2. opinatur poſſe materiam eſſe ſine forma, arguit que ad hoc probandum multipliciter.
Sco.2.diſt. 12 q.2.

Primo ſic. Non minus dependet accidens a ſubſtantia, quā materia a forma ſed accidēs poteſt eſſe ſine ſubſtātia, vt patet in Sacramento altaris. Ergo materia poteſt eſſe ſine forma.

¶ Præt. Abſolute diſtinctē, & prius alio abſoluto, pōt eſſe ſine illo abſque cōtradictione: materia reſpectu formæ eſt huiuſmodi ergo poteſt eſſe ſine forma. Minor eſt cognita Maior probatur: quia prius in eo quod prius, non dependet a poſteriori, & accipitur hoc ex 5. Meta. text. Commen. 16. Priora ſunt, quæ poſſunt eſſe ſine aliis, alia non ſine ipſis.
T.4.16.

¶ Præt. Quicquid abſolutum facit Deus in creaturis mediante cauſa ſecunda, quæ non eſt de eſſentia cauſati, poteſt facere ſine illa: ſed materia Deus facit mediante forma, quæ non eſt de eſſentia eius ergo poteſt facere ſine illa.

¶ Præt. Quicquid Deus immediate creat, immediate cōſeruat, vel conſeruare poteſt: ſed materiam Deus immediate creat, ergo immediate conſeruare poteſt, ergo ſine omni forma.

¶ Præte. Cum nihil Deus extra ſe neceſſario velit, ex hoc quod vult materiam eſſe, non eſt neceſſe quod uelit materiam eſſe, niſi propter neceſſariam connexionem utriuſque: ſed inter materiā & formā nō eſt talis neceſſaria connexio, ergo &c. Quod autē non ſit talis neceſſaria connexio inter materiā & formā, probatur: quia tunc ſequeretur, quod materia determinaret ſibi neceſſario aliquam determinatam formam. Probatur conſequentia. Quod determinat ſibi genus formæ, determinat ſibi aliquam ſpeciem in genere illo. & quod determinat ſibi ſpeciem, determinat ſibi eſſe in aliquo indiuiduo illius ſpeciei. omne enim quod neceſſitate eſt homo, neceſſario eſt hic, uel ille homo: conſequens autem eſt falſum: materia enim nullam ſibi determinat formam: ergo relinquitur, quod materia non determinat ſibi genus formæ ad hoc quod ſit. Confirmatur. Quicquid contingenter ſe habet ad quodlibet generis abſolutū, contingenter ſe habet ad ipſum genus abſolutum: ſed materia cōtingenter ſe habet ad quamlibet formam, ergo materia contingenter ſe habet ad genus formæ. Probatur adhuc, quod ſi materia ſibi determinat de neceſſitate genus formæ, quod etiam de neceſſitate determinat ſibi unum indiuiduum ſolem illius generis: quia unū eſſentiale, & unum ſingulare eſt impoſſibile dependere a pluribus eſſentialiter eiuſdem generis: materia autem eſt una eſſentialis & ſingularis, ergo impoſſibile eſt quod dependeat a pluribus formis eiuſdem generis: & ſic ſi neceſſario determinat ſibi genus formæ, neceſſario quoque determinabit ſibi aliquam unam formam, quod falſum eſt. Hæc de primo.

riæ: & ideo impoſſibile eſt eſſe aliquam materiam ſine forma: tamen non eſt impoſſibile eſſe aliquam formam ſine materia. Forma enim non habet in eo quod forma, dependen-

QVO AD ſecundum San. Thom. in prima par. quæſt. 66. articulo primo, & in quæſtionibus de potentia Dei quæſtio. 4. articulo primo, & in quolib. quæſtione 3. articulo 1. continuit: quod hic dicit, ſcilicet materiam non poſſe eſſe ſine forma, duabus rationibus. 1.q.66 ar.1. & de ar. 1. quoli. 9.3.

¶ Prima eſt ducēs ad impoſſibile ſic. Si materia exiſteret abſque omni forma, materia ſimul eſſet, & non eſſet: hoc implicat contradictionem, ergo. Probatur conſequentia quo ad ſecundam partem, quia quo ad primam, ab aduerſariis conceditur. Impoſſibile eſt effectum formalē ſeparare a forma: ſed exiſtere eſt effectus formalis formę, ſicut diffinitur: Forma eſt quæ dat eſſe rei, ergo impoſſibile eſt ponere exiſtentiā ſine forma. Sicut enim impoſſibile eſt eſſe album ſine albedine, ita eſſe in actu ſine actu: actus autem primus cuius eſt dare eſſe, dicitur qđ forma. Ex illa ergo propoſitione, Materia exiſtit abſque omni forma, ſequuntur duo contradictoria ſimul uera. ex eo enim quod materia exiſtit, ſequitur quod ſit in actu: ex eo autem quod eſt abſque omni forma, ſequitur quod non ſit in actu. Hanc rationem dat S. Tho. quandam reſponſionem quæ quia non niſi chimerica. & tanquam indigna, de qua uerba fiant, omittatur. Quolibet enim proſequi contraria ſolicitum eſſe, ſtultum eſt, ait Ariſt. a quo didicimus in lib. 9 Metaph. quid ſit actus, & quot ſimplex. 1.Topic.c.9. T.c.16.

¶ Secunda ratio S. Tho. ad hoc idem eſt iſta. Omne indiuiduū determinatum ad genus completum, uel incompletum in rerum natura per ſe exiſtēs, eſt in aliqua certa ſpecie per ſe, uel reductiue: materia ſola neque per ſe, neque reductiue eſt in aliqua certa ſpecie, ergo materia ſola non poteſt eſſe indiuiduum quodcunque in rerum natura. Minor eſt ex ſe clara: non enim facile eſſet fingere in qua determinata ſpecie eſſet materia ſola. Maior probatur ex eo, quod indiuiduum omne tam completum, quam incompletum, ſi per ſe exiſtit in rerum natura ſeparatum (quod dico propter indiuiduum generis, ut hæc ſubſtantia, & hoc animal &c.) non contrahitur ſub genere per ſe, uel reductiue immediate, ſed mediante ſpecie: inter genera enim, & indiuidua mediat ſpecies: & inter principia generis, & principia indiuidui mediant principia ſpeciei pariformiter. Inſuper hæc Maior poteſt probari ad hominem, aſſumendo dicta Scot. ſ. arguit ibi cum ipſe expreſſe aſſumit, quod quicquid determinat ſibi genus aliquod, determinat ſibi aliquam certam ſpeciem illius generis. Et poteſt etiam ex dictis Sco. ibi arguere ad hominem, & probare oppoſitum intenti ſui ſic. Quicquid determinat aliquod genus, determinat ſibi aliquam certam ſpeciem illius generis: materia ſola determinat ſibi genus ſubſtantiæ, ergo determinat ſibi aliquam certam ſpeciem ſubſtantię, ſaltem reductiue, ergo materia ſola eſſet in aliqua certa ſpecię ſubſtantię: hoc eſt falſum. Minor eſt omnium, & proceſſus bonus. ergo &c.

¶ Hic ueritatē approbat Ariſt. ut ipſe Sco. cōfitetur loco allegato. Sed quia dicit ex falſo fundamēto Ariſt. hanc cōcluſionē tenuiſſe, ſcilicet ex hoc quod Deus non poteſt agere ſine cauſis ſecūdis, oſtēdo in hoc Scotū errare ex dictis Commen. Secundo enim Phyſ. Commen. 12. Auer. ex eodē præciſe fundamento quod S. Thom. adduxit in prima ratione, tenet iſtam concluſionem, ubi nullā ſit mentionē de connexione cauſalitatis primę cauſę apparet, ſed tantum de actu & potentia: ita quod ex natura actu, & natura primę materię, quę eſt pura potentia, concludit 2.diſt.3 q.2.

Com. 12. 1. Phy. ca. 56. & 70. Auer. quòd duo contradictoria eſſent ſimul vera, vt deductum eſt &c. Auicenna quoque in 2. Metaphy. ſuæ, cap. 1. tenet conclusionem Scoti eſſe impoſſibilem, & tamen poſuit expreſſe materiam eſſe creatam. Vnde hæc tanquam deſtructiua Metaphyſicalium principiorum vitanda eſt. Hæc de ſecundo.

tiam ad materiam, ſed ſi inueniantur aliquæ formæ, quę non poſſunt eſſe niſi in materia, hoc accidit eis ſecundum quod ſunt diſtantes a primo principio, quod eſt actus primus & purus. Vnde illæ formæ, quæ ſunt propinquiſſimæ primo principio, ſunt formæ per ſe ſine materia ſubſiſtentes. Nō enim forma ſm totum genus ſuum materia indiget, vt dictum eſt, & huiuſmodi formæ ſunt intelligentiæ: & ideo nō oportet, vt eſſentiæ, vel quidditates harum ſubſtantiarũ ſint aliud, quam ipſa forma.

QVO ad tertium reſpondeo. Ad primum negatur antecedens: plus enim dependet potentia pura ab actu, quam actus imperfectus ab actu perfecto.

¶ Sed contra hoc inſtat Antonius Trombeta ſic. Magis dependet poſterius a priori, quam prius a poſteriori: ſed accidens eſt poſterius ſubſtantia, materia autem eſt prior forma. ergo magis dependet accidens a ſubiecto, quam materia a forma. Forte diceretur, ait, quod materia non eſt prior, ſed poſterior forma. Contra. Nam licet materia ſit poſterior forma ordine perfectionis, eſt tamen prior ordine generationis, & conſequenter prior ſimpliciter, ut arguatur ſic. Quæcunque ſunt aliqui duo ordines, quorũ vnus ſimpliciter eſt prior altero, quicquid eſt in ordine prior, eſt ſimpliciter prius quocunque exiſtente in ordine poſteriore: ſed ordo originis, & ordo perfectionis ita ſe habent, q̄ ordo originis eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis, & hoc in natura limitata. ergo quicquid eſt prius origine, eſt prius ſimpliciter quocunque priore ordine perfectionis: ſed ita eſt, quòd materia eſt prior origine forma, licet forma ſit prior perfectione. ergo materia eſt ſimpliciter prior forma. Proceſſus bonus: & Maior probatur, quod ſcilicet ordo originis eſt ſimpliciter prior ordine perfectionis. Nam priora generatione ſunt poſteriora perfectione: natura enim ſemper procedit de imperfecto ad perfectum, ergo quicquid eſt imperfectius, eſt ſimpliciter prius quocunque perfectiori: ſed materia prima eſt imperfectior forma: ergo materia prima eſt ſimpliciter prior forma. Tunc vltra. Eſt ſimpliciter prior forma, & omne prius in ſuo priori poteſt eſſe ſine poſteriori ergo &c.

¶ Ad hoc reſpondetur triplici reſponſione, ad inſinuandum argumenti multiplicem defectum.

¶ Primo dicitur, q̄ forma licet ſit poſterior materia ordine generationis, eſt tamen prior etiam ordine generationis materia exiſtente. Magni enim refert dicere materiam, & materiā exiſtentem, ſicut ſuperficies eſt prior albedine, albedo tamen eſt prior ſuperficie habente eſſe album. vnde in propoſito cum ſermo ſit de materia exiſtente (ſi enim poneretur materia ſola in rerum natura, oporteret ipſam exiſtere) patet ſalſum aſſumi.

¶ Secundo dicitur, q̄ aliud falſum ibi aſſumitur. ſ. quod ordo generationis ſit ſimpliciter prior ordine perfectionis, ſtando infra limites naturæ finitæ. cum enim actus ſit prior potentia ſimpliciter, tā ſi ponatur Deus finitus; quam infinitus, ut patet ex

Tex. cō. 11. nono Metaph. tex. Com. 15 & 12. & tex. Com 30. & prioritas

Tex. cō. 30. actus ſit prioritas perfectionis, conſequens eſt quod ſecundum Ariſt. & veritatem, ordo perfectior ſit ſimpliciter prior ordine generationis. Amplius. Id quod eſt prius natura ratione & tempore, eſt ſimpliciter prius: ordo perfectionis eſt prior natura rōne & tempore, ordine imperfectionis, qualis eſt ordo generationis, qui ſe tenet ex parte cauſæ materialis. ordo igitur perfectionis eſt prior ſimpliciter. Media quoq; ꝓpoſitio eſt Ariſt.

Tex. cō. 75. octauo Phyſic. tex. Com. 75. vbi expreſſe loquitur in natura finita ad probandum, ſ. motum circularem eſſe primum. Vnde ad probationem, conceſſo q̄ priora generatione ſunt imperfectiora, & q̄ natura ꝓcedit de imperfecto ad perfectũ, negatur cōſequētia, ergo ordo generationis eſt ſimpliciter prior. licet. n. agens naturale prius attingat imperfectum quàm perfectum, oportet tamen prius agens in ſe perfectum eſſe, ut dicitur in 12. Metaph. tex. Com. 41. Hic aduerte tu, quod oportet mendacem eſſe memorem: in quæſtione de primo cognito, Anto. Trombeta, quas impugnat propoſitiones, has nūc aſſumit &c.

¶ Tertio dicitur, quod dato toto proceſſu, ultima conſequentia nihil valet. Falſum eſt enim quod omne prius poſſit ſecundum rem abſolui a poſteriori quolibet, ut ad ſecundum dicetur.

Tex. cō 40. q. 1. vide. ¶ Sed contra primā reſponſionē, quæ ponit materiā non habere propriam exiſtentiā, ſed eam mendicare a forma, inſtatur ſic. Cuicunq; conuenit actu cauſare pro aliquo ſigno, conuenit & exiſtere pro eodem ſigno: ſed materiæ primæ in primo ſigno, quo recipit formam, conuenit cauſare, ergo pro tunc ſibi cōuenit exiſtere: ſed pro illo ſigno nō habet exiſtentiā formæ, ergo propriā. Et confirmatur, quia materia aut cauſat compoſitū, & recipit formam quādo exiſtit, aut quando non exiſtit: non quando non exiſtit, ergo quando exiſtit. ergo pro tunc conuenit ſibi propria exiſtentia; quia exiſtentia formæ ſequitur totum com-

F poſitum. Et confirmatur ſecundo, quia cauſa nō mēdicat a ſuo effectu: materia autem cauſat exiſtentiam compoſiti & formæ, ergo non mendicat exiſtentiam ab eis &c.

Ad hæc dicitur, quod ſufficit cauſæ pro quolibet inſtanti tēporis, quo actu cauſat, habere exiſtentiam: nec apparet neceſſarium, quod pro quolibet ſigno naturæ inſit exiſtentia ſibi, quo ineſt cauſalitas. Ordo enim naturæ talis eſt in eodē inſtanti temporis, q̄ ſcilicet materia recipit formam, ex quibus reſultat compoſitum, cui iam eſſe actualis exiſtentię aduenit, quo ipſum compoſitum primo, forma ſecundo, & ma

G teria tertio exiſtunt. Ad formam autem primæ inſtantiæ negatur Maior. Ad primam confirmationem dicitur, q̄ materia cauſat, quando exiſtit: quia pro omni inſtanti quo cauſat, exiſtit. Quando enim, eſt terminus temporalis. Ad ſecundam confirmationem dicitur, q̄ licet cauſa ut cauſa, non mendicet a ſuo effectu, tamen cauſa materialis mendicat a ſuo effectu, qui eſt eius cauſa in altero genere cauſæ, eo q̄ cauſæ ſunt ſibiinuicem cauſæ, 5. Meta. tex. cō. 1. Oportet autem has reſponſiones a Sco- T. c. 1. 2. de 8. q. 1.

tiſtis admitti: quia cum Sco. ponat ſecundo ſen. diſt. 3. q. 3. exiſtentiam eſſe ultimum actum poſteriorem tota coordinatione prędicamentali, licet non diſtinctum realiter a re, cuius eſt, oportet eſſentiam materiæ ex natura rei habere habitudinem ad ſuam exiſtentiam, vt potentiam ad actum: & tunc poteſt argui ſic. Eſſentia materiæ, ut diſtincta contra ſuam exiſtentiam, cauſat ex natura rei in genere cauſæ materialis ſuam exiſtentiā recipiendo eam. ergo ſibi pro illo ſigno conuenit exiſtentia, &

H ſic habet exiſtentiam antequam recipiat eam: ſimiliter ſtando in illo ſigno aut eſſentia materiæ recipit ex natura rei ſuam exiſtentiam quando eſt, aut quando non eſt &c.

¶ Ad ſecundū principale negatur Maior. Ad eius probationē dicitur, q̄ non ſola depēdentia, ſed neceſſaria connexio aliquorū poteſt eſſe cauſa inſeparabilitatis eorū. Ad id quod adducitur ex 5. Metaph. dicitur, quòd vniuerſalis affirmatiua nō cōuertitur ſimpliciter: iſta enim eſt vera. Quæcunque poſſunt eſſe ſine aliis, & alia non ſine ipſis, ſunt priora: ſed non conuertitur. Quęcunque ſunt priora, poſſunt eſſe ſine aliis, & alia ſine ipſis. T. c. 6.

¶ Et nota q̄ maxima illa Scotica. Omne prius abſolutū &c. nō poteſt ſaluari, etiam ſequendo viā Scot. quod pro nunc ex duobus manifeſtatur. Primo ex eo quòd partes eſſentiales ſimul ſumptæ ſunt priores toto, & tamen apud Scot. non poſſunt eſſe ſine toto.

¶ Secundo ex eo, quòd prędicamentum quātitatis eſt abſolutū

I prius prædicamento qualitatis, præſertim quo ad quartam ſpeciem eius, & tamen non poteſt fieri quantitas continua ſine figura. Si enim quantitas ſine figura fieri dicatur aut finita, aut infinita: non infinita, quia illa non dabilis, & ſi forte imaginetur dari adhuc, cum oporteat eſſe lineatam: aut ergo linea recta, aut curua, & ſic eſſet figura ſi finita, ergo figurata. figura enim eſt quæ termino, vel terminis clauditur: & ſimiliter aut habet lineas rectas, aut curuas, aut circulares &c.

¶ Ad tertium, quicquid ſit de Maiori, negatur Minor. Forma enim etſi non ſit de eſſentia materiæ, eſt tamen de eſſentia materiæ exiſtentis.

¶ Ad quartum dicitur, quòd cum medium ſit duplex, effectiuū & formale, quicquid immediate Deus cauſat effectiue, poteſt abſque media cauſa effectiua conſeruare, non autem abſque media cauſa formali, quale mediū eſt forma reſpectu materiæ.

Ad quintum negatur, quod inter materiā & formam nō ſit

K neceſſaria connexio. Ad cuius probationem negatur cōſequentia, cuius probationis falſa eſt Maior. Per id autem quod additur, ſcilicet ſecūdum quòd neceſſario eſt homo, neceſſario eſt hic, vel ille homo, nihil aliud habetur, niſi q̄ quia materia neceſſario determinat ſibi genus formæ, ideo materia non poteſt eſſe ſine hac, vel illa forma: quod eſt intentum noſtrum. Non enim valet conſequentia. A, neceſſario eſt homo, ergo A neceſſario eſt hic, uel ille determinate, ſed uage. & ſic concedimus, Materia neceſſario determinat ſibi formā. ergo neceſſario determinat ſibi hanc, vel illam formā nō determinate, ſed vage.

Ad confirmationem, cum dicitur Quicquid contingenter ſe habet ad quodlibet generis abſoluti, contingenter ſe habet ad genus ipſum: eodem modo reſpondetur, diſtinguendo contingenter ſe habere ad quodlibet determinate, vel vage. Primo enim modo falſa eſt Maior. ſecundo vero falſa eſt Minor. Materia enim non contingenter, ſed neceſſario ſe habet ad quamlibet formam indeterminate, & vage.

Ad aliam probationem dicitur, q̄ vnum eſſentialiter vnū & ſingu-

ſingulare negatiue, ſicut eſt materia prima, poteſt eſſentialiter A dependere to eſſe a plurib. eiuſdem generis indeterminate, & vage, ſm quod illa plura habent vnam rationem cõmunem, ſicut in propoſito omnes formæ conueniunt in hoc, ꝙ dant eſſe actuale. Reflecte hoc argumentum contra Scot. de quantitate & figura, & forte ꝑ ſua ſcebis infirmitatẽ eius. Quãtitas enim cõmunia determinat ſibi genus figuræ, nullam tamen ſibi figuram uendicat. Hæc de quarto.

d In hoc ergo differt eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ, & ſubſtãtiæ ſimplicis, quòd eſſentia ſubſtantię compoſitę non tantum formam, nec tantum materiam, ſed complectitur formam & materiam: eſſentia vero ſubſtantiæ ſimplicis eſt forma tantum. Et ex hoc cauſantur duæ aliæ differentiæ, & una eſt, ꝙ eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ poteſt ſignificari vt totum, uel ut pars, quod accidit propter materię deſignationem, ut dictum eſt: & ideo non quomodolibet prędicatur eſſentia rei compoſitæ de ipſa

d IN HAC ſecũda parte capituli, comparat eſſentias ſubſtantiarum ſimplicũ eſſentiis ſubſtantiarum compoſitarum, triplicem differentiam inter eas aſſignando. Prima differentia eſt, ꝙ eſſentia ſubſtantiæ ſimplicis ſignificat formam tantũ: eſſentia autem compoſitæ ſubſtantię ſignificat compoſitum quid ex materia & forma. vtraque pars differentiæ patet ex ſupra dictis. Secunda differentia eſt, quod eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ poteſt ſignificari, ut totum & pars, non autem eſſentia ſubſtantiæ ſimplicis. Vnde oritur, ꝙ quia prædicatum non debet habere rationem partis, quod eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ quandoque prędicatur de ea, & quandoq; non. cũ ſcilicet ſignificatur ut pars. Eſſentia autem ſubſtantiæ ſimplicis, quia ut pars denotari non eſt, ſemper prædicatur de eo, cuius eſt.

5. Met. ca. 5. poſt medi.

¶ Ad euidentiam huius differentiæ notandũ, quia primo aſpectu apparet falſa ex eo, ꝙ patet, ꝙ in poſitis nominibus ſubſtãtiis ſeparatis, poſſunt ſignificari earum eſſentię in abſtractu, & & in concreto, & conſequenter vt totum & pars. poſſum enim dicere Gabriel, & Gabrielitas, Deus, & Deitas &c. Sed licet ita appareat, diligenter tñ inſpicienti oppoſitum illuceſcit. Conſiderandum enim, ꝙ loquimur de eſſentiis rerum & conditionibus earum, quæ eas ſequuntur, & non de illis, quæ ex ſolo opere intellectus ſunt. Eſſentiæ enim ſubſtantiarum compoſitarũ ex eo, ꝙ duas partes realiter habent, ſeu ex eo, ꝙ ſunt formæ in materia, ex ſe habent unde intellectus fundet in eis ſignificationem per modum partis, & per modum totius. Cum enim ſignificat formam illam in habente, ſeu deferente, ſignificatur, ut totum, & concretum, ut homo: cum autem ſignificat illam non vt in habente, ſeu deferẽte, ſed per ſe ſignificat in abſtracto, & per modum partis, vt humanitas. Eſſentiæ autem ſubſtantiarũ D immaterialium, quia dicunt formas non receptas in materia, ideo ex ſe non habent quod ſignificentur in cõcreto & in abſtracto, vt totum, & pars, & cętera. non enim eſt ibi deferens, nec delatũ. Sed quia intellectus noſter intelligit res ſimplices & altiſſimas per modum rerum compoſitarum, ideo, vt dicunt Commentat. 12. Metaphy com 39. & S. Tho prima parte. q. 13. fuit neceſſe, ut in illis formaret abſtractum & concretum, & intelligeret eas per modũ totius & partis. Differẽtia ergo poſita hic, eſt cum additione intelligenda ſic, ꝙ eſſentia ſubſtantiarũ cõpoſitarum ex ſe habet, quod ſignificabilis ſit per modũ totius & partis: eſſentia autem ſimplicium ex ſe non habet quòd ſignificetur per modum totius & partis, ſed ab intellectu tantũ: & ideo diuerſitas, quæ inter abſtractum & concretum in ſubſtãtiis compoſitis eſt ex parte rei. & reducitur ad diſtinctionem, quæ eſt inter ſubiectum deferens, formam delatam. Diuerſitas autem, quæ eſt inter abſtractum. & concretum in ſubſtantiis ſeparatis, non eſt id ex parte intellectus, ut Comment. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auice. ꝙ quidditas ſimplicis eſt ipſum ſimplex, & quidditas compoſiti non eſt ipſum compoſitum.

Ca. 56. 1. q. 13. a.

Co. 39. ſi. 5. meta. cap. 5.

¶ Circa hanc particulam eſt unum dubium, An verum ſit, ꝙ in ſubſtantiis ſeparatis idem ſit quidditas. & id cuius eſt, idem, natura & ſuppoſitum. Eſt autem ratio dubitandi, quia S. Tho. in quol. 2. q. 2. art. 2. dicit ꝙ cum apud Ariſt. 7. Meta. text. com. 20. & 21. in his, quib admiſcetur aliquod accidens, natura & ſuppoſito diſtinguantur, & in intelligentiis aliis a prima aliquod accidens ſit in omnibus excepta prima, natura & ſuppoſitum diſtinguuntur, ſiue quidditas, & id cuius eſt. Ex alia parte 3. de Anima Com. 9. dicit in ſeparatis a materia idem eſt, quod quid eſt. & id cuius eſt. Et in prima parte S. Tho. q. 3. art. 3. expreſſe hoc dicit, quod & apparet hic authoritate Auicennæ.

Quol. 2. q. 2. ar. 2 tex. co. 20. & 21. Tex. com. 9.

1. q. 3. ar. 3.

¶ Ad intellectum huius difficultatis eſt notandum, ꝙ cum nomine Naturę intelligatur id quod per diffinitionẽ ſignificatur: nomine autem ſuppoſiti indiuiduum habens illam quidditatem ſecundum triplicem gradum ſubſtantiarum, in uniuerſo tripliciter inuenitur differentia ſuppoſiti a natura.

¶ In ſubſtantiis ſiquidem materialibus, ſuppoſitum differt a natura dupliciter, ſecundum rem, & ultra hoc ſecundum rationem.

re compoſita. non enim poteſt dici, quod homo ſit quidditas ſua. Sed eſſentia rei ſimplicis, quæ eſt ſua forma, non poteſt ſignificari niſi ut totum, cum nihil ſit ibi præter formam, quaſi formam recipiens. Et ideo quocunque modo ſumatur eſ- B ſentia ſubſtantiæ ſimplicis, de ea prædicatur. Vnde Auicenna dicit, quòd quidditas ſubſtantiæ ſimplicis eſt ipſummet ſimplex, quia non eſt aliquod recipiens ipſam.

e Secunda differẽtia eſt, quia eſſentię rerũ compoſitarum ex eo

Differt primo modo intrinſece, quia aliquod reale ſuppoſitum ſibi intrinſecum includit, quod non includit natura, ſcilicet principia indiuiduationis. Si enim Sortes diffiniretur, in eius diffinitione poneretur hæc materia, quæ non ponitur in diffinitione naturæ humanæ. Differt ſecundo extrinſece, quia aliquid reale extrinſecũ ſibi includit ſuppoſitum, ſcilicet eſſe actuale exiſtentiæ, quod nõ includit natura. Exiſtentia enim primo eſt actus ſuppoſiti, cuius eſt fieri, quæ tamen caderet in diffinitione Sortis, ſi diffiniretur. Differt tertio ſecundum rationem, ut patet.

5. Met. cap. poſt med. 5.

¶ In ſubſtantiis autem ſeparatis aliis a prima, ſuppoſitum differt a natura duobus modis tantum, ſcilicet extrinſece ſecundũ rem, & ſecundum rationem. Nihil enim reale intrinſecum ſibi C includit ſuppoſitum in eis, quod non includat natura, quia non indiuiduatur per aliquod poſitiuum contrahens naturam ſpecificam, quod ſit uelut differentia indiuidualis ſuppoſito intrinſeca, ſicut eſt in ſubſtantiis materialibus. Sed quia in eis, ut patebit, exiſtentia differt realiter a natura, quæ primo ut dictum eſt, eſt actus ſuppoſiti, ideo ſuppoſitum in eis differt extrinſece a natura: addit enim extrinſece realitatem exiſtentiæ. Differt ſecunda ſecundum rationem, ut patet. ¶ In Deo uero glorioſo ſuppoſitum uno modo tantum differt, ſcilicet ſecundum rationẽ, quia nec natura diuina indiuiduatur per additum, nec exiſtentia ſua diſtincta eſt realiter ab eius eſſentia. vnde patet, quod utraque pars dubii eſt uera aliquo modo: & quod in ſubſtãtiis ſeparatis differunt ſecũdum rem quod quid eſt, & id cuius eſt, quia extrinſeca differentia differunt ſecundum rem: & quod ſint idem, quia non differunt per aliquam intrinſecam differentiam realem. hanc autem eſſe mentem S. Tho. diligenter intuenti dicta eius in locis allegatis facile innoteſcere poteſt.

In eo. cap.

e HIC ponitur tertia differentia in ordine uocata, ſecunda D inter eas quæ oriuntur ex prima, & dicitur ꝙ differunt etiã in hoc eſſentia ſubſtãtię cõpoſitæ, & eſſentia ſubſtãtiæ ſimplicis, ꝙ eſſentia ſubſtantiæ compoſitæ eſt plurificabilis numero in eadẽ ſpecie, ſicut eſſentia humana diſtinguitur numero in Socrate, & Platone. Eſſentia autem ſubſtantiæ ſimplicis, i. ſeparatę a materia, non eſt plurificabilis in plura indiuidua eiuſdẽ ſpeciei, ſed quodlibet indiuiduum conſtituit unam ſpeciem, & diſtinguitur ſpecifice ab alio. Et fundamentũ eius eſt in duabus propoſitionibus, quarũ prima eſt. Cũ actus ſit, quod diuidit & ſeparat. 7. Meta. tex. com 49. omnis diuiſio aut eſt formalis, aut quantitatiua, ut Ariſt. inquit 3 Meta. tex. Com 11. & Commentator primo Phyſicorum. com. 6. Secunda eſt. Formæ ſpecificæ ſunt indiuiſibiles formaliter. Ex his enim deducitur ꝙ formæ ſpecificę quę recipiuntur in materia, diuiduntur ad diuiſionem materiæ per quantitatem, & ſic fiunt multa indiuidua eiuſdem ſpeciei. Forma autem ſpecifica non recepta in materia omni di E uiſione caret, & formali quidem ex eo quòd ſpecies ſpecialiſſima eſt: quantitatiua autem ex eo quod non eſt recepta in materia quam ſequitur quantitas: & ideo non poteſt eſſe multa indiuidua in eadem ſpecie. Multitudo enim diuiſionem ſequitur.

Cap. 49. T. cap. 11. Cõ 6.

Q V AE S T I O IX.

CIRCA hanc partem occurrit quęſtio, An quęlibet ſpecies ſubſtantiarum ſeparatarum unum tantum habeat indiuiduum. In hac quęſtione tria ſunt facienda. Primo ponetur opinio Scoti cum fundamentis: ſecundo ponetur ueritas peripatetica: tertio reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

¶ Quo ad primum Scotus ſecũdo ſententiarum diſt. 3. q. 7. opinatur plures eſſe intelligentias eiuſdem ſpeciei talibus medijs. Scoti 3. diſt q. 7. prima.

¶ Primo ſic, Omnis quidditas quantum eſt de ſe, eſt cõmunicabilis: intelligentia eſt aliqua quidditas, ergo quidditas intelligẽtię eſt de ſe communicabilis, ergo poteſt inueniri in pluribus.

Maior probatur, quia ſi quidditas omnis non eſſet communicabilis, uel communicabilitas, repugnaret ei ratione perfectionis quidditatiuæ, aut imperfectionis. nō ratione perfectionis: quia communicabilitas ſecundum fidem catholicam cōuenit quidditati diuinæ, quæ ſumme pfecta eſt. nec rōne imperfectionis: quia cōmunicabilitas conuenit quidditatibus ſubſtantiarū cōpoſitarum, quæ ſunt imperfectę. Cū ergo ratione neutrius repugnet ſibi, reſtat Maior vera.

quòd recipiuntur in materia deſignata, uel multiplicantur ſecundum diuiſionem eius, contingit quòd aliqua ſint idem ſpecie, & diuerſa numero. Sed cum eſſentia ſimplicium non ſit recepta in materia, non poteſt ibi eſſe talis multiplicatio. Et ideo non oportet, quod inueniantur plura indiuidua unius ſpeciei in illis ſubſtantiis: ſed quot quot ſunt indiuidua, tot ſunt ſpecies, ut Auicen. dicit expreſſe.

¶ Præt. Oīs quidditas intelligibilis ſub ratione vniuerſalis, abſque contradictione eſt plurificabilis numero: quidditas ſeparata eſt intelligibilis ſub ratione uniuerſalis abſque cōtradictione, ergo eſt plurificabilis numero. Maior probatur ex eo q̄ implicat, intelligi ſub ratione uniuerſalis, & eſſe de ſe hoc. eſt enim uniuerſalitas oppoſita hecceitati, ſicut implicat, intelligere eſſentiā diuina ſub ratione uniuerſalis, quia eſt de ſe hoc.

¶ Præt. Deus poteſt hunc angelum in hac ſpecie annihilare: iſto annihilato. Deus poteſt ſpeciē hanc reparare in aliquo alio indiuiduo, non in eodem ſecundum iſtam opinionem, quia ſecundum iſtos homo non poſſet reſurgere idem numero, niſi anima intellectiua remanente eadem numero, ergo in eadem ſpecie erunt plura indiuidua, ſaltem ſucceſſiue.

¶ Præt. Animæ intellectiuæ diſtinguuntur numero in eadem ſpecie, & tamen ſunt immateriales, ergo &c.

¶ Præt. Aug. in Ench. c. 29. dicit, quod quia tota natura, ſeu ſpecies humana ruerat, ideo miſertus Deus ad eam ſaluandam uenit: non autem uenit ad ſaluandam naturam angelicam, quia tota non ruit. Ecce quod Auguſt. dicit totam naturam angelicam non lapſam eſſe per peccatum, quod non poteſt eſſe uerum, ſi tot ſunt ſpecies, quot ſunt indiuidua: ſic enim multæ naturæ angelicæ lapſæ totaliter eſſent, humana autem tantum una, cum humana non ſit niſi una.

¶ Præt. Damaſc. in Elementario, cap. 12. dicit, quod ſecundum unamquanque ſpeciem fecit Deus angelos.

¶ Præt. Arguit ad idem in quolibet q. 2. q̄ prædicta opinio eſt damnata Pariſijs in pluribus artic. Primus eſt, Si quis dixerit Deum non poſſe multiplicare formas ſine materia, error. Secūdus, Si quis dixerit formam non recipere diuiſionem ſine materia, error. Tertius, quod quia intelligentiæ non habent materiam, Deus non poſſit eiuſdem ſpeciei facere plures, error. Quolib. q. 2. art. Pariſien.

¶ Quod ſi dicatur, inquit Anton. Trombeta, quod iſta ſententia non eſt damnata ubique, dato quod Pariſijs ſic ſit, contra, Nam ſententia damnata in aliqua uniuerſitate famoſa, ubique eſt damnata, aut ſuſpecta de hęreſi non ſolum authoritate diœceſani, ſed etiam authoritate domini Papæ, ut patet extra de Hæretic. ca. Ad abolendam Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum, Veritas peripatetica ab Ariſt. Comm. & S. Tho. accepta eſt, quod quælibet intelligentia conſtituat unam ſpeciem, ita quod nō poſſint ibi inueniri plura indiuidua eiuſdem ſpeciei Et S. Tho. quidem in quæſtionibus diſputatis de ſpiritualibus creaturis, art. 8. & in ſecundo contra Gent. cap. 93. & in prima parte. q. 50. art. 4. & alibi probat hoc multis rationibus, quarum duabus nunc utendum eſt. S. T. 1. q. 50. art. 4.

¶ Prima ex earū immaterialitate ſumitur, unde omni principio diſtinctiuo numerali carent: & formatur ratio ſic. Oīs ſpecies habens plura indiuidua, habet in ſe diſtinctiuū numerale: intelligentia non habet tale principium diſtinctiuū ergo. Minoris probationem habes ſupra immediate ante quæſtionem. Et nota, q̄ hæc ratio eſt ſumpta ex 12. Meta. Comm. 49. ubi fit hæc conſequentia. Cœlum, id eſt, primum principium eſt unum ſpecie, & plura numero, ergo eſt materiale: unde expreſſe datur intelligi, q̄ immaterialitas eſt ſufficiens cauſa non plurificationis numeralis. Sed quia Scot. expreſſ. dicit loco præallegato, quod opinio ſua eſt contra Ariſt., ideo omittam authoritates. Te. Com. 49.

¶ Secunda ratio S. Tho. eſt ſumpta ex ordine uniuerſi fundata ſuper tres propoſitiones, quarum prima eſt. Vniuerſum habēs tres partes, ſcilicet ſphęram generabilium & corruptibilium, corpora cęleſtia, & ſubſtantias immateriales, habet pro bono intrinſeco ordinem: hęc habetur. 12. Meta. tex. Comm. 52.

¶ Secunda propoſitio eſt, q̄ ordo eſt duplex. ſ. per ſe, & per accidens. Ordo per ſe eſt inter eſſentialiter ordinata, ut ſpecies q̄ ſunt ſicut numeri. 8. Meta. tex. Com. 10. Ordo per accidens eſt inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, ut dicitur 3. Met. tex. Com. 11. Tex. cap. 52. Tex. cap. 10. Tex. cap. 11.

¶ Tertia propoſitio eſt, q̄ ea pars uniuerſi, in qua eſt ordo per ſe purus, eſt potior ea, in qua eſt ordo per ſe admiſtus ordini p accidens, ex 12. Met. tex. Com. 52. ubi cōparatur prima pars uniuerſi familiæ, quibus nihil ordinatū per accidens ineſt. Super his propoſitionibus fundatur talis ratio. Id quod caret ordine per accidens, non habet plura indiuidua eiuſdem ſpeciei: F ſuprema pars vniuerſi caret ordine per accidens. ergo nō habet plura indiuidua eiuſdem ſpeciei. Maior ex terminis patet. Minor licet ex Ariſt. habeatur loco allegato, quia iſti tamen negant Ariſto. in hac parte, ſicut & alibi, ratione probatur ſic. Nō minus excludit ordinē per accidens ſuprema pars vniuerſi, quam media pars, cum ſuprema ſit perfectior, & bonitas vniuerſi in ordine conſiſtat, & ordo per accidens ſit imperfectū quid & deficiens ab ordine per ſe, immo ordinatum per accidēs eſt inordinatum, eo q̄ per accidens eſt, conditio diminuens ratione ordinis: ſed media pars excludit ordinem per accidens, vt patet. corpora enim cęleſtia non habent plura indiuidua eiuſdem ſpeciei: non enim eſt niſi vnus Sol, vna Luna &c. ergo ſuprema pars vniuerſi a fortiori excludit ordinem per accidens Hæc de ſecundo. G

¶ Quo ad tertium reſpondetur argumentis Scot. Et ad primum quidem, ut terminos Theologicos agnoſcamus, quia argumentum Theologicum eſt. dicitur quod communicabilitas eſt triplex. Quædam cum diuiſione eſſentiæ, ſicut uniuerſale communicabile eſt particularibus Quædam vero abſque diuiſione aliqua eſſentiæ, & eſſe per identitatem, ſicut eſſentia diuina cōmunis eſt tribus ſuppoſitis. Quædam per aſſumptibilitatem ad hypoſtaticam unionem, ſicut natura humana communicabilis eſt omnibus ſuppoſitis diuinis. Sic præmiſſis Scot. aſſumit cōmunicabile primo modo. falſa eſt Maior. patet in eſſentia diuina. Si ſecundo modo, falſa etiam eſt Maior: nulla enim eſſentia creata eſt illo modo communicabilis. Si tertio modo. falſa quoque eſt Maior, ut patet de eſſentia diuina. Si autem accipiatur communicabile neutro illorum modorum, ſed pro communicabili in communi nō deſcendendo determinate ad hoc, vel illud communicabile, conceſſo toto argumento non cōcluditur, q̄ quidditas angelica ſit communicabilis, ſicut vniuerſale particularib. Committitur enim fallacia conſequentis a ſuperiori ad inferius affirmatiue. Vnde probatio adducta nihil cōtra nos facit. Communicabilitas primo modo repugnat intelligentiis propter earum perfectionem. Communicabilitas ſecundo modo repugnat intelligentiis propter earū imperfectionem Communicabilitas tertio modo conuenit eis ex earū imperfectione, quia eſſe diſtinguitur realiter ab earum eſſentia. H

¶ Ad ſecundum dicitur diſtinguendo Maiorē. Aliquid enim eſſe intelligibile ſub ratione vniuerſalis, cōuenit dupliciter. Vno modo ex parte rei, & intellectus, ut verbis S. Th. vtar. Alio modo ex parte intellectus tantum. Primo modo Maior eſt vera, & Minor falſa. Secūdo modo Maior eſt falſa, licet Minor ſit vera. Cum enim vniuerſalitatis fundamentum ex parte rei ſit inuentio illius quidditatis in plurib. indiuiduis ſimul, vel ſucceſſiue; fundamentum vero ex parte intellectus ſit repręſentatio alicuius quidditatis non repræſentantis cōditionib. indiuiduationis ut ſic, illud eſt uniuerſale utroque modo ſ. ex parte rei & intellectus, quod vtroque fulcitur fundamento: ſicut humana eſſentia eſt intelligibilis ſub ratione vniuerſalis ex parte rei, quia ipſa eſt realiter diuiſa, & inuenta in multis: & ex parte intellectus, quia repręſentatur abſque hic, & nunc. Illud aūt eſt uniuerſale ex parte intellectus tm̄. quod altero tantum fulcitur fundamento. ſ. repræſentatione, &c. ita q̄ eius vniuerſalitas ex hoc ſolo habetur, q̄ obiectiue in intellecta ponitur, cui obijcitur res ſecundū conditiones quidditatiuas, non indiuiduales, ut ſic, & hoc modo quidditas intelligentiæ eſt uniuerſalis. Licet enim indiuiduale, & ſpecificum eſſe ibi idem habeat principium, quia tamen repræſentatur ut talis res, non ut hoc, quia non repræſentatur ſecundum quod in ſe eſt, ſed ſecundum modum rerum cōpoſitarum, in quib. aliud eſt natura, & aliud eſt indiuiduum illius naturæ, ideo eſt vniuerſalis, ut obiecta eſt tantum. Et hoc eodē modo eſt prædicabilis quidditas intelligentiæ de pluribus, ſcilicet nec actu, nec aptitudine, ſed ut obiecta eſt intellectui, ut ab Auicenna habes 5. Metaphyſ. quinimo ipſa quidditas diuina hoc modo communis, & uniuerſalis ſecundum rationem eſt: unde & numerum pluralem apud grammaticos habet. Ad probationem autem Maioris ſic negatæ, patet reſponſio. Cum enim dicitur quod implicat, quidditatem eſſe de ſe hanc, & vniuerſalem, & pręédicabilem de pluribus: hoc eſt uerum accipiendo vniuerſale ex parte rei, & ſimiliter prædicabile. Vniuerſale enim ſecundum rationem tantum, eſt unum in multis & de multis, ut obiectum eſt tantum. Vniuerſale autē ex parte rei, eſt in multis ſecundum rem, licet unitatem habeat, ut obiectum eſt Hæc ſi vis plene intelligere, memento eorum, quæ dicta ſunt in quæſtione de Vniuerſalibus. I 1. q. 85. ar. 3. ad 1. K Cap. 1. Sup. c. 4. q. 7

¶ Ad

A Ad tertium dicitur, quod in caſu illo repararetur neceſſario idē numero angelus. ex eodē enim Gabriel eſt hic, & Gabriel. Nec eſt uerum quod apud nos Deus non poſſit idem numero reparare, licet dicamus quod ſi in reſurrectione non reſumeretur eadem anima numero, quæ non annihilata eſſe debet, ſi reſurrectionis tamo ſaluāda eſt, nō eſſet idem homo numero, cum quo ſtat idem numero poſſe reparari a Deo.

Vide S. Tho. quol. 5. q. 5.

Ad quartum dicitur, quod non eſt ſimile de intelligentiis, & animabus intellectiuis quo ad hoc: quia animæ ſunt partes ſpeciei corporibus vnibiles, non autem intelligentiæ, ſed de his infra erit amplior ſermo.

¶ Huiuſmodi ergo ſubſtantiæ quāuis ſint formæ ſine materia, non tñ in eis eſt omnimoda ſimplicitas: nec ſunt actus puri, ſed habent permixtionem potētiæ: & hoc ſic patet. Quicquid enim non eſt de intellectu eſſentię, vel quidditatis, hoc eſt adueniens extra, & faciens compoſitionē cum eſſentia; quia nulla eſſentia B ſine his quę ſunt partes eſſentiæ intelligi poteſt. Omnis autem eſſentia, vel quidditas intelligi poteſt ſine hoc, quod aliquid intelligatur de eſſe ſuo facto. Poſſum enim intelligere quid eſt homo, uel phœnix, & tñ ignorare, an eſſe habeant in rerum natura. ergo patet quod eſſe eſt aliud ab eſſentia, vel quidditate.

Ad quintum reſpondet S. Tho. quod natura humana & angelica poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ſecundum eſſe naturæ: & ſic natura humana eſt una, angelica uero plures. Alio modo accipiuntur ſecundum eſſe uię, ſcilicet ut uiatrices ad beatitudinem ſupernaturalem: & ſic ſicut natura humana eſt una, ita tota latitudo angelicarum ſpecierum eſt una natura, eo quod ſicut omnes homines uno modo tendunt ad patriam, ſcilicet per liberum arbitrium flexibile remediabiliter; ſic oēs Angeli vno modo tendunt ad beatitudinem, ſ. per liberum arbitrium flexibile irremediabiliter: ſemel enim flexum, reuerti amplius non pōt, apprehendunt enim immobiliter. Et propter hoc Auguſt. Theologus loquens, ad quem pertinet conſideratio de homine & angelis in eſſe uię & patrię, uocauit omnes angelos unius naturę.

q. 16. q. 16. in de ſpūalib. creaturis. q. vni. ſup 3. ad primum.

Ad ſextum dicitur, quod Dama. ſorte opinionem illorum, quos in hoc non ſequimur, imitatus, dixit illud. Vel per ſpecie intellexit ſpecié ſubalternā non ſpecialiſſimam. & hoc mihi placet magis, cum nō conſtet ipſum cōtrariæ opinionis eſſe & tūc large ſpeciei nomen accipiendum eſt, ſi ueritatem habere dēt.

Ad ſeptimum dicitur primo, quod argumentum procedit ex malo intellectu articulorum Pariſienſium. Illi. n. ſunt cōtra Auerroiſtas, qui animam intellectiuā non multiplicabilem numero dicunt, quia eſt forma immaterialis. unde ſenſus primi articuli eſt: Si quis dixerit Deum nō poſſe multiplicare formas ſine materia, i. ſine dependentia a materia, error. Similiter ſecundi: Si quis dixerit formas nō recipere diuiſionē ſine materia, i. ſine dependentia a materia, error. Similiter tertii. Quod quia intelligētiæ nō habent materiam, Deus non poſſet eiuſdem ſpeciei facere plures, error. non habent materiam, ideſt, dependentiam a materia vel non poſſet, ideſt, ex impotentia Dei procederet.

De art. Pariſienſibus.

Vel dicatur ſecundo, quod articuli Pariſienſes, inquantum tangunt, uel tangere uidentur doctrinam S. Th. reuocati ſunt per dominum Stephanum epiſcopum Pariſienſem apud Bertuliacum, anno Domini 1325. Die Iouis ante ſacros Cineres, ut patet in literis quæ incipiunt. Magiſtra rerum experientia certis indiciis euidenter demonſtrat.

Renocati ſunt art. Pariſienſes, ut tā gunt doct. S. Tho Vide de iſtis art. Capreo. 2. d. 3. q. 1. ad 6. cōtra primā cōcluſionē.

Dicitur tertio, quod cum ſanctiſſimus Vrbanus Papa doctrinā S. Th. approbauerit in extrauagāti, quæ incipit. Laudabilis Deus in Sanctis ſuis, & in ſui maieſtate mirabilis. mirum eſt quomodo iſti audeant contra Romanæ eccleſiæ approbationem reducere articulos Pariſienſes. Sunt autē uerba domini Papæ in calce Extrauagātis ad Vniuerſitatem Tholoſanā iſta. Volumus inſuper, & tenore præſentium uobis iniungimus, ut dicti B. Th. doctrinam tanquam veridicam, & catholicam ſectemini, eamque ſtudeatis totis uiribus ampliare. Datum apud Montem Flaſconem &c. Hæc verba attendant aduerſarii, & videant quanta temeritate contra mandatum ſummi Pontificis catholicam S. Thomæ doctrinam impugnare nituntur.

¶ IN HAC tertia parte capituli huius, probatur ſubſtantias E ſeparatas eſſe compoſitas ex eſſe & eſſentia. Sed antequā ad probationē accedatur, prænotandum eſt, in ſubſtātiis materialibus inueniri quatuor realiter diſtincta, ſcilicet materiam, formam, eſſentiam compoſitam ex eis, & eſſentiam. In homine enim eſt conſiderare materiā, in qua recipitur eius forma, & formam ipſam, quæ eſt illius materię actus, & eſſentiā humanā, quæ nec eſt materia nec forma, & eſſe actualis exiſtentiæ, quo homo formaliter exiſtit in rerum natura: unde fit, ut in iſtis ſubſtantiis duæ compoſitiones pertinentes ad genus ſubſtantię reperiantur, quarum prima eſt ex materia & forma: ſecunda eſt ex eſſentia & exiſtentia, quæ uocatur cōpoſitio ex eſſe & eſſētia.

Conueniunt autē inter ſe, & differunt hæ compoſitiones. Conueniunt quidem in duobus. Primo in hoc, quod utraque conſtat ex actu & potentia. materiā enim & formam clarū eſt ſe habere, vt potentiam & actum: eſſentia autem & eſſe ex eo liquet quod A ſe habent ut potentia & actus, quia quidditas qualibet ex hoc ponitur in rerum natura quod exiſtentiam acquirit.

Secundo conueniunt in hoc, quod utriuſque extrema ſunt in eodem genere. tam enim materia & forma hominis, quam eſſentia & eſſe eius, in genere ſubſtantiæ & ſpeciei humanæ reponunt.

Differunt autē quo ad ſeptem. Primo, quia extrema primæ compoſitionis ſunt partes ſubſtantiæ, & nō ſunt ſubſtantia, proprie loquendo, vt patet. Materia enim & forma non ſunt in genere ſubſtantiæ, niſi reductiue: vnde prædicationem ſubſtantiæ, quæ eſt genus generaliſſimum, nō niſi in obliquo, ſuſcipiunt. Extremorum uero ſecundæ compoſitionis neutrum eſt pars ſubſtantię, ſed alterum eſt ſubſtantia, eſſentia ſcilicet quæ eſt in recta linea prædicamentali, alterum uero extra ſubſtantiam, ſcilicet exiſtentia.

Secundo differunt, quia extremum illud quod ſe hēt ut potentia in prima compoſitione, eſt ens pure potentiale, materia ſcilicet. Extremum uero illud quod ſe habet ut potentia in ſecunda compoſitione, non eſt pura potentia, ſed ens in aliqua ſpecie quidditatiue completum, eſſentia, ſcilicet.

Tertio differūt, quia extremū illud, quod ſe habet ut potentia in prima cōpoſitione, non eſt id quod eſt, nec quod fit, proprie loquendo. Materia enim non fit, vt dr. 7. Met. tex. com. 27. eiuſdem autem eſt eſſe, cuius eſt fieri, cum fieri ad eſſe terminetur. Extremum uero id quod in ſecunda compoſitione ſe habet ut potentia, eſt id quod eſt, & fit, cum omnis factio ad com C poſitum terminetur, ut ibidem dicitur.

tex com 27. & 12. Met. tex. com. 12.

Quarto differunt, quia extremum illud quod in prima compoſitione ſe habet ut actus, nō eſt ultima actualitas rei, ſed cauſat aliū vl teriorē actū. forma enim hominis, quæ eius materiā informat, cauſando totum compoſitum, complet proprium receptiuum ipſius exiſtentiæ, & ſic eam cauſat, quæ eſt ulterior actus. Extremum uero illud, quod in ſecunda compoſitione ſe habet ut actus, eſt ultima actualitas illius generis poſt exiſtentiam enim Sortis nihil ſibi ſubſtantiale amplius aduenit.

7. Met. tex. com. 27.

Quinto differūt, quia extremū illud, quod in prima compoſitione ſe habet ut actus, eſt ita actus, quod tñ comparatur ad aliud ut potentia. Extremū uero illud quod in ſecunda compoſitione ſe habet ut actus, eſt ita actus, quod ad nihil ipſius rei comparatur ut potentia. Quod patere poteſt aduertendo proportionem, quæ eſt inter formam & exiſtentiam. Eſt enim proportio formæ ad eſſe actuale, ſicut proportio diaphaneitatis ad lumē: forma ſiquidem recipit exiſtentiā, & cauſat eā, ſicut diaphaneitas lumen. Sicut namque aer in eo quod aer, non eſt capax luminis, D ſed oportet ipſum diaphaneitate informari, vt propriū receptiuū luminis fiat, ideoque neque aer, nec diaphaneitas, ſed aer diaphanus eſt qui primo luminoſus eſt, licet ſecūdario tam aer, quam diaphaneitas lumine careat: ita in propoſito materia ſola nō eſt capax exiſtētię, quia actus in propria ſuſcipi debet potētia, ſed oportet in ipſa formam recipi, vt propriū receptiuū exiſtentiæ fiat, non materia, nec forma, ſed compoſitum ex eis. Id enim quod primo exiſtit, eſt compoſitū, cuius primo etiam eſt fieri, tñ tam materia quam forma ſecundario actuatur illa[illegible] exiſtentia. Vnde ſicut diaphaneitas eſt cauſa formalis aeris diaphani, & eius complemētū formale ad hoc vt propriū ſuſceptiuū luminis ſit, & cū hoc comparatur ad lumen adueniens, vt potētia recipiens, licet ſecundario ad actū: ita forma eſt cauſa formalis compoſiti, & complementū eius formale ad hoc, vt pro E prium receptiuum exiſtentiæ ſit, ac per hoc comparatur ad ipſam exiſtentiam ſubſequentem ut potentia recipiens, ſecundario tamen ad actum receptum: unde fit, ut ipſum eſſe actualis exiſtentiæ ad nihil aliud comparetur, vt potentia ad actum, ſed ſit ultima actualitas omnis rei etiam ipſius formæ.

Sexto differunt, quia extremū illud, quod in prima cōpoſitione ſe habet ut actus, eſt de intellectu, ſeu diffinitione rei extrinſece: forma enim ſecundum omnes intrinſece in diffinitione concipitur. Extremum uero illud quod in ſecunda compoſitione ſe habet vt actus, eſt extra quidditatem rei: diffinitio enim non ſignificat eſſe, vel non eſſe, ut dicitur 2. Poſte.

Septimo differūt quia ex extremis primæ cōpoſitionis fit unū tertiū per ſe vnū. Ex extremis vero ſecundæ cōpoſitionis non fit unū tertiū per ſe vnū, neque per accidens, proprie loquendo. Et colligitur ratio huius differētiæ ex ſupradictis. vnū enim per ſe nō fit niſi ex duobus, quorū vtrunque eſt pars ſubſtātię. Nulla enim ſubſtantia cōpleta facit vnū per ſe cum quocunque alio. &

quorum alterum eſt pura potentia, ex duobus enim actibus nō fit tertiū per ſe unum,& quorum alterū eſt ita actus, ut poſſit comparari ad aliquid aliud, ut potentia: partes.n.ſuoi materia
Tex. com. 3. totius.5.Metaph.tex.com.3. Cum autem in prima compoſitione omnes iſtæ conditiones ſaluentur: in ſecunda uero nulla, ſequitur quod in ſecūda cōpoſitione non fiat,unum tertiū per ſe,neque etiam unū per accidens fit, q's unum per accidens aggregat res diuerſorum generum,cū his tamē fiat quod eſſentia per ſe aduneretur eam eſſe.

Octauo differūt, quia prima cōpoſitio eſt cōpoſitio ex his, & ideo fit ibi unum tertiū. Secunda uero eſt cōpoſitio cū his. Nulla.n. res datur, quæ conſtet ex eſſentia, & exiſtētia, proprie loquendo, ſicut datur res conſtans ex materia & forma, ſed eſſentia cōponit cū exiſtentia, & econuerſo: & ideo dictū eſt, q adunatur per ſe,non tamen componendo tertium.

Nono differunt, quia prima cōpoſitio ad pauciora ſe extendit, q̄ ſecūda. Extremi. n. primæ compoſitionis non inueniuntur,niſi in rebus ſenſibilibus: eam namq; ſolam ex materia & forma conſtare, ſupra concluſum eſt. Extrema uero ſecundæ cōpoſitionis reperiuntur & in rebus ſenſibilibus,& in rebus immaterialibus: habent.n.intelligentiæ
c.2. cap.3.in princip. quidditatem & exiſtentiam. Vnde prima compoſitio infert ſecundam,& nō econuerſo. Omne enim cōpoſitum ex materia & forma eſt cōpoſitum ex eſſentia & eſſe, ſed non cōuertitur.

Decimo differunt quoad paſſiones ſuas. Compoſitionem n. primam quantitas, accidentia ſenſibilia,& tranſmutatio ſaltem localis ſequuntur. Compoſitionem aūt ſecundam,neq; generatio,neq; corruptio, neq; tranſmutatio aliqua phyſica ſequitur, ſed tantū recipere & recipi, perficere & perfici. quia hęc ſequūtur actum & potentiam, illa uero materiam & formam. In ſtera igitur hanc ſecūdam compoſitionem in omni ente citra primū inueniri probatur tali cōcluſione ꝓpoſita. Omne ens aliud a primo eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia. Ratio talis eſt. Oē habens aliquid realiter ſuæ quidditati cōiunctū, quod eſt extra eſſentiam eius, eſt compoſitum ea quidditate & illo additamento,i.eſſentia & eſſe: omne ens aliud a Deo, habet aliquid reale ſuæ quidditati realiter coniunctum extra eſſentiam eius,ſ.eſſe,ergo omne ens aliud a Deo, eſt compoſitum ex eſſe & eſſentia. Maior relinquitur a S Tho.pro manifeſta Et eſt modificanda ita,q illud additum ſit extra eſſentiam rei particulariter ſumptam, quod dico propter inferius,cum ſit extra eſſentiam ſuperioris,non tamen componit cum illo: & etiam deſeruit ſic modificata propoſito,quia eſſe eſt extra eſſentiam Sortis. non enim poneretur in eius diffinitione,ſi diffiniretur. Relinquitur igitur manifeſta Maior, quia duo adunata, quorum neutrum eſt contrahens alterum, & alterum ſe habet ut actus,& alterū ut potentia, non niſi per compoſitionem realiter ſunt coniuncta. Minor autem patet ex ſtata differentia,& Ariſtotele.1.Poſte.dicente,quod nulla diffinitio ſignificat eſſe.

tex.cap.15. g HIC ponitur ſecūda ratio ad idem, quæ inducitur per modū excluſionis tacitæ reſpōſionis: quia aliquis poſſet dicere ad rōnem factam,q aliqua res eſt,cuius quidditas eſt ſuū eſſe,& illius diffinitio nō abſtrahit ab exiſtere. Cōtra hoc inquā inducitur ſecunda rō probans,q in uno ſolo ente,ſ. primo,eſſentia eſt idem quod exiſtentia,& conſequēter in quolibet alio, eſſe & eſſentia diſtinguuntur realiter. Ratiocinatur ergo ſic, Omne plurificabile, ſeu plurificatū altero triū modorū multiplicatur uel per additionē differētiæ formalis,uel ꝑ receptionē vtriuſq; in materia uel per receptionem unius in materia,& alterius ſeparationem: ſed quidditas, quæ eſt ſuum exiſtere,nullo iſtorū modorum eſt multiplicabilis, ergo quidditas, quæ eſt ſuum

g Niſi forte ſit aliqua res, cuius quidditas ſit ſuum eſſe, & hæc res non poteſt eſſe niſi una. & prima; quia impoſſibile eſt, ut fiat plurificatio alicuius, niſi per additionem alicuius differentię, ſicut multiplicatur natura generis in ſpeciebus. Vel per hoc, quòd forma recipitur in diuerſis materijs, ſicut multiplicatur natura ſpeciei in diuerſis indiuiduis; uel per hoc, quod unum eſt abſtractum, & aliud in aliquo receptum, ſicut ſi eſſet quidam color ſeparatus, eſſet alius a colore non ſeparato, ex ipſa ſua ſeparatione. Si autem ponatur aliqua res, quæ ſit eſſe tantum, ita vt ipſum eſſe ſit ſubſiſtens, hoc eſſe non recipiet additionem differētiæ, quia iam non eſſet eſſe tantum, ſed eſſe, & præter hoc forma aliqua. Et multominus recipiet additionem materię, quia iam eſſet eſſe non ſubſiſtens, ſed materiale.

Vnde relinquitur q talis res, quę ſit ſuum eſſe, non poteſt eſſe niſi una: unde oportet, q in qualibet alia re præter eam, ſit aliud eſſe ſuum,& aliud quidditas, vel natura, ſeu forma ſua. Vnde in intelligentiis oportet quòd ſit eſſe præter formam: & ideo dictum eſt, quod intelligentia eſt forma & eſſe.

G h Omne autem quod conuenit alicui, vel eſt cauſatū ex principiis naturę ſuæ, ſicut riſibile in homine: vel aduenit ab aliquo principio extrinſeco, ſicut lumē in aere ex influentia ſolis. Non autem poteſt eſſe, q ipſum eſſe ſit cauſatum ab ipſa forma, uel quidditate rei. Dico ſicut a cauſa efficiente; quia ſic aliqua res eſſet cauſa ſuipſius, & aliqua res ſeipſam ī eſſe produceret, quod eſt impoſſibile. ergo oportet, q
H omnis talis res, cuius eſſe eſt aliud a natura ſua, quod habeat eſſe ab alio.

F eſſe, neceſſe plurificabilis. nec plurificata eſt. ergo eſt una tātū, & ſic omne aliud ab ea non eſt ſua exiſtentia. Proceſſus clarus. Maior uero declaratur, quoniam cum pluralitas ſequaē diuiſionem, diuiſio alicuius fit per differentias formales, ſicut natura generica aialis multiplicatur in homine & leone. Vel per differentias indiuiduales. ſicut natura ſpecifica multiplicatur in Sorte & Platone propter hoc, quod humanitas Sortis eſt ī alia materia ſignata ab illa, in qua eſt humanitas Platonis. Vel tertio modo poteſt imaginari diuiſio inter aliqua duo eiuſdē naturæ, ꝑꝑ hoc, q alterum eſt omnino ſeparatū a materialibus conditionibus alterum uero concretum eſt illis, ſicut homo ſeparatus apud Platonē, diſtinguiē ab homine particulariter ꝓpter hoc, q homo ſeparatus eſt immaterialis, natura uero Sortis eſt recepta in hac materia Nec apparebit diſcurrenti per omnia Prædicamenta aliquis alius modus realis multiplicationis in vniuerſo. Nec aliquis mihi obiiciat, q quātitas, & ſubſtantia diſtinguunē realiter,& tñ nō per differentias formales, nec &c. Qm̄ ſiue modis, ſiue differentiis fiat diuiſio, non refert, dūmodo cōtrahens ad aliquā limitatā naturam trahat contractum. Minor aūt declaratur quo ad omnes eius particulas. Primo, q nō ſit multiplicabilis per modum generis, patet ex eo. q genus recipit additionem differentiæ, per quam trahitur natura generis ad determinatam naturam ſpecificam, & ſic perdit genus puritatē propriā. Aīal enim contractum ad humanam ſpeciē non eſt purum animal, ſed animal humanum: quidditas vero, q̄ eſt ſua exiſtentia, eſt ipſum eſſe purum,& nō cōtratum. ſtatim enim
I q contraheretur, perderet puritatem, & eſſent ibi duo, eſſe ſ. & quidditas, ad quam contractum eſſet. Secunda pars Minoris clarius patet: quod enim recipitur in alio, non eſt eſſe purum, & per ſe ſubſiſtens, ſed ſuſtentatur in alio: quidditas autē, quæ eſt ſuum eſſe, eſt pura & conſequenter per ſe ſubſiſtens,& non alteri admiſta, in quo ſuſtentetē. Per idē quoq; patet tertia pars Minoris. ſi enim una quidditas, quæ eſt ſuum eſſe, eſt ſeparata, altera quæ eſt recepta, ex hoc q eſt recepta, non poterit eſſe eadem ſuæ exiſtentiæ. vt enim dictum eſt, eſſe receptum, non poteſt eſſe idem quidditati: & ſic concluditur, q quidditas, quæ eſt ſuum eſſe, eſt una tantum, quæ eſt prima cauſa omnium, ac per hoc cętera habent eſſe diſtinctum a ſuis eſſentiis.

h IN HAC parte quarta huius capituli declaratur intelligentias habere, eſſe a Deo effectiue, in quo omnino idem eſt eſſe cum eſſentia. Primum horum in ſua vniuerſali cōcluſione, hoc ſcilicet, Oē aliud a prima cauſa, eſt productum ab ipſa, probaē
K ſic, Omne habens eſſe diſtinctum a ſua quidditate, eſt productū effectiue a prima cauſa: oē ens aliud a cauſa prima habet eſſe diſtinctum a ſua quidditate. ergo oē ens aliud a prima eſt effectiue productum a prima cauſa. Minor ſupponitur ex dictis & dicendis. Maior probatur ſic Oē illud, cui conuenit aliquod diſtinctum a ſua quidditate, ita ſe habet q uel ipſum eſt cauſa effectiua illius, aut habet illud ab alio effectiue, non enim pōt imaginari tertium: riſibilitas ſiquidem & albedo, & quicquid aliud conuenit homini, aut cauſatur ab ipſo homine effectiue, aut ab aliquo alio, quod non eſt hominis quidditas: ſed impoſſibile eſt, vt aliquod ens efficiat ſuam propriam exiſtentiam, vt dicitur 2. de Anima tex. com. 47. ergo oportet q illam habeat T.cap.47. ab alio effectiue. Quod autem ſit impoſſibile, ut aliquid ens efficiat ſuam propriam exiſtentiam, patet ex eo, q ſequeretur, q aliud eſſet, antequam eſſet. Ex eo enim q efficeret, eſſet. Omne enim efficiens exiſtit. 3. Phy. tex. Com. 17. ex eo uero q ſuum T.cap.17. proprium eſſe cauſaret ſuum exiſtere, eius cauſalitatem ſequeretur: & ſic eſſet antequam eſſet.

HIC

i ¶HIC declaratur ſecundum propoſitorum hæc concluſio, ſcilicet. Eſſentia primæ cauſæ eſt ſuum exiſtere, tali ratione. Omne quod eſt per aliud tale, præceditur ab eo. quod eſt per ſe tale: omne ens aliud a prima cauſa eſt per aliud tale, i. eſt, ens. ergo præceditur ab eo, quod eſt per ſe ens quod autem eſt ex ſe, ens cauſa eſt omnib. vt entia ſint,
Tex. com. 4. vt dicitur 2. Metaphyſi. text. Com. 4. prima. ergo cauſa eſt ex ſe ens, ſeu per ſe ens, & conſequenter ſua quidditate eſt ipſum eſſe, aliter non eſſet per ſe, ſed per aliud a ſua quidditate ens, & conſequēter dependeret ab alio, ante poſita ratione deductum eſt. Maior propoſitio etſi habeatur ſecundo Phyſico. tex. Comm. 66. & 8. text. 39. tamen in litera probatur ex eo, quod aliter ſequeretur proceſſus in infinitum in cauſis. Si enim non eſſet deuenire ad unum per ſe tale, ſed omnia eſſent per aliud talia, qua ratione ante vnum eſt aliud, eadem ratione ante illud erit aliud, & ſic in infinitum. Minor vero eſt concluſio præcedentis rationis.

i Et quia omne quod eſt per aliud, reducitur ad id quod eſt per ſe, ſicut ad cauſam primam: ideo oportet, quod ſit aliqua res, quæ ſit cauſa eſſendi omnibus rebus, eo quòd ipſa eſt eſſe tantum: alias iretur in infinitum in cauſis, cum omnis res, quæ non eſt eſſe tantum, habeat cauſam ſui eſſe, vt dictum eſt. Patet ergo, quod intelligentia eſt forma & eſſe, & quod eſſe habeat a primo eſſe, quod eſt eſſe tantum, & hoc eſt prima cauſa, quæ Deus eſt.

QVAESTIO X.

CIRCA hanc partem dubitatur, an intelligentiæ effectiuæ ſint productæ a Deo.

¶Et pro parte quidem negatiua arguitur ſic. Omne agens aliquid, agit illud per motum: nulla cauſa ſubſtantiarum immaterialium agit eas per motum. ergo nulla cauſa earū eſt agens eas. Maior eſt Ariſt. 1. de Gener. tex. Comm 45. Et confirmatur: quia apud Ariſt. 12. Metaphy. tex. Comm. 12. omnis productio exigit in a, æquo, ex quo, & ad quod quæ in ſubſtantiis immaterialibus ſaluari non poſſunt.

¶Præt. Io 1 Phyſi. tex Comm. 33. communis conceptio Philoſophorum eſt, quod ex nihilo nihil fit: ſed ſi intelligentiæ ſunt effectiuæ a Deo, ſunt ex nihilo &c.

tex. com. 4. tex. com. 12. tex. co 33. ¶Præt. Quarto Cęli, Com. 1. Nullum æternum, inquit Auer. habet efficiens vere, niſi per modum formæ, & finis. Similiter. 12 Meta. Comm. 44. reprehendit modernorum morem, dicens, quod in ſeparatis a materia non eſt vere agere.

¶Præt. Nullum poſſibile ex ſe eſt neceſſarium ex alio, apud Comm. 12. Meta. com 41. niſi motus: ſed intelligentiæ, ſi ſunt effectiuæ a Deo, ſunt poſſibiles ex ſe. ergo non ſunt neceſſariæ ex alio. ergo corruptibiles.

Auer. c. 1. c. 44. poſt me. ſecunda ratio. com. 41. ¶In hac dubitatione, quoniam noſtra ætate in hoc Patauino ſtudio non vertitur in dubium, an ita ſit, quod Deus creauerit intelligentias, ſed an hoc ſit ſecundum mentem Ariſt. & Commentatoris: ideo breuiter & incidenter perſuadere volumus, quod omnes intelligentiæ ſunt a Deo effectiuæ ſecundum Commentatorem, & conſequenter Ariſtot. Omnes enim admittunt in hac re conſequentiam illam. Deinde quoniam multi in hac re quærūt modum, quo apud Comm. productio iſta ſit declarabitur & modus productionis.

tex. com 4. ca. 36. circa med. & 44. ibid. de forma balnei, &c. ¶Primum declaratur ſic. Id quod eſt maxime ens, & verū, eſt cauſa entitatis, & veritatis in cęteris 2. Meta. text. Com. 4. Deus eſt maxime ens & verum, ergo Deus eſt cauſa entitatis in cęteris. Si dicatur, quod eſt cauſa finalis & non effectiua. contra 12. Met. Com 36. & 44. Quælibet res ſeparata materia, cuiuſcunque eſt principium finale, eſt principium efficiens. ergo ſi Deus eſt principiū finale intelligentiarū, erit & principium efficiēs earū. Dicitur forte quod Comm non ponit illam propoſitionē vniuerſaliter, ſicut aſſumpta eſt, ſed indefinitam. contra Commentator ex ſeparatione a materia, ſeu immaterialitate rei ponit cauſalitatem effectiuam concomitari cauſalitatē finalem reſpectu eiuſdem effectus, vt patet ibi. ergo vbicunque reperitur immaterialitas cum cauſalitate finali reſpectu alicuius, oportet & reperiri cauſalitatem effectiuam reſpectu eiuſdem. Confirma-
Cap. 2. tur ex verbis Commentatoris in de ſubſtantia orbis, cap. 2. vbi expreſſe dicit, cęlum egere intelligentia non ſolum mouente, ſed largiente in ſua ſubſtantia permanentiam æternam. par aūt eſt ratio de intelligentiis. Quòd ſi dicatur, quod loquitur de cauſa finali, & formali exemplari, replica facta eſt, & adde quod ibi dicit Commentator, quod finis ſignificat agens ſignificatione neceſſaria: & ſunt verba valde notanda. Confirmatur adhuc, quia Auerr. in 12. Met. & nunc nūc declarabitur, non ſolum ponit ipſas produci, ſed etiam modum, quo a prima cauſa oēs producuntur, aſſignat. Modus aūt productionis ab ipſomet poni-
Ca. 44. tur 44. Com. 12. Metaphyſ. vbi reprehendit Auic. non quia ponebat intelligentias produci a Deo, ſed quia ponebat, quod Deus cauſaret eas per modum naturæ, ſcilicet quod ab vno unum tan-

A tum procedat. Poſuit enim Auicenna, Deum glorioſum, qui pura actualitas eſt, intelligendo ſe, producere primam intelligentiam, quæ producta intelligendo Deum, producebat ſecundam intelligentiam: intelligendo autem ſe ſecundum id quod habet de actualitate, producebat animam primi orbis: intelligendo autem ſe ſecundū id quod habet de potentialitate, producebat orbem primum: & ſimiliter ſecunda intelligentia faciebat vſque ad vltimam, quę præſidet ſphærę actiuorum & paſſiuorum. Reprehenditur er-

B go Auicen. de hoc, quod vnum tantum procedere a Deo immediate dicebat. Vnde dicit, Non enim eſt illis prouentus, neque conſecutio, neque actio, ita quod dicamus, quod vna actio ſequitur vnum agentem. Vbi apparet, quòd propterea appoſuit ly Ita quod vna actio, vt declararet modum productio- Vbi ſupra c. 44. parum poſt principium.
nis ſe impugnare. Vnde & vere productionis modum ſubiungit in verbis ſequentibus dicens. Tantum enim eſt illic cauſa & cauſatum, ſecundum quod dicimus, intellectum eſt cauſa intelligentis Vbi ſcito ex Alberto. 12. Metaphyſicorum, quod cōtemplatio intelligentiarum, ſi veritatem inuenire quærit, in eas vt operatiuas, non ſpeculatiuas tendat: ſunt enim eſſentialiter opifices, vt earum inſtrumenta, corpora ſcilicet, & cæleſtia prę ſe ferunt. Inter artes enim talis inuenitur proceſſus, quod ars cōmunis & principalis ſpeciales artes ſubſeruientes cauſat exēplariter, & effectiua, partialiter ſaltē, prout diuerſis modis eſt imitabilis. v. g. Ars militaris cauſat equeſtrem, & frænefactiuā, & alias huiuſmodi, vt ſic, & ſic, & aliter imitabilis. Omnis. n. in-

C ferores artifices tenendo artem principalem, & communem, ad eius imitationem formant operationes ſuas proportionatas illi. Deus autem glorioſus eſt ars prima & communiſſima imitabilis ab omnibus artibus ſpecialibus, quales ſunt omnes intelligentiæ. Vnde ipſa ars diuina, vt ſic imitabilis, puta per motum talem, qualis eſt motus Saturni, cauſat artem intelligētiæ Saturni: & ſi alio modo imitabilis, puta per operationes tales, quales ſunt Iouis, cauſat artem intelligentiæ Iouis, & ſic de aliis cauſat dico non ſolum exēplariter, ſed effectiue, & totaliter. Ars. n. vniuerſalis in humanis ideo non cauſat, niſi partialiter & exemplariter artes ſpeciales: quia non poteſt niſi concurrente lumine intellectus agentis in alterius intellectus fieri. Si nanque ars vniuerſalis eſſet ſeparata a materia per ſe ſubſiſtens, ex ſe non prohiberetur, quin eſſet artes ſpeciales ſui imitatiuas effectiue producere. Vnde cū ars diuina ſit per ſe ſubſiſtens, & ſumme efficax non requirit coagēs, ſed ſola intelligēdo ſe, vt pluribus modis imitabilē, artes ſpeciales orbium motiuas, tanquam propriorū inſtrumentorū producit. Et quia artes illæ non ſunt recep-

D tæ in aliquo, oportet quod ſint ſubſiſtentes, & quod ſint non ſolum formę intelligibiles, ſed intelligentes. Omnis. n. res immaterialis ſi eſt ſubſiſtens, eſt intelligens, ſecundum doctrinam Ariſt. 3 de Anima tex. Com. 16. Vnde cum Deus immediate producat. T. c. 16 & 15
plures artes ſpeciales ſubſiſtentes, ſequitur quod immediate producat plures intelligentias Ipſę. n. ſunt eſſentialiter artes, & ſic ibi eſt tantum cauſa & cauſatum: ſicut intellectum, id eſt, ars cōmunis intellecta, eſt cauſa intelligentis artificis ſubſeruientis.

Confirmant hunc ſenſum verba ſequētia, quibus ait. Nō eſt In eodem Comm.
impoſſibile, vt id quod eſt per ſe intelligentia & intellectū, ſit cauſa plurium entiū, ſecundum quod ex eo intelliguntur multi modi. Ars enim diuina, quæ eſt pura intelligentia, & purum intellectum ſecundum quod intelligitur a ſe practice pluribus modis imitabilis, plures artes producit, quarum cuilibet, quia quod concipit de arte communi, eſt ratio operandi, cum ſumat

E principia ſua ab illa: ideo ſubdit, quod aliud eſt quod concipit de primo motore motor orbis Iouis: & aliud quod concipit motor orbis Saturni, & eſt cauſa in anima, eius ſcilicet, quod operetur.

Confirmat quoque hoc idem proportio inter intelligentias aſſignata ab ipſo Comm. Alt. n. in Com. 44. quod habitudo intelligentiarum aliarum ad primam, eſt habitudo artium ſpecialiū ad communem, ita quod ſicut artes ſpeciales perficiuntur & cauſantur a communi in humanis: ita proportionabiliter intelligentiæ alię perficiuntur & cauſantur a prima.

Ad primum in oppoſitum dicitur, quod agens dupliciter ſumitur. Quandoque proprie pro illo, quod ex ſua actione infert paſſionem, quæ magis facta abiicit a ſubſtantia: & ſic ſumitur ibi ab Ariſt. agens: ſic enim opponuntur agens & patiens. Alio modo pro omni eo, quod in genere cauſæ efficientis cauſat: & ſic agens communius eſt mouente, vt patet ex ſeptimo Metaphyſicorum Commento 31.

Ad confirmationem primā dicitur, quod & illud, & ſimilia in-

telligentia

telligenda ſunt de productione Phyſi. ſcilicet per motum & mutationem. Similiter dicitur ad ſecundum.

Ad authoritates Commentatoris adductas, & ſimiles ſibi dicitur, quod loquuntur de agente proprie dicto & productione phyſica, vel contra poſitionē Auic. quod vnū ab vno emanat.

Ad rationē ſecūdam conceſſa Maiore, negatur Minor, ſtat enim apud Ariſt., Com. & San. Tho. & veritatem aliquid eſſe ab alio effectiue, & tamē eſſe neceſſariū ea ſe.

Ad cuius euidentiam notandę ſunt quatuor propoſitiones. Prima eſt, Poſſibile ex ſe eſt id, quod habet in ſeipſo potentiam ad non eſſe. Patet illa ex terminis. ideo enim aliquid eſt in ordine poſſibilium, & non in ordine neceſſariorum, quia habet in ſeipſo potentiam ad non eſſe. Si enim careret potentia ad non eſſe, impoſſibile eſſet ipſum non eſſe: & ſic neceſſarium eſſet illud eſſe.

Secunda Propoſitio eſt, id ſolum habet in ſeipſo potentiam ad non eſſe, cuius aliquid habet potentiam ad aliud eſſe. Patet iſta ex eo, quod nulla potentia per ſe primo appetit non eſſe. Omnis enim appetitus per ſe tendit ad aliquod eſſe, ſed quia cum alio ad quod tendit, non poteſt ſtare eſſe quod habet: ideo ex conſequenti appetit non eſſe, quod eſt priuatio formæ quam habet. Sicut materia aquę per ſe primo appetit formā ignis: ſed quia cum forma ignis non poteſt ſimul ſtare aquæ forma, H ideo ex conſequenti appetit priuationem formę aquæ, quam habet. Potentia ergo omnis appetens non eſſe prius natura appetit aliquod aliud eſſe. Nutanter autem dixi in hac propoſitione, cuius aliquid habet potentiam: quoniam non totum appetit aliud eſſe, ſed pars potentialis. non enim tota aqua appetit eſſe ignis, ſed eius materia.

Tertia propoſitio eſt Neceſſarium ea ſe eſt illud, quod caret potentia ad eſſe & non eſſe. Patet iſta ex terminis quinto Metaphyſicæ, textu Commenti ſexti. Neceſſarium enim eſt, qđ impoſſibile eſt aliter ſe habere: quod autem caret potentia ad eſſe, & non eſſe, impoſſibile eſt aliter ſe habere. omnis enim ſucceſſio, quæ dicitur ſic ad aliter ſe habere, fit per poſſe hoc eſſe perdere, & aliud acquirere.

Quarta Propoſitio eſt, quod nec intelligentię, nec corpora cęleſtia habent aliquid ſui, quod ſit in potentia ad aliud eſſe. Iſta quo ad intelligētias eſt per ſe nota, quia ſunt ſimplices formæ; quo ad corpora cœleſtia vero ſecundum Auerroim ſimili I ter dicendum eſt. quia ſunt ſubſtantiæ ſimplices apud ipſum: ſecundum autem Sanctum Thomam ex eo eſt vera, quod materia cuiuſque eorum non eſt capax, niſi formæ quam habet.

Ex quibus quatuor propoſitionibus ſuccincte declaratis patere pōt quod ſecundū veritatem, intelligentię & corpora cęleſtia ſunt neceſſaria ea ſe, arguēdo ſic. Omne carens potētia ad eſſe & nō eſſe, eſt neceſſariū ex ſe: intelligētiæ & corpora cęleſtia carent potentia ad eſſe & non eſſe. ergo &c. Cū hoc tamē ſtat, quod ſint effectiue ab alio: pōt enim vnū neceſſariū eſſe effectiue ab alio neceſſario, vt dicitur octauo Phyſ. tex. Com. 15. & quinto Metaph. tex. Cō. 9. Vnde intelligentiæ & corpora cœleſtia dupliciter ſunt neceſſaria & ex ſe, & ab alio. ea ſe quidē formaliter & intrinſece, ab alio vero effectiue & extrinſece. Vnde Cōmētator 12 Metaph. Com. 14. dicit, quod nō pōt eſſe aliquid poſſibile ex ſe, neceſſarium vero ex alio niſi motus, & non dixit impoſſibile eſt aliquid eſſe neceſſariū eſſe ex ſe, & ex alio. Et cū K hoc inſpexeris, fugabuntur oēs dubitationes inter dicta eius in de ſubſtātia orbis, & hic reputauit n. impoſſibile, niſi in motu aliquid eſſe neceſſarium ex alio præciſe. pro nūc ſufficiant hęc.

k IN HAC quinta particula declaratur talis concluſio, intelligentiæ ſunt compoſitę ex actu & potentia quo eſt, & quod eſt hoc. oē quod recipit aliquid ab alio effectiue, eſt cōpoſitum ex recipiente potentia & actu recepto: intelligentiæ recipiunt aliquid ab alio, ſ. eſſe a Deo ergo intelligentię ſunt compoſitæ ex potentia & actu. Maior ex eo patet, quod nihil eſt in ſeipſo. Minor autem ex præcedentibus nota eſt. Et quamuis ſic ſit, quod in intelligentiis inueniatur actus & potentia, non tamen habent formam & materiam. In plus enim ſe habent actus & potētia, quam forma & materia. Vnde pati, recipere, & ſubiici, & ſimilia, quæ ſunt paſſiones materię, æquiuoce in inferioribus & ſuperioribus reperiuntur, Aliam eſt rō recipiendi ibi & hic; ibi abſque omni motu & naturali conditione: in iſtis vero nō niſi cū motu & indiuidualibus cōditionibus, vt & Cōmentator teſtatur. 3. de Aia cō. 14.

K Omne autem quod recipit aliquid ab alio, eſt in potentia reſpectu illius: & hoc quod receptum eſt in eo, eſt actus eius. ergo oportet quod ipſa forma, vel quidditas, quæ eſt intelligentia, ſit in potentia reſpectu eſſe quod a Deo recipit, & illud eſſe receptum eſt per mo G dum actus, & ita inuenitur actus & potentia in intelligentiis, non tamen forma & materia, niſi æquiuoce. vnde etiam pati, recipere, ſubiectum eſſe, & omnia huiuſmodi, quæ videntur rebus ratione materiæ cōuenire, ęquiuoce conueniunt ſubſtantiis intellectualibus & corporalibus, vt in tertio de Anima Commentator dicit.

I Et quia, ut dictū eſt, intelligētiæ quidditas eſt ipſamet intelli-

F I ¶ ASSIGNAT rationem, quare intelligentiæ dicuntur cōpoſitæ ex quo eſt, & quod eſt. Omne compoſitum ea quidditate, quæ eſt ipſum ſuppoſitum & eſſe, eſt compoſitum ex quo eſt, & quod eſt: intelligentiæ ſunt compoſitę ex quidditate, quæ eſt ipſa intelligentia, & eſſe quo ſubſiſtunt. ergo ſunt cōpoſitæ ex quo eſt, & quod eſt. Omnia aſſumpta ex prędictis ſunt manifeſta.

QVAESTIO X.

CIRCA Supradicta duæ dubitationes ſunt. Prima eſt, an eſſe actualis exiſtentiæ, & eſſentia diſtinguātur realiter. Secūda eſt, an intelligētię ſint compoſitæ ex actu & potentia. Cap. præd. 14. in princ. In libr. de Hebdo. c. 1.

¶ Circa primam tria agenda ſunt, primo ponetur opinio Scoti: Secundo ponetur opinio Sancti Thomæ. Tertio reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

QVO ad primum, Scotus in tertio ſententiarum diſtinctione ſexta, quæſtione prima, opinatur eſſe actualis exiſtentiæ & eſſentiam rei, eſſe idem realiter, licet diſtinguantur ex natura rei: ſicut modus intrinſecus, & quidditas cuius eſt: ſicut nec albedo diſtinguitur a ſuo mō intrinſeco gradu ſcilicet, vt tria, vel vt quatuor. Ad probandum autem hoc, licet adduci poſſent rationes Scoti quas tamen vnionem naturæ humanæ cum ſuppoſito diuino concernunt, decem rationes inductas ab Antonio Trōbeta in Quodlibeto ſuo nunc recitandas primo cēſui;

¶ Primo arguit, vt ipſe dicit, contra fundamentum Thomæ ſic. Manente eadem ratione, manet idem effectus: ſed tota ratio quare ponitur ab iſtis eſſentiam differre ab eſſe, eſt propter indifferentiam eſſentiæ ad eſſe, & non eſſe: nam, vt dicunt, lapis eſt in potentia vt ſit, & non ſit. ergo vbi talis indifferentia inuenitur, ibi ponenda eſt talis diſtinctio: ſed ita eſt, quod eſt conſimilis indifferentia eſſe, ad eſſe. & non eſſe: eſſe. n. roſę in hyeme non eſt, in vere autem eſt: conſimilis etiam indifferētia eſt eſſentię ad eſſentiam, & non eſſentiam. eſſentia namque creaturæ ab æterno non eſt. ergo eſſe differt realiter ab eſſe, & eſſentia differt ab eſſentia. quod eſt ridiculum.

¶ Præt. Quandocunque ſunt aliqua duo eſſentialiter ordinata, & realiter diſtincta, prius pōt ſine cōtradictione fieri abſque poſteriori: ſed eſſentia non poteſt fieri ſine exiſtentia. ergo. Minor patet, quia eſſentia particularis, quæ ſola fit, neceſſario eſt exiſtēs.

¶ Præt. Quæcunque diſtinguuntur realiter, ſe habent ſicut res, I & res. ſed eſſentia & exiſtentia non ſe habent ſicut res, & res. ergo &c. Patet iſta: quia res, proprie loquendo, conuertitur cum ente in actu actualitate exiſtentiæ.

¶ Præt. Nulla res componitur cum ſua realitate. ergo nulla quidditas differt realiter a ſua exiſtētia. Tenet cōſequētia: quia exiſtentia eſt ipſa realitas rei. nihil enim aliud eſt dicere rem eſſe realiter, quam exiſtere & ecōuerſo. Antecedens aūt eſt de ſe notū: ridiculū eſt enim dicere, qđ aliquid cōponatur cū ſua realitate.

¶ Præt. Homo verus non componitur cum ſua veritate: nec homo affirmatus cum ſua affirmatione. ergo quidditas non componitur cum ſua exiſtentia. Conſequentia patet ex eo, quod rei exiſtentia nihil aliud eſt, quam poſitio veritatis, & affirmatio huius. Antecedens aūt oppoſitum non videtur bene intelligibile.

¶ Præt. Exiſtentia & eſſentia habent idem contradictorium: ergo non diſtinguuntur realiter. Conſequentia eſt nota: antecedens vero manifeſtatur ex eo, quod nihil eſt quod priuet K eſſe, quin priuet eſſentia: nec eſt aliud nihil priuans eſſe, & aliud nihil priuans eſſentia.

¶ Præt. Homo in potentia non componit cū homine in actu. ergo eſſentia & exiſtentia non cōponunt, & conſequenter nō realiter diſtinguuntur. Conſequentia relinquitur per ſe nota: quia eſſentia eſt in potentia, exiſtentia vero eſt actualitas eius. Antecedēs vero patet ex eo, quod actus & potentia diuidunt ens, vt conditio diminuēs, & perficiens ſicut verum & pictū diuidūt animal, vt Cōmentator dicit 9. Metaph. com. 7. homo ergo in potentia, cum non ſit homo ſimpliciter, cum ſit homo in actu, ſolā cōditionē diſtrahentem perdit poſitum ſub cōditione perficiente: & ſic nullam compoſitionem hēt cum homine in actu. Com. 7.

¶ Præt. Eſſe exiſtentiæ ſi eſt diſtinctū realiter e quidditate, nō eſt ſubſtantia, nec accidēs. ergo. probatur antecedens: quod non ſit accidens, vt conceſſum ponatur. Quod autem non ſit ſubſtantia, probatur: quia aut eſt materia, aut forma, aut compoſitum: nullum illorum eſt apud Thomam. ergo &c.

¶ Præt. Exiſtentia & eſſentia diſtinguūtur realiter. ergo in qua-

libet

ſibet generationi ſubſtantiali ſunt duo termini totales, & duo termini formales: conſequens eſt impoſſibile, ergo &c. Conſequentia probatur quo ad vtramque partem, ſupponendo duo. Primum eſt, quod compoſitum per ſe vnum fit ex per ſe actu, & per ſe potentia, ex 8. Metaphyſicæ, vbi nullam cauſam nouit Ariſtot. quare compoſitum ſubſtantiale eſt per ſe vnum, niſi quia materia eſt per ſe potentia, forma vero per ſe actus. Secundo ſupponitur, quod eſſentia eſt per ſe potentia, exiſtentia vero per ſe actus. Ex quibus concluditur, quod id quod reſultat ex eſſe & eſſentia, eſt per ſe vnum, quo dato, ſequitur quod erunt duo compoſita per ſe vnitatem habentia, quorum alterum erit compoſitum ex materia & forma, alterum ex eſſe & eſſentia. & cum vnumquodque per ſe vnum natum ſit terminare generationem: ergo in generatione erunt duo termini totales: & ſic patet prima pars. Erunt etiam duo termini formales, ſcilicet exiſtentia, & forma ſubſtantialis: quod etiam probatur ſic. Terminus formalis generationis eſt id, quo aliquid generatur: ſed tam exiſtentia, quam forma eſt id, quo aliquid generatur. ergo &c. probatur minor ſic. Eo modo quo aliquid eſt ratio eſſendi, eſt ratio generandi: ſed exiſtentia eſt rō eſſendi. ergo eſt ratio generandi. Vel formetur ſic ratio. Eo modo quo aliquid generatur, eo modo eſt: ſed per teipſum, compoſitum non generatur per eſſe ſic, quod eſſe ſit terminus generationis. ergo non habebit eſſe per ipſum eſſe. Conſequens eſt falſum. ergo altera præmiſſarum: non maior, ergo minor.

tex. com. 15.

gentia, ideo quidditas, vel eſſentia eius eſt ipſum qđ eſt ipſa, & eſſe ſuum receptũ a Deo eſt id, quo ſubſiſtit in rerum natura: & propter hoc a quibuſdam huiuſmodi ſubſtantiæ dicuntur cõponi ex quo eſt, & quod eſt, vel ex quo eſt, & eſſẽtia, vt Boeti' dicit.

¶ Præt. Ex exiſtentia & eſſentia fit per ſe vnũ. ergo datur proceſſus in infinitũ in eſſentiis. Conſequens eſt impoſſibile. ergo &c. Antecedens patet ex præcedenti ratione, & probatur ſic. Nam ſicut ex materia & forma reſultat tertium per ſe vnum, quia illa eſt per ſe potentia, hæc per ſe actus: ita ex exiſtentia & eſſentia, cum etiam exiſtentia ſit per ſe actus, & eſſentia per ſe potentia, eadem enim ratio eſt. Conſequentia autem probatur: quia ſi ex eſſe & eſſentia ſit tertium per ſe vnum, cum illud iterum diſtinguatur a ſua exiſtentia, componet cum ea, & ex eis fiet aliquod per ſe vnum: & iterum arguitur eodem modo de illo, & ſic in infinitum. Hæc de primo.

¶ Quo ad ſecundum, opinio S. Thomæ ab eo poſita in 2. contra Gentiles c. 52. eſt, quod in omni creatura quidditas & eius eſſe actualis exiſtentiæ diſtinguuntur realiter: & licet hæc concluſio nũc in textu probata ſit, attamen ad pleniorem declarationem deducam tres probationes ex S. Tho. ibi.

Opinio S. Th. 2. cõtra Gen. c. 52.

¶ Prima eſt. Omnis eſſentia creata habet aliquid ſibi realiter coniunctum præter ſuum eſſe: nullum eſſe receptum hẽt aliquid ſibi annexum præter ſe. ergo nullum eſſe irreceptum eſt eſſentia creaturæ. & conſequenter, eſſe & eſſentia non ſunt idẽ. eſſet enim ipſum eſſe irreceptum, ſi eſſet idem eſſentiæ, ſicut & ipſa eſſentia irrecepta eſt, de ſubſtãtiis loquendo. Maior eſt nota per ſe Sortes enim præter ſuum eſſe habet quantitatẽ, albedinem, & ſimilia: ſimiliter ſubſtantiæ ſeparatæ, vt nunc ſupponimus, habent aliquod accidens, puta, actũ intelligendi ſaltem. Minor vero declaratur ex eo, quod ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio erit cauſa negationis: ſed præciſa cauſa, quare eſſe habeat aliquid præter ſe annexum, eſt quia eſſe eſt receptum in alio, in quo poteſt recipi aliud: quod patet ex hoc, quod eſſe ſubſtantiale Sortis, & eſſe album eiuſdem, nulla alia rõne adunatur, niſi quia vtrunque recipitur in Sorte: ſunt enim tantum vnũ ſubiecto. Cum ergo eſſe non erit receptũ, nõ remanebit aliquis modus, quo põt habere aliquid ſibi annexũ.

¶ Confirmatur hoc: quia eſſe ſubſtantiale Sortis aut adunatur, cum aliis præter ſe identice, & hoc eſt manifeſte falſum, eſſe enim ſubſtantiale Sortis nõ eſt eſſe album: Aut ſicut potẽtia & actus, ita quod eſſe ſubſtãtiale ſit potentia, & accidentale actus eius, & hoc non, quia nullum eſſe actualis exiſtentiæ põt poni ſubiectum alterius, cum ſit vltima actualitas. Remanet igitur quod ea ratione adunetur, quia ambo recipiuntur in tertio: & iõ ſublato hoc ab ipſo eſſe actualis exiſtentiæ, ꝙ ſit ſcilicet receptum, aufertur etiam ꝙ poſſit habere aliquid ſibi annexum. Et hoc eſt quod Boetius dicit in Hebdomadibus ꝙ ipſum qđ eſt aliquid, habet ſibi præter ſe coniũctũ, ipſum vero eſſe nihil.

Cap. 1. propoſitione 4.

Secũda ratio ad idem eſt. Omne eſſe irreceptum eſt infinitũ ſimpliciter: nullum eſſe creaturę eſt infinitũ ſimpliciter. ergo nullum eſſe creaturæ eſt eſſe irreceptum. ergo diſtinguitur ab eſſentia &c. Minor eſt per ſe nota. Maior ꝓbatur ſic. Omne purum eſſe eſt infinitũ ſimpliciter: omne eſſe irreceptum eſt purum eſſe. ergo omne eſſe irreceptum eſt infinitum ſimpliciter. Maior eſt nota ex terminis. Eſſe enim ideo eſt limitatum, quia non eſt purũ, ſed prædicamentis miſtũ. eſſe enim limitatur per naturas prædicamentales, a quibus ſi depuretur, omni finitate carens, infinitum omnino reſtabit. Minor vero ẽt patet ex præcedenti ratione, & ex ratione facta ſupra in textu. Et adhuc exemplariter declaratur. Albedo ſi ponatur non recepta in aliquo, eſt puta albedo, & nihil haberet niſi ſe tantum, & eſſet infinita in ſpecie albedinis, vt de ſe clarum eſt. Non enim poteſt a ſano intellectu imaginari albedo ſeparata definita ad aliquẽ modum albedinis. Omne enim quod eſt per ſe tale, habet omnem perfectionem poſſibilẽ illi naturę: ſicut homo ſeparatus apud Platonẽ, habet omnem perfectionẽ poſſibilẽ naturæ humanę.

3. diſt. 34.

Nec valet id quod Antonius Trombeta cõtra hoc dicit ſumptum ex Scoto, ſecundo ſententiarum, d. 3 q. vlt. quod ſi albedo eſſet ſeparata, & haberet omnem perfectionem poſſibilem tali ſpeciei, ſequeretur ꝙ albedo eſſet infinita ſimpliciter: quia haberet perfectionem infinitorum indiuiduorum poſſibilium eſſe ſub ſpecie albedinis. Hoc, inquam, nihil valet: quoniam ſicut infinita indiuidua albedinis, etiam ſimul poſita, non ſunt perfectionis infinitæ ſimpliciter, cum ſint limitata ad ſpeciem albedinis: ita nec albedo ſeparata eorum perfectiones habens, erit infinita ſimpliciter, ſed in tali ſpecie.

Tertia ratio eſt iſta. Id quod conuenit naturæ ſpecificę abſq; omni cauſa effectiua, diſtinguitur realiter ab eo, quod conuenit illi non niſi per aliquã cauſam effectiuam. ſed prædicata quidditatiua conueniunt rei abſque omni cauſa effectiua, exiſtẽtia autem non conuenit rei, niſi per aliquod efficiens. ergo prędicata quidditatiua, & exiſtentia rei diſtinguũtur realiter. Minor eſt per ſe nota. Minor etiam quo ad ſecundam partem eſt clariſſima: quo ad primam vero declaratur ſic. Secluſa omni cauſalitate effectiua reſpectu roſæ, quæro an iſta ſit vera, Roſa eſt ſubſtantia corporea. ſi ſic, habeo intentum. ſi non, ergo roſa abſolute ſumpta non eſt in prato: & prædicata primi modi poſſunt intelligi non ad eſſe rei, & diffinitio ſeparatur a diffinito quæ omnia non ſunt imaginabilia &c. Videtur etiam hæc opinio ab antiquis deriuata, Platone ſcilicet, Alpharabio, Auicenna, Algazele, Boetio, Hilario, Alberto, & eorũ ſequacibus: licet ab Ariſt. nihil manifeſti in hac re habeamus. Hæc de ſecundo.

Quo ad tertium reſpondetur argumentis in oppoſitum. Et ad primum dicitur præmittendo, quod arguens non vidit ſanctum Tho. in fonte. Vt enim apparet ex ſecundo contra Gentiles, vbi ex intẽtione ſeptem rationibus fundat ſuam opinionẽ, ſeu poſitionem, ratio aſſumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponendo nobis hoc eſſe totum fundamentum poſitionis noſtræ, licet illa ratio ex dictis S. Thomæ primo ſententiarum, diſtinctione octaua, quæſtione quarta, articulo ſecundo, elici poſſit, vbi tamen de hac re non tractat, & eſt formanda ſic ratio illa. Eſſentia particulariter ſumpta, eſt indifferens ad eſſe & non eſſe: ergo diſtinguitur realiter a ſuo eſſe. Nec valet reſponſio ſua dicens, quod in antecedente oportet addere, quod eſſentia habeat propriam realitatem aliam a realitate exiſtentiæ, quia hoc eſt voluntarium. Diſtinctio enim realis eſt inter materiam & formam quas Philoſophi non dubitant habere eandem realitatem exiſtentiæ, eum ex eis ponant vnum per ſe fieri.

Videas hunc in d. com. in 2. poſt. & circa princ. 2. cõtra Gẽti. 52. 1. diſtin. 8. q. art. 2.

Ad argumentum ergo contra hanc rationem factum, dicitur ꝙ falſum eſt, quòd eſſe ſit indifferens ad eſſe & non eſſe, & eſſentia ad eſſentiam & non eſſentiam: nihil enim eſt indifferens ad aliqua duo, quorum alterum ſibi determinat in ſua diffinitione. conſtat autem ꝙ eſſe eſt de intellectu eſſe, & eſſentia de intellectu eſſentiæ. Quod autem eſſe roſæ in hyeme non ſit, ſed in vere, hoc ideo eſt: quia eſſentia roſæ, cui ſemper ſua prędicata quidditatiua adſunt, ad actum eſſendi non peruenit, & non ideo quia ipſum eſſe ſit indifferens. Cum autem addit, quod eſſentia eſt indifferens ad eſſentiam & non eſſentiam, quia non eſt ab æterno, non videtur intelligere vocem propriam, ea negamine enim actus eſſendi ab æterno, bene ſequitur ꝙ roſa ſit indifferens ad eſſe & non eſſe, ſed non quod ſit indifferens ad roſam & non roſam. Vt enim dicunt Alpharabius, Auicenna, Algazel, & Albertus, ſiue roſa ſit, ſiue non ſit, ſemper eſt roſa, & ſemper eſt ſubſtantia corporea &c. ſi in aliquo termino menſuratio his vt licet.

Ad ſecundum negatur vtraque præmiſſa: & Maior quidem ſuppoſita oſtenſa eſt eſſe falſa. Minor vero oſtenditur in Chriſto, in quo humanitas abſque creata exiſtentia actuali eſt.

Ad tertium negatur Maior ad intellectum arguentis. Non enim requiritur ad diſtinctionem realem, quod vtrunque eorum habeat propriam exiſtentiam.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſicut eſſe eſt duplex, ſcilicet exiſtentiæ & eſſentiæ, ita duplex eſt realitas eſſentię & exiſtẽtię: & licet nulla res componat cum ſua realitate, tamen cũ hoc ſtat ꝙ componat cũ realitate exiſtentiæ, vnde eſſentia hominis abſolute in reali prædicamẽto, ſubſtantiæ ſcilicet, reponitur: poſita

autem

autem in rerum natura ſit realis realitate exiſtentiæ.

Ad quintum dicitur eodem modo, quia etiam verũ conuertitur cũ ente & re: vnde ſimpliciter homo dupliciter eſt verus, ſcilicet veritate eſſentiæ, & exiſtẽtiæ: homo verus veritate eſſentiæ non cõponitur cum tali veritate, quę nihil aliud eſt, qua fundamẽtalis cõformitas ad ſua prædicata quidditatiua: cõponit autem cum ſua veritate exiſtentiæ, id eſt, cum eſſe, quod fundat hanc veritatem, Homo eſt: ſimiliter dicitur de affirmatione.

Cap. 14.

m Et quia in Intelligentijs ponitur potentia & actus, non erit difficile inuenire multitudinem intelligentiarum: quod eſſet impoſſibile, ſi nulla potentia in eis eſſet. Vnde dicit Com. in 3. de Anima, quod ſi natura intellectus poſſibilis eſſet G ignorata, non poſſemus inuenire multitudinem in ſubſtantiis ſeparatis. Eſt ergo diſtinctio earum adinuicem ſecundum gradum potentiæ & actus, ita quòd intelligentia ſuperior, quę plus propinqua eſt primo, habet plus de actu, & minus de potentia, & ſic de aliis: & hoc completur in anima humana, quę tenet vltimum gradum in intellectualibus ſubſtantiis. Vnde intellectus potentialis eius ſe habet ad formas intel-

Ad ſextum negatur antecedens, cuius probationis vtrunq; aſſumptum eſt falſum. Cum, n. quot modis vnum oppoſitorum dicitur, tot dicatur & reliquum, in 1. Topicorũ: ſicut ens dupliciter dicitur, ſcilicet ens quidditatiuum, & exiſtẽtiæ: ita non ens, ſeu nihil, dicitur dupliciter, ſcilicet nihil quidditatiue, & nihil exiſtẽter. Homo enim abſolute ſumptus, cum ſit in prædicamento ſubſtantiæ, eſt ens quidditatiue, non tamẽ extra nihil oppoſitum actuali exiſtẽtiæ, & ideo aliud eſt nihil, oppoſitum enti prædicamentali, ſeu eſſentiæ, & aliud, quod opponitur exiſtentię actuali &c. & ſimiliter alia eſt negatio eſſentiæ, & alia eſt negatio exiſtentiæ.

Ad ſeptimum negatur conſequentia: non enim idem eſt dicere, homo in potentia componitur cum homine in actu, & eſſe [illegible] componitur cum exiſtentia. prima enim eſt falſa, quia idem non componit cum ſe ipſo: ſecunda autem eſt vera, quia extrema realiter diſtinguuntur. Vnde non eſt eadem proportio exiſtentię ad eſſentiam, & hominis in actu ad hominem in potentia. Inter prima enim eſt proportio potentiæ receptiuæ ad actum, & diſtinctio realis vtroque extremo poſito extra cauſis ſuas: inter ſecunda vero non, ſed eſt proportio eiuſdem ad ſeipſum ſecundum diuerſas ſui diſpoſitiones ſimul incompoſſibiles ſcilicet eſſe in potentia, & eſſe in actu.

In hoc eodem cap.

Ad octauum negatur antecedens. Exiſtentia. n. ſubſtãtiæ eſt ſubſtantia, & exiſtentia accidentis eſt accidens, & vt ſupra patet, exiſtentia ſubſtantiæ non eſt materia, nec forma, nec cõpoſitũ, ſed actualitas omnium eorum: & ſic eſt reductiue in gñe ſubſtantiæ. Sed contra hoc inſtat arguens ſic, Omne quod eſt reductiue in genere, reponitur vt principium ipſius: ſed eſſe nõ eſt principium ſubſtantiæ ergo non eſt in genere ſubſtantiæ reductiue.

Ad hoc dicitur, quod cum eſſe ſit vltima actualitas rei, & vltimum in generatione ſit primũ in intentione, eſſe in genere ſubſtantiæ, vt principium formale vltimatũ ipſius ſubſtantiæ: per hoc enim res reponitur in genere ſubſtantię, quia eſt capax eſſe ſubſtantialis. etenim differentiæ in omnibus generibus, vt infra declarabitur, ſumuntur ab ordine ad ipſum eſſe.

C 6. per. 7.

Ad nonum negatur conſequentia. Ad cuius probationẽ dicitur, quòd primum ſuppoſitum male intellectum adducitur, eo quòd Ariſt 8. Metaph. textu com. 15. quem arguens adducit, nõ dicit quòd ex per ſe potentia, & per ſe actu reſultet vnum tertiũ, ſed quòd ideo res habens partes eſt una, quia altera eſt actus, altera vero potentia: & intelligendũ eſt, ſicut ſupra declaratum fuit, ſi ad compoſitionem realem referatur, ſ. quòd altera pars eſt pura potentia, eo quòd ex duobus actibus non fit tertium per ſe vnum: modo quidditas rei, & exiſtentia eius non ſe habent ſicut pura potẽtia & actus, nec ſunt partes, vt patet: vnde authoritas illa nõ eſt ad propoſitum. Relinquitur ergo falſum eſſe, quòd eſſentia fiat tertium per ſe vnum, & conſequenter probatio conſequentiæ quo ad primam partem nihil valet, quia non ſunt ibi duo cõpoſita. Ad probationem vero conſequentiæ quo ad ſecundã partem dicitur, quòd non inconuenit generationẽ habere duos terminos formales diſformiter, vnum primo, alterum ſecundario. Terminus formalis gñationis primus eſt forma, ſecũdarius aũt eſſe, ſicut per oppoſitũ creationis terminus formalis primo eſt eſſe: ſecundarius vero forma, & hoc modo cõcedunt argumenta.

Cap. 15.

In hoc eodem cap.

Quòd ſi intendat probare, quòd eſſe ſit terminus generationis, primo reſpondetur & dicitur, quòd id quod aſſumit, ſcilicet eo modo quo aliquid eſt ratio eſſendi, eſt ratio generandi, falſum eſt. Licet enim ſit verum, quòd id quod eſt ratio eſſendi, ſit rõ rei, quod generetur: non tamen eſt verum, quòd eo modo quo eſt ratio eſſendi ſit ratio generandi, & ratio eſt: quia res per generationem non exit de non eſſe omnino ad eſſe, ſed de priuatione ad formam, vt dicitur 1. Phyſicorum. Creationis enim eſt proprium, vt res transferatur de non eſſe omnino ad eſſe, quo fit vt eſſe quod eſt primo ratio eſſendi, merito ſit & primo rõ primæ productionis, quæ eſt creatio: & forma, quæ eſt ſecundario ratio

7. cap. 5.

F eſſendi, ſit prima ratio ſecundæ productionis, generationis ſcilicet. vnde & primo Phyſicorum, principia generationis ponũtur forma & priuatio. Per idem patet ad aliam formã eiuſdem rationis, falſa enim eſt Maior. Alius namq; eſt modus quo res generatur, & alius quo eſt: eſt enim per formã ſecundario, per ſe aũt primo: generat vero econuerſo.

T. ca. 66. & 67.

Ad decimum patet reſponſio ex dictis, falſum enim eſt antecedens.

CIRCA Secundum dubium ſciendum eſt, commonẽ Philoſophorũ ſententiam eſſe, intelligẽtias alias à prima, non eſſe actus omnino puros, ſed admiſtionem in ſe potentia habẽtes, verũ diuerſitas inter eos magna eſt de modo, quo hęc duo, actus ſcilicet, & potentia eis inſunt.

¶ Et vt reliquos omittamus, ne limites intentionũ noſtræ egrediamur, Scot. in primo ſententiarum, diſt. 8. q. ſecunda, opinatur omnem creaturam eſſe compoſitam ex actu & potentia, hoc modo, quia quælibet creatura cum non ſit nihil, oportet quòd habeat aliquam actualitatem: & cum ſit definita ad tale genus, vel ſpeciem, ſeu gradum perfectionis, oportet quod habeat in ſe negationẽ alterius perfectionis poſſibilis reperiri in latitudine entis. & ſic ſit poſsibilis: quicquid enim eſt ens, & caret H aliqua perfectione in ente poſſibili, eſt ſimpliciter poſſibile. & ſic quælibet res eſt compoſita ex actu & potentia obiectiua. ex eo enim quod eſt, habet in ſe actum: ex eo vero quod eſt ens poſsibile, habet in ſe potentiam: poſſibile nanque a potentia dicitur. Cum aũt ſolus Deus ſit actus non poſsibilis, id eſt, nõ potens terminare actionẽ alicuius agentis ſui factiuũ, intelligẽtiæ apud ipſum erunt compoſitæ ex actu & potentia obiectiua tãtum, quia nullã in earum ſubſtantia receptiuam formã ponit.

Sco. 1. diſt. 8. q. 2.

SANCTVS Thomas autem ex fundamentis in dubitatione præcedenti poſitis, opinatur intelligentias & quamlibet creaturam eſſe compoſitas ex actu & potentia, ſicut ex duabus rebus diſtinctis realiter, eſſe ſcilicet, & eſſentia: nec oportet repetere probationes, ſed ſoluere rationem Scot. quam ibidem facit contra hoc. Arguit enim ſic, Si omnis qualibet creatura eſt cõpoſita ex duabus rebus, accipio alteram illarum rerum componentium, & quęro, an ſit ſimplex, an compoſita. Si ſimplex, ergo non quęlibet res creata eſt compoſita. Si compoſita, I iterum quæretur de partibus eius, & ſic in infinitum.

Ratio Scoti, ſupra.

Ad hoc facillime reſpondetur: procedit enim argumentum ex malo intellectu poſitionis noſtrę. cum nanque dicitur, quòd quodlibet aliud a Deo eſt compoſitum, ly Quodlibet, diſtribuit non niſi pro his quæ vere ſunt, & proprie eſſe habent, quæ apud Ariſtot. & veritatem ſunt ſola ſubſiſtentia: omne ergo ſuppoſitum tam ſubſtantiale, quam accidentale, ſi ſic loqui licet, eſt compoſitum ex actu & potẽtia realiter diſtinctis, quidditate ſcilicet & eſſe: Sortis enim quidditas, vt declarauimus, diſtinguitur realiter a ſuo eſſe: & huius albi albedo diſtinguitur realiter a ſua propria exiſtentia, vt ex dictis patere poteſt. Non enim ſumus adeo inſenſati, vt dicamus omnem entitatẽ qualitercunque eſſe compoſitam. Componentia enim vltima in reſolutione, quis dubitat, oportet eſſe ſimplicia? Dicimus igitur in propoſito, intelligentias cum ſubſiſtant, habere in ſe quidditatem & exiſtentiam adunatas vt potentiam & actum: & ſic compoſitas eſſe ex duabus rebus realiter diſtinctis. Scot. au K tem ſententiam tenere poteſt ſuam abſque alterius læſione, ſed linguam coercere debet.

Septimo Metaph. T. ca. 27. & q. prec.

m ¶ IN hac ſexta & vltima parte huius capituli, de multitudine intelligentiarum agens primo proponit duas concluſiones, quarũ prima eſt, Quòd ſecundum fundamenta prædicta nõ eſt difficile inuenire pluralitatem intelligentiarũ. Secunda eſt, Quod abſque talibus fundamentis impoſsibile eſt inuenire in eis pluralitatẽ, & hoc quidem non niſi authoritate Com. 3. de Anima cõ. 5. Probatio vero primæ cõcluſionis eſt, quia quandocunq; eſt aliquod mediũ per participationem vtriuſq; extremi, plurificatur penes maiorem participationem vnius, & minorem alterius. verbi gratia. Imponatur nomen coloribus medijs, & vocentur A: tunc A quia eſt inter albedinem & nigredinem medium, per participationem multiplicatur in plures ſpecies, puta, pallidum, croceum, citrinũ, propter maiorem appropinquationem ad albedinẽ & receſſum a nigredine, & econuerſo: ſed intelligentia eſt quoddam mediũ ſecũdum prahabita inter duo extrema, ſcilicet actũ purum, & puram potentiã, participans naturam vtriuſq;: quia habet actum coniunctum potentię. ergo

intelligentias

intelligentias plures eſſe, ex hoc fundamento facile perpendi poteſt. ſcilicet ex eo quòd ſunt compoſitæ ex actu & potentia.

¶ AD horum euidentiam eſt ſciendum, ꝙ in latitudine entis ſunt duo extrema, ſcilicet Deus glorioſus, actus purus omnino, & materia prima, pura potentia omnino: reliqua omnia ſũt intermedia, vtpote habentia actum & potentiam: & attenditur eorũ eſſentialis, ſeu ſpecifica multitudo penes appropinquationẽ & elongationẽ ab extremis. Quia enim aliquid magis ſapit naturam actus quam aliud, & illud quã aliud: iõ plura ſunt, & dignitas in eis eſt penes maiorem appropinquationem ad extremum nobile, ſcilicet actum purũ. Quãtò enim res eſt actualior & minus potentialis, tanto nobilior. omnes igitur formæ intermediæ participant actum & potẽtiã. Sed inter eas quæ iam tantum actualitatis ſortitæ ſunt, vt adeo propinque ſunt actui puro, quod per ſe abſque materia ſubſiſtant, vtpote ab ea valde elongatæ, non tamen ſine admiſtione potentiæ, cuius puritas eſt ratio materiæ quòd ſit extremum, & inter has tanta latitudo eſt ſecundũ maiorem & minore participationem actus & potentiæ, vt vltima earum tantum potentialitatis habet quòd materiam informet, anima ſcilicet intellectiua. Hæc enim inter omnes formas ſubſiſtentes elongata eſt maxime ab actu puro, propter quod contingit, quod adeo appropinquat alteri extremo, vt materiam ipſam recipiat, & ad eius eſſe trahatur. Aliæ autem formæ tantum potentialitatis habent, quòd a materia dependent in eſſe & fieri, inter quas etiã magna latitudo inuenitur, dum quędam quibuſdam actualiores ſunt: quod ex operibus cognoſcere potes (operatio enim facit cognoſcere formam) vnde formæ elemẽtorum, quæ ſunt maxime potentiam habentes, vtpote materię propinquiſſimę, nullius ſunt principia operationis, niſi per materiales qualitates, ſcilicet caliditatem, frigiditatẽ. Formæ vero miſtorũ vtpote eleuatiores a materia, altiori modo operantur: ſicut adamas trahit ferrũ non ratione caliditatis, aut frigiditatis, ſed ex naturæ proprietate. Formæ autem animalium longe actualiores dignoſcuntur, cum ſeipſa mouere, & alia diſcernere intuemur.

ligibiles ſicut materia prima, quæ tenet ultimum gradum in eſſe ſenſibili ad formas ſenſibiles, vt Commentator tertio de Anima dicit: & ideo Philoſophus comparat eum tabulæ raſæ, in qua nihil eſt depictum. Et propter hoc, quia inter alias ſubſtantias intelligibiles plus habet de potentia, ideo efficitur intantum propinqua rebus materialibus, ut res materialis trahatur ad participandum eſſe ſuum, ita quod ex anima & corpore reſultat unum eſſe in uno compoſito: quamuis illud eſſe

¶ EX his non ſolum percipitur quam facilis ſit aditus ad pluralitatem intelligentiarum cognoſcendum, ſed etiam ꝙ impoſſibile eſt fingere illã abſque hoc fundamento. Quomodo enim latitudo poteſt inueniri in eo quod actu & potentia caret? Cõmune eſt namque omnibus extremis, ſi extrema ſunt, latitudinẽ in ſeipſis non compati: eſſent enim vltima, & non vltima, vt de ſe patet. & ideo oportet media eſſe illa, in quibus latitudo quęritur, quę vtriuſque extremi naturam ſapiant. Et quia intellectualem naturam, quam ex hoc quod intellectualis eſt, ſcimus actualitatem habere, non cognoſceremus habere potẽtiam admiſtam, niſi videremus animam noſtram illam habere, cũ potentia æquiuoce dicatur de potentia rerum intellectualium, & de potentia rerum ſenſibilium, & ſine potentia non poteſt intelligi multitudo ſubſtantiarum intellectualium: ideo Commẽtator ait, quòd ſi non eſſet nota natura intellectus poſſibilis, non poſſumus intelligere pluralitatem in ſubſtantiis abſtractis.

Tertio de Anima q.5. fi. ¶ NOTANDA ſunt in hac litera tria. Primum eſt, hoc ex dictis Commentatoris adducitur, quod ſi non eſſent nota natura intellectus poſſibilis, non poſſemus ſcire pluralitatem in ſubſtantiis immaterialibus.

¶ Secundum eſt, quòd S. Tho. non dicit animam intellectiuam eſſe adeo potentiæ participem, vt forma materialis ſit: ſed vt materia trahatur ad principandum eſſe ipſius animæ.

¶ Tertium eſt, quia dicit animæ & corporis eſſe vnum & idem eſſe. quod eſt independens a corpore.

¶ PRIMO dicto videtur obuiare proceſſus Ariſt. 12. Metaphyſicæ, text. comm. 43. vbi ex pluralitate motuum, pluralitatẽ intelligentiarum concludit, & nullo mõ meminit actus, & potentiæ. Sed hoc recte intelligentibus nõ obſtat. Aliud eſt enim cõcludere numerũ motorũ, & aliud eſt concludere pluralitatem ſubſtantiarũ intellectualiũ licet enim idem ſubiecto ſint motores orbium & ſubſtantię immateriales, differunt tamen rõne, adeo vt ad diuerſas ſcientias pertineat, ſecundum Cõmentatorem 12. Metaph. comm. 6. & ideo ex pluralitate motuum, q̃uis pluralitas motorum vt ſic, cõcludi poſſet, non tñ pluralitas ſubſtantiarum intellectualium vt ſic. Intendunt igitur Auerrois, & ſanctus Thomas, ꝙ intelligentiarũ inquantũ intelligẽtiæ ſunt, multitudo, nõ niſi per notã naturã intellectus poſſibilis diſcernitur a nobis, licet earũ inquãtum motrices ſunt orbiũ, ex ſuorum effectuũ numero, pluralitas inferatur. Vel dicito, ꝙ venatio illa ſuppoſita notitia habita in libro de Aĩa, vbi radicaliter (Tex. c. 43. Com. 6.)

A innotuit pluralitas ſubſtantiarum intellectualium poſſibilis quærit ex numero motuum, quot ſunt. Quod autem ibi ſupponatur, motores proprios orbium habere potentiam admiſtam, poteſt perſuaderi ex eo quod ſupponitur ibi, ſ. motores proprios orbium eſſe proportionatos ſuis orbibus, ita vt vnus vnũ tantum moueat orbem. Et ſi ſtella adderetur, vel nõ moueret, vel tardius, vt dicitur ſecundo Cęli, texto comm. 71. Talis n. proportionis, ſeu commenſurationis, cum alterũ extremũ ſit res materialis, ſcilicet orbis, reliquum extremum a potentia omnino denudatum putandum non eſt, immo a ſano intellectu non eſt intelligibile. (Tex. c. 71.)

B ¶ PROPTER ſecundum intelligendum eſt inueniri duplicem rerum ordinem in vniuerſo, intelligibilium ſcilicet & ſenſibilium. Ordo ſenſibilium materialis eſt materiam ſibi neceſſario vendicans: omnes enim ſubſtantiæ ſenſibiles materiã habent, licet diuerſimode, vt dicitur octauo Meta. text. comm. 3. & 12. Ordo intelligibilium immaterialis eſt, & a materia nõ dependens. Intelligibile enim eſt vnumquodque per ſeparationem a materia, vt dicitur 3. de Anima, tex. Comment. 15. (Tex. c. 3. & 12. & 14. T. c. 15.) Cũ ergo materia ſit ſub aliqua forma ſenſibilis ordinis, cuiuſmodi eſt omnis forma habens omnes vires ſuas ſenſibilibus organis affixas, non egreditur limites proprios: ipſa enim ad illud genus pertinet. Cum vero ſit ſub forma intelligibilis ordinis, extra limites ſuos aſcendit, & trahi dicitur ad id quod capacitatem eius tranſcendit, ſcilicet eſſe rei a ſe non dependentis. Et quia ſupremum infimi attingit infimum ſupremi, ſecun-

C dum doctrinam Dionyſij in libro de Cæleſti hierar. ideo ſupremum inter ſenſibilia, homo ſcilicet, ſeu materia eius, contingitur infimæ formæ intelligibis ordinis, ſcilicet animę intellectiuę, & eius eſſe participat: & propter hoc dicitur, quod materia trahitur ad eſſe eius: eleuatur enim materia ad ſuperius.

¶ Ad euidentiam Tertii, adducendæ ſunt rationes Scoti contra hoc dictum ſancti Thomæ, vt magis veritas eluceſcat. Sco. in quolibet q. 9. & 4 ſent. diſtinct. 43. quæſtione prima, ſex motiua contra hoc facit, quorum aliqua recitantur ab Antonio Trõbeta in quæſtione, Vtrum corruptum per potentiam diuinam poſſit idem numero redire: non tam ipſe, quam Sco. vbi ſupra, ſanct. Tho. opinionem non ſuam attribuunt de eo, quod ibi quęrit, & hoc quia loctiti ſunt nõ tota lege perſpecta: & iuxta Ariſt. Ad pauca reſpicientes, de facili enunciant.

¶ Arguit ergo primo in propoſito ſic. Eſſe animæ & hominis eſt idẽ: ergo anima coniuncta corpori non eſt perfectior ſeipſa extra corpus. Conſequens eſt contra ſanctum Thomam pri-

D ma parte, quæſtione 89. vbi dicit animam habere perfectiorem ſtatum in corpore, quam extra. Conſequentia aũt probatur: quia nihil habẽs idẽ eſſe, ex hoc ſolo ẽ perfectius, ꝙ aliquid cõicat alteri, licet alterum perficiatur ex hoc. Cõicare enim licet ſupponat perfectionem in communicante, non tamen dat illam ei: modo aĩa in corpore ſi ſemper retinet idem eſſe, nihil in corpore plus habet, niſi ꝙ cõmunicat eſſe ſuum corpori. ergo ex hoc non eſt perfectior ſeipſa ſeparata. Et confirmatur: quia ex hoc ſolo ꝙ cauſa non cõicat aliquid, nullam imperfectionẽ acquirit. ergo anima non eſt imperfectior ſeparata, ſi idem eſſe retinet: nihil enim amiſit, niſi ſui communicationẽ corpori.

¶ Præt. Anima habet idem eſſe cum homine. ergo homo non eſt perfectior in eſſendo ipſa anima in eſſendo. Antecedẽs eſt falſum. Cõſequẽtia vero probatur, quia quæcunq; habẽt omnino idẽ eſſe, ſunt æque perfecta in eſſendo, vel ſaltem id, cui cõmunicatur illud eſſe, non eſt perfectius in eſſendo cõicante.

E ¶ Præt. Homo, vt homo, eſt tertium ens realiter diſtinctum ab vtraque ſui parte, ſcilicet anima & corpore. ergo habet proprium eſſe aliquid ab eſſe partium: & conſequenter non eſt idem eſſe animæ & hominis. Tenet conſequentia, quia diſtinctum ens debet habere diſtinctum eſſe.

¶ Præt. Eſſe hominis in morte corrumpitur, eſſe autem animæ non corrumpitur. ergo eſſe animæ & hominis non ſunt idem. Conſequentia plana eſt: & antecedens probatur, quia ſicut generatio terminatur ad eſſe compoſiti, ſcilicet hominis, ita corruptio ad non eſſe ipſius.

¶ Præt. Homo poſt mortem non manet. ergo nec eſſe eius. Tunc vltra, Eſſe hominis non manet poſt mortem. ergo eſſe animæ & hominis non eſt idem, cum eſſe animæ remaneat. Proceſſus totus clarus eſt, excepta prima conſequentia, quæ probatur ex eo, quod nullum actuale eſſe inuenitur cum illud, cuius eſt, non inuenitur.

¶ Præt. In homine eſt alia forma præter animam. ergo in ea eſt

aliud eſſe præter eſſe animæ. Conſequentia eſt nota; quia omnis forma habet propriũ eſſe. antecedens vero alias probatũ e.

1.p.q.76.ar.4.q. de a q. 9 quo 11.q. q.1.de q. 76. ſup. 2. & 4. Potẽtia Dei q. 3 & a 9. neque forma elementorum 1.q. 99 art. 4 b.

ANTEQVAM ad argumenta hæc reſpondeatur, adverte primo, fundamentum S Tho. vniverſaliter eſſe, In omni compoſito nõ inveniri niſi vnũ eſſe ſubſtantiale actualis exiſtẽtię, de quo nunc ſermo eſt, eo quòd vnam tantum formam ſubſtantialem in compoſito tenet: ab vna enim forma nõ eſt niſi vnũ eſſe ſubſtantiale. Sed inter eſſe hominis, & eſſe aliorũ hæc diverſitas eſt, quòd licet tã eſſe hominis quam aliorũ primo ſit act⁹ ſuppoſiti, v. quod, in homine tamen totum compoſitum mendicat illud eſſe a forma, cuius eſt primo actus, vt proprij & cõpleti principij: in alijs vero compoſitis forma mendicat illud a compoſito. Et eſt ratio diſparitatis: quia in ſolo homine, qui ſupremum tenet locum inter ſenſibilia, ordo inferior, ſenſibilis ſcilicet, trahitur ad ordinem ſuperiorem intelligibilem & immaterialẽ. Vnde eſſe hominis, cum ab anima intellectiua fluat, immateriale eſt, & altioris ordinis, quam hõ eſt, ſicut & ipſa anima & ideo homo mendicat illud ab anima, cui eſt propriũ v pote ad ſuum pertinens genus. & inde eſt ꝙ poſt mortem hominis anima remanet. eſſe etenim proprium, independens erat a compoſito corrupto: & ſibi illud retrahendo ad ſe ſubſiſtit. Cæterorum vero eſſe, cum ſint eiuſdem ordinis cum compoſitis, quibus attribuuntur, ſicut & formæ a quibus fluunt, formę ipſæ mendicant a compoſitis, ſicut & fieri; ita quòd tandiu illo gaudent, quandiu in compoſitis ſunt. Vnde corruptis cõpoſitis ipſæ (cum ſine exiſtentia remanere nõ poſſint) deſinũt ſtatim.

Differentia inter hominem & alia cõpoſita materialia.

prout eſt aiæ, non ſit dependẽs a corpore, & ideo poſt illã formam, quæ eſt anima, inveniuntur aliæ formæ plus de potẽtia habentes, & magis propinquæ materiæ, in tãtum quod eſſe earum ſine materia non eſt; in quibus etiam invenitur ordo, G & gradus vſque ad primas formas elementorũ, quæ ſunt propinquiſſimæ materię. vnde nec aliquam operationem habent, niſi ſecundum exigentiam qualitatum actiuarum, & paſſiuarũ, & aliorum, quibus materia ad formam diſponitur.

ADVERTE Secundo pro reſolutione argumentorum, tres propoſitiones. Prima eſt, quòd cum duplex ſit perfectio rei, prima ſcilicet & ſecunda, res creata potens cauſare, et ſi nõ efficiatur perfectior ſecundum perfectionem primam, ex hoc ꝙ actu cauſat, efficitur tamen perfectior ſecundum perfectionẽ ſecundam. Patet hoc ex tribus. Primo ex eo quòd eſt magis in actu res actu cauſans re in potentia cauſante. operatio enim eſt actus ſecundus cauſæ: perfectio autem actualitatem ſequitur, ſicut imperfectio potentialitatem. Secundo patet ex eo, quòd unumquodq; eſt perfectius coniunctum ſuo fini, quam ſeparatum ab illo: res autem actu operans coniuncta eſt ſuo fini intraneo, qui eſt operatio, iuxta illud ſecundi de Cœlo & mundo tex.com.17. Vnumquodque eſt propter ſuam operationem. Tertium patet idem, quòd vnumquodque quanto eſt ſimilius Deo, tanto perfectius eſt: res autem actu cauſans eſt ſimilior Deo, quam non actu cauſans: quia non ſolum aſſimilatur Deo ſecundum hoc, quod eſt, ſed etiam ſecundum hoc, qđ eſt communicare ſe alijs.

T.com.17. I

¶ Secunda propoſitio eſt. Res eſt perfecta ſimpliciter non propter perfectionem primam, ſed propter vltimam. Hoc traditur a Boetio in libro de Hebdomadibus dicente. Intueor in rebus aliud eſſe quod ſunt, & aliud eſſe, quod bona ſunt. & declaratur a S Thom. prima parte. quæſtione quinta, articulo primo ad primum.

Lib. de Hebdo. 1.q 5 ar. 1. ad primũ. 1.q 2 ar. 3 c. Triplex perfectio rei.

¶ Ad cuius intellectum nota, quod vt idem dicit prima par.q. 6.ar. tertio, triplex eſt perfectio rei. ſcilicet prima, ſecundum quam res conſtituitur in ſuo eſſe, ſicut prima perfectio hominis eſt eſſe ſuum ſubſtantiale. Secunda vero eſt, ſecundũ q̃ eſt potens proxime ad ſuas perfectas operationes, ſicut vires aię, & habitus eas informantes, quibus homo in perfecta operatione põt exire. Tertia autem perfectio eſt, ſecundum quã coniungitur ſuo fini ſicut ſpeculatio. quæ hominem ſubſtãtiis ſeparatis vnit. K Manifeſtum eſt autem non eſſe hominem ſimpliciter perfectum, qui ſola natura bonitate gaudet; tue qui a proprio fine procul eſt. vnde ordo entis ſimpliciter ad ens ſecũdũ quid, oppoſitus eſt ordini perfecti ſimpliciter ad perfectum ſecundum quid. Secundum namque eſſe ſubſtantiale homo ens ſimpliciter dicitur: perfectus autem ſecundum quid. Ideo enim qui nullam aliam perfectionem habet, niſi quia eſt homo perfectus, non aſſeritur ſimpliciter. ſed cum additione dicimus, quod eſt perfectus ſecundum eſſe ſubſtantiale. Secundum vero eſſe accidentale, quale eſt habituum & operationum, ens ſecundum quid homo dicitur, perfectus autem ſimpliciter: nihil enim tunc ſibi deficit eorum, quæ ad perficiendum hominem exiguntur. Patet ergo intenta propoſitio, quod ſcilicet res eſt perfecta ſimpliciter ex vltima perfectione.

¶ Tertia propoſitio eſt illa. Ratio partis eſſentiæ perfectior eſt in toto exiſtens, quam ſeparata: & declaratur ſic. Vnũquodq; eſt perfectius, cum eſt in complemẽto ſui eſſe ſpecifici, quam cum deficit ab illo: pars autem eſſentialis quando eſt in toto, eſt in F complemento ſuę ſpeciei, ad cuius integritatem eſſentialiter ordinatur: cum autem eſt ſeparata ab eo, iam cum eſſe completo ſpeciei non eſt natura ſpecifica materiam, & formam aggregante. perfectior igitur eſt in toto pars eſſentialis, quã ſeparata.

¶ Ex quib. ad propoſitum deſcendẽdo, dicimus perfectionem ſtatum habere animam intellectiuam in compoſito, quam extra, eo quod quando eſt coniuncta corpori, habet non ſolum perfectionem primam, quæ eſt eſſe, ſed etiam perfectionem ſecundã influẽdo vires ſuas corpori, & communicando ſe, & ſic ſimilior eſt Deo, quam ſeparata, licet Deus omnino immaterialis, & incompoſibilis ſit: ſicut corpus motum ſimilius eſt Deo, quam non motum, licet Deus ſit omnino immobilis: perfectio enim eorum conſiſtit in hoc.

¶ Eſt præterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum eſſe ſpecificum, quod non niſi partialiter obtinet ſeparata. Quamuis enim integrum eſſe exiſtẽtiæ retineat ſeparata, quod in compoſito habebat, non tamen habet tunc integrum eſſe eſſentiæ completum in ſpecie eo modo, quo nata eſt habere. ſ. vt pars in toto, ad quod tamen habendum non accidentaliter, ſed eſſentialiter ordinatur. Vnde falſum eſt. animam ſeparatã retinere idem eſſe actualis exiſtentiæ, & nihil niſi ſui communicationem ex ſeparatione perdidiſſe: amiſit etiam eſſe H quidditatiuæ ſpecificæ integritatem, quandoquidem in ſua ſpecie integra non manet: unde & beatus Thom. quæſtionib. de Anima. quæſt. 1. ad 16. ait principia eſſentialia alicuius ſpeciei ordinari non ad eſſe tantum, ſed ad eſſe huius ſpeciei. Licet igitur animal poſſit per ſe eſſe, non tamen in complemento ſuæ ſpeciei eſt ſine corpore.

q. de an. q. 16.

AD PRIMVM Ergo argumẽtorũ, negatur cõſequẽtia cuius ꝓbatio patet ex prima propoſitione aſſumere falſum. Licet enim communicare ſupponat primam perfectionem in cõicante; tamen perficit ipſam perfectionem ſecunda, qua res perfectior ſimpliciter dicitur: immo apud Dionyſium, ſupremum, quod participant creaturæ de Deo, eſt quod cõicatiuæ ſunt.

¶ Dicitur ſecundo, ꝙ etiam minor probationis eſt falſa. ſ. quod anima ſeparata hoc ſolo careat ſ. communicatione ſui, ut patet ex tertia propoſitione. Caret enim integritate ſpecifica ſui eſſe, & hoc eſt primum & principale quod reddit imperfectiorem animam ſeparatam: conſequenter caret perfectionib. ſecundis, quia caret integritate ſpecifica. & non econuerſo. Ad confirmationem patet ex prima propoſitione: quia cauſa creata ex hoc, quod cauſat, habet perfectionem ſecundam, cuius priuatio imperfectio magna eſt, & in propoſito aliquid plus eſt, quia anima ſeparata non ſolum deſinit cõmunicare ſe & vires ſuas, ſed in ſtatu tali in quo impeditur a ſui & virium ſuarum cõmunicatione & hoc eſt ſignum imperfectionis non modicæ. & eſt ea, quam diximus, ſcilicet ſeparatio a completo eſſe quidditatiuæ ſuæ ſpeciei, ut expreſſe habetur a Sancto Tho. in quæſtione de ſpiritualibus creatu. ſecunda, ad quintum.

¶ Ad ſecundum negatur cõſequentia. Ad probationem dicitur, quod cum eſſe ſit duplex. quidditatiuum. & exiſtentiæ actualis primum non remanet in anima niſi partialiter. homo vero habet illud integraliter & ſecundũ tale eſſe, homo eſt perfectior in eſſendo. Quo ad eſſe aũt exiſtentiæ, poteſt dici homo perfectior, quo ad modum habendi hunc. ſ. quia habet illud, ut ſuppoſitum. Anima autem ſecundum alium modum perfectior dici poteſt, inquantum ſcilicet tale eſſe eſt ſibi, & non homini proprium, modo ſupra declarato: vnde ſe habent in hoc homo, & anima, ſicut excedens & exceſſum.

q. de ſpiritualib. creat. q. 5.

¶ Ad tertium negatur conſequentia, de eſſe actualis exiſtẽtiæ loquendo. Non enim res diſtincta realiter ab alia, habet aliã exiſtentiam ab illa: iam enim dictum eſt, partes & totum habere idem eſſe. Conceditur autem conſequentia de eſſe eſſentię: ſed hoc noſtro fauet propoſito.

¶ Ad quartum dicitur ſicut ante. ꝙ ſi in antecedente ſit ſermo de eſſe eſſentię, verum aſſumitur in prima eius parte, ſed non in ſecunda: liquet enim ex ſupradictis, quod eſſe ſpecificum completum animæ corrumpitur.

¶ Si autem ſit ſermo de eſſe exiſtentiæ, poteſt dupliciter intelligi. Primo, quod eſſe actualis exiſtentiæ hominis deſinat ſimpliciter, & ſic eſt falſum: retrahit enim anima illud ad ſe. Alio modo pot intelligi. ꝙ eſſe hominis in morte deſinat eſſe hominis ideſt, deſinat informare hominem, & hoc modo conceditur. Sicut enim de generatione hominis ſpecialem ſermonẽ

facimus

ſicimur, & nõ ſic de cæterorum propagatione animalium, dicere ſic Ariſtoteles in 2. de Generatione animalium cap. 3. quod intellectus tantum venit ex extrinſeco, & ipſe ſolus eſt diuinus, eo quod operatio eius non habet communicationem cum operatione corporali. omnino autem de corruptione eiuſdẽ ſpecialis

Cap. 3.

ſermo eſſe debet, ſicut habetur eodẽ 12. Metaphyſicæ texm. 17. quod in quibuſdam nihil prohibet formam remanere poſt, vt ſi eſt anima talis, nõ omnis forſan, ſed intellectiua.

T. c. 17.

¶ Ad quartum negatur prima conſequentia. Et ad probationem, vt ẽ ſolo diſtinctione [illegible], dicitur quod cum eſſe

a CAPVT VI.

HIS Viſis, patet quomodo eſſentia inuenitur in diuerſis. Inuenitur autem triplex modus habendi eſſentiam in ſubſtantiis. Aliquid enim eſt, ſicut Deus, cuius eſſentia eſt ipſum ſuum eſſe; & ideo inueniuntur aliqui philoſophi dicentes, quod Deus non hẽt eſſentiam:

actu ſeu hominis dupliciter ſumatur, ſcilicet ſecundum ſe, ſeu ſimpliciter: alio modo prout eſt huius. Primo modo, remanere non eſt impoſſibile corrupto homine: ſecundo modo non eſt intelligibile, quod remaneat. nullius ergo rei eſſe actuale manet, vt conuenit, quando [illegible], cuius eſt non inuenitur: poteſt tamen ſimpliciter inueniri & ratio eius in propoſito ſapientiam dicta, quia id eſſe non eſt propriũ hominis, ſed animæ: ideo oportet quod inueniatur ſemper quãdo eſt id, cuius eſt proprium: & etſi ergo illud, cuius erat commune cadit.

¶ Ad ſextum negatur antecedens. Ad probationes vero aliãs factas ſunt reſponſiones aliãs dictæ. Relinquitur igitur, vt eum eſſe de eſſe actualis exiſtentiæ, quod vnum omnino eſt eſſe animæ intellectiuæ, & hominis, quod ſecundum ſe independens eſt a corpore, tempore non cauſatum ab illo: quia non eſt eductum de potentia materiæ, licet prout eſt huius, ſcilicet hominis, non niſi in corpore, inueniri poſſit.

Ad 6.

a Super Caput ſextum.

HOC eſt principium capituli ſexti, quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de eſſentia Dei. In ſecunda de eſſentia intelligentiarum, & animæ. In tertia oſtenditur, quomodo iſta ſe habeant ad intentiones logicas. In quarta replicatur de eſſe entis compoſiti. De eſſentia ergo Dei poſiturus duas concluſiones, & excluſurus duos errores, ponit primam concluſionem affirmatiuam talem: Eſſentia in Deo ſignificat ipſum eſſe eius. Hanc concluſionem non aliter, quam ex ſupradictis deducendo ponit: tanquam ſupra probata, & ab omnibus eſt conceſſa. Eſt autem intellectus concluſionis, quod eſſe actualis exiſtentiæ diuinum, eſt ipſa quidditas eius, ita quod prædicatur de Deo, ſicut prædicatum primi modi dicendi per ſe: ita quod iſta, Deus eſt, eſt in primo modo perſeitatis, quod de nullo alio a Deo communiter verificatur: & ideo etiam, quod eſſe & eſſentia in eo re a [illegible] tenentur eſſe idem realiter. & quia ipſum exiſtere eſt eſſentia Dei: ideo a quibuſdam, Platonicis ſcilicet, dicitur, quod Deus non habet eſſentiam quaſi puta exiſtentia ſit.

Capite. 5. in prin. & circa medium.

b ¶ Hic ponitur ſecunda concluſio, & negatiua Deus non eſt in genere. Probatur in litera in ante [illegible] ſic. Omne quod eſt in genere, habet quidditatem præter ſuum eſſe: Deus non habet quidditatem præter ſuum eſſe. ergo Deus non eſt in genere. Minor eſt concluſio præcedens: Maior probatur ſic. Omnia quæ ſunt in genere indiſtincta, ſunt in eſſentia generis, vel ſpeciei diſtincta autem per diuerſimode habere illius naturæ genericæ, vel ſpecificæ. ergo eſſe naturæ genericæ, vel ſpecificæ eſt præter naturam ipſam genericam, vel ſpecificam: & ſic omne quod eſt in genere, habet naturam præter ſuum eſſe. Antecedens huius conſequentiæ eſt de ſe notum: homo enim & leo ſunt indiſtincta in natura animali: diſtinguuntur autem inter ſe per hoc, quod diuerſimode habent eſſe animatum, genus enim diuerſum habet eſſe in ſpeciebus. Similiter Sortes & Plato indiſtincti ſunt in natura humana: diſtinguuntur autem inter ſe, quia habent diuerſum eſſe humanum. non enim eſt intelligibile, quod homo habeat idem eſſe in Sorte & Platone. Conſequentia vero patet ex eo, quod non videtur intelligibile, quod id, quo aliqua diſtinguuntur, non ſit præter id, quo aliqua conueniunt.

¶ Et nota, quod ad intentum huius rationis ſufficit, quod eſſe ſit præter eſſentiam, id eſt, præter conceptum quidditatiuum: ſic enim ſufficit differre principiũ conuenientiæ a principio differentiæ, vt patet de genere & differentiis, quorum altero conueniunt, altero differunt ſpecies. Et quia in ſolo Deo eſſe eſt de

A conceptu quidditatiuo, ideo ſolus Deus extra genera ponitur. Sed quoniam eſſe, ideo eſt præter conceptum quidditatiuum, quia eſt diſtinctum realiter ab eſſentia, & ideo eſt de conceptu quidditatiuo, quia eſt idem realiter eſſentiæ: ideo ex hac radice, ſcilicet, quod eſſe & eſſentia ſunt idem realiter in Deo, procedere dicitur, quod Deus non ſit in genere. Nec te moueat, quod ratio iſta digredi videtur ab eſſe actualis exiſtentiæ ad eſſe quidditatiuum: quandoquidem in Minore eſt ſermo de eſſe actualis exiſtentiæ, & poſt modum in probatione Maioris, quam oportet de eodem eſſe loqui, tranſitur ad eſſe quidditatiuum, cum dicitur, Species conueniunt in genere,

quia eſſentia eius non eſt aliud, quam eſſe eius.

b Et ex hoc ſequitur, quod ipſe nõ ſit in genere: quia omne quod eſt in genere, oportet quod habeat quidditatẽ præter eſſe ſuũ, cum quidditas, aut natura generis, aut ſpeciei non diſtinguatur ſecundũ rationem naturæ in illis,

B quorũ eſt genus, vel ſpecies: ſed eſſe eſt in diuerſis diuerſimode.

& differunt in eſſe diuerſo: hoc enim verificatur de eſſe quidditatiuo ſpecifico, exempli gratia. Homo nanque, & bos conueniunt in animali & diſtinguuntur differentiis ſpecificis, quibus animal in eis diuerſum eſſe ſpecificum acquirit. Propterea nonnunquam, non oportet turbari: quoniam, vt in hoc patebit capitulo, differentiæ naturam genericam non diuerſificant, niſi in ordine ad diuerſum eſſe actualis exiſtentiæ: & ideo mira ſub [illegible] S. Thom. ſignificatiuis non eſt, primam rationem diſtinctionis naturæ genericæ in inferioribus attendens: hoc autem infra melius diſtinguetur, cum communiſſima regula aſſignabitur, vnde ſumantur genus & differentia. In hoc ca. 4.

AD Euidentiam eius, quod hic ſupponitur, ſcilicet, quod in Deo eſſe eſt de conceptu quidditatiuo, quia eſt idem eſſentiæ,

C nota tres propoſitiones. Prima eſt, Quidditas, quæ eſt ſua exiſtentia actualis, non eſt ad aliquod genus determinata. Hoc declaratur breuiter vnico medio ſumpto ex ſecundo contra Gẽtiles, ca. 52. ſic. Omnis quidditas in genere limitata, eſt eſſentialiter deſignabilis per differentiam, a qua mendicat eſſe in actu: Secundo cõtra Gen. ca. 52. nulla quidditas eadem ſuæ actuali exiſtentiæ eſt eſſentialiter deſignabilis per differentiam a qua mendicat eſſe in actu. ergo nulla quidditas eadem ſuæ actuali exiſtentiæ eſt ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducendo. Animal enim eſt eſſentialiter determinabile per differentias, rationale ſcilicet, & irrationale, & ab eis mendicat eſſe in actu, cum impoſſibile ſit eſſe animal in actuali exiſtentia, niſi ſit rationale vel irrationale. Similiter color eſſentialiter eſt determinabilis per ſuas differentias, per quas exiſtentiam actualem ſortitur: non enim poteſt inueniri color, niſi albus, vel niger &c. Minor autẽ intelligentibus terminos patet ex ſe: quomodo nanque exiſtentia actualis mendicabit eſſe in actu ab aliquo alio formaliter?

D Si enim mendicat eſſe in actu ab aliqua differentia formaliter, cum eſſe in actu nihil aliud ſit, quàm habere exiſtentiam actualem, ſequetur quod exiſtentia actualis habebit exiſtentiam actualem formaliter per aliquid aliud a ſe ſicut animal per rationale formaliter acquirit exiſtentiam actualem: hoc autem non videtur intelligibile. ergo &c.

SECVNDA Propoſitio eſt iſta. Exiſtentia actualis ad nullũ genus determinata eſt purum eſſe. iſta patet ex ſimilibus. Si nanque animal non ſit determinatum ad aliquam ſpeciem, vtrum animal erit & albedo, ſi non ſit coartata in aliquo ſubiecto, pura albedo erit: ita & eſſe ad nullius naturæ prædicamentalis capacitatem determinatum, purum eſſe neceſſe eſt: & ſi abſtractio huiuſmodi eſt per opus intellectus, etiam puritas ipſa eſt ſecundum rationem. Si autem fuerit ſecundum rem, & puritas ipſa eſt ſecundum rem, vt de ſe patet.

TERTIA Propoſitio eſt iſta. Eſſe eſt de conceptu quidditati-

E uo puri eſſe tantum. Patet iſta quo ad vtranque exponentem, & quo ad primam quidem, quia non eſt intelligibile, quod in puro eſſe nõ prædicetur quidditatiue ipſum eſſe. Si enim de eo aliquid prædicari põt quidditatiue, illud oportet eſſe ipſum eſſe, cum purum eſſe ponatur. Quod autem cætera non recipiant eſſe in ſuis quidditatiuis conceptibus ex eo patet, quod cũ eſſe non habeant in ſua puritate, ſed ſuis quidditatibus coaptatum, poſſunt ſecũdum ſuas quidditates abſque eſſe, & non eſſe diffiniri. Ex his deducitur intentum ſic. Ideo exiſtentia eſt de cõceptu quidditatiuo rei, quia res illa eſt purum eſſe: ideo autem res illa eſt purum eſſe, quia nõ eſt ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa non eſt ad genus limitata, quia eſt idem cũ ſua exiſtentia. igitur a primo ad vltimum, ideo exiſtentia eſt de conceptu quidditatiuo rei, quia res illa eſt eadem ſuę exiſtẽtię.

¶ Et quoniã ſicut affirmatio eſt præciſe cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, ex hoc quod res creata non eſt eadem

ſuæ

ſuæ exiſtentiæ eſſe non eſt de eius conceptu quidditatiuo. Vnde cum Deus glorioſus ſit ſuum eſſe, ipſe nihil eſt aliud, quam ipſum eſſe ſecundum rem ſeparatum a naturis prædicamentalibus in ſua puritate ſubſiſtens.

c ¶ Hic excluditur primus quorũdam error talis, ſcilicet. Deus

e Nec oportet, ſi dicimus quòd Deus eſt eſſe tantum, vt in errorem eorum incidamus, qui Deũ dixerunt eſſe illud eſſe vniuerſale, quo quęlibet res formaliter eſt. Hoc enim eſſe, quod Deus eſt, huius conditionis eſt, vt nulla ſibi additio fieri poſſit. Vnde per ipſam ſuam puritatem eſt eſſe diſtinctum ab omni eſſe, propter qđ in commento nonę propoſitionis libri

eſt commune eſſe omnium, imaginati ſunt iſti, quod cum omnia conueniant in hoc, quod habent eſſe ipſum eſſe omnium, quo res formaliter ſunt in communi, ſeu vniuerſali, ſit ipſe Deus glorioſus. Moti ſunt autem tali ratione. Eſſe nulla additione ſpecificatum eſt eſſe commune: Deus eſt eſſe nulla additione ſpecificatum. ergo Deus eſt eſſe commune. Sed peccat ratio illa propter multiplicem Minoris intellectum. dupliciter enim intelligi poteſt eſſe a nulla additione ſpecificari. Vno modo ſecundum rem extra animam ſubſiſtendo: alio modo ſecundum intellectus cogitationem tantum. Primo modo Maior eſt falſa: Minor autem vera. Secundo modo Maior eſt vera: Minor autem falſa. eſſe nanque commune per intellectum in ſua abſtractione acceptum, nullam contradictionem includit: ſecundum vero quod eſt extra intellectum, ſine contradictione non inuenitur. Omne nanque eſſe eſt contractum ad ſubſtantiam, vel accidens. Eſſe autem, quod eſt quidditas diuina, eſt purum abſque omni additione ſecundum rem, & ex ipſa ſua puritate. ſecundũ rem
H eſt diſtinctum ab alio, vnde eſſe, & hoc, & nullo modo commune: ſicut albedo ſeparata ex hoc ipſo, quod eſſet pura albedo, eſſet diſtincta albedo ab alijs albedinibus cum ſubſtantijs mixtis, & non eſſet albedo in communi. Peccat ſecundo Maior illa, quia contingit adhuc dupliciter eſſe nulla additione ſpecificari, ſeu contrahi. Vno modo actu tantũ: alio modo actu, & potẽtia. Primo modo Maior eſt vera: Minor vero falſa. Secũdo mõ Maior eſt falſa: Minor autem vera. Eſſe nanq; in cõmuni, licet nulla ſit additione cõtractũ, eſt tamẽ contrahibile: aliter nulla res haberet eſſe, quæ aliquid addit ſupra ipſum eſſe. & ſic homo non haberet eſſe, cum vltima eſſe habeat humanitatem, quantitatem &c. Vnde eſſe commune actu tantum, ſpecificatione caret: eſſe vero diuinum nullam ſpecificationẽ habet actu, nec aliquam habere poteſt: & ideo actu & potentia additione caret. Et hæc eſt ſolutio, quã in litera S. Th. ponit ſub alijs verbis dicens, quod omne cõe nec includit nec excludit additio-
I nem, non includit actu, poteſt tamẽ habere illam: eſſe vero diuinum non ſolum non includit illam, immo excludit, id eſt, nõ ſolũ non includit actu, immo nec potentia, & ſic excludit illã. Quod enim impoſsibile eſt conuenire alicui, excluditur omnino ab illo. D. Th. diffuſe habens in primo contra Gentiles c. 27.

Vide primo contra Gentiles c. 27.

d ¶ Hic excluditur ſecundus error talis, ſ. Deus non eſt ſimpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in propoſito eſt iſta. Id quod habet eſſe tãtum eſt perfectũ reſpectu eius, quod habet eſſe, viuere, & intelligere: ſed Deus habet eſſe tantũ. ergo Deus eſt imperfectior alijs. Maior eſt ex ſe nota. Minor vero ex dictis deducitur ſic. Quod eſt purũ eſſe, nõ eſt admixtum alijs, puta, viuere, & intelligere, aliter eſſet purũ & non purũ: Deus eſt purum eſſe. ergo non eſt admixtus alijs, ſ. viuere, & intelligere, & cõſequẽter Deus non habet niſi eſſe: qđ erat probandũ. Defectus huius rõnis in litera non explicatur, ſed in primo cõtra Gent. c. 29. vbi declaratur, quod ex hac propoſitione. Deus eſt
K purũ eſſe ſubſiſtens, ſequitur, Deum eſſe vniuerſaliter perfectiſſimũ. Et propterea notãter i textu dicitur, immo habet omnes perfectiones &c. acſi dicat. quod ex hoc non ſequitur, Deum aliqua perfectione carere, ſed oppoſitum potius ex hoc concluditur. Eſt autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis. Id cui conuenit eſſe ſecundum totam virtutem, ſeu poteſtatem ipſius eſſe, nulla perfectione, ſeu nobilitate eſſendi caret: ſed eſſe purũ ſubſiſtens eſt id, cui cõuenit eſſe ſm totã virtutẽ, ſeu poteſtatem ipſius eſſe. ergo eſſe purum ſubſiſtens nulla perfectione, ſeu nobilitate eſſendi caret. Maior declaratur ex eo, quod omnis perfectio cuiuſcunque generis non niſi ſecundum aliqđ eſſe eſt. Non enim ſapientia perficit hoĩem, niſi ea homo ſapiens ſit: nec iuſtitia perfectio hoĩs dici poteſt, niſi ea homo iuſtus ſit. Si igitur omnis perfectio attenditur ſecundum aliquod eſſe, id in quo tota plenitudo eſſẽdi reperitur, omnẽ perfectionem patet habere: & ſic repugnat, quod id habeat eſſe ſecundum totam amplitudinẽ ſuam, & aliqua perfectione eſſendi careat. Minor vero exemplariter notificatur. ſicut. n. ſi albedo ſeparata inueniretur, nihil ei de virtute albedinis deeſſe poſſet. Vt enim ſupra dictũ eſt, ratio quare albedini huic non ineſt tota perfectio poſsibilis reperiri in ſpecie albedinis eſt, quia coarctata eſt receptione, quod ſecundum totum poſſe eius non recipit eam: ita eſſe ipſum, ſi receptum eſt in alio, coarctatum eſt ad naturæ illius recipientis limites, ſub ſtantiam ſcilicet, vel accidens & conſeque enter limitatum ad illius generis nobilitatem. Si vero purum, & non receptum in aliqua ſit natura, illimitatum, & cõſequenter infinitum ſimpliciter eſt, & omnes perfectiones poſsibiles in ente reperiri ſimpliciter præhabet. Cum autem audis, quod albedo, ſi ſeparata ſit, omnem perfectionem poſsibilem ſuæ ſpeciei habet, non intelligas, vt veritatis æmuli obijciunt, quod negatio ſcilicet receptionis eius in alio, daret ſibi illam perfectionem: ſed ſicut receptio albedinis eſt conditio ad ſuam requiſita imperfectionem, ita negatio receptionis eſt conditio ſuæ illimitatæ perfectionis comes. Vnde efficax argumẽtũ ex receptione, & ſeparatione eius ſumitur tanquàm a conditionibus neceſſarijs, & inſeparabilibus.

de Cauſis dicitur, quòd indiuiduatio primæ cauſæ, quę eſt eſſe tantum, eſt per puram bonitatẽ eius. Eſſe autem commune ſicut in intellectu ſuo, non includit aliquam additionem, ita nec includit in intellectu ſuo aliquam præciſionem additionis:
G quia ſi hoc eſſet, nihil poſſet intelligi eſſe, in quo ſuper eſſe aliquid adderetur.

d Similiter etiã quàmuis ſit eſſe

¶ Et quoniam habere perfectiones omnium generum poteſt intelligi dupliciter, vno modo in ſeipſis: alio modo in aliquo ſuperioris ordinis. ideo ad declarandum, quo mõ ipſe Deus, qui eſt ipſum eſſe eſſentialiter, habeat oẽs perfectiones, dicit, quod
H Deus non habet omnes perfectiones in ſeipſis, id eſt, diſtinctas abinuicẽ in proprijs naturis: ſicut homo habet ſapientiã, iuſtitiã, prudentia &c. ſic enim in Deo oporteret eſſe maximã cõpoſitionẽ, ſed habeat eas indiſtincte vnitas in ſuo eſſe ſimpliciſſimo. Illud quippe eſſe diuinũ æquiualet omnibus perfectionibus oĩum generũ, & excedit ſingulas, & omnes ſimul, vtpote res ſuperioris & inacceſsibilis ordinis. Cuius exemplum in luce Solis habes, qua ſola Sol poteſt quicquid poſſunt omnia inferiora per tot varias qualitates. Propterea a Philoſopho & Commen. 5 Metaph. capitulo de Perfecto, dicitur quod Deus ſolus eſt ens ſimpliciter perfectum, vniuerſitatem perfectionum in ſe habẽs.

QVAESTIO XII.

HIC Quęritur, An perfectiones exiſtẽtes in ipſo Deo ſint aliquo modo diſtinctę abſque omni opere intellectus.

¶ In hac quęſtione quinque agenda ſunt. Primo, declarabitur titulus quęſtionis. Secundo recitabitur opinio Scot. cum ſuo fundamento. Tertio, declarabitur opinio S. Tho. Quarto, impugnabitur opinio Scot. Quinto, reſpõdebitur argumentis in oppoſitũ.

QVO Ad primum, ſcito primo perfectionem eſſe duplicẽ, quædam eſt perfectio ſimpliciter, & quædam eſt perfectio in hoc, vel illo. Perfectio ſimpliciter eſt illa, quæ in ſuo proprio, ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione: vt ſapientia, bonitas, & ſimilia. Perfectio vero in hoc, vel illo eſt quæ in ſuo proprio ac formali cõceptu dicit perfectionem imperfectioni mixtã, vt humanitas, equinitas, & his ſimilia. Dixi, in proprio ac formali conceptu, quia includere aliquã imperfectionem in conceptu cõi ſibi & alijs, aut materiali, non derogat ſuæ perfectioni ſimpliciter. Sapientia. n. licet in ſui generis conceptu, puta, habitu, ſeu qualitate imperfectionẽ dicat, potentialitatẽ ſcilicet, aut dependentiam &c. quia tamen in ſuo differentiali conceptu hoc formaliter non includit, non
K prohibetur, quin perfectio ſimpliciter ſit. Dixi, Dicit perfectionem, propter relationem, quę in ſuo proprio ac formali conceptu, cum nulla imperfectione nullam perfectionem ſonat.

¶ Scito ſecundo, quod perfectiones eſſe in aliquo, contingit dupliciter. Vno modo formaliter. alio modo virtualiter. Eſſe formaliter in aliquo, eſt eſſe in eo, ut forma eſt in habente ipſam: ſicut humanitas, albedo, quantitas, & alia huiuſmodi in homine ſunt. Eſſe autem in aliquo uirtualiter, eſt eſſe in eo, ut effectus eſt in ſua cauſa effectiua, quemadmodum calor eſt in Sole. Poteris autem comprehendere multum diſtare inter hos modos eſſendi in aliquo, ex hoc vno eorum effectu pro nunc, quod ea quæ primo mo in inſunt intrinſece, denominat ſuppoſitum tale: ea autem quæ ſecundo modo inſunt, non determinant ſuppoſitum tale, vt patet in Sole, qui luce dicitur lucidus: a calore autem non dicitur calidus.

¶ Amplius. Perfectiones eſſe in aliquo formaliter, cõtingit dupliciter. Vno mõ in ſuis proprijs naturis diſtinctas, & limitatas, ſicut in homine eſt eſſe, intelligere, & velle &c. Alio mõ contingit

Cap. 29.

A

tingit dupliciter. Vno modo in ſuis proprijs naturis diſtinctas, & limitatas: ſicut in homine eſt eſſe, intelligere, & velle &c. Alio modo contingit eas eſſe formaliter in aliquo ſuperioris ordinis vnitas, & illimitatas: ſicut in Sole luce ſunt virtus calefactiua, & deſiccatiua, & alia huiuſmodi. Nec parum diſtãt iſti duo modi inter ſe.

tantum, non oportet quod deficiant ei reliquę perfectiones, uel nobilitates, immo habet omnes perfectiones, quæ ſunt in omnibus generibus, propter quod perfectum ſimpliciter dicitur, ut Philoſophus, &

Longe namque excellentius eſt eſſe in aliquo ſecundo modo, ut in exẽplo dato apparet. Quãuis igitur perfectiones omnium generum excellentiori modo ſint in Deo; quam in creaturis: quia tamen perfectiones non ſimpliciter ſunt in eo virtualiter tantũ (eis enim non denominatur talis) perfectiones autem ſimpliciter ſunt in eo formaliter, & non in proprijs naturis limitatæ,

B

ſed vt in re ſuperioris ordinis realiter indiſtinctæ & illimitatę: ideo vertitur in dubium, an perfectiones ſimpliciter exiſtentes formaliter in Deo cum reali identitate, ſint aliquo modo abſque omni opere intellectus diſtinctæ. Hæc de primo.

QVO Ad ſecundum Sco. in 1. ſent. d. 8. q. 3. opinatur perfectiones has eſſe diſtinctas præciſo omni opere intellectus, diſtinctione ex natura rei formaliter. Appellat aũt diſtinctionem ex natura rei, quæ innaſcitur ex ipſarum rerum natura, ita quod abſque omni intellectus operatione eſt. Formalem vero addit: quia non omnis diſtinctio ex natura rei eſt formalis, ſed ea tantum, quæ ex quidditatibus, ſeu rationibus formalibus fit. Probat autem intentum ſuum multis rationibus, quarum eas adducendas cenſui, quæ ex puris naturalibus procedunt, quoniam Theologiam nunc tradere non intendimus &c.

Sco. 1. d. 8. q. 3. per tot.

¶ Arguit ergo primo ſic. Sapiẽtia, & bonitas abſolute diſtinguũtur formaliter ex natura rei: ergo ſapiẽtia infinita, & bonitas infinita diſtinguũtur formaliter ex natura rei. Antecedẽs eſt euidens. Conſequentia aũt probatur, quia infinitas non variat rationem formalem eius, cui additur. In quocũque. n. gradu perfectionis ſuæ latitudinis intelligatur perfectio aliqua, ſemper retinet eandem rationem formalem, vt patet in omnibus. Si igitur ſapientiæ, & ſapientiæ infinitæ eſt eadem rõ formalis, & ratio formalis ſapientiæ diſtinguitur ex natura rei a ratione formali bonitatis, neceſſario ſequitur, quod rõ formalis ſapientiæ infinitæ nõ includat ex natura rei rationem formalẽ bonitatis.

C

¶ Præterea. Diſtinctio præcedens rõnem primi diſtincti, nõ eſt per talem diſtinctiuum: ſed diſtinctio naturæ, & intellectus præcedit intellectionem, quæ eſt primum diſtinctiuum ſm rationem. ergo &c. Probatur Minor, quia ſi nulla diſtinctio eorum præcederet, non magis diſtinguerentur intellectione, vt intellectio eſt, quam ea, ut natura eſt. Quicquid. n. diſtinguit intellectione, vt eſt omnino indiſtincta a natura, diſtinguitur etiã natura.

D

¶ Præterea illa quæ formaliter diſtincta intelligunt intellectu intuitiuo, habent diſtinctionem vt exiſtentem: ſed perfectiones diuinæ intelliguntur formaliter diſtinctæ ab ipſo Deo intellectu intuitiuo. ergo habent diſtinctionem vt exiſtentem in eis. Talis non poteſt eſſe diſtinctio rationis: oportet enim intellectum diuinum ſua intuitione cauſare aliquam relationem rationis in ſua eſſentia vt exiſtentem: quod eſt abſurdum. igitur talis diſtinctio eſt ex natura rei. Maior patet ex differentia inter intellectũ intuitiuũ, & abſtractiuũ. Minor vero eſt clara de ſe.

¶ Præterea. Deus intelligit eſſentiam ſuam ut verã, vult autem ut bonam. ergo veritas & bonitas diſtinguuntur ante omnem actum intellectus. Tenet conſequentia: quia diſtinctio obiectorum præuenit diſtinctionem actuum, ſicut cauſa effectum.

¶ Præterea Bonitas, & veritas in Deo non diſtinguunt ex natura rei. ergo sũt formaliter ſynonima. Cõſequens eſt contra res: conſequentia aũt probatur, quia bonitas & veritas non ſignificãt niſi ipſas puras pfectiones in re nullo modo diſtinctas ĩ ea.

E

¶ Præterea. Inter pfectiones diuinas eſt ordo demõſtratiuus, quo doctores vnã ex alia demonſtrãt: eſt ẽt diſtinctio inter pdicationes formales & non formales. Dicitur. n. quod ſapientia non prædicatur formaliter de bonitate: eſt & æqualitas ſecũdum Au. 15. de Tr. igitur diſtinguuntur ex natura rei. Vt quid. n. doctores implent tot quinternos, ſi oĩa ſunt idem formaliter.

Cap. 9.

¶ Præterea. Inter perfectiones diuinas ante omnem actum intellectus inuenitur contradictio, ita quod Deus intellectu intelligit, & non vult: uoluntate autem vult, & non intelligit. ergo inter perfectiones diuinas eſt diſtinctio ex natura rei.

¶ Præterea, Ad complementum doctrinę, Diſtinctio fundãs diſtinctionem realem non dependet ab opere intellectus: ſed diſtinctio perfectionum diuinarum fundat diſtinctionem realẽ emanationum diuinarum. igitur eſt ex natura rei, & non ex intellectus operatione &c. Hæc de ſecundo.

CONCLVSIO.

QVO Ad tertium præmiſſa Trinitate perſonarũ declarandæ ſunt tres propoſitiones, in quibus conſiſtit ſnĩa S. Th. & veritas. Prima eſt. In Deo ſecundum ſe, nulla eſt diſtinctio actualiter. Secunda eſt. In Deo ſecundũ ſe, eſt diſtinctio rõnis vniuerſaliter, ſeu fundamẽtaliter. Tertia eſt. In Deo, vt terminat actum intellectus noſtri, eſt diſtinctio rationis actualiter.

Cõ. in 5 Met. dicunt: ſed hẽt eas modo excellentiori omnibus rebus, quia in ea omnes vnũ ſunt. Sed in alijs diuerſitatem habẽt, & hoc eſt, quia omnes illæ perfectiones conueniunt ſibi ſecundũ ſuũ eſſe ſimplex. Sicut ſi aliquis

¶ Ad euidentiã primæ ppoſitionis ſciendum eſt, quod aliud eſt iudiciũ de rationibus formalibus rerum in proprijs naturis: & aliud eſt iudicium de rationibus formalibus earundem in re aliqua ſuperioris ordinis formaliter exiſtentibus. Res enim in proprijs naturis ideo ſecluſo omni opere intellectus diſtinguuntur formaliter, quia ſe mutuo non includunt in ſuis formalibus rationibus. Ideo autem ratio formalis vnius non eſt alterius, quia quælibet earũ ita eſt ipſa, quod non altera. Verbi gratia, Ideo virtus calefactiua, & virtus deſiccatiua in proprijs naturis diſtinguuntur formaliter ex natura rei, quia virtus calefactiua ita eſt calefaciẽdi principium, quod non deſiccandi, & econuerſo. Res autem adunatæ in aliquo ſuperioris ordinis ſicut in vna ſimplici re altiori inueniuntur, ita in illius vnica rõne formaliter adunantur, ſicque diſtinctione formali ex natura rei neceſſe eſt careant, cũ deſit ibi talis diſtinctionis radix iam dicta, limitatio. ſ. illa, qua quęlibet earum ita eſt ipſa, quod non altera: neutra namque earũ, cum ſunt tali re vnitę, eſt magis ipſa, quam alia. Verbi gratia, proſequendo exemplum datum, Virtus calefactiua, & deſiccatiua in luce Solis formaliter inuentæ, ſicut in una lucis natura adunãtur, ita in lucis ratione formali indiſtincte formaliter ſunt, ita quod aſsignata completa ſolaris lucis diffinitione non ſit opus vltra earũ quærere diffinitiones. Completa. n. diffinitione ſolaris lucis, eam in ſua celſitudine, qua inferiora indiſtincte in ſeipſa præcipit, cum declaret propter adæquationem, quæ debet eſſe inter diffinitionem, & rem diffinitam, virtutem eius calefactiuam, & deſiccatiuam manifeſtat: quandoquidem virtus eius calefactiua non magis eſt ipſamet, quam ſit lux, & virtus deſiccatiua, & econuerſo. Cum autem ſecundum Dionyſium 5. capitulo de Diuinis nominibus, Perfectiones ſimpliciter ſint in Deo non ad proprias naturas definitæ, ſed ad ipſius eſſe illimitationem eleuatæ, conſequens eſt, vt ſicut omnes in vna ſimpliciſsima re formaliter adunantur, ita in illius ſimpliciſſima rõne formali indiſtincte formaliter ſint. Et ſicut ſapientia diuina nõ magis eſt ſapientia, quã bonitas, & veritas, & ipſum eſſe diuinum, & econtra: ita ratio formalis ipſius eſſe diuini non magis includit ipſum eſſe, quam ſapientiam, & bonitatem. Si enim adæquata diffinitio illius rei ſimpliciſsimæ, quæ Deus eſt daretur, in illa vnica ratione formali, quicquid eſt Deus, includeretur formaliter, aliter diffinitio celſitudinem diffiniti nõ adæquaret: vnde & ipſe Deus glorioſus, qui ſeipſum per modũ ſui intelligitur, vnica tantũ rõnẽ formale format, Verbum ſcilicet.

¶ Potes ergo ſuper hæc arguere ſic. Quęcunq; formaliter adunantur in vnica, & adęquata ratione formali ipſius Dei, nõ diſtinguuntur formaliter ex natura rei: ſed perfectiones diuinę ſecluſo omni opere intellectus adunantur in vnica & adæquata ratione formali ipſius. ergo &c. Probatur Minor: quia non magis adunantur virtutes qualitatum inferiorum in luce ſolari, quã perfectiones ſimpliciter in Deo: ſed illę adunantur formaliter, vt ex ſe patet, & ab aduerſarijs conceditur. ergo &c. Probatur Maior: quia aliter diffinitio non adæquaretur diffinito.

Secũdo principaliter pro prima ppoſitione arguitur ſic. Oĩs actualis diſtinctio ex natura rei fundatur ſuper actuali oppoſitione ex natura rei: ſed inter perfectiones nulla eſt actualis oppoſitio ex natura rei. ergo. Maior habetur ex 10. Me. tex. cõ. 24. Minor probatur inductione, Quòd enim ibi nõ ſit oppoſitio cõtradictoria, neq; priuatiua formaliter, ex eo quod patet, quod vtriuſque oppoſitionis alterum mẽbrũ eſt formaliter negatio, quam ponere in Deo formaliter, nefas eſt. Nec ſufficit, quod ſit ibi negatio fundamentaliter: quoniã diſtinctio actualiter exigit actualiter oppoſitionẽ: oppoſitio aũt actualiter exigit extrema actualiter, vt patet regulariter de omni oppoſitione. Quod aũt non ſit oppoſitio inter eas contrarie, patet ex eo, quod alterũ cõtrariorũ ſemp eſt defectiuum 10 Met. tex. cõ. 16. Quod vero non ſit oppoſitio relatiua inter illas, ex ſe manifeſtũ eſt. Nec obſtat, quod ex hoc ſequi vr, quod in Deo non ſint multæ perfectiones, ſed vna tantum, pura, deitas. Veriſſimum enim eſt quod Deus ipſe non eſt niſi vna perfectio illimitata, omnino præhabens in ſe multiplicatas, & multiplicabiles in alijs perfectiones omnes. T. c. 24. T. c. 16.

¶ Ad ſententiã tã ſecundæ, quẽ tertiæ propoſitionis nota, ꝙ vt in quadã quæſtione ſupra diximus, ſicut res illa ſimpliciſſima, quã Deũ dicimus, eſt id, cui aſſimilantur omnes perfectiones ſimpliciter in proprijs naturis exiſtentes: ita eſt id, cui aſſimilãtur omnes cõceptus formales earũ, cum nihil aliud ſint, quã ipſæ perfectiones in eſſe intẽtionali. Ex hoc autem, ꝙ Deus terminãt cõceptiones has, ut obiectũ in eis intellectum, neceſſe eſt Deũ ipſum omnium earum correlatiuum intelligi plurib. relationibus rationis ſm earum numerum, ſicque diſtinctionem in ſe rationis actualiter habere, ita vt Deus obiectus pluribus cõceptionib. ſeu rõnibus formalib. dicatur habere in ſe diſtinctionem rationis formalem actualiter, obiectiue tñ, & propter pluralitatem cõceptuũ formalium, quib. obijcitur, & G propter pluralitatem relationum rationis quib. refertur, ſeu referri intelligitur ad perfectiones prædictas tã in eſſe naturali, quam in eſſe intentionali. Ex eo aũt quod in Deo, ſecluſo omni opere intellectus, eſt vnde cauſare, & terminare poſſit conceptus prædictos, dr habere in ſe diſtinctionẽ rationis virtualiter, ſeu fundamentaliter. Habet autem hęc Deus ipſe ex ſumma illimitata ſui pfectione, cuius ſicut nulla creatura eſt capax in eſſe naturali, ita nullus intellectus creatus, ẽt in eſſe intentionali. Quicunque enim intellectus creatus, ẽt videns Deum per eſſentiam, impotens eſt ad formandum conceptũ unum diuinæ adæquatum perfectioni. Vnde pro ſecunda propoſitione argue ſic. Omne habens in ſe vnde cauſare, & terminare, ac verificare obiectaliter poſſit, diſtinctas rationes ſeu conceptiones formales, habet in ſe diſtinctionem rationis virtualiter ſecluſo omni opere intellectus. Deus glorioſus eſt huiuſmodi. ergo. Pro tertia vero propoſitione argue ſic. Omne terminans plu- H res conceptus formales, habet in ſe actualiter diſtinctionem rationis: Deus eſt huiuſmodi. ergo &c. Hæc de tertio.

per vnam qualitatẽ poſſet efficere operationes omniũ qualitatum, in illa vna qualitate omnes qualitates haberet: ita Deus in ipſo eſſe ſuo omnes perfectiones habet.

QVO ad quartum arguitur contra Scotum tripliciter. Et primo ſic Diſtinctio formalis ex natura rei eſt maior diſtinctio diſtinctione reali. ergo perfectiones diuinæ nõ diſtinguuntur formaliter ex natura rei. Cõſequentia tenet, & antecedens probatur ſic. Diſtinctio per intimiora eſt maior illa, quæ fit per ea, q̃ ſunt extra intima rei: diſtinctio formalis ex natura rei eſt per maxime intima rei: diſtinctio aũt realis per ea, quę ſunt extra 1.diſt.8.q.4. intima rei. ergo &c. Minor patet ex Sco. in 1. ſen. di. 8. dicere, ꝙ diſtinctio formalis ex natura rei fit per prædicata primi modi, quæ inſunt rei in primo ſigno: diſtinctio aũt realis fit per ea, q̃ inſunt poſt. Maior probatur. Diſtinctio per aliqualiter intima, eſt aliqualiter diſtinctio: diſtinctio per magis intima eſt maior diſtinctio. ergo diſtinctio per maxime intima eſt maxima diſtinctio. Si enim ſimpliciter ſequitur ad ſimpliciter, & magis ad magis, maximum neceſſario ſequitur ad maximum, &c. I

¶ Secũdo arguit̃ ſic. Perfectiones diuinæ abſtractæ abſtractio- Sco.1.diſt.8.q.1. ne præciſiſſima, ſunt formaliter infinitæ. ergo ſunt idẽ formaliter ex natura rei. Antecedens eſt Sco. in 1. ſent. di. 8. q. 3. in reſponſione ad argumentum principale. Conſequentia probatur ſupponendo ſm duplicem infinitatem in reſponſione ad primum declaranda, dupliciter poſſe intelligi illud antecedens. ſ. de infinitate infra propriam rationem, & de infinitate infra entis latitudinem: tunc ſic. Aut intelligis illud antecedens verificari de infinitate prima, & hoc non, quia nullum prius includit formaliter ſuum poſterius: perfectio autem diuina, puta, ſapientia eſt prior infinitate illa, quia modus eius intrinſecus eſt, &c. Aut intelligitur de ſecunda infinitate, & tũc ſequitur intentũ, quia ſi ſapientia diuina præciſe, & formaliter ſumpta eſt ita infinita, ꝙ ad nullã entis perfectionẽ ſimpliciter eſt formaliter terminata, oportet ꝙ infra ſuæ rationis formalis ambitũ omnem perfectionem ſimpliciter cõtineat, & ꝙ nullam a ratione ſua p K fectionẽ formaliter excludat, & cõſequenter, quod a nulla formaliter diſtinguatur ex natura ſua. ſtatim.n. ꝙ ab alijs perfectionibus diſtingui ponit̃, coartata formaliter infra entis ponit̃ latitudinẽ, quod eſt oppoſitũ antecedentis ſic intellecti. Ponitur enim talẽ & tantam entis perfectionem formaliter importare, ita ꝙ non omnem. v. g. ponitur ꝙ ſapientia formaliter ex natura ſua eam perfectionem ponit, quam enti ſapientia addit, ita quod non eam, quam iuſtitia ſiue bonitas enti addit &c.

¶ Tertio ſic. Perfectiones diuinæ diſtinguũtur formaliter ex natura rei. ergo inter eas eſt relatio realis. Tenet cõſequentia, quia diſtinctio illa cum ſit relatio exiſtens in rerum natura, neceſſe eſt, quod ſit realis, ſicut & quodlibet aliud exiſtens in rerũ natura, reale eſt. Conſequens autem eſt contra Auicen. dicentem, 5. Met. c. 10. quod eiuſdem ad ſeipſum non eſt relatio realis.

Quo ad quintũ pro reſponſione ad primũ, & deſtructionẽ Scoti fundamenti nota, ꝙ aliquid eſſe infinitũ contingit dupliciter. Vno modo ſecundum propriam rationẽ: alio modo, ſecundum quod ens, ſeu ſimpliciter. Illud eſt infinitum ſecundũ propriã F rõnem, quod nullis ſuæ ꝓpriæ latitudinis clauditur terminis, licet ſit ad talẽ entis gradum definitum, ꝙ non omnẽ eſſendi perfectionẽ habeat. Illud vero eſt infinitum ſm quod ens, ſeu ſimpliciter, ꝙ nullis infra totius entis latitudinẽ terminis limitatur, ſed omnẽ habet perfectionem eſſendi. Exemplum in quantitate molis. Quantitas ſi daretur infinita, eſſet ſecundum quantitatis rationẽ infinita. eſſet.n. infinita quantitas, non tamen eſſet ſm eſſe infinita: eſſet nanq; ens finitum & limitatum ad quantitatis genus. Similiter in quantitate virtutis. Albedo ſi eſſet infinita intenſiue eſſet infinita ſm propriam rõnem. eſſet.n. infinita albedo, non tamen eſſet infinitum ens, quia ad ſpeciem eſſet definita. Non parui autem refert qua quis infinitate dicat eſſe aliquid infinitum. Prima.n. infinitas, cum attendatur penes ea, quæ infra rei illius latitudinem ſunt, rationem rei formalem in ea, qua inuenit ſo mali limitatione relinquit, vt patet in exemplis datis. Secunda autem infinitas, quia attendit penes ea, ad quæ totius entis latitudo ſe extendit, rẽ & eius rationem formalem illimitat, & eleuat ad hoc, vt ipſa omnis ſit perfectio in ente poſſibilis, & non magis ſit ipſe, quam quæcunque alia perfectio ſimpliciter, ac per hoc diſtinctionem, & formalem limitationem, qua ab alijs formaliter ex natura rei abſolute ſumpta diſtinguebatur, eam comitari non ſinit.

¶ Ad ꝓpoſitũ ergo deſcendendo dico, ꝙ licet ſapiẽtiæ, & ſapientiæ infinitæ prima infinitate ſit eadẽ oĩno ratio formalis, tamẽ ſapientiæ infinitæ ſecunda infinitate eſt lõge altior rõ formalis. Concludit.n. in ſua rõne formali omnẽ perfectionẽ ſimpliciter & ſic eũ in Deo ſint perfectiones oẽs infinitæ ſecũda infinitate, oportet oium unam eſſe ſimplicẽ rationem formalẽ.

Ad argumentum ſub quacunque forma fiat, reſpondeatur attẽdendo æquiuocationem infinitatis: quoniam, vt dictum eſt, infinitas prima eſt illa, quæ non variat rõnem formalem, & quæ attẽditur penes gradus perfectionales propriæ latitudinis rei, nõ autem ſecunda. Vnde ſi perfectiones diuinæ non eſſent infinitæ, niſi prima infinitate, argumentum concluderet, quia autem habent ſecunda ante omnem actũ intellectus, ideo nihil concludit. Nec obſtat, ꝙ forte infinitas primæ cuiuſcunq; perfectionis ſimpliciter inferat ſecundam. Sufficit.n. ꝙ ratione diſtinguantur, vt aliquid ſecunda fiat, quod non prima. Similiter nõ obſtat, ſi quis perfectiones communiſſimas putaſſe bonitatem, & ſimiles &c. vtranq; infinitatem habere negaret, neſciens in eis imaginari primam, propterea quod propria latitudine careant. Hoc.n. magis noſtro fauet propoſito: quoniam ſi vtranq; infinitatem habent, quod alibi diſcutiendum eſt, diſtinctione ſupra dicta opus eſt: ſi autem ſecundam tantum abſq; diſtinctione aliqua negandũ eſt, eſſe, & eſſe infinitum habere oĩno eãdem rationẽ formalem, & ſic fuit totum Scoticũ ædificium.

¶ Ad ſm loquendo de diſtinctione actuali quacunq; negatur Minor. Et ad eius probationem dr negando niſi aſſumpta. Sufficit n. ad hoc, ꝙ aliqua diſtinguantur intellectione, vt intellectio eſt, & non natura, diſtinctio rationis fundamentaliter inter naturam & intellectionem. Vnde quando di, Quicquid diſtinguitur intellectione, ut omnino indiſtincta eſt a natura, diſtinguitur ẽt natura, diſtingue ly. indiſtincta, actualiter, vel fundamẽtaliter. Et primo modo d e eſſe falſũ, ſcdo modo verũ: ſed tũc negato minorẽ ſubſumẽdã, ſ. Sed intellectio & natura ſũt indiſtinctæ fundamentaliter ante omnem actum intellectus habẽt enim diſtinctionem rõnis fundamentaliter, vt declarauimus.

¶ Ad tertium negatur Minor, licet.n. Deus intueatur perfectiones ſuas ab æterno diſtincte, non tamen ab æterno diſtinctas actualiter. Licet ponere diſtinctionem rationis actualiter cauſari per actum intellectus diuini, non ſit a philoſophia alienũ.

¶ Ad quartum negatur cõſequentia. Sufficit.n. ꝙ obiecta intellectus & uoluntatis prędiſtinguant̃ fundamẽtaliter, nec eſt opus diſtinctione actuali pro tũc ſicut nec intellectus & uolũtas Dei pro tunc diſtinguuntur, niſi fundamentali diſtinctione rõnis.

¶ Ad quintum negatur conſequentia. Synonimeitas cum enim ſit, paſſio nominum, non attenditur penes identitatem rationis formalis rei ſecundum ſe, ſed penes identitatem conceptus formalis, ſeu mentalis. Voces enim ſunt notæ earum quæ ſunt in anima paſſionum vnde cum veritas & bonitas Dei habeant diuerſos conceptus, in nobis non ſunt ſynonima. Ad probationẽ ergo dicit̃, ꝙ licet ſignificant eandem rem formaliter ſecundũ ſe, & ſolum illam ut rem ſignificatam: tamen ſignificent etiã diſtincte conceptus mentales ut rationes ſignificãdi, & hoc deſtruit ſynonimeitatem, ut dictum eſt.

Ad ſextũ dr, ꝙ ex parte rei ſufficit ad oĩa illa diſtinctio rõnis virtualiter, ſeu fundamentaliter cum diſtinctione rationis actuali ex parte noſtri. Loquimur.n. vt concipimus. Formamus autẽ diſtinctos conceptus, quorũ unus ex alio oritur, & de alio non prædicatur, & habet aliquam habitudinem, qua alius nõ habet.

habet. Et ideo demõſtrationes prędicationeſq; formales & idẽticas facimus, negamuſq; de Deo ſub vno conceptu, quod affirmamus de ipſo ſub alio. Implent ergo libros doctores balbutiendo, vt poſſunt, excelſa Dei humano more, reſonãtes ſimpliciſſimam illam rõnem formalem, oẽ quod in Deo eſt formaliter cõplectentẽ, nõ niſi particularibus acceptibus inſpicere, tradereq; potentes, & non propter diſtinctionem, quæ ibi ſit ex natura rei. Aequalitas autem inter perfectiones diuinas ante omnẽ actum intellectus non eſt niſi fundamentalis non exceſſus inter ſa, qui inter eas uirtualiter tantum diſtinctas ſaluatur.

e Secundo modo inuenitur eſſentia in ſubſtantiis creatis intellectualibus, ī quibus eſt aliud eſſe, quam eſſentia ipſorum, quãuis eſſentia ſit ſine materia, vnde eſſe earum non eſt abſolutum, ſed receptum, & ideo limitatum & finitum ad capacitatẽ naturæ recipientis: ſed natura, vel quidditas earum eſt abſoluta nõ recepta in aliqua materia: & ideo dicitur in libro de cauſis, ꝙ intelligentiæ ſunt finitæ ſuperius, & infinitæ inferius. Sunt

¶ Ad ſeptimũ dr, ꝙ qa ante oẽm actũ intellectus nõ inuenitur contradictio formaliter, ſed fundamentaliter tantum, quia alterũ contradictoriũ eſt formaliter negatio, quę non eſt niſi per opus intellectus, ideo ſufficit ꝓ tũc inueniri diſtinctionẽ rõnis fundamẽtaliter, qđ cõcedimus, nec aliud exigit, vt patet de ſe.

¶ Ad vltimum dicitur, quod emanationes diuinę diſtinguũtur & realiter, & formaliter: & licet diſtinctionis formalis earum fundamentum ſit diſtinctio intellectus & uoluntatis, non tamẽ diſtinctionis realis earum: non enim ideo proceſſiones diuinę diſtinguuntur realiter, quia altera eſt ab intellectu, altera a voluntate: ſed quia habens realem oppoſitionem relatiuam, vt Boetius tradit. Falſum ergo aſſumitur, quod diſtinctio perfectionum diuinarum fundet diſtinctionem realem emanationũ diuinarum. Ad fundandam autem diſtinctionem formalem inter eas ſufficit diſtinctio formalis fundamentalis inter intellectum & voluntatẽ: ſicut etiam ipſe proceſſiones diuinę non diſtinguũtur formaliter ex natura rei ſecluſa diſtinctione reali, ſed diſtinctione rationis virtualiter tantum ante omnia opus intellectus, ita ꝙ abſque reali oppoſitione relatiua non magis diſtinguuntur ex natura rei, quam intellectus & uoluntas.

¶ Poteſt aũt breuius ad hoc, & ſimilia argumẽta dici, ꝙ in diuinis eſt ante oẽm actũ intellectus diſtinctio formalis nõ formaliter, ſed virtualiter. i. eminẽter: i. eiẽs hoc modo: qa qđlibet diuinũ ꝓpria exequit, ac ſi eſſet diſtinctũ formaliter ab aliis. Intellectus n. ita intelligit & nõ vult, & volũtas ita vult, & nõ intelligit, ac ſi eſſet diſtinctio formalis formaliter inter intellectũ & volũtatẽ, & ſic de aliis. Fundatur aũt talis modus habẽdi diſtinctionẽ formalem ſupra deitatis eminentẽ vnitatem formalem formaliter, & ſufficit ad oĩa ſaluanda, q̃ per diſtinctionẽ formalẽ formaliter ſaluãda inducuntur, quia illi eminẽter æquiualet.

e ¶ In hac ſecunda parte capituli huius de eſſentia ſubſtãtiarũ intellectualium creatarum, quę in ſecundo ordine collocãtur, quatuor propoſitiones colligi: Prima eſt, In ſubſtantijs intellectualibus creatis eſſe, eſt aliud ab eſſentia Secunda, In eis non inuenitur materia Tertia, Eſſe earum eſt finitum, eſſentia autẽ infinita Quarta, Nulla earum multiplicabilis eſt numeraliter, niſi vltima, anima ſcilicet, humana Prima, & ſecunda, tanquam declaratis omiſſis, tertiam explanat ratione & authoritate.

AD RATIONIS autem euidentiam eſt notandum, quod actus finitur per potentiam, in qua recipitur, & potentia finitur per actum, quem recipit, diuerſimode tamen. quod enim eſt in potentia, nõ eſt determinatum, ſed determinabile per actũ, ad quem eſt in potentia: cum autem ipſum recepit, ab eo formaliter finitur Similiter actus ſecundum eſſentiam ſuam receptibilis eſt in hoc, vel illo, & conſequenter determinabilis ad hoc, vel illud ſubiectum. Cum vero receptus eſt in hoc, iam non remanet in eo amplitudo & indefinitio ad hoc, vel illud: eſt .n. ad hoc determinatus. Eſt ergo duplex finitas & duplex infinitas, altera ſcilicet ex parte actus altera ex parte potentiæ. Sed Infinitas ex parte potentię imperfectionem ſonat, cum ſit per carentiam actus potentiam finientis. Infinitas autem actus perfectionem maximã dicit, cum ſit per carentiam potentiæ actum finientis In cuius ſignũ, formæ ſecundum rem nõ receptæ in aliquo lõge perfectiores ſunt formis receptis vt patet. Cũ ergo eſſe ſubſtantiarũ intellectualium ſit receptũ in earũ eſſentia, conſequens eſt, ꝙ ſit finitum eo modo, quo actus finiẽ per potentiam. Vnde & contractum & limitatum eſt ad genus ſui receptiui, naturæ ſcilicet, cuius eſt. Quia vero eſſentia earũ non eſt recepta in aliquo, cum ſit forma nõ recepta in materia, conſequens quoque eſt, quod ſit infinita infinitate ſe tenente ex parte actus: nõ eſt .n. determinata ad capacitatem alicuius materiæ ipſam recipientis, ſicut ſunt formæ rerum materialium.

q. contra Gen. c. li. q. ... ¶ His prælibatis, formatur ratio ſic. Id cuius eſſe eſt receptum, forma autem irrecepta, habet eſſe finitũ, eſſentiam autem infinitam: intelligentiæ ſunt huiuſmodi. ergo. Et nota, ꝙ in ratione hac ſermo eſt ſemper tam de finitate, quã de infinitate ſe tenente ex parte actus. tali enim finitate eſſe intelligentiarum finitum eſt. & tali infinitate earum eſſentia eſt infinita. Si enim loqui volumus de finitate ſe tenente ex parte potentiæ, earum eſſentia finita inuenitur, eo quod potentia in eis eſt determinata per actum eſſendi.

¶ Confirmatur autẽ hoc authoritate libri de Cauſis, vbi dicitur, quod intelligẽtiæ ſunt finitæ ſuperius, & infinitæ inferius: quia eſſe earum quod eſt ſupremum in eis, eſt receptum: eſſentia vero, quod infimum eſt, non eſt recepta: & quia eſſentia earum, ut reſpicit id quod eſt ſupra ſe formaliter, ipſum ſcilicet, actum eſſendi, eſt finita recipiendo ipſum, ut autem reſpicit id quod eſt, infra ſe, materiam ſcilicet, eſt infinita, utpote non recepta in ipſa &c.

ADVERTE Hoc ad multorum ſupradictorum intelligentiã, & ut euites errorem eorum, qui horum fundamentum non intelligentes, dicunt, quod Dei eſſe ideo eſt infinitum ſimpliciter, vt ſupra diximus, quia in nullo receptum eſt, cum eſſentia tam ſubſtantiarum immaterialium, quam compoſitarũ in nullo penitus recepta ſit, erit infinita ſimpliciter, quod eſt ridiculum: vnde ex irreceptione infinitatem arguere, valde leue videtur.

a Scito igitur, poſitionem hanc fundari ſuper hac ꝓpoſitione. Omnis res ſm ſuum ordinem receptibilis in alio, realiter irrecepta eſt infinita infinitate oppoſita finitati, quã res ſui ordinis recepta contrahit. Dixi, ſecundum ſuum ordinem receptibilis in alio ꝓp compoſita & materiã, quæ in tota ſua latitudine irreceptibilia ſunt. Dixi, eſt infinita infinitate oppoſita &c. quia ſicut nõ quodlibet receptibile eſt in quolibet, ſed quilibet actus hẽt propriũ receptiuũ, vt habetur in ſecundo de Anima text. Com. 24 & 26. ita nõ ex qualibet receptione ſequitur quęlibet finitas, ſed determinata ex determinata, & per oppoſitũ ex tali irreceptione talis infinitas oppoſita, ſcilicet finitati, quam, ſi recepta eſſet res illa contraheret. Verbi gratia, albedo cum ſit receptibilis in ſubiecto, ſi ponatur irrecepta, erit infinita nõ quacunq; infinitate ſed ea, quæ opponitur finitati, quã in ſubiecto hẽt. In propoſito ergo, iã aſſe, q̃ forma ſm ſuũ ordinẽ receptibilis rõnem habet, neutri. n. recipi repugnat: ſed in alio & alio receptiuo: receptiuum. n. proprium ipſius eſſe eſt, quidditas, ſeu ſuppoſitum: formæ vero eſt materia. Et ideo ſicut alterius rõnis eſt receptio formæ in materia receptione eſſe in eſſentia, ut ſupra oſtendimus: ita alterius rationis eſt finitas formæ per materiam a finitate eſſe per eſſentiam, licet conueniant in hoc, quod vtraque eſt per modum, quo actus finitur per potentiam: & ſimiliter diuerſarum rationum oportet eſſe infinitatem, quã forma ſortitur ex hoc, ꝙ eſt irrecepta in materia, & infinitatẽ quã eſſe ſortitur ex hoc, quod in quidditate nulla eſt receptũ. Forma nanque ex hoc, ꝙ recepta in materia, infra ipſam clauditur amplitudinem ſuam, qua ad hoc, vel illud particulare indefinita, amittit: & ideo ex hoc, ꝙ ſeparata a materia eſt, nõ aliter eſt infinita, niſi quia ad nullius materię capacitatem coarctata eius terminis caret. Eſſe autem, quia ex hoc quod recipitur in aliqua quidditate, ad illius genus & ſpeciem coarctatur, ſi irreceptum ponatur, ad nullum genus diffinitum erit & conſequenter cuiuslibet generis terminis carens ſimpliciter infinitum. T. 26.24 & 26.

¶ Habes ergo dubii ſolutionem ex hoc, ꝙ non dicimus omne irreceptum infinitum, ſed rem ſm ſuum ordinem receptibilem irreceptam, & ex hoc, ꝙ non dicimus omnem rem ſm ſuum ordinem receptibilem irreceptam eſse eodem mõ infinitũ, ſed diuerſimode. Ex primo enim patet, quod ſubſtantia cõpoſita nullam infinitatem ex ſua irreceptione habet. ex ſecundo vero ꝙ eſt. nua intelligentiæ, quæ clauditur in ordine formæ, cũ ſit pura forma ſeparata a materia & non ſit ipſum eſse, ex ſua irreceptione in materia eſt infinita, ſed non ſimpliciter &c. & ꝙ eſse diuinũ quod ſub ipſius eſse ordine concluditur, ex ſua irreceptione in quidditate, ſeu eſsentia eſt infinitũ ſimpliciter.

HABES & hinc, vnde Scotiſtarum. & Scoti, eorũ iudicio, peccatum deprehendas in 1. Sent. diſt. 2. q. 2. vbi ab eis imponitur S. Thom. ratio vltimo ibi inducta ad concludendam Dei infinitatem, quæ eſt talis Forma finitur per materiam. ergo forma, quæ non eſt nata eſse in materia eſt infinita. Iam enim noſti, qualem infinitatem ratio hæc concludat, & quod infinitas Dei aliiores negat terminos ſecundum S. Thomam.

¶ Vnde aduertas triplex ibi peccatũ. Primũ eſt, ꝙ rõ prædicta ad concludendam infinitatem ſimpliciter aſſumpta a nobis dicitur, cum apud nos non concludat niſi infinitatẽ ſm quid. Secũdũ eſt, ꝙ ratio prædicta ſecundũ fallaciam conſequentis ſophiſma aſſeritur, quia forma prius natura eſt finita in ſe, q̃ finiatur per materiã, ſicut illud tertii P. yſi. Corpus finitur ad aliud cor- T.4.30

pus. ergo ſi nō eſt finita ad aliud corpus, eſt infinitū. Manifeſte enim patet error, quia cū dicitur: Forma finitur per materiā, ly per, denotat cauſam præciſam finitatis ſcilicet quid ſupradictę. Non.n. forma ſecundō ſe eſt tali mō finita, cum ſm ſe ſit indeterminata ad hanc, vel illā materiā. & iō bene ſequitur, ergo forma, quæ nō eſt nata recedit in materia, eſt infinita ſm quid. Si.n. affirmatio eſt cā ſpecialis affirmationis, negatio erit cā negationis. Nō eſt autem talis pceſſus 3. Phyſic. quia corpus non finitur per aliud corpus cauſaliter, & ſpecifice. Tertiū eſt, q̄ io ficiari conatur aliud ſupradictum. ſcilicet, q̄ eſſentia intelligentiæ eſt finita ſuperius per ſuum eſſe. Contra, inquit, Eſſe eſt poſterius eſſentia, & accidens eius, apud uos ergo eſſe intelligentiæ in primo naturæ videtur infinita intenſiue, & conſequenter non finibilis per eſſe in ſecundo ſigno.

enim finitę quantū ad eſſe ſuum, qđ à ſuperiori recipiunt: non tamen finiuntur inferius, quia earū formæ non limitantur ad capacitatem alicuius materię recipientis eas: & in talibus ſubſtantiis non inuenitur multitudo indiuiduorum in una ſpecie, ut di-

¶ Ad hoc ſiquidem dr̃, quod licet eſſe ſit poſterius eſſentia ordine generationis, & accidens eius, ideſt, extra conceptum formalem: tamen eſſentia in illo priori eſt finita ſimpliciter, & per hoc q̄ eſt receptiua ipſius eſſe, & non eſt ipſum ſuum eſſe &c. ſicut.n. per hoc, q̄ eſſentia eſt ipſum eſſe, eſt infinita ſimpliciter, ut patet in Deo ea diſtincta per hoc, quod eſſentia non eſt ſuum eſſe, non eſt infinita ſimpliciter iuxta maximam illam. Si affirmatio eſt cā affirmationis &c. Quia ergo in omni priori eſſentia intelligentiæ eſt fundamentaliter receptibilis ipſius eſſe, & ab hoc abſtrahi non poteſt, licet non in omni priori habeat illud, ſequitur q̄ ſit ſimpliciter finita per ſuum eſſe .i. per hoc non eſt ſuū eſſe, ſed illa actuabilis, uel actuata eſt &c. Sic.n. intelligitur cum dicitur, q̄ eſſentia intelligentiæ finitū per ſuum eſſe. Quarta propoſitio quō ad primam partē ſuperius diſcuſſa relinquatur. Quo ad ſecūdā uero, q. ſ. anima intellectiua, quæ eſt vltima inter ſubſtātias intellectuales, ſit multiplicata numeraliter, eget magna conſideratione. In textu aūt aſſignatur pro cauſa huius, unio ad corpus. Omnis.n. forma ſic vnita corpori, q̄ dat ei eſſe, formaliter, neceſſario multiplicatur ſecundū multiplicationē illius, alioquin plura corpora haberent idē eſſe numero. Ab vno.n. forma non prouenit, niſi unū numero eſſe ſubſtāriale. & merito ex vnione ad corpus anima multiplicari numeraliter dr̃. q: diſtinctio numeraliter, cū nō ſit formalis, oportet q̄ ſit ſecundum quantitatē, vt ſupra declaratū fuit: ſecundū quantitatem aūt eſſe nō poſſet talis diſtinctio in anima, ſi forma non eſſet rei quantæ, ut intelligentiæ oſtendunt. Efficax ergo ratio ad concludendā pluralitatē numeralem animarum, eſt I coniunctio ipſius animę ad corpus numeraliter multiplicatum.

f ¶ Hic obiectio quædam cōtra quartā propoſitionē excludit, quæ talis eſt. Forma multiplicata ad multiplicationē corporis deſtructis corporibus, non remanet in ſua multitudine: anima humana eſt multiplicata ad multiplicationē corporis. ergo non poſſunt remanere multæ animæ humanæ deſtructis corporibus &c. Proceſſus bonus: cōcluſio aūt falſa eſt. ergo altera præmiſſarum: non Maior, ut probatur. ergo Minor, quę fuit quarta propoſitio. Maior probatur ex eo, quod remota cauſa, remouetur effectus. Si ergo cauſa multitudinis animarum eſt ipſa multitudo corporum, remota multitudine corporum, remouebitur etiam multitudo animarum. Excluditur autem hæc obiectio in litera, declarando formas dupliciter plurificari ad plurificationem corporum, ſcilicet cum dependentia a materia, & ſine dependentia ab illa. & primæ quidem deſtruuntur deſtructis corporibus ſecundæ vero remanent, eo quod non niſi occaſionaliter earum indiuiduatio a corporibus eſt: de harum autem K numero eſt anima intellectiua.

AD horum euidentiam nota primo, q̄ idē eſt iudicium de eſſe, & vnitate, & multitudine rei quo ad depēdentiā, & independentiam, ita. quod cuius eſſe a materia non dependet, nec eius unitas, nec multitudo a materia dependet. Cuius autē eſſe a materia dependet, tam unitas, quām pluralitas eius etiam ab illa dependens eſt. unum enim, & multa, entis paſſiones ſunt.

NOTA Secundo, q̄ formę ſunt in triplici differentia. Quædam ſunt in materia, & educuntur de potentia materiæ, ut formæ materiales. Quædam ſunt in materia, ſed non educuntur de potentia materiæ, ut anima intellectiua, quæ uenit deforis. Quædā nec ſunt in materia, nec educūtur de potētia materiæ, ut formæ ſeparatæ a materia, intelligentiæ ſcilicet. Non poteſt autem dari quartum genus earum, quæ ęducantur de potentia materiæ, & non ſiant in materia, quia implicat, ut de ſe patet.

a. de Gene. cap. 1.

¶ Et illæ quidē, quę nec ęducūtur de potētia materiæ, nec ſunt in ea, omnino independentes, & ſeparatę ſunt a materia, & immultiplicabiles numeraliter, vt ſupra pbatū fuit. Primę uero, & ſecundæ,

e. 1. q. 9. ed. mnium in ſe ſe.

G actꝰ, nō tñ oportet ut deſtructo

F cundæ, quia conueniunt in hoc, q̄ ſiunt in materia. habent & hoc cōe q̄ oportet vtraſque eſſe coaptatas, & proportionatas ſuis receptiuis materiis, in quibus ſiunt. Proprios.n. actus oportet in propriis ſieri materiis, vt dr̃ 2. de anima tex. cō. 24. & 26. T. c. 24. & 26. Forma namq; leonis debet eſſe cōmenſurata corpori leonino, ita q̄ non equino, & huius leonis forma oportet ſit cōmenſurata huic corpori leonino, ita q̄ non illi, &c. Et ex hoc conſequenter conueniunt ita in hoc, quòd vtraſque oportet ſimul multiplicari in propriis corporibꝰ. Quæcunq;.n. oportet eſſe inuicem coaptata & proportionata ſimul, recipiunt multitudinem & unitatem, ut patet in diſcurrendo in ſingulis. Semper.n. multiplicationem formarum in una ſpecie comitatur multiplicatio corporum in illa met ſpecie, & econuerſo, aliter uel una forma eſſet in diuerſis materiis, uel diuerſæ materiæ ſub una forma, quorum utrunque eſt impoſſibile. Ex eo q̄ primæ formæ educuntur de potentia materiæ & non ſecundæ, differūt inter ſe in hoc, q̄ primæ habent eſſe dependens a materia, ſicut a cauſa materiali earum eſſe cauſante & ſubſtentante. ſecundæ autem habent eſſe excedens totam materiæ capacitatem, & in dependens ab ea, utpote non cauſante ex illa. Et ex hoc conſequenter differunt ſecundo, q̄ primarum tam unitas quam multitudo a materia dependens eſt, ſicut & eſſe. & ideo H ſicut deſtructis corporibus ipſæ deſtruuntur, ita unitas & pluralitas earum. Secundarum vero tam vnitas, q̄ multitudo independēs eſt a materia, ſicut & eſſe: & iō ſicut deſtructis corporibus, earum eſſe remanet, ita vnitas & pluralitas. Et hoc eſt quod hic intendit S. Tho. dicens indiuiduationem animæ .i. vnitatem eius. Et ſimiliter intelligendum eſt de pluralitate occaſionaliter ex corpore dependere. Dependet.n. hoc modo: quia fit in corpore, non aūt ita, q̄ educatur de potētia corporalis materiæ. & hoc eſt quod ſubdit, quia non acquirit illud niſi in corpore. & rōnem addit: quia cū habet eſſe abſolutum, independens a corpore, corrupto corpore, abſque illo remanere pōt. & ideo Auic. dicit indiuiduationem aīæ ex corpore in ſui initio dependere, non aūt in fine, quia. ſ. non fit niſi in corpore. Pōt aūt eſſe, & de facto eſt poſt mortem ſine corpore, & ſic ſoluta eſt obiectio facta, quia Maior eſt falſa de ſecundo ordine formarum, qualis eſt anima humana.

ctum eſt, niſi in anima humana propter corpus, cui unitur.

f Et licet indiuiduatio eius ex corpore occaſionaliter dependeat, quātū ad ſui inchoationē, quia nō acquirit ſibi eſſe indiuiduatū, niſi in corpore cuius eſt

¶ Ad probationem eius iam patet quid dicendum: quia corporum multiplicatio non eſt propriè cauſa, ſed occaſio, & nō niſi I in fieri multitudinis animarum: ceſſante autem cauſa in fieri non ceſſat effectus, quo ad eſſe.

QVAESTIO XIII.

HIc circa indiuiduationē animæ intellectiuæ, per quod. ſ. indiuiduetur, dubitatur. In hac q̄ōne facienda ſunt tria: Primo recitabitur opinio Scoti: ſecundo declarabitur opinio S. Tho. tertio reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

Quo ad primum Sco. in 2. ſen. diſt. 3. q. vlt. & in quolib. q. 2. ſequens poſitionem ſuam de hecchetatibus tenet animā, ſua propria hecchetate indiuiduari: arguitque ſic contra S. Th. Eo primo, quo aliquid eſt in actu extra cauſam & intellectū, eo primo eſt hoc: ſed anima, ſicut & qualibet entitas præcipue abſoluta ſeipſa, primo eſt in actu extra cauſam & intellectū, ergo anima ſeipſa, primo eſt hæc. Maior probatur, quia uniuerſalitas, ſiue eſſe non hoc, non conuenit rei niſi in intellectu. K Minor patet ex eo, quod res ſeipſa primo recedit a non eſſe.

Sco. d. 3. q. 7. in c. q. quolib. q. 2.

¶ Præterea Omnis diſtinctio formalis, ſeu non p materiā, eſt ſpecifica: ſed animæ intellectiuæ diſtinguuntur formaliter, ſeu non p materiā. ergo diſtinguuntur ſpecifice. Concluſio eſt falſa: ergo altera præmiſſa. non Minor. quia aīæ intellectiuæ ſeparatæ carent materia ergo Maior, q̄ eſt fundamentū poſitionis ſuæ. Quod ſi dicas, q̄ aīæ hñt inclinationes ad diuerſa corpora, & p has diſtinguuntur. Contra. Aīa prius natura eſt terminus creationis, qui ut talis formaliter eſt hoc, q̄ vniat materiæ. ergo prius natura aīa eſt hæc, q̄ vniatur materiæ. ergo aīa indiuiduatur, & non per vnionem ad corpus. Antecedens probatur ſic. Prius eſt qđ pōt eſſe ſine alio. & aliud nō ſine illo, ex 5. Meta. tex. com. 16. anima non ſolum ſm eſſentiam, ſed etiā ſm exiſtentiam poteſt eſſe ſine vnione ad materiam, non autem abſq; hoc ſit terminus creationis, & hæc. ergo aīa eſt prius natura terminus creationis, & hęc, quam ſit in materia.

¶ Si dicatur q̄ anima nō eſt hæc per actualem vnionē, ſeu exiſtentiā in materia. ſed p aptitudinē eſſendi in illa, contra. hoc nō euadit difficultatē: q: natura abſoluta ē prius materia ipſa

ſua

ſua aptitudine: quia enim anima eſt hæc, ideo habet hanc aptitudinem ad hoc, & illi repugnat &c. vt arguatur ſic. Quod conuenit vni, & repugnat alteri euiſdem ſpeciei, non conuenit per ſe huic, ſecundum id quod commune eſt iſtis, vel ſaltem præexigit eorum neceſſario diſtinctionem, ſcilicet huius ab illo: ſed hæc aptitudo cõuenit huic animæ, & repugnat illi: ergo neceſſario præexigit diſtinctioné huius ab illa, igitur non indiuiduantur aptitudinibus.

corpore, indiuiduatio pereat, quia eũ habeat eſſe abſolutũ, ex quo acquiſitũ eſt ſibi eſſe indiuiduatũ, ex hoc, quod facta eſt forma huius corporis, illud eſſe ſemper remanet indiuiduatũ, & ideo dicit Auicẽna, quod indiuiduatio aïarũ, & multiplicatio depẽdet ex corpore, quantum ad ſui principiũ, ſed non quantum ad ſui finem.

¶ Confirmatur. Ratio aptitudinis formaliter loquendo, non eſt ad ſe, nec eſt ratio entis in actu: ergo non poteſt eſſe in indiuiduatiuum principium animæ. Antecedens probatur pro prima parte, quia ſi eſſet ad ſe, poſſet intelligi non ad aliud, vt ad terminum, quod eſt falſum. Pro ſecunda quoque parte, probatur, quia quod neceſſario exigit aliquid non exiſtens ipſum eſt nõ exiſtens in actu: aptitudo autem eſt ad terminum non exiſtentem, ergo eius ratio, non eſt ratio entis in actu. Conſequentia patet, quia diſtinctio relatiua præſupponit diſtinctionem abſolutam: quia enim anima eſt hæc, ideo habet hanc aptitudiné, & non econtra. & quia hæc anima eſt ſingularis ſingularitate actuali, ſiue in actu, non eſt hæc aptitudine ad hoc corpus. Hęc ſunt quæ iſti in hac re ſentiunt.

NOS autem peripatetica fundamenta ſequentes animam indiuiduari commenſuratione ſubſtantiali ad corpus dicimus, & hanc animam, & illam diſtingui commenſurationibus ſuis ad hoc, & illud corpus. Probationes autem huius, ſupra adductæ fuerunt, cum deductum fuit, diſtinctionem numeralem non niſi a quantitate originari poſſe. Vnde nunc ſufficiet declarare, quomodo ſit hoc, quod dicimus. Commenſuratio dupliciter ſumitur. Vno modo pro relatione commenſurationis: alio modo, pro ipſa ſubſtantiali coaptatione rei primo modo, commẽſuratio eſt res reſpectiua eſſentialiter, & in genere relationis: ſecundo modo, eſt res abſoluta, & de prædicamento rei commenſuratæ. eſt enim idem eſſentialiter quod ipſa, ſed differens ab ipſa ſola ratione. & ſimiliter dico de inclinatione, aptitudine, coaptatione, ſigillatione, & ſimilibus, quæ ad exprimendum propoſitum aſſumuntur.

¶ Abſolutum quoque pro nũc, ſumitur dupliciter. Vno modo a termino, & ſic dicimus ſubſtãtiã quantitatẽ & qualitatẽ eſſe entia abſoluta. Alio modo a receptiuo, ſeu ſubiecto & ſic nullum prædicamẽtorũ accidentiũ eſt abſolutũ. ſunt.n. eſſentialiter receptibilia in ſubſtãtia. Cũ ergo dr̃, quod aïæ ſuis cõmenſurationibus indiuiduantur, intelligendũ eſt cõmenſurationibus ſubſtãtialibus, quæ ſunt res abſolutæ a terminis & ſi non a receptiuis, & non cõmenſurationibus, quæ ſunt relationes &c. Sicut namque de eſſentia aïæ in cõi eſt, quod eſſentialiter ſit proportionata corpori phyſico organico, quod in eius diffinitione ponitur: ita de eſſentia aïæ humanæ eſt, commenſurari corpori humano. eſt namque ita perfectiua corporis humani, quod nõ bouini. ſic quoque de eſſentia huius aïę, eſt cõmenſuratio ad hoc corpus: & ſic cõmenſuratio ad corpus humanũ, non ſequitur aïam iam humanam. ſed conſtituit ipſam humanã. Per hoc.n. primo differt aïa hominis ab aïa bouis, quia illa eſt proprius actus corporis humani, illa uero bouini. Conſtat autẽ, quod idẽ eſt eſſe actũ propriũ corporis humani, & eſſe ſubſtãtialẽ ſubſtantialiter cõmenſuratã perfectioni eius. Ita ſubſtantialis cõmẽſuratio huius aïę ad hoc corpus, nõ ſequitur aïam hanc, ſed conſtituit ipſam hãc. eſt n. hęc aïa ſubſtantialiter proprius actus huius corporis: vnde hæc aïa ab illo primo differt, quia illa eſt proprius actus huius corporis, illa uero proprius actus alterius. & hoc eſt quod S. Th. in 2. cõ. Gen c. 81. tradit, & in quęſtionibus de aïa, & ubicũque de hac re loquitur. Eſt aũt cõueniẽs propoſito iſta principiis Ari. docet.n. in primo libro de Partibus animaliũ, quod propriæ differentię alicuius diuiſi debẽt eſſe per ſe diſtinguentes illud in eo quod tale. verbi gratia, propriæ differentię animalis non debent eſſe albũ & nigrũ, quæ nõ diuidunt animal in eo, quod animal. Stat.n. idẽtitas animalis, cũ illarũ diuerſitate, nec debẽt eſſe nauigatiuũ & uolatiuũ, quia nõ diuerſificant hæc per ſe naturã ſenſitiuã, ſed debẽt eſſe tale ſẽſitiuũ, vel tale animal.n. in eo quod animal, cum ſenſitiuo cõ it, nõ diuerſificatur per ſe, niſi per differẽtias ſentiendi. Vnde cũ aïa in eo quod talis, eſſentialiter ſit actus corporis phyſici proprium differentijs diuidit per hoc, quod actus talis corporis, vel talis, & iterũ actus talis corporis, puta, humani proprijs differentijs diuiditur (materialibus tñ) per hoc, quod eſt huius corporis, vel illius. Indiuiduantur ergo ipſæ animæ cõmẽſurationibus ſubſtãtialibus nõ abſolutis a receptiuis, ſicut & ipſæ animæ eſſentialiter ſunt nõ abſolutæ a perfectibilibus corporibus earũ receptiuis. Et nõ cõſiderare hoc, eſt cã erroris eorũ, qui de oĩbus volũt eodẽ mõ iudicare, vt ſunt Scotiſtę, quibus dũ nõ cõſiderãt proprias rerũ naturas, & res, ſuis cõ-

ut contra Gen. c. 81. q. 5. ad 15.

A ceptibus adæquare volunt, accidit vt de omnium indiuiduatione eandem proferant ſententiam, & in eorum numero ſint, de quibus dicitur ſecũdo Metaph. tex. cum. 8. quod quærunt vſquequo non habeant contradicere ſibiipſis.

HIS Viſis, ad ſolutionem argumentorum procedendum eſt.

¶ Ad primũ dr̃, quod falſa eſt Maior licet enim quælibet res poſita extra intellectũ & cãm ſit hęc, nõ tñ eodẽ primo eſt, & hęc. Eſt n. ipſa eſſe primo. Hęc aũt hecheitate primo, multa .n. inſeparabiliter ſeſe comitantur, quæ non eodẽ principio habentur primo ſicut quodlibet ens aliud a Deo extra intellectũ & cauſam eſt, & eſt dependens, non tamen eodem primo eſt, & dependet. Minor quoque eſt falſa, res enim non ſeipſa primo, ſed per exiſtentiã actualem diſtin-
B ctã realiter a ſe extra nihil ponitur, ut ſupra declaratũ ſuit, &c.

¶ Ad ſecundum negatur Minor. Duæ.n. animæ humanæ ſeparatæ non diſtinguuntur formaliter, ſeu per materiam, licet ſint puræ formæ a materia abſtractæ. Aliud.n. eſt dicere, omnis diſtinctio formalis eſt ſpecifica. aliud, omnis diſtinctio formarũ. Diſtinctio.n. formalis, cum ſit illa, quæ ex principijs diffinitiuis conſtat, ſpecifica eſt. Quæcunque.n. habent diuerſas diffinitiones ſpecifice differunt, cum ſaltem differentias vltimas habeãt non eaſdem, quarum diuerſitas ſufficit ad diuerſitatẽ ſpecificã: ſed talis non eſt inter animã Sortis & Platonis, habent ſiquidẽ eandem diffinitionem. Diſtinctio autem formarum, cum ſit, vbicunque inter formas diuiſio accidat in duabus animabus ſeparatis, id eſt, inuenitur ex hoc quod diuerſis corporibus coaptatę ſunt. Vnde non eſt ſimilis ratio de eis, & de alijs ſubſtantijs ſeparatis, quæ corporibus vnibiles non ſunt. Et ſic reſponſio ibi data, eſt bona, ſi ſane intelligatur modo, ſcilicet expoſito, quod
C animæ inclinationibus ſubſtantialibus ad diuerſa diſtinguũtur.

¶ Ad illud quod primo obijcimr contra, dr̃, quod non concludit intentũ. Concludit enim ergo anima prius natura eſt hęc, quàm habeat actualem vnionem ad corpus, cũ debeat cõcludere ergo anima prius natura eſt hæc, quàm ſic coaptata, ſeu inclinata ad hoc corpus. Non.n. dicimus animam indiuiduari formaliter per actualem vnionem ad corpus, ſed per coaptationem ſubſtantialem ad hoc corpus, quàm prius natura debere animæ quàm ipſam actualem vnionem, patet ex eo, quod omnia hic per ſe terminat creationem, & non anima hoc exiſtens, & ex eo quod ineſſe præſupponit eſſe autem particulari tam immediatior eſt, quàm eſſe. Vnde reſponſio ibi recitata eſt bona, cum grano tamen ſalis. Dicimus enim animas indiuiduari per aptitudinem ſubſtantialem, ſeu commenſurationem formaliter: per vnionem vero actualem ad corpus conditionaliter, id eſt, tanquàm per conditionem ſine qua non, & quia prius natura ineſt rei ratio formalis, quàm conditio ſine qua non, ideo &c.

D Ad argumẽtũ cõtra hoc, patet reſpõſio ex dictis. Aſſumit.n. hoc falſum. ſ. quod natura huius animę ſit prior aptitudine ſua ſubſtãtiali. Vnde Maior argumẽti ibi formati pro ſecunda parte diſtinctionis, eſt falſa. ſ. quod quodlibet conueniẽs vni & repugnans alteri euiſdem ſpeciei præexigat diſtinctionem ipſorum. Stat.n. quod nõ præexigat, ſed faciet diſtinctioné ipſorũ, ſicut quod conuenit vni ſpeciei, & repugnat alteri eiuſdẽ generis, non opus eſt, quod præexigat illarũ ſpecierum diſtinctionem, ſed ſtat quod faciat earum diſtinctioné. Verbi gratia, rationale cõuenit homini, & repugnat leoni, & irrationale cõuenit leoni & repugnat homini, & tñ rõnale & irrationale nõ præexigunt diſtinctioné hominis & leonis, ſed faciũt. Vñ ſubſumas ſub illa Maiore, Sed hęccheitas animæ Sortis cõuenit ſibi, & repugnat aïæ Pl. ergo hęccheitates ſupponunt ipſas diſtinctas & ſic ſuadebis Scotiſtam argumenti ſui.

Ad cõfirmationem cum dr̃, Rõ aptitudinis nõ eſt ad ſe, dico quod rõ aptitudinis ſubſtantialis, de qua loquimur, eſt ad aliud, ſed
E non vt ad terminũ, ſed ut receptiuum. Probatio autem contra hoc nihil facit: concedo enim quod poteſt intelligi non ad aliud, vt ad terminum, non autem non ad aliud, vt receptiuum ſicut quantitas, & qualitas abſolutæ ſunt a termino, & nõ a ſubiecto.

Ad id, quod ſecũdo loco in antecedente ponitur. ſ. quod rõ aptitudinis nõ eſt ratio entis in actu, dico primo, quod falſum eſt. Aptitudo.n. ad ridẽdum. ſ. riſibilitas habet rationem in actu primo, licet potentiã ad actũ ſm̃. Probationis vero vtraque propoſitio eſt falſa, & Maior quidẽ. ſ. Quod neceſſario exigit aliquid non exiſtens, ipſum eſt non exiſtens in actu: quælibet.n. potẽtia actiua in actu primo tantũ exigit operationẽ ſuam non exiſtere, & tñ ipſa eſt exiſtens in actu. Minor vero, quia aptitudo ſubſtantialis aïæ ad corpus nõ excludit corpus. ſed cõpoſitiõ ea cõtrarius eſt, quæ facit aptitudinem animæ eſſe abſque actuali vnione.

¶ Dico ſecũdo, quod æquiuocamus de aptitudine. Aptitudo.n. illa, quam in anima intelligimus, non eſt niſi cõmenſuratio, ſeu ſubſtantialis ſigillatio ipſius animæ ad hoc corpus, quã conſtat eſ-

S.Tho. de Ente & eſſen.

ſe in actu, & dũ eſt corpori unita, & dũ eſt ſeparata ab eo, ſicut F in exẽplo ſupra poſito de cera liquet. Argumentum aũt proce- dit, ac ſi aptitudo illa eſſet quid potentiale, expectans aliquid qđ reducat ipſam in actu &c. Ad conſequentiã patet quid dicẽ- dũ ſit, quia nõ eſt talis diſtinctio relatiua, ſed abſoluta relatiue ad receptiuum &c.

e.5.par.3. g ¶ In hac tertia parte capituli huius, declaraturus S. Thom. quomodo quidditates ſubſtãtiarum ſeparatarum ſe habeant ad intẽtiones logicas. ſ. genus, ſpeciem, & differentiã &c. quatuor notatis ſe abſoluit, excludendo poſt duas obiectiones. Proponit ergo primo concluſionem talẽ. Intelligentiæ ſunt in prædicamento. probatq; eam ſic. Omne id, in quo differt eſſe ab eſſentia, eſt in prædicamento: intelligẽtiæ G ſunt huiuſmodi. ergo &c. Minor ſupra probata eſt. Maior uero probari poteſt ſic. Omne habens eſſe limitatum, eſt in genere. ſi enim limitatum eſſe habet, ad aliquod genus definitũ eſt. Qđ enim ad nullum genus definitum eſt, ac per ſe ſubſiſtit, unde, aut quomodo eſſe limitatum habet? Omne aũt ens, in quo eſſe diſtinguitur a ſua eſſentia, habet eſſe limitatum, ut ſupra declaratum fuit. ergo omne tale eſt in prædicamento. Ex quo corollarie concluditur, q̃ habent genus, ſpeciem & differentiam. Addit autem, Quamuis occultæ ſint nobis earum differentiæ: & vt reſponderet dubitationi, qua quis dicere poſſet, Quomodo ſcis in eis eſſe differentias, ſi illas ignoramus? ſtat. n. ſcire de eis quæſtionem, an eſt, & ignorare quæſtionem, quid eſt, nouimus inquam differentiam eſſe in illis, ſed quæ ſint illæ, latet. latẽt autem intelligentiarum differentiæ ſm ſe, quia cõe eſt omnibus ſubſtantiis habere occultas differentias proprias ſm ſe, H & in hoc conueniunt cum ſubſtantiis inferioribus. Latent ẽt ſecundum accidentales proprietates, quæ ſunt earum paſſiones: quia excedunt facultatem naturalem intellectus humani, qui ſe habet ad manifeſtiſſima in natura, ſicut oculos noctuę ad lumẽ Solis. & in hoc differunt a ſenſibilibus ſubſtantiis, quarũ proprię differẽtiæ nominibus ſuarũ proprietatũ ſignificantur, ſicut cauſæ nominibus ſuorũ effectuũ: unde omnino immanifeſtæ ſunt nobis intelligẽtiarũ differentiæ, quo ad quid ſunt &c.

g Et quia in illis ſubſtantiis quidditas non eſt idem, quod eſſe, ideo ſunt ordinabiles in prædicamento, & proper hoc inuenitur in eis genus, ſpecies, & differentia, quamuis earum

QVAESTIO XIIII.

CIRCA Hanc particulam dubitatur, an intelligentiæ ſint a nobis quidditatiue cognoſcibiles in hac uita &c.

¶ In hac q. ſeptem agenda ſunt, primo declarabo titulũ, & intentionem quæſtionis: ſecundo adducetur opinio Auerrois: tertio impugnabitur: quarto reſpondebitur ſuis rationibus: quinto declarabitur opinio S. Thom. ſexto adducentur rationes Ioannis de Ianduno contra S. Tho. ſeptimo eis ſatiſfiet &c.

QVO Ad primum nota, quod aliud eſt cognoſcere quidditatẽ, ſeu cognitionẽ quidditatis & aliud eſt cognitio quidditatiua, ſeu cognoſcere quidditatiue. Cognoſcit. n. leonis quidditatẽ, quicunq; nouit aliqđ eius prædicatũ eſſentiale. Cognoſcit I aũt quidditatiue non niſi ille, qui omnia prædicata quidditatiua uſq; ad vltimã differentiã nouit &c. Cum aũt cognoſcamus intelligentias eſſe ſubſtãtias, & eſſe intellectuales &c. liquet q̃ earũ quidditates cognoſcimus, vnde hoc in dubiũ non vertitur: ſed qđ eſt, an quidditatiue cognoſcere eas poſſimus, ut penetremus. ſ. vſque ad vltimas earum differentias. Et licet hæc qõ habeat opiniones plurimas, vt patet tertio de Anima, com. 36. quia tñ non niſi cum Scotiſtis & Auerroiſtis hic agitur & Scot. opinio in cõcluſione nõ diſcrepat, ut patet in primo ſent. diſt. 3. cũ ſolo nobis diſceptãdum eſt Auerroi. Hęc de primo.

Auem. pace & the. Scot. s.d.3.q.1. QVO Ad ſecũdum, Auer. in 3. de Anima. com. 36. ſuppoſita fictione ſua in com. 5. opinatur, q̃ intellectus poſſibilis, ut appropriatus nobis adeptis omnibus intellectis ſpeculatiuis, ac p hoc coniunctus intellectui agenti ut formæ, vt per illũ intelliget ſubſtantias ſeparatas: & cõſequẽter nos, quibus per hoc fiet intellectus agẽs forma, ſicut mõ eſt intellectus poſſibilis, ita q̃ ſicut mõ per intellectũ poſſibilem intelligimus materialia, ita tunc per intellectum agẽtem intelligimus ſubſtãtias ſeparatas. ¶ Probat aũt intentione ſuam duabus rationibus. Prima rõ fundatur ſupra duas propoſitiones, quarum prima eſt. Intellectus, & prima intellecta ſpeculatiua ſe habẽt ſicut forma & materia. Probatur illa ſic. Illa, quorum eſt vnamet operatio, ita q̃ operatio vnius cõicetur alteri, ſe habent ſicut agẽs & inſtrumentũ, vel ſicut forma & materia: ſed intellectus agentis, & primorũ intellectorum ſpeculatiuorum eſt unamet operatio, ita q̃ operatio intellectus agentis, ſcilicet facere intellecta in actu, cõicatur primis intellectis ſpeculatiuis. ergo intellectus agens, & prima intellecta ſpeculatiua, ſe habẽt ſicut agẽs & inſtrumẽtũ, vel ſicut forma & materia. Patet Minor. quia intellectus in habitu põt nõ ſolũ intelligere, ſed facere cõcluſiones intellectiua in potẽtia intellectas in actu. Vtrunque. n. experimur in noſtra eſſe poteſtate: ſ. intelligere, & facere concluſiones actu intellectas mediantibus primis intellectis, quę ſolo lumine intellectus agentis ſunt intellecta in acta. In Maiore vero notanter dicitur, Ita q̃ propria operatio vnius communicetur alteri, quia plures trahentes nauem, ad eandem operationem concurrũt, non tamen ſicut materia & forma, nec ſicut agens & inſtrumẽtum, propterea quia alter alterius propriam operationem non ſortitur. Clarum eſt aũt, quod cõicans operationem ſuã alteri cõcurrendo ad idẽ, ſe hẽt ad illud, ſicut agens principale ad inſtrumentũ: quemadmodum carpentarius ſecuri factione ſerræ cõicat, vel ſicut forma ad materiam, ſicut calor calefactionem aquæ calidæ cõicat. Et licet vtraq; pars diſiũcti concluſi ſit vera, quia tñ prima pars manifeſtior eſt, & minus G ad propoſitũ, ideo Cõmentator ſecundã partem declarat. ſ. q̃ prima intellecta ſpeculatiua, & intellectus agẽs ſe habeant vt materia & forma, & hoc facit declarãdo, q̃ intellectus agẽs, & non ſolũ prima, ſed oĩa intellecta ſpeculatiua ſe habẽt ſicut forma & materia. Manifeſtat aũt hoc ſic. Qñcunq; eſt aliquod receptiuũ aliquorum duorum ordinem inter ſe habentium, id quod eſt perfectius & formalius, eſt ſicut forma: id vero qđ eſt imperfectius, & minus formale, hẽt rõnẽ materiæ: ſed intellectus poſſibilis eſt receptiuus intellectorũ ſpeculatiuorũ, & intellectus agẽtis ordinem inter ſe habentiũ, ita quod intellectus agẽs eſt perfectior & formalior intellectis ſpeculatiuis. ergo intellectus agẽs & intellecta ſpeculatiua ſe habent ſicut forma & materia. Dr aũt in Maiori, Ordinem inter ſe habentiũ, quia aliter propoſitio nõ eſſet vera, ſicut patet de albedine, & dulcedine lactis, quarũ neutra eſt alterius forma. Cũ. n. ordinata ſunt, H neceſſario vera eſt propoſitio, ut patet, cum aer recipit colorem & lumen. Minor patet ex eo quod intellectũ recipitur in intelligente. Intellectus aũt poſſibilis intelligit & intellectũ agẽtem, & intellecta ſpeculatiua &c. & ſic patet prima propoſitio. ¶ Secũda propoſitio eſt. Intellectus poſſibilis & appropriatus nobis, qñq; recipit intellecta ſpeculatiua, & intellectũ agentẽ in potentia ſimul: qñq; partim in actu, & partim in potentia: qñq; totaliter in actu. iſta propoſitio quo ad intellecta ſpeculatiua, ẽ clariſſima intellectus namq; infantis eſt in pura potentia, ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictũ: poſtmodũ vero recipit primo cum principiorũ notitiã: deinde multarũ cõcluſionũ ſucceſſiue acquirit notitiã: & ſic ſm aliquid eſt in actu, puta. ſm principia: & ſm aliquid in potentia, puta, ſm cõcluſiones: & poſtremo acquiſitis omnibus concluſionibus eſt totaliter, & ſm omnia in actu tam principia, q̃ concluſiones. His ſi coniunxeris primã propoſitionẽ, illucẽſcet tibi huc ſecunda propoſitio, quo ad ſecũda partẽ. ſi. n. intellectus agẽs eſt forma intellectorũ ſpeculatiuorũ, eadẽ erit proportio coniunctionis ad intellectũ agen- I tẽ, quæ eſt inter intellectũ poſſibilem, & intellecta ſpeculatiua quo ad hoc, q̃ ſi totaliter vni, totaliter & reliquo coniunctus erit. & ſi partialiter vni, partialiter & reliquo coniunctus erit. ¶ His præmiſſis formatur prima Auer. rõ ſic. Omne quod mouetur ad acquiſitionem alicuius vt formæ illa perfecte acquiſita põt operari operatione propria illius formę: ſed intellectus poſſibilis ut appropriatus nobis, mouetur ad acquiſitionẽ intellectus agentis, vt formæ. ergo illo acquiſito põt operari operatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agẽtis eſt intelligere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue: ergo intellectus poſſibilis poterit per illum intelligere ſubſtantias ſeparatas: & cũ intellectus poſſibilis operatio noua nos denominet, conſequenter nos per intellectum agẽtem intelligimus ſubſtãtias ſeparatas &c. Maior patet exemplariter, cũ aqua mouet a forma caloris. acquiſito illo põt calefacere, & ſimiliter apparet in omnibus. Minor vero probatur dupliciter. Primo ex duab' propoſitionibus præmiſſis ſic. Qñcunq; aliquid mouetur ad a- K liqua duo recipienda ordinata inter ſe, ad id quod eſt formalius & perfectius mouetur vt ad formam, ex prima propoſitione: ſed intellectus poſſibilis mouetur ad intellecta ſpeculatiua, & intellectũ agẽtẽ, q̃ aliquã q̃nq; eſt in pura potẽtia, qñq. partim in actu, & partim in potentia, ex ſecunda propoſitione, ordinem inter ſe habentia: quia mediantibus intellectis ſpeculatiuis recipitur intellectus agẽs, & intellectus agens eſt formalior & perfectior. ergo intellectus poſſibilis mouetur ad acqrẽdũ intellectũ agẽtẽ vt formã. Secũdo pbat illa Minor ſic. Intellect' poſ- Com 36. T.c.20. ſibilis mouet ad acqſitionẽ itellect' agẽtis vt finis. ergo vt for- Com. 38. mæ. Antecedẽs patet ex eo, q̃ ipſe intellectus agẽs eſt efficiẽs a ratio principij ibidem illius motus, quo mouetur intellectus poſſibilis ad ipſũ. In ſepara- circa text. tis. n. a materia idẽ eſt efficiẽs, & finis motus, vt Cõ. 36. 12. Me- co. 19. cõtra ta. habetur. Conſequentia vero patet a ſecundo Phyſ. tex. cõ. gen c. 54. 70. vbi dr, quod finis motus, & forma idem ſunt: & hanc pro- poſt mediũ. bationem tangit Auerrois 12. Metaphyſicorum in fine cõ. 38. ¶ Secũda rõ Auer. ponit ſecũdo Meta. cõ. 1. Si intelligẽtiæ non eſſent a nobis cognoſcibiles, natura otioſe egiſſet: cõſequẽs eſt falſum. Conſequentia pbat, q̃a feciſſet id, quod eſt in ſe naturaliter

ſiter intellectum, non intellectum ab alio, ſicut ſi feciſſet Solē non comprehenſum ab aliquo viſu. Et quoniam hæc conſequē tia cum ſua probatione derſibilis a S. Th. iudicatur, propterea quod fruſtra eſt, quod non poteſt conſequi finem ſuum, & intelligentiarum finis non eſt intelligi a nobis. dato. n. quod intelligi eſ-ſet finis earum, tunc ex earum intelligibilitate, ut a ſeipſis intelligantur. Non. n. ſequitur. Ab intellectu humano nō intelliguntur. ergo a nullo ſicut non valet, Sol non videtur

differētiæ ꝓpriæ nobis occultæ ſint. In rebus. n. ſenſibilibus & ipſæ differentiç eſſentiales nobis ignotæ ſunt, vnde ſignificantur per dñas accidentales, quæ ex eſ

a noctua. ergo a nullo viſu. Id circo Ioannes de Gandauo in tertio de Anima, dupliciter probat illam conſequentiam. Primo dicens, quod Commentator non ſupponit, quod finis ſubſtantiarum ſeparatarum ſit intelligi a nobis: ſed ſupponitur, quod intelligentiæ ex ſe ſint intelligibiles ab intellectu noſtro, cum contineantur ſub eius obiecto primo. ſ. ente. & tunc bene ſequitur. Intelligentiæ ſunt ex ſe naturaliter nobis cognoſcibiles. ergo intellectus noſter naturaliter natus eſt eas intelligere. Naturali ter. n. actiuo, quale eſt intelligentia, debet correſpondere naturale paſſiuum, quale eſt intellectus. aliter potentia actiua eſſet fruſtra in natura. Secundo deducitur ab eodem illa conſequentia: quia etſi intelligētiarum finis primarius non ſit intelligi ab intellectu noſtro, eſt tamē earū finis ſecūdarius. Agit. n. primo intentione propter ſe: ſecundario aūt propter alia, vt dicitur. 2. cœli. Com. 21. & ideo ſequitur quod intelligentiæ, ſaltē quo ad finē ſecondarium, eſſent fruſtra, & ſic natura feciſſet aliquid otioſe. Propterea, inquit, conſequentia Com. eſt vicina propoſitionibus per ſe notis, & non eſt deriſibilis. Poteſt adhuc tertio deduci illa conſequētia ex dictis Com. 3. de Anima. Cō. 36. vbi examinās rōnem Themiſtij dicit, quod ſi intellectus noſter eſt immaterialis, cōſequētia iſta tenet. Intellectus noſter intelligit res ſenſibiles factas immateriales, ergo intelligit res aſe immateriales. Et fundatur hoc dictū ſuper verbū Ariſt. tertio de Anima

T. com. 7. tex. Com. 7. dicentis, quod intellectus excellenti intelligibili apprehenſo vigoratur ad altius intelligendum. Ex quibus habetur in propoſito, quod immaterialitas eſt ſufficiens cauſa virtuti cognoſcitiuæ, quod intelligere poſſit ſubſtantias ſeparatas. Vnde ſic probatur conſequentia. Intelligentiæ non ſunt ab intellectu noſtro cognoſcibiles. ergo a nullo alio ſunt cognoſcibiles. ergo fruſtra ſunt cognoſcibiles: ſicut Sol fruſtra eſſet viſibilis, ſi a nullo poſſet uideri. Prima conſequentia tenet ex eo, quod ſi immaterialitas non dat intellectui noſtro illas intelligere, nulli hoc dabit: quia iam declaratum eſt, immaterialitatem eſſe ſufficientem cauſam huius: ſicut quia ſenſitiuum eſt ſufficiens cauſa ſenſus tactus, ſi poſitum in una ſpecie animalis nō daret tactum, nulli alij hoc daret. Secunda conſequentia clara eſt exēplo. Quilibet ergo intellectus poteſt ſubſtantias ſeparatas cognoſcere ex ſua immaterialitate, plus tamen & minus, ſecundum quod plus & minus perfectionis habeat. Hæc de ſecūdo.

QVO AD Tertium arguitur contra hanc opinionem dupliciter. Et primo probatur, quod talis continuatio poſita non perducat intellectum poſſibilem, vt nobis appropriatum, ad intelligēdas ſubſtantias ſeparatas. Id quod continuatur intellectui agenti, nō niſi vt formæ intellectorū ſpeculatiuorum, nō poteſt per illū intelligere ſubſtātias ſeparatas quidditatiue: ſed intellectus poſſibilis, vt appropriatus nobis cōtinuatē intellectui agēti nō niſi vt formæ intellectorū ſpeculatiuorum. ergo intellectus poſſibilis ut appropriatus nobis, per tale continuationē non poteſt intelligere ſubſtātias ſeparatas quidditatiue. Maior ꝓbatur, ſupponendo quod intellectus agens habet proportiones diuerſorum ordinum ad ſuperiora & inferiora, ſubſtantias immateriales. ſ. & intellecta ſpeculatiua. Ad ſuperiora enim comparatur vt cōtemplatiuus, & non ut eorum forma: ad inferiora vero vt factiuus & forma. Hoc ſtante patet vis maioris. Quēcunque. n. aliquod unū habet diuerſi ordinis proportionē ad diuerſa, id qđ continuatur ei, ſecundum quod habet proportionem ad inferiora, ex hoc non continuatur ſm quod habet proportionem ad ſuperiora. Committitur enim manifeſte fallacia accidentis, ex uno aliud concludendo. Id ergo quod continuatur intellectui agenti vt formæ intellectorum ſpeculatiuorum, nō ex hoc continuatur ei, vt contemplatiuo ſubſtantiarum immateriaiū. Minor vero ex Commentatoris dictis habetur, nullum alium modum ponentis in propoſito, quo continuetur poſſibilis eū agente, niſi per intellecta ſpeculatiua. Vnde dicit, quod cum eſt in pura potentia ad intellecta ſpeculatiua, eſt & in pura potentia ad intellectum agentem: cum uero partim eſt in actu, & partim in potentia reſpectu illorum, eſt etiam ſicut reſpectu iſtius. & cum fuerit totaliter in actu ſecundum intellecta ſpeculatiua, erit totaliter copulatus intellectui agenti.

¶ Secundo probatur, quod poſito, quod talis cōtinuatio ad hoc perduceret intellectum poſſibilē, nunquam tamen nos ad hoc perducere poteſt: & arguo ſic. Id quod continuatur intellectui agenti non niſi ut coloratum lumini, & intellectum poſſibilem non niſi ſicut colorata viſui, non poteſt denominari operari propria operatione luminis, aut uiſus, ſeu intellectus agentis, aut poſſibilis: ſed homo prǣaſiās hēt huiuſmodi continuationē cum his intellectibus. ergo non poteſt denominari faciens intellecta, & intelligens ſubſtantias immate

ſentialibus oriuntur, ſicut eā ſignificaī per ſuū effectū. ſicut bipes ponitur differētia hominis. Accidentia aūt propria ſubſtantiarū immaterialiū nobis igno-

riales, quç ſunt operationes intellectus agentis, nec intelligens res ſenſibiles, quæ eſt operatio intellectus poſſibilis. Maior eſt nota ex terminis non enim poteſt uere dici, quod coloratum illuminet, aut videat. Minor autem patet ex tertio de Anima. tex. commen. 18. & 30. Nec obſtat aliquo modo ſimilitudinis datæ, quod homo proprio actu cogitatiuæ ſpiritualizat phantaſmata, coloratum vero non ſpiritualizat colorēs: quoniam ſi fingamus coloratum in ſeipſo non poſſe obijci oculo, neque lumini, ſed ſpiritualizatum tantum in ſpeculo, quod propria operatio ſpeciem ſui colorati ſpiritualizaret, ſimiliter odo correret quatuor pedibus, & tamen tale ſpeculum obiectum lumini, & viſui non vere poſſet denominari illuminans, neque videns, & hæc ratio apparet mihi demonſtratiua, & alias, ſi Deus conceſſerit nobis vitam eius efficaciam plenius oſtendemus. Hæc de tertio.

QVO Ad quartum. Ad primam rationum Auerrois dicitur, quod Maior eſt vniuerſaliter falſa, ſi teneatur ut teneri debet ad hoc, quod intentum concludat. Debet enim vniuerſaliter teneri nedum ſubiectum, ſed etiam prædicatum hoc modo. Omne quod mouetur ad acquirendam aliquam formam, illa perfecte acquiſita poteſt operari omni operatione propria illius formæ, aliter non concluderet. patet autem hanc eſſe falſam, ex eo quòd ſufficit quòd id quod acquiſiuit aliquam formam, participet aliquam operationem illius formæ, illam ſcilicet, quæ conuenit formæ ſecundum id, quo reſpicit receptiuum. & ratio huius eſt aſſignata in prima ratione contra Auerroim facta: quia ſcilicet non oportet rem continuatam formç habenti diuerſas proportiones ad inferiora & ſuperiora, ex hoc quod perfecte continuatur ei ſecundum inferius, quod continuetur ei ſecundum ſuperius. vnde ex hoc quòd intellectus poſſibilis acquiſiuit intellectum agentem, vt formam, licet ſequatur quòd poſſit operari operationi intellectus agentis, vt eſt forma intellectorum ſpeculatiuorum: quia ſic acquiritur, ſcilicet formare intellecta in actu, & extendere ſe ad omnia intelligendo, ad quæ ſe extendit intellectus agens ut factiuus, non tamen ſequitur, quod poſſit omnia intelligere, quæ reſpicit intellectus agens, ut contemplatiuus.

¶ Ad ſecundam rationem reſpondetur negata conſequentia: & ad primam probationem dicitur, quòd committitur fallacia conſequentis a ſuperiori ad ſuum inferius affirmatiue. Conceſſo enim quòd intelligentiæ ſunt cognoſcibiles ab intellectu noſtro, quia continentur ſub eius primo obiecto, non ſequitur. ergo ſunt a nobis intelligibiles quidditatiue. Non enim omne contentum ſub ente, eſt quidditatiue a nobis intelligibile, eo quòd ens licet ſit obiectum adæquatum intellectui noſtro extenſiue, nō tñ eſt adequatiōe adæquatione mutua intēſiue: & eſt dicere, quod licet oē ens poſſit a nobis intelligi, non tamen omne ens poteſt a noſtro intellectu penetrari uſque ad vltimas differentias. Hoc enim modo quidditas rei materialis eſt obiectum adæquatum intellectus noſtri, ſcilicet adæquatione intenſiua: ſolam namque eam & omnem intellectus noſter natus eſt intelligere quidditatiue.

¶ Ad ſecundum modum deducendi conſequentiam, ſimiliter reſpondetur. Licet enim detur, quò ſit intelligi a nobis ſit finis ſecundarius intelligentiarum, non tamen valet. ergo intelligi quidditatiue a nobis, eſt finis ſecundarius: immo hoc eſt impoſſibile.

¶ Similiter ad tertium modum dicitur, quod licet immaterialitas ſit ſufficiens cauſa virtuti cognoſcitiuæ, quòd poſſit intelligere ſubſtantias ſeparatas, non tamen valet ergo ex immaterialitate habet, quod poſſit cognoſcere eas quidditatiue.

¶ Authoritas autem Ariſ. adducta, cum recte intelligitur, nō obſtat. Aduertendum eſt enim ſenſum reſpectu excellentis ſenſibilis, duo ſortiri, & quod ſcilicet non perfecte cognoſco illud, & quod patitur paſsione corruptiua ab illo. Intellectus autem reſpectu excellentis intelligibilis primum tantum habet ſcilicet, quod perfecte non intelligit illud, paſsionis. n. expers eſt & ratio eſt. quia ſecundum ſequitur materiam, cuius actus eſt virtus ſenſitiua, non autem intellectiua: primum vero ſequitur improportionem potentiæ ab obiectum, quæ ſaluatur

ita in virtute im materiali, ſicut materiali. Sicut enim noctua F ex ſua ſpecie viſum improportionatum claro lumini habet: ita homo ex ſua natura intellectum improportionatum claro intelligibili ſeparato, ſcilicet ſecundum rem a materia. Conueniunt ergo intellectus & ſenſus in primo, ſed differunt in ſecundo, ex qua differentia Ariſtot. ibi dicit oriri, quod ſenſus poſt excellens ſenſibile ſenſatū debilitatur: intellectus autem poſt excellens intelligibile intellectū non alteratus, magis poteſt intelligere alia, quod intelligendū eſt ſm modum ſibi poſsibilem. Ex hoc autem non licet inferre, ergo pōt quidditatiue cognoſcere ſubſtantias immateriales: ſed, ergo non procedit ex eius alteratione, quod illas non poſſit comprehendere, quod gratis concedimus. Habet enim homo intellectum ratiocinatiuū, qui oritur in umbra intelligētiæ apud Iſaac: & ideo proportionatus naturaliter ad inuendum intelligibile non purum & clarum, ſed obumbratum materiæ, G quale eſt quidditas a ſenſibilibus abſtrahibilis. Hæc de quarto.

ta ſunt: vnde differentiæ earum nec per ſe, nec per accidentales differentias nobis ſignificari poſſunt.

Opinio San. Th. i. par. q. 88. art. 3. cōtra Gent. c. 41. & 2. Metap. circa ſūa. compa. QVO Ad quintum ponenda eſt opinio S. Thom. quam ex prima parte. q. 88. & 3. cōtra Gent. c. 45 & 2. Metaph. aſſumo. Tenet ipſe hanc concluſionem. Anima humana corpori coniuncta non poteſt quidditatiue cognoſcere ſubſtantias immateriales, quæ ad præſens dupliciter probatur. Primo ſic. Intellectus exiſtens in potentia non niſi ad recipienda intellecta abſtracta ab intellectu agente, non poteſt intelligere quidditatiue ſubſtantias immateriales: intellectus humanus eſt huiuſmodi. ergo. Maior ex terminis patet: oppoſitum enim prædicati infert oppoſitum ſubiecti. Quod enim poteſt intelligere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue non eſt tantum in potentia ad recipienda abſtracta ab intellectu agente: quoniam ſubſtantiæ ſeparatæ non ſunt abſtractæ à materia per operationē intellectus agentis. Minor ex Ariſt colligitur 3. de Anima tex. com. 17. vbi dicitur, quod intellectus agens poteſt omnia facere, quæ intellectus H poſsibilis poteſt fieri.

T. comm. 17. ¶ Secundo probatur ſic. Nullos effectus ſenſibilis poteſt ducere in quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum. ergo intellectus humanus coniunctus corpori, non poteſt quidditatiue illas cognoſcere. Conſequentia tenet: quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Antecedens vero probatur ex eo, quod effectus dupliciter poteſt in cognitionē quidditatiuam ſuæ cauſæ ducere, Vel per modum ſimilitudinis: ſicut effectu vniuoco cognito, eius cauſam quidditatiue cognoſcimus, propterea quia ſunt eiuſdem naturę: & hoc modo clarum eſt nullum ſenſibile poſſe perducere ad ſubſtātiarum immaterialium naturas, eo quod differunt non ſolum ſpecie, ſed genere. Alio modo effectus ducit in quidditatiuam cognitionem ſuæ cauſæ non per modum ſimilitudinis, ſed per hoc, quod demonſtrat totam virtutem ſuæ cauſæ: ſicut intelligere oſtendit totam virtutem, animæ intellectiuæ: & ideo ex tali operatione I in eius quidditatiuam cognitionem procedimus. Nec hoc modo ſenſibilia valent ad cognitionem quidditatiuam intelligentiarum nos perducere. Nullus. n. effectus particularis adæquat totam virtutem cauſæ vniuerſalis. quodlibet autem ſenſibile eſt effectus particularis, vt materiales conditiones eorum cuiuſcunque oſtendunt. igitur per nullum ſenſibile in quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum materialium, quæ cauſæ vniuerſaliſſimæ ſunt, peruenire poſſumus &c. Hæc de quinto.

QVO Ad Sextum contra hanc determinationem arguit ſupradictus Io. de Gan. in 3. de Anima, multipliciter.

Ioannes de Gan. q. 47. ¶ Et primo contra illam particulā in concluſione poſitā coniuncta corpori. Nulla forma impeditur a ſua nobiliſſima operatione pp vnionem eius ad propriā materiā: ſed intelligere ſubſtantiarum ſeparatarum quidditates eſt nobiliſſima operatio animæ humanę ut patet 1. & 10 Eth. corpus aūt humanum Cap. 9. Cap. 8. eſt eius propria materia. ergo anima humana pp vnionem ad K corpus non impeditur a ſpeculatione ſubſtātiarū immaterialiū.

¶ Preterea ad idē. Anima humana aut nata eſt intelligere ſubſtantias ſeparatas per ſuam ſubſtantiam, aut per ſpeciē influxā, aut per ſpeciē cauſatam ex phantaſmate. Si per ſuam ſubſtantiam, cum ſubſtātia eius per vnionē ad corpus nō impediatur, poterit eas intelligere: ſi per ſpeciē a phātaſmate ſumptā, vnio ad corpus iuuabit: ſi per ſpeciē influxam, quæritur quō vnio ad corpus impedit, aut nō permittat tale influxum fieri. hoc. n. nō videtur rationabile aliquo modo eſſe: quia generatio unius ſpeciei non impeditur a corpore, niſi corpus habeat cōtrariā diſpoſitionē diſpoſitioni requiſitæ ad eius generationē. Verbi gratia: quia color exigit diaphaneitatē in aere, ad hoc ut recipiatur in eo, nullū corpus impediet generationē ſpeciei coloris, niſi habeat opacitatem, q contraria eſt diaphaneitati: ſed corpus humanum nullā habet diſpoſitionē contrariā diſpoſitioni, quā exigit receptio ſpeciei intelligibilis influendæ, ut patet. ergo. Et confirmatur ratio ſic. Bonū ſimpliciter alicuius naturæ non F impeditur propter bonum ſimpliciter eiuſdē naturæ. Quod. n. impedit bonum ſimpliciter alicuius naturæ, eſt illi malum ſimpliciter: ſed intelligere ſubſtantiarum immaterialiū quidditates eſt bonum ſimpliciter animæ humanæ. ergo non impeditur p vnionem ad corpus, cum hoc ſit ei etiam bonū ſimpliciter. Tertio arguitur contra concluſionē ipſam ex dictis S. Th. ſic. Iſti dicūt, q cognoſcimus eſſe intelligētiarum non quidditates, Aut eſſe eſt idem quod quidditas, aut diuerſum. Si diuerſum, ergo vtrunque ſub noſtra cadit cognitione. quicunque enim cognoſcit diuerſitatem aliquorum, cognoſcit extrema illius diuerſitatis, vt dicitur 2. de Anima text. com. 146. Si idem: ergo cognito uno cognoſcitur & reliquum.

¶ Si dicatur, quod cognoſcimus illas quidditates, ſed non perfecte. contra primo, quia hoc repugnat duobus dictis Thomiſtarum, quorum primum eſt, quod nos non intelligimus quidditates ſubſtantiarum ſeparatarum. Secundum eſt, quod cognoſcimus eſſe illarum nō quidditates. Ex primo arguitur ſic. Homo non intelligit quidditates ſeparatas. ergo nullo modo intelligit eas. Tenet conſequentia per locum a toto, in modo ad ſuam partem negatiue. Ex ſecundo dicto arguitur ſic. Ea cognitio negatur de quidditate quæ affirmatur de eſſe: ſed eſſe non cognoſcitur a nobis, niſi imperfecte. ergo cognitionem etiam imperfectam negare intendunt de quidditatibus. Si enim vtrū que imperfecte cognoſcimus, quare magis alterum negatur cognoſci, aut alterum affirmatur? Secundo, probatur quod reſponſio iſte ſit falſa, ſic. Si imperfecte cognoſcimus quidditates illas. aut hoc eſt, quia neſcimus eas ita perfecte. ſicut a ſeipſis cognoſcuntur: & hoc non, quia hoc eſt ridiculum vertere in dubium: aut quia neſcimus eas perfectione debita nobis ſecūdum noſtram naturam. & hoc eſt voluntarium. nulla enim ratione hoc conuinci poteſt. unio nanque ad corpus hoc impedire non poteſt, vt probatum eſt. Hæc de ſexto.

¶ QVO Ad ſeptimum, pro reſponſione ad hęc argumenta prę notandum eſt, quod ſecundum doctrinam S. Tho. prima parte, q. 88. & 89. Inter cognitionem animæ coniunctæ, & ſeparatæ hoc intereſt, quod coniuncta ſicut habet modum eſſendi, concernendo corpus: ita habet modum intelligendi, conuertendo ſe ad phantaſmata: ita quod ex conformitate modi operādi ad modum eſſendi, ſit ut anima coniuncta ſit conuerſa ad phantaſmata ſecundum intellectum poſsibilem, ut paſsiuum ad actiuum, adeo ut non niſi ab illis cum intellectu agente recipere poſſit ſpecies. Separata autem a corpore, ſicut habet alium modum eſſendi abſque corporis informatione, ita habet & alium modum intelligendi, vt etiam ex cōformitate modi operandi ad modum eſſendi fiat, vt anima ſeparata conuertatur ſecundum intellectum ad ſuperiora vt actiua, vt ab eis influxum ſpecierum recipiat, vtpote in modo eſſendi ſimilis illis reddita, & corpore relicto liberior quodammodo facta, amplius phātaſmatibus non alligata. 1. p. q. 88. ar. 1. & q. 89. ar. 1. & 2.

¶ Ex hoc autē oritur alia differentia, quod ſcilicet anima coniuncta non poteſt ſubſtantias immateriales cognoſcere, niſi per ſpecies a ſenſibilibus acceptas. Alligatus eſt enim eius intellectus phantaſmatibus: ſeparata vero poteſt illas per ſpecies proprias cognoſcere, cum conuerſa iam ſit ad ſuperiora.

¶ Naſcitur quoq; ex his tertia differētia apud ſubtiliter ſpeculantes, animā eſſe partem ſpeciei. & vniri corpori pp melius, quia. ſ. cognitio, quam habet anima p ſpecies acquiſitas, eſt cognitio diſtincta, & quidditatiua pertingens vſq; ad vltimas rerum differentias. cognitio aūt, quā ſeparata ex ſpeciebus influxis ſortitur, confuſa eſt, & in cōi res notificat. Cum. n. anima naturaliter ſit pars hominis, naturalem modum intelligendi ex propria natura ſibi vendicat per ſpecies acceptas phantaſmatibus intelligere, & non per ſpecies influxas: hic. n. modus intelligendi naturalis eſt in intelligentiis ex ſua natura. Et ideo ſicut intelligentiæ pfectam rerum notitiam p ſpecies influxas habēt: ſic anima per ſpecies acquiſitas, de ſenſibilibus notitiā habere pōt perfectam. ſpecies. n. influxę facultatem naturalem intellectus eius excedunt. Eſt hic modus ſuperiori ordini connaturalis, & proprius, & animæ nō euenit niſi per quandā defectiuā participationem. Cum ſit præterea talis inter ſubſtantias intellectuales ordo, q quo proximiores ſunt primæ omnia p ſolam ſuam ſubſtantia intelligendo penetrant, eo per vniuerſaliores ſpecies rerum notitiam perfectam naturaliter capiūt, vltima inter eas. aīa ſcilicet intellectiua, ex natura ſua adeo de articulatas exigit ſpecies, vt ſingularū quidditatū ſingulas oporteat habere ſimilitudines: propter quod & corpori unitur, vt eas inde accipiat. & ideo vis eius intellectiua, cū per ſpecies ſuperiores, quales ſunt influxæ, intelligere tētat. opprimitur quodāmodo, & confuſa tantū notitiam habet: ſicut diſcipulus vniuerſales conceptus præceptoris apprehendere non valens, abſq; diſtincta cognitione remanet. Huius autem ſignum eſt, q inter homines,

mines, qui ſunt perſpicacis ingenii, ſtatim propoſitis principijs ad concluſiones ſeſe conferunt, & ex eiſdem principijs multas concluſiones ſpeciales deducunt. Hebetis autem ingenii non niſi principijs applicatis a preceptore ad ſingulas concluſiones, & in forma ſyllogiſtica, & cum exemplis materialibus diſtinctam percipiunt ueritatem.

¶ Ex his iam potes intelligere, quod anima nec coniuncta, nec ſeparata quidditatiuam cognitionem ſubſtantiarum immaterialium habere naturaliter poteſt, & quod plus eſt, habes ex his, quod anima ſeparata per ſpecies influxas nec bouem, nec leonem quidditatiue cognoſcit: ſed omnia preter ſui ipſius naturam in communi nouit. Vbicunque autem alibi inuenies a S.Tho. dici, quod anima ſeparata quidditates ſubſtantiarum immaterialium nouit &c. recolito ab ipſo uocari cognitionem quidditatiuam, cognitionem eam, quam habet de illis anima ſeparata per proprias ſpecies, quam habere non poteſt.

h Hoc tamen ſciendum, quòd non eodem modo ſumitur genus, & differentia in illis ſubſtantijs, & in ſubſtantijs ſenſibilibus, quia in ſenſibilibus genus ſumitur ab eo, quod eſt materiale in re, differentia uero ab eo, quod eſt formale in ipſa. vnde dicit Aui. in principio lib. ſui de Anima, quod forma in rebus compoſitis ex materia, & forma, eſt differentia ſimplex eius, quod conſtituitur ex illa: non autem ita, quod ipſa forma ſit differentia, ſed quia eſt principium differentiæ, ut idem dicit.

Cap.9. Cap. 8.

Io. teſtatur in q. 37. 3. de Anima.

AD Rationem igitur primam dicendum eſt, quòd licet intelligere ſubſtantias immateriales ſit nobiliſſima operatio animæ intellectiuæ, intelligere tamen eas quidditatiue, eſt operatio ſibi impoſsibilis, nec Ariſt. 1. aut. 10. Ethic. dixit oppoſitum: immo quæſtio mota ab ipſo in tertio de anima text. com. 36. nuſquam ſoluta reperitur. Poſuit enim felicitatem humanam in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarum nobis poſsibili, quæcunque ſit illa. Similiter dicitur ad ſecundam, quòd vnio animæ ad corpus non impedit cognitioné quidditatiuam ſubſtantiarum immaterialium: quandoquidem illa animę ſecundū omnem naturæ ſtatum eſt impoſsibilis. Quòd ſi hę duę rationes formentur ad concludendum animam vnitam poſſe habere talem notitiam ſubſtantiarum immaterialium, qualem per earum ſpecies ſeparata habet, Reſpondeatur ad primam, negādo quòd intelligere ſubſtantias immateriales tali modo, ſit nobiliſsima ſimpliciter operatio animæ, licet ſibi nobiliſsima ſecundum quid. Maiorem enim perfectionem ſimpliciter ponit in anima intelligere ſubſtantias ſenſibiles diſtincte, & quidditatiue, & ſubſtantias immateriales per effectus ſenſibiles, & cōmunia, quàm intelligere ea in confuſo, licet ſit ſecundum quid nobilior illa confuſa intellectio ex hoc, quòd eſt per earū ſpecies, & immaterialiori modo. Vnde dico, quod non inconuenit animam noſtrā impediri ab operatione nobiliſsima ſecundū quid, propter perfectionem ſibi nobiliſsimam ſimpliciter acquirendam ex vnione ad propriam materiam: vnde non ſequitur, vnionem eſſe præternaturalem, ſed naturaliſsimam, vt pote præter perfectionem ſuam ſimpliciter, & præſertim, quia cognitio illa, quam habet ſeparata eſt ſibi quaſi pręternaturalis, ſicut & modus eſſendi, quem habet &c.

¶ AD Secundum dicatur, quod impeditur anima ex vnione ad corpus ad receptionem talis influxus ex hoc, quòd modum eſſendi in corpore ſequitur modus operandi non niſi per cōuerſionem ad phantaſmata: naturalis.n. conuerſio animæ ad phantaſmata eſt impeditiua cōuerſionis ad ſuperiora. Probatio autē contra hoc nihil facit: contingit enim alio modo impedimentū dari, ut iam patet. Ad confirmationem dicitur, quod Minor eſt falſa. Intelligere enim ſubſtantias immateriales tali modo eſt bonum animę ſecundum quid, & non ſimpliciter: unio uero ad corpus cum ſequentibus ipſam, eſt bonum eius ſimpliciter.

¶ AD Tertium dicitur, quod ſiue eſſe, & eſſentia diſtinguantur, ſiue ſint idem, non uariatur propoſitum. In Deo enim ſunt idem, & in alijs intelligentijs diſtinguuntur, & tamen eandem de utriſque proferimus ſententiā, dicentes quod cognoſcimus eſſe, non quidditatem. Reſponſio ergo ibi data uera eſt, qua dicitur, quod cognoſcimus quidditatem imperfecte. Nec hoc repugnat dictis Thomiſtarum. Nō quidem primo, quia illud debet intelligi de cognitione quidditatiua, & non de quacunque cognitione, vnde non ualet, ergo nullo modo cognoſcimus: ſed, ergo nullo modo cognoſcimus quidditatiue.

¶ Secūdo autem dicto nullatenus aduerſatur. Cum.n. dicimus, quòd cognoſcimus eſſe, & non quidditatem, aſſueti peripateticis ſermonibus, intendimus quòd ſcimus de illis terminare quæſtionē An eſt, quę de eſſe quęrit: & quod neſcimus de eis terminare quęſtionem Quid eſt, quæ quidditatem ſcrutatur: & ſi ſm aliquod prędicatum quidditatiuum terminare illā nouerimus, notitiam illam Quia, & non quidditatiuam uocamus, ſequentes Ariſt. ueſtigia, qui notitiā rei per communia, notitiā Quia in poſterioribus Analyticis appellat. Et propter hoc ea notitia proportionaliter negatur de quidditate a Thomiſtis in propoſito, quę affirmatur de eſſe: quia notitia de propria quęſtione quidditatis

Poſte.2. com.8.

A non haberi dicitur: notitia vero de propria quæſtione ipſius eſſe non caremus.

¶ Ad ultimum, quo probatur, quòd reſponſio ſit falſa in ſe, dico, quòd ideo dicitur intellectus noſter imperfecte ſubſtantias immateriales cognoſcere, quia non quidditatiue pōt eas apprehendere, & magis imperfecte in hac uita, quia per ſpecies aliorum. Et licet primo modo eas cognoſcere ſibi ſolis tm cōueniat, & ridiculū eſſet dubitare, an id, quod conuenit ſolis intelligentijs, conueniat alias, neceſſarium tamen eſt

B dubitare, an cognoſcere eas quidditatiue ſibi ſolis, an etiā animæ noſtræ conueniat, quòd ſecundo modo eas cognoſcere, ſit nobis in hac uita impoſſibile: non voluntarie, ſed ratione cogente dicitur. Corpus enim vnitum animæ, animam ad ſenſibilia conuertit, ut declaratum eſt &c.

h ¶ Ponitur hic ſecundum notatum, quo vnde ſumatur differentia, & unde genus in ſubſtantijs immaterialibus, declarat oppoſita comparatione ad ſubſtantias ſenſibiles.

Ad cuius euidentiam ſcito, quòd in rebus compoſitis ex materia & forma, quatuor intelliguntur, ſcilicet materia, quæ eſt altera pars cōpoſiti ſpecifici forma reliqua pars: tota quidditas, vt habet rōné perfectibilis ul' priori perfectione formali: & ipſamet tota quidditas, vt habet ultimam perfectionem formalē. Verbi gratia, In homine potes conſiderare materiā, in qua ſua forma recipitur, & formā in illa receptā. Aduertes etiam ipſū hominem, inquantum eſt ſubſtantia. eſt enim homo ſubſtantia & ut ſubſtantia habet rationem perfectibilis per corporeum, per rationale, &c. Aduertens etiam hominē, inquātum eſt rationalis naturæ, quę eſt ultima eius pfectio formalis. Hæc aūt qua

C tuor ita ſe habent ad genus & differentiam, quòd & materia, quæ eſt pars, & ipſum totū, & perfectibile fundant genus, diuerſimode tñ. Forma uero, quæ eſt pars, & ipſum totum, ut poſteriori perfectione formali perfectum fundant differentiam diuerſimode etiam. Cum enim genus poteſtate contineat differētias, incompleteq; ac in potētia, rei naturam explicet, totumq; ſecundū id, quo adhuc perfici poteſt, importet, radix autē potentialitatis in rebus ſenſibilibus ſit materia, merito a toto, ſecundum quod poſſibile eſt formaliter perfici, & a materia ipſa ſumi dicitur. Similiter cū dicere ſit diuidere, terminare, & actuare genus, totumque ſecundum poſteriorem perfectionem & actualitatem explicare, radix autē actualitatis & perfectionis ſit forma: merito a toto ſecundum quod perfectum eſt, & a forma differentia ſumitur. Diuerſimode uero fundant genus & differentiam partes ipſę rei, materia ſcilicet & forma, & quidditas tota ut perfectibilis, & perfecta. Sumitur enim genus a to-

D ta eſſentia, ut habet rationem perfectibilis, tanquam a re formaliter ſignificata, ſeu denominata ab ipſo: a materia uero tanquam a radice ſui formalis ſignificati. Similiter differentia ſumitur a tota eſſentia, ſecundum ulteriorem perfectionē, tanquam a re formaliter ſignificata, ſeu denominata ab ipſa. A forma T.com.33. T.c.9.
aūt, ut a radice ſui formalis ſignificati. Non.n. materia, quę eſt pars hominis, denominatur eius genus, neq; forma differentia, ſed ipſe homo ut ſubſtantia ut animal generis denominationē ſortitur, ut corporeus, ut rationalis differentię denominationē habet. Et propterea, quia genus & differentiā radicaliter fundant materia & forma, ideo ab Ariſt. 7. Meta tex. cō. 33. dicitur, T.c.49.
quòd ſicut ſe habet tota ratio ad totam rem, ſic pars rationis ad partē rei. & 8. Met. tex. com. 9 inuenies genus ſumi a materia, & differentiam a forma. Pręterea, & Com. 1. cęli, com. 49. ait, quòd ſi corpora cęleſtia conueniunt in genere, & differunt in ſpecie, ſunt compoſita ex materia & forma. Inuenies quoque, quia

E genus & differentia a tota eſſentia ſumuntur, ut a re ſignificata nomine primę intentionis, & denominata nomine ſecundę intētionis, & nō a parte, illuſtres uiros dicere quandoq;, quòd genus non ſumitur a materia, & differentia nō ſumitur a forma, quorū cum intuitus fueris rōnes, ſupradictis nō aduerſari uidebis. Quę cū ita ſint, in ſubſtantijs materialibus ad ſubſtantias immateriales aſcendendo, genus ſumi nō dicimus a materia, nec differentiam a forma quia carent his partib. unde reſtat, ut a tota eſſentia tam genus, quam differentia non ſolum formaliter, ſed etiam radicaliter in eis ſumatur. Propterea & Auic. ut in litera dicitur, aſſignat diuerſitatem inter differentiam ſubſtantiarū compoſitarum & ſimplicium, dicens quòd differentia in ſpeciebus compoſitis ex materia, & forma, eſt ſimplex: differentia vero rerum non compoſitarum, non. & uocat differentiā ſimplicē eā, quæ non a toto radicaliter, ſed a parte eius eſt, quæ ſimplex eſt. Sumuntur ergo ex tota eſſentia in ſubſtantijs immaterialib. ge-

nus

gus & differentia, ſed differenter: quia genus ſumitur ex tota eſſentia ſecundum id, quo eſſentialiter una alteri aſſimilatur. conueniunt enim intelligentiæ in aliquo prędicato quidditatiuo. Differentia vero ſumitur a tota eſſentia ſecundum id, quo una differt ſubſtantialiter ab alijs: & hic eſt certus formalis perfectionis gradus indiuiſibilis formaliter, quem quanto aliqua intelligentia propinquiori puriſſimo actui Deo glorioſo: ſortita fuerit, tanto perfectior erit. Per hoc enim differunt inter ſe, ꝙ una alcera propinquior eſt actui puro, & plus a potentialitate natura recedit.

cit in ſua Metaphy. & dicit talis differentia, eſſe differentia ſimplex, quia ſumitur ab eo quod eſt pars quidditatis rei, ſcilicet, a forma. Cum autem ſubſtantiæ ſpirituales ſint ſimplices quidditates, nō pōt in eis differentia ſumi ab eo, quod eſt pars quidditatis, ſed a tota quidditate. & ideo in principio de anima dicit Auicen. ꝙ differentiam ſimplicem non habent, niſi ſpecies, quarum eſſentiæ ſunt compoſitæ ex materia & forma. Similiter etiam in eis ex tota eſſentia ſumi-

G

tur genus, modo tamen differenti: vna enim ſubſtantia ſeparata conuenit cum alia in immaterialitate. Differunt autem ab inuicem in gradu perfectionis ſecundum receſſum a potentialitate, & acceſſum ad actum purū. Et ideo ab eo, quod ſequitur illas, inquantum ſunt immateriales, ſumitur in eis genus, ſicut intellectualitas, vel aliquid huiuſmodi. Ab eo autem quod ſequitur in eis gradum perfectionis, ſumitur in eis differentia, nobis tamen ignota.

AD MAIOREM horum Intelligētiā altius exordiendum eſt. Sciendū eſt namque, ꝙ aliud eſt loqui de genere, & differentia ſimpliciter, & ſecundum ea quæ ſibi accidunt, & per ſe conueniunt: aliud eſt loqui de eis, ſecundum quod ad tales naturas applicantur. Si enim loquimur de eis ſecundum ſe, ſic ad utrumque, generis ſcilicet & differentiæ, rationem exigitur, & ſufficit, ꝙ differentia quidem explicet certum, & limitatum gradum entis non extraneæ naturæ a natura generis, cuius eſt diuiſiua formaliter genus uero explicet certam naturam determinabilem formaliter. Et primum quidem horum, quæ de differentia dicimus, ſequitur ex eo, ꝙ differentia adueniens generi conſtituit ſpeciē, & ponit ipſam in determinato gradu entis, illo ſcilicet quem explicat. Vnde 8. Met. com. 10. ſpecies numeris aſſimilantur, eo ꝙ ſicut numeros ſubtracta, aut addita unitas variat, ſic differētia addita, uel ſubtracta entibus, ipſa diuerſificat. Secundū autem ſequitur ex eo, ꝙ differentia diuerſificare genus debet: ita ut non ſolum ipſa ſpecies ſit altera ab altera ſpecie, ſed natura generis in hac ſpē ſit diuerſa a natura generis in alia ſpē, vt 10. Met. tex com. 24. habetur. Vnde in 11. de Animalibus ait Ariſt. ꝙ ſi debeat diuidi figura, differentiæ eius non erunt habere angulos æquales duobus rectis, & habere angulos æquales multis rectis, quia hæc accidentia ſunt figuræ. Genus autem certam naturam ſignificare oportet, ut tranſcendentia excludantur: determinabilem uero formaliter, ut ſpecialiſſima ſegregentur.

H

T.com.10.

T.c.24.

Si autem loquamur de genere, & differentia, vt applicantur ad ſubſtantias materiales, ſic genus non ſolum explicat rem, vt determinabilem formaliter, ſed etiam radicabiliter ſumitur a materia: & differentia ſimiliter non ſolum ſignificat determinationem, & actuationem generis, ſed ſumitur radicaliter a forma. Sed hæc accidunt generi, & differentiæ ex eo ꝙ eſſentia, cuius ſunt eſt compoſita, & realiter integrata ex duobus principijs, materia ſcilicet determinabili, & forma terminante. Per ſe enim conuenit animali, quod ſignificet naturam ſenſitiuam determinabilem formaliter per rationale. Sed quia natura ſenſitiua habet, quod ſit determinabilis per rationale ex hoc ꝙ habet materiam, ideo accidit huic generi, quod eſt animal, inquantum eſt genus, ꝙ ſumatur a materia: unde ſi natura ſenſitiua eſſet determinabilis per rationale, & non ratione materiæ, non minus animal eſſet genus. Similiter rationale per ſe habet, quod ſignificet ratiocinatiuam perfectionem eſſentialiter determinatiuam naturæ ſenſitiuæ. Sed quia gradus intellectiuus habet, quod determinet ſenſitiuam ex eo, quod anima intellectiua eſt forma corporis: ideo accidit huic differentiæ, ſcilicet rationale, inquantum eſt differentia, ꝙ ſumatur a forma. Non minus enim rationale eſſet differentia, ſi perfectior ratiocinatiua determinaret ſenſitiuam abſque eo, ꝙ informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur, ꝙ ſumitur genus ab eo, quod eſt materiale, potius quam a materia: & differentia ſumitur ab eo quod eſt formale, potius quam a forma. Illud conuenit eis per ſe, hoc autem per accidens. Cum autem ſubſtantiarum immaterialium ſimplex eſſentia ſit determinata, & diffinita ad certum perfectionis gradum, cum infinitæ entitatis non ſit, conſequens eſt in ea ſit, vnde genus & differentia ſumi queant. Ex hoc enim ꝙ natura limitata eſt, ex ipſa determinatione ſumitur differentia. Ex natura autem communi, quæ determinari intelligitur, ſumetur genus. Ex eo uero quod ſimplex eſt, ſe ipſa terminatur, ita ꝙ non habet duas partes reales, quarum altera terminetur, & altera terminet: ſicut ſubſtantiæ ſenſibiles habent materiam & formam.

I

K

Et ſic in acceptione generis, & differētię in ſubſtantiis materialibus ſaluatur id, qđ eſt per ſe. ſ. quod genus ſignificet certā naturā formaliter determinabilem. Et differentia explicat determinatam perfectionem ſubſtantialem formaliter conſtitutiuam illius in certo gradu entis, licet non ſaluetur id quod eſt per accidens. ſ. quod genus ſumatur a materia: differentia vero a forma.

F

AD Profundiorem huius rei perſcrutationem notandæ ſunt tres propoſitiones. Prima eſt, ꝙ omne indiuiduū diſtinctum realiter a ſuo eſſe, habet plura pdicata quidditatiua, quorū ſucceſſiue magis ac magis appropinquat ad ſuum eſſe. Secūda propoſitio eſt illa. Inter pdicata quidditatiua ſupradicta talis eſt ordo, ꝙ tāto vnumquodque eſt actualius, quo appropinquat ad eſſe, & tanto eſt potentialius, quanto remotius eſt ab eſſe. Declarantur primo exemplariter, deinde ratione propoſitiones iſtæ. Sortes diſtinctus realiter a ſuo eſſe exiſtentię habet plura prędicata quidditatiua. ſ. ſubſtantiam, corpus, uiuum, animal, homo, & certum eſt, quòd Sortes inquantum ſubſtantia, valde elongatur a ſua exiſtentia: exigitur enim ad hoc, quod Sortes ſit, non ſolum quod ſit ſubſtantia, ſed etiam quod ſit corpus. Cum autem acceperis Sortem in quantum corpus, viciniorem apparebit ad exiſtentiam habendum, licet adhuc ſatis elonge ſit ab illa. exigitur enim ad hoc, quod Sortes ſit, nō ſolum quod ſit ſubſtantia corporea, ſed etiam quod ſit uiuens. Et cum conſideraueris Sortem in uiuum, uidebis magis appropinquare ad eſſe, tamen adhuc remotum: exigitur enim ad hoc, quod Sortes ſit, non ſolum quod ſit ſubſtantia animata, ſed etiam quod ſit animal. Et cum inſpexeris ipſum inquantum animal, proximiorem ad eſſendum inuenies. adhoc tamen remotum ex eo, quod exigitur ad hoc quod Sortes ſit non ſolum quod ſit ſubſtantia animata ſenſibilis, ſed etiam rationalis. Nihil enim poteſt in rerum natura ſub aliquo genere cōtineri, quòd non ſub aliqua ſpecie contineatur. Cum autem cōſideratus fuerit vt ſubſtantia animata ſenſibilis rationalis, tunc iā eſſe actualis exiſtetiæ ſuſcipere poteſt: nihil enim aliud formale intrinſecū exigitur ad hoc ꝙ ſit, licet requirātur cauſæ extrinſecæ, & proprietas indiuidualis, vt conditio exiſtētis. Patent aūt adducta prædicata ita ſe habere, ꝙ ſemper id, qđ propinquius ſe habet ad exiſtentia, cōparatū ad remotius, ſe habet ut actuale ad potentiale ſicut homo ad animal, animal ad uiuū, uiuum ad corpus, corpus ad ſubſtantiam. Et ex cōſequenti id, qđ proximius eſt ipſi eſſe, eſt actualius: illud uero quod remotius eſt ab eſſe, eſt potētialius, & ſic patet utraq; ꝓpoſitio exēplariter. ¶ Ratione autem probo. Cum enim eſſe ſit actualiſſimum omnium quæ ſunt in re, & tantæ actualitatis ut non niſi completę eſſentiæ actus proprius ſit, ad hoc quod eſſentiæ eius receptiua fiat, oportet intrinſece completam, & determinatam eſſe. Sicut ad hoc quod aer recipiat lumen, oportet prius, quod perficiatur a diaphaneitate: terminatur autem, perficitur. & completur ſubſtantia his prædicatis quidditatiuis, & ideo quanto prædicatum quidditatiuum erit magis eſſentiæ determinatiuum, magis appropriabit ipſam ad hoc, quod ſit receptiuum proprium ipſius eſſe. Et per oppoſitum, quanto prædicatum quidditatiuū eſt minus determinatiuum eſſentiæ, tanto minus eam appropriat ad hoc, quod capax ſit ipſius exiſtentiæ. Et quia unumquodque quanto eſt propinquius actualiſſimo, tanto eſt actualius, & quanto remotius ab illo, tanto eſt potentialius: idcirco inter prædicata quidditatiua talis eſt ordo, quod propinquius ipſi eſſe, eſt actualius: remotius uero, potentialius.

HIS Duabus propoſitionibus, poſtquam tertiā addideris, ſcilicet ꝙ genus ſumitur ab eo, quod eſt ut potentiale: differentia uero ab eo, quod eſt ut actuale, conficietur regula generaliſſima, ꝙ genus, & differentia in omnibus ſumuntur a tota eſſentia rei ſecundum elongationem, & propinquitatē ad ipſum eſſe exiſtentiæ. Differentia. n. vltima, cum ſit conſtitutiua ſpeciei, & proprium illi inter entia gradum donet, ultimum complemētum ipſius eſſentiæ eſt ad hoc, quod ſit. Vltra eam. n. ut iam dictum eſt, indiuiduum nullum aliud complementum intrinſecum expectat, ut ſit. Genus quoque generaliſſimum, cum eſſentiam maxime determinabiliter explicet, ab eo ſumitur, quo eſſentia ipſa ab exiſtētia magis eſt elongata, ut pote determinabilis.

biliſ, & perfectibilis oĩbus differẽtiis ad hoc, vt eſſe ſuſcipere poſſit. Genera uero, & differentiæ intermediæ ab intermediis ſumuntur, & propter hoc dicitur, quod diffinitio explicat diffinitum a prima potentia vſq; ad ultimum actum: includit ſiquidem primum genus, quod ſumitur ab eo, quo primo eſſentia

j- Nec oportet has differentias eſſe accidentales, quia ſunt ſecũdum maiorem & minorem perfectionem, quæ non diuerſificat ſpeciem. Gradus enim perfectionis in recipiendo eandem formam, non diuerſificat ſpeciem, ſicut albius, & minus album in participando eiuſdem ſpeciei albedinem, ſed diuerſis gradibus perfectionis in ipſis formis, uel naturis participatis diuerſificat ſpeciem: ſicut natura procedit per gradus de plantis ad animalia, per quędam quę ſiunt media inter animalia, & plantas ſecundum Philoſophum in libro de Animalibus.

k Nec iterum eſt neceſſariũ, ut diuiſio intellectualium ſubſtan-

ipſa poteſt habere eſſe. & omnes differentias, quibus paulatim eſſentia determinatur, & actuatur uſque ad ultimam differentiam, quæ eſt actus ultimo determinans & perficiens ipſam, ut eſſe habeat: propterea & Porphyrius ait, quod ſecundum interius perſcrutantes, differentia eſt quæ conducit ad eſſe, Nec propter hoc quod diximus, intendimus, quod genus & differentia ſumantur ab eſſe actualis exiſtentiæ, ſcimus.n. diffinitiones abſtrahere ab eſſe: ſed intendimus, quod genus & differentia ſumuntur, ut uerbis

T. c. 17.

S. Thom. utamur, ab ordine ad eſſe actualis exiſtentiæ. Ab ordine autẽ dicimus non relatione ordinis, ſed fundamento eius ab eo.ſ. quo eſſentia appropinquat ut receptiuum ad ipſum eſſe, & ab eo, quo eſſentia elongatur ab ipſo. Et ſecundum hæc habes unde in intelligentiis, ſubſtantiis materialibus & accidentibus ſumantur genus & differentia, ut facile eſt cuilibet exercitato deducere in ſingulis. Et propter hæc ſolus Deus caret genere & differentia, quidditas enim ſua, cũ ſit ſua exiſtentia actualis, non poteſt concipi ut elongata ab exiſtentia, uel propinqua illi. Vn ſe ſufficientiſſimam cauſam S. Thom. in principio huius capituli aſſignantis, quare Deus non ſit in genere, & intelligentiæ ſint in prędicamento, quia ille eſt ſuum eſſe, iſtarum autem eſſentia diſtinguitur ab eſſe proprio.

i. ¶ Hic excluditur prima obiectio. Dictum eſt enim, φ differentiæ in intelligentiis ſumuntur a diuerſis perfectionis gradibus, quibus una altera propinquior eſt actui primo. Contra hoc inſtatur ſic. Quęcunq; differunt ſecũdum actum perfectum, & minus perfectum, differunt ſolum accidentalibus differentiis: intelligentiæ differunt non niſi ſecundum magis, & minus perfectum, ergo differunt ſolum accidentalibus differentiis. Proceſſus bonus concluſio uero eſt falſa, ergo altera præmiſſarum, non Maior, vt probabitur. ergo Minor, quæ eſt poſitio ſupradicta. Probatio Maioris eſt, quia magis, & minus non variant ſpeciẽ; albedo enim perfecta, & minus perfecta vnius ſpeciei ſunt. quęcunque aũt ſunt eiuſdem ſpeciei, accidentalibus ſolum differentiis diſtinguuntur, cum in omnibus eſſentialibus conueniant. Hanc obiectionem excludit hac pulchra diſtinctione. Perfectius, & minus perfectũ poſſunt attendi vel penes modum habendi aliqui formã unam ſimpliciter, vel penes ipſas formas habitas magis & minus. primo modo non variant ſpeciem, ſed ſecundo modo. Quęcunque enim ita ſe habent, φ ſecundum diuerſos gradus perfectionis atomam ſuſcipiunt formam, ſolo numero vt ſic, diſtinguuntur, vt patet de albo, vt 4. de albo, ut 6. Ea vero, quę diuerſos gradus perfectionis non eiuſdem formæ, ſed plurium formarũ ſuſcipiunt, eſſentialiter, ſeu ſpecifice, diſtingui neceſſe eſt, ut patet de homine & boue. Vnde patet reſponſio ad obiectiones, φ primo modo Minor eſt falſa, ſecundo modo Maior. Cuius probatio ideo videtur ſine additione vulgata, quia cõparatio denotata per ly, magis & minus, non ſit proprie, niſi in atoma ſpecie, ut dicitur ſeptimo Phy. in commen. 27.

k ¶ Hic excluditur ſecũda obiectio. Obiicitur.n. cõtra idẽ dictũ ſic. Vbicunq; ſunt uerũ genus, & ueræ ſpecies, ibi dẽt eſſe artificialis diuiſio illius generis p duas ueras differentias: ſed in intelligẽtiis inuenitur uerũ genus, & ueræ ſpẽs, ergo ibi dẽt eſſe diuiſio per duas differẽtias ueras. Cõcluſio eſt cõtra diuiſionem ſupra aſſignatã, qua dictum eſt, Genus intelligentiarũ deſcendit ad iſtas ſpecies per magis perfectũ, & minus perfectũ, quæ non ſunt ueræ differentię. Maior uero probatur ex eo, φ vbi uerũ genus cũ ueris ſpeciebus inuenitur, oportet eſſe diuiſiuas ipſius generis, & ſpecierũ conſtitutiuas differentias: ex eo autem φ diuiſio eſt ſecundũ artem, debet eſſe bimembris, ut Boetius teſtatur. Hanc obiectionẽ excludit S. Tho. dicens, ma-

A ioremeſſe uniuerſaliter impoſſibilitatẽ ſecundũ Ari. ſententiam in 2. libro de Animalibus.

AD CVIVS Euidentiam notandum, φ cum differentiæ appellentur differentiæ poſitiuę, non extraneę contrarię inter ſe, conuertibiles cum his quorum ſunt differentiæ, ut ibi dicit Ari.

tiarum ſit ſemper per differentias ueras, quia hoc eſt impoſſibile in omnibus rebus accipere, vt Philoſophus dicit, in. 11. de Animalibus.

l Tertio modo inuenitur in ſubſtantiis compoſitis ex materia & forma, in quibus & eſſe eſt receptum & finitũ, propter quod & ab alio eſſe habent: & iterum natura, uel quidditas earum recepta eſt in materia ſignata, & ideo ſunt finitæ & ſuperius, & inferius, & in eis iam propter diuiſionem materiæ ſignatæ poſſibilis eſt multiplicatio indiuiduorum in una ſpecie: & in his ſubſtantiis, qualiter ſe habeat eſſentia ad intentiones logicas, ſupra dictum eſt.

cap 3. Genus illud, quod plures duab⁹ ſpeciebus continet immediate, non poteſt diuidi duabus ueris differentiis: ſed ſi ueris differentiis diuidendũ erit poteſtatem eius euacuantibus, oportet quod diuidatur pluribus duabus, & ſic diuiſio non erit bimembris. Si enim diuiſione bimembri, partiendum erit, oportet alteram differentiam eſſe non veram: erit.n. cum priuatione accepta altera. Sicut ſi animal immediate contineat hominem, bouẽ, & leonem, oportet tribus veris differẽtiis diuidi: vel altera vera, puta, rationali, altera non vera, ſed priuatiua communi reliquis duabus, puta, irrationali. Quia igitur inueniuntur aliquæ res in mundo plures duabus contentæ immediate ſub aliquo communi formaliter diuiſibili, ideo dicitur, quòd impoſſibile eſt vniuerſaliter, quod omnis diuiſio fiat per duas differentias veras, & hoc in propoſito noſtro accidit. Cum enim intelligentiæ careant genere ſubalterno, vt S. Thom. in tractatu de Natura generis cap. 5. teſtatur, eo quod perfectio earum ex pluribus coniunctionibus differentiarum non conſurgit, ſicut perfectio ſpecierum in iſtis inferioribus, quibus non ſufficit genus commune, & differentia, omnes immediate ſub vno genere continebantur: & ſic genus earum, ſi veris differentiis ad illas deſcendere debet, oportet multimembrem fieri diuiſionem nobis ignotã. Quod ſi bipartita diuiſione contrahendum erit, alteram ſimpliciter neceſſe eſt eſſe non veram, quia priuatiuam: alteram propter debilitatem intellectus noſtri ad nullam propriam earum differentiam aſcendere potentis, neceſſe quoq; eſt eſſe non veram. Tales autem fuerunt differentiæ in litera aſſignatæ, ſcilicet magis perfectum, & minus perfectum. Cap. 3. Cap. 10. cap. 5.

D ¶ Ex his iam patet reſponſio ad obiectionem declarata impoſſibilitate Maioris vniuerſaliter. Boetii vero dictum non obſtat: quamuis enim dicat diuiſionem omnem ad bimembrem reduci, non tamen dicit, quòd omnis bimembris fiat per differentias veras inferiorum, per illam diuiſionem accipiendorum.

¶ In hac quarta, & vltima parte huius capituli quatuor colligit de eſſentiis ſubſtantiarum compoſitarum, Primum eſt, φ eſſe earum eſt limitatum, quia habent illud ab alio, vt pote diſtinctum realiter a ſe, & per hoc primo diſtinguitur a primo ente, cuius eſſe eſt infinitum, & idem realiter ſuæ quidditati. Secundum eſt, φ eſſentia earum eſt recepta in materia ſignata: ſunt enim in hoc uel in illo, ad hic, & nunc determinate, ſicut formale per ſuum materiale. Tertium, qđ ex iſtis duobus corollarie ſequitur, eſt φ ſunt finitæ ſuperius, & inferius. Superius quidem, quia habent eſſe limitatum, & eſſentia earum per ipſum eſſe, quod ut ſuperius reſpicit, terminatur. E Inferius uero, quia recipiuntur earum formæ in materia, & ipſæ adhoc, & illud terminatur, quæ reſpiciunt vt inferius, per hoc φ in his, & aliis conditionibus materialibus recipiuntur, tanquam in parte materiali. Quartum eſt, φ eſſentia earum eſt multiplicabilis numeraliter in eadem ſpecie propter materiæ ſignatę diuiſionem. Et per hæc tria differunt ab intelligentiis in ſecundo ordine poſitis, quę immunes a materia, infinitęque inferius parem ſibi non comparantur. Et ſic terminatur tractatus ſecundus huius libri. cap 4.

CAPVT

a *Caput ſeptimum.*

IN hoc tractatu tertio, vnico capitulo contento, determinatur de accidentibus. vt nihil ſub latitudine entis in actum remaneat. Diuiditur autem in tres partes, in quarum prima, quid ſignificet eſſentia in accidentibus declaratur: in ſecunda uero, diuerſitas accidentium a ſubſtantia, & inter ſe: in tertia aũt, quo modo ſe habeant ad intentiones logicas. Declarat ergo primum tali concluſione. Accidentia habẽt eſſentiam incompletam. Probatur ſic. Quæcunque habent diffinitionem incompletam, habẽt eſſentiam incompletam: accidẽtia, habent diffinitionem incõpletam. ergo.

a CAPVT VII.

NVnc Autem reſtat uidere, qualiter eſſentia ſit in accidentibus: quomodo autem ſit in omnibus ſubſtantiis, dictũ eſt. Et quia, ut dictum eſt, eſſentia ꝑ diffinitionem ſignificatur, oportet ꝙ eo modo habeant eſſentiam, quo habent diffinitionẽ. G Diffinitionem autem habent incompletam, quia non poſſunt diffiniri, niſi ponatur ſubiectum in eorum diffinitione: & hoc ideo eſt, quia non habent in ſe eſſe abſolutum per ſe a ſubiecto, ſed ſicut ex forma & materia relinquitur eſſe ſubſtantiale, quando componuntur, ita ex accidẽte & ſubiecto relinquitur eſſe accidentale, quando accidens ſubiecto aduenit. Et ideo etiam nec forma ſubſtãtialis completam eſſentiam habet, nec materia: quia in diffinitione formæ ſubſtãtialis oportet ꝙ ponatur illud, cuius eſt forma, & ita diffinitio eius eſt per additionem alicuius, quod extra eius genus eſt, ſicut & diffinitio formę accidentalis, ut etiã in diffi-

Maior patet ex eo, ꝙ eſſentia eſt id, quod per diffinitionẽ ſignificatur, ut dictum fuit in principio libri. Minoris probatio eſt: quia quæcunq; diffiniuntur neceſſario per aliquid, quod eſt extra eorũ eſſentiã habent diffinitionẽ incõpletã: diffinitio enim taliũ nõ completur per intrinſeca, ſed eget extrinſeco additamento: ſed accidentia diffiniuntur neceſſario per aliquod, quod eſt extra eorum eſſentiam, oportet ſiquidem in eorum diffinitione poni ſubiectum, ut dicitur 7. Metaphy. tex. Commen. 15. ergo accidentia habent diffinitionem incompletam.

H Ad euidenter manifeſtandam minorem S. Tho. in litera comparat accidentia formis ſubſtantialibus, penes conuenientiam, & differentiam: inde enim clare patebit, quomodo accidentia habent eſſentiam incompletam.

Conuenire, ait, accidentia cum formis ſubſtantialibus in tribus. Primo in hoc, ꝙ neutrum eorum habet eſſe abſolutum a ſubiecto, independens a receptiuo, ſed ſicut ex forma ſubſtantiali coniuncta materiæ fluit eſſe commune utrique, ita ex coniunctione accidentis cum ſubiecto, relinquitur eſſe commune vtrique, ex coniunctione enim albedinis cum niue fit eſſe, quo & albedo eſt, & nix eſt alba.

I Secundo cõueniunt in hoc, ꝙ neutrum eorum habet eſſentiam completam: quia eſſentia utriuſq; eſſentialiter ad aliud refertur, vt receptiuũ. forma ſiquidem ſubſtantialis eſſentialiter eſt entitas perfectiua materię, & accidens eſſentialiter eſt entitas ſubiecti qualificatiua. Tertium autem, in quo cõueniũt eſt, ꝙ neutrum eorum habet diffinitionem cõpletam propriis terminis, ſed per additamentũ. ſicut enim in diffinitione accidentis oportet poni ſuum ſubiectum, quod eſt extra eius genus, ita in diffinitione formæ ſubſtantialis oportet ponere receptiuũ, materiam ſcilicet, quæ eſt extra eius genus proprium. Nam genus formæ eſt actus, vt patet ſecundo de Anima: materiam autem, cum ens diuidatur in actum & potentiam, ſub potentia contineri clarum eſt, & conſequenter eſſe extra actum, quod eſt genus formæ, huius ſignum eſt, ꝙ fecit Ari. diffiniendo animam, dum poſuit in eius diffinitione corpus phyſicum organicum, quod prõpria materia eſt animæ in eo quod eſt corporis phyſici perfectio. Addidit autem hoc, ne mireris, quare in diffinitione animæ non ponitur materia, cum ſit forma ſubſtantia-

K lis, ſed corpus Phyſicum. hoc enim ideo eſt: quia phyſicus non conſiderat animam vt formam ſubſtantialem, ſed ut animam, quæ ut ſit, corpus phyſicum præexigit tanquam propriam materiam. Hinc habes, ꝙ conſiderare animam intellectiuam ut ſic, ſecundum ſuam completam quidditatem, non eſt opus phyſici, vt etiam tradit Ariſt. in lib. 1. de partibus animalium, cap. 1.

Differunt autem in quinque. Primo, quia receptiuum formæ ſubſtantialis nõ habet eſſe ꝑ ſe ſine eſſe formæ, eſt enim in hoc conforme ſuæ formæ: ſicut enim forma ſubſtantialis non habet eſſe pręter ſuum receptiuũ, ita nec ſuum receptiuum habet eſſe præter ſuam formam. receptiuum uero accidẽtis habet eſſe per ſe præter eſſe ſui accidentis. Huius differentiæ ratio eſt, quia receptiuum formæ ſubſtantialis, eſt ens in pura potentia: receptiuum uero formæ accidentalis, habet eſſe in actu.

Secũdo uero differũt, quia ex coniunctione formæ ſubſtantialis ad ſuũ receptiuũ, emanat eſſe illud, quo res ipſa ſubſiſtit, ſeu ſimpliciter eſt. Ex cõiunctione uero formę accidentalis ad ſubiectũ fluit eſſe, quo res ſecundum quid eſt. Et hæc differẽtia

F oritur ex prima: ex quo enim receptiuum formæ ſubſtantialis caret eſſe per ſe, illo eſſe, quod ex forma fluit, primo eſt: & per oppoſitum, ex quo ſubiectum accidentis proprio eſſe gaudet, per adeptionem accidentis tale eſſe acquirit, & non eſſe ſimpliciter, hoc enim præhabet: & ſic ſecundum hoc primum eſſe poteſt intelligi eſſe ſine ſecundo. poteſt enim ſubſtantia ab accidente ſeparari, ut dicitur. 7. Met. tex. com. 4.

¶ Tertio differunt, quia ex cõpoſitione formę ſubſtantialis cum ſuo ſubiecto fit unum per ſe: ex compoſitione autem accidentis cum ſubiecto, non fit unum, niſi per accidens. Oritur autem hæc differentia ex ſecũda: ex quo enim ex forma ſubſtantiali eſſe ſimpliciter fit, quo res per ſe eſt, oportet ꝙ unũ ſimpliciter fiat, quo rés ſit per ſe una. ens enim ſequitur unum. Ex eo uero quod ſubiectum & accidens duo eſſe habent, unũ per ſe facere non poſſunt eadem ratione, quia ſcilicet unum ſequitur ens, non enim poteſt eſſe quòd unum per ſe, ſequatur ens per accidens.

¶ Quarto differunt, quia ex coniunctione formę ſubſtantialis cum materia reſultat eſſẽtia quædam tertia. ſcilicet entitas. Ex

H coniunctione uero accidentis cum ſubiecto, non fit aliqua eſſentia tertia. Oritur autem hęc differentia ex tertia: cum enim eſſentia ſit id quod per deffinitionem ſignificatur, ut res diffinita: diffinitum autem oportet eſſe vnum per ſe, ſecundum Ariſtot. 7. Met. tex. com. 16. ex eo quod ex accidente & ſubiecto nõ fit vnum per ſe, habetur, quod nec eſſentia aliqua reſultat, & per oppoſitum, ex eo ꝙ ex forma ſubſtantiali, & materia unũ per ſe fit: eſſentia tertia reſultat.

Quinto differunt, quia forma ſubſtantialis, & ſi non ſit eſſẽtia completa, eſt tamen pars completæ eſſentiæ: accidens vero non eſt eſſentia completa, nec pars eſſentię completæ. Sequitur autem hæc differentia quinta ex quarta: ſi enim ex forma, & materia fit eſſentia quædam tertia, forma ſubſtantialis illius pars erit, Si autem ex accidente & ſubiecto eſſentia nulla reſultat, accidens nullius completæ eſſentiæ pars poni poteſt, & ſic accidens incompletum & ſecundum quid eſt ens, ac conſe-

I quenter incompletam eſſentiam, & diffinitionem habet. Nec te moueat, quod formam ſubſtantialem non abſolutam a receptiuo & eſſe non habere ſine materia modo dicatur, & ſuperius dictum ſit, animam intellectiuam independentem a materia & ſeparatam ab illa ſecundum rem remanere, hoc enim eſt ſimpliciter uerum. Ad uerificationem autem eius quod modo diximus, ſufficit animam intellectiuam eſſe eſſentialiter materiæ informatiuam, & tali modo ab illa inſolubilem ſecundum eſſe quidditatiuum, ut eius diffinitio oſtendit, & quod formæ ſubſtantialis ut ſic, non habeat unde ſecundum eſſe actualis exiſtentiæ a materia abſoluatur, & independens ſit, licet aliunde alicui formę ſubſtantiali hoc inſit, puta, ex hoc quod eſt intellectiua, loquimur enim de forma partis ſubſtantiali ut ſic.

CIRCA Hæc ſupradicta multa ſunt dubia. Circa ſecundam enim conuenientiam dubitatur, an ſit uerum, ꝙ ibi dicitur, ſcilicet quod eſſentiæ accidentales eſſentialiter non ſunt

K abſolutę a receptiuo.

¶ Et hanc dubitationem comitatur alia, circa tertiam conuenientiam, An ſcilicet accidentia neceſſario per ſubiectum diffiniantur.

¶ Occurrunt quoque quæſtiones circa differentias aſſignatas, & prima quidem habet dubitationem de utroque membro cum ſua radice, an ſcilicet forma ſubſtantialis puræ potentiæ tantum actus ſit.

¶ Et, An forma accidentalis in ente, in actu tantum recipiatur.

¶ Circa ſecundam differentiam eſt dubium, An accidentia habeant propriam exiſtentiam diſtinctam realiter ab exiſtentia ſubſtantiali.

¶ Et iterum eſt ibi dubium, An ſubſtantia ſubiecta accidenti poſſit intelligi eſſe abſque omni accidente.

¶ Iſtę ſex dubitationes ſi diffuſe tractare uellemus, propoſiti limites excederemus, alterius enim negotij eſſet: ſed ne omnino ieiuni tranſeamus, de pluribus earum dicetur ordine ſupradicto, fundamenta & noſtra, & aduerſariorum adducendo.

QVAE-

QVÆSTIO XV.

CIRCA Primum dubium, declarato titulo primo, adducetur opinio Scoti: ſecundo S. Tho. tertio reſpondebitur argumentis in oppoſitum. Eſt igitur ſenſus primi dubii, An de eſſentia accidẽtis ſit dependentia ad ſubiectum, quod ſub ſpecialib. vocabulis dubitatur ab aliis, cum quæritur, An inhærentia aptitudinalis ſit de eſſentia accidentis. Sco. in 4. ſen. diſt. 12. q. 1. decidit hanc quæſtionẽ quo ad accidentia abſoluta. ſ. quantitatem, & qualitatẽ, aliq; tales, qui hoc vertunt in dubium, quid nominis ipſius inhærentiæ ignorare, contentuſq; eſt vnica ratione ad probandum, quod impoſsibile ſit inhærentiam quancunque eſſe de eſſentia accidentis abſoluti, ſic. Nulla relatio eſt de conceptu formali rei abſolute: omnis inhærentia eſt relatio. ergo nulla inhærentia eſt de conceptu formali rei abſolute.

Op. Scot. 4. di. 12. q. Vniſa 16. Scot.

nitione animæ ponitur corpus a Naturali, qui conſiderat animã ſolum, inquãtum eſt forma phyſici corporis. Sed tamẽ inter formas ſubſtantiales, & accidentales tantum intereſt, quia ſicut forma ſubſtantialis non habet per ſe eſſe abſolutũ ſine eo, cui aduenit, ita nec cui aduenit, ſcilicet materia, & ideo ex coniunctione vtriuſque relinquitur illud eſſe, in quo res per ſe ſubſiſtit, & ex eis efficitur vnum per ſe: propter quod ex coniunctione eorum relinquitur eſſentia quædam. Vnde forma, quamuis in ſe conſiderata non habeat rationem completam eſſentiæ, tamen eſt pars eſſentiæ completæ. Sed illud, cui aduenit accidens, eſt ens in ſe completum conſiſtens in ſuo eſſe, quod qui- B dem eſſe naturaliter præcedit accidens, quod ſuperuenit. & ideo accidens ſuperueniens ex coniunctione ſui cum eo, cui ſuperuenit, nõ cauſat illud eſſe, in quo res ſubſiſtit, per quod res eſt ens

¶ Aliter hæc ratio formatur ab eodem ſic. Id quod eſſentialiter eſt ad ſe, non includit in ſe eſſentialiter reſpectum, ſecundũ Augu. 7. de Trinita. cap. 2. ſed accidens abſolutum eſt ad ſe. ergo accidens abſolutum non includit eſſentialiter reſpectum, inhærentia autem reſpectus eſt. ergo.

¶ Ab aliis autem confirmatur eadem ratio ſic. Omne quod relatiue dicitur, eſt aliquid præter relationem. fundamentũ enim relationis eſt aliud formaliter a relatione: ſed accidens abſolutum, puta, qualitas, relatiue dicitur inhærens, ergo eſt aliquid abſolutum præter inhærentiam.

¶ Præt. Inhærentia aptitudinalis eſt de eſſentia accidentis. ergo quantitas, & qualitas non ſunt genera generaliſsima. Tenet cõſequentia ex eo, quod tunc a quantitate, & qualitate, & ceteris accidentibus poſſet abſtrahi conceptus communis quidditatiuus eiuſdem rationis in omnibus illis inferior conceptu entis, & ſuperior illis nouem generibus. ſ. eſſe in, & ſic cum omnis talis conceptus ſit genus, nouem genera accidentium generaliſsima non erunt: haberent enim ſuperueniens genus.

THOMISTARVM autem ſententia eſt, inhærentiam aptitudinalem eſſe de eſſentia accidentis, & eam non eſſe relationẽ.

¶ Sciendum eſt enim aliquid eſſe abſolutum, vel reſpectiuum dupliciter, ſcilicet a ſubiecto, & a termino. Abſolutum enim a ſubiecto ens, eſt id quod non eſt natum recipi in alio, vt ſubſtantia. Reſpectiuum ad aliud, ut ſubiectum, eſt id, quod eſſentialiter natum eſt recipi in alio, ut omne accidens. Abſolutũ a termino eſt id, quod formaliter non reſpicit aliud præciſe ut terminum ad quem, ut ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Reſpectiuum ad aliud vt terminum eſt id, quod formaliter reſpicit aliud præciſe, ut terminum ad quem, ſicut prædicamentum relationis. In hoc enim differt relatio pertinens ad prædicamentum relationis ab aliis reſpectibus ceterorum generũ, qui a quibuſdam tranſcendentes uocantur, quod reſpectus pertinens ad genus ad aliquid eſſentialiter eſt ad aliud, non ut receptiuum, vel cauſam efficientem, aut finalem, aut formalem ſed præciſe eſt ad aliud, tanquam terminum, ut unum enim relatiuorum nec eſt forma, nec finis, nec efficiens alterius, ſed terminus. Propter quod dicit Magnus Albertus, quod vnum relatiuorum non eſt diffiniendum per reliquum, eo quod ly per, denotat cauſalitatem. Reſpectus autem aliorum generum, qui propter vocabulorum penuriam, reſpectus dicitur, reſpicit eſſentialiter aliud, ſed vt ſubiectum, vel materiam, vel formam, & huiuſmodi: ſic enim materia eſſentialiter reſpicit formam, & econtra, vt de commeoſuratione animæ intellectiuæ ſupra dictum eſt. Cum ergo inhærentia aptitudinalis importet reſpectũ ad aliud, vt receptiuum, ipſam non de genere relationis, ſed identificatam cuilibet generi, modo abſolutum ens, modo relatiuum ſignificare dicimus. Vnde nõ prohibetur inhærentia aptitudinalis eſſe de eſſentia abſoluti accidentis ex eo, quod eſt reſpectus: immo ex hoc, quod accidens abſolutum non a ſubiecto eſt, licet a termino, ſequitur quod de eſſentia eius ſit eſſentialis dependentia ad ſubiectũ, quam inhærentia aptitudinalis explicat.

6.6. q. 13.

¶ Cõſona aũt noſtra poſitio rationi oſtenditur. quod ſicut eſſe ad, conſtituit accidens relationem: ita eſſe in, conſtituit accidens vniuerſale. Contrahitur enim ens per eſſe in ad nouem genera accidentiũ: & ideo ſicut ad, eſt de eſſentia relationis, ita in,

A eſt de eſſentia accidentis. Vnde Simplicius in commento prædicamentorum dicit eſſe in, nullum conſtituit genus, ſed omne accidens circuit.

¶ Et confirmatur ex eo, quòd niſi aptitudinalis inhærentia eſſet de eſſentia accidentis, poſſet completa diffinitione ipſum accidens concipi abſque aptitudinali inhærentia in eius diffinitione poſita, quod eſt impoſſibile. Oportet enim ipſum in ſua diffinitione habere eſſentialem dependentiã ad ſubiectũ, quam inhærentia aptitudinalis explicat, aliter ſubiecto non eſſet opus ad diffiniendũ. Propterea in pluribus locis ait S. Tho. quod diffinitio accidentis eſt hoc, ſeu aliud huiuſmodi, res cui debetur eſſe in alio. Hæc de ſecundo.

AD PRIMVM autem in oppoſitum dicitur, quod Minor primi eſt falſa, & deceptus videtur Scotus, quia non vidit differentiam inter reſpectum, in & ad: reſpectus enim in & ad non eſt relatio, nam licet talis reſpectus terminetur ad ſubiectum, & conſequenter ſubiectum ſit terminus, tamen non terminat, ut terminus, ſed ut receptiuum illius, & hoc oportet hic valde attendere: aliud eſt enim dicere A, eſt terminus talis reſpectus, C & A terminat talem reſpectum ut terminus, ut ex dictis patet.

¶ Et per hoc patet reſponſio tam ad ſecundam, quam ad tertiã formam eiuſdem rationis, ſemper enim ſupponit aptitudinalem inhærentiam eſſe relationem.

¶ Ad ultimum negatur conſequentia. dicitur nanque, quod eſſe in eſt diuerſarum rationum in prædicamentis, ſicut & ens: eſt ſiquidem in, analogum ad nouem genera accidentium, ſicut & ens ad omnia genera.

EX his patet ſolutio ſecundi dubii, in quo Scotus nobiſcum concordat in 4. diſt. 12. ita quod vnanimiter fatemur accidens non poſſe complere diffinitionem abſque additione ſubiecti, ut nũc eſt probatum, quod plenius inferius patebit, cum declaratum fuerit, unde ſumantur genus, & differentia in eis. Teſtatur, & hoc Ariſt. in 7 Metaph. tex. Com. 15. & 17.

TERTIA Dubitatio, quoniam nimis eſt ampla, alibi diſcutienda relinquitur, oporteret ſiquidem ad plenam illius reſolutionem multos quinternos implere.

Tex. cõ. 15. & 17. & tex. com. 4.

D

QVAESTIO XVI.

QVARTAM Vero, quia de accidentis natura eſt, cuius tractatum agimus, non omnino prætermittendam duco: In qua tria agenda ſunt. Primo, recitabitur opin. Auerrois: ſecundo ponetur opin. S. Thomæ: tertio reſpondebitur argumentis in oppoſitum.

¶ Sciendum eſt quo ad primum, Auerroim in lib. de Subſtantia orbis, ſundaſſe opinionem nobis contrariam, ponendo in materia prima, quæ eſt pura potentia, accipi dimenſiones interminatas. Ex hoc enim ſequitur, non omne accidens eſſe ſubiectiue in ente in actu.

¶ Mouetur autem ad hoc opinandum rationibus pluribus ducentibus ad impoſſibile. Prima eſt. Dimenſio interminata non eſt in materia coæterna ſibi. ergo corpus ſit ex non corpore, & dimenſio ex non dimenſione, & tunc ultima ſequitur ergo for- E mæ corporales, ideſt, dimenſiones ſunt ſibi inuicem contrariæ, & ſuccedentes ſibi inuicem in ſubiecto, ſicut ſibi inuicem ſuccedunt formæ ſubſtantiales in eadem materia: conſequens eſt impoſſibile. ergo a deſtructione conſequentis, &c. Impoſſibilitas conſequentis patet ex eo, quod neque motus, neque mutatio aliqua eſt ad quantitatem interminatam. Augmentatio enim eſt ad quantitatem terminatam. Patet quoque ex eo, quod quantitati nihil eſt contrarium, ut dicitur in Prædicamentis. Conſequentia autem probatur ex eo, quod omne quod fit ex ſuo contrario, ſeu priuatio, ut dicitur 1. Phyſic. tex. com. 64. & 5. eiuſdem tex Com. 7.

Te. cõ. 64. & 47. T. co. 7.

¶ Secunda ratio eſt iſta. Quantitas interminata non eſt in materia. ergo materia non poteſt ſimul formas diſtinctas ſpecie, aut numero recipere: cõſequẽs eſt falſum: ad ſenſum. ergo. Conſequentia probatur ex eo, quod diuerſæ formæ nõ poſſunt ſimul recipi, niſi in diuerſis partib. materiæ: materia uero diuerſis partib. caret ante quantitatis receptionem. ſublata ſiquidem excluſa

quan-

per ſe: ſed cauſat quoddã eſſe ſecundũ, ſine quo res ſubſiſtẽs intelligi poteſt eſſe, ſicut primũ poteſt intelligi ſine ſecũdo, uel prædicatũ ſine ſubiecto. Vnde ex accidente & ſubiecto nõ fit unum per ſe, ſed unum per accidens, & ideo ex eorum coniunctione nõ reſultat eſſentia quædã, ſicut ex coniunctione formæ cum materia, propter quod accidẽs neque rationem completę eſſentiæ ha-

quantitate indiuiſibilia eſt, ut dicitur primo Phy. tex. Com. 19.

Tertia ratio eſt iſta. Quantitas non eſt in materia ſubiectiue. ergo forma non diuiditur per diuiſionem materiæ. Tenet cõſequentia quia forma recipitur in materia indiuiſibili, cũ quantitate ponatur carere. Tunc ultra ergo forma recepta in materia nulla diuiſionẽ habet, Tenet cõſequentia: quia omnis diuiſio formæ materialis præexigit diuerſitatẽ partiũ materiæ. Tunc ultra. ergo forma recepta in materia eſt ęterna. & caret cõtrario Tenet conſequentia: quia temporalitas formæ corruptibilitatem eius ſequitur: corruptibilis autem non eſt forma aliqua, niſi recipientem eius habeat diuerſas partes, quarum alteram ipſa, alteram formam, alia informet, cum oporteat communicari in materia ea, quæ inuicem corrumpuntur, ut primo de generatione tex.

T.cõ.19. T.cõ.17. 1. Phyſi. 3.cõ.73.

Commen. 53. dicitur: & tunc ultimo ſequitur, quod nullam, niſi primam formam materia recipiat. oportet enim corruptionem unius, eſſe generationem alterius, ut dicitur in primo de generatione. tex. Comment. 17. & conſequenter caret contrario. Hæc de primo.

HANC opinionem. Et ſi in quibuſdam ſuis libris ſequatur S. Tho. propria tamen ſententia oppoſitum ultimo determinauit in prima parte. q. 76. ar. 6 vbi tali ratione utitur contra Auer. poſitionem. Quandocunque aliquid eſt in potentia ad actum omnem, ordine quodam rectus recipit actum primum ſimpliciter, & demum ſequentes: ſed materia prima ſecundum ſe eſt in potentia ad omnes actus ſubſtantiales, & accidentales ordine quodam. ergo prius recipit actum priorem ſimpliciter, deinde poſteriorem ſed primus actus ſimpliciter, etiam ordine generationis, eſt eſſe, ergo primum, quod intelligitur recipi in materia, eſt eſſe: ſed eſſe materiæ eſt eſſe ſubſtantiale, & non niſi a forma ſubſtantiali. ergo prius recipitur in materia forma ſubſtantialis, quàm quodcunque accidens: & ſic omne accidens ſequens aduenit enti in actu. Quod primus actus ſimpliciter ſit eſſe patet, tum authoritate libri de cauſis in principio: tum, quia eſſe quantum preſupponit eſſe, & ſimiliter eſſe quale præſuppon it eſſe, & ſic de alijs. Sequuntur præterea ad hac poſitionẽ multa inconuenientia. quod ſcilicet ens ſecundum quid præcedat eſſe ſimpliciter: & quod ens per accidens ſit prius ente per ſe: & quod materia maiorem connexionem habeat cum forma alterius generis. quam cum forma proprij generis, ex quo a qualibet forma ſubſtantiali eſt denudabilis, & nõ a qualibet forma accidentali: & quod ſubſtantiæ generabilis ſint non ſolum tria, ſed quatuor principia, ſcilicet materia, forma, priuatio, & quantitas interminata non enim poteſt fingi, cum ſit principium, talẽ per accidens, cum ſit coniuncta principio per ſe ſicut de priuatione dicitur, & ſic debuit connumerari ab Ariſt. Tenenda eſt igitur opi. S Tho. quod omne accidens eſt ſubiectiue in ente in actu, & per hoc differt a forma ſubſtantiali, quæ eſt ſubiectiue in ente in pura potentia. Et hæc de ſecundo.

AD PRIMAM Rationem Auer. dicitur. quod conſequens primum aliquam habet multiplicem ſenſum, & quandoque uerũ, quandoque falſum: & ideo diſtinguendum eſt. ſi namque ly ex, dicat habitudinem cauſæ materialis, uerum eſt. Corpus. n. fit ex materia, quæ nõ eſt corpus, & indiuiſibilis in actu, licet ſit corpus, & diuiſibilis in potentia ſi autẽ ly ex, dicat habitudinem termini a quo falſum eſt; ne eſſe eſt enim materia, ex qua fit corpus immediate, ante illud inſtans habuiſſe corporeitatẽ: & uniuerſaliter in omni inſtanti tẽporis neceſſe eſt ipſam eſſe ſub dimẽſionibus & hoc modo intelligendum eſt quod Ariſt. tertio Cæli,

T.cõ.29. & 64.

tex. com. 29 & 64. dicit, quod impoſſibile eſt corpus fieri ex non corpore, i. poſt non corpus. Amplius eſt diſtinguendum ly fit: corpus enim, ſeu dimenſionem fieri. intelligi poteſt dupliciter. Vno modo determinatiue, id eſt, ut fiat tanquã terminus alicuius motus, vel mutationis: & hoc modo eſt impoſſibile fieri dimẽſionẽ. Alio mo cõcomitatiue, id eſt, ut fiat tanquam aliquod cõſequens ipſum terminũ motus ſeu mutationis. & hoc modo verum eſt corpus fieri. Neque enim generatio, neque alteratio, neque motus localis ad quantitatẽ terminatur, vt quantitas eſt, licet augmentatio terminetur ad quantitatem perfectam. ſed quãdo generatio terminatur per ſe primo ad compoſitum ſubſtantiale, generantur conſecutiue eius accidentia inſeparabilia, de quorũ numero eſt quantitas, quæ ſubſtantialem corporeitatem ſequitur. Peccatum ergo accidit in prima ratione Auerrois: quia cõceſſa prima cõſequentia, pro quanto infert cõſequens in ſenſu uno, non tenet ſecunda cõſequentia, quæ ſupponit dimenſiones fieri nõ concomitatiue, & per accidens, ſed determinatiue. de illis. n. quæ fiunt, vt termini mutationũ. uerificatur, quod corrũpunt a cõtrario, & quod ſuccedũt, ſibi inuicẽ ſe mutuo expellentia, & nõ de

F illis quæ fiunt conſecutiue, de quorum numero eſt quantitas interminata.

¶ Ad ſecundam rationem negatur conſequentia. Et ad probationem dicitur, quod diuerſas formas præexigere diuerſas partes in materia. poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ut ly præ, dicat ordinem temporis: & ſic verum eſt quaſcunque duas formas ſimul recipiendas in materia præexigere eam eſſe diſtinctã in plures partes immediate ante illud inſtans, in quo illæ formæ inducuntur; eadem enim pars materiæ non poteſt ſimul ad duas formas alteratione ſufficienter diſponi: ſed talis diſtinctio partium materiæ præexacta, non oportet quod fiat per interminatas di-

G menſiones ipſi materiæ inhærentes, ſed ſatis per dimenſiones præcedentium compoſitorum. Alio modo poteſt intelligi, ut ly præ, dicat ordinem neceſſarium: ita quod in inſtanti introductionis formarum, neceſſe ſit materiam habere prius natura diuerſitatem partium, & poſt formas diſtinctas: & hoc eſt falſum, oportet enim prius natura materiam eſſe. quàm diſtinctam eſſe in illo, ergo, & pro illo inſtanti exigunt duæ formæ diſtinctas partes materiæ, ſed non præexigunt.

¶ Ad tertium dicitur, quod formam diuidi per diuiſionẽ ſubiecti poteſt intelligi dupliciter Vno modo, ut ideo forma diuiſionẽ habeat ex ſubiecto, quia in materia prædiuiſa recipitur. & hoc modo quomodo ſit uerum, & quomodo ſit falſum, nunc mine declaratũ eſt. Alio modo, ut ideo forma diuidatur ad diuiſionem ſubiecti: quia forma habet talem diuiſionem ratione ſui ſubiecti: & hoc modo uerum eſt, eo quod diuiſio quantitatiua conuenit formæ ſubſtantiali ex hoc. quod eſt in materia, ratione cuius

H compoſitum eſt quantum Sicut enim qualitas ſequitur compoſitum ratione formæ, non ita tamen, quod ipſa qualitas præſit in ipſa forma ſubiectiue: ita quantitas ineſt compoſito ratione materiæ, nõ ita, quod præſit in materia: quia ergo diuiſio quantitatiua formę non conuenit niſi ratione materiæ, in qua recipitur, ut formę a materia ſeparatę oſtendunt: ideo formas diuidi ad diuiſionem ſubiecti concedimus, non tamen diuiſionem iſtã præcedere formam, ſed comitari. Vnde patet reſponſio ad totum proceſſum rationis: quoniam ruit, fundamento falſo innitens, fundatur enim ſuper hoc, quòd expoſitione noſtra ſequi, formas non diuidi ad diuiſionem ſubiecti quod patet non ſequi.

QVINTA Dubitatio, prętermiſſis argumentis ſecundum S Thomę doctrinam habet partem affirmatiuam ueram. Cum enim ab omni forma fluat aliquod eſſe, quia forma eſt quę dat eſſe rei, neceſſe eſt a forma accidentali fluere accidentale eſſe: ſicut ab albedine eſſe albũ, & a dulcedine eſſe dulce.

I ¶ Quòd autẽ eſſe quod fluit a forma accidentali, non eſt idem quod eſſe ſubſtantiale, ex proprijs rationibus ſubſtãtię & accidentis notiſſimũ eſt. eſſe namque ſubſtantiale eſt eſſe ſimpliciter ſm ſe independens, & primum: eſſe autẽ accidentale eſt eſſe ſecundũ quid in alio dependens a ſubiecto, & poſterius. Nec eſſe ſolum actualis exiſtentiæ accidẽtis diſtinguitur realiter ab eſſe ſubiecti actualis, ſed etiam ab ipſa eſſentia formæ accidentalis, a qua eſt. Iam enim ſupra probatum eſt, quod nulla quidditas creata, eſt ſuũ eſſe exiſtentię. Vnde exiſtentia albedinis, nec eſt ipſa albedo, nec exiſtentia ſubiecti. nec receptio albedinis in ſubiecto: ſicut nec exiſtẽtia formę ſubſtantialis eſt ipſa forma, aut materia, aut receptio formę in materia: ſed quemadmodũ forma ſubſtantialis recepta in materia perficit ipſam, ut ueraque exiſtentiam recipiat: ita albedo recepta in ſubiecto perficit ipſum, ut eſſe album recipiat, ita quod ſicut forma eſt ratio materię & compoſito ſubſtantiali, quod eſſe habeat: ita albedo eſt

K ratio ſubiecto cõpoſito ex albedine & ſubiecto, quod habeat tale eſſe, album ſcilicet. & ſicut tot eſſe ſubſtantialia in aliquo oportet eſſe, quot ſunt formę ſubſtantiales: ita ſecundum numerum formarum accidentium multiplicatur eſſe accidentale. Aliud eſt ſiquidem eſſe album. & aliud eſt eſſe dulce.

¶ Errant propterea, qui S. Tho. impoſuerunt opinionem recitatam a Sco. in 4 ſen diſt. 12.

CIRCA SEXTAM Dubitationem, An ſcilicet ſubſtantia accidenti ſubiecta, poſſit intelligi eſſe ſine omni accidente. declaranda eſt primo ſententia ſancti Doctoris. Error deinde quidam eligendus.

¶ Ad percipiendum primum, diſtinguendũ eſt, quod de ſubſtantia & accidente dupliciter loqui poſſumus. Primo modo ut ſic, i. de ſubſtãtia ſub rõne ſubſtantię, & de accidente in eo quod accidens. Alio modo concernentes loqui de ſubſtãtia, & accidente ſub rõne talis ſubſtantię & talis accidentis. Primo modo ſubſtantia eſt ſeparabilis ab omni accidente, eo quod eſſe ſubſtantiale ut ſic, nulla connexionem neceſſariam habet cũ eſſe accidẽtali, alio-

ll, alioquin omnis ſubſtantia eſſet accidenti ſubiecta. Secundo modo ſubſtantia non poteſt ſeparari ab omni accidente, quia non a propria paſſione propter connexionem neceſſariã, quæ eſt inter ſubiectum, & propriam paſſionem, non propter hoc, quòd ſubiectum dependeat a paſſione. Propterea S. Thom. in
De creat. q. 9. de X. q. 12. 7. com. c. 9. quæſtionibus de ſpiritualibus creaturis, q. vlt. ad ſeptimum: & in quęſtionibus de anima, q. 12 ad ſeptimum ait, φ ſubiectum eſſe ſine propria paſſione nõ eſt poſſibile, nec intelligibile. In litera autem loquens de eſſe ſubſtantiali & accidentali ut ſic, ait ſubiectum poſſe eſſe ſine accidentali forma ſibi adueniente. Oſtende autem natura demonſtrationis ſubiectum eſſe non poſſe ſine paſſione, oportet namque concluſionem, quæ inhærentiam paſſionis in ſubiecto concludit, neceſſariam eſſe, & impoſſibile aliter ſe habere.

ERROR AVTEM Intolerabilis hic cauendus eſt, poſitus ab Antonio Trombeta in Quolibet ſuo dicente, quod quia ſecundum S. Tho. & eius ſequaces, ſubiectum nõ eſt niſi cauſa materialis reſpectu paſſionis, & paſſio eſt accidens, ex quo neceſſario ſequitur ſubiectum poſſe eſſe ſine propria paſſione. Fundamentum autem huius conſequentiæ eſt, quia omnis potentia paſſiua eſt potentia contradictionis: ſed ſubiectum eſt ſolũ in paſſiua potentia reſpectu paſſionis, ergo eſt in potentia cõtradictionis, ergo poteſt habere ipſam, & non ipſam. Maior habetur ex 9. Metaphyſi. tex. com. 17. & probatur etiam ratione ſic. Paſſiones entis diſtinctæ ſunt tales, quod una includit negationem alterius, ergo potentiam includit negationẽ actus, & per conſequens potentię, ut potentia eſt, non repugnat eſſe ſine actu, ergo omnis potentia eſt potentia contradictionis.

¶ Præterea ad idem. Poſſibile eſt medium inter neceſſarium, & impoſſibile, ergo cum neceſſarium reſpiciat eſſe ſolum, & impoſſibile non eſſe ſolum, poſſibile reſpicit eſſe & non eſſe, & ſic omnis potentia cum ab ea dicatur poſſibile, eſt potentia contradictionis.

¶ Præterea ad idem. Ideo potentia paſſiua eſt ad eſſe, quia poteſt ab alio recipere eſſe, ſcilicet ab agente: ſi autem ab alio recipit eſſe, illo circunſcripto quantum eſt in ſe, eſt ſub non eſſe. Si ergo potentia paſſiua ex ſe eſt ſub non eſſe, & ab agente poteſt habere eſſe, neceſſario ſequitur, quod eſt potentia contradictionis, ſcilicet ab eſſe, & non eſſe.

1. q. 77. ar. 6. cap. ubi ſupra 9. Meta. Te. com. 17. ACCIDIT AVTEM Error hic & in principiis, & in concluſione. In principiis, quia S. Tho. in 1. par. q. 77. ar. 6. tenet ex intentione, & probat ſubiectum eſſe cauſam ſuæ propriæ paſſionis in triplici genere cauſæ, ſ. materialis, effectiuæ, & finalis: unde patet error minoris. Maior autem licet ſit Ariſt. eſt tamen male intellecta & probata. Potentia enim materialis eſt duplex, quædam eſt receptiua tantum: quædam uero non ſolũ receptiua, ſed etiam paſſiua extenſo nomine paſſionis ad omne genus tranſmutationis. Potentia receptiua tantũ eſt neceſſario coæua ſuo actui, eo φ ſi eſſet ante ſuum actum, oporteret φ per aliquam tranſmutationem illum reciperet, & ſic non eſſet receptiua tantum reſpectu illius. Potentia autem paſſiua neceſſario nulli actui coæua eſt, reſpectu cuius eſt paſſiua, eo qđ omnẽ actum per tranſmutationem acquirit, & conſequenter p tranſmutationem perdit: omne enim generabile eſt corruptibile, ut dicitur primo Cęli. Propoſitio ergo illa, Omnis potentia
Te. c. 10. 36. 27. & 28. eſt potentia contradictionis, eſt intelligenda de potentia paſſiua, & non de receptiua tantum. Hanc gloſam & ſenſus ipſe, &
Te. com. 17. tex. Ariſt. conuincunt. Ad ſenſum enim patet, in cęlo eſſe potẽtiam receptiuam ſuæ figuræ, & tamen in eo talis potentia non eſt potentia contradictionis cęlum enim non eſt in potentia ad aliam figuram. Ariſto. uero tex. allegato 9. Metaphyſi. ait, cęlum non eſſe in potentia ad motum, ſed ad terminos eius tantum: & tamen conſtat cęlum habere potentiã receptiuam ſui motus unde ex hoc infirmatur, φ de potentia paſſiua loquebatur: ea enim cęlum eſt in potentia ad terminos motus. Vnde cũ ſubiectum non habeat potentiã paſſiuam, ſed receptiuã tãtum reſpectu propriæ paſſionis (nulla .n. mutatio mediat inter ſubiectũ & paſſionẽ) oportet ſubiectum nõ eſſe in potẽtia cõtradictionis reſpectu paſſionis: & ſic concluſio deducta fuit falſa.

¶ Ad rationes autem, quibus arguens nititur illã propoſitionem de omni potẽtia receptiua probare, reſpõdetur. Et ad primam dicitur, quod paſſiones entis diſtinctas eſſe tales, φ una inclu-

bet, neque pars completæ eſſentiæ eſt: ſed ſicut eſt ens ſecundũ quidditatem & eſſentiam ſecundum quid habet.

b Sed quia illud, quod dicitur maxime & uerissime in quolibet genere, eſt cauſa eorum, quæ ſunt poſt in illo genere, ſicut ignis qui in fine caliditatis eſt cauſa caloris in rebus calidis, ut in ſecundo Metaphy. dicitur: ideo ſubſtantia, quæ eſt principium in genere entis, maxime & uerissime eſſentiam habens, oportet φ ſit cauſa accidentium, quę ſecũdario, & quaſi ſecundum quid rationem entis participant.

c Quod tamẽ diuerſimode cõtingit: quia enim partes ſubſtantiæ ſunt materia & forma, ideo
B quædam accidentia principaliter conſequuntur formam, & quędam materiam.

A dit negationem alterius, uerum eſt, quia una non eſt alia formaliter. potentia enim non eſt actus formaliter: ſed ex hoc nõ ſequitur. ergo quælibet poteſt eſſe ſine alia. Nam non ualet, hoc non eſt illud. ergo hoc poteſt eſſe ſine illo.

Ad ſecundum dicitur, φ poſſibile ut diſtinguitur contra neceſſarium & impoſſibile, ſumitur a potentia paſſiua, & nõ a potẽtia receptiua tm: & ideo ex hoc non ſequitur niſi potentiam paſſiuã eſſe potentiam contradictionis, cum tamen arguens debeat probare, φ omnis potẽtia receptiua ſit potentia contradictionis.

Ad tertiam dicitur, quod propoſitio prima ibi adducta, ſcilicet quod ideo potentia eſt ad eſſe, quia poteſt recipere eſſe ab alio, ſ. ab agente, in uno ſenſu eſt uera, & in altero falſa. Si n. ly poteſt, dicat poſſe diſtinctum contra impoſſibile. Ariſt. dicit eam eſſe falſam: eſt enim ſenſus, φ ideo potentia eſt ad eſſe, quia non eſt impoſſibile ipſam recipere eſſe ab agente, & ſic cælum eſſet in potentia ad motum, cum recipiat ipſum ab alio. Si autem ly, poteſt, dicat potentiam, vt diſtinguitur contra eſſe in actu, tunc propoſitio eſt uera. Ideo enim aliquid eſt in potentia ad eſſe, quia poteſt recipere eſſe, quod adhuc non habet. ſicut ideo aliquid eſt in potentia ad non eſſe, quia poteſt habere non eſſe quo caret. ſed cum omnis actus poſſibilis haberi ab aliqua potentia, non niſi per tranſmutationem acquiratur, ad
C noſtram poſitionem redit, quod ſcilicet potentia paſſiua ſola ſit ad eſſe.

Alias rationes, quibus ſeparabilitas ſubſtantiæ ab omni accidente a Scotiſtis probatur, ex ſupradictis facile eſt ſoluere. Aſſumunt ſiquidem propoſitiones, quarum falſitas eſt ſuperius declarata.

b In hac ſecunda parte capituli diuerſitatem accidentium inter ſe declaraturus, præmittit cauſam accidentiũ quę ſit, ut eius diuerſitatis eorum inſinuet tali concluſione. Subſtantia eſt cauſa accidentium: quam probat ſic. Maxime & uerissime ens eſt cauſa reliquorum entium: ſubſtantia eſt maxime & uerissime ens. ergo ſubſtantia eſt cauſa aliorum entium: ſed talia ſunt accidentia. Minor uero ex 7. Met. in principio patet. Maior uero ex ſecundo meta tex. com. 4. habetur ubi dicitur, φ uniuer- T. c. 8. T. com. 4.
ſaliter id quod eſt maxime tale in aliquo ordine, quod eſt cauſa omnium aliorum in illo ordine ut ſic, ſicut ignis qui in ordine calidorum eſt maxime calidus, omnium calidorum eſt cau-
D ſa, ut ſint calida. Vtitur autem nomine generis in litera, ſicut Ariſt. utitur ibi uniuocatione, eo φ ad ueritatem huius propoſitionis exigitur, φ cauſa communicet cum effectu in nomine & ratione, licet analogice, eadem. Non enim ſequitur, Cælum eſt cauſa omnium calidorum. ergo cælum eſt maxime calidũ: quod tamen ſequeretur, ſi cælo calidi nomen non æquiuoce conueniret. Quia igitur ſubſtantia, & accidens in nomine & ratione entis, analoga tamen, conueniunt, & ſubſtantia maxime eſt ens: ideo cauſa eſt omnium aliorum, ut entia ſint.

c Quia accidentia cauſantur a ſubſtãtia in qua ſunt, & effectuũ diuerſitas ex cauſis prouenit, aſſignat diuerſitatẽ inter accidentia a priori ex diuerſitate partium ſubſtantię. a quibus fluunt accidentia & ponit tres diſtinctiones. Quarum prima cum ſuis diuiſionibus talis eſt. Accidentium alia ſequuntur principaliter formam: alia ſequuntur principaliter materiam. Accidentium ſequentium formam, quædam communicant materiæ: quędam
E vero ſunt ſeparata a materia. Accidentium autem ſequentium materiam, quædam ſequuntur eam in ordine ad formam generalem, & quædam in ordine ad formam ſpecialem.

Eſt autem ratio primę diuiſionis: quia cum unumquodque operetur per quod eſt actu, & ſemper ſpecies aliqua mouere, & agere exiſtimetur, ut dicitur 3. Phy. tex. com. 17 oportet formam ſ. qui operationes, & operatiuas uirtutes: ſimiliter compatiatur, & tranſmutetur unumquodque ratione materiæ, oportet plura accidentia eam ſequi, ut ea quę propter materiæ diuerſam complexionem inſunt, & ipſam motui ſubiiciunt &c. Appoſuit autem in prima diuiſione ly principaliter, ut diſtinguitur contra totaliter. Nullum enim accidẽs eſt ſolius formæ, aut ſolius materiæ, ſed omnia ſunt compoſiti. Etenim ad ipſam quoque intellectionem non ſolum anima concurrit, ſed totũ compoſitum ex materia & forma. Sortes enim eſt qui primo intelligit. Eſt ergo ſenſus diuiſionis, quod accidentium quædã ſequuntur formam non ut cauſam totalem, ſed principalem.

quædam

quædam ſimiliter ſequuntur materiam, ut cauſam principalem, non totalem. Cum enim omnium accidentium cauſa ſit id quod uere eſt, idest, ſubſtantia completa, omnium cauſa eſt compoſitum ex materia & forma: ſed aliquorum principalis radix eſt forma, aliquorum uero principalis radix eſt materia. Sicut enim in artificialibus aliquid conuenit compoſito ratione formæ, & aliquid ratione materiæ, quemadmodum ſcindere cōuenit ſerræ ratione formæ, durities autē ratione materiæ: ita & in naturalibus aliquid oritur in compoſito ratione formæ, & aliquid ratione materiæ, quemadmodum in Sorte ſentire, & intelligere eſt ratione formæ, maſculinum uero ratione materiæ. Quæ autem ſit regula ad diſcernendum accidentia ſequentia formam, ab accidentibus ſequentibus materiam, infra aſſignabitur.

d Forma autē inuenitur aliqua, cuius eſſe nō dependet a materia, ut anima intellectualis. Materia uero non habet eſſe, niſi per formam: unde in accidentibus, quæ ſequuntur formam, eſt aliquid, quod non habet communicationem cum materia, vt intelligere, quod non eſt per organum corporale, ſicut probat Phil. in 3. De Anima. Aliqua uero ex conſequentibus formam ſunt, quæ habent communicationē cū materia, vt ſentire; ſed nullum accidens ſequitur materiā ſine cōmunicatione formæ. e In his tn̄ accidētibus, quę materiam conſequuntur, inuenitur quędam diuerſitas. Quædam.n. accidentia conſequuntur materiam ſecundum ordinē, quē habet ad formā ſpecialē, vt maſculinum & femininum in animalibus, quorum diuerſitas ad materiam reducitur, vt dicitur in 10. Met. vnde remota forma aīalis,

d Hic ponitur prima ſubdiuiſio cum eius cauſa. Cum enim propriç uirtutes, & proprietates, & operationes formarum ipſis formis proportionari debeāt: ita ſi eſſentia ipſius formæ ſit depēdēs a materia, uirtus & operatio eius (cū nō ſint ipſa forma a qua fluūt perfectiores) dependere oportet a materia. Et ſi eſſentia formæ eſt independēs a materia, uirtute aliquam oportet habere a materia independentem, alioquin otioſe feciſſet natura formā independentem feciſſet ſiquidem naturam eleuatam ſupra materiam, vt ſic non poſſet operari, & conſequenter nec finem proprium conſequi. unumquodque enim eſt propter ſuā

T.c.17. operationem, vt dicitur 2. cæli tex. com. 17. Quia ergo inuenitur duplex genus formarum ſubſtantialium dependentium ſcilicet a materia, vt ſunt omnes formæ materiales: & independentium ab ea, vt eſt anima humana, ideo inuenitur duplex genus accidentium ſequentium formam.

Quædam enim fluunt a forma dependente a materia & hęc ita fluunt ab ea, ꝙ tamen recipiuntur ſubiectiue in compoſito: propterea dicitur, quod habent communicationem cum materia, vt ſentire, uegetare, & huiuſmodi.

Quędam uero fluūt a forma indepēdente a materia ut ſic, & haec ita fluunt ab ipſa forma, ꝙ recipiunt in ſola forma ſubiectiue: & propterea dr̄ nō habere communicationem cū materia, ut intellectus, & uoluntas, intelligere, velle, & huiuſmodi.

NEC ARBITRERIS Nos immemores contradicere ſuperius nunc dictis: vtrumq; enim eſt uerum, ꝙ ſcilicet omne accidens eſt cōpoſiti, vt ſupra diximus: & ꝙ aliquod accidens eſt ſolius formę, ut modo diximus. Accidens.n. eſſe alicuius, pōt intelligi dupliciter. Vno modo ut cōpleti principii elicitiui & receptiui. Alio modo vt ſuppoſiti: hoc ſecundo modo omne accidens eſt cōpoſiti, cuius eſt eſſe & fieri vnde aīa non intelligit vt ſuppoſitū, qđ operat, ſed Sortes per animam. Primo uero modo, aliquod accidēs eſt ipſius animæ, & al quod eſt cōpoſiti: virtus.n. intellectiua nō eſt ſubiectiue in aliqua parte corporis cōpoſita ex materia & forma, ſed eſt ſubiectiue in ſola eſſentia aīæ. vnde in 3. de Anima, text. com 4. dicitur quod intellectus

Tex.4. nullius corporis eſt actus. Virtutes autem ſenſitiuæ non ſunt ſubiectiue in ſola anima, ſed in determinatis corporis partibus cōpoſitis ex materia & forma ſubſtantiali. Similiter cōpletum elicitiuū principiū ſenſationis non eſt ſola potētia animæ, ſed cōpoſitū ex organo corporali, & uirtute animæ. Intellectionis autem principium elicitiuū completum, eſt ipſa ſola uirtus intellectiua: & cum operatio immanens ſit ſubiectiue in ſuo elicitiuo principio intelligere erit in ſolo intellectu, ſicut in ſubiecto.

Propterea S. Tho. alibi dicit, ꝙ anima intelligit, ſicut oculus videt: uidet ut completum principiū elicitiuū, oculus enim nominat cōpoſitū ex organo corporeo, & uirtute animæ nō ergo contradicunt iſta, Oē accidens eſt compoſiti, vt ſuppoſiti, & aliquod accidens eſt ſolius formæ ut completi principii elicitiui, & receptiui. Et licet totus ſermo ſit de accidentibus ſubſtantiarum materialium, ex his tamen inuenitur natura accidentium, quæ ſequuntur formam independentem a materia.

Et nota ꝙ antequam ponat alterius mēbri ſubdiuiſio, aſſignat cauſa in litera, quare nō fit talis ſubdiuiſio de accidētib⁹ ſequētib⁹ materiā, qualis facta eſt de his, q̄ ſequunt formam, ut dicatur, Accidentiū n. ſequentiū materiā, quędā cōmunicāt formę: & quędā non. & cauſa eſt iſta: quia nō inuenit duplex materia, altera depēdēs a forma, & altera nō, ſicut inuenitur duplex forma. nulla enim materia pōt eſſe ſine forma, ut probatum fuit.

F d ¶ Hic ponitur alterius membri diuiſio talis. Accidentiū ſequētium materiam quædam ſequuntur eam in ordine ad formam generalem: quędā in ordine ad formam ſpecialem. Illa accidētia dicuntur ſequi materiā in ordine ad formā generalem, quæ indiuiduo generis altioris conueniunt ratione magis ſuæ materie, quam formæ, ſicut hoc miſtum habet cutis nigredinē, non ex rōne formæ miſti: ſed quia materia ſua talis paſſa eſt, puta, in tali climate, ubi calor Solis abundat. Illa vero dicuntur & conſequi materiā in ordine ad formā ſpecialem, quæ indiuiduo inferioris generis, uel ſpeciei conueniunt magis rōne materiæ, quam formæ: ſicut hoc animal eſt maſculinum non ratione animæ principaliter, ſed quia materiam ad animam diſpoſitam talis paſſio comitata eſt, puta, quia materia plene dominio actus uigoroſi ſeminis ſubiecta non fuit. Signum autem quod talia accidentia ſe habent, ſcilicet quod ſequuntur materiam, ſecundum quod reſpicit formā altioris, uel inferioris generis eſt, quod aliqua eorum eiuſdem rationis remanent compoſito corrupto, & quædam non remanent niſi æquiuoce. Nigredo ſiquidem hominis uiui, & mortui eiuſdem rationis eſt: maſculinitas autem non. Cauſa autem huius nulla eſt alia, niſi quia maſculinitas ſequitur animal ratione ſuæ propriæ materiæ & propterea corrupto animali, & nō remanente niſi æquiuoce, oportet maſculinitatem, in cuius ratione ponitur animal æquiuoce remanere. Albedo autem quia miſti materiam ſequitur in cadauere remanentis, ſecundū eandem diffinitionem non æquiuoce remanet.

QVAESTIO XVII.

CIRCA EA Quæ hic dicuntur accidit dubium, Vtrum nigredo cutis in Aethiope uiuo & mortuo ſit una & eadē numero, & uniuerſaliter. Vtrum ſit idem numero accidens in genito & corrupto. In hac dubitatione tria agenda ſunt. Primo recitabitur opinio quorundam: ſecundo ponetur opinio S. Tho. tertio reſpondebitur ad obiecta.

QVO Ad primū, quidā opinantur accidentia cōmunia genito, & corrupto eſſe eadē numero in utroq;, inter quos aliqui quibuſdā uerbis Auerrois innixi tali diſtinctione ſuā promūt imaginationē. Accidentia cōmunia genito & corrupto, habēt duplicem modum eſſendi, terminatum. ſ. & interminatū. Accidentia interminata uocant eſſentias accidentium abſq; limitatione ad talem, uel talē gradum: accidentia uero terminata dicunt eſſentias accidentium limitatas ad hunc, uel illū gradū. Accidentia interminata ponunt eadem numero eſſe in genito, & corrupto, non autem terminata: unde ſicut quantitas interminata communis expreſſe a Com. & eadē in omnibus ponitur, ita color interminatus communis, & idem eſt in aere, & igne.

¶ Cōfirmatur aūt opinio illa authoritatibus, & rōnibus. Ariſt. enim primo de Generatione, tex. com. 35. dicens. In his autē ſi aliquid manēt in genito & corrupto, puta, ſi ex aere & aqua, ſi ambo diaphana, aut humida &c. oſtēdit nō eſſe incōueniens ꝙ aliquod idem accidens ſit in genito, & corrupto. Et in ſecundo de Generatione, tex. com. 35. vult expreſſe ꝙ in habentibus symbolum, eſt facilior tranſitus: quia eſt facilius corrumpere unum, quam duo. Auerrois quinque in libro de Subſtantia orbis, non longe a principio, dicit non, ſolum dimenſiones interminatas quas ſimplices uocat remanere eadem in genito, ſed uniuerſaliter qualitates omnes cōmones genito & corrupto. Tex.cap.35. Tex.cap.35. Cap. 1.

¶ Ratio aūt prima ad hoc eſt: quia ſi qualitates diſponentes materiam rei corrumpendæ ad nouā formā corrumpuntur, quæritur, quid educit formam generandam: non poteſt dici, quod illud ſit agens extra, quia hoc non poteſt facere, niſi per qualitates medias introductas in materia: qualitates autem illæ corrumpi dicuntur ab aduerſario ante inductionem formæ. ergo remanet, ꝙ nihil ſit quod educat formā, quod eſt impoſſibile.

¶ Pręterea, Qualitates ſymbolæ, quæritur, a quo corrumpūtur: cum nullum contrarium apparet, & fruſtra corrumpi res cenſeatur in aliquo inſtanti, in quo eadem oportet generari.

¶ Præt. Figura cadaueris, organizatio, & cicatrix, & ſi quæ ſunt huiuſmōi, ſi nō remanent eadē. quæritur a quo generantur: & cum non poſſit dici a quo generatur per modū ſequelæ, oportet ꝙ nullum ſit generans. Quod autem non generentur per modū

ſequelæ probatur. Accidentia enim aliqua ideo conſecutiue generantur, quia dans formam, dat conſequentia ad formam; modo illa accidentia repugnant formæ, magis quam ſequantur eam: cuius ſignum eſt, quia tuo forma cadaueris ad corruptionem tendunt. Et hęc de primo.

CONCLVSIO.

dicta accidentia non remanent, niſi equiuoce. Quędam uero conſequuntur materiam ſecundum ordinem, quem habet ad formam generalem, & ideo remota forma ſpeciali, adhuc in ea remanent, ſicut nigredo cutis eſt in Aethiope ex miſtione elementorum, & non ex ratione animæ, & ideo poſt mortem in eo remanet.

B

d Et quia unaquæque res indiuiduatur ex materia, & collocatur in genere, uel ſpeciem per ſuam formam: ideo accidentia, quæ conſequuntur materiam, ſunt accidentia indiuidui, ſecundum quæ et indiuidua eiuſdem ſpeciei differunt adinuicem. Accidentia uero quæ conſequuntur formam, ſunt propriæ paſſiones uel generis uel ſpeciei: unde inueniuntur in omnib. participantib. naturam generis, uel ſpeciei, ſicut riſibile conſequitur in hoīe formā, quia riſus cōtingit ex aliqua apprehēſione aīę hoīs.

QVO Ad ſecundum ſciendum eſt, Thomiſtarum eſſe opinionē nullum accidens eſſe idem numero in genito, & corrupto. Sequitur enim hoc neceſſario ex noſtris principiis. Nam ſi nullum accidens eſt ſubiectiue in materia, & non datur niſi una forma ſubſtantialis in compoſito, impoſſibile eſt idē accidens remanere idem numero: migraret ſiquidem accidens de ſubiecto in ſubiectum, & eſſet idem, & non idem. Nec rationes pro nunc ad hanc concluſionem afferam: quia oportet ad hoc efficaciter probandum probare illud principium, ſcilicet, quod in compoſito eſt tantum una forma ſubſtantialis. Sed declarabo quomodo hoc ſit poſſibile, & quomodo defendenda eſt ab aduerſariis poſitio noſtra.

¶ Sciendum eſt igitur, accidens quadrupliciter corrumpi. Primo, per alterationem oppoſitam ſuo contrario, ut frigus a calido. Secundo, ad abſentiam conſeruatiui agentis, ut lumen in aere deſinit Sole recedente. Tertio ad corruptionē ſubiecti, ut riſibilitas corrumpitur hoīe mortuo. Quarto ad corruptionem termini, ut ſimilitudo deſinit conſimili perempto. Et quia quot modis dicitur unum oppoſitorū, tot modis dicitur & reliquū, accidens generatur quadrupliciter. Primo ab agēte ſibi ſimili per tranſmutationem, ſicut aqua calefit ab igne calido. Secundo, ad præſentiam agentis in fieri & eſſe, ut lumen in aere fit a Sole præſente. Tertio ad generationem ſubiecti, ut riſibile generatur homine genito. Quarto ad generationem termini, ut Sorte ſolo albo exiſtente, ſtatim ad alterius albi generationē conſurgit in Sorte ſimilitudo. Et licet omnib. illis modis contingat accidens ſecundum totam latitudinem corrūpi, nullus tamen illorum modorum conuenit accidentib. omnib. niſi tertius. Commune namque eſt omnibus accidentibus corrumpi, eorum ſubiecto corrupto, cum accidentis eſſe ſit ineſſe, & ideo ſufficiens cauſa corruptionis accidentium redditur, quando ſubiecti corruptio aſſignatur. Vnde cum ex aere fit ignis, licet non oporteat corrumpi calorem aeris, ſed potius intendi, quia tamen aer qui ſubiectum illius eſt, corrumpitur, neceſſe eſt ipſum quoque calorem corrumpi abſque contrario ad ſolū ſubiecti defectum. Propterea apparet qualiter peccent peccato fallaciæ conſequentis argumenta ea, quę qualitatis ſymbolas, & diſpoſitiones pro forma introducenda facientes, quia carent contrario corrumpente, remanere inferunt.

¶ Et notandum, ꝙ quando accidens generatur ad generationē ſubiecti, uel corrumpitur ad corruptionem ſubiecti, tunc cum eadem actio terminetur ad utrunque, ad ſubiectum per ſe, & ad accidens cōſecutiue, nō oportet quærere aliud generās, uel corrumpens niſi generatiuum, uel corruptiuum ſubiecti. Idem enim eſt agens ꝙ utriique ſimul, & eadem operatione facit: ſicut cum ignis ex aere ignem generat alterando aerē, in fine alterationis aerem corrumpit per ſe, & conſecutiue calorem introductum. & uniuerſaliter oīa accidentia, quæ in aere ſubiectiue erant ea conſecutionis neceſſitate: quia accidens ſine ſubiecto proprio remanere non pōt, & in eodem inſtanti generat ignem per ſe, & calorem conſecutiue abſq; alia media alteratione ſimilem calori ante illud inſtans exiſtenti. Simile autem eſt iudicium de quantitate, & figura, & aliis diſpōnib. & accidentib. ſimilib. in genito, & corrupto. Omnia enim iſta concomitatiue producuntur, & iō non oportet quærere generās niſi quod ſubiectum generat. Et cum ſupradicta inſpexeris, uidebis ꝙ ſimile a ſuo ſimili concomitatiue & per accidens quandoq; corrumpitur. & per oppoſitum a non ſimili concomitatiue, ꝑ accidens generari contingit ipſum accidēs. Ariſt. ergo quoties dicit eadem remanere in genito & corrupto, eadem ſpē, non numero ait, & hoc per accidens. Variatur. n. unitas numeralis non propter generationis uim, ſed ſubiecti corruptionem. Facilior quoque tranſitus in habentibus ſymbolū, non ex idētitate numerali ſymboli accidentis, ſed ex nō repugnātia illi' in agēdo, uel patiendo prouenit, & ex hoc ꝙ formæ ſubſtan-

A tiales, a quibus fluunt ſimiles qualitates, ſunt ſimiliores: ex eſſentialibus enim natura cauſæ innoteſcit. Auerrois autem, ſi ſaluari deſet, eodem modo gloſſetur.

AD RATIONEM Autem oppoſitæ opinionis dicitur. Et ad primā quidem, quod educens formam in ultimo inſtāti, eſt generans extra, nō per aliquam actionem, quam in illo inſtanti eliciat, ſed in termino actiōis nudum materiæ eſſentiam attingens. Vnde cum dicitur, agens extra non poteſt educere formā niſi per qualitates medias introductas, uerum eſt dū agit, non autem cū eſt i termino actionis. Sufficit. n. & exigit alteraſſe ad materiæ expoliationē, & diſpoſitionem.

¶ Ad ſecundum dicitur, quod qualitates ſymbolæ, & ſimilia, corrumpuntur per accidens ad corruptionem ſubiecti a corrumpente per ſe ſubiectum, nec fruſtra in eodem inſtanti eſt primum non eſſe earum, & primum eſſe ſimilium, ſed neceſſario neceſſitate materię, ut dictum eſt.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ figura, & cicatrix, & huiuſmodi, producuntur conſecutiue, & per accidens, a generante eorū ſubiectum. ſ. cadauer: nec eſt uerum, quod ſola illa accidentia generentur conſecutiue, quæ ſequuntur formam: ſed multa accidentia ſequuntur compoſitum ex neceſſitate materiæ, quę ſūt licet non incompoſſibilia, aliqualiter tamen oppoſita ipſi formæ, ut patet de ſe. Et ideo dico, quod figura, & ſimilia ſequuntur

C cadauer ex neceſſitate materię, quia ſcilicet agens naturale non poteſt tam cito diſpoſitiones per tot tranſmutationes radicatas corrumpere totaliter, & ideo ſimiles diſpoſitiones ſequuntur, & quia non ſunt facientes pro forma geniti, ideo ad corruptionem properatur.

d ¶ Hic ponitur ſecunda diuiſio accidentium, quæ talis eſt. Accidentium alia ſunt accidentia indiuidui: alia ſunt accidentia generis, uel ſpeciei.

¶ Duplex autem inter iſta differentia ponitur: Prima eſt, ꝙ accidentia indiuidui cōſequuntur cōpoſitum rōne materiæ principaliter: accidentia uero ſpeciei, uel generis ſequuntur cōpoſitum rōne formę. Secunda eſt, ꝙ accidentia indiuidui ſunt ea, penes quæ attenditur differentia inter particularia eiuſdē ſpeciei. Accidentia uero ſpeciei, ſiue generis ſunt cōmunia neceſſario omnib. indiuiduis illius ſpeciei, uel generis. Exēplū, maſculinum, & femininum ſunt accidentia indiuidualia ſequūtur enim materiam, & penes ipſa differunt Sortes, & Berta. Riſibi-

D le aūt eſt accidens ſpecificum: ſequitur. n. intellectiuam apprehenſionem, & omnib. hominib. neceſſario conuenit. Aſſignat quoque radix primę differentiæ, cum dr̄, ꝙ materia eſt principium indiuiduationis, forma aūt eſt, ꝑ quam res in genere, uel ſpecie collocatur. Ex hoc. n. quod materia eſt cauſa eſſe indiuidualis ut ſic, ſequitur ꝙ ſit etiam radix accidentium conſequētium ipſum eſſe indiuiduale, ac per hoc accidentia indiuidui ſunt, quæ conſequuntur materiā. Ex eo aūt ꝙ forma eſt principium eſſe generici & ſpecifici, oportet ꝙ ēt ſit eā proprietatū & accidentium conſequentium ſpeciē, uel genus, & ſic accidētia ſpeciei ſiue generis ſequuntur formā. Secūdæ uero differētiæ ratio eſt, quia cum tam in forma ſpecifica, quam generica conueniant omnia contenta ſub eis, oportet etiam proprietates earum eſſe communes. Cum autem penes materiam differant indiuidua, accidentia quoque materialia oportet eſſe ea, ſecundum quæ ipſa particularia inter ſe differunt, ut effectus

E proportionabiliter propriis reſpondeat cauſis.

ACCIDVNT Hic duo dubia circa literam. Primum eſt, qualiter ſit uerum, quod accidentia ſequentia materiam ſint ea, penes quæ differunt indiuidua in eadem ſpecie, quandoquidem quantitas ſequitur materiam, & tamen eſt communia omnibus indiuiduis corporis, & inferiorum.

¶ Secundum dubium eſt, qualiter uerificetur, quod accidētia ſequentia materiam non ſint paſſiones generis, uel ſpeciei, cum maſculinum & femininum ſequantur materiam, & tamē paſſiones ſint animalis, unde, & animal in eorum diffinitione ponitur, ſicut ſubiectum in diffinitione paſſionis, ut 10. Meta. tex. Commē. 25. hētur. Similiter quantitas uidetur eſſe paſſio corporis de prædicamēto ſubſtantiæ, & tamē ſequit̄ materiā.

AD EVIDENTIAM Primi. ſcito, uerba illa. ſcilicet, Accidencia ſequentia materiam ſunt ea, ſecundum q̄ indiuidua dif-

ſerunt non eſſe intelligenda uniformiter, ſed difformiter. Indi uidua enim differunt penes accidentia materialia dupliciter, uel quia unum eorum habet unum, & reliquum aliud: uel quia utrunque habet idem, ſed alio & alio modo. Verbi gratia. Sortes & Berta differunt penes maſculinum & femininum ex eo, quod ille habet maſculinitatem, illa feminitatem. Differunt quoque penes ſuas quantitates, nõ ex eo, quod ille ſit quantus & illa non: ſed ex eo, quod nõ eodem modo ſunt quanti. Nunquam enim inueniuntur duo quanta omnino ſimilia, ſitibus ſiquidem propriis differre neceſſe eſt. Quantitas ergo licet ſit communis omnibus indiuiduis, quia tamen non uniformiter eis conuenit, eſt ſecundum quam indiuidua inter ſe differunt ſecundo modo, & hoc ſufficit.

d Sciendum etiam eſt, quod aliquando accidẽtia ex principiis eſſentialibus cauſantur ſecundũ actum perfectum, ſicut calor in igne, qui ſemp actu eſt calidus.

AD INTELLIGENTIAM Secundi notandum, quod paſſiones generum ſunt duplices. Quędam conuenientes eis ratione formæ genericæ, & quædam ratione materiæ. Illæ quæ ſequuntur formam, uocatæ ſunt hic paſſiones generum, & nõ illæ quæ ſequuntur eorum materiam: propterea quia natura generica ex ſua forma eſt talis, & non ex materia: animal.n. eſt animal ex ſua forma, & non ex ſua materia. Vnde cum in propoſito, animalis paſſio ratione formæ ſit ſenſibilitas, & rõne materiæ maſculineitas, uel femineitas, diuerſis rationibus moti Ariſt. in Met. & S. Tho. hic, diuerſimode locuti ſunt. Quia.n. eſt paſſio animalis ratiõne materię, ideo uocata eſt ibi paſſio: quia autem non ratione formæ, ideo hic non eſt dicta paſſio.

¶ Similiter dicendum eſt de quantitate, quia ſequitur corpus ratione materiæ: ſequitur enim ipſum ſecundum id quod eſt in potentia diuiſibile, quod non eſt niſi materia, ut indiuiſibilitas rerum immaterialium oſtendit. Et nota quod hæc ſecunda diuiſio accidentium non differt a prima per membra diuidentia (eadem.n. ſunt huius, & illius membra) ſed ſecundum rationem: quia illa diuiſio accepta eſt penes primas earum radices, materiam ſcilicet & formam: iſta autem penes ſubiecta, quibus appropriantur, ſcilicet genus, ſpeciem, & indiuiduum.

¶ Hic ponitur tertia diuiſio accidentium: Quædam cauſantur ex principiis eſſentialibus ſubiecti ſecundum actum perfectũ, quędam ſecundum aptitudinem tantum. Illa accidentia uocat cauſari ſecundum actum perfectum ex eſſentialib. principiis quæ ſecundum ſuas actualitates ex intrinſecis principiis ſubiecti in ipſo fluunt, ut calor in igne. Illa uero dicit cauſari ſecundum actum imperfectum, ſeu aptitudinem tantum, quæ non ſecundum ſuas actualitates, ſed ſecundum quaſdam inchoationes ex principiis eſſentialibus ſubiecti in ipſo fluunt, ut moueri ſurſum in igne, ex principiis eius cauſatur ſecundum ſui inchoationem, puta, leuitatem. Differunt autem, quia prima & ſecundum ſuas aptitudines, & ſecundum ſe inſeparabilia ſunt a ſubiectis; ſecunda uero ſecundum ſe quidem ſunt ſeparabilia, ſecundum autem ſuas aptitudines non poſſunt ſeparari. Ab igne.n. neque aptitudo ad calorem, neque calor ipſe ſeparari poteſt ipſo remanente: motus autem ſurſum nõ ſemper ineſt igni, ſed aptitudo ad motũ ſurſũ, puta, leuitas eſt inſeparabilis ab ipſo. & cauſa horum eſt, quia in illis ipſa actualitas accidentis ex ſolis principiis eſſentialibus fluit. in iſtis uero aptitudo tñ ex ſolis principiis eſſentialibus fluit. ipſa autem actualitas aliunde expectatur ex aliquo, ſ. extrinſece concurrente uel agendo, uel non prohibendo, ut patet in exemplo dato de motu ſurſum, qui non ineſt igni, niſi aliquo concurrente extrinſeco, remouente ſ. prohibens, & diaphaneitas non eſt actu in aere, niſi concurrente extrinſeco illuminante. lumen.n. eſt actus diaphani ſecundum actum, ut dr̃ 2. de Anima, tex. Com. 69.

¶ Profundiorem autem huius diuiſionis cauſam elicio ex prima Secundæ, q. 10. ar. 1. ad ſm, q. ſ. ideo aliqua accidentia oriũtur ex principiis eſſentialibus inſeparabiliter ſecundum actum completum, aliqua autem ſeparabiliter ſm actum completũ, & inſeparabiliter ſecundum aptitudinem: quia illa ſequuntur rei actualitatem, iſta uero potentialitatem. Quod ſic intelligo, quia unumquodque agit ſecundum quod eſt actu, patitur aũt ſecundum quod eſt in potentia, ex ſufficiente rei actualitate procedit quod accidens in ſe complete producat: & ꝑ oppoſitum ea inſufficiente actualitate, & conſequenter potentialitate, ex qua omnis ſufficientia eſt, prouenit, quod res habet accidens in ſe ſecundum aptitudinem tantum, & quod ab illo expectet actualitatem, ſeu quod accidens ſeparabile ſit ſecundũ actualitatem, quod idem eſt.

¶ Amplius cum eſſe, & bonum actualitatẽ ſequantur, & nõ eẽ & malum potentiã, ex actualitate rei prouenire neceſſe ẽ eſſe accidens perfectũ, & inſeparabile ſecũdũ actum, & aptitudinem, & per oppoſitum ex rei potentialitate procedere oportet

F completionem accidentis, & ſeparabilitatem eius ſecundum actum. Eſt enim ſeparabilitas ipſa quoddam non eſſe, cum nihil aliud ſit, quam negatio neceſſariæ ſequelę ſui eſſe completi ad eſſe ſubiecti. Intellige autem hic ut ſupra, ſcilicet, quod ea actualitate ſubiecti aptitudo eſt, ex potentialitate autem ſeparabilitatis accidentis ſecundum ſuam actualitatem.

Aliquando uero ſecundũ aptitudinem tantum: ſed complementum accipiunt accidẽtia ex agente exteriori, ſicut diaphaneitas in aere, quæ completur per corpus

¶ Aduertendum vero eſt, quod Sanct. Tho. paſſiones, quæ dicunt aptitudinẽ, non collocauit ſimpliciter inter accidentia ex eſſentialibus principiis fluentia, ſed potius ipſarum paſſionum, & aptitudinum actus, quos ſecundum incompletum eſſe aptitudines uocauit. **G** Fecit autem hoc, quia aptitudo de ſe non habet rationem alicuius per ſe producti, ſeu producibilis. Nullus enim naturale producens intendit aptitudinẽ, ſed aptum illius; non eſt nanque opus riſibilitate, niſi ut rideatur: unde & riſibilitas inchoatio quædam riſus eſt. propterea igitur inter effectus eſſentialium principiorum aptitudo non eſt ſimpliciter poſita, ſed actus: quia non ipſa, ſed eius actus eſt, qui principiis productiuis intenditur, & quia aptitudo nihil aliud eſt quam inchoatio quædam, inchoatio autem eſt actus imperfectus: ideo accidentia ſecundum actum incompletum aptitudines uocantur.

ANTEQVAM Terminemus tractatum de diuerſitate accidentium, quęritur, An omne accidens habet aliquod ſubiectum proprium, aut aliqua accidentia ſint ita communia, quod nulli propria. T. c. 9. T. com. 4. & 17.

¶ Eſt autem ratio dubitandi: quia ſi omne accidens eſt propriũ alicui, cum proprium conueniat omni, ſoli, & ſemper, nullum **H** accidens erit ſeparabile ab eo in quo eſt. Ineſſet enim ſoli, & ſemper proprio ſubiecto.

Amplius ſequeretur, ſemper corruptionem cuiuſcunque accidentis comitem fieri corruptioni ſubſtantiæ, ſicut corrupto riſibili corrumpitur homo. Patet conſequentia, quia corrupto proprio, neceſſe eſt corrumpi illud cuius eſt propriũ, aliter non conueniret ei ſemper: hæc autem experimur eſſe falſa, ut patet in accidentibus communibus, & actibus ſecundis.

¶ Ex oppoſito autem, cum omne accidens ſit diffinibile, & in diffinitione cadat ſubiectum, de quo accidens per ſe prędicatur, ut patet primo Poſteriorum, & 7. Meta. oportet quod omne accidens habeat proprium & per ſe ſubiectum: per ſe nanque ſupponit de omni, ſemper, & neceſſario.

AD HVIVS dubitationis euidentiam ſciendum eſt, quod cum apud San. Tho. in quæſtione de uirtu. q. 1. ar. 2. ſub- Quæſtio de Virtutibus. q. 1. art. 3. ſu. **I** iectum habeat triplicem habitudinem ad proprium accidens, ſcilicet ſubſtantis ad ſubſtentatum, potentiæ ad actum, & principii ad principiatum, ſicut calor ignis non habet eſſe, niſi ſubſtentetur in igne, & eſt forma accidentalis eius, & oritur ex ipſo ſecundum quod participat iſtas conditiones, poteſt dici accidentis ſubiectum: & ſecundum quod ab iſtis habitudinibus T. com. 35 recedit, poteſt negari accidentis ſubiectum. Vnde propter defectum primæ, quę principalior eſt, dicitur in primo Poſteriorum, quod nullum accidens eſt ſubiectiue in alio accidente, quia uidelicet nullum accidens poteſt ſuſtentare aliud, ſed ſola ſubſtantia, quæ eſt ens per ſe, aliis fulcimentum prębet eſſendi. Quia autem aliquod unum accidens poteſt comparari ad aliud, ut potentia ad actum, & quandoque ut proximum principium ad principiatum, ideo, conceditur etiam unum accidens eſſe ſubiectum alterius, quemadmodum ſuperficies dicitur ſubiectum coloris, quia eſt in potentia reſpectu **K** coloris, & dulcedo eſſe in calido & humido, quia cauſatur ex calido & humido.

¶ Poteſt ergo quadruplicem intellectum habere dubitatio mota. Primo poteſt intelligi, ut quæratur, An omne accidens habeat proprium ſubiectum ut ſuſtentatiuum. Secundo, An habeat proprium ſubiectum, ut potentiam. Tertio, An habeat ꝓprium ſubiectum ut principium. Quarto. An habeat proprium ſubiectum, ut ſuſtentatiuum potentiæ, & principium ſimul.

SI Quæſtio ſit ſecundum primum ſenſum, reſpondetur negatiue, quod. ſ. non omne accidens habet proprium ſubiectũ in ratione ſuſtentantis, vt probant rationes primo inductæ. Multa enim ſunt accidentia, quæ nullum proprium ſuſtentans ſibi uendicant, ſed communiter multis inſunt, ut eorum ſeparatio oſtendit. Separantur nanque a ſubſtantia ſuſtentante ea naturaliter remanente, quod de propriis accidentibus dici non poteſt. Eadem quippe ſubſtantia abſque ſui mutatione contraria ſuſtentat, ut dicitur in Prædicamentis.

¶ Si autem iuxta ſecundũ ſenſum dubitetur, reſpondetur affirmatiue, quod ſcilicet omne accidens hẽt proprium ſubiectum in ratione propriæ potentiæ, eo ꝙ quilibet actus reſpicit pro-

priam

lucidum exterius, & in talibus aptitudo eſt accidens inſeparabile: ſed complementum quod aduenit ex aliquo principio, quod eſt extra eſſentiam rei, uel quod non intrat conſtitutionem rei, eſt ſeparabile, ſicut moueri, & huiuſmodi.

h Sciendum eſt autem, quod in accidentibus alio modo ſumuntur genus, differentia, & ſpecies, quam in ſubſtantiis. Quia enim in ſubſtantiis, ex materia & forma ſubſtantiali fit per ſe unum, una quadam natura ex eorum coniunctione reſultante, quæ proprie in prædicamento ſubſtantiæ collocatur, ideo in ſubſtantiis nomina concreta, quæ compoſitum ſignificant, proprie in genere eſſe dicuntur, ſicut genera, uel ſpecies, ut homo, uel animal: non autem forma, uel materia eſt in prædicamento hoc modo, niſi per reductionem, ſicut principia in genere principiatorum

priam potentiam. Sicut enim actus reſpicit potentiam, ſic talis actus talem potentiam, & actus ſpecificus potentiam ſpecificat: accidens autem omne actus quidem eſt. igitur omne accidens habet propriam potentiam, cuius eſt actus. propter quod 1 3. P. yſi tex. Com. 10. dicitur, potentia ad infirmitatem eſt alia a potentia ad ſanitatem eo, quod ſanitas eſt aliud ab infirmitate. T.c.19. uſq. ad c.38. & 2. Metap. longo proceſſu probatur, principia prædicamentorum eſſe eadem proportionabiliter, quia cuilibet actui propria reſpondet potentia.

¶ Si autem tertio ſenſu inquiratur, reſpondetur negatiue, quod ſcilicet nõ omne accidẽs habet aliquod ſubiectum propriũ in ratione principii proprii, eo quod habere ſubiectum proprium in ratione principii includit fluxũ illius accidentis a tali ſubiecto in genere cauſæ efficientis eo modo, quo duorum effectuum ordinem inter ſe habentium prius eſt cauſa effectiua eius, quod neceſſario primi productionem ſequitur, ſiue iſtud ſubiectum ſit receptiuum accidentis, vt quo, ſiue vt quod non omne accidens fluit a ſuo receptiuo effectiue: ſed multa ſunt, reſpectu quorum receptiuum pure paſſiue ſe habet, ut patet cum ſpecies rei ſenſibilis recipitur in medio, ſiue in ſenſu.

¶ Si autem quarto modo intelligatur quæſtio, patet quid dicendum ſit: negatiue enim reſpondere oportet.

SED aduertendum eſt, quod hæc quæ diximus, intelligi debent de accidentibus ſecundum ſeorſum acceptis actibus, & ſeorſum aptitudinib. Loquendo namque de accidentibus, ut S. Tho. in litera loquitur, i. non iudicando actualitates accidentiũ ſeorſum ab aptitudinib. dicerem, quod omne accidens ſecundum ſuam radicalem aptitudinem habet aliquod ſubiectum propriũ in ratione ſuſtentantis potentiæ, & principii, licet non ſecundum ſuam actualitatem, eo quod aptitudo ad tale accidens non eſt, niſi a tali gradu ſubſtantiali fluat mediate, vel immediate: & conſequenter niſi in tali gradu ſubiectiue ſuſtentetur immediate, uel mediate. Verbi gratia. Lumen ſecundum ſuam actualitatem & ſubſtantiam, licet ſit ab extrinſeco, & ſit accidens ſeparabile, tamen ſecundum ſuã inchoationem, ſeu radicalẽ aptitudinem, puta, diaphaneitatem, eſt inſeparabile, & fluit a certo gradu ſubſtantiali communi ſuperiorib. & inferiorib. Et ſimiliter ſedere, licet ſit accidens per accidens, tamen ſecundũ ſuam aptitudinem eſt propriũ, & non natum conuenire niſi certo enti, puta, animali tali &c. fluit. n. aptitudo ad ſedendum ex ſuis principiis. Similiter & uidere licet ſit accidens ſeparabile radicalis, tamen aptitudo ad uidendũ, ſeparari a tali animali nõ poteſt.

¶ Ex his patet, quomodo ad utranque partem rõnes adductæ verũ concludunt diuerſimode. Nam loquendo de accidentib. ſecundum ſuas eſſentias, & actualitates, cõcluſio rationum primo adductarum conceditur, accipiendo ſubiectum in ratione ſuſtentantis, & principii. In ratione autem potentiæ falſa eſt concluſio, ut dictum eſt. Nec probatio cõtra hũc applicata ſenſũ ualet, eo quod cum dicitur, quod proprium conuenit ſoli, omni, & ſemper, intelligitur de ipſo proprio non ſecundũ ſuam actualitatem, ſed ſecundum aptitudinem. Et ſimiliter cum dr̃, quod ad corruptionem proprii deſinit ſubiectum, intelligitur. ſ. corrumpitur ſecundum aptitudinem, nõ autẽ ſecundum actum, uniuerſaliter loquendo. Vel dicatur, quod inſeparabilitas, & huiuſmodi nõ conuenit accidenti, ut reſpicit ſubiectum in rõne propriæ potentiæ, ſed ut ſuſtentatiuũ, & principiũ. Loquendo autẽ de accidentib. ſecundum ſuas aptitudines, patet quo rõnes peccãt. Dico. n. quod nullum accidens eſt ſeparabile ſecundum aptitudinem radicalem ſaltem, ſed coæuum ſubiecto neceſſario, & quod corrupto accidente ſecundum talem aptitudinem oportet ſubiectũ corrũpi. Rõ autẽ in oppoſitũ adducta concludit, quod omne accidens habet ſubiectum, de quo per ſe prædicatur ſecundum ſe, uel ſecundum ſuã aptitudinem. Cum. n. eius ſit actus, cuius eſt potentia, ut dr̃ in Somno & uigilia, idem ſubiectũ erit quod cadit in diffinitionem accidentis ſecundum aptitudinem, & ſecundum actũ: ſicut hõ debet poni non ſolum in diffinitione riſibilis, ſed riſus. Stant ergo iſta duo ſimul, quod accidens ſecundum ſuam actualitatem nõ habeat proprium ſubiectũ, cui uniuerſaliter ſoli, & ſemper inſit, & tamen habeat proprium ſubiectũ per quod diffiniri debeat. quia ad hoc ſecũdũ ſufficit, quod ſecundum ſe, uel ſecundum ſuã aptitudinem per ſe de illo ſubie-

A cto prædicetur. Ad primum uero ſufficit accidens ſecundum ſe tantum non prædicari per ſe de ſubiecto.

h ¶ In hac tertia parte capituli huius determinatur, quomodo accidentia ſe habeant ad intentiones logicas. Et primo quomodo ſe habent ad eſſe in prædicamento, deinde unde ſumuntur in eis genus, & differentia. Quo ad primum ponit duas concluſiones, ſcilicet. Accidentia in concreto non ſunt propriæ in prædicamento: & Accidentia in abſtracto proprie ſunt in prædicamento.

B AD QVARVM euidentiam ſciendum eſt, quod accidentia habent unum modum eſſendi. ſ. eſſe in alio: non enim ſunt, niſi inſint alicui. Habent autem duos modos intelligendi, eo quod intellectus eſt natus ea, quæ ſunt adunata in re, diuidere. Intelliguntur enim quandoque cointelligendo ſibi ſubiectum, cui inſunt, & intelliguntur per modum accidentis, eo quod accidentis eſſe eſt in alio eſſe. Quandoque uero intelliguntur ſolitarie non cointelligendo. ſ. eis ſubiectum, cui ſecundum rem inſunt, & tunc intelliguntur per modum ſubſtantiæ, eo quod eſſe per ſe, id eſt, ſolitarie, ſoli ſubſtantiæ conuenit, accidentia enim ſemper comite egent. Cum autem modus ſignificandi non fundetur ſuper modo eſſendi, ſed intelligendi, ſicut habent duos modos intelligendi, ſic habent duos modos ſignificandi. Vnde ſignificantur quandoque

C conſignificando ſubiectum, & tunc ſignificantur per modum accidentis, & uocantur ſignificata in concreto, ut album, nigrum &c. Quandoque uero ſignificantur ipſa ſola, abſque ſ. ſubiecti conſignificatione, & tunc ſignificantur per modũ ſubſtantiæ, & uocantur ſignificata in abſtracto, ut albedo, & nigredo. Abſtractum enim & concretum accidentibus, licet differant in modo ſignificandi, i. penes conſignificare ſubiectum, & non conſignificare illud, conueniunt tamen in ſignificatione ipſius formæ accidentalis. Album. n. puram qualitatem ſignificat, ſicut in prædicamentis dr̃, ſicut & albedo: ſed album ſignificat albedinem in ſubiecto, albedo autẽ ſignificat albedinẽ abſque illo. Quia igitur accidentia in concreto totum coniunctum important puta ſicut albedinem in ſubiecto, coniunctiuo autẽ hoc non eſt ũnum per ſe, ſed unum, & ens per accidens, id autem quod in prædicamento reponitur, debet importare unũ

D & ens per ſe, cum prædicamenta diuidat ens per ſe 5. Met. tex. Comm. 14. ideo accidentia in concreto non proprie reponunt in prædicamento. Et hæc eſt ratio, qua in litera, prima concluſio probatur, quæ ſic formari põt. Nullum nomen importans ens & unum per accidens, eſt propie in prædicamento: concretum accidentale importat unum & ens per accidens. ergo nomen concretum accidentale non ponitur in prædicamento proprie, & per ſe. Ad declarationem Minoris ponitur differentia inter concretum accidentale, & ſubſtantiale in hoc, quod concretum ſubſtantiale importat compoſitum ex materia & forma, & tale eſt unum per ſe: & iõ reponitur in prædicamento ut genus, uel ſpẽs. accidentale uero importat ex ſubiecto cõpoſitum & accidente, quod eſt unum per accidẽs. ex accidente. n. & ſubiecto non ſit niſi unum per accidens ut dr̃ 7 Meta. & iõ non dẽt poni in prædicamento, niſi reductiue, eo mõ quo res impura ad ſuæ puritatem naturæ reducitur Et ſic remanet ſecunda concluſio uera, quod accidentia, ſ. in abſtracto, in prædica-

T.c.14.

T.c.11.& 14.

E mento ſpeciei & generis prædicationem ſuſcipiunt, aliter omnino a prædicamentis accidentia ſunt excludenda.

CVM autem audis, abſtractum ſolam formam importare, non iõ hoc dictum putes, quod abſtractum ſubiectum formæ a ſe omnino excludat, hoc enim falſum eſt: ſed ideo quia abſtractum ex mõ ſuo ſignificandi, quo ſolo differt a concreto, non includit ſubiectum principaliter, ſed ſecundario & ex conſequenti. Quod ex conuenientia, & differentia inter ea ex mõ ſignificandi perſuaderi poteſt. Conueniunt. n. in hoc quod tã abſtractum, quam concretum ex modo ſignificandi importat duo. ſ. quod, & quo, ſeu ſubiectum, & formam, idem namque importat diffinitio, & diffinitum, licet alio modo. Diffinitio autẽ utrunque importat utrunque dictorum, ut exempla iter patet: ſimitatem. n. dr̃ curuitatem naſi & ſimum, naſum curuum. Quod autẽ hoc ſit ex modo ſignificandi, ex eo clarum eſt, quod tam abſtractum, quam concretum puram formam ſignificat, ut in prædicamentis teſtatur Ariſtoteles. Differunt autem abſtractum & concretũ ex na-

rietate modi ſignificādi in hoc, quod cōcretū importat ex mō ſignificādi pricipaliter ſubiectū, & ſecūdario formā, abſtractū uero principaliter importat formā. & ex cōſequēti ſubiectū. ¶ Aduertendum namque eſt, q contrario ordine ſe habent ſubiectum, & forma ad ſignificationem nominis concreti, & eius modum ſignificādi.

A

eſſe dicuntur. Sed ex accidente & ſubiecto non fit unum per ſe: unde non reſultat ex eorum cōiunctione aliqua natura, cui intentio generis, vel ſpeciei poſſit attribui. Vnde nomina accidentium concretiue dicta non ponuntur in prædicamento, ſicut ſpecies, uel genera ut album, uel muſicum, niſi per reductionem ſed ſolum ſecundum quod abſtracta ſignificantur, ut albedo, & muſica. B

i Et qa accidentia non cōponū. tur ex materia, & forma, iō non pōt I eis ſumi genus a materia,

Importat enim concretum ratiōe ſignificationis primo formā, & ſubiectū non niſi ex conſequenti copula. Quo ad modum uero ſignificandi primo ſubiectū, & ea cōſequēn formam importat. Cuius ſignum eſt, quod in diffinitione cocreti exprimitur primo ſubiectum, tanquam genus, quod prima pars eſt diffiniti, & forma. ſecundo loco ponitur quaſi differētia. Dicimus namque q ſimum eſt naſus curuus. Abſtractū uero ex ſignificatione, & ex modo ſignificandi primo formam importat, ſecūdario aūt ex eo cōſequēti ſubiectū. In cuius ſignū in eius diffinitiōe forma ipſa primo exprimit ut genus, ſubiectū aūt ſecūdario, loco differētiæ, ut patet cum dr, ſimitas eſt curuitas naſi. Orī autem hæc differentia ea eo, q cōcretum importat habitudinē inter ſubiectum & formam prout incipit a ſubiecto, & terminatur ad formā. Abſtractum vero importat habitudinē inter formā et ſubiectum prout incipit a forma, et terminat ad ſubiectum, ut in exemplis datis apparet. Ex hoc.n. q habitudo importata per cōcretum, importatur ex mō ſignificandi, ut incipiens a ſubiecto, ſequiſ quod primo importet ſubiectum, a quo incipit: et ſimiliter ex hoc quod habitudo importata per abſtractum, iportaſ ex mō ſignificandi, ut incipiens a forma, conſequens eſt ut primo importet formam a qua incipit. Cā.n. huius diuerſitatis eſt. quia concreta ad compoſita ſignificanda ſunt inuenta: cōpoſitio autem a ſubiecto oritur. Abſtracta uero inuenta ſunt ad ſignificādas formas apud nos inuentas, ſimplices quidem, ſed a quibus denominatio ad ſubiecta deriuatur. unde et concreta cōpoſitum qd ſonat: abſtracta uero formas, ut cadentes tamen ad ſubiecta. Non igitur propterea dictum eſt, quod abſtractum ſolā formam importet, quia nullo mō copulat ſubiectum: ſed quia ex mō ſignificandi compoſitum non ſonat, nec principaliter importat ipſum ſubiectum, quemadmodum concretum, ſed extrinſece tantum terminum habitudinis formæ ſignificatæ. C D

ADVERTE hic, quod de abſtracto, & concreto quomodo ſunt in prædicamento, aliter Meta. & aliter Logicus iudicabit. Cum.n. apud Meta. qui res ſecundum ſuas eſſentias conſiderat & non ſecundum modos intelligendi, uel ſignificandi, abſtractum & concretum non differant, eo quod eadem res abſtracte, & concrete ſit ſignificata, dicet ipſe ſicut abſtractum, ita & concretum in genere eſſe res enim per ſuam eſſentiā ingreditur, vel egreditur genus metaphyſicaliter ſumptū.i. per rem generis, & non per modum ſignificandi. Vñ non dicet Meta. album ens per accidēs, ſed hoc album, ut patet 5. Metaph. tex. Cō. 15. & 14. & 7. eiuſdem te. Cō. 16. Logicus aūt, q nō res ſm ſuas naturas, ſed ſcdas intentiones adiūctas primis intellectis ac ſignificatis cōſiderat, dicet abſtractū eſſe in gñre, cōcretum vero nō, qa res noīe abſtracto ſignificata pōt denominari ſpecies, ut albedo & genus, ut color: cōcretū uero nō pp alietatē modi ſignificādi, ut dictū eſt. Cā aūt quare alietat modi ſignificādi, hāc ueritatem Logico ꝓbeat, eſt, qa modus ſignificandi ꝓtendit ſcdas intentiones, & fundat quodā mō ipſas, licet.n. tā modus ſignificandi, q̄ ſecunda intentio cōueniat in hoc, q ſe quant rem non ſm ſe, ſed ut intellectam: prius tñ rem ut intellectam ſequitur modus ſignificandi. q̄ ſecunda intentio, eo q modus ſignificandi nihil aliud eſt, q̄ ſignum modi intelligendi, ſicut uox ſignificans eſt ſignum rei intellectæ. Vnde ſicut uox ſignificatiua prius ſequitur rem intellectam, quā ſecunda intentio, ita eius modus ſignificādi modū intelligendi, ut totus ordo ꝑtinentium ad noīa primę intentionis ꝑcedat ordinem eorum, quæ pertinent ad nomina ſecundæ intentionis. Quia igitur ſecundæ intentiones res ut intellectas, & ſignificatas denominat, & nō abſolute; iō ſtat eādē rē diuerſimode intellectā & ſignātā, denominari ſpēm, & nō ſpēm, & cōſequenter eſſe directe in ꝓdicamēto, & nō eſſe directe in eo, ſicut eadē natura humana ſignificata noīe hominis, ſpēs eſt, ſignificata uero nomine humanitatis ſpēs non eſt: ſed ſpēi principium. Vñ in E

A propoſito apud Logicum res illa, quæ albedinis nomine intelligitur diuerſimode ſignificata, in prædicamento eſſe affirmatur, & negatur. Si enim in abſtracto ſignificetur, cū ſic ſpeciei denominationem habeat, in prædicamēto reponitur: ſi autem in concreto ſignificetur, cum ſic ſpeciei, uel generis denominationem non habeat,

& differentia a forma, ſicut in ſubſtantiis compoſitis: ſed oportet ut primum genus ſumatur ex ipſo modo eſſendi, ſecundum q ens diuerſimode ſecundū prius & poſterius de decem generibus prædicatur: ſicut dicitur quantitas ex eo, q eſt menſura ſubſtantiæ, & qualitas ſm qd eſt diſpoſitio ſubſtantiæ, & ſic de aliis ſm Philoſophum in 11. Metaphyſi. B

k Differentiæ uero in eis ſumuntur ex diuerſitate principiorum, ex quibus cauſantur, & quia propriæ paſſiones ex propriis principiis ſubiecti cauſan-

quia rē extraneā ex modo ſignificandi includit, in prædicamento directe eſſe negaſ. Et quia intentio S. Th. eſt declarare, quōo accidentia ſe habeant ad intentiones logicas, & non ad cuius generis rem pertineant: ideo concretū accidentale a ꝓdicamētis ſeparauit.

Cum his omnib. aduertas, quod aliquid facit rē reponi in ꝓdicamēto dupliciter, uno mō ut rō reponēdi ipſū in ꝓdicamento: alio modo ut cōditio ſine qua nō. Rō reponendi rē in genere, ſiue ſpē tā apud Logicū, quā apud Metaphyſicū eſt eſſentia illius rei. Res.n. per ſuā eſſentiā a I genus & ſpēm deſinitur: cōdō aūt ſine qua non, eſt modus ipſe ſignificandi. Et in prædicamento quidē ſubſtantiæ cōditio ſine qua res non ſuſcipit generis, uel ſpeciei &c. denominationē, eſt modus ſignificandi in concreto. In prędicamentis autem accidentium cōditio ſine qua non, eſt modus ſignificandi in abſtracto: ꝓpea cum dictum eſt, concretum accidentale non directe reponi in prędicamento apud Logicum, intellige hoc pp defectū conditionis ſine qua non, & non pp defectum rōnis reponendi. Et ſimiliter cum dicitur q humanitas, & uniuerſaliter abſtractū ſubſtantiale non eſt in genere ſubſtantiæ, intellige propter defectum conditionis ſine qua non, & non rationis reponendi. C

i ¶ Hic declaratur unde in accidentib. ſumantur genus, & differentia propoſitionib. tribus. Prima eſt. Genus & differentia nō ſumuntur in eis ea materia, & forma. Secunda eſt. Primum genus ſumitur ex proprio modo eſſendi, quo prædicatum ipſum pars entis conſtituitur. Tertia eſt. Differentiæ ſumuntur in accidentibus ex diuerſitate propriorum principiorum. Prima patet ſic. Incompoſitum ex materia, & forma non poteſt habere genus ſumptum a materia, & differentiam a forma: ſed accidentia ſunt incompoſita ex materia, & forma igitur non pōt in eis ſumi genus a materia, & differentia a forma ſicut fit in ſubſtantiis compoſitis: qd qualiter intelligēdū ſit, ſupra dictū eſt. D Secunda patet ſic. Primū genus oportet explicare eſſentiā ſm propriam potentiā quę eſt in ea, ſicut ultima differentia dēt explicare eſſentiam ſui ultimum actum: ſed eſſentia accidentis ſecundum modum illū, quo pars entis conſtituitur, hēt propriam potentiam. ergo ex illo mō ſumendū eſt genus primū. C.6.p.1.

Intelligendum eſt hic primo, ens diuidi per quoſdam modos in prædicamenta, ſicut quodammodo genus in ſpecies ꝑ differentias, ita q ſicut ſpecies per id, quo generis partes efficiuntur in eſſe ſpecifico, conſtituuntur: ita prædicamenta per id, quo partes entis fiunt, in eſſe geceraliſſimo conſtituūtur, & id. o modi proprii quib. ens ad quodlibet prædicamentū deſcendit, ſunt illi, penes quos prima genera conſtituta ſunt. Sūt autem huiuſmodi per ſubſtantiuum, menſuratiuum, diſpoſitiuum, relatiuum, actiuum &c. vt dicitur 5. Metap. tex. com. 14. T.c.14.

Notandum eſt ſecundo, q cum genus ſumatur a re ſecundū id quo habet rōnem determinabilis, primum genus ſumendū E eſt a re ſecundum id, quo primo habet rationem determinabilis: primo aūt habet rōnem determinabilis res ſecundum primum ſui gradum concepta. Primus aūt gradus rei is eſt, quem res ea mō illo ſortitur, quo propriū ſibi locū inter partes entis vendicat, & iō primū genus ſumptū ab illo mō entis importat rem, ut primi determinabilem, & ꝓpea illa ſe cōſequūtur, ſumi a re ſm propriam potentiam eius, ideſt, ſecundum id, quo primo habet rationem determinabilis, & ſumi a re ſecundum modum illum, quo entis pars ſit. Et ſic patet aſſumpta ratio.

k ¶ Hic ponitur tertia propoſitio. ſ. q differentiæ ſumuntur in accidentib. ex diuerſitate propriorū principiorū, & declaratur a poſteriori. Signū.n. q differentię ſumantur ex diuerſitate ꝓpriorū principiorū. eſt q in diffinitiōe accidētiū in abſtracto, quæ proprie hēnt genus & dñas, ſubiectū ponitur loco differentiæ: hoc.n. non eſſet, niſi accidentia differrent penes ſua ꝓpria principia. Propterea.n. propriæ paſſiones differunt inter ſe, quia principia ſubiecti ex quibus cauſātur, inter ſe differūt. T.c.20.

¶ Et

tur: iō ſubiectum ponitur in diffinitione eorum loco differentiæ, ſi in abſtracto diffiniantur, ſm quod ſunt proprie in genere, ſicut dicitur, ꝙ ſimitas eſt naſi curuitas; ſed econuerſo eſſet ſi eorum diffinitio ſumeretur ſcd'm quod concretiue dicuntur. Si.n. ſubiectum in eorum diffinitione poneretur ſicut genus, quia tunc diffinirentur per modum ſubſtãtiarum compoſitarum, in quibus ratio generis ſumitur a materia, ſicut dicimus, quod ſimum eſt naſus curuus. Similiter etiam eſt ſi unum accidens alterius accidentis principium ſit, ſicut principium relationis eſt actio, & paſſio, & quantitas: & iō ſecundum hæc diuidit Philoſophus relationem in 5. Metaph. ¶Sed quia propria principia accidentium non ſemper ſunt manifeſta: ideo quandoque ſumimus differentias accidẽtium ex eorum effectibus, ſicut cõgregatiuum, & diſgregatiuum uiſus dicuntur differẽtiæ coloris, quæ cauſantur ex abundantia, & paucitate lucis, ex qua diuerſæ ſpecies coloris cauſantur. Sic ergo patet, quomodo eſſentia eſt in ſubſtantiis, & accidentibus: & quomodo in ſubſtantiis cõpoſitis, & ſimplicibus: & quomodo intentiones logicę vniuerſales in eis inueniuntur, excepto primo principio, quod eſt infinitę ſimplicitatis, cui non conuenit ratio generis, uel ſpeciei, & per conſequens, nec diffinitio propter ſuam ſimplicitatem, in quo ſit finis, & conſummatio huius ſermonis.

¶Et quia poſſet aliquis ſignum hoc inficiari, dicens quod ſubiectum proprium quandoque ponitur in diffinitione proprij accidentis loco generis, & non differentiæ: ideo ad hanc obiectionem excludendam ſubditur. Licet econuerſo eſſet &c. & vult dicere, quod licet ita ſit, quod quandoque ponatur ſubiectum in diffinitiõe proprij accidẽtis loco generis, & non differentiæ, quia tamen hoc non fit, niſi cum accidens in cõcreto diffinitur, qđ ut ſic non eſt in genere, ideo hoc non obſtat noſtrę ſententiæ: quia accidentis differentiam ſecundum quod in prædicamento eſt, unde ſumenda ſit, declarauimus. Cauſa.n. quare in diffinitiõe accidentis in cõcreto ſubiectũ ponitur loco generis, nõ eſt ipſa natura accidentis, ita ꝙ ſubiectum eius eſſentia pro genere ſibi vendicet, ſed eſt modus eius ſignificandi. Quia.n. concretum ex modo ſignificandi importat totum coniunctum. ſ. accidẽs, & ſubiectum: ideo per modum rerum diffinitur compoſitarum, in quibus genus ſumitur a materia, & differentia a forma, & propterea ſubiectum, cum ſe habeat, ut materia, loco generis ponitur, & natura accidentis, cum ſe habeat ut forma, loco differẽtię ponitur, & dicitur, ſimum eſt naſus curuus; non ſic autem eſt, cum diffinitur accidẽs in abſtracto: tunc.n. ponitur vt genus id quod eſſentia ipſius accidentis determinat ſibi ut genus, & ponitur loco differentiæ id, a quo accidens ſecundum naturam ſuam ſpecificam differentiam trahit, ſcilicet ſubiectum propriũ, & dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi. Manifeſtum quoque fit hoc, ſcilicet, ꝙ differẽtiæ accidentium ſumuntur ex diuerſitate principiorum propriorum non ſolum quando accidens immediate cauſatur a ſubſtantia, ſed etiam quando unum accidens eſt alterius principium propriũ: tunc enim differentias ſortiuntur accidentia cauſata penes diuerſitatem accidentium cauſantium, ut patet de relationibus, quarum differentia attenditur penes ſua fundamenta, ſeu cauſas, puta, actionem, paſſionem, & quantitatem ut patet ex diuiſione relatiuorum facta ab Ariſto. quinto. Metaphyſi. tex. com. 20. Et per hoc excluditur obiectio alia, quę poſſet fieri de ſecunda, & tertia paſſione eiuſdem ſubiecti. Poſſet enim aliquis obijcere, quomodo alia eſt differẽtia ſecũdæ paſſionis a differẽtia primæ, ſi ex principiis ex quib. fluit paſſio, differentia ſumitur, quando quidem eadẽ ſunt principia a quibus fluunt prima & ſecũda. Excluſa enim eſt hæc obiectio per hoc, quod dictum eſt, ꝙ quando unum accidens eſt principium alterius, differentia poſterioris accidentis non ex diuerſitate remotorũ principiorum, ſed propinquorum attenditur: & ideo cum prima paſſio ſit principiũ ſecundæ, non ſunt eadem propria, & immediata principia primæ, & ſecundæ.

¶ Quia poſſet tertio aliquis dubitare de hoc, ꝙ dictum eſt, ſcilicet, ꝙ differentiæ accidentium ſumuntur ex eorum propriis principiis, ex hoc ꝙ quandoq; ſumimus eorum differentias ab effectibus: ſicut albedinis & nigredinis differentias dicimus congregare & diſgregare uiſum, ideo ad hanc dubitationem tollendam dixit, ꝙ hoc contingit non ex natura ipſorum accidentium, ſed ex nobis, quibus propria principia accidentium occulta cũ ſint, opus eſt ex effectibus notioribus differentias ſumere, quæ differentias ueras quodammodo nobis inſinuant, ſicut in exẽplo propoſito liquet. Albedo enim, & nigredo differunt a priori ex abundantia & paucitate lucis. Lux enim in opaco corpore exiſtens aliqualiter obumbrata, albedinem conſtituit, valde autem offuſcata nigredinem: a poſteriori autem differunt congregatione & diſgregatione uiſus. ex hoc enim contingit diſgregare, quia ibi eſt ſatis de luce, & non econuerſo. Et quia abundantia & paucitas lucis non ita nobis manifeſtæ ſunt, ſicut congregare & diſgregare: ideo loco propriarum differentiarum cõgregatiuum & diſgregatiuum ponimus dicentes. Albedo eſt color diſgregatiuus uiſus, nigredo uero cõgregationis.

HIC aduertas, quòd non dixit ſubiectum eſſe differentiã accidentis, ſed poni loco differentiæ: habent enim proprium genus, & propriam differentiam ſui generis, quę tamen abſque ſubiecto non poſſunt explicari cõplete: & ideo omnino oportet ſubiectum in diffinitione accidentis cadere, ut dictum eſt. Vltimo epilogus fit eorum, quæ dicta ſunt, in quorum explicatione meam opinionem ita prolatam eſſe uolo, ut ubi ueritati conſentanea inuenta non fuerit, & ingenio & ætati uenia detur, adoleſcentulum enim adhoc ago. Vbi autem ueritatis tramitem ſecuta uidebitur, gratiarum debitæ actiones diuo Thomæ habeantur, a quo quicquid ueri eſt, didici.

FINIS.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xiſti, in librum D. Thomæ Aquinatis, de Ente & Eſſentia.

Series Chartarum.

A B C D E.

Omnes ſunt Quaterniones præter E, qui eſt Duernio.

VENETIIS, MDXCIII.

Apud Dominicum Nicolinum,
& Socios.